JC.7.Pl.1.

37
9 F
8

— 938

Digitized by Google

ACTA
SANCTORUM
ORDINIS
S. BENEDICTI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTA
SANCTORUM
ORDINIS
S. BENEDICTI
IN SÆCULORUM CLASSES
DISTRIBUTA.
SÆCULUM PRIMUM
QUOD EST AB ANNO CHRISTI D. AD DC.

Collegit Domnus Lucas d'Achery, Congregationis Sancti Mauri Monachus,
ac cum eo edidit D. Joannes Mabillon, ejuſdem Congregationis,
qui & univerſum Opus Notis, Obſervationibus,
Indicibusque neceſſariis illuſtravit.



VENETIIS,

Apud Sebastianum Coleti, & Josephum Bettinelli.
MDCCXXXIII.

SUPERIORUM PERMISSU, AC EXCELLENTISS. SENATUS PRIVIL.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRATRIS JOANNIS MABILLON PRÆFATIO AD UNIVERSOS S. P. BENEDICTI ALUMNOS, ET QUOSLIBET PIOS ERUDITOSQUE LECTORES.

AD ACTA SANCTORUM ORDINIS S. BENEDICTI unum in Corpus redigenda tandem Deo duce aggredior, non quidem auctor, ſed adjutor Operis; non primarius architectus, ſed miniſter ſuccedaneus. Quod antequam exponam, inſtituti noſtri cauſas & rationes viris piis ac eruditis aperire & approbare operæpretium eſt. I.

In primis id perſuaſit amor ſacræ Antiquitatis, cui pro facultate illuſtrandæ partes ſuas deeſſe non ſuſtinuerunt Congregationis noſtræ Præpoſiti, veri iſtius conſilii auctores. Quippe in ſubjectis ſibi Monaſteriis cum ſcriptorum codicum recondatur egregia ſupellex, quamvis majori ex parte direpta; præclara rei litterariæ monimenta tenebris premi nefas eſſe duxerunt. Hinc veterum Scriptorum Spicilegia hominibus doctis adeo accepta: hinc ad antiquorum exemplarium fidem expurgata SS. Patrum opera: hinc denique erutæ Beatorum illuſtriumque virorum Vitæ & geſta in communem Reip. Chriſtianæ utilitatem. II.

Non minor hac in Collectione fuit Veritatis quam Antiquitatis cura. Cum enim in Sanctorum Actis, ſi uſpiam alibi, miſere laboraverit hominum imperitorum licentia; maxime intereſt ſincera ſecernere ab ſpuriis, certa ab incertis, ut rebus pie ac ſancte geſtis ſua conſtet auctoritas. Quod etſi aſſequi in tantis ſuperiorum temporum ambagibus ſit difficillimum; id tamen pro viribus ab unoquoque tentari, nemo ſanæ mentis improbabit unquam. Huc veterrimos ac primarios, quoad licuit, conquiſivimus Vitarum Scriptores, quos integros & nullo fuco adulteratos repræſentamus: nil morati dictionis ac ſtili bar- III.

bariem; quandoquidem non a comptiori oratione, ſed ab Auctorum religione petenda eſt vera ac genuina rerum anteactarum cognitio.

IV. Tertia demum, eaque præcipua propoſiti noſtri cauſa eſt, ut Benedictini Ordinis alumni Majorum ſuorum exempla in promptu habeant, & novella Congregationis noſtræ ſoboles ad eorum normam ſtudeat mores ſuos componere. Eo nos jamdudum provocavit Leo Papa IV. dum ſtatuit in Synodi Romanæ cap. 28. *Ut quotidie lectione aut pia inter ſe agitatione Monacbi inſtruantur, qualiter Monacborum Auctores non tantum babitu ſequantur & nomine, ſed magis operibus & virtute pertingere valeant.* Alia in hoc argumentum teſtimonia perquirere opus non eſt, quando S. P. BENEDICTUS diſcipulos ſuos revocat ad *Vitam & inſtituta Patrum*, quod non ſint aliud, *niſi bene viventium & obedientium Monacborum exempla*. Unde inſignis ille cognominis Benedictus Anianæ Abbas, *dum communi utilitati conſulens attentius quæreret, quomodo utilius poſſet cunctis prodeſſe; cœpit Sanctorum Vitas Regulaſque legere Patrum*. Quibus inſtructus copiis, collabentem vitæ Monaſticæ diſciplinam in Gallia, tantum non in Europa inſtauravit.

Apud Holſtenium 2. parte Collect. Rom pag 80.
Reg. c.ult.
Prol. in Concord. Regul.

V. Intellexit boc magnus ille Congregationis noſtræ quondam Præpoſitus Generalis Gregorius Tariſſius, vir prudentiæ, doctrinæ, pietatiſque ſingularis. Cum enim ultimis biſce temporibus renaſcentem in Gallia Benedictinæ Regulæ cultum fovere ac promovere modis omnibus cogitaret, id omnium maxime curavit, ut SS. Patrum noſtrorum Vitæ perluſtratis quaquaverſum Bibliothecis colligerentur. Sed quoniam non unius anni res erat, negotium iſtud eo movente inchoatum, ſub ejus ſucceſſore venerandæ memoriæ Domno Joanne Harelio promotum, tandem felicibus Reverendiſſimi Patris Bernardi Audeberti auſpiciis, cura, ſtudioque incomparabili occipit prodire in lucem. Porro in his qui diſquirendis ſanctorum Monacborum Actis præpoſiti ſunt, merito primas tenet noſter Lucas Acherius, reconditæ antiquitatis ſtudioſiſſimus. Is non tantum San-Germanenſis Bibliothecæ ſibi jamdudum commiſſæ forulos revolvit diligentiſſime, ſed etiam vetuſta Monaſteriorum Gallicanorum aliarumque Eccleſiarum Legendaria ſedulus excuſſit, exſcribique curavit: immo & litteras direxit ad exteras provincias, ut quotquot poſſet Sanctorum noſtrorum Vitas compararet. Faſciculis magna ex parte congeſtis, cum ætatis viriumque defectum ſentiret, alioque diſtraheretur, jubente Reverendiſſimo Præfecto Generali Domno Audeberto, huic ſtudio animum devovi, qui forſitan tantum onus refugere tenuitatis meæ conſcius debuiſſem. Verum in Sanctorum gloriam aliquid audendum eſt, *nec ulli fuit vitio* DIVOS *colere quoquomodo poſſet*.

Plin. Præf. in Hiſt. nat.

VI. Non deerunt fortaſſe, qui poſt varios clariſſimorum virorum boc in genere labores, operam noſtram cauſabuntur otioſam. Scimus equidem Laurentium Surium, virum optime de Eccleſia meritum, iſto in ſtadio laudabiliter defudaſſe: nec ſatis prædicare poſſumus eximium illud Par, Joannem Bollandum & Godefridum Henſcbenium, qui opus immenſum de Sanctorum omnium geſtis tanta cum diligentia & eruditione inchoarunt, nibil ut præterea deſiderandum videatur. At quis unquam iniquo animo tulit, ſi præter generales rerum veterum Annales ſcribuntur peculiares locorum vel familiarum biſtoriæ, in quibus facta diſtinctius & ſcrupuloſius commemorari ſolent? Sane cum ordo rebus novam ſpeciem novamque formam inducat, dicere procul jactantia poſſumus, aliam eſſe omnino ab illorum Auctorum propoſito inſtituti noſtri rationem. Illi Menſium faſtos, nos Sæculorum ordinem ſequimur: Illi Natales Sanctorum dies juxta Kalendarium obſervant, nos Natales eorumdem annos juxta ſingulorum ætatem diſtinguimus. De utraque diſpoſitione judicium penes alios eſto: nemo vero interim inficiari poteſt, quin ex litteraria illa multorum Sæculorum collectione conſurgat ampliſſima Benedictini Ordinis Eccleſiaſticarumque rerum biſtoria, veterrimis ac ſinceris adornata monimentis. Ordo quippe a S. P. Benedicto inſtitutus tot præclara Eccleſiæ lumina ſubminiſtravit, ut clariſſimæ eorum actiones ſuo tempore concinne diſpoſitæ non minimam Eccleſiaſticæ biſtoriæ partem componant.

His

His ita expoſitis, nunc ejus quam in Opere noſtro ſervamus methodi ac diſtributionis ratio reddenda eſt. Relaturi igitur ſanctorum Monachorum Acta in Sæculorum ac temporum claſſes, primum Sæculum Benedictinum cum Chriſti concepti ſæculo ſexto, quod ab Æræ Chriſtianæ anno 500. ad 600. excurrit, componimus. Cum enim S. Benedictus anno Domini 480. Orbi natus (quæ communior ſententia eſt) in eremum paucis ab infantia elapſis annis, ſeu (ut vulgo creditur) ætatis anno 14. ſeceſſerit, tandemque anno circa 543. diem ſupremum expleverit; conveniens nobis viſum eſt ſolida & integra Ordinis Benedictini Sæcula ſolidis & integris Chriſtiani calculi ſæculis comparare. In diſponendis autem Sanctorum Actis hunc ordinem tenemus, ut quo quiſque anno obiiſſe exiſtimantur, eorum Vitæ referantur ſingillatim. Iſta ſiquidem epocha ideo viſa eſt præferenda, quod quavis alia notior ſit & illuſtrior. VII.

Ad hæc, Sanctorum Acta, ſi edita erant, cum ſcriptis codicibus contulimus: ſi nondum edita, ex vetuſtis eruimus membranis. Ubi plures ac diverſæ de eodem occurrerunt lucubrationes, eam quæ melioris notæ viſa eſt, in cenſum noſtrum adduximus: ſi quid in aliis ſingulare legebatur, in margine inferiori curavimus adnotari. Dum vero duos aut plures qui de uno eodembue ſancto Monacho ſcripſerint illuſtres nacti ſumus Auctores, eorum ſingulas ſcriptiones edimus, ut minimum deſit ad hiſtoriæ auctoritatem. VIII.

Hinc ſtilum primigenium, quantumvis rudem & impolitum, intactum ſervavimus, ne Scriptoribus fidem mutatis verbis detraheremus. Non enim paramus amœnitates delicatis Criticis, ſed rerum pie geſtarum veritatem veræ pietatis & antiquitatis cultoribus ſartam tectam exhibere optamus. Porro melior eſt ſimplex ruſticitas, quam fucata ac ſuſpecta eloquentia. Optandum quidem eſſet, ut Vitas Sanctorum eo quo par eſt rerum ac verborum delectu, ſplendore, ac majeſtate litteris commendatas haberemus: ſed quidquid tulerunt ſæcula, ferendum eſt nobis. Poſtquam geſta Cœlitum noſtrorum legitimis aſſerta erunt monimentis, fortaſſe quidam ex Noſtris bonas Muſas cum Sanctis in gratiam redire coget. Quod jam Gallico idiomate felieiter exſecuta eſt Jacquelina *Bouette de Blemur*, Parthenonis S. Trinitatis Cadomenſis Religioſa Benedictina. Quamquam non deſunt Vitæ a probatis deſcriptæ Auctoribus, in quibus eloquentiam, non ſtudio quæſitam, ſed naturæ obſequentem haud deſideres. In Actis a nobis relatis Capitum partitiones ac ſummaria, ubi in libris MSS. occurrunt, ſervamus: alias narrationem in varias Sectiones marginalibus numeris appoſitis diſtinguimus, ut codicum antiquorum reddamus integram fidem. IX.

Quia vero contingit nonnumquam, ut quorumdam Sanctorum Vitæ, ſeu Scriptorum defectu, ſeu temporum injuria, reperiri non poſſunt; eas vel ex veterum Auctorum dictis ſparſim excerptis contexímus, quas ELOGIA HISTORICA appellamus; vel ex Recentioribus, qui de iis ſcripſerunt, rarius quidem, exprimimus. Sicubi vero nihil ſani aut explorati potuimus aſſequi, incertis relationibus prætermiſſis ſilentii noſtri rationem poſt primum Indicem in Operis fronte reddimus. X.

Præter Vitas Sanctorum Miracula adducimus & Translationes, quas in propria Sæcula, ut chronologiæ nobis propoſitæ ſequamur ordinem, monito prius Lectore rejicimus. In Miraculis recenſendis ſi uſpiam reſecamus aliqua minoris momenti, (ſit vero illud perquam rariſſime) ejus rei admonitionem ſuis locis apponimus, ne quis de fide noſtra ſuſpicetur. XI.

Ad delectum Beatorum Monachorum, quos Ordini noſtro aſſerimus, ut plurimum conſiſtimus intra Martyrologii Benedictini cancellos. Quoniam vero Sancti nonnulli, quos ad Benedictinæ Regulæ præſcriptum vixiſſe non conſtat, in primo Sæculo admiſſi ſunt; eos, ne proprio arbitrio nimium indulgere videremur, retinuimus quidem, at proprios & germanos majori charactere, dubios & adſcripticios quos quidem putavimus, diſtinctionis ergo donavimus minoribus typis. Si in quibuſdam nobis vindicandis abdicandiſve hallucinati ſumus, nemo nos in calumniam rapiat, quando utriſque fecimus ſatis. De Sanctis viris in pe- XII.

culium ſibi aſſerendis diſputationes & rixas inter religioſos viros fervere, credo nec ipſis Beatis glorioſum eſt. Ignotæ apud priſcos Monachos hujuſmodi lites, quas ultro abjicimus. Omnibus Monaſticam vitam profitentibus hoc in Opere prodeſſe cupimus, & ex omnibus prodeſſe: nec intereſt cujus Sancti exemplis, Baſiliani an Benedictini, ad bene vivendum informeris. In commune Chriſtiani omnes vivunt, in commune Sancti vixere, in commune eorum exempla poſita ſunt, ut omnes inde proficiant. Placet Bernardi ſententia: *Unum* (Ordinem) *opere teneo, ceteros Charitate*. Porro Charitas nihil ſibi proprium vindicat. Et tamen Sanctos noſtros, quantum in nobis eſt, ab alterius inſtituti Monachis diſtinguimus, non ad faciendam pompam, ſed ad illuſtrandam hiſtoriæ veritatem. Sed quia in Sanctorum noſtrorum ſyllabo recenſiti ſunt nonnulli, quos & paulo ante S. P. Benedictum in cœlum migraſſe, & S. Benedicti diſcipulos non fuiſſe conſtat; hos conjecimus in Appendicem, ut a Legiſlatoris noſtri Vita exordium faceremus.

In Apolog. ad Guill.

XIII. Jam ne in pleriſque locis ſalebroſis Lectorem hærere contingeret, ADNOTATIUNCULÆ margini paginæ inferiori ſuppoſitæ ſunt, ut loca repugnantia conciliarentur, complanarentur difficilia, & barbaræ explicarentur dictiones. Si obſervationis prolixioris faciendæ opportunitas fuerit, illius tractatio in Præfationem remiſſa eſt. Demum ſi quid ad Vitæ alicujus elucidationem, Sancti vel Auctoris gratia, in anteceſſum præmittendum fuit, id præſtant OBSERVATIONES PRÆVIÆ. Si aliquando hæſit aqua, cogitet Lector quam ſit *res ardua, vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem*.

Plin. Præf. Hiſt. nat.

XIV. Denique his omnibus quatuor acceſſerunt Indices, Primus in ipſo locatus limine, Sanctorum nomina qui in unoquoque ſæculo quo de agitur vixerunt, comprehendit: ubi Sanctorum prætermiſſorum rationes afferuntur, & Auctorum qui de Sanctis ſcripſere notitia præſtringitur. Secundus Index eſt de rebus Hiſtoricis, Tertius de Moralibus, Quartus de vocibus exoticis & barbaris, in Operis calce appoſiti. Inſuper brevis Chronologia ſingulis præmiſſa eſt Sæculis, in qua Sanctorum, Summorum Pontificum, Regumque nomina & ætates, Monaſteriorum conſtructiones, aliaque id genus breviter commemorantur.

XV. Ceterum de Vitarum quas referimus auctoritate præmuniendus eſſet Lector, ne ancipiti fide in illis verſetur. Verum habent ſuos plurimæ Auctores in fronte deſignatos. Si Auctor eſt anonymus, ex narratione, quoad ejus fieri poteſt, exprimitur ipſius ætas, ex qua pendet Scriptorum auctoritas præcipua. Deinde genius hominum aliæque conditiones ex ipſorum ſcriptis ſatis deprehenduntur ab eruditis, ut non ſit neceſſe alios de ipſis interrogare. Occurrent in Actis a nobis relatis nonnulla (fatemur ingenue) ad Lydium lapidem non omni ex parte probata: ſed ſi ob unum errorem vel „ alterum in Vitis Sanctorum inventum, cetera quæ remanent fide carere „ dixerimus, (inquit Illuſt. Card. Baronius) profecto omnes fere Sanctorum „ Vitas in maximum diſcrimen adducimus: cum pene in omnibus aliquid „ notari poſſit quod corrigendum videatur, ſitque Canonicarum tantummo- „ do Scripturarum ſingularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcuſſa, „ certaque narrentur. Neque Baronii dictum locum habet ſolum in Sanctorum Actis, Hiſtoricos ferit prope omnes, nullus non homo fuit. Quibuſdam nihilominus magis innatum eſt quidlibet fingendi ſeu credendi vitium ex ſoli natura, quod Armoricis Angliciſque Vitarum Scriptoribus plures jam impegerunt. Vetus eſt Petri Cellenſis querela in quadam Epiſtola ad Nicolaum Monachum Anglum. *Inſula eſt*, inquit de Anglia, *circumfuſa aqua: unde hujus elementi propria qualitate ejus incolæ non immerito afficiuntur, & nimia mobilitate in tenuiſſimas & ſubtiles phantaſias frequenter transferuntur, ſomnia ſua viſionibus comparantes, ne dicam præferentes*. Quod tamen citra calumniam relatum a me velim, nam magnos alioquin viros tulit fertque hodie illa Inſula: ſed Scriptorum vulgo imperito id vitii tribuendum eſt.

In Martyrol. 7. Id. Octob.

Poſt-

Poſtquam propoſiti noſtri ordinem expoſui, nunc res poſtulat ut nonnulla XVI.
in hac Præfatione expendantur : quæ cum diligentiorem exigant tractationem, in quoſdam Articulos appoſite diſtinguenda videntur. Primo loco agendum eſt ſtrictim de Monaſticæ vitæ origine in Occidente, deque Regulis ante S. Benedictum iſthic obſervatis. 2. Inquirendum eſt de tempore obitus S. P. Benedicti, de Regulæ ſuæ promulgatione & propagatione ſæculo ſexto facta; ubi in tranſcurſu mentem noſtram de vulgata ipſius ad S. Remigium Remorum Epiſcopum Epiſtola aperiemus. 3. de S. Scolaſtica dicendum erit, ac de Benedictinæ Regulæ uſu etiam ad Virgines Deo ſacras tranſmiſſo. 4. S. Placidi miſſio in Siciliam ac Martyrii tempus agitabitur. 5. Exponetur S. Mauri Abbatis legatio in Galliam. 6. De Regulæ progreſſu in Hiſpaniam ſermo erit. 7. De Gregorii Magni ſtudio in S. P. Benedicti Inſtitutum : ubi Benedictina ipſius profeſſio contra Cæſarem Baronium aſſeretur. 8. De Auguſtino aliiſque S. Gregorii diſcipulis in Britanniam miſſis diſputatio ſuccedet. 9. Denique Obſervationes quaſdam de rebus cum Eccleſiaſticis tum Monaſticis notatu dignis ſubjiciemus. In aliud ſæculum remittimus Germaniæ Benedictinæ tractationem pleniorem.

§. I.

De Monachorum origine, ſtatu & Regulis in Occidente ante S. P. BENEDICTUM.

FIDEI Chriſtianæ ortum & progreſſum pene eveſtigio ſubſecuta eſt XVII.
Monaſtica inſtitutio, & naturali quadam lege ex Oriente in Occidentem pervaſit. Baſilium Ducem præcipue celebrant Orientales, Benedictum Occidentales Monachi; utrumque rectius Monaſtices præconem, propagatorem ac Legiſlatorem dixeris, quam auctorem primarium. Baſilium brevi quidem intervallo præceſſit magnus ille Antonius Ægyptius, Benedictum duobus ferme ſæculis qui in Occiduas partes induxerunt Monachorum Inſtituta. Baron. an.
Hæc (ſi Baronio credimus) accepit Roma ab Antonio magno per Athana- 328. n. 20.
ſium Epiſcopum Alexandrinum : a Romana vero Eccleſia velut e promptuario diſciplinæ aliæ omnes Occidentalis orbis Eccleſiæ mutuatæ ſunt. Athanaſius anno Domini 340. in Urbem acceſſit. *Nulla eo tempore*, inquit In Epiſt. 96 ad
Hieronymus, *nobilium feminarum noverat Romæ propoſitum Monachorum*, *nec* Princip de
audebat, *propter rei novitatem*, *ignominioſum* (*ut tunc putabatur*) *& vile in po-* Marcellæ Epitaph.
pulis nomen aſſumere. *Hæc* (Marcella) *ab Alexandrinis prius Sacerdotibus Papaque Athanaſio*, *& poſtea Petro*, *qui perſecutionem Arianæ hæreſeos declinantes*, *quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerant*, *vitam B. Antonii adhuc tunc viventis Monaſteriorumque in Thebaide*, *Pachumii & Virginum ac Viduarum didicit diſciplinam*, *nec erubuit profiteri quod Chriſto placere agnoverat*. Deinde Hieronymo Romæ commorante fuerunt *tam crebra Virgi-* Idem ibid.
num Monaſteria Monachorumque innumerabilis multitudo, *ut pro frequentia ſervientium Deo*, *quod prius ignominiæ fuerat*, *eſſet poſtea gloriæ*. Auguſtinus Ro- Auguſt De
mæ etiam plura Monaſteria *cognovit*, *in quibus ſinguli gravitate atque prudentia* Morib.Eccl. c. 33.
& divina ſcientia pollentes, *ceteris ſecum habitantibus præerant Chriſtiana charitate*, *ſanctitate & libertate viventibus*.

Euſebio primo Vercellarum Epiſcopo ab anno circa 340. ad 371. id elogii tribuit Ambroſius, quod *primus in Occidentis partibus diverſa inter ſe conjunxit*, Ambr. lib.
ut & in civitate poſitus Inſtituta Monachorum teneret, *& Eccleſiam regeret jejunii* 10. Ep. 82.
ſobrietate. *Et erat*, Auguſtino teſte, *Monaſterium Mediolani plenum bonis Fratri-* Aug. lib. 8.
bus extra urbis mœnia ſub Ambroſio nutritore. Quo Monaſterio nullum forte in to- Conf. c. 6.
ta Italia antiquius, ſi ante annum 313. (quemadmodum Ferdinandus Ughellus Ughell.
affirmat) a Mirocle Mediolanenſium Antiſtite conditum fuit. Legimus apud Tom. 4. Ital. ſac.
Severum Sulpicium, S. Martinum, Turonicum poſtea Epiſcopum, *Mediolani* Sever. Vitæ
ſibi Monaſterium ſtatuiſſe, ubi *eum Auxentius auctor & princeps Arianorum graviſſi-* S. Mart. c. 4.

me inſectatus eſt, multiſque affectum injuriis de civitate exturbavit. Inde Martinus in Inſulam Gallinariam ſe recepit, ubi aliquandiu vitam Monaſticam coluit.

Poſſid. in Vita S. Auguſt.

S. Auguſtinus Ambroſii exemplo edoctus, *factus Presbyter Monaſterium intra Eccleſiam* (Tagaſte in Africa) *mox iuſtituit, & cum Dei ſervis vivere cœpit ſecundum modum & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*. Taceo in Inſulis Dalmatiæ choros a Nepotiano frequentatos, ut ſcribit Hieronymus ad Heliodorum: taceo *Inſulas & totum Hetruſcum mare Volſcorumque provinciam & reconditos curvorum litorum ſinus, in quibus* tempore Hieronymi *Monachorum conſiſtebant chori*. Mitto Caprariam & Gorgoniam Inſulas a Monachis cultas. Satis hæc ſunt ad demonſtrandam vitæ Monaſticæ in Italia originem ſæculo quarto. Elanguit Monaſtica inſtitutio in illis regionibus ſæculo inſequente ob Gothorum, Hunnorum, Vandalorum & Erulorum irruptiones: ſed tandem ineunte ſæculo ſexto reſpirare cœpit, & Benedicto auctore Ægyptiorum Monachorum celebritatem adæquavit.

Hier. Ep. 2.

Id. Ep. 30.

XVIII. Italiam in Monaſtico ſtatu excolendo æmulata eſt ac propemodum ſuperavit Gallia. Martinus ex inſula Gallinaria ad S. Hilarium Pictavorum Epiſcopum ab exſilio reverſum ſe recipiens, *haud longe ſibi ab opido Monaſterium collocavit*. Gregorius Turonicus Epiſcopus *Monaſterium Locociagenſe* appellat, *diſtans ab urbe Pictavis quaſi ſtadiis quadraginta*. Procedente tempore Martinus *factus Epiſcopus Turonenſis, aliquandiu adhærenti ad Eccleſiam cellula uſus eſt. Deinde cum inquietudinem ſe frequentantium ferre non poſſet, duobus fere extra civitatem millibus Monaſterium ſibi ſtatuit*. Majus Monaſterium hactenus vocatur. Brevi adeo Monachorum numerus Martino auctore accrevit, ut ad S. Antiſtitis *exſequias Monachorum fere duo millia conveniſſe dicantur*. *Specialis*, inquit Severus Sulpicius, *Martini gloria, cujus exemplo in Domini ſervitute ſtirps tanta fructificaverat*.

Sever. Sulp. in Vita S. Mart. c. 5.

Greg. Tur. lib. 4 Mir. S. Mart. c. 30. Sever. ibid. c. 7.

Sever. Ep. ad Baſſul.

XIX. Inſulam Barbaram paulo ſupra confluentes Araris & Rhodani in medio Araris ſitam, Monachos ab antiquis retro temporibus habuiſſe conſtat, fortaſſe ante S. Martinum. Eo ſæviente Septimi Severi perſecutione Chriſtianos ſe recepiſſe ferunt. Certe apud Gregorium Turon. S. Maximus B. Martini diſcipulus occultare ſe cupiens, *apud Inſulam Barbaram Monaſterii Lugdunenſis* perfugiſſe legitur.

Greg. Tur. de gl. Conf. c. 22.

XX. S. Honoratus, anno 426. Epiſcopus Arelatenſis ordinatus, in Inſula maris mediterranei extremæ Provinciæ Phocenſi adjacente, quam Lerinum nuncupant, Monaſterium Lerinenſe excitavit. Is primum divenditis facultatibus & in pauperes diſtributis, & cum eo Venantius frater duce Capraſio ſene *in Orientis oras*, inquit ſanctus Hilarius ipſius diſcipulus & in Sede Arelatenſi ſucceſſor, *& quæcumque alia plena Sanctis loca accipiendi exempli gratia accedunt*. Mortuo in Achaja Venantio, Honoratus in Galliam redux, *vacuam Inſulam ob nimietatem ſqualoris, & innaceſſam venenatorum animalium metu, Alpino haud longe jugo ſubditam petit*: ubi conſtructo Cœnobio *certatim ſe jam illuc omnis regio quærens Deum dirigebat, Honoratum expetiit quiſquis Chriſtum deſideravit, & plane Chriſtum, quiſquis Honoratum expetiit invenit. Itaque velut ulnis effuſis protenſiſque brachiis in amplexum ſuum omnes, hoc eſt in amorem Chriſti invitabat, omnes undique ad illum certatim confluebant. Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in Monaſterio illius cives non habet? In proxima* Lerino *inſula*, hoc eſt in Lerone, degebat S. Eucherius, qui in Sermone de Laude Eremi multa præclare de Lerino adducit, ubi erant *auctore Honorato ſancti ſenes, qui diviſis cellulis Ægyptios Patres Galliis intulerunt*.

Hilar. in Vita S. Honorati.

XXI. An vero prætermittemus illuſtrem Galliæ noſtræ hoſpitem, immo popularem * noſtrum Joannem Caſſianum, qui ſæculo quinto in civitate Maſſilienſi inclytum Aſceterium ædificavit, ac quinque millia Monachorum rexiſſe dicitur. Is ultimas Collationes ſeptem *ad Sanctos, qui in Stœchadibus conſiſtebant inſulis, Fratres* ſcripſit, quæ inſulæ ab urbe Maſſilia brevi millium ſexaginta freto diſtant.

* Holſten. Præf. in Cod. Reg. probat Gallum fuiſſe Caſſianum.

Eo-

Digitized by Google

Eodem fere tempore Monachi Condateſcenſes in locis Jurenſibus; Autiſſiodorenſes a B. Germano inſtituti, Divionenſes S. Benigni, Ternodorenſes apud Burgundiones; Menatenſes apud Arvernos, Miciacenſes Aureliæ, Griniacenſes Viennæ, Agaunenſes Octoduri, ſanctitate florebant. Et hic quidem Reipublicæ Monaſticæ ſtatus ad S. P. Benedicti ætatem in Galliis erat. Supereſt ut de Hibernia, Gothia, Illyrico & Hiſpania, quæ ſolæ ex Europa nationes Monachiſmum ante S. Benedictum ſuſcepiſſe videntur, paucis abſolvamus. XXII.

S. Patricium a Cæleſtino Papa circa annum 530. in Hiberniam miſſum, Fidem vitamque Monaſticam propagaſſe, Probus in ejus Vita auctor eſt. E Meſopotamia in Scythiam Monachorum Inſtituta tranſtulit Audæus, qui teſte Epiphanio, *a Conſtantio relegatus Monaſteria fecit in Gothia*. Severinus Noricorum dictus Apoſtolus, *tempore quo Attila Rex Hunnorum defunctus eſt*, (nimirum anno 454.) *de partibus Orientis adveniens, in vicinis Norici Ripenſis & Pannoniarum partibus quod Aſturis dicitur opido morabatur, vivens juxta Evangelicam Apoſtolicamque doctrinam*. Deinde *ad ſecretum habitaculum quod Purgum opidum appellatur ab incolis, quinque a Favianis diſtans milliaribus ſeceſſit. Daturus Monachis formam ſollicitior admonebat BB. Patrum veſtigiis inhærere*, ut ex ipſius Vita ab Eugippio Abbate Lucullanenſi ſuppari ſcripta carptim delibavimus. Denique *prior in Hiſpaniam Monaſticæ obſervantiæ uſum & Regulam dicitur adduxiſſe* apud Ildefonſum Toletanum Epiſcopum Donatus, qui *profeſſione & opere Monachus, cujuſdam Eremitæ in Africa fertur extitiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atque ovilis diſſipationem & gregis Monachorum pericula pertimeſcens, fere cum Septuaginta Monachis copioſiſque librorum codicibus navali vehiculo in Hiſpaniam commigravit; qui ab illuſtri religioſaque femina Minchæa ſubſidii ac rerum opibus miniſtratis, Sirbitanum Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe*. Perſecutio illa referenda videtur ad Traſamundum Vandalorum Regem, qui in Vita S. Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi Chriſtianos legitur divexaſſe ineunte ſæculo ſexto. Tempus ſatis congruit Donati ætati apud Joannem Biclarenſem ad annum quintum Juſtini relatæ in hunc modum: *Donatus Abbas Monaſterii Servitani, mirabilium operator clarus habetur*. Æqualis Donato fuit B. Victorianus Abbas, qui teſte Fortunato *plurima per patriam Monachorum examina fudit*, & Monaſterium Aſanenſe in Aragonia conſtruxit, ut in ipſius geſtis referemus. XXIII. Epiphan. Hær. 70. Ildef. Lib. de Virg. illuſt. c. 4. L. 4. C. 11.

Inveſtigata Monachorum origine & progreſſu in Occidentis partibus, ſupereſt ut de primariis eorum Regulis pauca dicamus. Ut in Oriente, ſic in Occidente, *tot propemodum typi ac Regulæ* erant, *quot Cellæ ac Monaſteria*. Aliis pro Regula erat Abbatis voluntas, aliis modus vivendi Majorum uſu & traditione confirmatus, aliis leges ſcriptæ imponebantur. In uno eodemque Cœnobio plures inſimul Regulæ ſcriptæ non raro obſervatæ, detractis vel aſſumptis, quæ pro locorum ac temporum conditione opportuna videbantur. Et tamen in tanta Regularum diverſitate maxima erat Monachos inter omnes animorum conſenſio, una ſocietas, facilis ac promiſcuus tranſitus, mutuuſque commeatus. Nondum invaluerat illud Corinthiorum: *Ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ*; unus Monachorum in Eccleſia Ordo cenſebatur. Nomen iſtud in varias partes ſcindi cœpit ſub finem ſæculi noni, quando Congregatio Cluniacenſis, ob conſuetudines Benedictinæ Regulæ ſuperinductas Ordo Cluniacenſis dici cœpit. Et nobiliora etiam Monaſteria, ob ritus peculiares, ſuum Ordinem conſtituerunt, quamvis S. Benedicti Regula eſſet omnibus communis. Sic *Ordo Majoris Monaſterii* apud Guillelmum Gemeticenſem, *Ordo S. Dionyſii*, &c. res poſtea in infinitum abiit. XXIV. Caſſian. lib. 2. Inſt. c. 2. Guill. Gem. l. 7. c. 37.

Ergo ut ad id unde digreſſus ſum me referam, variæ erant ante S. Benedictum Regulæ in Occidente, quædam a pluribus receptæ. Sancti Baſilii Regulam, poſteaquam Rufinus Aquilejenſis Presbyter petente Urſejo Pineti Abbate eam Latini juris fecit, Monachi Itali præferebant. Nam Eugippii Abbatis Lucullanenſis & Virgilii Diaconi Regulæ non admodum tenebantur. Certe S. Bene- XXV.

Regul. c. 73 nedictus Baſilii Regulam familiarem habuit, eamque ſuis diſcipulis commendavit. Eamdem in Gallia ſervabat Aredius cum Caſſiani Inſtitutis, quæ etiam in pluribus Galliarum Monaſteriis tenebantur. Erant & Lerinenſium, Grinniacenſium, & Agaunenſium ſeu Tarnatenſium Inſtituta. Regula S. Macarii in Reomaenſi Monaſterio vigebat, ſorte ex Lerinenſium cenſu, nam apud illos Joannes Reomaenſis Abbas primus diu egerat. Apud Miciacenſes SS. Antonii
In Vita S. Mart. c. 7. & Pauli norma colebatur; apud Turonenſes Monachos S. Martini vivendi forma a Severo Sulpicio deſcripta: quam etiam S. Patricius in Hiberniam invexiſſe fertur. Qualem Regulam Donatus ex Africa ad Hiſpanos detulerit, non
* num. 72. facile eſt divinare; hac de re poſtea recurret oratio. * Interim ad alia pergamus.

§. II.

* Regula *De die & anno obitus* S. P. BENEDICTI, *ipſiuſque* * *propagatione in Italia: ubi Dialogorum libri Gregorio Magno aſſeruntur, & vulgata* S. BENEDICTI *ad B. Remigium Epiſtola expenditur.*

XXVI. CUM Orbi natus eſt S. Benedictus, miſerabilis Europæ facies erat. Italia quippe ſub Odoacre Erulo, Hiſpania & Aquitania ſub Alarico Veſigotho, Arianorum Principum jugo addictæ gemebant: Svevis Arianis parebat Callæcia, regnabat in Gallia Childericus Francorum Rex Idolorum cultui deditus, Burgundionibus Arianis non modicam Galliæ partem occupantibus: Germania vero & Britanniæ inſulæ pars verum Deum ignorabant. Annum 480. S. Benedicti natalem non tam veterum probat auctoritas, quam recentiorum Scriptorum conſenſus. Vix pueritiæ annos prætergreſſus, in Sublaci ſpecum ſe recepit, eo fere tempore quo Chlodoveus Francorum Rex cum ſua Gente Idola ejuravit. Conſtructis apud Sublacum Monaſteriis duodecim, S. Benedictus Caſſinum montem petiit anno (ut creditur) 529. ut inde per univerſam Europam ſuum Ordinem diffunderet: quaſi funeſtiſſima illa ætate, (liceat mihi hoc de Benedictino dicere, quod de Monaſtico ſtatu univerſim dixit Joannes
Præfat. in Tom. 1. Monaſt. Angl. Mareshamus) comparatum fuiſſet hoc vivendi inſtitutum, tutiſſimum adverſus humanas miſerias refugium. Et quidem Europa fere tota Benedicti ſæculo Monachis adlaborantibus veram Religionem ſuſcepit. Quo die vel anno vir ſanctus in cœlum abierit, lis eſt inter Auctores. Diverſas recenſere ſententias otio-
V. Haeften. in cap. 17. Vitæ S. Bened. ſum videtur, cum id jam præſtiterint nonnulli ex noſtris. Rem totam ex Gregorio, ſi fieri poteſt, repetamus. Sed quia Dialogorum libros, quibus niti præcipue volumus, Gregorio Magno quidam timide adſcribunt, quidam temere abjudicant; operæpretium arbitror, ſi quam potero breviſſime, hos libros genuino auctori aſſeruero.

XXVII. Gregorium hujus nominis primum Pontificem Romanum lucubrationem *de Miraculis Patrum quæ in Italia facta ſunt* cogitaſſe ac parturiſſe, teſtatur ipſe in lib. 2. Epiſtola 50. ad Maximianum Syracuſanum Epiſcopum, a quo in hoc argumentum ſuppetias poſtulat. *Fratres mei*, inquit, *qui mecum vivunt, omni modo me compellunt aliqua de Miraculis Patrum quæ in Italia facta audivimus, ſub brevitate ſcribere. Ad quam rem ſolatio veſtræ Charitatis vehementer indigeo, ut ea quæ vobis in memoriam redeunt, quæque cognoviſſe vos contigit, mihi breviter indicetis.* Auctor vero Dialogorum tantum de Sanctis Italiæ viris agit, idque ſtatim ab initio libri 1. Petro interloquente ſatis innuit his verbis: *Non valde in Italia aliquorum vitam virtutibus fulſiſſe cognovi: ex quorum igitur comparatione accenderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac terra fuiſſe non dubito, ſigna tamen atque virtutes aut nequaquam ab eis facta exiſtimo, aut ita ſunt hactenus ſilentio ſuppreſſa, ut utrumne ſint facta neſciamus.* &c. Et lib. 3. cap. 14. *Hic itaque venerabilis Iſaac ortus ex Italia non fuit, ſed ea illius narro miracula quæ converſatus in Italia fecit.* Quis hic non videat Auctori non alium eſſe ſcopum, quam ut de Miraculis in Italia factis ſcribat? Pergit Gregorius Magnus in laudata ad

Ma-

Maximianum Epiſtola. *De Domno enim Nonnoſo qui juxta Domnum Anaſtaſium de Pentunis fuit, aliqua retuliſſe te memini, quæ oblivioni mandavi. Et hoc igitur, & ſi qua ſunt talia, tuis peto Epiſtolis imprimi, & mihi ſub celeritate tranſmitti*. At Dialogorum Scriptor in lib. 1. cap. 7. & 8. de Nonnoſo plura refert, aliaque non pauca de aliis quæ a Maximiano Epiſcopo accepiſſe ſe affirmat.

Deinde tam valida ex ipſis Dialogorum libris in Gregorii Magni cauſam erui poſſunt argumenta, ut vel ſtolidus ſit qui non aſſentiat, vel impudens qui mentitum Scriptorem dicere audeat. Primo Dialogorum auctor in lib. 4. capp. 14. 15. 16. 19. 27. 37. eaſdem refert hiſtorias, quas in Evangeliorum Homiliis a ſe commemoratas aſſerit. Et certe Homilias 40. in Evangelia, Gregorii Magni germanum eſſe fœtum, & ipſiſſimas in illis recitari hiſtorias nemo negare poteſt. Deinde Dialogorum opifex nomen ſuum paſſim interponit Gregorii, tum ſe Romanum Pontificem in lib. 1. cap. 8. & lib. 3. capp. 3. & 8. omnino indicat: ad hæc in lib. 3. capp. 32. & 36. meminit Legationis ſuæ in urbem Conſtantinopolim, ac cap. 31. prodit familiari ſibi neceſſitudine dudum junctum fuiſſe Leandrum Hiſpalitanum Epiſcopum, quem Gregorius in amicitiam Conſtantinopoli a ſe receptum fuiſſe Præfat. in lib. Moral. teſtatur. Denique Dialogiſta in lib. 2. initio ait ſe ea, quæ de S. Benedicto narrat, quatuor ejus diſcipulis referentibus agnoviſſe. Producant igitur adverſarii Gregorium quemdam Romanum Pontificem, Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo familiarem, primis S. Benedicti diſcipulis ætate comparem, alium a Gregorio Magno: & tunc demum illum Dialogorum auctorem agnoſcemus. Quod ſi non poſſunt, ceſſent apertæ repugnare veritati, cum alioqui Dialogorum ſtilus Gregorium Magnum ubique ſpiret. XXVIII.

Verum quoniam adverſarios ſuſtinemus contumaces, obruere eos auctoritate neceſſe eſt, ſi ratione vinci nolint. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus Gregorio Magno pene æqualis de Vir. illuſt. cap. 27. tradit ipſum edidiſſe *Dialogi more cum Petro habiti de virtutibus Patrum libros quatuor*. Et S. Ildefonſus Toletanus ejuſdem fere ætatis de Vir. illuſt. cap. 1. *De vitis Patrum*, inquit, *per Italiam commorantium edidit etiam libros quatuor, quos volumine uno compegit, quem quidem Codicem Dialogorum maluit appellari*. Præ tantis viris piget adducere inſuper Venerabilem Bedam, apud quem hæc de Gregorio Magno leguntur: *Libros etiam Dialogorum quatuor fecit, in quibus rogatu Petri Diaconi ſui virtutes Sanctorum quos in Italia clariores noſſe vel audire poterat, ad exemplum vivendi poſteris collegit*. Bedæ ſuccinuit Aldhelmus Epiſcopus, immo prævit, utpote anno 709. Beda teſte denatus, qui cum S. Benedicti Vitam a Gregorio Magno ſcriptam dicat, eum proculdubio Dialogorum Auctorem reſcierat. En Aldhelmi diſtichon ex Carmine de laude Virg. ubi agit de S. Benedicto: XXIX.

Beda Hiſt. lib. 2. c. 1.

Id. lib. 5. c. 19.

> *Cujus præclaram pandens ab origine vitam.*
> GREGORIUS *Præſul chartis deſcripſerat olim.*

Adeout aquam in mare miſſurus ſim, ſi Pauli Diaconi ſuffragium rogem, qui in lib. 4. de geſt. Langob. cap. 5. quatuor libros Dialogorum a beatiſſimo Papa Gregorio editos & Theudelindæ Langobardorum Reginæ directos affirmat.

Valeant igitur Cedrenus aliique ejus ſequaces, qui Gregorium Dialogorum auctorem tempore Leonis Imp. cognomento Iſauri vixiſſe putant, nimirum anno 726. integro fere ſæculo poſt Iſidorum & Ildefonſum. Adquieſcant tandem manifeſtæ veritati Huldricus Coccius, Chemnitius, & Andreas Rivetus, modeſtiores utique Roberto Coco, qui procaciter auſus eſt negare, quod alii dumtaxat revocarant in dubium. Nimirum heterodoxi æquis oculis legere non poſſunt iſtos libros, in quibus hæreſes ſuas damnari vident. Hæc digreſſio graſſanti errori debebatur: ad propoſitum redeo. XXX.

Cocc. Præf. in Greg. Op. Baſileæ 1551. Riveti Critici Sacri. Coccii Cenſura quorumd. lib.

Ad ſtatuendum ſancti Benedicti quem modo inquirimus obitum duo altrinſecus termini figendi ſunt, quos ultra citraque divagari Gregorius non ſinit. XXXI.

nit. Unus terminus repetitur ex principatu Totilæ Regis, qui beatum Benedictum conveniſſe in lib. 2. Dialogorum cap. 15. dicitur: alter ex clade Monaſterio Caſſinenſi, a Langobardis aliquanto poſt ſancti Benedicti exceſſum illata.

XXXII. Totila Gothorum ſceptrum adeptus eſt belli Gothici anno ſeptimo, hoc eſt Chriſti 541. Siquidem bellum iſtud orſus eſt Juſtinianus Auguſtus annum agens (Procop. belli Goth. lib. 1.) imperii nonum, εὐθὺς καθίςατο ἐς τὸν πόλεμον ἔνατον ἔτος τὴν βασιλείαν ἔχων, inquit Procopius. Porro annus Juſtiniani imperii nonus Eræ Chriſtianæ anno 535. reſpondet. Cum enim ex Victoris Tunonenſis calculo Juſtinianus quadrageſimo imperii ſui anno, Domini 567. vitæ finem ſuſceperit; ipſius principatus annus
(Idem l. 3.) ,, primus cum Chriſti anno 527. nonus cum 535. componendus eſt. Denique
,, ut Procopius auctor eſt, Hildebaldus anno ſexto belli Gothici vertente occi-
,, ſus a Vila eſt. Huic ſucceſſit Eraricus anni ſeptimi initio. Sed Eraricus iſte
,, nihil geſſit memoratu dignum: nam cum paucis ſupervixiſſet menſibus, ex
,, humanis deceſſit. Totila vero ex convento ſuſcepit imperium. Illud in Procopio advertendum eſt, annos militares a verno tempore inceptos, ipſi adhibitos fuiſſe. Annus proinde belli Gothici ſeptimus anno Chriſti 541. Vere inchoatus Regem excepit Eraricum, paucisque poſt menſibus Totilam, qui ante an-
(Idem ibid.) ,, num belli Gothici octavum, Chriſti 542. Benedictum adire non potuit. Eo
,, quippe anno poſtquam Cæſenæ, mox Petræ præſidia ceperat Totila, paulo
,, poſt ſe in Tuſciam contulit; lociſque in ea jam pertentatis cum ad ſe nemo
,, concederet, amne Tiberi tranſmiſſo, non tamen Urbis ingreſſus confinia, ad
,, Campanos & Samnites divertit. Quo in itinere ſine dubio Caſſinum in Sam-
,, nitibus poſitum acceſſit, ac vitæ ſuæ ſortem a B. Benedicto didicit: factum-
,, que eſt id quod dicit Gregorius, ut mitior ex illo congreſſu Totila reddere-
(Greg. lib. 2. Dial. c. 15.) ,, tur. Nam Neapoli exinde capta, eam in captivos, teſte Procopio, præ ſe
,, tulit benignitatem, quæ utique nec barbaro, nec hoſti ſatis convenit. Quip-
(Proc lib. 3. belli Goth.) ,, pe qui Romanorum inedia confectorum in primis curam ſuſcepit; & morte
,, affecto milite qui virginem vitiarat, bona quoque ejus, quæcumque fuere,
,, vitiatæ mox tradidit. Unde factum, ut ejus nomen ut ſapientiæ, ita & be-
,, nignitatis celebre apud Romanos jam eſſet ac maximi fieret. Si ergo Totila ineunte belli Gothici anno 8. prius Cæſenæ ac Petræ præſidia cepit, Tuſciam peragravit, variiſque in ea tentatis locis Tiberim tranſmiſit, quam ad Campanos & Samnites divertit; iſthuc ſe conferre non potuit ante finem ipſius anni, Chriſti 543. nec proinde obitus S. Benedicti, quem tum inviſit, ante menſem Martium inſequentis anni collocari poteſt. Hic primus limes eorum refellit ſententiam, qui S. Benedictum vel ad annum 509. vel 531. vel 536. vel denique 542. ad Superos migraſſe exiſtimarunt.

XXXIII. Præter iſta nihil nos cogit, ut B. Benedicti annum extremum ulterius differamus. Nam ipſius cum Canuſinæ Eccleſiæ Antiſtite colloquium *de ingreſſu* (Greg. lib. 2. Dial. c. 15.) *Regis Totilæ & Romanæ urbis perditione* erat, paulo poſt futura. Et Zallæ militis Totilæ factum omnino accidiſſe videtur ante ejuſdem Totilæ collationem (Ibid. c. 31.) cum S. Benedicto habitam: neque enim exinde, quis eſſet Benedictus, a Zalla ignorari potuit. Fixum igitur eſto, S. Benedicti mortem ante annum 543. ſtatui non licere: jam ex alio quem præfiximus cladis Caſſinenſis cardine, an ultra hunc annum differri poſſit videamus.

XXXIV. Langobardos a Narſe Patricio anno 569. invitatos, duce Alboino in Italiam irrupiſſe, ſcribit Paulus Diaconus. Alboino poſt ſeptem annos demortuo, cum (Paul. Diac. l. 2. de geſt. Laog. c. 7. Ib. c. 31. & 32.) Clephus paucos menſes poſtea regnaſſet, *per annos decem Langobardi Regem non habentes, ſub ducibus fuerunt*. Quibus annis expletis Autharium Clephi filium Regem ſibi ſtatuerunt, eoque poſt ſex annos exſtincto, Theudelinda ipſius relicta Agilulſum Taurinatium Ducem in Regnum & thalamum adſcivit, Regia dignitate quinque annos ſupra viginti potiturum. Itaque quandoquidem Caſſinenſe Monaſterium ante Gregorii Magni Pontificatum a Langobardis everſum fuiſſe conſtat, quærimus Langobardorum Ducibus an Regibus cladem iſtam acceptam referre debeamus. Sane Ducibus tribuendam eſſe, ideoque ante annum 585. eam accidiſſe ſubjectæ rationes perſuadere videntur.

Leo

Leo Marſicanus Cardin. Oſtienſis auctor eſt, Monachis Caſſinatibus Cœnobii XXXV.
ſui excidio a Langobardis patrato ſubductis Lateranenſe Patriarchium a Pelagio Romano Pontifice conceſſum fuiſſe in Monaſterium erigendum; cui Valentinianus multis annis præfuerat, antequam Gregorius Dialogis ſcribendis daret operam, uti ex libri 2. exordio conſtat. Dialogos ſcribebat Gregorius anno 593. Ut igitur Valentinianus annis multis Lateranenſem Eccleſiam rexiſſe Gregorio tum dici potuerit, annis minimum decem Valentiniani præfectura, adeoque Monaſterii Caſſinenſis ruina Gregorii ſcriptionem præceſſiſſe debuit. Et vero credi vix poteſt, everſionem illam accidiſſe anno (ut paſſim recentiores ſcribunt) 599. regnante Authario, *cujus diebus*, inquit Paulus Diac. *in Regno Lan-* Paul. Diac. l. 3. c. 16.
gobardorum nulla erat violentia, nullæ ſtruebantur inſidiæ, nemo injuſte aliquem angariabat, nemo ſpoliabat. Non erant furta, non latrocinia: unuſquiſque quo libebat ſecurus ſine timore pergebat. E contrario *per hos Langobardorum Duces ſpoliatis Eccleſiis, Sacerdotibus interfectis, civitatibus ſubrutis, populiſque qui more ſegetum excreverant exſtinctis, (exceptis his regionibus quas Albuvin ceperat) Italia ex maxima parte capta eſt, & Langobardis ſubjugata.* Hinc colligere licet, cladem Id. l. 2. c. 32.
Caſſinenſem anno circa 580. patratam a Langobardis fuiſſe, & citius fortaſſe.

Nec refert, quod ſtrages illa Gregorio Dialogos ſcribenti *nupera* dicatur. *Nuper* enim nonnumquam de longo tempore dici maxime apud Gregorium, in Vi- XXXVI.
tæ S. Benedicti capite 17. demonſtrabimus. Si quis vero ad ſuperioris argumenti vim elevandam contendat, Patriarchium Lateranenſe Monachis Caſſinatibus ante Monaſterii ſui ruinam conceſſum fuiſſe; id Leonis Marſicani auctoritate, cui nulla antiquior nec recentior opponi poteſt, refellemus. Et certe primis illis Ordinis florentiſſimi temporibus intra urbium mœnia Monachi nonniſi ob ingruentes bellorum tempeſtates ſe recipiebant.

A S. Benedicti obitu ad Caſſinenſem everſionem quatuor Abbates Cœnobio XXXVII.
Caſſinenſi præfuiſſe, ſcribit in primis Paulus Diac. his verbis. *Ceterum poſt B.*
Benedictum Conſtantinus, poſt hunc Simplicius, poſt quem Vitalis, ad extremum Id. l. 4. c. 18.
Bonitus Congregationem ipſam rexit, ſub quo hæc deſtructio facta eſt. Nec diſſentit in libri 2. Dial. principio Gregorius Magnus qui Conſtantinum S. Benedicto *in Monaſterii ſui regimine ſucceſſiſſe*, Simpliciumque tertio loco *Congregationem* rexiſſe affirmat. Quid demum inde probamus? Nimirum S. Benedictum non anno 560. vel 561. (ut nonnulli hocce tempore perſuadere conantur) ſed citius mortem obiiſſe. Demus enim primos S. Benedicti ſucceſſores tres decennio quemque præfuiſſe Caſſino; nec certe minus temporis Abbatibus perpetuo quoad viverent in ſua dignitate manentibus tribuere potes. Fac deinde ſtragem Caſſinenſem, quam anno ad ſummum 580. prorogandam duximus, accidiſſe ſub Bonito Abbate primos Præfecturæ annos agente; S. Benedicti annum ſupremum ultra annum 544. differre vix poteris. Hactenus ex Gregorio extremum S. Benedicti annum expendimus; nunc quid veri huc ex S. Mauri Abbatis Vita ab Odone interpolata elicere poſſimus, indagandum eſt.

Vulgatis illis B. Mauri Actis ſubmediæ ætatis Scriptores tantam tribuerunt XXXVIII.
auctoritatem, ut cum in eis S. Benedictum 12. Kalend. Aprilis in pervigilio Paſchæ exceſſiſſe legiſſent, id ſibi retinendum conſtantiſſime putaverint, adducti exiſtimatione Fauſti B. Mauri diſcipuli, cujus lucubrationem omni ex parte integram credebant. Ea res multis implicata difficultatibus viros minime indoctos, Abbonem Floriacenſem Abbatem, Marianum Scotum, Sigebertum Gemblacenſem, alioſque non mediocriter exagitavit, & in pugnantes diſtraxit ſententias. Cum enim homines illi animadverterent, Paſchæ ſolemnitatem proximis S. Benedicti temporibus in 12. Kalend. Aprilis nonniſi annis 509. & 603. ſecundum Dionyſii Exigui Cyclum incidiſſe; in eas abierunt opiniones, ut ex vulgati Fauſti perſuaſione Sigebertus ad annum 509. Marianus ad 603. Abbo Aimoin. in
denique correctis Dionyſii Cyclis ad annum 531. S. Benedicti obitum retule- Vita S. Ab-
rint. Abbonis ea de re opuſculum (id monere interim liceat) in ipſius Vita de- bonis c. 13.
ſignat Aimoinus, ab eruditis viris diu deſideratum. Iſtud vero non aliud eſſe apud Boſſium.
arbitror a Præfatione Dionyſii circulis apud Bedam præmiſſa: tum quod Au- Bedæ Op. To. 1.

ctor

ctor ſub finem ſecundi anni magni Paſchalis, qui anno 1064. concluditur, ſe vixiſſe indicat; tum quod Dionyſii Cyclos corrigit ad Evangelicam veritatem, quemadmodum de Abbone Aimoinus refert. Ceterum ex calculo jam ſuperius conſtituto apparet, nullum ex tribus illis auctoribus non hallucinatum eſſe in deſignando S. Benedicti anno extremo, quem neque citra annum Chriſti 543. neque ultra annum 580. collocare fas eſt. S. Mauri Acta paulliſper attendamus.

XXXIX. S. Benedicti obitus 12. Kalend. Aprilis cum vigilia Paſchæ coincidere nullatenus poteſt, ſive Proſperianum, ſive Alexandrinum, ſive Victorinum, Dionyſianumve Cyclum ſequaris, ſive tandem antiquo Gallorum utaris calculo, qui Paſcha perpetuo die 25. Martii obſervabant. Nam in quocumque Cyclo ab anno 542. ad 580. nuſquam Paſcha ad 21. Martii propius accedit quam anno 547. quo in diem 24. prædicti menſis incidebat. Nec alicujus momenti eſt, ſi varias lites proferas de Paſchatis die identidem exortas etiam Benedicti ævo, apud Gregorium Turon. duobus in locis, nimirum Childeberti II. anno ſecundo in lib. 5. Hiſt. Franc. cap. 17. ejuſdemque Regis anno quintodecimo in lib. 10. cap. 23. Siquidem duplex illa controverſia tum nata eſt ob Cyclorum diſcrepantiam, quæ raro evenire ſolebat: nec in præfixo a nobis ab anno 542. ad 580. intervallo niſi ſemel emerſit, nimirum Childeberti anno ſecundo, Chriſti 577. ob diverſitatem Victorini Cycli, quem plerique Gallorum tenebant, a Proſperiano Hiſpanis familiari. Alia enim controverſia a Gregorio Turon. anno ipſius Childeberti 15. Chriſti 590. relata, ex diſcrimine proceſſit Alexandrini & Victorini Cyclorum, qui nonnumquam octiduo diſſidebant, ut Ægidius Bucherius Comment. in Victorii Can. Paſch. cap. 10. erudite animadvertit. Verum quamvis anno 543. Cycli diſcrepaſſent, nullo tamen pacto Paſcha cum die 22. Martii (quemadmodum nonnullis videtur). componi poteſt. Etenim poſt Concilium Nicænum Paſcha celebrare ante plenilunium nuſquam licuit. Quod tamen anno prædicto ſecus contigiſſet: ſiquidem Luna eo anno nata 21. Martii, inſequenti die a plenilunio diebus duodecim abſuit. Hinc neceſſario conſequi arbitramur, S. Benedicti diem ultimum cum Vigilia Paſchæ 12. Kalend. Aprilis ſeu 21. Martii nullatenus convenire poſſe. Alterutrum itaque negandum eſt, ut ſi in Vigilia Paſchæ S. Benedictum mortuum eſse ſentias, alium diem a 21. Martii in Kalendario tribuere ei neceſse ſit: ſi diem 21. Martii retinere velis, (quod quidem magis mihi probatur) a Vigilia Paſchæ B. Benedicti obitum removere debeas.

XL. Certe in veterrimis quibuſque Martyrologiis Bedæ, Wandelberti, Uſuardi, Adonis, ceteriſque anonymorum Auctorum, Natalis S. Benedicti 12. Kalend. Aprilis nuſquam non conſignatur. Nec objicias, Auctores illos Actis S. Mauri ab Odone interpolatis adhæſiſſe. Nam etſi hoc de quibuſdam dici poſſit, nec Bedæ ſincerum Martyrologium habeamus; id tamen non cadit in Wandelbertum, qui Lotharii Imperatoris anno 25. Chriſti 842. ſuum Opus compoſuit: nec in Uſuardum Odone antiquiorem, cujus faſtos omnino integros in pervetuſto codice ſervamus. Cur autem Odo Abbas Glannafolienſis Fauſtum hoc in loco vitiaverit, conjicere utcumque poſſumus. Fauſtus in Vita S. Mauri fortean ſcripſerat, S. Benedictum in Vigilia Reſurrectionis Dominicæ, hoc eſt in Sabbato (nam Dominicum diem veteres non raro diem Reſurrectionis Dominicæ appellabant) exceſſiſſe: quod de Sabbato Sancto Odo interpretatus ſit. En & alia conjectura. In vetuſtis Kalendariis legimus diem 22. menſis Martii ſolitam vocari apud Latinos *Primum Paſcha*, quod ipſis citimus Paſchæ terminus fuerit. An Fauſtus fortaſſe prodidit B. Benedicti mortem in Vigilia Primi Paſchatis accidiſſe, eoque loquendi modo Odonem in errorem induxit? At diutius hariolari non libet. Si Benedictus in Vigilia Paſchæ ſeu Sabbato Sancto in cœlum abiiſſet, adduci non poſſum Gregorium tam inſignem, ut ajunt, circumſtantiam omiſſurum fuiſſe. Pene oblitus ſum inſtitutæ brevitatis; ſed Patris amor me rapit, & reddit excuſatum. Eſto hujuſce diſputationis ſumma, S. Benedictum 12. Kalend. Apriles, Sabbato ante Dominicam Paſſionis anni Do-

mini

mini concepti 543. carne ſolutum fuiſſe. Ad Benedictinæ Regulæ promulgationem in Italia facta tranſeo.

S. Benedicti Regulam ipſo vivente in Italia maxime promulgatam ac diſſeminatam fuiſſe, nemo ante Gallonium Cæſaris Baronii patronum dubitavit. Nimirum Gallonius ut ſibi commiſſam Baronii cauſam de Gregorii Magni profeſſione Æquitiana propugnaret, Benedicti Regulam quoad vixit latuiſſe, & a Simplicio dumtaxat tertio ejus ſucceſſore divulgatam fuiſſe commentus eſt infeliciter. Illud enim etſi Gallonio concederemus, nec ſic tamen quod cupit evinceret, uti infra dum de S. Gregorio agemus, apparebit. Certe non pauca Monaſteria a S. Benedicto excitata, ac ſuiſmet ſine dubio inſtructa legibus fuiſſe, nemo inficias ire poteſt: ſiquidem præter duodecim quæ in ſolitudine Sublacenſi condidiſſe legitur, Cœnobium Terracinenſe teſte Gregorio in lib. 2. Dial. cap. 22. conſtruendum curavit. Quid? quod ipſe brevi moriturus Mauro diſcipulo ſuo in Galliam proficiſcenti Regulam manu propria exaratam conceſſit? An fortaſſe invidendo ſubtraxit popularibus, id quod cum exteris benigne communicavit? Suppetit & aliud argumentum ex Fundani Abbatis ad Simplicium Abbatem Caſſinenſem Epiſtola paulo poſt S. Benedicti obitum ſcripta petitum: cujus epiſtolæ exemplar Caſſini aſſervatum cum Lucas Holſtenius Bibliothecæ Vaticanæ nuper cuſtos, vir doctus, calculo ſuo probaverit, eam, prout a V. C. Angelo de Nuce Abbate Caſſinenſi ex codice MS. edita eſt, referre non pigebit. XLI.

Angel. de Nuce in Chron. Caſſ. lib. 3. c. 29.

Reverentiſſimo Monachorum Patri SIMPLICIO *B. Abbas Monaſterii apud Fundanam urbem, Obedientiæ ſubjectionem.*

„ Experientia compertum eſt, multorum Rectorum mores varias vivendi nor-
„ mas in Monaſteriis peperiſſe. Hinc factum eſt, ut jam omnia Monaſteria
„ Campaniæ, Samniæ, Valeriæ, Tuſciæ, Liguriæ, & aliarum provinciarum
„ Italiæ, certam & rectam regulam vivendi, quam ſanctiſſimus & Deo acce-
„ ptus BENEDICTUS Magiſter tuus inſtituit, ſervare decreverint: ut juxta
„ illam viventes, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinare præſumant.
„ Hanc ergo ſervandam propoſui huic Congregationi, cum nuper me in ſuum
„ Abbatem elegit indignum. Quam cupientes in hoc Monaſterio ſicut in Caſ-
„ ſinenſi obſervare inviolabiliter, decrevimus ad Sanctitatem veſtram deſtina-
„ re religioſos ex eadem Congregatione viros Hugonem & Paulum Fratres no-
„ ſtros, juxta prædictam Sanctam Regulam & obſervantiam plenius inſtruen-
„ dos in Caſſinenſi ſancta Congregatione: quos commendatos apud Paternita-
„ tem tuam humili obſequio rogamus. Datum in Monaſterio prope urbem
„ Fundanam 7. Kal. April.

Hoc argumento cum ſe feriri ſentiret Gallonius, Bernardi & Hugonis nomina in iſta Epiſtola expreſſa, Simplicii ævo in Italia fuiſſe inaudita inclamavit. At Bernardi nomen haud exprimit Epiſtola, ſed vocem decurtatam in ancipiti reliquit: nec unius Hugonis nomen ſufficit elevandæ Epiſtolæ auctoritati. XLII.

Præter Regulam S. Benedicto nonnulli tribuunt quædam Opuſcula, nempe Librum *de Ordine vitæ*, & Epiſtolam ad S. Remigium Remorum Epiſcopum ſcriptam. Primum ſatis refutavit Haeſtenus, qui illud in Monaſt. Diſquiſitionum calce edidit: de altero hic paucis dicendum. Refert in Vita S. Remigii Remorum Epiſcopi vetus Auctor, Fortunatus Hincmaro creditus, puellam quamdam Toloſanam a dæmone vexatam, Romam ad B. Petri ſepulchrum deductam fuiſſe, *ubi quidam Dei ſervus cum auxilio ſacri corporis plurima patrabat ſigna virtutum*, negaſſe tamen dæmonem ſe ab alio quam a Remigio expelli poſſe. *Tunc*, inquit Auctor, *parentes ejus & ipſius benedicti ſervi Dei & Alarici Gothorum Regis affatibus ſuffragati, cum ægrota ſobole ad S. Remigium Antiſtitem pervenerunt*. Legerat hæc verba Hincmarus, cum in Vita ejuſdem S. Antiſtitis a ſe interpolata de S. Benedicto iſtud factum explicavit, non S. Remigii Teſtamento male intellecto, ut putavit Baronius, ſed hocce teſtimonio deceptus. Nam *benedicti* vocabulum adjective hic, ut ſæpe alias *, uſurpatum, in nomen viri proprium Hincmarus commutavit. Quod etſi ita eſſe XLIII.

Fortun. Apud Sur. 1. Octob.

* initio ejuſdem Vitæ, matri ſuæ benedictæ Ciliniæ.

concedamus, hunc tamen locum negamus S. P. Benedicto aptari poſſe. Nam ille Dei ſervus, de quo vetus ille Scriptor, *in Romana urbe degebat*, *ad B. Petri ſepulchrum*, & quidem tempore Alarici Junioris apud Toloſam Gothorum Regis anno Chriſti 507. exſtincti: quo tempore Benedictus adoleſcens in ſpecu Sublacenſi adhuc latebat, nec inde in Urbem receſſiſſe legitur. Præterea non probat Baronius, Remigium Epiſcopum in vulgata illa Epiſtola Benedicto Abbati *Fratrem* appellari. Vereor ne ſatis validum non ſit iſtud argumentum, cum Friardus Recluſus apud Gregorium Turonicum Epiſc. *Fratris* nomine Felicem Namnetenſem Epiſcopum compellaverit. Quæ diximus, ſpuriam Epiſtolam omnino demonſtrant. Valeat proinde Epiſtola illa a Monachis S. Remigii Remenſis ad Caſſinates præfixo Benedicti nomine tranſmiſſa: cujus falſitas vel ex eo deprehenditur, quod Monachi Remigiani ajunt, ſe Caſſinatibus dirigere S. Benedicti ad B. Remigium Epiſtolam eatenus ipſis ignotam, ſenſu quidem genuinam, ſed verbis aliis a ſe *caraxatam*. Nam ſi illius Epiſtolæ verum exemplar habebant, cur mutabant verba auctore ſuo conſecrata? Si non habebant, quis eis ſenſum revelavit, non verba? aut quomodo tandem nulla apud Caſſinates iſtius Epiſtolæ memoria? Nimis verborum in his terimus minutiis: at non facile opiniones præjudicatæ ex animis evelluntur.

Greg. Tur. de Vit PP. c. 10.

Exſtat apud Haeft. Comment. in Vit. S. Bened. c. 16

§. III.

De Inſtituto Sanctimonialium ad Regulæ S. Benedicti præſcriptum per S. Scholaſticam præmunito.

XLIV. VIRORUM agmen ducit Benedictus, Virginum Scholaſtica choris præit Dux & Magiſtra in Schola fratris ſui edocta. V. C. Joannes Bollandus Commentario prævio in S. Scholaſticæ Vitam, duplex de Scholaſtica dubium movet. Unum, an Religioſa Clauſtralis fuerit, Monaſticis addicta Regulis; an Devota, modeſto, quidem ſed communi amictu communique inſtituto religioſam vitam ducens. Alterum, an juxta Caſſinum habitarit: quorum iſtud negat, illud pia tantum ductus perſuaſione ſe credere profitetur. Ego vero utrumque certiſſimum exiſtimo.

Bolland. Tom. 2. 10. Feb.

XLV. Sancto Benedicto paruiſſe Virgines ſacras, ab eoque leges accepiſſe ex Vitæ capp. 19. & 23. clarum & exploratum videtur. In iſtarum Virginum ordine Scholaſticam fuiſſe id argumento eſt, quod Gregorius eam *Sanctimonialem*, ſeu, ut ſcripti habent codices, *Sanctæmonialem* nuncupat, eique *Cellam* tribuit. De iſtorum verborum ſenſu, non extranei, non profani rogandi ſunt Auctores, ſed Gregorius ipſe, qui ea in totis Dialogorum libris nonniſi ad perſonas reſque Monachicas traducit. Virgines in Monaſterio degentes in Dial. lib. 1. cap. 4. Sanctimoniales vocat. In lib. 3. cap. 14. quamdam Gregoriam refert nuptiarum timore in Eccleſiam fugiſse, & *Sanctimonialis vitæ converſationem quæſiſſe, & ad eum quem deſiderabat habitum perductam* fuiſse. Erat igitur peculiaris, non communis Sanctimonialium habitus. Et ſi adhuc hæres, audi rurſus Gregorium in lib. 4. cap. 15. *Redempta quædam nomine*, inquit, *in Sanctimoniali habitu conſtituta* &c. Quod neſcio cur Gregorius dixerit, ſi communis eſse potuit Sanctimonialium quarumdam, id eſt Devotarum habitus. Mitto libri 3. capp. 21. & 23. & libri 4. cap. 13. in quibus *Sanctimoniales*, ut ſemper alias, Gregorius Virgines in Monaſterio Deo dicatas appellat: pias vero feminas, nonnumquam *religioſas* nominat in libri 2. cap. 12. *Sanctimoniales*, quod legerim, nuſquam.

Greg. lib. 2. Dial. cap. 33. & 34.

XLVI. Neque Cellæ vocabulum apud Gregorium minus exploratam ſignificationem habet, ut ſemper vel pro Monaſterio, vel pro privato Monachi conclavi uſurpetur. Pro Monaſterio quidem, dum in libri 1. cap. 4. Æquitius Baſilium Monachum *de Cella* expelli jubet: dum in lib. 2. cap. 8. *hortum Cellæ*, cap. 9. *habitacula Cellæ*, cap. 21. *fores Cellæ* legimus: denique dum in lib. 3. cap. 15. qua-

quatuor vel quinque pecudes *in Cella* remanſiſse memorat. Pro Monachi vero cubiculo privato uſurpatur in lib. 3. cap. 16. ubi Martii Eremitæ *Cellam*, & cap. 18. ubi itidem Benedicti Monachi *Cellam* dicit. Cum ergo apud Gregorium legis, Scholaſticam *Sanctimonialem ad Cellam propriam* ſe recepiſse, proprie Sanctimonialem fuiſse non dubites. Unde S. Bertarius Abbas Caſſinenſis anno 884. martyrio coronatus apud Angelum de Nuce in caput 33. Vitæ S. Bened. *Venientes ad locum*, inquit, *in quo Virgo Domini Scholaſtica dum adhuc viveret habitabat, ſimulque cum aliis religioſis ſanctiſque Virginibus Domino ſerviebat, quas illa docuerat*, &c. Hic Scholaſticam & Monacham audis & Monacharum Magiſtram. Accedit Carmen de S. Scholaſtica, vetus quidem, ſed Paulo Diacono perperam attributum, quod integrum ſuo loco referemus, cujus modo hoc diſtichon prælibamus.

Caſtalides Proceres præibas concita prædux,
Illuminabat ovans Caſtalides Proceres.

XLVII. Ex eodem Carmine diſcimus Scholaſticam (quod alterum controverſiæ caput eſt) juxta Caſſinum habitaſse. Sic enim canit Poeta:

*Virginal * ecce tuum Fratris conjunxeras ædi,*
Staret ut invulſum Virginal ecce tuum.

* id eſt Parthenona ſeu Monaſterium ſacratarum Virginum.

Hoc ipſum vero ex Gregorio tam evidenter exprimitur, ut mirum ſit id a quoquam negari poſse. Nam die altero a fratris congreſsu *ad Cellam propriam receſſiſſe* Scholaſtica dicitur, ejuſdemque poſt triduum mortuæ corpus fratris juſsu Caſſinum manibus Monachorum delatum, ibique ſepultum eſt. Quod certe breviſſimum a Caſſino intervallum ſatis denotat. Greg. lib. 2. Dial. c. 34.

XLVIII. Hæc cum ita ſint, Scholaſticam Virginum Benedictinarum Ducem, Magiſtram, & Anteſignanam pronuntiare non dubitamus: quamquam an ſubito plurimas Inſtituti ſui ſocias ac participes habuerit, non omnino certum eſt. In Gallia Regulam S. Benedicti non ante Sanctimonialibus receptam arbitror, quam Donatus Veſontionenſis Epiſcopus circa annum 620. petente Flavia matre eam feminis aptavit. Sic enim in Prologo ſuo loquitur: *Sæpius mihi injungitis, ut explorata* S. CÆSARII *Arelatenſis Epiſc. Regula, quæ ſpecialius Chriſti Virginibus dedicata eſt, una cum beatiſſimorum* BENEDICTI *quoque &* COLUMBANI *Abbatum, utputa quibuſdam (ut ita dixerim) collectis in unum floſculis ad inſtar Enchiridion excerpere vobis, vel coacervare deberem, & quæ ſpecialius femineo ſexui cuſtodienda competerent, promulgarem, dicentes quod Regulæ prædictorum Patrum vobis minime convenirent; cum eaſdem viris potius, & nequaquam feminis edidiſſent*. Poſtea vero S. Benedicti norma uſque adeo invaluit, ut generali conſtitutione canon ultimus Concilii apud Liptinas in agro Cameracenſi anno 742. habiti definiat, *Ut Monachi & Ancillæ Dei Monaſteriales* JUXTA REGULAM S. BENEDICTI *Cænobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundum prædicti Patris ordinationem non negligant*. Quod decretum non in primariam Regulæ receptionem, ſed in laxioris obſervationis reſtitutionem ſancitum eſt. Sed antequam ex Italia in Galliam faciamus gradum, de Sicilia, quo prima Regulæ translatio facta creditur, agendum eſt.

Exſtat in cod. Reg.

§. IV.

De Regulæ S. Benedicti in Siciliam invectione per S. Placidum.

XLIX. AD difficilem devenimus locum, ubi de S. Placido Benedictinorum Monachorum Protomartyre, ipſiuſque in Siciliam acceſſu & martyrio tractandum incumbit. Res eſt obvoluta tot ſpinis totque anfractibus intricata, ut aculei undique & imperviæ ſe objiciant ambages, quibus removendis probati nos deficiunt Auctores. Petrus Diaconus Caſſinenſis, ſæculi 12. ſcriptor non malus quidem, ſed non ſatis diligens, S. Placidi ejuſque ſociorum Geſta a Gordiano Placidi comite ſcripta vel interpolavit, vel ſuppoſuit. Nam

Gordianum inter Scriptores Monaſterii Caſſioenſis io libro hac de re ſingulari non memorat, etſi Fauſtum ob ſimilem de S. Mauri Abbatis Vita lucubrationem non omittit. Acta illa non quidem perpurgata reddere, ſed atrocioribus mendis exonerare conabimur. Nunc in tempus quo S. Placidus Siciliam petiit, quove martyrium complevit inquirendum eſt.

L. Leo Marſicaous in Chron. Caſſin. lib. I. cap. I. S. Placidi legationem in Siciliam deſcribit his verbis: *Beatum etiam Placidum diſcipulum ſuum vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam miſit, ubi pater ejuſdem Placidi Tertullus Patricius decem & octo patrimonii ſui curtes eidem B. Benedicto conceſſerat*. Auctorem Leone antiquiorem legi neminem, qui de iſta B. Placidi profectione ſcripſerit. De ejus Martyrio, primus ſe offert Uſuardus in Martyrologio: *3. Non. Octob. Apud Siciliam Natalis SS. Martyrum Placidi, Eutychii, & aliorum triginta*. Utrumque ſilet Gregorius Magnus in libris Dialogorum, ubi nimirum res io Italia dumtaxat geſtas commemorare in animo habebat. In vulgatis S. Placidi actis num. 20. irer ejus in Siciliam anno Domini 536. conſignatur. Mallem anno 534. ante bellum Gothicum, præcipue cum Sabinus Canuſinus Epiſcopus, quem Placidus tum inviſiſſe dicitur, anno 536. Conſtantinopoli verſaretur, ut ſuo loco dicendum erit.

LI. Nec minor eſt difficultas de Martyrii anno, qui male in iiſdem Actis anno Chriſti nati 541. Juſtiniani 13. illigatur. Nam anous Juſtiniani 13. in Chriſti annum 539. incidebat, ut Baronius in Notis ad Martyrol. adnotavit. At qui io iiſdem Geſtis de Mamucha cædis auctore & Saraceoorum claſſe ex Hiſpania in Siciliam advecta legitur, intolerabilis error eſt: ſiquidem nonniſi poſt centum & ſeptuaginta annos Saraceni Hiſpaniam occupaverunt. Nec facile invenias, quibus nefarium illud ſcelus auctoribus tribuas, ſi temporis calculo a Petro Diacono conſtituto inhærere velis. Procopius rerum illius temporis ad Italiam Siciliamque pertinentium ſcriptor ad annum belli Gothici quintum, ſextum, ſeptimumve, nullius hujuſmodi incurſionis meminit. Si a prædictis annis paullulum diſcedimus, nonnullas obſervamus Siciliæ vaſtationes; cuinam iſta Sanctorum Martyrum cædes adſcribi debeat, definiat qui poteſt.

LII. Primum enim apud eumdem Procopium in lib. 3. ad belli Gothici annum 15. „ Chriſti 549. Totila, aliis Baduila, poſtquam Rhegium a ſuis obſeſſum re„ licta coſtodia circumcluſerat, ipſe trajectis in Siciliam copiis Meſſanæ ador„ tus eſt mœnia: cui cum Domentiolus urbis Præfectus reſtitiſſet, Gothi ne„ mine ſibi deinceps obviam procedente Siciliam fere omnem depopulantur: „ quibus peractis in Italiam remeaſſe dicuntur. Et quidem hic vulgatis S. Placidi Actis cum nonnulla ſatis conveniant, tum illud maxime conſentit, quod prædones Rhegium (quod paulo ante Gothis ſe dediderat) utrobique petiiſſe navigio feruntur. Id tamen diſcriminis inter utramque narrationem, eſt quod Totila feliciter in Italiam appulſus eſt, Mamucha vero cum ſuis naufragio periiſſe dicitur.

LIII. Eſt etiam quædam ratio, cur S. Placidi necem poſſimus aptare Sclavinis ferocibus populis, quos Procopius eodem loci per Hiſtrum, Thraciam, Illyricum, & Dalmatiam graſſatos commemorat, nec Siciliæ peperciſſe veri ſi„ mile eſt, a Totila forte conductos. Nam Procopius Sclavinorum imma„ nitatem deſcribens tradit, eos nulli ætati peperciſſe, & quoslibet obvios „ ſine delectu necaſſe, non enſe, non telo, vel armorum genere aliquo con„ ſueto, ſed acutiſſimos in terram palos figentes ſumma vi miſeros ſuper „ impoſuiſſe, ſummumque pali idque præacutum per inferiorem pudendam„ que partem trudendo & in viſcera adigendo interiora excruciaſſe. Addit „ & aliud tormenti genus a Sclavinis adhiberi ſolitum. Nempe ad ſudes „ quernas & craſſiores altius in terram defixas pedes, manuſque captivorum „ deligabant, fuſte deinde caput diverberantes, veluti in canes ſerpenteſve „ ex ejuſmodi cetera deſæviendo, morte conficiebant: alios vero cum bobus „ pecudibuſque & id ceteris genus quos abigere domum non ſatis commode „ præ ſenio poterant, locis artioribus coercendo igne inclementius cremabant.

Quæ

Quæ plane tormentorum genera in S. Placidum ejuſque ſocios in editis eorum Geſtis partim perpetrata leguntur. Sclavinorum porro religionem Procopius ad annum belli Gothici 11. commemorans ait, his lege cautum „ eſſe, ut inter deos aliquem unum qui fulminis ſit fabricator, rerum om-„ nium Dominum ac ſolum eſſe credant, illique boves & hoſtias ceteras „ mactent. Silvas, inquit, præterea & Nymphas colunt & dæmones alios, „ hiſque ſacrificia peragunt, & inter ſacrificandum vaticinantur. Gregorius Magnus in lib. 9. Epiſt. 45. bis in hebdomada Letanias fieri ob Barbarorum in Siciliam incurſiones præcipit: at Gregorii Pontificatus a B. Placidi tempore nimium remotus videtur.

In Appendice ad Marcellini Comitis Chronicon & in Chronico Hermanni contracti dicitur Bucelinus Comes per annos aliquot Italiam Siciliamque infeſtaſſe, & Romanum ſæpe exercitum ſuperaſſe, tandemque exercitus ejus profluvio ventris attritus, a Narſe pugna victus & profligatus, ipſeque Dux occiſus eſſe: quod etiam in Annalibus Bertinianis Juſtiniani principatu factum traditur. Hæc fere ſunt quæ de Siciliæ vaſtationibus circa S. Placidi ætatem factis in probatis auctoribus leguntur, non eo animo a me adducta, quæ vulgatis B. Placidi Actis omnimodam fidem detraham, ſed quo probem, obſcuræ veritatis illuſtrandæ ſtudium mihi non defuiſſe. LIV.

Tom. 3. Cheſnii pag. 133. Hiſt. Fran.

§. V.

De S. Mauri miſſione in Gallias, deque Benedictini Inſtituti facto per eum acceſſu.

SI B. Mauri Vita a Fauſto ipſius ſocio deſcripta ad nos integra perveniſſet, non eſſet nobis in iis quæ ad ipſum pertinent immorandum. At cum Odo Glannafolienſis Abbas, homo noni ſæculi, in Acta illa jam vitiata, ut in Epiſtola ſua prævia teſtatur, inciderit, novaque ipſe addiderit errata; nonnulla quæ Lectorem ceſpitare faciunt, diſcutere mihi incumbit: nimirum quis S. Benedicto fuerit auctor mittendi B. Maurum in Galliam, quove anno id acciderit. Deinde qualem commendationem Regula per eum in hocce Regno acceperit, ac demum quo anno vita ſit defunctus. LV.

S. Benedicti Diſcipulos a quodam Epiſcopo Cenomannenſi in Galliam fuiſſe invitatos, conſentiunt omnes: aſt interpolatorem hallucinatum fuiſſe, dum iſtius legationis auctorem nobis obtrudit Bertchramnum, aliis Bertigrannum, qui ſerius quam S. Mauri hiſtoria ferat, hoc eſt a Childeberti II. anno undecimo, Chriſti 576. ad annum Domini 620. Eccleſiæ Cenomannicæ præfuit. Quærendus igitur eſt alius, & ſiquidem nullus ante ipſum cognominis prædictam Eccleſiam rexit, pro Bertchramno in S. Mauri Vita ſubſtituendus eſt Innocens, ſeu Innocentius, in quem totius negotii cauſa refundenda videtur. LVI.

Antequam ad id probandum aggrediar, ſtatuenda eſt Epiſcoporum Cenomannenſium per ſæculum 6. ſucceſſio, ex quibus primus occurrit Principius, qui Concilio I. Aurelianenſi ſubſcripſit anno 511. & intra ſequens biennium habuit Innocentium ſucceſſorem. Innocentius interfuit Concilio II. Aurelianenſi anno 533. & Aurelianenſi item IV. anno 541. nec diu ſupervixiſſe videtur. Eo mortuo diu vacavit Sedes, tandemque anno 560. ſuffectus eſt Domnolus, ſi locus Gregorii Turon. in lib. 6. cap. 9. interpolatione vacat. Domnolo vero anno Childeberti junioris 6. Chriſti 581. ſucceſſit Badegiſilus, qui anno 586. Bertchramnum, ſuperius memoratum, ſucceſſorem accepit. LVII.

Atque ut S. Mauri in Galliam acceſſum Innocentio vocanti tribuamus, ſuadet in primis ejus ætas cum S. Benedicti ſupremis annis ac Theodeberti Regis principatu conſentiens: tum in Monaſticum inſtitutum humanitas ac liberalitas Innocentii, qui quotquot potuit Monachos probatiſſimos in diœceſim ſuam invitavit, excepit, ac recreavit benigniſſime. Teſtes appello Carileſum, Avitum, Almirum, Leonardum de Vendopera, alioſque ſanctiſſimos viros, qui- LVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bus prædia, cellas, aliaque neceſſaria ſuppeditavit. Adeout *triginta ſeu Monaſteriola in ipſo Epiſcopatu eſſent, quando Gauzlenus* (is Pippino regnante Sedem tenuit) *prædictum Epiſcopatum aſſumpſit; in quibus Monachi ſub Regula degentes, ſancte ac regulariter vivebant. Sed quando ipſe defunctus eſt (quod pudet dicere) pauci & quaſi in his nulli remanſerunt, quoniam inde ille omnes ejicere indeſinenter ſtuduit, & laicis ac ſæcularibus hominibus ipſas Cellas beneficiario jure poſſidendas tradidit.*

Acta MSS. Epiſc. Cenom.

LIX. Ita ergo res geſta eſſe videtur. Innocentius paulo poſt Concilium Aurelianenſe IV. anno 541. celebratum Flodegarium Archidiaconum & Harderadum Vicedominum miſit ad B. Benedictum, ut Regulam ac diſcipulos ad Regulæ præſcriptum inſtitutos ad ſe tranſmitteret. Flodegarius & Harderadus belli Gothici difficultatibus præpediti Caſſinum ægre tandem accedunt, ac B. Maurum cum quatuor Sociis ſibi a S. Benedicto conceſſis in Galliam cum adducerent, Innocentium morte ſublatum audiunt. Forte jam vel in demortui locum intruſus erat neſcio quis, deceſſoris ſui votis male reſpondens; vel Sede omnino deſtituta nemo Innocentii partes ſuſcipiebat: cum Florus vir illuſtris, Harderadi conſobrini monitu, S. Mauro Glannafolienſe Monaſterium in territorio Andecavenſi paravit. Certe Innocentium ante Concilium V. Aurelianenſe anno 549. convocatum jam vita functum eſſe vel illud probat, quod neque iſti Concilio, neque Pariſienſibus II. & III. annis 551. & 557. ſubſcripſiſſe reperitur, immo nec quivis alius Cenomannenſium Epiſcopus: ut merito Sedem Cenomannicam toto illo tempore vacuam fuiſſe, vel legitimo Paſtore deſtituta liceat affirmare. In S. Domnoli Actis ab vetuſtiſſimo Auctore Haduini Antiſtitis juſſu ſæculo 7. exaratis diutina Sedis vacatio diſerte exprimitur: *Domnolus relicta patria & parentibus, cunctiſque rebus quas poſſidere videbatur, Romam profectus eſt, limina Apoſtolorum orationis gratia viſitaturus: ubi cum animi ſui devotioni feciſſet ſatis, poſt longa itineris emenſa ſpatia Domino gubernante ad Cenomannos appulit, quos propter obitum ſui Pontificis magno offendit animi mœrore affectos. Jampridem enim beatus Innocens ad Dominum migrarat, & laboris ſui præmia conſecutus: in ejus vero locum necdum alius ſubrogatus fuit.* Neque his obſtat vulgatus Gregorii locus in lib. 6. ubi *migrante Innocentio* Domnolus a Chlotario Epiſcopus *deſtinatus* legitur. Vox enim, *migrante*, indefinito Græcorum modo effertur, tantumque indicat Domnolum Innocentio ſucceſſiſſe, ſeu brevi, ſeu multo tempore vacua Sedes fuerit.

Vita S. Domnoli apud Sur. 16. Maji.

LX. B. Maurus exactis in Gallia annis quadraginta cum menſibus aliquot, 18. Kalend. Febr. ad cœleſtem patriam diſceſſit. Cujus intra tumulum paulo poſt ſancti viri obitum Bertulfus Abbas S. Stephani Protomartyris Reliquias in Buxtula lignea recondidit cum hoc pittacio: *Hic requieſcit corpus B. Mauri Monachi & Levitæ, qui tempore Theodeberti Regis in Galliam venit, & 18. Kalend. Febr. migravit a ſæculo.* Hanc inſcriptionem detexit Gauzlinus Abbas Glannafolienſis, dum B. Mauri corpus e tumulo levavit anno 845. eamque retulit Odo Gauzlini ſucceſſor in Hiſtoria Translationis S. Mauri, a nobis Sæculo 9. Deo dante proferenda. Quam inſcriptionem veriſſimam arbitror, nec in re tam levi Odonem, qui Monachos ipſius Translationis teſtes audiſſe ſe teſtatur, mentitum credere par eſt. Pittacium iſtud cum Reliquiis *juxta prædicti Patris tumulum ob ejus venerationem in buxtula lignea recondiderat* Bertulfus, & quidem *tempore Chlotarii Regis*, nimirum Secundi, qui Chilperico patri anno 584. exeunte in Regnum ſucceſſit. Proindeque Januario inſequenti, qui ſecundum computum Gallicanum ad finem anni ſuperioris pertinebat, S. Maurus vivere deſiit: vel ſi Januario præcedenti, prædictæ Reliquiæ paulo poſt ipſius mortem in ejus tumulo reconditæ ſunt.

Odo in Hiſtor. Translat. apud Bolland. 15. Janu.

LXI. Biennio fere quam S. Mautus hominem exueret, Monachos centum & ſexdecim in cœlum præmiſit. Tantus hominum brevi in eodem Cœnobio mortuorum numerus facile perſuadet, peſtem aliquam tunc temporis graſſatam eſſe: eoque ſpectare credimus, luem illam, quam Gregorius Turon. Childeberti II. anno 7. Chriſti 582. deſcribit in hunc modum: *Magna eo anno*

lib. 6. c. 14. Greg. Tur.

lues

lues in populo fuit, valetudines variæ, milinæ cum puſtulis & veſicis, quæ multum populum adfecerunt morte. Hac peſte correptos B. Mauri diſcipulos exiſtimo, immo & Monachos S. Ebrulfi Uticenſis Abbatis ſeptuaginta octo, ut in propria ipſius Ebrulfi Vita infra videbimus. Nam & locorum vicinia id credere nos cogit, & temporis ratio in S. Ebrulfi Actis num. 17. ſic notata: *Elapſo interea anno viceſimo ſecundo incboationis eorum in ipſa Eremo, in eodem Monaſterio ab incurſione inſidiatoris generis bnmani peſtifera clades ſubitaneæ mortis ingreſſa adfuit;* & num. 19. *Eodem mortalitatis urgente incommodo, mortuì ſunt ex Monachis ſeptuaginta octo, ſed & famulorum non minima multitudo.* Quæ idcirco reſero, ut B. Mauri tempus mortis anno circa 584. collocandum demonſtrem.

Aliud argumentum de extrema S. Mauri vitæ periodo eruere licet ex antiquiſſima inſcriptione fronti majoris portæ Caſtrenſis Eccleſiæ quondam inſculpta, quæ in Chronico Epiſcoporum Albigenſium & Abbatum Caſtrenſium refertur hoc modo: LXII. To.7 Spic. vet. Script. pag. 338.

> FAUSTINUS *lapſis a* MAURI *morte decem octo*
> *Luſtris, bas ſancto* BENEDICTO *dedicat aras,*
> *Impenſiſque ſnis tota eſt ſtructura peracta,*
> *Aptavitque ſnis bumeris de more cucnllam.*
> *Relligionis amans, Cellis ſe devovet iſtis,*
> *Atque Abbas factns, mira pietate refulſit.*

De iſtius epigraphes antiquitate dubitare nefas eſt. Retulit eam Petrus Borellus in Hiſtoria Caſtrenſi, affirmatque lectam fuiſſe in majori janua Eccleſiæ Caſtrenſis aduſque annum 1317. quo anno novum portalitium conſtructum eſt. Hiſt. Gall. Caſtr. lib. 2. c. 1. Atqui in laudato Chronico Caſtrenſium prima conſtructio Caſtrenſis Monaſterii ita deſignatur. *Anno Domini ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Robertus, Anſelmus, & Daniel tres viri pii & nobiles, relicto cingulo militiæ ſæcularis, in pago Albigenſi juxta fluvium Agonti ſub Regula* S. BENEDICTI *Deo militantes caſtra metati ſnnt, & inde nomen loco inditum,* CASTRA. *Tres Cellas manibus propriis ſibi conſtruxerunt ex lignis ſilvaticis, terra & foliis: vacabant orationi, jejuniis, vigiliis, & operationi manuali. Tantæ pietatis fama ſpargitnr circumquaque, plurimorum fit concurſus, multiplicantur cellæ uſque ad numerum* 29. *Advenit* FAUSTINUS *Miles ſtrenuus opibus abnndans, Deus tetigit cor ejus, fit Monachus, Eccleſiam S. Benedicti a fundamentis magno ſumptu ædificat, & per mortem Roberti fit ſecundus bujus Monaſterii Abbas.* Infra vero in catalogo Abbatum: *Anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio Ricardus epiſcopabat,* FAUSTINUS *abbatiabat.* Supra iſtum annum 673. reducto calculo ſi *octodecim luſtra*, hoc eſt annos nonaginta numeres ad obitum S. Mauri; hunc anno 584. a me jam conſtituto mortuum intelliges.

Quoſdam ab hac ſententia retrahit Gregorii Turon. ſilentium; quem cum nec in libro de gloria Conf. nec de Vitis Patrum B. Mauri meminiſſe legant, S. Mauri obitum ultra Gregorii Turonenſis annum ſupremum, ſcilicet Chriſti 595. differendum exiſtimant. At certe non omnia ſcripſit vir optimus Gregorius, nec omnia ipſius ſcripta ad nos pervenerunt. Fortaſſis in libro *de Curſibns Eccleſiaſticis*, qui una cum ejus Commentario in Pſalterium intercidit, Curſus ſeu divini, ut vocant, officii a S. Benedicto inſtituti, ac per B. Maurum in Galliam introducti mentionem ſecerat. Objiciebatur nobis nuper venerabilis Bedæ altum ubique de Benedictina Regula ſilentium. Et ecce in minutiſſima Monaſterii ſui hiſtoria ab Jacobo Waræo recens edita * S. Benedicti Regulam non ſemel legitur celebraſſe. Si tamen Gregorius ex toto B. Maurum prætermiſit, non deeſt excuſandæ reticentiæ cauſa. Quippe Gregorius in libris de gloria Conf. & de Vitis Patrum haud multos memorat ſanctos præter Galliarum indigenas; non Samſonem, non Maglorium Epiſcopos Dolenſes ac Provinciales ſuos, non Gildam Reuvienſem Abbatem cognomento Sapientem nominat, clariſſimos alioqui ſanctiſſimoſque viros ex Britannia inſula profectos in Armoricam, Metropolitæ Turonenſi ſubjectam. Quinetiam San-

LXIII.

* V. inf. n. 88.

Sancti populares non pauci, qui non longe ab urbe Turonica ſanctitate florebant Gregorii ætate, in ipſius libris locum non habent. Cur enim quæſo Maximinum Miciacenſem, Liſardum Magdunenſem, Carileſum Aniſolenſem, Leonardum Vendoperenſem Abbates, cur Almirum, Boamirum, Conſtantianum, alioſque viros apud Aurelianos & Cenomanenſes ſolemni cultu celebratos Gregorii calamus expunxit? Nimirum unus omnibus non ſufficit; & dum Gregorius apud patrios Arvernos, dum apud Turones in S. Juliani & B. Martini miraculis occupatur, extranea minus cogitat & attendit.

LXIV. Quantos agente B. Mauro progreſſus in Gallia fecerit S. Benedicti Inſtitutum, declarat S. Odilo in Vita S. Majoli Abbatis Cluniacenſis his verbis. *Proceſſu temporis, poſt tranſitum videlicet ſupradicti piiſſimi Patris, per* B. MAURUM *ejus diſcipulum omnis pene Gallia ejus inſtitutionis ſuſcepit exordium. Deinde per eum & eos, quos ipſe ad juſtitiam erudivit, per plurima temporum ſpatia eadem Religio ad cumulum perfectionis excrevit. Nec abs re credimus contigiſſe*, inquit B. Odo itidem Cluniacenſis Abbas primus, *quod clientem unice dilectum, Beatum videlicet* MAURUM, *has in partes adhuc vivens direxerit* S. BENEDICTUS *& demum ſe transferri voluerit. Forte enim cum ſancta mens ejus adeo dilatata eſſet, ut omnem mundum ſimul conſpiceret, hunc locum ſibi quodam occulto conſilio ſpecialiter delegavit.* Non tamen adeo clara & aperta ſunt normæ Benedictinæ ſæculo ſexto in Gallia propagatæ veſtigia. Nec mirum certe: nam ne quid de temporum longinquitate querar, hæc propagatio facta ſolum non eſt per coloniarum tranſmiſſa huc illucque examina, per novas Monaſteriorum conſtructiones; ſed per Regulæ tacitam ſuſceptionem & obſervationem, quam cum primævo more vivendi antiqua primum uſurpavere Cœnobia, tum ſolam creſcente Sanctæ Regulæ exiſtimatione & auctoritate retinuerunt. Concilium Turonenſe II. anno 567. celebratum can. 17. & 18. Monachis quemdam præſcribit jejuniorum & pſalmodiæ modum, qui cum a Regula noſtra diverſus omnino ſit, vulgatum a B. Mauro Inſtitutum nondum paſſim invaluiſſe ſatis arguit.

S. Odo in Ser. de S. Bened.

LXV. Verum procedente tempore tantam brevi apud omnes obtinuit auctoritatem Regula Benedictina, aliaſque Regulas tanto poſt ſe intervallo reliquit, *ut etiam in ipſorum Patrum Cœnobiis, qui normam ſancti propoſiti fideliter ac religioſe promulgarunt, hanc proprii clientes eorum maluerint profiteri: non immerito arbitrantes quod hunc* (S. Benedictum) *ſpecialiter tamquam alterum Moyſen Deus prædeſtinaverit, per quem Monaſticæ legis decreta ſanciret.* Carolo Magno imperante Reſpublica Monaſtica a S. Mauro condita tam profundas radices egerat, ut quæſtionis eſſet, *Utrum aliqui Monachi eſſe poſſent præter eos qui* REGULAM S. BENEDICTI *obſervant. Item ſi in Gallia Monachi fuiſſent, priuſquam traditio Regulæ S. Benedicti in has parochias deveniſſet*, quemadmodum legitur in Capitulari Interrogationum ad Epiſc. & Abbates, Interrogat. 12. Et in Brevi proxime ſubſequente; *Inquirendum*, ait Carolus Magnus, *qua Regula Monachi vixiſſent in Gallia, priuſquam* REGULA S. BENEDICTI *in ea tradita fuiſſet, cum legamus, inquiunt, S. Martinum & Monachum fuiſſe & ſub ſe Monachos habuiſſe, qui multo ante S. Benedictum fuit.* Adeo Regulæ omnes ceteraque Inſtituta Monaſtica in deſuetudinem & oblivionem tunc temporis abierant. Unde ſola Benedicti Regula tum audiebat in Conciliis, Auguſtodunenſi anno 670. Liptinenſi anno 743. Sueſſionenſi anno 744. Vernenſi anno 755. Francofordienſi anno 794. Maguntiacenſi, Cabillonenſi II. Remenſi itidem II. & Turonenſi III. anno 813. Aquiſgranenſi demum anno 817. duoque dumtaxat in Gallia erant Monaſteriorum ordines, Monachorum nempe & Canonicorum, non tantum pro viris, quod ex prædictis Conciliis patet, ſed & pro Virginibus ſacris. Ita enim in Concilio Maguntiacenſi canone 13. ſtatuitur: *Abbatiſſas cum Sanctimonialibus omnino recte & juſte vivere cenſemus. Quæ vero profeſſionem* SANCTÆ REGULÆ BENEDICTI *fecerunt, regulariter vivant; ſin autem, canonice vivant pleniter.* Et in Cabillonenſi II. can. 53. *Libuit namque huic ſacro Conventui quaſdam admoni-*

S. Odo ib.

Capit. Interr. 12. Tom. 2. Conc. Gall. pag. 261.

tiuncula breviter eis Sanctimonialibus ſcribere, quæ ſe Canonicas vocant : quoniam hæ quæ ſub Monaſticæ normæ Regula degunt, totius vitæ ſuæ ordinem in eadem quam profitentur Regula ſcriptum habent : nimirum Regula S. Benedicti, quæ κατὰ ἐξοχὴν REGULA, REGULA SANCTA cum in laudatis Conciliis, tum in Capitularibus ſolet appellari.

Ex iis, quæ ſuperius de Carolo M. retulimus, manifeſte apparet, Regu- LXVI.
lam iſtam jampridem ante ejus principatum uſu generali receptam fuiſſe, quemadmodum canon 25. Concilii III. Turonenſis anno 813. habiti diſerte confirmat. *Monaſteria Monachorum in quibus* OLIM *B. Benedicti Regula conſervabatur, ſed nunc forte qualicumque negligentia ſubrepente remiſſius ac diſſolutius cuſtoditur, vel certe penitus abolita negligitur, bonum videtur ut ad priſtinum revertantur ſtatum.* Jam ex S. Donato Epiſcopo Biſuntinenſi ſupra notavimus, Virgines Sacras ab eo poſtulaſſe, aptaret feminis Regulam S. Benedicti : quod ex virorum æmulatione proceſſiſſe nemo non videt. Itaque in virorum Cœnobiis B. Benedicti norma trita erat S. Donati ætate, hoc eſt ineunte ſæculo ſeptimo. Eo ipſo tempore Deſiderius anno 629. factus Cadurcæ civitatis Epiſcopus S. Benedicti diſcipulos in ſua Diœceſi excepit. *Nullum*
quidem eo tempore, inquit Vitæ ipſius ſcriptor gravis, *in urbe Caturca propoſi-* To.Ir. Biblioт. Ph.
tum Monachi neque habitus Religionis aut Regulæ Cœnobialis intraverat. Secta Labbe.
Columbani procul aberat, Inſtituta B. BENEDICTI *longe diſtabant. Deſiderii autem tempore hæc ſecta Caturcæ intravit, hujus ſub die hæc Religio adoleſcere cœpit. Nam & Marciliacenſe Cœnobium hujus tempore a viris laudabilibus Anſeberto & Leutado initiatum eſt, & in ipſo opido S. viri Monaſterium his diebus exorditum eſt, & alia complura Monaſteria ſuo tempore ſata creverunt.* Sed præclarum in primis de Regulæ Benedictinæ progreſſu teſtimonium in Vita S. Sa-
labergæ Auctor pene coævus nobis ſuppeditat cap. 4. *In beati Euſtaſii locum* Exſtat in
jampridem beatæ recordationis Walbertus in regimine Fratrum ſubvectus eſt, vir fine operum Gui-
omnium fama laudabilis eximiæque ſanctitatis.... Hujus tempore per Galliarum berti de
provincias agmina Monachorum & ſacrarum Puellarum examina non ſolum per Novig.
agros, villas, vicoſque atque caſtella; verumetiam per Eremi vaſtitatem ex Regula dumtaxat beatorum Patrum BENEDICTI *&* COLUMBANI *pullulabant, cum ante illud tempus Monaſteria vix pauca illis reperirentur in locis.*

Ex hoc loco manifeſtum eſt, S. Columbani Regulam in Benedictinam ab LXVII.
ipſo coaluiſſe principio : cum primi B. Columbani diſcipuli utramque ſimul propagaverint, ut in proximo Sæculo amplius declarabimus. Nec dubium quin vivente Columbano S. Benedicti Regula in Luxovienſi Monaſteria recepta fuerit : ſiquidem permulta Cœnobia, Beſvenſe diœceſis Lingonenſis, Reſbacenſe Meldenſis, Altivillarenſe Remenſis, Solemniacenſe Lemovicenſis, quorum primi inſtitutores ex Luxovienſi Aſceterio educti ſunt, ſub SS. BENEDICTI ET COLUMBANI REGULA condita & erecta leguntur. Immo omnia fere Monaſteria ſæculo 7. ædificata, qualia ſunt Corbejenſe, Floriacenſe, Gemeticenſe, Fontanellenſe & Puellare B. Mariæ apud Sueſſionas, AD SS. BENEDICTI ET COLUMBANI REGULAM ordinata ſunt, ut ex primariis eorum Inſtrumentis conſtat. Ubi dum REGULA ſingulari exprimitur ſigno, utriuſque Regulæ convenientia & promiſcuus uſus evidenter exprimitur.

In antiquioribus Aſceteriis Sæculo 7. Benedictinæ leges familiares erant, LXVIII.
nimirum apud Inſulæ Barbaræ Monachos ante Chlodovei Junioris principa-
tum, cujus rei Regiæ litteræ ab eruditiſſimo viro Claudio *le Laboureur* re- Hiſt. Gal. Inſ. Barb.
latæ faciunt fidem; apud Lerinenſes, qui S. Aigulfum Monachum Floriacenſem Regulæ Benedictinæ ſubditum in Abbatem cooptarunt. In Monaſterio S. Martini intra urbis Turonicæ mœnia (quod etiam de Majori Monaſterio dicendum eſt) S. Benedicti documenta viguiſſe ante annum 690. patet ex Bertoni ſeu Berti Epiſcopi charta, qua in confirmationem Privilegii Baſilicæ Martinianæ a Chrotperto deceſſore ſuo conceſſi tribuit Monachis facultatem eligendi Abbatem ſecundum Regulam S. Benedicti; idque ſimiliter Ibbo anno 721. Guntramno Abbati ratum fecit, voluitque ut *ſi Abbas ab hac*

luce diſceſſerit, per electionem memoratæ Congregationis Monaſterii, quorum vitæ perfecta credetur, ſicut REGULA S. BENEDICTI *edocet, in eorum conſenſu ſolidetur, ſicut & auctoritas Papæ urbis Romæ* ADEODATI *continet per Privilegii ſeriem*. Et quibuſdam verſibus interpoſitis: *Nos inſpirante Domino plena devotione deinceps in idipſum venerabilem* GUNTRAMNUM *Abbatem ſuamque Congregationem vel præſati Monaſterii S. Martini Antiſtitem volumus confirmare, ut inſpecta ipſa Privilegia tam deceſſoris noſtri* CHROTPERTI, BERTONI, *quam &* ADEODATI *Papæ urbis Romæ, ſeu Confirmationes glorioſorum Regum, ut noſtro tempore vel ſucceſſorum noſtrorum omnimodis inviolabiliter conſerventur*, &c. *Ego in Chriſti nomine Ibbo etſi peccator Epiſcopus hoc Privilegium .... integra voluntate & devotione ad Monaſterium S. Martini, ubi Monachi* SECUNDUM REGULAM S. BENEDICTI *converſari videntur*. Perduravit in eadem Baſilica Monachorum cœtus ad Iterium Abbatem Cœnobii Cormaricenſis conditorem, immo ad Alcuinum ipſius ſucceſſorem, qui Monachos in dictum Cœnobium induxit. Nam Litteris primariis ejuſdem Monaſterii Cormaricenſis, *quas una cum conſenſu Fratrum Iterius Abbas* fieri juſſit, plures Martinianæ Eccleſiæ Monachi ſubſcripſere hoc modo: *Chriſtianus Monachus ſubſcripſit, Lambertus peccator Monachus* &c. Et Carolus Magnus diplomate Alcuino Abbati inſcripto anno 795. antiqua Eccleſiæ Martinianæ Privilegia confirmat, & MONACHIS res ſuas omnis vectigalis immunes eſſe præcipit.

LXIX. Serius in nonnullis Armoricæ ſeu Britanniæ minoris Cœnobiis Regula S. Benedicti generali uſu recepta eſt. Monaſterium S. Joannis de Gaelo, nunc S. Menevenni, auctore Jucaele Britanniæ (ut vocant) Rege ſub S. Benedicti legibus militavit, uti & Antrenſe in diœceſi Namnetenſi a S. Hermelando conditum, & Rothonenſe S. Salvatori nuncupatum: at S. WinWaloei Monaſterium, Landevenecenſe dictum, & fortaſſe alia quædam Ludovici Pii juſſu in eaſdem conceſſerunt. En Ludovici Præceptum ex Landevenecenſi Tabulario deſcriptum.

„ Io nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri J. C. LUDOVICUS divi-
„ na ordinante providentia Imperator Auguſtus omnibus Epiſcopis & uni-
„ verſo ordini Eccleſiaſtico Britanniæ conſiſtenti. Notum ſit, quod dum
„ MATMONOCUS * Abba ex Monaſterio LandeWinoch noſtram adiiſſet
„ præſentiam, & illum ſive de converſatione Monachorum illarum par-
„ tium, ſive de tonſione interrogaſſemus, & ad liquidum nobis qualiter hæc
„ forent pateſeciſſet, cognoſcentes ab Scotis ſive de converſatione, ſive de
„ tonſione capitum accepiſſe, dum ordo totius ſanctæ, Apoſtolicæ atque
„ Romanæ Eccleſiæ aliter ſe habere dignoſcitur; Placuit nobis, ut ſive de
„ vita, ſeu etiam de tonſura cum univerſali Eccleſia Domino diſpenſante
„ nobis commiſſa concordarent. Et ideo juſſimus, ut & JUXTA REGU-
„ LAM S. BENEDICTI Patris viverent, quæ poſſibilis & laude digna eſt;
„ & de tonſura capitis juxta taxatum modum cum ſanctæ Romanæ Ec-
„ cleſiæ quæ per orbem terrarum dilatata eſt, concordent unitate. Et ut
„ eumdem vivendi morem juxta quod in ſancti atque eximii Patris Regu-
„ la ſeriptum eſt, in hoc Monaſterio prædicto teneant, & in ſubjectis ejus
„ ceteriſque noſtrum pleniſſimum juſſum exſequi valeant, hæc piiſſimi Lu-
„ dovici Imp. Præcepta de manu ejus roborata.

Scripturam hanc Auctor anonymus in Vita S. WinWaloei, qualis penes nos manu deſcripta habetur, commemorat cap. 9. his verbis: *Nullum uvæ liquorem *, nec mellis, nec lactis nec cerviſiæ ſumpſit. Potus ejus conſtabat ex aqua plurima & aliquibus malorum agreſtium ſuccis. Neſciebant omnes uſum vini. Et hæc lex diu in iſto refulſit Monaſterio, a quo tempore Grallonus, quem appellant Magnum, Britanniæ ſceptrum tenebat, ad annum* LUDOVICI *Imp. quintum, Dominicæ Incarnationis octingenteſimum decimum octavum. Propter infirmitates Fratrum qui in tanta auſteritate vivere vix poſſunt, idem Imperator dum in eadem Britanniæ provincia caſtra fixiſſet ſuper fluvium Elegium juxta fil-*

* Eadem habet Roger. Hoveden ad ann. 764. de Monachis Lindisfar. item de Fuldenſib. Bonifacius Epiſc. Magunt. in Epiſt. 4. ad Zach. P.

*ſilvam quæ dicitur Briſiaci, hæc propria manu direxit mandata Martinoco * Abbati de Monaſterio Landevenne, ut nempe Regulam S. Benedicti ſequerentur poſſibilem & laude dignam, deque tonſura juxta taxatum modum cum Eccleſia concordarent, de quibus miſſam Epiſtolam ſubſignavit.*

Antequam Galliam miſſam faciamus, nonnulla de Ordinis noſtri in Belgio primitiis dicenda eſſent. Quippe S. Amandus Trajectenſium Epiſcopus, iſtius gentis Apoſtolus, varia per Belgium condidit Monaſteria procedente ſæculo 7. Elnonenſe, Blandinienſe, Gandenſe, Baribacenſe &c. eaque ad Regulæ Benedictinæ præſcriptum dirigi voluit. Nam Martinus Papa I. in Bulla pro Monaſterio Blandinienſi decernit, ut liceat Florberto Abbati quem S. Amandus Blandinio præfecerat, Monaſterium diſponere & ordinare SECUNDUM REGULAM S. BENEDICTI. Verum de his alias. Hæc paulo fuſius perſecutus ſum in gratiam exterorum Sodalium Benedictinorum, quibus diligentiorem rerum noſtrarum tractatum debebam. Ad Hiſpaniam accedo. LXX.

§. VI.

De Regulæ ſanctæ traditione in Hiſpania.

ANTONIUS Yepez, vir doctus & de Rep. Benedictina perquam bene meritus, in Chron. Bened. ad ann. 537. approbare contendit, ipſo anno S. Benedicti Regulam in Hiſpaniam invectam fuiſſe, ac Monaſterio S. Petri de Cardenna impoſitam, priuſquam B. Maurus in Galliam appulerat. Vellem equidem id validis demonſtrari argumentis, lubens in exploratam conceſſurus veritatem. Abſit ut privato quovis ſtudio Benedictini Inſtituti primitias Gallis noſtratibus ſerventius arrogare cogitem. At cum videam Achilleum Antonii Yepez argumentum Pſeudo-Maximi potiſſimum auctoritate fulciri, patiantur Hiſpanici Patres noſtri aliunde repeti originis ſuæ primordia. LXXI.

S. Donatum ex Africa in Hiſpaniam Monaſticam intuliſſe Regulam, jam ſuperius obſervatum eſt *, ac qualis fuerit nondum eſt definitum. Pſeudo-Maximi ſomnium id de Regula S. Auguſtini Eremitarum interpretantis nihil moror. Donatus teſte S. Ildefonſo Epiſcopo Toletano *cujuſdam Eremitæ in Africa fertur extitiſſe diſcipulus*. Donati Magiſter fuit Facundus Epiſcopus Afer, (haud dubie Hermianenſis qui de Tribus Capitulis ad Juſtinianum ſcripſit) ſi germanum eſt Eutropii Abbatis Servitani Epitaphium S. Donato deceſſori ſuo poſitum, cujus en primi verſus a Joanne Tamayo accepti: LXXII. * num. 23. Ildef. de Vir.ill.c.4. Jo. Tam. in Martyr. Hiſp. To. 6. pag. 23.

Clauditur hic Sanctus DONATUS, *quem Africa dignum*
Obtulit ipſa Patrem, quemque & Ibera tulit.
Iſteque Facundi quondam præcepta Magiſtri,
Præſulis & Monachi dulcia ſæpe bibit.
Gentibus aſt prorſus barbaricis Africa tota
Scatens, Hiſpanos protinus ipſe fovet.
Septuaginta ſibi conjunxit Divus in oris
Adverſis Monachos, quos vehit unda maris.

His conſona refert laudatus Ildefonſus Toletanus: ſic vero quibuſdam verſibus interpoſitis clauditur Epitaphium: LXXIII.

Hoc poſuit carmen EUTROPIUS *ultro Magiſtro*
Cœlicolo, cujus occupat ipſe locum.

Quæ ut vera ſint, de Regula a Donato Hiſpanis tradita adhuc incerti ſumus.

Eutropius Abbas Donati diſcipulus, & in Monaſterio Servitano ſucceſſor, de diſciplinæ Monaſticæ rigidiori cenſura interpellatus, in Epiſtola Apologetica * ad Petrum Irtabicenſem Epiſcopum, REGULÆ SANCTÆ meminit in hunc modum: *Sed quamvis hoc a multis, qui locum officii noſtri non intelligunt,*

* Hæc Ep. cujus meminit Iſid. de Vir. Illuſt. c. 32. extat in Cod. Reg. Holſtenii, ubi Romæ directa perperam dicitur.

ligunt, ſæpe dicatur, tenenda eſt tamen diſcretio, & SANCTÆ REGULÆ *inſtitutio: ut quæ Patres inſtituerunt, etiam ſucceſſores & filii integra illibataque cuſtodiant & obſervent.* Hic SANCTÆ REGULÆ nomine Benedictinam intelligi, ſuſpicari forte quis poſſet: mihi tamen non omnino probatur. Nam Regula, cujus de ſeveriori obſervatione Eutropius exagitabatur, illa ipſa fuit, quam Donatus ex Africa adductam Monaſterio Servitano impoſuit. Sic enim proſequitur Eutropius in laudata Epiſtola: *Nos ſicut Fundatores & Patres iſtius Monaſterii tenuerunt, & nobis tradita dimiſerunt, auxiliante Domino & tenuimus & tenemus...... ut per hæc Domnos & Patres noſtros, qui* REGULAM SECUNDUM ANTIQUORUM NORMAM *Deo ſibi inſpirante ſtatuerunt, in judicio Dei non adverſarios ſed patronos in omnibus habeamus.* Cum ergo parum veri ſimile ſit, S. Benedicti Regulam in Africam, antequam illinc Donatus diſcederet, penetraſſe; aliam Monaſterio Servitano propoſuiſſe dicendus eſt, non quidem (ut arbitror) ſcripto, ſed uſu ac moribus *ſecundum Antiquorum* (ut præfertur) *normam* compoſitis. Niſi id de Caſſiani Inſtitutis ab antiquis Patribus acceptis interpretemur: quandoquidem *Caſſiani dicta Victor Martyritanus Epiſcopus Afer purgaſſe, & quæ minus erant addidiſſe* apud Caſſiodorum legitur: forte ut ſine offendiculo legi a Monachis Africanis poſſent.

Caſſiod. lib. 1. Inſt. c. 6.

LXXIV. At quo auctore demum, quove tempore Benedictina Regula vigere in Hiſpania cepit? Fateor hic mihi hærere aquam. Exiſtimo tamen id factum eſſe opera S. Martini Abbatis & Epiſcopi Dumienſis primi, qui ex Pannonia ortus facile ob Italiæ viciniam ſuſceptaſque peregrinationes S. Benedicti famam atque mores hauſiſſe potuit, & eum Hiſpanis circa annum 540. communicaſſe. Si quis tamen dicat Benedictinam Religionem ſenſim ex Gallia Narbonenſi Veſigothorum Regibus ſubdita in Hiſpaniam fuiſſe diffuſam, is fortean a vero non aberrabit. Certe S. Æmilianus Abbas apud Cantabros, cognomento Cucullatus, Monaſterium ſuum condidiſſe ac rexiſſe ad Regulæ noſtræ præſcriptum dicitur in ipſius Epitaphio Gothicis literis exarato. Hic vero anno Domini 574. vivere deſiit. Et in Concilio Toletano IV. anno 633. cap. 48. pueris in Monaſterio a parentibus oblatis poteſtas ad ſæculum revertendi intercluditur, ad mentem videlicet Regulæ S. Benedicti quæ cap. 59. id fieri vetat *. Hinc Iſidorus Hiſpalenſis Epiſc. qui prædicto Concilio præfuit, iſtam conſtitutionem in Regulam a ſe conditam tranſcripſiſſe videtur cap. 4. pluraque alia ex eodem fonte mutuatus eſt, ut in tota ipſius Regula licet advertere, maxime capp. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 22. quam Regulam in cap. ultimo *admonitionem* tantum appellat, eamque ita cuſtodiri præcipit, ut *majorum præcepta Patrum per omnia conſerventur.*

* S. Baſil. pueros in Monaſteriis admittit Interrog. 7. ad ſolemnem oblationem non præſcribit, nec eis admittit libertatem revertendi in ſæculum.

Verum nihil æque confirmat, Benedictinas leges tum apud Hiſpanos fuiſſe obſervatas, quam S. Fructuoſi Regula, in cap. 8. *Obedientia* (PRÆCEPTUM EST REGULÆ) *ut in impoſſibilibus quoque rebus opere atque affectu oſtendatur, & teneatur uſque ad mortem.* Quæ enim alia Regula niſi Benedictina hic intelligenda eſt, cujus in cap. 68. præceptum eſt, ut *ſi cui Fratri impoſſibilia injunguntur, ſuſcipiat jubentis imperium?* Nam & Hebdomadariorum miniſtrorum benedictionem ceteraque officia Iſidorus cap. 9. ad inſtar Regulæ noſtræ cap. 35. præſcribit, & jejunia ab Exaltatione Sanctæ Crucis ad Paſcha, & pœnas tardius ad Officium divinum & menſam accedentium cap. 18. diſpenſat omnino ad mentem S. Benedicti. Quod ſi Regulam ipſius communem diſpiciamus, inveniemus pleraque capita Benedictinæ etiam verbis tenus omnino conſentanea. Nam cap. 6. *Eligatur,* inquit, *Cellerarius bonæ patientiæ probatus, quem communis elegerit collatio, & ab omni excuſetur Monaſterii ſervitio & coquinæ officio.... Et ſi major fuerit Congregatio, junior ei detur pro ipſo officio diſcurrendo:* quæ S. Benedicti verbis cap. 31. omnino reſpondent. Ejuſdem Regulæ inſcriptionem capitis 14. deſumpſit Iſidorus ad verbum ex cap. 27. Benedictinæ. Hic enim legitur: *Qualiter debeat eſſe ſolli-*

LXXV.

ſollicitus Abbas circa excommunicatos : illic, *Qualiter debent Abbates eſſe ſollici-ti erga excommunicatos*. Iſidori verba in cap. 18. *in plumbi natura mollitus* , arguunt eum non oſcitanter S. Benedicti petlegiſſe Regulam , quæ cap. 1. eadem verba babet. In eodem capite Iſidorus annuam probationem exigit , & facultates in pauperes impendi præcipit , antequam Novitius ſolemnem faciat profeſſionem : *Poſtmodum*, inquit, *exuatur ſæcularibus veſtibus & induatur Monaſterii religioſis ſimplicibus*. Quid vero Benedictus? *Mox ergo in Oratorio exuatur rebus propriis quibus veſtitus eſt, & indnatur rebus Monaſterii* , cap. 58. Ovum ovo ſimilius non eſt . Ceteris comparandis ſuperſedeo, id unum addere juvat, Leandri , Iſidori, & Fructuoſi Regulas cenſendas potius *admonitiones* , ut loquitur Iſidorus, & quaſdam in ſancti Benedicti Regulam commentationes, locis ac perſonis accommodatas.

Paulo explicatior ſeſe offert Regulæ Benedictinæ mentio ſæculo 8. apud LXXVI
Hiſpanos. Nam FROMISTA Abbas una eum ſobrino ſuo Maximo Presbytero Era 819. quæ anno Chriſti 781. reſpondet , Monaſterium S. Vincentii de Oveto condidit *in bonorem S. Vincentii Martyris atque Levitæ & accepit* REGULAM S. BENEDICTI , ut in cbarta quadam apud Antonium Yepez legitur. Et ADELGASTER * filius Silonis Regis eadem Era conſtruit *Cœnobium in loco nominato Obona ad bonorem Dei & beatæ Matris ejus & S. Micbaelis Arcbangeli & S. Joannis Evang. & S. Antonini Mart.* & S. BENEDICTI *Abbatis, cnjns Ordinem*, inquit, *in ipſo Monaſterio conſtituimus*. At quis putet, S. Benedicti Regulam fervente Maurorum tyrannide in Hiſpania primum radices egiſſe? Jam ergo ſuperioribus ſæculis ab Hiſpanis exculta fuerat, quemadmodum argumenta nuper allata confirmant. Denique dum per Mauros licuit, everſa ab eis Monaſteria , inſtaurata fuere ſub Benedicti legibus, nempe Cœnobia S. Petri de Montibus ab Ordonio Rege & Elvira uxore Era 836. tum SS. Facundi & Primitivi ab Aldeſonſo M. Era 843. item S. Petri de Elſonca ab Hurraca Ferdinandi Regis filia Era 950. aliaque non pauca ; de quibus diplomata apud Prudentium de Sandoval refetuntur. Et Monaſterium S. Andreæ in agro Coxano diœceſis Elnenſis a ſeptem Sacerdotibus Urgellitanis anno 871. erectum fuiſſe ad normam S. Benedicti teſtantur Litteræ Caroli Calvi Imp. quas in Tomo 8. Spicilegii Acheriani videre licet.

Anton. Yepez Chron. Bened. To. 3. Append. Script. 2.

Ibid. Script. 17.

Sandoval de fuod. Hiſp.

Spicil. to. 8. p. 349.

ſ. VII.

De S. Gregorii Papæ Magni ſtudio in promovenda Regula Benedictina, cui addictum fuiſſe demonſtratur.

GREGORIO tantum debent Benedictini Monachi, ut etiamſi ad ip- LXXVII
ſos nullo alio jure pertineat , hoc nomine in ſuis hiſtoriis locum ei dare teneantut, qualem certe meretur is, qui B. P. Benedicti Vitam peculiari diligentia elaboravit , qui ejuſdem Regulam eximio commendavit elogio, & cunctis Latini Orbis Monachis auctoritate ſua approbavit, qui Monaſteriorum quieti paterna ſemper conſuluit providentia . Adeout amore , ſtudio , paterna ſollicitudine Gregorius Noſter ſit : at , quod etiam dicere merito poſſumus & debemus , Noſter eſt ejuſdem Inſtituti ſocietate . Primus hac de re in jus nos vocavit Illuſt. Card. Cæſar Baronius , cum quo nobis res eſt, non rixa, de inquiſitione veritatis. Sed prius de Gregorii mora in propoſito Monaſtico cum eo nobis agendum.

Gregorium abdicatis ſæculi cutis Monaſticæ vitæ dediſſe operam , nemo LXXVIII
eſt qui negare audeat : cum in Præfatione Moral. ad Leandrum, & in lib. 1. Dial. exordio atque etiam cap. 4. ad gloriam uſque id ipſe fateatur . Eum vero privatam Monachi vitam ne ſolido quidem egiſſe anno Baronius contendit, hoc adductus argumento, quod anno 581. Præfecturam urbanam adhuc geſſerit Gregorius, ac paulo poſt e Monaſterio eductus, Conſtantinopolim

Baron. to. 8. ad ann. 581.

polim à Pelagio Papa accepta Diaconi Cardinalis dignitate directus ſit. Verum Baronii ſententiam duæ vel maxime convellunt rationes, Gregorii nimirum eximia cum in virtute tum in ſacra ſcientia perfectio, in Monaſterio haud dubium comparata, cui comparandæ tam breve tempus ſufficere non potuit. Prius enim quam ad Eccleſiaſticas dignitates faceret gradum, eum aſſecutus erat animi ſtatum, quem ipſe dolens in libri 1. Dial. initio ita deſcribit: *Infelix animus meus occupationis ſuæ pulſatus vulnere, meminit qualis aliquando in Monaſterio fuit, quomodo ei cuncta labentia ſubter erant, quantum rebus omnibus quæ volvuntur eminebat: quod nulla niſi cœleſtia cogitare conſueverat, quod etiam retentus corpore ipſa jam carnis clauſtra contemplatione tranſibat, quod mortem quoque quæ pene cunctis pœna eſt, videlicet ut ingreſſum vitæ & laboris ſui præmium amabat. At nunc ex occaſione curæ Paſtoralis ſecularium hominum negotia patitur*, &c. Intelligit profecto quiſquis hæc legit, tantam perfectionem nec homini Præfecturæ urbanæ & quidem Romanæ officiis occupato, nec Novitio Monacho poſſe convenire.

LXXIX. At permitto hic deſcribi Gregorium, non qualis ante Leviticum gradum fuit, ſed qualis poſt Legationem Conſtantinopolitanam evaſit: nec ſic tamen alio argumento facile ſe Baronius expedierit. Admirabilem ac prope divinam ſacrarum Scripturarum ac rerum moralium intelligentiam in libris Moralium ſuſpiciunt omnes, quos libros compellentibus Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo & Fratribus ſuis Gregorius aggreſſus eſt eo tempore, quo Conſtantinopoli cum Leandro verſabatur, uti in Præfatione ſua teſtatum reliquit. An vero fieri potuit, ut Gregorius inter varias Romanæ Præfecturæ ſollicitudines curaſque tumultuantes tam exquiſitam hauſerit ſacrorum librorum cognitionem, tam intime res morales calluerit deguſtaveritque? Aliud ſane de ſe nobis reliquit judicium in illa Moralium Præfatione, dum ſe *inolita conſuetudine devinctum, non jam ſpecie tenus, ſed mente in mundo retentum diu longeque converſionis gratiam diſtuliſſe* confitetur. Non itaque in ſæculari palæſtra virtutis & ſapientiæ apicem Gregorius apprehendit, ſed in Monaſterio, ubi proinde ante plures annos, quam Diaconus crearetur, vixiſſe dicendus eſt.

LXXX. Jam ad Baronii momentum facilis videtur reſponſio. *Diverſis*, inquit, *verbis Gregorius teſtatur ſe tunc in Præfecturæ magiſtratu fuiſſe, cum Laurentius adhuc eſſet Mediolanenſis Epiſc.* Recte, id enim ex lib. 3. Epiſt. 1. conſtat. *Laurentius*, addit Baronius, *diem obiit, cum jam ipſe Gregorius ageret in Sede Romana annum tertium: tunc enim de ejus obitu, & in ejus locum ſubrogatione Conſtantii, extant ipſius Gregorii lib. 2. Epiſtolæ 30. & 31. anno 593. ſcriptæ.* Et hoc ultro admitto. At Laurentium duodecim annos dumtaxat Sedi Mediolanenſi præfuiſſe inficior. Nam etſi id affirmant Eccleſiæ Mediolanenſis vulgati indices, quominus tamen iis aſſentiamur non levis efficit conjectura. Poſt Honoratum illius Sedis Antiſtitem anno 570. ſeu 573. demortuum Frontonius, aliis Junctus appellatus, malis artibus Cathedram occupavit, haud inter legitimos ejus Eccleſiæ Præſules annumerandus, ait Ferdinandus

Ughel Ital. ſac. to. 4. Ughellus. Quis credat interim cives Mediolanenſes æquo animo tuliſſe illum invaſorem, nec de canonica electione cogitaſſe aduſque annum 581. quo Frontonius morte correptus creditur? Quin potius credere par eſt, Honorato mortuo brevi poſt intervallo ſubrogatum fuiſſe Laurentium, ſtatimque cautionem ſuam, cui Gregorius adhuc Prætor urbanus ſubſcripſit, ad Romanum Pontificem direxiſſe, quamvis fortaſſe ante Frontonis mortem non habuerit Sedem pacatam atque tranquillam.

LXXXI. His de mora Gregorii in Monaſterio prælibatis, rurſus nobis cum Baronio agendum eſt, qui Gregorium Æquitianis Sodalibus accenſendum putat contra veterum ſententiam, Joannis Diaconi in lib. 4. Vitæ cap. 16. Aimoini in Prol. Mirac. S. Bened. Thomæ Aquinatis in Opuſc. 17. Antonini p. 2. tit. 15. cap. 12. omniumque poſteriorum, qui Gregorium Benedictinis Monachis conſtanter adnumerant. Quod quidem jam aſſeruerunt bene multi

ex

ex noſtris, Antonius Yepez in Chron. Bened. ad ann. 576. cap. 2. Conſtantinus Cajetanus, omnium vero optime Henricus Vanden-Yype ſingulari ea de re Opuſculo. Sed nonnulla hoc loco argumenta commemorare juvat. Et quandoquidem teſtibus Gregorio poſterioribus non credit Baronius, Gregorium ipſum interrogemus, affectum in Patrem ſuum diſſimulare non poterit. Gregorium plus ſtudii, diligentiæ & curæ poſuiſſe in deſcribendis S. Benedicti, quam cujuſvis alius Sancti, nedum B. Æquitii geſtis, legenti libros Dialog. liquido patet. Nam liber ſecundus totus de Benedicto eſt, quatuor teſtes ab initio fidei adſtruendæ gratia adducuntur: Benedicti genus, ortus, vitæ progreſſus, mortis conditiones curioſius explicantur: tum idem eximiis antiquæ Legis hominibus ſtudioſe comparatur, Regula ipſius & doctrina præclaro commendatur elogio, & omnibus Monaſticen profitentibus proponitur. At vero Æquitii facta uno libri 1. capite 4. comprehenduntur, Petrum plura ſcire cupientem ad Albinum Epiſcopum remittit Gregorius. Næ tu de Æquitio male meruiſti, Gregori, (pace tua dixerim) qui cum diſcipulus ejus fuiſſe dicaris, in Benedicti laudibus totus es: de Æquitio ſecurus, aliis committis operam. Immo vero Benedictum diſerte parentem agnoſcis, quem ſic amas & colis. Nec ſolum Benedicti Regulam commendat Gregorius, ſed Urbicum * Lucuſiani Monaſterii a ſe conditi in Sicilia Abbatem arguit admiſſi piaculi contra Regulæ Benedictinæ auctoritatem, nimirum parvæ eulogiæ a Bono Monacho contentioſe expoſtulatæ: *quod quanta*, inquit, *amaritudine cordis deſcenderit, poterat tua dilectio ſcire, ſi Regulam Monachorum noſſe voluiſſet*, nempe Regulam S. Benedicti, qui eulogias ſine Abbatis licentia a quoquam accipi cap. 54. vetat. Denique Gregorius in lib. 4. Reg. citat eamdem Regulam S. Benedicti, *quem artiſſimæ vitæ Magiſtrum optimum, & ſummæ Veritatis diſcipulum eruditum* appellat: nuſquam autem Æquitii Regulam adducit in medium.

* Eum in lib. 4. Ep. 4. Monaſterii ſui Præpoſitum vocat.

Id. lib. 9. Ep. 42.

LXXXII. Nec refert, Valentinum (quod Achilleum Baronii argumentum eſt) in provincia Valeria primo Abbatem, ubi S. Æquitius floruerat, Gregoriano S. Andreæ Monaſterio præfectum fuiſſe. Nuſquam enim Valentinum Æquitii diſcipulum exſtitiſſe reperies. Provincia Valeria vicina erat Sublaco, quo in loco S. Benedictus XII. Monaſteria primitus conſtruxerat. Adde in externis etiam Valeriæ Monaſteriis Benedictinam Regulam ante fuiſſe receptam, quam Gregorius S. Andreæ Cœnobium ædificaret, (ut ſuperius * oſtendimus) quo tempore jamdudum Æquitius nulla ſcripta Regula ad Superos conceſſerat. Verum his aliiſque relictis conjecturis ad prævalidum nos convertamus argumentum, quo ex Regulæ noſtræ in Britannia propagatione per Gregorii diſcipulos facta, Gregorium nobis vindicemus.

* num. 42.

§. VIII.

AUGUSTINUM *ſociosque Monachos non tantum Fidei Chriſtianæ, ſed etiam rei Benedictinæ in Britannia eſſe auctores.*

LXXXIII. QUAMVIS Baronium hac in parte nobis aperte repugnantem non ſuſtineamus, ea tamen eſt Gregorium inter & Auguſtinum neceſſitudo, ut ſi Auguſtinum nobis vindicare poſſimus, Gregorium jure a Baronio repetamus.

LXXXIV. Auguſtinus Gregorii M. diſcipulus in Britanniam Inſulam cum ſociis aliquot miſſus a Gregorio anno 596. Indict. 14., *fecit Monaſterium non longe ab ipſa civitate* Dorobernenſi *ad Orientem*, in quo Monachos ad vitæ ſuæ genus inſtitutos ab eo collocatos fuiſſe & ratio perſuadet, & Gregorii Epiſtola 31. lib. 12. in Reſponſione ad 1. Auguſtini quæſtionem. *Quia tua Fraternitas Monaſterii Regulis erudita ſeorſum fieri non debet a Clericis ſuis, in Eccleſia Anglorum quæ nuper auctore Deo ad Fidem perducta eſt, hanc debet converſationem inſtituere, quæ in initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris*, &c. Quod

Beda lib. 1. c. 33.

Quod ab Auguſtino factum legimus in Epiſtola Bonifacii IV. ad Ethelbertum Regem ita ſcribentis : *Fili glorioſe, quod ab Apoſtolica Sede per Coepiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſtis, libenti animo concedimus, id eſt ut veſtra benignitas in Monaſterio in Dorobernenſi civitate conſtituto, quod Sanctus Doctor veſter* AUGUSTINUS *beatæ memoriæ Gregorii diſcipulus S. Salvatoris nomini conſecravit, cui ad præſens præeſſe dignoſcitur dilectiſſimus Frater noſter Laurentius, licenter per omnia Monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat, Apoſtolica auctoritate decernentes, ut ipſi veſtri prædicatores Monachi Monachorum gregem ſibi aſſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent*. Huc ſpectat quod Joannes Mareshamus in Monaſticum Anglic. recte prænotavit ;
„ In Eccleſiæ noſtræ cunabulis, inquit, Monachi non fuerunt a Clericis
„ diſparati. Siquidem a temporibus antiquis in Lindisfarnenſi Monaſterio &
„ Epiſcopus cum Clero, & Abbas ſolebat manere cum Monachis, qui ta-
„ men & ipſi ad curam Epiſcopi familiariter pertinerent. Etiam hodie Ec-
„ cleſia Cathedralis vocatur Monaſterium. Ita ille. At nuſquam Monachos Æquitianos in Anglia audiiſſe, ſed Benedictinos tum in ipſa Dorobernenſi primaria Eccleſia, tum in Monaſterio S. Salvatoris; tum aliis in locis, facile demonſtrari poſſe confido.

LXXXV. Joannes Mareshamus jam laudatus in προπυλαίῳ ad Monaſt. Anglic. etſi ſcribit, S. Benedicti Regulam, poſteaquam a Zacharia Papa non modo in
„ Italia inſtaurata, ſed etiam ultra Alpes propagata fuit, tantam demum
„ obtinuiſſe perfectionis ſuæ exiſtimationem, ut nullum fere non eſſet in
„ Occidente Cœnobium ad normam Benedicti vel primitus inſtitutum, vel
„ denuo formatum ; in hoc tamen a ceteris fere Anglicis Scriptoribus diſſentit, quod exiſtimet, eamdem Regulam in Concilio Wintonienſi anno 965. ſub Dunſtano Archiepiſcopo Cantuarienſi ab omnibus primum in Anglia re-
„ ceptam fuiſſe. Tunc primum, inquit, Monachis præſcripta fuit conſtitu-
„ tio generalis tam ex Benedicti Regula, quam ex veteribus conſuetudini-
„ bus contexta, quæ dicta eſt Regularis Concordia Anglicæ nationis. Et
„ infra: Bellenſes Monachi inſtituti ſunt ad Benedicti Regulam, cujus ma-
„ xima fuit apud nos ab Edgari tempore reverentia. Verum cum omnino
„ nulla ſit in Concilio Cloveshoviæ Benedictinæ Regulæ mentio, licet aptiſ-
„ ſima eſſet illius commemorandæ occaſio, & altiſſimum ſit ea de re apud
„ Bedam ſilentium; videamus quo modo, quove tempore Regula illa Ec-
„ cleſiæ Occidentali increbuit. Tria ergo hoc in loco diſpungenda ſunt. 1. Num ante Edgarum Regem & Dunſtanum Epiſcopum S. Benedicti Regula in Anglia non viguerit. 2. An nulla iſtius Regulæ in Concilio Cloveshoviæ mentio. 3. An altiſſimum de ea apud Bedam ſilentium : quibus nonnulla pro cauſa noſtra ſubjiciemus argumenta.

LXXXVI Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii a ſe ſcripta, præter alia quibus utitur ad Gregorium Ordini Benedictino aſſerendum, hoc momentum propo-
Jo. Diac. l. 4. Vita S. Greg. c. 82. nit. *Quod vero Monachi qui a Gregorio in Saxoniam* (id eſt Tranſmarinam Saxoniam ſeu Angliam) *miſſi ſunt*, S. BENEDICTI REGULÆ *fuerint mancipati, inter alia etiam illud oſtendit, quod ex ipſius diſcipulis vix poteſt in illis partibus Monachus aliquis inveniri, a quo non obſervetur tam in propoſito quam in habitu* REGULA BENEDICTI. Quid clarius aut validius adverſus Mareshamum proferri poteſt ? Joannes Diaconus ſuam lucubrationem dedicavit Joanni VIII. qui ab ann. 872. ad decennium Romanæ Sedi præfuit. Preſſius, Joannes Diaconus Gregorii Vitam ſcribebat tempore Joannis Papæ VIII. Indict. 8. (ut notat in lib. 3. cap. 58.) quæ Indictio anno 875. reſpondet, quo tempore Regula Benedictina ita apud Anglos invaluerat, ut *vix poſſet in illis partibus Monachus aliquis inveniri, a quo non obſervaretur tam in propoſito quam in habitu* REGULA BENEDICTI. Longe ergo ante annum 965. in Angliam inducta eſt Regula iſta, immo longe ante Joannis Diaconi ætatem : cum ab omni memoria poſt Auguſtini prædicationem illic eam viguiſſe, homines noni ſæculi perſuaſum habuerint.

Ne-

Neque proinde neceſſe fuit, S. Benedicti Regulam in Concilio Clovesho- LXXXVII.
viæ anno 747. commemorari : ſed ſatis fuit Monachos ad communis ac re-
ceptæ Regulæ normam revocare. At certe ſi Mareshamus Concilium iſtud
eum Benedictina Regula attente comparaſſet, hanc non obſcure expreſſam
advertiſſet can. 24. in hæc verba : *Viceſimoquarto ſancitum eſt capitulo, ut ſi*
quis ſæcularium ſanctæ profeſſionis famulatum ſubire deſiderat, non antea tonſu- To.1 Concil. Angl.
ræ babitum ſuſcipiat, quam illius converſatio ac morum qualitas SECUNDUM pag. 251.
MONASTICÆ REGULÆ *definitionem manifeſtius probetur juxta Apoſtolicum*
præceptum; Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt, niſi aliqua rationabilis cauſa ut an-
te ſuſcipiatur in Congregationem rite perſuadeat. Quænam eſt, rogo, illa MO-
NASTICA REGULA, niſi Benedictina, cujus verba cap. 58. Concilii ver-
bis omnino reſpondent? *Noviter veniens quis ad converſionem, non ei facilis*
tribuatur ingreſſus : ſed ſicut ait Apoſtolus; Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Reg S Bened. c. 58.
Deinde membrum illud, *ſuſcipiatur in Congregationem*, ex eodem Regulæ no-
ſtræ capite deſumptum eſt. Cum igitur Concilium Monaſticam interponens
Regulam, B. Benedicti locutione utatur; nullus juſtæ dubitationi ſupereſt
locus, Regulæ Monaſticæ nomine Benedictinam a Concilii Patribus fuiſſe
intellectam. Nec enim in aliis Regulis antiquioribus quidquam reperitur,
quod prædicti Concilii dictioni diſerte conveniat, ut ex Concordiæ Regula-
rum cap. 65. evidenter colligitur. Hinc conficimus firmiſſimum & graviſſi-
mum argumentum. Regula Benedictina Patribus Concilii Cloveshovienſis
anno 757. celebrati abſolute REGULA MONASTICA appellatur. Non
alia itaque Regula tum temporis apud Anglos vulgata erat. Sed parcen-
dum Mareshamo, viro quidem docto, qui licet res Monaſticas haud ſegni-
ter verſaverit, Monaſticam tamen, hoc eſt Benedictinam Regulam me-
moria tenere non debuit : nec indignandum quod nobis Venerabilis Bedæ
ſilentium opponat, qui Bedæ aliquot opuſcula recens edita non lege-
rat.

Hiſtoriam Abbatum Monaſterii ſui duobus libris a ſe exaratam teſtatur LXXXVIII.
Beda Presbyter Anglus in fine Epitomes Hiſtoriæ Anglorum, ubi operum
ſuorum Indicem texuit : eamque diu deſideratam nuper tandem edidit Ja-
cobus Waræus cum duabus Bedæ Epiſtolis atque Ecgberti Eboracenſis E-
piſc. Dialogo : nuperrime vero Ludovicus Billaine Bibliopola Pariſienſis an-
no 1666. recenſuit elegantioribus & commodioribus typis. In libro 1. ip-
ſius Hiſtoriæ, quæ *Hiſtoria Abbatum Wiremuthenſium & Girvvienſium* inſcribi-
tur, legimus Biſcopum cognomento Benedictum, Ecgfrido Rege Trans-
humbranæ regionis prædia largiente, Monaſterium conſtruxiſſe *anno ab In-*
carnat. Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, Indict. 2. anno autem 4. im- pag. 22. Edit. Pariſ.
perii Ecgfridi Regis. Deinde quibuſdam interjectis, quartam profectionem
Romam aggreſſus dicitur Biſcopus *poſt compoſitum juxta Regulam Monaſte-* p. 23.
rium. Celebrem fatearis neceſſe eſt ac vulgatiſſimam fuiſſe Regulam illam,
quæ nullo adjuncto diſcrimine REGULA vocatur. Sub eadem Regula
Biſcopus *poſt annum Monaſterium Beati Pauli conſtruxit, præpoſito Abbate ac* p.25. & 26
Presbytero Ceolfrido. Ne vero pro arbitrio quænam illa ſit Regula inter-
preteris, tandem ſub finem libri 1. proprio eam nomine deſignat Biſcopus
ſæpe laudandus in oratione extrema ad diſcipulos habita. *Multum caveto-* pag. 31.
te, Fratres, ſemper, inquit, *ne deforis aliunde vobis Patrem quæratis, ſed*
JUXTA QUOD REGULA MAGNI QUONDAM ABBATIS BENEDICTI,
juxta quod Privilegii veſtri continent decreta, in conventu veſtræ Congregationis
communi conſilio perquiratis, qui ſecundum vitæ meritum & ſapientiæ doctri-
nam aptior ad tale miniſterium perficiendum dignior que probetur, &c. Idem
Ceolfridus Abbas, Biſcopi ſucceſſor, mare tranſmiſſurus in lib. 2. incul-
caſſe legitur. *Utilius decrevit*, inquit Beda, *dato Fratribus præcepto, ut* pag. 38.
juxta ſui ſtatuta Privilegii JUXTAQUE REGULAM SANCTI
ABBATIS BENEDICTI *de ſuis ipſi Patrem qui aptior eſſet elige-*
rent. Nihil interprete opus eſt. Deſinent nunc tandem adverſarii, opi-

nor, Bedæ nobis opponere ſilentium de Regula S. Benedicti, agnoſcent vocem hactenus ignotam, nec nobis ultra non modo Biſcopum & Bedam, ſed Auguſtinum eorum ducem ac parentem denegabunt.

LXXXIX Suboleo nonnihil (ne quid diſſimulem) quod huic conſequentiæ reponi poſſit: Nempe Biſcopum auctorem fuiſſe, ut Regula Benedictina primum in Angliam inveheretur. Nam brevi moriturus, teſte Beda, *ſatagebat ad venientes ſæpius ad ſe Fratres de cuſtodienda quam ſtatuerat Regula firmare. Neque enim putare habetis, inquit, quod ex meo hæc quæ vobis ſtatui decreta indoctus corde protulerim. Ex decem quippe & ſeptem Monaſteriis quæ inter longos meæ crebræ peregrinationis diſcurſus optima comperi, hæc univerſa didici & vobis ſalubriter obſervanda contradidi.* Verum illud quodcumque eſt argumenti, adeo nobis non officit, ut cauſam noſtram egregie fulciat. Biſcopus cum ſecundo Roma revertit, *digrediens ad inſulam Lerinenſem, ibidem ſe Monachorum cœtui tradidit, tonſuram accepit, & diſciplinam Regularem Monachi voto inſignitus debita cum ſollicitudine ſervavit: ubi per biennium idonea Monaſticæ converſationis doctrina inſtitutus, rurſus B. Petri Apoſtolorum Principis amore devictus, ſacratam ejus corpore civitatem repetere ſtatuit.* Reverſus cum Theodoro & Hadriano in Angliam, *venit Cantiam*, & *ſuſcepit Monaſterium B. Petri Apoſtoli ad regendum, quod duobus annis rexit.* Ex illis ergo ſeptemdecim Monaſteriis, in quibus Biſcopus hauſit ſua Decreta ſeu Inſtituta, id eſt S. Benedicti Regulam variis hinc inde ritibus obſervatam, erat Cœnobium S. Petri Cantuarienſe, quod proinde, uti & Lerinenſe, tum B. Benedicti legibus obſequebatur.

Ibid. lib. 1. pag. 32. — Ibid. P. 19. — Ibid. p. 21.

XC. Jam quidem Joannis Mareshami momentis, ſi quid judico, factum eſt ſatis. Nunc ea qua fas erit brevitate quædam alia perſequi juvat argumenta, quibus B. Auguſtinum Benedictini Ordinis in Anglia anteſignanum ulterius demonſtrabo.

XCI. Bonifacius Archiepiſcopus Maguntinus anno Domini 755. Martyrii laurea donatus, adhuc puer, teſte Willibaldo Eiſtatenſi Epiſcopo ipſius diſcipulo & vitæ ſcriptore, in Monaſterio Britanniæ *ad Eſtam caſtrum* oblatus eſt ſub Abbate Wolfardo, ac poſtea in Cœnobio *Nutſcellenſi* a Wiberto Abbate ſuſceptus, *labore manuum quotidiano & diſciplinali officiorum adminiſtratione inceſſanter ſecundum præfinitam* B. P. BENEDICTI *rectæ conſtitutionis formam inſiſtebat.* Poſtea in Germaniam a Gregorio Papa II. miſſus anno 4. imperii Leonis, ut conſtat ex Gregorii litteris ad ipſum ſcriptis, Chriſti anno 720. deinde annuente Zacharia Pontifice Romano, *in loco ſilvatico, in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis ſuæ, Fuldenſe Monaſterium conſtruxit* SUB REGULA S. P. BENEDICTI, prout ſcribit ad Zachariam Papam: demumque in Concilio ad Liptinas anno 743. coacto ſtatui curavit can. 7. *Ut Monachi & Ancillæ Dei Monaſteriales* JUXTA REGULAM S. BENEDICTI *Cœnobia vel Xenodochia ordinare, gubernare, vivere ſtudeant.* En tibi Bonifacius Germaniæ Apoſtolus ex Anglia in exteras nationes transfert Benedictinæ vitæ rationem, quam ab Auguſtini diſcipulis in patria didicerat.

Apud Sur. 5. Junii. — To. 1. Concil. Gall. p. 511. — Ibid. p. 577.

XCII. Si ad Aldhelmum Bonifacio paulo ſuperiorem reducimus oculos, eum cauſæ noſtræ impendio ſuffragari probabimus. Is Haeddi Occidentalium Saxonum Epiſcopi anno 705. vita functi partem Epiſcopatus obtinuit, altera Davidi cuidam attributa, ac poſt quatuor annos ad Superos migravit, quemadmodum B. Beda in lib. 5. Hiſt. Ang. cap. 19. teſtatur. Aldhelmus inter alia *ſcripſit de Virginitate librum eximium*, inquit Beda, *quem in exemplum Sedulii geminato opere, & verſibus hexametris & proſa compoſuit.* In utroque B. P. Benedictum magnifice commendat, ſic vero ſtrictæ orationis elogium concludit.

*Primo * qui ſtatuit noſtræ certamina vitæ,*
Qualiter optatam teneant Cœnobia normam,
Quoque modo properet directo tramite Sanctus

* al. Primus.

Ad

Ad ſuperos ſcandens cœlorum culmina cultor.
Cujus præclaram pandens ab origine vitam
GREGORIUS *Præſul chartis deſcripſerat olim,*
Donec æthralem felix migraret in arcem.
*Cujus * alumnorum numero glomeramur ovantes,* *al. Hujus.
Quot gerit in gremio fœcunda Britannia cives:
A quo jam nobis Baptiſmi gratia fluxit,
Atque Magiſtrorum veneranda caterva cucurrit.

Hac auctoritate cum in litteris ſuis Joannem Mareshamum urſiſſet noſter Lucas Acherius, eo redegit hominem, ut quatuor extremos Aldhelmi verſus, non de S. Benedicto, ſed de B. Gregorio interpretandos eſſe dixerit. Fac ita eſſe, nec ſic tamen te expedies. Quid enim ad illud? XCIII.

Primo qui ſtatuit noſtræ certamina vitæ.

Aldhelmus Monachus Monachos alloqui tibi videtur, an Laicos? Si primum: agnoſcit ergo Benedictum Vitæ Monaſticæ quam populares ſui profitebantur, primarium auctorem. Sin alterum magis placet: Benedicto per diſcipulos ſuos Chriſtianæ vitæ apud Anglos reſtitutionem tribuas neceſſe eſt.

Ad ipſa rerum primordia tandem accedamus. Paucis annis poſt ſtabilitam in Anglia Fidem ac Monaſticam vitam, *venit Mellitus Lundoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſariis Anglorum Eccleſiæ cauſis cum Apoſtolico Papa Bonefacio tractaturus. Et cum idem Papa reverendiſs. ageret Synodum Epiſcoporum Italiæ, de vita Monachorum & quiete ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit anno* 8. *imperii Focatis Principis Indict.* 8. *tertia die Kalend. Martiarum*, hoc eſt anno Chriſti 610. Quid in illa Synodo Bonifacius in Monachorum gratiam decreverit, refert Ivo parte 7. cap. 22. & ex eo Gratianus partim. En tibi verba ex MS. codice ſincere deſcripta. XCIV. Beda lib. 2. Hiſt. Angl. c. 5.

„ Sunt nonnulli ſtulti dogmatis, magis zelo amaritudinis quam dilectionis
„ inflammati, aſſerentes Monachos, quia mundo mortui ſunt & Deo vi-
„ vunt, Sacerdotali officio indignos, neque pœnitentiam aut Chriſtianitatem
„ ſeu abſolutionem largiri poſſe per Sacerdotalis officii injunctam gratiam.
„ Sed omnino falluntur. Nam ſi ex hac cauſa veteres æmuli vera prædica-
„ rent, Apoſtolicæ Sedis compar B. GREGORIUS Monachico habitu pol-
„ lens, ad ſummum apicem nullatenus conſcenderet, cui * ſolvendi, ligan-
„ dique poteſtas conceſſa eſt. AUGUSTINUS quoque ejuſdem ſanctiſſimi
„ Gregorii diſcipulus, Anglorum Prædicator egregius, & Pannonienſis MAR-
„ TINUS * aliique quamplurimi viri ſanctiſſimi pretioſorum Monachorum
„ habitu fulgentes nequaquam anulo ſubarrharentur. Neque enim BENEDI-
„ CTUS Monachorum Præceptor, hujus rei aliquo modo fuit interdictor:
„ ſed omnes ſæcularium negotiorum dicit expertes eſſe debere. Quod qui-
„ dem Apoſtolicis documentis & eorum inſtitutis, non ſolum Monachis, ſed
„ etiam Canonicis ſummopere imperatur.

* Apud Ivonem perperam interponitur oſtiarim.
* Epiſcopus Dumienſis.

Interrogo, propter Anglosne Bonifacius hoc Decretum condidit, an propter aliarum regionum Monachos? Si propter Anglos (ut quidem ex Beda ſatis conjicimus, dum Mellitus *de neceſſariis Anglorum Eccleſiæ cauſis cum Apoſtolico Papa Bonefacio tractaturus*, Romam profectus ſubditur;) conſequens eſt, ut Monachi Anglicani B. Benedicti profeſſi fuerint Regulam, cujus auctoritate Bonifacius eos tuetur. Nemo enim ad peregrini, ſed ad proprii juris præſcriptum abſolvitur damnaturve. Si vero Bonifacius in aliorum Monachorum gratiam id pronuntiat; ſaltem ex hoc loco tria conficimus. Primum, jam tum in Canonem (ut vocant) tranſiiſſe Benedictinam Regulam, ex qua Pontifex ſuam ſententiam derivat. Alterum, S. Benedictum abſolute dici *Monachorum Præceptorem*, quod argumento eſt, eum paſſim hoc nomine Monachis notum & deſignatum fuiſſe. Tertium eſt, inde probari, Gregorio, Auguſtino & Martino Pannonienſi, qui fuit Abbas & Epiſcopus Dumienſis, interdictas

non fuiſſe Eccleſiaſticas dignitates, quod *Benedictus Monachorum Præceptor hujus rei non fuit interdictor*. Certe Bonifacius Gregorium & Auguſtinum ad S. Æquitii leges provocaſſet, ſi Benedictinæ Regulæ ſubditi aliquando iſti non fuiſſent.

XCV. Beda lib. 3. Hiſt. Angl. c. 1.

Multa alia congerere poſſem argumenta. Nempe Theodorum Cantuarienſem Epiſcopum, qui *a Vitaliano Papa anno Dominicæ Incarnat.* 668. *ordinatus eſt*, teſte Beda, in ſuo Capitulari penes nos manu deſcripto ſtatuere, ut *in Monachorum ordinationibus Abbas debeat Miſſam agere, & tres orationes complere ſuper caput ejus, & ſeptem dies velet caput ejus cuculla, & ſeptimo die Abbas tollat velamen de capite Monachi*. Qui ritus velandi Monachos in profeſſione ex antiqua & peculiari Ordinis noſtri conſuetudine proficiſcitur, ut conſtat tum ex Concilii Aquiſgranenſis cap. 35. tum ex S. Udalrici lib. 2. Conſuetud. Cluniac. cap. 6. & aliis. Adducere in medium poſſem Regem Ethelredum, qui in Privilegio Eccleſiæ Cantuar. anno 1006. conceſſo cur Monachos Benedictinos reſtituerit in eamdem Eccleſiam, hanc rationem ſuggerit: *Hoc ideo*, inquit, *effeci*, & MONACHOS EJUSDEM ORDINIS QUEM HUC ATTULIT S. AUGUSTINUS, *in Eccleſia poſui, Ordinis ſcilicet quem ille ex præcepto* S. GREGORII, *& ex Magni Regis Ethelberti conſtitutione & auxilio in terram hanc intulit*. Mitto Diplomata Regia, chartas, & alia ejus generis ſexcenta. At certe præterire non deberem Joannis Seldeni validiſſima argumenta, quibus cauſam noſtram quaſi conductus propugnat vir eruditiſſimus. In his refert Bonifacii Papæ IV. litteras interminantes, ne quis Monachos in Monaſterio Dorobernenſi ſemel inſtitutos tranſmutare in poſterum, alioſve alterius Inſtituti inducere auderet. Sed jam metas excedo Præfationis, ad reliqua pergendum eſt.

To. 1. Conc. Angl. pag. 504. & ſeq.

Selden. in Notis ad Eadm. Hiſt. Nov. pag. 200. & 215.

§. IX.

Obſervationes quædam Eccleſiaſticæ & Aſceticæ, ex primi Sæculi Benedictini Actis erutæ.

XCVI. EX Sanctorum geſtis in Sæculorum ſeriem relatis cum plura proveniant commoda, tum illud in primis conſurgit, quod res Eccleſiaſticæ melius exinde illuſtrentur. Quamobrem ut ſtudioſorum hominum labori nonnihil accedat adjumenti, non incongruum viſum eſt in Præfatione adnotare, quid in unoquoque Sæculo conſideratione dignum venerit, ne hac in parte antiquitatis amantes noſtram opellam deſiderent.

XCVII. Obſerv. I. de Extrema Unctione.

Et primo quidem in Vita S. Augendi, vulgo Eugendi, Abbatis Jurenſis ab ejus diſcipulo elaborata occurrit inſignis locus de Sacræ Unctionis, quam Extremam nunc vocamus, Sacramento ad hæc verba: *Cum ultra ſexagenariam ætatem ſex fere menſibus prædictus Pater inæqualitate corporea laboraret, ſic tamen quod numquam Canonico uſque ad horam defuiſſet curſu, nec bis in die feſſo corpuſculo coactus fuit aliquid impertiri, vocato uno ad ſe de Fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungendi infirmos opus injunxerat, ſecretiſſime quoque ſibi pectuſculum petiit (ut moris eſt) inungi*. Neque id facit Eugendus ſanitatis gratia, quem in finem dumtaxat a priſcis Chriſtianis adhiberi ſolitam unctionem contendit nonnemo magni apud Novatores nominis: ſed cauſa præmuniendi exitus. Eugendus ſiquidem tunc apud diſcipulos querelam deponit, quod ſe jam morti proximum in vita precibus ſuis retinerent. Ad metam ergo properabat, aut potius accedebat.

XCVIII. Nec quemquam movere debet, quod ſola pectoris unctio iſthic memoretur. Varii fuere cum in aliis Sacramentis, tum in iſto ritus ac cæremoniæ. Baptizandos tertium mergi toto corpore, olim mos fuit. Baptiſmi tempora Paſchate & Pentecoſte definiebantur. Sic in unctione infirmorum non eædem partes ſemper inunctæ ſunt, nec ſervata eadem temporis ratio. Præcipua pec-

peccati organa, nimirum quinque corporis ſenſus, unctionem antiquiſſimo ri-
tu exceperunt. Parvipendenda non ſunt verba vitæ S. Theoderici Abbatis Vita S.
Remenſis, qui Theodorici Regis filiam ſuſcitaturus, *oleo ſancto* IN MOREM Theod. infra n. 11.
RECONCILIANTIS QUINQUE CORPORIS SENSUS illiniſſe dicitur. Illius
vitæ ſcriptorem ſæculo 9. vixiſſe ex num. 13. apparet. Pectus cordis ſedem,
ex quo omnes culpæ procedunt, ungi ſolitum fuiſſe aliquando, immo ple-
riſque in locis, uti apud Græcos etiamnunc id fieri, Menardus noſter in lib. Menard. in
Sacram. obſervavit. De tempore conferendæ infirmis Unctionis etiam varia- Sacram. p. 358.
vit uſus. Unctionem Viatico præmittebant veteres, qui ritus apud ſolos Ci-
ſtercienſes Monachos & quaſdam forte Eccleſias illibatus hactenus perdurat.
Mos iſte antiquus ineunte ſæculo 13. in deſuetudinem abiit. Sanctus Gilber-
tus de Semprinham anno Domini 1189. denatus, *nocte qua natus eſt Domi-*
nus, inquit Vitæ auctor, *apud Monaſterium quod eſt in inſula de Kadeneja*, To. 2. Monaſt. Angl.
Extremæ Unctionis Dominicique corporis munitus eſt Sacramentis. Guillelmus pag. 669.
Archiep. Bituricenſis mortuus anno 1209. *cum jam omnibus rite peractis, et-*
jam teſtamentum multis aſſiſtentibus religioſis & prudentibus viris edidiſſet, Fra- Sur. 10.
tribus convocatis Extremæ Unctionis Sacramentum humiliter ac devote percepit. Janu.
Eo percepto, etiam ſacroſanctam Eucharistiam ſibi porrigi inſtantiſſime poſtulavit.
Hæc Vitæ ſcriptor coævus, præferendus utique alteri ſubpari apud Bollan- Boll. 10.
dum, qui Viaticum Extremæ Unctioni habita ſui temporis ratione præpo- Janu.
nit. Ergo unctio infirmorum ante Extrema dicta eſt, quam Viatico poſte-
rior eſſet. Porro Extrema ſub finem ſæculi 12. vocari cœpit. Locus in Vi-
ta S. Mauræ a B. Prudentio ſcripta apud Camuzatum, ubi *Unctionis Ex-*
tremæ fit mentio, interpolatus videtur. Nam nec in Sacramentorum libris a
Menardo editis, nec apud Udalricum in libris Conſuetud. Cluniac. nec apud
Lanfrancum, Anſelmum, Petrum Damiani, Petrum de Honeſtis in Regu-
la Cleric. nec apud S. Bernardum, aut Petrum Lombardum, *Unctionis Ex-*
tremæ nomen occurrit.

XCIX. Et tamen non in ipſo morbi principio, ſed periculo imminente, infirmi
ungebantur, & continuo Viaticum ſubminiſtrari mos erat *, quod nonnum- * Riculfus
quam in eodem morbo iterabatur, ut ex Sacramentorum libris quibuſdam, Sueſſ. Epiſc. Con-
& ex Vita S. Adelardi Abbatis Corbejenſis, manifeſte vero ex Vita Ludo- ſtit. 10.
vici VI. Franc. Regis a Sugerio ſcripta patet. S. Chrothildis Regina in iſtis A- Oportet ut
ctis *triceſſimo die vocationis ſuæ ſecundum Apoſtolum iuuncta a Sacerdotibus oleo* Presbyteri infirmos
ſancto, & ſacri Corporis & Sanguinis Chriſti percepto Viatico in confeſſione ſanctæ ſuos poſt confeſſio-
Trinitatis corpus exuit. Lege Vitam S. Hunegundis a duobus auctoribus, al- nem & re-
tero anonymo coævo, altero Bernero Abbate Hummolarienſi litteris tradi- conciliatio
tam. Iiſdem verbis uterque auctor, a nobis ſæculo Benedictino proximo ſin- nem oleo ſancto per-
cere repræſentandus, Hunegundis extremam periodum ita deſcribit. *Aſtanti-* ungant, &
bus circumquaque utriuſque ſexus Chriſto famulantibus, qui ad deceſſum tantæ tunc eos communi-
Matris atque Virginis convenere ex vicinis & longinquis regionibus, dolor ingens cent.
& mœror & ſingultus erat omnibus, quoniam videbant ſe fruſtrari nimio ſolatio,
licet eſſent fidentes, quod ejus ſemper in cœlis devotiſſimo fruerentur patrocinio.
Inter hæc converſa ad eos qui aſſidebant ſibi Presbyteros, Unctionis oleum &
Communionem expetiit. Quod circa annum 660. contigit. Paſchaſius Radber- Sur. & Boll. 2. Janu.
tus in Vita S. Adelardi Abbatis Corbejenſis, *Interrogavimus eum*, inquit,
utrumne vellet oleo perungi, *quem proculdubio ſcieramus peccatorum oneribus*
non detineri. Quod ille audiens, erectis oculis in cœlum obſecrabat ut fieret.
Quid putas tum Sanctus agebat animus, quantis tunc replebatur lacrymis! E-
rant igitur oculi ad Deum defixi, manus vero extenſæ. An forte ut ſanitatem
flagitaret? Audi quod ſequitur: *Invitanſque Sanctum Spiritum dicebat:*
Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum in pace, quia
percepi omnia tui Myſterii Sacramenta. Et nunc quid ſupereſt niſi ut ad te ve-
niam? En cujus rei gratia *Unctionis Sacramentum* poſtulaverat. Denique
Beatus Petrus Damiani ita de ſeipſo teſtatur: *Dum hæc & his ſimilia fre-* Pet. Dam.
quentius itero, funereæ mihi parantur exſequiæ; ſacrati olei delibutione per- lib. 6. Epiſt. 19.

ungor, in cineris ac cilicii ſtrato tamquam illic emoriturus exponor. Hinc manifeſtum eſt, morituris Unctionem collatam, antequam Unctio vocaretur *Extrema*: ejuſque finem præcipuum non corporis ſanitatem, ſed animæ gratiam ab Antiquis æſtimatum fuiſſe.

C.

Ordo Unctionis infirmorum quando mutari cœpit, & cur?

Ceterum quamobrem Sæculi tertii decimi homines vetuſtum Unctionis infirmorum ordinem mutaverint, ex Britanniæ Conciliis utcumque conjeciſſe mihi videor. Quippe falſa hæc vulgi animos eo tempore invaſit perſuaſio, non amplius poſt ſuſceptam ſemel infirmorum Unctionem licere uxoratis, ſi convaluiſſent, reverti ad opus conjugale. Quæ ſuperſtitio ad alia erroris capita ſenſim prolapſa effecit, ut Unctioni Viaticum præmitteretur. Ricardus Epiſcopus Saresberienſis in Conſtitutionibus circa annum 1218. factis, ubi de Sacramento Extremæ Unctionis agit, *Dicant etiam*, inquit, *ac denuntient confidenter Sacerdotes, quod poſt ſuſceptum hoc Sacramentum licitum eſt reverti ad opus conjugale*. Illud idem in Conſtitutionibus anonymi Epiſcopi ſub annum 1237. repetitur. Eam vero perſuaſionem non modo non deſiiſſe, ſed accreviſſe diſcimus ex Synodo Wigornienſi tribus poſt annis habita. Sic enim loquuntur Patres ad capitulum de Extrema Unctione: *Sunt autem quidam ut audivimus, qui poſt perceptionem hujuſmodi Sacramenti ſanitati priſtinæ reſtituti, nefas reputant vel uxores ſuas cognoſcere, vel carnes comedere, vel etiam aliqua ratione nudis pedibus ambulare. Horum autem errorem utpote doctrinæ ſanæ contrarium execramur, & eos comminationibus & monitionibus duximus corrigendos*. Et poſt pauca: *Quidam etiam abhorrent hoc percipere Sacramentum, quod hoc ſibi vix* IN IPSO MORTIS ARTICULO *ſuſtinent exhiberi: propter quod forſan accidit, quod ejus expertes plurimi ab hac luce ſubtrahuntur. Contra hunc igitur errorem cum aliis eos per Sacerdotes ſuos & Prædicatores alios crebris exhortationibus præcipimus præmuniri*. Gliſcentem errorem non ſuſtulit iſtud Concilium, ut apparet ex Synodo Exonienſi anno 1287. convocata, quæ conjecturam meam omnino confirmat his verbis: *Et quoniam quidam laici imperiti de hoc Sacramento nequiter ſentientes, illud abhorrent, in tantum quod vix velint illud ſuſcipere* ETIAM IN EXTREMIS, *fatue æſtimantes, quod poſt ipſius ſuſceptionem carnis eſum, nudis pedibus inceſſum, copulam carnalem etiam cum uxore legitima ſibi fore penitus interdicta; præcipimus parochialibus Presbyteris, ut ubi noverint tantam hæreſim pullulare, contrarium prædicent*, &c. Idemque denuo in Synodo Wintonienſi anno 1308. iteratur decretum: ut veri ſimile ſit, ob ea vulgi deliramenta Unctionem infirmorum in mortis articulum reſervari cœpiſſe, ac ſenſim uſum in omnes Eccleſias fuiſſe propagatum.

To 2. Conc. Angl. p. 155. — Ibid p. 215. — Ibid. p. 247. — Ibid. p. 357. — Ibid. p. 448.

CI.

De curationibus oleo factis.

Ad iſtam de Unctionis Sacramento obſervationem pertinet quæſtio, an oleum ad Unctionis Sacramentum conſecratum illud ipſum fuerit, quod Sancti in curandis infirmitatibus ſæpius cum in his Actis tum in aliis adhibuiſſe leguntur. Non eodem ubique oleo curationis divinitus perpetratæ ſunt. Oleum ex tumulis Sanctorum ſeu ex lampadibus ad eorum corpora lucentibus acceptum, non raro uſui fuit. In Vita S. Aredii Abbatis infra: *Aliam potius de Chriſmario ſuo protulit ampullam, oleum quod de S. Martini Eccleſia tulerat continentem*. Et apud Gregorium Turon. de gl. Conf. cap. 9. *Aredius Presbyter ampullam olei de ſepulchro S. Martini abſtulit*. Venantius Fortunatus Pictavorum Epiſcopus oculis inunctis ex oleo ad S. Martini effigiem Ravennæ lucente lumen deſperatum, ut ipſe in lib. 4. de Vita S. Martini fatetur, recuperavit. Etiam oleum in infirmorum curationem de improviſo Sancti homines benedicebant. S. Martinus referente Severo Sulpicio *pauxillum olei cum exorciſmi præfatione benedixit, atque ita in os puellæ ſanctificatum liquorem infudit*. Nec feminis Sanctis etiam id negatum. Gregorius Turonenſis Epiſcop. ſcribit Monegundem a ſodalibus rogatam oleum ſalemque pro infirmis benedixiſſe. Epiſcopi in via poſiti oleum benedictum ſecum deferebant. Sanctus Germanus Pariſiorum Epiſcopus, ut Vitæ

Sever. lib. 3. Dial. c. 3. — Greg. Tur. de Vit. Pat. c. 19. — Vitæ S. Germ. n. 47 infra.

tæ ſcriptor Fortunatus habet, procedens Namnetas *Diaconum cum chriſmariis ſuis* curando homini ægroto mittit. In Capitular. lib. 6. cap. 175. præſcribitur, *Ut Presbyteri ſine ſacro chriſmate oleoque benedicto & ſalubri Chriſti Euchariſtia alicubi non proficiſcantur : ſed ubicumque vel fortuitu requiſiti fuerint, ad officium ſuum veniaut parati reddendo debito*. Notanda verba Severi Sulpicii : *Non prætermittendum videtur, Avitiani Comitis uxorem miſiſſe Martino olenm, quod ad diverſas morborum cauſas, ſicut eſt conſuetudo, benediceretur*. Certe benedicebatur oleum *pro infirmis ſive pro populo*, ut conſtat ex Menardi noſtri libris Sacrament. Quid eſt autem *pro populo*, niſi pro uſibus populi? inquit Goar. Id omnino ex Vitæ S. Cæſarii Arelatenſis Epiſc. lib. 2. num. 13. manifeſtum eſt. *Nam ad oleum benedicendum competentibus diebus in Baptiſterio annis ſingulis veniebat. Et ingrediens cucumula, cum ad conſignandos infantes ſederet, parvuli illic pueri vel puellæ a parentibus miſſi certatim currebant exhibentes vaſcula cum aqua, alii cum oleo ut eis benediceret*. Verum Carolo Magno imperante Concilium Arelatenſe anno 813. decrevit can. 18. *Ut Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant Chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ vel cujuslibet rei donare præſumant. Genus enim Sacramenti eſt, & non ab aliis niſi a Sacerdotibus contingi debet*. Idem in Conc. Magutiacenſi can. 27. definitum eſt. Utrobique Chriſmatis nomine intelligendum Oleum infirmorum. Huc facit Theodori Cantu. Epiſcopi Capitulare MS. *Romani*, inquit, *non velant viduam. Secundum Græcos Presbytero licet Virginem ſacro velamiue conſecrare, & reconciliare pœnitentem, & facere oleum exorcizatum, &* INFIRMIS CHRISMA *ſi neceſſe eſt. Romanis autem non licet niſi Epiſcopo ſoli*. Hinc apparet, Innocentii Pontificis Romani ſententiam in Epiſt. ad Decentium Eugubinum Epiſc. ubi *ægrotantes ſacro oleo Chriſmatis perungi poſſe in ſua neceſſitate* docet, non recte a Novatore detorqueri in Chriſma, quo baptizati chriſmabantur. Nam Oleum exorcizatum, quod a Chriſmate infirmorum diſtinguitur, in Sacramentorum libris Remenſi & Ratoldi Abbatis Corbejenſis oleum baptizandorum dicitur. De oleo ſatis.

Sever. loco cit.

Menard. in Sacram. p. 67 Goar in Euch. p. 412.

Menard. in Sacram. p. 142.

CII. Obſerv. II. Moribundi in Eccleſia Sacramenta ſuſcipiebant.

Secundo loco obſervandus venit piorum hominum ritus vere Chriſtianus. Quippe in extremis poſiti in Eccleſiam ſe deferri poſtulabant, ut illic Sacramentis muniti animam agerent. Id patet in Actis S. P. Benedicti, SS. Mauri, Gildæ, & Spei Abbatum a nobis hic relatis. Exſtat hujuſce rei præclarum exemplum de S. Cuthberto Lindisfarnenſi Epiſc. auctore Beda, qui in Vita ejus metrice ſcripta, quam Sæculo Bened. proximo in lucem edemus, ita cecinit :

Ecce ſacer reſidens Antiſtes ad altar
Pocula deguſtat vitæ, Chriſtique ſupinum
Sanguine munit iter.

Hoc amplius ex ſequenti obſervatione eluceſcet.

CIII. Obſerv. III Triplex modus profitendi pœnitentiam in extremis.

Tertia obſervatio erit de triplici modo profitendi pœnitentiam in extremis. Primo quidem per Reconciliationem atque Extremam Unctionem, quæ, ſicut Confitmatio Baptiſmi, ita Pœnitentiæ complementum. cenſebatur. S. Theodericum Abbatem Remenſem, dum Theodorici Regis filiam ſuſcitare a mortuis vellet, *oleo ſancto* IN MOREM RECONCILIANTIS *quinque corporis ſenſus illiniſſe* ſuperius vidimus. * Unde Græci etiam ſani Unctione infirmorum utuntur in pœnitentiæ ſignum & peccatorum expiationem, ut Goar in Euchol. animadvettit.

* num. 98. Euch. pag. 412. & 413.

CIV.

Alter profitendæ pœnitentiæ modus erat pet cineris ac cilicii ſuſceptionem, a Sanctis viris maxime frequentatus. Cujus rei exemplum in Vita S. Mauri Abbatis habemus. Auctor Vitæ S. Arigii Epiſc. Vapincenſis, *Nudato corpore*, inquit, *ante altare S. Euſebii cum cinere ac cilicio jacens, Viaticum Corporis & Sanguinis Chriſti de manibus Iſicii Epiſc. & Diconcii Presb. cum accepiſſet, dixit*, &c. Antiquius & luculentius exſtat hujuſce ritus veſtigium apud Severum Sulp. in Epiſt. ad Baſſulam de obitu S. Mattini, qui morti proximus *in ci-*

*nere & cilicio recubans cum a diſcipulis rogaretur, ut ſaltem vilia ſibi ſineret
ſtramenta ſupponi: Non decet, inquit, filii, Chriſtianum niſi in cinere & cilicio
mori. Ego ſi aliud vobis exemplum relinquo, ipſe peccavi*. Tranſiit pia illa con-
To. 4. Spicil. Script. Vet. ſuetudo ad noſtros Cluniacenſes, eamque S. Udalricus in lib. 3. Conſuet. Clu-
niac. cap. 29. deſcribit hoc modo: *Famuli qui ſunt in talibus multum exercita-
ti multumque periti, cum viderint jam ejus exitus horam imminere, cilicium ex-
pandunt, cinerem deſuper aſpergunt, & infirmum de lecto levatum in cilicium
ſubmittunt: ab uno eorum percutitur tabula contra oſtium Clauſtri crebra &
quaſi continua percuſſione. Quod cum ſignum ſit obituri, illico ut auditum fuerit,
Fratres omnes accurrunt*. Eumdem olim obſervabant ritum Carthuſienſes, ut
teſtantur vetera eorum Statuta: & ſimile quid a laicis etiam actitabatur. Nam
Menard. in Sacr. p. 345. ante Unctionem Presbyter *faciebat crucem ex cinere ſuper pectus infirmi, & im-
ponebat cilicium ſuper caput ejus*. Præclarum eſt hac in re Ludovici VI. Franc.
Regis exemplum, qui referente Sugerio Abbate *præcipiens tapetum terræ & ci-
neres tapeto in modum Crucis deponi, ibidem manibus ſuorum depoſitus, ſigno
* forte pœnitentiam. Sanctæ Crucis præſentiam * ſuam muniens, 30. Regni adminiſtrationis, ætatis
vero fere 60. anno Kal. Aug. ſpiritum emiſit*. Nec alio abludit Vita S. Iſidori
Hiſpalenſis Epiſcopi, qui *dum in Vincentii Martyris Baſilica juxta altaris can-
cellum in medio poneretur choro, mulierum turbas longius ſtare præcepit, ut in
accipiendo ipſe pœnitentiam, virorum tantum, non illarum circa eum cerneretur
præſentia. Et dum a prædictis Sacerdotibus ab uno cilicium, ab altero ſuper ſe
mitti expoſceret cinerem, expandens manus ad cœlum ita exorſus eſt*, &c. Re-
V. Conc. Tolet. 3. c. 12. ſpondebat uſus iſte pœnitentiæ publicæ, de qua in Capitular. lib. 5. cap. 58.
*Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manus ſuper caput &
cilicium a Sacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur*. Et cap. 71. *Qui
pœnitentiam publice gerunt, debent unum annum eſſe cum cilicio inter audientes*.
Perſeveravit praxis illa aduſque Sæculum 13. in infirmis. Nam Guillelmus
Archiepiſc. Bituricenſis anno 1209. in extremis jacens, *voce & manu ſignifica-
vit ſe velle in terram deponi. Parent illi juſſis ejus: & quia non decet Chriſtia-
num niſi in cinere & cilicio mori, in ſparſos humi cineres eum deponunt*. Quin
anonymus ſancti Dionyſii Monachus, qui S. Ludovici Francorum Regis Galli-
ce Vitam ſcripſit, eum *in cinere ac cilicio, brachiis in modum Crucis compoſitis,
ſpiritum emiſiſſe* refert.

CV. Tertiam denique pœnitentiæ publicæ formam infirmi ad incitas redacti profi-
teri cœperunt ſuſcepto habitu Monaſtico mediæ ætatis homines. Joannes Diac.
in Vita ſancti Gregorii a ſe ſcripta exemplum nobis ſuppeditat Lucidi Ficulini
Jo. Diac. lib. 4. c. 90. Epiſcopi, qui mortem ſibi imminere præmonitus, *Monachicum habitum ſuſce-
pit, & paullatim ingraveſcente moleſtia ſextæ feriæ diluculo ſubdormivit*. Idem
refert Letaldus Monachus de Ermenthæo Epiſcopo Aurelianenſi in lib. Miracul.
S. Maximini Abb. Miciacenſis num. 40. Et Gregorius Magnus in Epiſt. ad Jo-
annem Syracuſanum Epiſc. de Venantio Patricio ex Monacho ſcribens monet,
Greg. l. 9. Ep. 31. *ut de anima ejus cogitare debeat exhortando, rogando, Dei terribile judicium
proponendo, ineffabilem ejus miſericordiam promittendo, ut ad habitum ſuum re-
dire vel in extremis debeat, ut ei reatus tantæ culpæ in æterno judicio non obſi-
ſtat*. Plura hujuſce rei exempla offendes apud Ordericum Vitalem, ex quo
diſcimus, illis, qui habitum Monaſticum in exitu ita ſuſcepiſſent, convaleſcen-
tibus non licuiſſe habitum ſuſceptum deponere. Quippe Monaſticæ profeſſionis
Reg. S. Bened. c. 58. vinculum ex ipſa Religioſi habitus ſuſceptione olim contrahebatur, ex Regulæ
noſtræ præſcripto. Nec Regibus in extremis poſitis indignum viſum eſt depoſi-
ta purpura Cucullam aſſumere. Ludovicus VI. Francorum Rex, auctore Su-
gerio Abbate in ipſius Vita, *ut erat in conſiliis providus, ſibiipſi conſulens, &
miſeratus animæ ſuæ Deo placens, frequentatæ confeſſionis & orationum ſibi de-
votione providebat: hoc unum toto animi affectu peroptans, apud ſanctos Mar-
tyres protectores ſuos Dionyſium ſocioſque ejus ſe quomodocumque deferri, & ante
ſacratiſſima eorum corpora, Regni & coronæ depoſitione coronam pro corona, pro
Regalibus inſignibus & Imperialibus ornamentis humilem* B. BENEDICTI *habi-
tum*

tum commutando, Monaſticum Ordinem profiteri. Videant qui Monaſticæ paupertati derogant, inquit Sugerius, *quomodo non ſolum Archiepiſcopi, ſed & ipſi Reges tranſitoriæ vitam æternam præferentes, ad ſingularem Monaſtici Ordinis tutelam ſecuriſſime confugiunt*. Quinetiam feminas in extrema vitæ meta Religioſum habitum a viris accepiſſe, ſed muliebrem non virilem, probat charta inſtitutionis Vallis Scholarium Ord. S. Auguſtini, anno 1215. confecta in hæc verba: *Mulieres ad habitum ſuum non recipiant niſi in extremis, & quæ forte apud eos elegerunt ſepulturam*. Iſtius ritus origo ex Conc. Tolet. 3. can. 12. & 4. cap. 54. manaſſe videtur.

Spicil.to.8. pag 227.

CVI. Obſer. IV. De electione Epiſc. Lugdun. Vita S. Conſ. n.10. hic.

Quarto loco notanda ſunt, quæ in Vita S. Conſortiæ Virg. de electione Epiſcopi Lugdunenſis referuntur. *Accidit eo tempore, ut Pontifex Eccleſiæ Lugdunenſis* (Viventiolus) *migraret ad Dominum. Mos autem erat præfatæ Eccleſiæ, ut quoties lege cunctis mortalibus debita ſuo viduaretur Epiſcopo, in eligendo ſucceſſore revelationem Domini expectaret. Tunc ergo triduano a cunctis præmiſſo jejunio, cuidam puerulo apparens in viſu Angelus Domini*, Eucherium Epiſcopum deſignavit. Certe jejunium triduanum ante Epiſcoporum electionem olim præmitti ſolitum fuiſſe, Acta Sanctorum paſſim teſtantur. Vita S. Aniani Aurelianenſis Epiſc. *Atque ut in ipſum concordia divinæ electionis clareſceret, cum triduanum jejunium* MORE ECCLESIASTICO *indixiſſet, brevibus & libris ſuper altare poſitis necdum loquentem parvulum afferri præcepit, ut ipſe breves ab altari ſublevaret*. Cum vero infans Anianum Epiſcopum inclamaſſet, *ut votis omnium fieret ſatisfactum, aperto Pſalterio verſum quem primum invenerunt legentes dixerunt*: *Beatus quem elegiſti*, &c. *Prolato quoque Apoſtolico codice, in primo repererunt ſermone*: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere*, &c. *Sed & in Evangelii pagina hanc primam repererunt ſententiam*: *Super hanc petram ædificabo*, &c. Etiam in ſancti Martini Turonenſ. Epiſc. electione adverſus Defenſorem intervenit ſors ex Pſalterio, quam Theodorus Cantuarienſis Epiſcopus in Pœnitentiali vetat. In Vita ſancti Evurtii Aurelianenſis item Antiſtitis: *Tunc illi* (*Epiſcopi*) *ex communi tractatu indixerunt triduo jejunium univerſæ plebi, quærentes quem ſibi vellet Deus Antiſtitem purum officium atque libationem offerre*.

Theod. apud Burch. l.10. c. 26.

CVII. Obſer. V. De Baculo & Cruce Epiſcop.

Quinta etiam animadverſio ad Epiſcopos pertinet, ante quos Baculum Paſtoralem præferri antiqui moris erat. In lib. 2. de Vita S. Cæſarii Arelatenſ. Epiſc. legimus: *Cum ecce vir Dei ibidem requiſitus ad aliam Eccleſiam pergeret, Clericus cui cura erat Baculum illius portare*, (*quod Notariorum officium erat*) *oblitus eſt*, &c. Item in Vita ſancti Germani Pariſiorum Epiſc. *Cujus miniſter* (inquit Fortunatus) *quo loco Sancti tenebat Baculum, illic inerguminus pendebat religatus aerio vinculo*. Crucem etiam tum ante Epiſcopos geſtatam teſtatur Auctor anonymus fere æqualis, qui Acta S. Samſonis Dolenſis Epiſcopi duobus libris compoſuit, infra nunc primum edita. *Poſt cujus obitus aliquod intervallum* (verba ſunt libri ſecundi Vitæ) *imago Crucis quæ ante eum ferri ſemper ſolebat, quamque benedixerat, quæ denique auri atque argenti * circum fuerat ſolidata, a quodam malefico ac peſſimo homine furtim detecta ac dehoneſtata eſt*.

Vita S. Cæſarii lib. 2. n. 22. in Append. noſtra.

Vitæ S. Germani n. 27. infra.

Vitæ S. Samſ. lib. 2. n. 10.

* adde laminis.

CVIII. Obſer. VI. De Stola Diaconorum.

Sexto conſideranda ſunt verba Vitæ S. Mauri Abbatis, qui claudum & mutum curaturus, *Stolam cum qua eodem anno jubente beato Magiſtro ſuo ordinatus ad miniſterium fuerat Leviticum, & quam juxta morem ſanctitatis gratia primo indeſinenter ferebat anno, de collo ſuo protulit, & ſuper caput infirmi Crucis ſignum faciens poſuit*. In decretis Canonum & Regula S. Benedicti nulla iſtius ritus fit mentio. In Concilio Maguntiacenſi anno 813. ſtatutum eſt c. 28. *Ut Presbyteri ſine intermiſſione utantur Orario propter differentiam Sacerdotii dignitatis*. Huc reſpicit libri 6. Capitular. cap. 169. & Concilium Triburienſe cap. 26. apud Burchardum, *Ut Presbyteri non vadant niſi ſtola vel Orario induti*. Denique Joannes Sareſberienſis in Vita MS. Thomæ Cantuarienſis Epiſc. ſcribit: *Stolam tamen, jugum Chriſti ſuave circa collum diebus ac noctibus habebat*. Nihil ſimile de Diaconis præterquam in Vita S. Mauri legiſſe me memi-

Vita S. Mauri n. 15.

Burch. l. 6. c. 10.

ni. An forte adhuc tunc temporis veſtes ſacræ in uſu extra Myſteria erant ? Legimus S. Severinum Abbatem Agaunenſem in Chlodovei Francorum Regis aulam profectum, poſt orationem *ſe Caſula exuiſſe*, ac ſuper Regem eam im-
Vitæ S. Germ. n. 7. infra. poſuiſſe : & S. Germano Pariſiorum Epiſcopo mulierem nervis contractam in egreſſu de Monaſterio Turonenſi occurriſſe, quam *ſub Caſula receptam* ſanaſſe vir ſanctus dicitur. Non me fugit Caſulam nonnumquam pro Tunica talari uſurpari, ad quem modum Fortunatus in Vita S. Medardi Noviomenſis Epiſco-
To. 8. Spic. pi a noſtro Acherio recens edita, *Cum adoleſcens*, inquit, *ad ſcholam recurreret, Caſulam quam ei genitrix ſua fecerat, per ipſum ad artificem componendam direxit*. Et Concilium Ratisbonenſe anno 742. *Ut Presbyteri vel Diaconi non ſagis laicorum more, ſed Caſulis utantur ritu Servorum Dei*. Ubi *Caſulæ* ſumuntur pro tunicis talaribus Monachorum, qui *Servi Dei* apud antiquos appellabantur, Moniales vero *Ancillæ Dei*. At certe indecorum fuiſſet, vel Germanum excepiſſe mulierem *ſub Caſula*, vel Severinum *Caſula* ſe exuiſſe, ſi Caſula in allatis teſtimoniis pro Tunica accipi deberet. Locus apud Gregorium Turon. de quodam Diacono Caſulam in uſum profanum geſtante, ad Tunicam vulgarem nulla ratione deflecti poteſt. *Et quia novimus*, inquit Gregorius,
Greg. Tur. de Vit. Pat. c. 8. *Priſcum Epiſcopum huic Sancto* (Nicetio Lugdun. Epiſc.) *ſemper fuiſſe adverſum, Diacono cuidam hujus Caſulam tribuit. Erat autem valida, eo quod & ipſe vir Dei robuſto fuiſſet corpore. Capſa autem hujus indumenti ita dilatata erat atque conſuta, ut ſolent in illis candidis * fieri, quæ per Paſchalia feſta*
* id eſt in Albis, unde Dominica in albis. SACERDOTUM HUMERIS *imponuntur. Ibatque Diaconus cum hoc veſtimento diſcurrens ac parvipendens de cujus uſibus remanſiſſet, hoc habens in lectulo, hoc utens in foro*. Nec Diaconum arguit Gregorius de iſtiuſmodi profano uſu, ſed quod parvipenderet, *de cujus uſu remanſiſſet*. Ut propterea veritati proximum videatur, B. Maurum ex recepto more Stolam Leviticam extra rem ſacram geſtaſſe. Quod eo animo fiebat, ut Diaconi ſemper gradus ſui dignitatem haberent ob oculos, & a Subdiacono diſtinguerentur. Nec forte alio ſpectat canon 27. Concilii Bracarenſis I. Theodemiri Regis anno 3. Chriſti 563. celebrati cujus hæc verba: *Placuit quia aliquanti hujus provinciæ Eccleſiæ Diacones abſconſis infra tunicam utuntur Orariis, itaut nihil differre a Subdiacono videantur, ut decetero ſuperpoſito ſcapulæ utantur Orario*.

CIX. De Chriſmali circumferendo. Simili religione apud Britannos neſas erat ſine Chriſmali procedere Chriſtianum. Beda in Pœnitentiali cap. 13. *Qui in plebem ſuum Chriſmal perdiderit, & non invenerit, quadraginta dies pœniteat*. Clarius Columbanus in ſuo itidem Pœnitentiali cap. 6. *Qui oblitus fuerit Chriſmal, pergens procul ad opus aliquod, quinis quinquies percuſſionibus* (ſubjaceat) &c. Quid ſit Chriſmal, necdum ſatis expoſitum legi. Variæ ſunt Chriſmalis acceptiones. Aliquando pro vaſe in quo Chriſti corpus ſervatur, vel pro palla (ut vocant) corporali uſurpatum,
Menard. in Sacr. p. 199. Menardus recte probat : at neutra ſignificatio locis adductis congruit. Columbanum & Bedam nonnulli interpretantur de velo ſeu faſcia, qua ligabatur frons eorum qui ab Epiſcopo inungebantur. Omnino vero uterque explicandus eſt de candido illo amictu ſeu caputio albo, quod Baptizatorum capitibus poſt factam verticis e Chriſmate unctionem imponebatur. Id colligitur ex vetuſtis Sacramentorum codicibus. In libro mutilo Sacrament. Monaſterii Anianæ ita ſcriptum reperitur. *Tunc Sacerdos baptizet illum dicens : Et ego te baptizo in nomine Patris (& mergat ſemel) & Filii (& mergat iterum) & Spiritus ſancti (& mergat tertio.) Tunc faciat de Chriſmate crucem cum pollice in vertice eorum, cum invocatione S. Trinitatis, dicens Orationem : Deus omnipotens*, &c. Tum continuo ſubditur : *Hic mittat Chriſmale in capitibus eorum dicens : Ac-*
CX. Obſer. VII. De cantu laicorum in Eccleſia. *cipe veſtem candidam ſanctam & immaculatam*, &c. *Poſtea mittat cereos illuminatos in manibus eorum dicens, Accipe lampadem ardentem*, &c. In Miſſali codice manu antiquitus deſcripto, qui in Bibliotheca noſtra San Germanenſi
In lib. 1. Vit. S. Cæſ. n. 11. in Append. ſub nota 622. aſſervatur, eadem ſere occurrunt, niſi quod *Chriſmal*, non *Chriſmale* habetur. Hæc in tranſcurſu dicta ſunto.

Septimo loco prætermittenda non ſunt ex S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi vita

ta hæc verba : *Adjecit etiam atque compulit ut laicorum popularitas Pſalmos &*
hymnos pararet, altaque & modulata voce inſtar Clericorum alii GRÆÇE, *alii*
Latine Proſas Antiphonaſque cantarent, ut non haberent ſpatium in Eccleſia fa-
bulis occupari. Fortunatus in lib. 2. Carm. 10. id etiam a S. Germano Pariſio-
rum Epiſcopo proviſum teſtatur:

Pontificis monitis Clerus, plebs pſallit, & infans.

Et Theodorus Cantuarienſis Epiſc. in Capitulari MS. ſæpe laudato : *Laicus in*
Eccleſia non debet recitare, nec alleluja dicere, ſed Pſalmos tantum & Reſpon-
ſoria ſine alleluja. Et tamen in Synodo Laodicena ſtatutum ſuerat can. 15. *Non*
oportet præter canonicos Cantores qui ſuggeſtum aſcendunt & ex membrana legunt,
aliquos alios canere in Eccleſia.

Octava obſervatio erit de notiſſimo ſeceſſu, quem homines pii in Quadrage- CXI.
ſima frequentabant. Auctor Vitæ S. Marii Bodanenſis Abbatis a nobis relatus: Obſer. VIII.
Cum autem, inquit, *ut mos eſt Religioſorum, in Quadrageſima vir Dei in cella* De ſeceſſu
retruſus parcius ſolito viveret, Lucretius Dienſis Epiſc. ad eum viſitandum aſſi- Quadrageſimæ.
due veniebat. Item S. Braulio in Vita S. Æmiliani, *Mos quippe erat ei bis* Vitæ S.
diebus, ſolum cellula eſſe contentum, nec quemquam videre ſolitum niſi unum e Marii n. 4.
ſuis, qui propter vitæ hujus ſubſidium ei parciſſimum ac vilem miniſtrabat cibum. infra.
S. Senoch apud Gregorium Turon. de Vit. Patr. cap. 19. a die ſeſto S. Martini Vitæ S. Æmil. c. 10. infra.
uſque ad Chriſti Natale ac tota Quadrageſima recludebatur. Lege infra Vitam
ſancti Marculfi Abbatis Nantuenſis, qui in quamdam inſulam quotannis ſecede-
bat, *quatenus ibi per illud tempus Quadragenarium corpus rigidius ſolito macera-*
ret, & quo ab hominum conſpectu eſſet remotior. S. Hermelandus Abbas An-
trenſis, cujus Acta Sæculo proximo referemus, *conſuevit Quadrageſimæ diebus* Apud Sur.
ob vitandam hominum frequentiam, qui illum Fratreſque viſitaturi cum oblatio- 25. Martii.
nibus ad Monaſterium adventabant, Antriginum petere, atque illic cum paucis
Fratribus multa abſtinentia corpus ſuum macerare, ut in Paſchali ſolemnitate
poſſet ſeipſum Deo hoſtiam gratiſſimam exhibere. Etiam Epiſcopis pia illa conſue-
tudo familiaris erat. Exemplo ſunt Dubricius in lib. 1. Vitæ Samſonis num.
33. & Samſon ipſe in lib. 2. num. 12. quam vitam hoc in Tomo exhibemus.
Palladium Santonicum Epiſcopum *diebus Quadrageſimæ ſanctæ in inſulam ma-*
ris orationis cauſa ſecedere, & ad Dominicæ Cœnæ feſta ad Eccleſiam ſuam po-
pulo exſpectante redire conſueviſſe, in libri 8. hiſt. cap. 43. ſcribit Gregorius
Turonicus Epiſcopus. *Et in loco ſecreto ac remoto, qui Leuconaus dicebatur, B.*
Pontifex Ambianenſis Bercundus diebus Quadrageſimæ contemplationi divinæ inſi-
ſtere ſolebat, ſicuti ait Auctor æqualis de Vira B. Walarici Abbatis. Eadbertus
Lindisfarnenſis Epiſc. apud Bedam *ſæpius in remotiore ab Eccleſia loco refluis* Beda lib. 5.
undique pelagi fluctibus cincto ſolitarius manebat. In hoc etenim ſemper Quadra- Hiſt. Angl.
geſimæ tempus agere, in hoc quadraginta ante Dominicum Natale dies in magna c. 30.
continentia, orationis & lacrymarum devotione tranſigere ſolebat. Quod etiam de Ibid. c. 2.
Joanne Hagulſtadenſi Epiſc. idem auctor commemorat. Denique Canonicis
Chrodegandus Metenſis Epiſt. in Regulæ cap. 34. præcipit, *ut tempore Qua-*
drageſimæ foris clauſtra, niſi neceſſe fuerit, non egrediantur. Lege Sophronium To. 4. Spic.
de Vita Mariæ Ægypt. cap. 6.

Nono, ex eodem ſeceſſus ac ſolitudinis ſtudio Feminis quondam in nonnullas CXII.
Monachorum Eccleſias aditus ſuit inrerdictus, ut patet ex Vita ſancti Carileſi Obſer. IX.
in Appendice noſtra relata : immo & viris negatus fuit in Monaſterio ſancti De Feminarum
Joannis Reomaenſis, cujus Acta cum Notis in eadem Appendice legenda ſunt. acceſſu ad
Adrevaldus in lib. 1. Mirac. S. Bened. cap. 28. ubi de particulis Reliquiarum Monachales
S. Dionyſii & B. Sebaſtiani Monaſterio Floriacenſi conceſſis agit; *Porro*, ait, Eccleſias
quia EX ANTIQUA AUCTORITATE *ſancitum erat, feminas extra exteriores* prohibito.
portas Monaſterii haudquaquam tranſitum introrſus habere ; hi qui a longe Me-
morias Sanctorum ſecuti fuerant, ad preces convertuntur, ut permitteretur eis
poſcentibus cauſa orationis Eccleſiam, in qua Sanctorum Reliquiæ depoſitæ erant,
ingredi, votaque ſua perſolvere. Quod quia adverſum erat Religioni Monaſticæ,
nullo omnino pacto impetrare valuerunt. Illis vero in prece perdurantibus, cœpere
etiam

etiam quique Nobiliores cauſa tanti rumoris excitati, ad tam venerabile undequaque confluere ſpectaculum: junctiſque precibus vix extorquere quoquo modo ab Abbate & Fratribus potuerunt, ut extra portam Monaſterii ad Occidentalem plagam in loco nemoribus conſito tentorium extendi juberet, quo Memoriæ Sanctorum certo tempore, hoc eſt vigilia Dominici diei deferrentur, &c. Obſervatu dignum eſt quod *ex antiqua auctoritate* id fieri dicit Adrevaldus, homo (ut ex eodem capite patet) Ludovico Pio Auguſto paulo junior. Quæ religio potius ex quorumdam Monaſteriorum peculiari lege profecta eſt, quam vel ex S. Benedicti Regula, quæ cap. 59. parentibus puerum oblaturis in Eccleſiam permittit acceſſum *; vel ex generali Gallicanorum Monachorum praxi: ſiquidem baptizari in Monaſteriis Gallicanis parvulos ſolitos fuiſſe, Ferreolus Ucetienſis Epiſcopus in Regulæ cap. 15. auctor eſt. Lege Regulæ Tarnatenſis caput 20. Et tamen Monaſterii Condateſcenſis aditus femiois interdictus erat. Unde S. Romanus Abbas apud Gregorium Turon. de Vit. Patr. cap. 1. *Non poteſt fieri*, inquit, *ut ego in Monaſterio ſepulchrum habeam, a quo mulierum acceſſus arcetur*. Eadem conſuetudo vigebat apud Cœnobii Caſtrenſis Monachos, teſte Aimoino in Hiſtoria Translationis S. Vincentii Mart. Cæſarauguſtani, cujus corpus Sæculo 9. Caſtrum Galliæ Narbonenſis opidum advectum eſt. En Aimoini verba: *Martyris itaque corpus ſervandum venerandumque in Eccleſia almæ Genitricis Dei* MARIÆ *ante ipſius Cœnobii portam collocaverunt ob devotam maxime feminarum frequentiam, quibus Monaſterii ipſius aditus* EX ANTIQUA PATRUM EJUSDEM LOCI CONSUETUDINE *denegatur*. Monaſterii nomine comprehendit Baſilicam Monachorum Caſtrenſium præcipuam S. P. Benedicto ſacram: quod regulari murorum ambitu contineretur. Ut merito ſuſpicari liceat, Concilium Autiſſiod. anno 578. convocatum eodem modo intelligendum eſſe, dum ita definit can. 26. *Si quis Abbas mulierem in Monaſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtivitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in alio Monaſterio retrudatur, pane & aqua contentus*. Et Gregorius M. in lib. 5. Ep. 43. aliiſque, in Monaſteriis *Miſſas publicas* fieri prohibet ab Epiſcopo, *Ne in Servorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus, & ſimpliciores ex hoc animas plerumque in ſcandalum trahat. Frequentior quoque*, ait, *mulierum introitus arceatur*. Mira ſunt quæ de Tornejæ Cœnobio Willelmus Malmesb. in lib. 4. de Geſtis Pontiſ. Angl. ſub finem memorat his verbis: *Solitudo ingens ad quietem data Monachis, ut eo tenacius hæreant ſuperis, quo caſtigatius Mortales conſpicantur. Femina ibi ſi viſitur, monſtro habetur: maribus advenientibus quaſi Angelis plauditur. Ceterum ibi nullus niſi momentanee converſatur: famuli Monachorum & ipſi feriatis diebus abſunt. Vere dixerim inſulam illam eſſe caſtitatis diverſorium, honeſtatis contubernium, divinorum Philoſophorum gymnaſium*. O quis mihi det tales inſulas! Priſcam illam Ordinis noſtri diſciplinam revocaverunt initio Patres Ciſtercienſes. Probat Vita S. Bernardi Abbatis Claræuallenſis, cujus Vitæ lib. 4. cap. 2. ubi de Sancti Viri funere agitur, hæc legimus: *Amarius tamen pro foribus Monaſterii lamentabatur ſexus miſerabilior mulierum, quod accedentibus ad beata veſtigia viris, Monaſtici Ordinis diſciplina inexorabiliter eis etiam tunc negaret ingreſſum*.

* V. Conc. Aquiſgr. c. 36.

Hiſt. transl. S. Vincent. apud Boll. 22. Janu.

Lege Decretum Synod. Greg. apud Bar. ann. 601.

CXIII. Obſerv. X. de labore manuum.

Decimam adnotationem inſtituemus de labore manuum, quem Monachi primis illis ſæculis exercebant. Nonnoſus Soractenſis Præpoſitus teſte Gregorio M. in lib. 1. Dial. cap. 7. laborem extra Monaſterium etiam charitatis gratia fieri non probavit, *ne exeuntes Fratres ex Monaſterio, animarum damna paterentur*. Unde S. Iſidorus in Regulæ cap. 1. *Hortulus ſane intra Monaſterium ſit incluſus, quatenus dum intus Monachi operantur, nulla occaſione exterius evagentur*. Omnino ad mentem S. P. Benedicti cujus hæc ſententia in Reg. cap. 66. *Monaſterium ſi fieri poteſt ita conſtruatur, ut omnia neceſſaria, id eſt aqua, molendinum, hortus, piſtinum vel artes diverſæ intra Monaſterium exerceantur, ut non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum*. Et tamen in cap. 48. concedit, ut ob loci neceſſitatem Monachi *ad fruges colligendas per ſe occupentur*, quod ipſe ac S. Maurus factitaſſe leguntur.

Ao-

Antiquis maxime placebat codicum ſcribendorum opera. *Ego fateor votum* CXIV.
meum inter vos, ait Caſſiodorus ad Monachos ſuos, *quæcumque poſſunt corporeo* Antiquariorum labor.
labore compleri, Antiquariorum mihi ſtudia (ſi tamen veraciter ſcribant) non im-
merito forſitan plus placere : quod & mentem ſuam relegendo ſcripturas divinas Caſſiod. l. 1.
ſalutariter inſtruunt, & Domini præcepta ſcribendo longe lateque diſſeminant. Fe- Inſt. c. 7.
lix intentio, laudanda ſedulitas : manu hominibus prædicare, digitis linguas ape-
rire, ſalutem mortalibus tacitum dare, & contra diaboli ſurreptiones illicitas ca-
lamo atramentoque pugnare. Tot enim vulnera Satanas accipit, quos Antiquarius
Domini verba deſcribit. Uno itaque loco ſitus, operis ſui diſſeminatione per diver-
ſas provincias vadit. In locis Sanctis legitur labor ipſius, audiunt populi unde ſe
a prava voluntate convertant, & Domino pura mente deſerviant. Operatur ab-
ſens de corpore ſuo. Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis Caſſiodorum imitatur
ac fere ſuperat in Antiquarii operis commendatione, ad Giſlebertum Recluſum
ita ſcribens : *Plantari non poſſunt arbuſculæ, rigari nequeunt ſata, neque aliquid* Petr. Ven.
ruralis operis exerceri recluſione perpetua prohibente : ſed quod eſt utilius pro ara- l. 1. Epiſt.
tro convertatur manus ad pennam ; pro exarandis agris, divinis litteris paginæ 20.
exarentur. Seratur in chartula verbi Dei ſeminarium, quod maturatis ſegetibus,
hoc eſt libris perfectis, multiplicatis frugibus eſurientes lectores repleat, & ſic pa-
nis cœleſtis letalem animæ famem depellat. Sic plane, ſic verbi divini poteris fie-
ri taciturnus prædicator, & lingua ſilente in multorum populorum auribus manus
tua clamoſis vocibus perſonabit. Mira addit, ac demum ita claudit ſententiam :
Tantoque tempore etiam poſt mortem tuam apud Deum extendetur lucrum operum
tuorum, quanto (ut ita dicam) durare potuerit vita librorum tuorum. Julianus
Defenſor a Romano Pontifice ad S. Æquitii Monaſterium miſſus, *Antiquarios* Greg. M.
ſcribentes reperit. Leobardus Recluſus, teſte Gregorio Turon. *ad cellulam Ma-* lib. 1. Dial. c. 4.
jori Monaſterio propinquam acceſſit, ibique ſibi propriis manibus membranas faciens Greg. Tur.
ad ſcribendum aptavit : more videlicet Monachorum Majoris Monaſterii, apud de Vit. Patr. c. 11.
quos, auctore Severo Sulpicio, *ars ibi exceptis Scriptoribus nulla habebatur : cui*
tamen operi minor ætas deputabatur, majores orationi vacabant. Hunc laborem
ſtrenue exceperunt S. P. Benedicti diſcipuli, eumque poſteris ſuis quaſi teſta- Sever. in Vita S.
mento reliquerunt. Adeout quidquid apud antiquos eruditum ac ſcitu dignum, Mart. c. 7.
quidquid apud Patres pium & ſapientiæ plenum, quidquid in Conciliis ſanctum,
quidquid in libris ſacris divinum eſt; totum id (procul jactantia dictum velim)
per Monachorum noſtrorum manus ad hæc uſque tempora pervenerit. Iſta fu-
ſius perſecutus ſum, tum ut hominibus ætatis noſtræ nonnullis, quibus adeo in-
viſum eſt nomen Monachorum, hortator ſim, quo his paullulo ſe præbeant æ-
quiores : tum ut Fratres ac Sodales meos commoneam homo tenuis conſilii, ut
Majores ſuos imitari pergant, non jam libros exſcribendo, quamquam eos ad id
etiam poſt typorum inventionem ſpeciali tractatu invitat Trithemius noſter ;
ſed qua libros editos emendando, qua veteres Scriptores eruendo, qua codices
MSS. ſtudioſe aſſervando & poſtliminio ſibi aſſerendo, qua Monaſteriorum no-
ſtrorum hiſtorias deſcribendo : ut pro ſuo quiſque modulo Eccleſiam juvent,
& Monaſtici Ordinis decus interire non patiantur. Hæc extra modum dicta be-
nigne accipi etiam atque etiam rogo.

Qui præ corporis infirmitate operoſos labores manibus exercere non poterant, CXV.
iis pro Regulæ indulgentia prolixioribus ſtudiis aliorum operas compenſare lice-
bat. Willelmus Malmesb. in lib. 1. de Geſtis Pont. Angl. nobis ſuppeditat
Lanfrancum, *qui factus Monachus, homo qui neſciret agreſti opere victum quæ-*
rere, publicas ſcholas de Dialectica profeſſus eſt, ut egeſtatem Monaſterii ſcholarum libe-
ralitate temperaret: cum e contra HerleWinus Abbas coquendis panibus & fimo
tractando occuparetur. Bernardus, ſingulare illud Eccleſiæ & Ordinis Monaſti-
ci ornamentum, ex ſpeciali diſpenſatione manuum laborem frequentiori ſcriptio- Bern. Ser.
ne commutabat. *Quod aliquoties* (inquit ad Fratres) *vobis loquimur præter con-* 10. in Pſ.
ſuetudinem Ordinis noſtri, non noſtra id agimus præſumptione, ſed de voluntate Qui hab.
venerabilium Fratrum & Coabbatum noſtrorum, qui id nobis etiam injungunt,
quod tamen ſibi quidem paſſim nolunt omnino licere. Nempe aliam mihi rationem
& ſin-

& ſingularem neceſſitatem eſſe noverunt. Neque enim modo loquerer vobis, ſi poſſem laborare vobiſcum. Illud forte vobis efficacius verbum fieret, ſed & conſcientiæ meæ magis acceptum. Ceterum quando id mihi peccatis meis exigentibus, & oneroſi hujus (ut ipſi ſcitis) tam multiplici infirmitate corporis, & ipſa quoque temporis neceſſitate negatur; utinam dicens & non faciens in Regno Dei vel minimus merear inveniri. Multa in hanc ſententiam habet Iſidori Regula, inter cetera vero cap. 6. *Qui ſic volunt lectioni vacare ut non operentur, ipſi lectioni contumaces exiſtunt, quia non faciunt quod ibi legunt. Ibi enim ſcriptum eſt: Operantes panem ſuum manducent.* Sed tandem, *qui non valet inſiſtere operi, det promptius operam lectioni: quicumque agrum non excolit, Deum dupliciter tolat*, mo-
[Ferr. Reg. c. 28.] net S. Ferreolus. Legendus omnino Guillelmus S. Theoderici Abbas in Epiſt. ad Fratres de Monte Dei. *Operandum eſt*, inquit cap. 8. *aliquid manibus quod injungitur, non tam quod animum delectando ad horam detineat, quam quod ſpiritualium ſtudiis delectationem conſervet & nutriat: in quo remittatur ad horam animus, non reſolvatur:* Nempe ut panem *ſuum efficiant operando, quantum operari poſſunt teſtimonio Dei & conſcientiæ ſuæ*, ait cap. 13. Et infra: *Veſcamur ſaltem ſecundum pœnam Adæ pane noſtro, ſi non poſſumus in ſudore vultus noſtri, in dolore cordis noſtri; in lacrymis doloris, ſi non poſſumus in ſudore laboris. Magnam hanc jacturam profeſſionis noſtræ ſuppleat pietas ac devotio conſcientiæ humilis.* At libros Morales ſcribere non eſt animus. Notationes finio.

CXVI. Nonnulla in Philologorum gratiam obſervarem, niſi lectoris faſtidium incurrere oneroſa prolixitate vererer. Ambo Gregorius Epiſcopi, Romanus alter, alter Turonicus, genium Scriptorum ſæculi ſui, quorum eximia duo lumina erant, in ſeipſis nobis expreſſerunt. *Non metaciſmi colliſionem fugio*, ſcribit Gre-
[Greg. M. in Job c. 5.] gorius M. *non barbariſmi confuſionem devito, ſitus motuſque præpoſitionum caſuſque ſervare contemno: quia indignum vehementer exiſtimo, ut verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. Neque enim hæc ab ullius temporis interpretibus in Scripturæ ſacræ auctoritate ſervata ſunt: Ex qua nimirum quia noſtra expoſitio oritur, dignum profecto eſt, ut quaſi edita ſoboles matrem ſuam imitetur.*
[Greg. Tur. in Præf. de Gl. Conf.] Ita vir non minus modeſtia, quam ſapientia ſummus. Gregorius vero Turon. *Timeo*, inquit, *ne cum ſcribere cœpero, quia ſum ſine litteris Rhetoricis & arte Grammatica, dicat mihi aliquis: An tu ruſtice & idiota, ut quid nomen tuum inter Scriptores indi æſtimas? aut opus hoc a peritis accipi putas, cui ingenium artis non ſuppeditat, nec ulla litterarum ſcientia ſubminiſtrat? Qui nullum argumentum utile in litteris habes, qui nomina diſcernere neſcis, ſæpius pro maſculinis feminina, pro femininis neutra, & pro neutris maſculina commutas. Qui ipſas quoque præpoſitiones, quas nobilium dictatorum obſervari ſanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablativis accuſativa, & rurſus pro accuſativis ablativa ponis.* Hi flores illius temporis erant. *Contempto*, *fructo*, ceteraque id genus pro ſexto caſu nominum quartæ declinationis de more ſonabant. *Anteſtis* loco *Antiſtes* paſſim antiqui libri, *Sanctæmoniales* Gregorius M. in ſuis Dialogis præferunt. Spaniam apud antiquos, etiam apud ipſummet Apoſtolum in cap. 15. Epiſt. ad Rom. ideo ſcriptum exiſtimo, quod litera *S* ſyllabæ noſtræ *His* ſono æquaretur. Nam in vetuſtis libris Iſidori manu exaratis ſæpius lego *Storia* pro *hiſtoria*, *ſtorialiter* pro *hiſtorialiter*, uti codex noſter San Germanenſis notatus 265. qui duos Iſidori libros ad ſororem continet, in lib. 2. cap. 19. & alter codex ſignatus 250. qui ejuſdem Chronicon ab initio mundi complectitur, in Præfatione legentibus plura hujuſmodi loca ſubminiſtrant.

CXVII. Ingratus ſim, Præfationem ſi clauſero non habita iis gratia, qui opera, conſiliis, libris MSS. nobis adjumenta benigne ac liberaliter præbuerunt. Operam in Actis Sanctorum perquirendis tranſmittendiſque contulerunt Domnus Simon Guillemotus Benedictinus, Subprior Monaſterii S. Gisleni in Hannonia, & D. Jacobus Lannoyus Ciſtercianus, ambo viri docti. Hic manu, commendatitiis litteris ad exteras etiam Nationes directis, Opus noſtrum non ſecus ac fetum proprium promovere ſtuduit. Conſiliis virorum clariſſ. Jacobi *de Sainčte Beuve* Doctoris ac ſocii Sorbonici, & Hadriani Valeſii Hiſtorici Regii multum me de-

debere profiteor. Scriptos codices nobis ſuppeditarunt Bibliothecæ San Victorina & Thuanea : nonnullos commodavit Claudius Jolius Pariſiacæ Eccleſiæ Canonicus, vir eruditionis & humanitatis eximiæ. Nobis inſtar Bibliothecæ fuit, qui juvandis litteris totus natus eſt, V. C. Antonius Vion Herovallius, Lutetiæ in ſuprema Rationum publicarum Curia Auditor. E noſtris plures habuimus laboris adjutores. D. Odonem *de la Mote* & D. Claudium Chantelovium ſecurius laudo, quia mortuos : hunc multigena eruditione præditum, qui dum multa meditatur, in ipſo ætatis flore interceptus eſt : illum in hiſtoria ſacra adeo verſatum, ut eum Illuſtriſs. Henricus Spondanus ſtudiorum ſuorum adjutorem poſtulaverit, V. C. Andreas Sauſſajus nunc Tullenſis Epiſcopus ſubſidiarium expertus ſit in condendo Martyrologio Gallicano, quod antea Odo noſter cogitabat. Tertium addo itidem vita nuper functum D. Franciſcum *le Seur*, virum doctum, qui plures Sanctorum Vitas ipſe deſcripſit & illuſtravit. Aliorum qui adhuc ſuperſunt modeſtiæ parcere cogor : Ex Bibliothecis Monaſteriorum noſtrorum S. Petri Corbejenſis, S. Benedicti Floriacenſis, S. Remigii Remenſis & S. Theoderici prope Remos, item S. Cornelii Compendienſis & S. Petri Conchenſis, multum auxilii accepimus. Auctores beneficii nominare ſuperſedeo, pluresque alios, quos propriis locis deſignabo.

Supereſt, ut omnes quorum intereſt, Sodales noſtros, cujuſcumque regionis CXVIII.
Monachos, quibus S. Benedictus cordi eſt, ſubſidio vocem, & in laboris noſtri invitem conſortionem : immo quoſcumque pios doctoſque viros, quibus ſacræ antiquitatis nomen antiquum eſt. Juvabunt autem nos plurimum, ſi Acta vetera Sanctorum noſtrorum, qui peculiari cultu quibuſque in locis honorantur, eorumve Miracula & Translationes, ſincere deſcripta & diligenter collata nobis tranſmiſerint, notatis ad marginem vulgari idiomate, Locorum, Opidorum, Sanctorumque ipſorum propriis nominibus. Si notiores ſunt Sancti, prima & ſuprema cujuslibet Vitæ verba ſatis erit indicaſſe, quam fortaſſe jam habemus præ manibus. Hoc facto Sanctos noſtros ſibi demerebuntur, noſque beneficii ſui memores habebunt & præcones.

M*Agnum ſummopere ſtudium in perquirendis Sanctorum Paſſionibus & Actis nobis eſt habendum. Non enim obeſt ſi a nobis neſciantur : ſed pro maximo damno nobis reputatur, ſi fideliter & utiliter a nobis minime perquirantur.* Auctor Vitæ SS. Mart. Gorgonii & Dorothei.

S*I non ita viximus ut exemplo aliis eſſe poſſimus : dedimus tamen operam ne is lateret qui eſſet imitandus.* Sever. Sulp. Prol. in Vit. S. Mart.

CHRO-

Digitized by Google

CHRONOLOGIA BREVIS
AD PRIMUM SÆCULUM
BENEDICTINUM.

SUMMI PONTIFICES.

Anno 498. Anaſtaſio II. ſucceſſit *Symmachus*, ſedit annis 15. menſibus 7. diebus 27. Antipapa Laurentio.
514. *Hormiſdas* ann. 9. dieb. 10.
523. *S. Joannes* I. ann. 2. menſ. 9. dieb. 14.
526. *S. Felix* III. al. 4. ann. 4. menſ. 2. dieb. 18.
530. *S. Bonifacius* II. ann. 2. dieb. 2. Antipapa Dioſcoro.
532. *Joannes* II. cog. Mercurius ann. 2. menſ. 6.
535. *S. Agapetus* I. menſ. 10. & dieb. 14. aut 18.
536. *S. Silverius* ann. 4.
540. *Vigilius* ann. 15 menſ. 6. aliis ann. 18.
555. *S. Pelagius* I. ann. 3. menſ. 10. dieb. 18.
559. *S. Joannes* III. cog. Catellinus ann. 12. menſ. 11. dieb. 26.
573. *S. Benedictus* I. cog. Bonoſus ann. 4. menſ. 2. dieb. 15.
577. *Pelagius* II. ann. 12. menſ. 2. dieb. 27.
590. *Gregorius* I. cog. Magnus 13. menſ. 3. dieb. 10.

FRANCORUM REGES.

Anno 481. Childerico ſuccedit *Clodoveus I.*
511. Mortuo Clodoveo Regnum dividitur in tetrarchiam.
Auſtraſia cedit *Theoderico*, cui anno 534. ſuccedit *Theodebertus*, Theodeberto filius *Theodebaldus* anno 548. Theodebaldus anno 504 partem ſuam *Chlotario* patruo morte reſignat.
Lutetia Pariſiorum cedit *Childeberto*, qui annis 49. regnavit.
Aurelia ſeu Regnum Burgundiæ *Chlodomeri* ſeu *Chlodomiro* a Godomaro Burgundiorum Rege anno 524. interfecto.
Sueſſia obtigit *Chlotario*, ad quem Monarchia devoluta eſt.
Anno 561. Chlotarii mortui quatuor filii Regnum partiuntur.
Aurelia Guntramno ceſſit, qui annis 32. principatu potitus eſt.
Lutetia Charibertus annis 6. imperavit.
Auſtraſiam Sigebertus annis 14. tenuit, quo occiſo a Chilperico fratre regnat filius *Childebertus* annis 25. ac poſt eum filii *Theodebertus* & *Theodericus*, ille anno 612. hic anno inſequenti exſtincti.
Sueſſis Chilperico obvenit, qui annis 23. regnavit.
Anno 584. Chilperici Regis filius *Chlotarius* II. Autumno ineunte regnum patris adeptus, tandem anno 613. Monarchiam obtinuit.

ITALIÆ REGES.

Gothi Italia dominati ſunt ab anno 413. ad 552. ac deinceps Langobardi.

Anno 493. *Theodericus* occiſo Odoacro Erulorum Rege Italiam occupat ad annum 526.
526. *Athalaricus* Eutharici & Amalaſunthæ filius annis 8. regnavit ſub Amalaſuntha matre.
534. *Theodahadus* ab Amalaſuntha in filii demortui locum cooptatus anno 1.
535. *Vitiges* ad ann. 540 quo Hildebaldus brevi ſubſtitutus *Erarico* locum fecit, Eraricus *Totilæ*, ſub finem anni 541.
Anno 552. Totilæ occiſo ſucceſſit *Teias*, in quo Gothorum Regnum interiit.
569. Langobardi Italiam occupare cœperunt *Alboino* Rege, quem anno 574. Cleſus excepit anno inſequenti occiſus, poſt quem per decennium Langobardi Duces triginta Italiæ præfecerunt.
Anno 586. *Autharius* Regni habenis admotus eſt, & poſt eum Agilulfus qui annis 23. ſeu 24. ſceptrum tenuit.

HISPANIÆ REGES.

Hiſpaniam occuparunt Veſigothi ab anno 412. ad 713. Callatiam Suevi ab anno 409. ad 583.

Anno 484. Evarico Veſigothorum Regi ſuccedit filius *Alaricus*.
507. Alaricus a Clodoveo Franc. Rege necatus ſucceſſorem accepit nothum ſuum *Geſalicum*, quem quatuor poſt annis *Theodericus* Oſtrogothorum in Italia Rex e throno deturbavit, & Hiſpaniam ad obitum ſuum pro nepote Amalarico adminiſtravit.
Anno 526. Amalaricus Childeberti Franc. Regis odium ob injurias Chrothildi conjugi ſuæ illatas in ſe concitavit, anno 531. peremptus, cui ſucceſſit anno.
Anno 531. *Theodis* ſeu *Theudas* poſt annos 17. & ipſe interfectus.
548. *Theodiſclus* ſeu *Theudegiſilus* poſt ſeſquiannum Agilæ locum fecit.
554. *Athanagildus* annis 14. regnavit, eoque mortuo *Liuba* anno uno.
568. *Leovigildus* ſpatio annorum 18. ſceptrum tenuit.

Anno 586. *Reccaredus* Leuvigildi filius ejurata Arianorum hæreſi res Catholicorum ad annum uſque 601. egregie promovit.

Ex Svevorum Regibus qui Callaciæ ſæculo VI. imperarunt, noti ſunt dumtaxat *Theodemirus* ſeu *Ariamirus* Catholicus, ab anno 558. ad 570. *Miro* ipſius filius ad annum 581. & *Eboricus* Mironis filius, qui eodem anno Regno ſpoliatus in Monaſterium retruſus eſt ab *Andeca* tyranno, qui & ipſe anno 585. a *Leuvigildo* eamdem ſortem paſſus eſt: ſicque Callæcia *Leuvigildi* dominationi acceſſit.

SANCTI & MONASTERIORUM FUNDATIONES.

Anno 480. S. P. BENEDICTUS natus creditur, & quatuordecim poſt annis in eremum ſeceſſiſſe, Sublacum ſcilicet in Æquicolis, ubi annis tribus in ſpecu incognitus manſit.

498. *Miciacenſe* Monaſterium Chlodoveus apud urbem Aureliam in Gallia condit in gratiam B. Euſpicii & S. Maximi Abbatis ejus nepotis, qui nomen poſtea Monaſterio dedit, *S. Meſmin*.

500. Circa hunc annum mortuus eſt *S. Severus* Abbas Agathenſis in Gallia, trecentorum Monachorum Pater.

506. Monaſterium *Aſanenſe* in Celtiberia a S. Victoriano Abbate conſtrui cœptum eſt.

507. *S. Severinus* Abbas Agaunenſis, curato Chlodoveo apud Caſtrum-Nantonis naturæ debitum ſolvit.

510. *S. Eugendus* Abbas Condataſcenſis in locis Juranſibus morti concedit.

Item *S. Leonianus* Abbas Viennenſis in Gallis.

515. *S. Maxentius* Abbas Pictavenſis diem ſupremum claudit.

520. *S. Maximinus* poſt Euſpicium Abbas Miciacenſis in agro Aurelianenſi animam Deo reddit, qui B. Avitum habuit ſucceſſorem.

522. *SS. Maurus & Placidus* B. P. Benedicto inſtituendi traduntur.

529. *S. P. Benedictus* Caſſinenſe Monaſterium auſpicatur.

530. Circa hoc tempus Sancti *Avitus* uterque, *Lætus*, *Dulcardus* & *Viator* finem vivendi faciunt.

Poſt Avitum *B. Theodemirus* Miciacenſe Monaſterium regit.

533. *S. Theodericus* B. Remigii Remorum Epiſcopi diſcipulus, Abbas primus Monaſterii Montis *Hor* in agro Rhemenſi, a S. Remigio Epiſcopo ſepulturæ traditur, Theoderico Rege ſacro corpori humeros ſupponente. Monaſterium ab auctore S. Theoderico nomen etiamnunc retinet, *S. Thierry*. Ignotus eſt Theoderici ſucceſſor primus, ſecundus fuit *B. Theodulfus*.

Anno 534. Monaſterium *Terracinenſe* conſtrui cœpit.

536. *S. Placidus* in Siciliam miſſus, *S. Joannis Baptiſtæ Monaſterium* apud Meſſanam ædificat.

538. Fame Italiam vaſtante S. Benedictus multos paſcit.

539. *S. Joannes* Abbas primus Cœnobii *Reomaenſis* in Burgundia vernacule *Moutier-Saint Jean*, ad Superos migrat, ac *B. Silveſtrum* accipit ſucceſſorem, hic *Mummolenum* cognomento Bonum, quem *Leopardinus* ſecutus eſt.

Anno 540. *S. Æquitius* Abbas Italus in provincia Valeria circa hoc tempus cœlum petit.

542. *S. P. Benedictus* a Totila Gothorum Rege inviſitur.

S. Placidus cum ſociis triginta martyrio vitam finiiſſe creditur.

Obiit etiam *S. Cæſarius* Epiſcopus Arelatenſis.

Anno 543. *S. Maurus* in Galliam dirigitur a B. Benedicto, qui eodem anno in vigilia Dominicæ Paſſionis cœlo triumphans exceptus eſt paullo poſt *Scholaſticam* Sororem, cujus corpus in proprio ſepulchro tumulavit. *Conſtantinus* S. P. Benedicto ſucceſſit.

Monaſterium *Glannafolienſe*, vulgo *S. Maur de Glanfeuil*, in diœceſi Andecavenſi a B. Mauro inchoatur.

Anno 544. *S. Romanus* Abbas *Fontis-Rogi* in diœceſi Autiſſiodorenſi, vulgo *Font-Rouge*, circa hoc tempus moritur.

545. *Specioſi* Monachi Terracinenſis anima in cœlum ferri conſpicitur.

Item *S. Chrotildis* Francorum Regina moritur.

549. *S. Herculanus* Epiſcopus Peruſinus Totilæ juſſu capite multatur.

550. *Honoratus* Abbas Fundanus obit.

Item *Marius* Abbas Bodanenſis in Provincia Romanorum.

Albinus Epiſcopus Andecavenſis.

Spes Abbas Nurſienſis.

Galla Monacha Romana.

Leo Abbas Mentuniacenſis in agro Trecenſi.

Monaſterii *Glannafolienſis* a B. Mauro conſtructi Eccleſia conſecratur.

Anno 554. *Iſaac* Monachus Spoletinus diem ſupremum obit.

Item S. *Gallus* Epiſcopus Arvernenſis.

555. *Euthicius & Florentinus* Monachi apud Nurſiam.

Benedictus Monachus Italus in Campania.

556. *S. Leobinus* primum Abbas Brejacenſis, deinde Carnutenſis Epiſcopus animam agit.

557. *Conſtantinus* Abbas Caſſinenſis ſecundus *Simplicium* habuit ſucceſſorem.

558. *S. Marculfus* Abbas Nantenſis in Neuſtria vita defungitur.

559. *S. Vincentii Monaſterium* in ſuburbio Pariſienſi exædificatum a Childeberto eſt & Eccleſia hoc anno conſecrata, cui *Droctoveus* Abbas præfectus eſt.

560. *S. Chlodoaldus* Regiæ Francorum ſtirpis prope Pariſios moritur.

Ebrulfus Uticenſis Monaſterii fundamenta ponit.

565. *Gildas* Abbas primus *Ruyenſis* in Armorica in cœlum tranſiit.

Item *Paternus* Epiſcopus Abrincenſis & *Scubilis* Monachus Hauſinnenſis.

Liſardus Abbas primus *Magdunenſis*, vulgo *Meun*, in diœceſi Aurelianenſi, Urbicium ſibi ſubſtituit.

Samſon Epiſcopus Dolenſis in Armorica moritur.

Martinus Eremita Maſſicanus in Italia.

Turibius Monachus Palentinus.

Maclovius ſeu *Machutes* Epiſcopus Aletenſis in Armorica.

Anno 566. *S. Victorianus* Abbas Aſanenſis moritur.

Item *S. Nicetius* Epiſcopus Trevirenſis.

570. *Simplicius* Abbas Caſſinenſis tertius Vitali præfecturam morte reſignat.

Fidolus Abbas Trecenſis obit.

Monegundis Monialis Turonenſis.

Anno 574. *Æmilianus* Abbas in Hiſpania Tarraconenſi.

Vita-

Chronologia Sæculi I. Benedict.

Anno 575. Vitalis Abbas Caſſinenſis quartus circa iſtud tempus moritur, cui ſuccedit Bonitus.
Item *Suranus* Abbas Italus cœlum petit.
Maglorius Epiſcopus Dolenſis in Armorica.
Hoc circiter anno *Vertavenſe* Monaſterium Vulgo *Verton* a B. Martino Abbate conſtruitur.

Anno 576. *Laurentius* Epiſcopus Spoletinus, cognomento illuminator, Monaſterii *Farfenſis* conditor e vivis recedit.
Item *S. Germanus* Epiſcopus Pariſienſis.
Nonnoſus Præpoſitus Soractenſis.

Anno 577. *Anaſtaſius* Abbas Suppentoniæ in Italia.
578. *Conſortia* Virgo, *S. Eucherii* Lugdunenſis Epiſcopi filia.
580. *Droctoveus* Abbas S. Vincentii in ſuburbio Pariſiaco, S. Germani diſcipulus moritur, cui *S. Sεubilio* ſuccedit.
Item *Martinus* Abbas & Epiſcopus *Dumienſis* primus obit.
Romula Monacha Romana.
Sequanus Abbas *Segeſtrenſis* Monaſterii in Burgundia, vulgo *S. Seine*, conditor.
Paduinus Abbas Cenomanenſis in Gallia.
Hoc circiter anno Monaſterium Caſſinenſe a Langobardis everſum eſt.

Anno 581. *S. Eparchius* Abbas Ecoliſmenſis obit.
583. *Menas* Eremita in Samnitibus.
584. *S. Maurus* B. Benedicti diſcipulus Abbas Glannafolienſis præmiſſis in cœlum diſcipulis centum viginti, poſtquam *Bertulfum* biennio ante ſuum obitum ſibi ſubſtituit, ſuper cilicium ſtratus, ad aram Deo animam reddidit.
Vincentius Abbas Legionenſis Martyr cum *Ramiro* Priore & ſociis occumbit.

Anno 586. *Eleutherius* Abbas Spoletinus Superos petit.
S. Bonitus Abbas Caſſinenſis quartus.

Anno 587. *Junianus* Abbas *Mariacenſis* Cœnobii apud Pictones auctor vulgo *Maire*, *B. Auremundum* ſucceſſorem habuit.
Radegundis Chlotharii Francorum Regis conjux, quæ *Parthenona S. Crucis* apud Pictavos ædificavit, ibique ſanctiſſime vixit, eodem anno eodemque die moritur.

Anno 590. *Launomarus* Abbas primus Monaſterii *Curbioneaſis* in Gallia diœc. Carnotenſis, vulgo *Corbion*, *Ranneberto* Abbati locum dedit.
Theodulfus Abbas tertius Montis *Hor* in agro Rhemenſi moritur.

Anno 591. *Aredius* Abbas primus *Atanenſis*, nunc *S. Aredii* apud Arvernos, vulgo *S. Trier*.
596. *Agnellus* Abbas Neapolitanus Cœlitibus adjungitur.
Ebrulfus Abbas primus *Uticenſis*, hodie *S. Evroul*, in Normannia.

Anno 598. *S. Columba* Abbas *Hyenſis* in Anglia.
600. *S. Ebralfus* Abbas Bellovacenſis.
Item *Sindulfus* Confeſſor Rhemenſis.
Martinus Abbas primus *Vertavenſis* in Armorica, vulgo *Verton*.

Anno 601. *Leander* Epiſcopus Hiſpalenſis, Arianis in Hiſpania triumphatis, cœlo triumphans exceptus eſt.
604. *Gregorius* Papa I. cognomento *Magnus* poſtquam ſanctitate & doctrina Orbem implevit, Sanctis Eccleſiæ Doctoribus in cœlo additus eſt.

Anno 605. *Petrus Diaconus*, S. Gregorii diſcipulus non multo poſt ſanctiſſime obit.
607. *S. Auguſtinus* Cantuarienſis Epiſcopus, Anglorum Apoſtolus, pluribus Anglorum millibus Chriſto comparatis, immortale præmium aſſecutus eſt.

Digitized by Google

INDEX SANCTORUM

PRIMI SÆCULI BENEDICTINI.

*Aſtericus * deſignat germanos S. Benedicti Alumnos.*

A

ADIUTUS, vide Avitus.

* ÆMILIANUS cognomento Cucullatus Abbas Hiſpaniæ Tarraconenſis. Obſervationes præviæ. Pag. 197. Vita auctore S. Braulione Epiſc. Cæſaraugust. Epiſtola Braulionis ad Fronimianum, ibid. Præfatio ejuſdem, 198. Æmiliani converſio, inſtitutio ſub Felice Monacho, mora in eremo quadraginta annis, 200. Fit presbyter ac deponitur, 201. Varia miracula patrat, 202. & ſeq. Miſericors in egenos, 204. exprobratur a dæmone quod cum feminis habitet, ibid. Obitus ſui diem & excidium Cantabriæ prædicit, 205. Poſt mortem claret miraculis, 206.

Hymnus S. Braulionis de eodem, 207. 208.

ÆQUITIUS Abbas Valeriæ a Gregorio M. commendatur, 633.

* AGNELLUS Abbas Neapolitanus. Vita ex Ferrario. Xenodochium condit, ſecedit in ſolitudinem, ac demum fit Abbas, 335.

ALBINUS Epiſc. Andecavenſis. Vitæ auct. Fortunato Prol. 102. Albinus Monachus Cincillacenſis, 103. In imbre non perfunditur, 104. Abbas quinque annis, deinde Epiſc. Andec. miracula patrat, Childebertum flectit, ibid. Inceſtas nuptias damnat, 104. Tranſlatio ejus duplex, 105. 106.

ANASTASIUS Abb. Suppentoniæ commendatur a Gregorio M. 234.

ANSBERTUS Monachus Uticenſis in Vita S. Ebrolfi Abb. Uticenſis, 339.

* ANTONIUS comes S. Mauri Abb. in Vita S. Mauri, 262. 281. Tranſlatio, ibid.

* ANTONIUS Merulus & Joannes Monachi S. Andreæ in Vita S. Gregorii P. 397.

AREDIUS Abb. Lemovicenſis. Vita ex MSS. 331. In aula Theodeberti Cancellarius, S. Nicetii Epiſcop. Trevirenſis monitis pie vivit ac columbæ indicio illuſtratur, ibid. Torones accedens diverſorium prænuntiatur, 332. A S. Martino viſitatus, octogenarius, moritur, 333. A S. Perpetuo Epiſc. Lemovic. ſepelitur, 334. Corpus ipſius immobile triduano jejunio levatur, ibid.

* AUGUSTINUS Epiſc. Cantuarienſis. Obſervationes præviæ, 485. Vita auct. Gotcelino Monacho ex MSS. Prologus, 486. Vitæ capitula præponuntur, 487. & ſeq.

Liber Miraс. eodem auctore. Capitula præponuntur, 520. & ſeq.

Tranſlatio ſeu Elevatio corporis Sæculo VI. Benedictino.

AVITUS Abbas Miciacenſis, diſtinguendus ab Avito Abbate Perticenſi, 594. Memoratur in Vita S. Carilefi Avitus Perticenſis, 622. 623. Item in Vita S. Leobini, 126. 127. Item in Vita S. Maximini, 568.

* AUREMUNDUS Abbas Mariacenſis in Vita S. Juniani Abb. 296. & ſeq.

B

S. P. BENEDICTUS Monachorum Occident. Patriarcha, Abbas Caſſinenſis. Vita auct. Gregorio M. Prologus, 1. Benedictus Roma fugiens in eremum capiſterium redintegrat, 2. A S. Romano in ſpecu nutritur, ibid. In die Paſchæ a Presbytero cœlitus monito convenitur, & carnis tentationem ſuperat, 3. Abbas electus a quibuſdam Monachis calicem venenatum ſibi porrectum Crucis ſigno frangit, 4. In ſpecum redit, ibid. & ſeq. Monaſteria conſtruit, Maurum & Placidum ſuſcipit, Monachum vagum coercet, aquam in montis vertice producit, 6. Ferrum ex aqua, Placidum e ſubmerſione per Maurum eripit, 7. Florentii panem venenatum per corvum amandat, 7. 8. Caſſinum migrat, 9. Miracula patrat, 9. 10. Monachorum intemperantiam abſens noſcit, 10. Totilæ ſimulationem detegit, eique eventura prædicit, 11. Clericum a dæmone liberat, & a carnibus præcipit abſtinere, 10. 13. Monaſterii ſui deſtructionem prævidet, 13. Occulta divinitus cognoſcit, 14. 15. Monaſterii Terracinenſis fabricam abſens diſponit, 16. Moniales ob linguæ vitium excommunicatas mortuas abſolvit, 17. Monachum mortuum a terra rejectum cum Euchariſtia ſepeliri jubet, ibid. Varia miracula patrat, ibid. & ſeq. Mortuum ſuſcitat, 21. Cum Scholaſtica ſorore invitus noctem ducit, 22. Ejus animam in cœlum ferri videt, ibid. & ſeq. Item S. Germani Epiſc. Capuani, 23. Mundum collectum cernit, ibid. Regulam ſcripſit, & mortem ſuam prænuntiavit, 24. Mulier inſana in ipſius ſpecu convaleſcit, ibid.

Carmen Marci Poetæ de eodem, 25. 26.

Aliud Bertarii Abb. Caſſin. 27.

Aliud Alfani Archiep. Salernitani, 30.

Tranſlatio S. Benedicti cum Miraculis ab Adrevaldo &c. ſcriptis Sæculo proximo, Illatio Sæculo IV. Benedictino refertur.

Plura vide in noſtra Præfatione.

BENEDICTUS Monachus in Campania, commendatur a Gregorio M. 115.

C

CÆSARIUS Epiſcop. Arelatenſis. Obſervationes præviæ, 636. Vita duobus libris ſcripta Liber primus auctore Cypriano, 637. Cæſarius fit Monachus Lerinenſis, ibid. Infirmus Arelatem curandus mittitur, 638. Ordinatur Diaconus, tum Presbyter ab Eonio Epiſcopo, cui ſuccedit, ibid. Sacris concionibus vacat, 639. Mittitur in exilium, 640. Revertitur ibid. In cuſtodiam mittitur, poſtea educitur, ib. Captivos redimit, 641. Condit Monaſterium feminarum, ib. Accuſatus ad Theodoricum Regem pergit, ab eoque honoratur, 642. Symmachum Papam inviſit, ib. Studet captivorum redemptioni & veracitati, ib & ſeq. Dexteritas ejus in Sacris Scripturis exponendis, 644. Diaconos ante annos 30. ordinari vetat, 645. Abſolvit Monaſterium feminarum, ibid. In Synodo Valentina ſe purgat 646. Lectionem ad menſam adhibet, ibid

Liber ſecundus auct. Meſſiano & Stephano, ib. Varia miracula patrat, 647. Lineis numquam uſus eſt, 653.

CARI-

CARILEFUS Abbas Aniſoln. Vita auctore Siviardo ex MSS. 621. Carileſus in Monaſterio Menarenſi informatur, 622. Secedit in Cœnobium Miriacenſe cum Avitu, ibid. Sacerdos factus eremum petit, 623. Cellam conſtruit, Avitum conſulit, 624. A Childeberto inviſitur, ibid. Ejus Monaſterium a Childeberto doratur, 626. Virtutes ejus & privilegia, 627. Mulieres arcet a Cœnobio, 628.

Liber Mirac. ex MSS. 629.

Memoratur in vita S. Maximini Abb. 568. & ſeq.

CHLODOALDUS filius CHLODOMIRI Franciæ Regis. Vita ex MSS. 125. Chlodoaldi parentes, 127. Evadit e patruorum manibus, 128. Monachus factus ſecedit in Provinciam, ibid. Cucullam dat pauperi, 129. Pariſios reverſus fit Presbyter, ibid. Condit Monaſterium apud Novigentum, *ibid.* Ibidem ſepelitur, & aſſervatur, ibid.

CHROTHILDIS Regina Chlodovei Franciæ Regis uxor. Vita ex MSS. 92. Ipſius genus & parentes, 93. Chlodoveo nupta, eum ad idola ejuranda hortatur, ibid. & ſeq. Liberos gignit, 93. Mortuo marito, Turonis degit, 94. Multa patitur, & Monaſteria ædificat, ibid. & ſeq.

COLUMBA Abbas Hyenſis. Vita auct. Cummeneo Albo ex MSS. 342. Columba cœlitus prænuntiatur, ibid. Aidanum Regem ſacrat, 343. Brendani Abb. & Columbani Epiſc. obitum abſens dignoſcit, ibid. Miraculis clareſcit, 345. 346. Annis triginta quatuor in Britannia vixit, 347. Mortem prædicit, ibid. Morti proximus Pſalmos deſcribit, & ſucceſſore deſignato ad aram moritur, 348. Oſvvaldum Regem pugnare jubet, ibid. Aidani Saxonum Regis victoriam prædicit, ibid. Candida ejus veſtis, 349.

CONSORTIA Virgo. Vita ex MSS. 235. Pater ejus S. Eucherius junior, poſtea Lugdunenſis Epiſc. ibid. Conſortia viro nubere recuſat, 236. Galla matri in ſpecu miniſtrat, 237. Xenodochium conſtruit, Chlotharii filiam ſanat, nuptias iterum recuſat, ibid. & ſeq. Mortem prædicit, 238. Cluniacum ipſius corpus translatum, ibid.

* CONSTANTINIANUS comes S. Mauri Abb. in Vita S. Mauri, 262. 281. Translatio, ibid.

* CONSTANTINUS Abb. Caſſinenſis in Vita S. Benedicti, 2.

D

DONATUS Conf. Sigiſterici In Vita S. Mariani Abb. Bodan. 100. *Ejus Reliquiæ partim Siſtarici, partim Avaniane in majori Eccleſia.*

* DONATUS Martyr in Sicilia in Vita Sancti Placidi, 63.

DROCTOVEUS Abb. S. Vincentii prope Pariſios, nunc S. Germani Pratenſis. Vita ex MSS. 239. S. Germani diſcipulus, 240. Ipſius epitaphium a Fortunato ſcriptum, 243. *Corpus ipſius in ſuo Monaſterio.*

DULCARDUS Monachus Miciarenſis. Ejus Vita cum S. Læti & Viatoris Actis confunditur, 594. Memoratur in Vita S. Maximini Abb. 563. m & 581. a

E

EBRULFUS Abb. Bellovacenſis. Vita ex MSS 349. Monachus degit in loco Oratorio dicto, Abbas Sancti Fuſciani Ambianenſis a Fredegunde inſtituitur, 350. Miracula operatur, & corpus S. Maximi de terra levat, ibid. Sepelitur apud Oratorium, ibid. B. Angadriſma ipſius Reliquias incendio opponit, 351. S. Ebrulfi corpus Bellovacum transfertur, ibid.

EBRULFUS Abb. Uticenſis. Vita ex MSS. 335. Ebrulfus Bajocaſſinus in aula degit, 336. Uxore velata in Monaſterium ſecedit, ac poſtea in eremum Uticenſem, ibid. & ſeq. Latrones convertit, 337. Monaſteria xv. conſtruit, 338. Peſtis tempore ſuis opem ſollicite impendit, ibid. Ausbertum ſine Viatico defunctum ſuſcitat cum alio Monacho, 339. Infirmus 40. diebus ſola Euchariſtia reficitur, 340. A Childeberto inviſitur, 341. Liber Mirac. ipſius combuſtus, ibid. *Translatio Aureliam Sæculo V. Benedictino.*

* ELEUTHERIUS Abb. Spoletinus commendatus a Gregorio Magno, 289. Mortuum ſuſcitat, puerum a dæmone liberat, ibid. Gregorio vim obtinet jejunandi, ibid.

EPARCHIUS Abb. Ecoliſmenſis. Vita ex MSS. 252. Ex Cancellario Monachus, laudes fugit, mortuos ſuſcitat, ſedem figit ad Garantonam, 253. Recluſus multa miracula facit, ibid. & ſeq. Victus ejus & veſtitus, 255.

EQUITIUS, Vide Æquitius.

EUGENDUS Abb. Jurenſis. Obſervatio prævia & Vita, 553. Traditur ſeptennis S. Romano, auſtere vivit, 555. Sacerdotium recuſat, fit Abbas invitus, deſpectus a ſuis, divinitus commendatur, ibid. Literis ſuis ægros & Energumenos ſanat, 556. Subditorum capacitati officia accommodat, ibid. Apoſtolorum Reliquias excipit, 557. Miracula ejus & virtutes, 558. Morti proximus inungitur, 559.

EUTHICIUS & FLORENTIUS Monachi Norſiæ commendantur a Gregorio Magno, 113. Euthicius Monaſterio præficitur, ibid. Florentius urſum ad miniſterium adhibet, ibid. & ſeq. Euthicii tunica delata pluviam obtinet, 114.

F

* FAUSTUS Monachus Caſſin. comes S. Mauri in Vita S. Mauri, 261. & ſeq. Redit in Italiam, 282.

FIDOLUS Abb. Trecenſis. Vita ex MSS. 189. Captivus factus in bello Arvernico, a S. Aventino redimitur, 190. Abbas clares miraculis, 191. & ſeq.

G

GALLA Monialis Romana commendatur a Gregorio Magno, 106. Secundis nuptiis nuncium remittit, ibid.

GALLUS Epiſc. Arvernenſis. Vita ex Greg. Turon. 109 Monaſterium petit, ibid. Regi Theodorico charus, fanum apud Coloniam ſacra evertit, prædicit ſe fore Epiſcopum, fit Epiſcopus Arvernenſis, 110. Virtutibus & miraculis fulget, ibid. & ſeq. Epitaphium ipſius per Fortunatum, 112. 113.

GERMANUS Epiſc. Pariſienſis. Vita per Fortunatum, 222. In utero divinitus ſervatur, Diaconus, Presbyter, Abbas Æduenſis, miſericors in pauperes, miracula operatur, ibid. & ſeq. Theodeberto mortem prædicit, 223. Epiſcopus Pariſ. mores Monachi retinet, 224 Chlotharium Regem ſanat, 225. Bituricis convertit Judæos, 230. Dæmonibus terribilis, pauperibus munificus, eloquens in concionibus, officium divinum nudo capite recitat, lectionem ad menſam adhibet, 231. 232. Sepelitur in Eccleſia S. Vincentii, nunc ſui nominis dicta, Epitaphium ſcribit Rex Chilpericus, 233. A Chlothario ad S. Radegundem Pictavos mittitur, 310. Moram in Quadrageſima agit, pag. 305.

GILDAS, cognomento Sapiens, Abb. Reuvienſis ſeu Ruyenſis. Obſervationes præviæ, 129. Vita, 130. Gildas Anglus, ibid. Eltuti diſciplinæ committitur, 131. Paganos convertit, 132. Fidem in Hibernia reſtituit, 133. Monaſteria conſtruit, Romam tendit, ibid. In Armorica Monaſterium conſtruit, 134. Invehitur in Reges Britanniæ, 135. Pro Conomero Armoricæ Comite fidejuſſor, ejus uxorem ſuſcitat, ibid. & ſeq. Ab Angelis obitus ſui diem prænoſcit, 137. Corpus ſuum in Mare projici jubet, ſed illæſum reperitur, 138. Dani ejus Monaſteria vaſtant, ibid. Reſtaurantur, 140.

* GORDIANUS Monachus Caſſin. S. Placidi comes; in Vita S. Placidi Obſervat. præviæ, 42.

* GREGORIUS Papa I. cognom. Magnus. Obſervat. præviæ, 378. Vita auct. Paulo Diac. ex MSS. 379. Gregorius venditis ſæcularibus fit Monachus, ibid. Diaconus & legatus Conſtantinopolim, ubi commentaria in Job aggreditur, & Eutychium convincit, 380. Pelagio Papæ ſuccedit, 381. & ſeq. Paſtoralem librum

ſcribit, 382. Anglorum converſionem curat, 383. Miracula facit, 385. A Spiritu ſancto inſtituitur, 388.
Pauli Diac. Epiſtola ad S. Adelhardum Abb. Corbejenſem de B. Gregorii Epiſtolis, 389.
Alia Vita a Joanne Diac. IV. libris ſcripta, 389. 390. *Capitula ſingulis libris præponuntur.* Corporis S. Gregorii variæ Translationes, 484. 485.

H

HERCULANUS Epiſc. Peruſinus, martyr, commendatur a Gregorio M. 96. Juſſu Totilæ ipſi caput abſcinditur, 97.
HONORATUS Abbas Fundenſis, commendatur a Gregorio M. 97. Monaſterium conſtruit, ducem ſpiritualem non habuit, ibid. Libertinus ipſius Reliquiis mortuum ſuſcitat, 98.

I

JOANNES Abb. Reomaenſis. Obſervationes præviæ, 612. Vita ex MSS. 613. Joannes nobilis Lingonenſis Cellam tum Monaſterium conſtruit, 613. Lerinum petit latendi gratia, revocatur, 614. Monaſterium ſuum reformat, ſuis labora manuali exercet, laicos in Baſilicam ſuam non admittit, ibid. Ejus virtutes & miracula, 615.
Liber Mirac. a Jona ſcriptus, 617. & ſeq. Succeſſorem habuit S. Silveſtrum, 618.
Tranſlationes & Mirac. 618. & ſeq. Prima Translatio e tumulo, 618. Secunda in alium tumulum, tertia Sinemurum facta, 619. Varia miracula, ibid. & ſeq.
ISAAC Monachus apud Spoletum. Vita ex Gregorio M. 107. Iſaac Syrus Spoletum venit, diſcipulos trahit, poſſeſſiones recuſat, prophetiæ dono enitefcit, 108.
* JUNIANUS Abb. Mariacenſis. Vita auct. Wlfino Boetio Epiſc. Pictav. ex MSS. 291. Junianus Pictavenſis, Anachoretarum æmulator recluditur, 293. Monachis præfectus, S. Radegundi familiaris efficitur, ib. & ſeq. Accuſatus apud Regem ſe purgat, 294. Mariacenſe Monaſterium condit, 295. B. Aureniundum baptizat ſucceſſorem ſuum futurum, 296. Miracula patrat, 297. & ſeq. Obitum ſuum prædicit, 300. Eadem hora qua S. Radegundis moritur, 301. Corpus ipſius tranſlatum in Monaſterium Nobiliacenſe Sæculo IX. 302.

L

LÆTUS Monachus Miciacenſis. Ejus Vita cum Actis SS. Dulcardi & Viatoris confuſa, 594. 595. Memoratus in Vita S. Maximini Abb. 565. m
LAUNOMARUS Abb. Curbionenſis. Vita ex MSS. Ciſterc. eruta a D. Jacobo *de Lannoy*, 517. Launomarus Carnotenſis, 518. Presbyter ac Cellerarius, Monaſterium condit, & miracula facit, 318. & ſeq. Cœnobium Curbionenſe ædificat, 319. Carnotum accitus ab Epiſcopo moritur, prædictis urbis clade, 321. An Monachus fuerit Miciacenſis, 563. & 579. 580.
Alia Vita auct. Monacho Curbionenſi anonymo, 322.
Tranſlatio corporis Sancti Launomari in Monaſterium Curbionenſe, 327. *De aliis Tranſlationibus Sæculo* IX *ſeu Sæculo IV. Benedictino.*
* LAURENTIUS Epiſc. Spoletinus. Vita ex diverſis, 218. Laurentius Syrus Romam venit, fitque Spoleti Epiſcopus, ibid. Farſenſe Monaſterium conſtituit, 220. An Sabinenſis Epiſcopus, ibid. Quo die & anno obierit, 222.
* LEANDER Epiſc. Hiſpalenſis. Elogium hiſtoricum, 371. Ejus patria & parentes, ibid. Ex Monacho Epiſcopus Veſigothos convertit, Conſtantinopolim pro Hermenegildo Regis filio mittitur, 372. Ipſius ſcripta ac oratio in Synodo Toletana habita, 375. Gregorium Papam de trina Baptiſmi merſione conſulit, eumque monet de Reccaredi Regis converſione, 38. Leandri virtutes, 576. & ſeq. Epitaphium, 376. & ſeq.
LEO Abb. Mentuniacenſis. Vita ex Camuzati Prompt. 107. S. Romano ſuccedit, divinitus præmonetus de obitu, ibid.
LEOBINUS Epiſc. Carnotenſis. Vita ex MSS. 115. Leobinus Pictavenſis fit Monachus, ad S. Lupum Inſulæ Barbaræ Monachum ſe recipit, 116. A Francis exagitatus ad S. Avitum ſe recipit in Pertico commorantem, ibid. Fit Abbas Brajacenſis, & miracula operatur, 117. Mulierem impudicam repellit, B. Avitum conſulit & S. Cæſarium Arelatenſem ib. Reverſus in ſuum Monaſterium fit Epiſc. Carnotenſis, ibid. In Epiſcopatu ut Monachus ſe gerit, 118. Reſtinguit incendium Pariſienſe, 119. Caletricum habet ſucceſſorem, ibid. Corpus a Calviniſtis crematum excepto capite, 120. Memoratur inter Sanctos Miciacenſes, 563. 579. 580.
LEONIANUS Abb. Viennenſis, Elogium hiſtoricum, 559. & ſeq. E Pannonia ortus, an fuit frater S. Aniani Epiſc. Aurelianenſis, ibid.
LIBERTINUS Præpoſitus Fundani Monaſterii cum Honorato Abbate, 98
LIFARDUS Abb. Magdunenſis. Vita ex MSS. 144. Lifardus Legiſperitus Aurelianenſis ſecedit in ſolitudinem Magdunenſem, 145. Serpente necato fit Presbyter, ibid. Videt Theodemiri Abb. Miciacenſis animam in cœlum ferri, 146.
Tranſlatio ipſius ex MS. cod. D. d'*Herouval*, 147.
Miracula ex MS ejuſdem, 149. Memoratus inter Sanctos Miciacenſes, 565. 579. 580.

M

MACHUTES ſeu MACLOVIUS Epiſc. Aletenſis in Armorica. Vita ex MS. cod. D. d'*Herouval*, 177. Maclovius Britannus a Brendano educatur, ab undis illæſus ſervatur, ibid. Ex Monacho Epiſcopus, 178. In Armoricam trajicit, Aletenſes ad Fidem convertit, fit Epiſcopus Aletenſis, 179. Canonicorum collegium inſtituit, vexatus a ſuis in Aquitaniam ſe recipit, 180. in Armoricam reverſus moritur, 181. Corpus ipſius Pariſiis, ibid.
MAGLORIUS Epiſc. Dolenſis. Vita ex MSS. 209. Maglorius Britannus, a S. Samſone ordinatus Diaconus in Armoricam tranſit, Samſoni ſucceſſurus, ibid. Budocum Eccleſiæ Dolenſi præficit, 211. Secedit in ſolitudinem, ibid. Cœnobium condit, 212. Monaſterio neceſſaria cœlitus impetrat, 215. Miracula facit, 214. Corpus ipſius Pariſiis, 217.
MARCULFUS Abb. Nantenſis. Vita, 120. Bajocaſſinus, ibid. A S. Poſſeſſore Presbyter & concionator ordinatur, 121. Locum Cœnobio conſtruendo a Rege impetrat, 122. In Quadrageſima ſecedit in ſolitudinem, plura Cœnobia condit, 123. Armoricam a Barbaris defendit, 124. Confirmationem prædiorum ſuorum a Rege impetrat, ibid. Corpus ipſius a S. Audoeno de terra levatur, 125. *Reliquiæ Corbiniacum delatæ Sæculo* IX.
MARIUS Abb. Bodanenſis. Vita, 98. Marius Autaſianenſis Monachus, poſtea Abbas Bodanenſis, in Quadrageſima recluditur, ibid. Prædicit Italiæ cladem & S. Donati mortem, 99. 100.
Miracula & Tranſlatio corporis Porcalrariam, ibid. & ſeq.
* MARTINUS Abb. & Epiſc. Dumienſis. Elogium hiſtoricum, 244. Ex Patria Pannonia, in Callæciam migrat, 245. Svevos convertit ad Fidem, ibid. Scripta ejus & Monaſterii Dumienſis erectio, 247. Regulam S. Benedicti ſervavit, 248.
MARTINUS Abb. Vertavenſis. Vita ex MSS. 354. Martinus Namnetenſis infidelis Herbadillæ caſum prædicit, varia in loca peregrinatur, ibid. Monaſteria Dumienſe & Vertavenſe conſtruit, 556. Trecentos diſcipulos regit & Moniales, ibid. Corpus ipſius Vertavenſibus miraculo cedit, 557.
Miracula, 562. Centulfus Dagoberti nutu Vertavenſe Monaſterium ſpolians pœnas luit, 365.
Proſa rhythmica de eodem, 370.

Alia Vita & Tranſlatio in Monaſterium S. Jovini ex MSS. in Appendice Addit. pag. 357. & ſeq.
* MAURUS Abb. Glanna-folienſis, S. P. Benedicti diſcipulus. Obſervationes præviæ, 259. Epiſtola Odonis Vitæ interpolatoris, 260. Epiſtola Fauſti Vitæ ſcriptoris, 261. & ſeq. Maurus duodennis S. Benedicto oblatus proponitur ceteris in exemplum, 264. Placidum e naufragio eripit, 265. Præpoſitus & Procurator Caſſinenſis, claudum & mutum Stola curat, 266. Mittitur in Gallias, ibid. Regulam, Epiſtolam & Reliquias a S. Benedicto accipit, 267. Miracula varia in itinere patrat, ibid. & ſeq. B. Romanum inviſit, 271. S. Benedicti tranſitum divinitus ſpectat, ibid. Aureliæ ſubſiſtit, 272. Apud Anderavus a Floro ſuſcipitur, 273. Monaſterium Glanna-folienſe ædificat, 275. Miracula facit, ibid. & ſeq. Floro habitum Monaſticum tradit, 276. a Rege Theodeberto inviſitur, & plura beneficia impetrat, 277. Monachos 140. in ſuo Monaſterio admittit, 279. Theodebaldum & Clotharium munificos habet, ibid. Depoſita rerum cura & Bertolfo ſubſtituto ad mortem biennio ſe præparat, 280. Multorum a ſuis mortem prædicit, 281. Mortuus claret miraculis, 282.
Alia Vita verſibus reciprocis ſcripta, Paulo Diacono adſcripta, 282. & ſeq.
Hymnus duplex de eodem auctore Alfano Archiep. Salernitano, 295. & ſeq.
Alius ex Breviario Caſſin MS. 296. *Corporis Tranſlatio in Monaſterium Foſſatenſe Sæculo 12. ſeu IV. Benedictino.* Opinio Letaldi Monachi de tempore ipſius adventus in Galliam, 581. *Lege Præfat. noſtram.*
Maxentius Abb. Pictavenſis. Vita ex MSS. Compend. & D. d'*Herouval*, 560. Maxentius Agathenſis S. Severi diſciplinæ ſe committit, inde ad S. Agapitum ſe recipit, 561. A Chlodoveo honoratur, & miracula patrat, 562. Tranſlationes Reliquiarum, ibid.
* MAXIMIANUS Syracuſanus Epiſc. memoratur in Vita S. Gregorii Papæ, 400.
Maximinus Abb. Miciacenſis. Obſervationes præviæ, 562. 563 Carmen & Vita ex MSS. Floriac. & D d'*Herouval*, 563. Chlodoveus Virdunum expugnat, 564. 565. Maximinus cum avunculo Euſpicio Aureliani Regem comitatur, 565 Miciacenſi Monaſterio conſtructo Maximinus Sacerdos ac poſtea Abbas ordinatur, 566. 567. S. Euſpicius moritur, 567. Plures Maximini diſciplinæ ſe tradunt, in his Avitus & Carileffus, 568. Maximinus miracula patrat, 569 570. Moritur, 571. Miracolum ad ipſius tumulum factum, Baſilica & Tranſlatio ad S Anianum, 572. Tranſlatio in Eccleſiam Miciacenſem, 573.
Alia vita auct. Bertoldo Monacho Miciac. ex apographo D. d'*Herouval*. Carmen Auctoris ad Jonam Epiſc. 573. & ſeq.
Liber Miraculorum ejuſdem auct. Letaldo Monacho Miciac. ex MS cod D. d'*Herouval*, ubi hiſtoria Monaſterii Miciacenſis & Abbatum Epiſcoporumque Aurelianenſium uſque ad Sæculum decimum refertur, 579. & ſeq.
MENAS Eremita in Samnitibus, commendatur a Gregorio Magno, 255. Oblationem hominis inceſtuoſi repudiat, ibid.
MONEGUNDIS Monacha Turonenſis. Vita ex Greg. Turon. 194. Monegundis Carnotena relicto viro apud Turones recluditur, 195. Carnotum revocata, ſed Turonas iterum regreſſa Moniales congregat, 196. Miraculis fulget, 197.

N

NICETIUS Epiſcopus Trevirenſis. Vita ex Greg Turon. pag. 184. Nicetius cum corona Clericali ex utero prodit, fit Monachus & Abbas, a Theodorico Trevirorum Epiſcopus deſignatur, ibid. Theodebertum arguit, Chlotharium excommunicat, mittitur in exilium, revocatus a Sigiberto, 185. Trevirenſes a peſte liberat, adhuc vivens invocatur, 186
Elogium ejuſdem per Fortunatum, 187.
NONNOSUS Præpoſitus Soractenſis commendatur a Gregorio Magno, 233. Nonnoſus Abbatis ſui mores aſperrimos fert patienter, ſaxum oratione transfert, Monachos extra Monaſterium laborare non probat, pag. 234.

P

* PADUINUS Abb. Cenomannenſis. Vita ex Manuſcriptis, 256. Cellas conſtruit, ibid. Verbum Dei prædicat, 257. Miracula operatur, 258
PATERNUS Epiſc. Abrincenſis. Vita ex MSS. 143. Monachus Enſionenſis, cum Scubilione in ſolitudinem ſecedit, ibid. Epiſcopus Abrincenſis ordinatur, ibid. Moritur eodem die quo Scubilio, ibid.
PETRUS Diaconus S Gregorii Magni Elogium hiſtoricum, 484. An Monachus, mora ejus qualis, 485. Salutiolæ colitur, ibid.
* PLACIDUS Benedictinorum Protomartyr cum ſociis. Obſervationes præviæ, 42 Vita auct. Gordiano, interpolatore Petro Diacono Caſſin. 43. 44. Placidus ſtirpis Anicianæ ſeptennis S. Benedicto oblatus, 44. E naufragio per B. Maurum ereptus, ibid. S. Benedicto fontem in monte impetranti adſuit, 45. Sancti Eraſmi Monaſterium condit, 46. 47. Tertullus ipſius pater multa prædia Caſſino confert, 48. 49. Placidus in Siciliam mittitur, 49. Miracula plurima patrat, 50. & ſeq. Meſſanæ excipitur, 57. Sæcularium domos vitat, Monaſterium conſtruit, 58. Omnes infirmos Siciliæ ſanat, 59. & ſeq Eccleſiam fabricat, Virtutes ejus, 62. A fratribus & ſorore inviſitur, 63. A Piratis cum ſociis comprehenditur, varie torquetur, ibid & ſeq. Loquitur præciſa lingua, 68. Capite plectitur cum ſociis, 69 Sepeliuntur a Gordiano, 70. Meſſalinus B. Benedicto Placidi martyrium nunciat, 71. Alii Monachi in Siciliam mittuntur, 72.
Alia Vita ex cod. MS. S. Victoris Pariſienſis, 74. & ſeq. *Inventio Reliquiarum SS. Martyrum Sæculo proxime elapſo facta.*

R

RADEGUNDIS Regina & Monacha Pictavenſis. Vita duobus libris ſcripta. Lib. 1. auct Fortunato, 302. Radegundis Thuringa, a Chlothario captiva facta, ibid. & ſeq Eidem nupta qualiter ſe gesſerit, 303. Velatur a S. Medardo, 304. Pictavos ſe confert, 305. Quantas auſteritates in Monaſterio exercuerit, 306. Miracula operatur, 307. & ſeq.
Liber 2. per Baudoniviam, 309. Chlotharius eam e Monaſterio extrahere cogitat, 310. A S Germano placatur, 311. Radegundis virtutes, ibid. & ſeq. Reges ad pacem hortatur, 312. Sanctorum Reliquias ab Imperatore accipit, ibid. Dormiens de Deo cogitat, 315. In cœlos ab Angelis tollitur ipſius anima, corpus a Gregorio Turonenſe ſepelitur, 315. 316. A Calviniſtis crematur, 317.
* RAMIRUS Monachus S. Claudii Legionenſis cum ſociis 12 a Svevis ob Fidem interficitur, 288.
ROMANUS Abb. Fontis-Rogi B. Benedicti nutricius. Obſervationes præviæ, 76. 77. Vita S. Romani amiſſa, 78. S. Benedicto in ſpecu miniſtrat Romanus, ibid. Cœleſti monitu Gallias petit, 79. S. Maurum in ſuo Monaſterio, quod Fons-Rogi dicebatur prope Autiſſiodorum, excipit, ibid. Corpus S. Romani in Monaſterium S. Germani Autiſſiod. translatum, 81. Inde Vallilias Cœnobium Diœceſ. Senonenſis, 82.
Liber Mirac. eodem auct. 84. & ſeq.
ROMULA Redempta & Erundo Moniales Romanæ commendantur a Gregorio Magno, 248 Patientia Romulæ in paralyſi, pſalmodia Angelorum in morte, 249.

S

SAMSON Epiſc. Dolenſis in Armorica. Vita duabus libris ſcripta ab ananymo ſubæqnali, eruta ex MS. Ciſterc. a D. *Jacobo de Launoy*. Prologus ad Tigerinomalum Epiſc. 154 Liber primus S. Samſon Angluo matri ſterili prædictus, 155. & ſeq. Eltuto Magiſtro traditur, 157. Diaconus miraculoſe ordinatur, 158. Item Presbyter, œconomus, invidiam ſuſtinet, 159. 160. Ad Pironem Abb. concedit, 160. Patrem ægrotantem invitus adit, 161. Abbas fit, 163. In Hiberniam vadit, ac poſtea reverſus in ſolitudinem cum patre ſuo ſe recipit, 164. Epiſcopus conſecratur, 165. In Armoricam venit, 165. Dolum Monaſterium condit, 167. Childebertum Regem adit, ibid.
Liber ſecundus, 169. S. Samſonis, feſtivitas, miracula & virtutes, 170. Seceſſus in Quadrageſima, 172.
* SCHOLASTICA Virgo S. Benedicti ſoror. Obſervationes præviæ, 32. Explanatio in textum S. Gregorii de eadem, ibid. & ſeq.
Carmen Aldhelmi de ipſa, 38.
Vita verſibus reciprocis, Paulo Diacono adſcripta, 39. & ſeq. *Corpus ipſius ſæculo II. Benedictino, Chriſti VII. Cenomannos translatum*
SCUBILIO Monachus Enſionenſis, in Vita S. Paterni, 143. 144.
SEQUANUS Abbas Segeſtrenſis. Vita 249. Sequanus Burgundus ſecedit in ſolitudinem, ibid. Euſtadio Presbytero adhæret, Diaconus tum Sacerdos, adit S. Joannem Reomaenſem, 250. Monaſterium in ſilva condit, 251. Miracula patrat, 251. 252. *Corpus ipſius in proprio Monaſterio*. Memoratur in Vita S. Joannis Reomaenſis, 617. m
SEVERINUS Abb. Agaunenſis. Vita auct. Fauſto ipſius diſcipulo, ex MSS. 552. Euladium Nivernenſem Epiſc. & Chlodoveum ſanat, leproſum oſculo obſequè curat, 553. Childebertus ipſi poſt mortem Eccleſiam conſtruit, ibid.
SEVERINUS Solitarius Pariſiis, memoratur in Vita S. Chlodoaldi, 128.
SEVERUS Abb. Agathenſis. Vita ex MSS. 547. Severus Syrus, ibid. Venit in Galliam & Agathopoli conſiſtit, 548. Rebus ſuis Betico Epiſcopo conceſſis reſcinditur, 549. Monaſterium Agathopoli conſtruit, 550. Salnſtii Senatoris mortem prædicit, aliaque mira patrat, ibid. m
SILVESTER Abb. Reomaenſis, memoratur in Vita S. Joannis Abb. Reomaenſis, 618.
* SIMPLICIUS Abb. Caſſinenſis. Elogium hiſtoricum, 187.
SINDULFUS Conf. Rhemenſis. Vita auct. Almanno Monacho ex MS. Altivillarenſi, 351. Ex Aquitania in Campaniam venit, Verbum Dei prædicat, 352. *Translatio in Monaſterium Altivillarenſe Sæculo IV. Bened.*
* SPECIOSUS Monachus Terracinenſis, commendatur a Gregorio M. 92.
SPES Abb. Nurſiæ commendatur a Greg. M. 105. Annis 40. cæcus, ibid. Verbum Dei prædicat, 106.
SURANUS Abbas laudatur a Greg. M. 109. Ejus charitas, mors a Longobardis, ibid.

T

THEODEMIRUS Abb. Miciacenſis memoratur in Vita S. Maximini Abb. 570. m 578. a 581. 582.
THEODERICUS Abb. Rhemenſis. Vita ex MSS. 595. Patre latrone ortus, nuptam ad ſervandam virginitatem hortatur, 596. Suſannam Abbatiſſam conſulit, virginitatem vovet, Cœnobium conſtruit, ib. & ſeq. Patrem ad Deum convertit, meretrices fugat, 597. 598. Theodorici Regis filiam ſanat, 598. Regis oculum curat, 599. Prædium a Rege accipit, 600. Nomen ſuum mutat, a Rege in tumulum defertur, ibid.
Miracula S. Theodorici ex MSS. 601. Fontem divinitus ſcaturire facit multis curationibus celebrem, 602. 603. & ſeq.
Liber Mirac. auctore Adalgiſo Monacho ex MSS. 602. & ſeq. Theoderici corpus a B. Romano Epiſcopo ſepelitur, 603. Quomodo Clerici Laudunenſes voluerunt Theoderici corpus furari, 609. In argenteam capſa reponitur, 609. 610. Defertur in Flandriam, 610. Peſtem extinguit, 612.
THEODULFUS Abb. Rhemenſis. Vita ex MSS. 328. Theodulfus Aquitanus ſub S. Theoderici diſciplina Monachus, deinde Abbas, ibid. Miracula facit, 329. & ſeq. Ejus corpus in Monaſterio montis Hor prope Remos, nunc S. Theoderici appellato colitur, 330.
THEUDERIUS Abb. Viennenſis. Vita auctore Adone Epiſcopo Viennenſi ex MSS. 231. Theuderius Lerinum petens, a S. Cæſario retinetur, ibid. Redit Viennam ibique Cœnobia conſtruit, 232. & ſeq.
TURIBIUS Monachus Palentinus. Elogium hiſtoricum, 175. Turibii duo, Senior & Junior, 176.

V

VALENTINIANUS Abb. Caſſinenſis, nominatur in Vita S. Benedicti, 2. & in vita S. Mauri, 261
VIATOR Monachus Miciacenſis. Ejus vita cum actis SS. Dulcardi & Læti confuſa, 594. Memoratur in vita S. Maximini Abb. 563. m & 580. m
VICTORIANUS Abb. Aſanenſis. Elogium hiſtoricum, 182. Fortunati de illo elogium, 183. Annis 60. fuit Abbas primus Aſanenſis, Hiſpanus, 183. Translationes, ibid.
* VINCENTIUS Abb. & Mart. Legionenſis. Elogium hiſtoricum, 287. A Suevis capite plectitur, ib. & ſeq. corpus in Monaſterio S. Claudii Legionenſis, 288.
Urbicius Abb. Magdunenſis, memoratur in Vita S. Liſardi Abb. Magd. 145. 146.
URSIO Monachus Trecenſis memoratur in Vita S. Leonis Abb. Mantuniatenſis, 107.

Digitized by Google

INDEX SANCTORUM PRÆTERMISSORUM

in hoc primo Sæculo Benedictino.

QUorumdam Sanctorum Acta Monachorum, qui in Kalendario Benedictino exponi ſolent, conſulto in hoc primo ſæculo prætermiſſa ſunt, ſive quod ad alia Sæcula pertineant, ſive quod Monachi non fuerint, aut certe Ordinis noſtri ſuppoſititii, parumque ad res noſtras illuſtrandas eorum geſta conferant: ſive quod Vitæ eorum erroribus & fabulis reſperſæ ſint, ſeu quod penitus exciderint. Eorum nomina cum pauculis adnotationibus ſubjecta reperies.

A

ÆGIDIUS Abb. Nemauſenſis. Tres Vitæ S. Ægidii ſcriptores nancti ſumus, duas oratione ſoluta, tertiam ſtricta, nullam non mendoſam, & anachroniſmis non involutam. Illis in Actis dicitur Ægidius Regia ſtirpe editus, e Græcia in Galliæ Provinciam acceſſiſſe ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum *bonæ memoriæ*, ac tranſmiſſo Rhodano, Veredemio Eremitæ ſe adjunxiſſe, penetraſſe deinde in ſecretiorem locum, ubi cum cervæ lacte paſceretur, fertur a Flavii Gotthorum Regis venatoribus fuiſſe deprehenſus, auctorque Flavio extitiſſe condendi Cœnobii, quod poſtea S. Ægidii dictum ad Sæculares converſum eſt. Legitur etiam Caroli Franciæ Regis juſſu Aureliam accitus. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis ætas non convenit cum Caroli Martelli principatu, qui Carolus hoc nomine primus Francorum ſceptrum tenuit. Deinde ab Amalarico Veſigothorum Rege ſæviſſimo, ejuſque ſucceſſoribus Arianis aliena res eſt Monaſterii conſtructio. Si quis dicat alterum fuiſſe Cæſarium Epiſcopum Arelatenſem Carolo Martello coævum, nec ſic tamen difficultas explanabitur: cum poſt Amalaricum omnes Veſigothorum Reges in Hiſpania habitaverint, uno excepto Liuva, qui Regno Galliæ Narbonenſis contentus, Narbone triennio regnavit, uti V. C. Hadrianus Valeſius in Rer. Franc. lib. 7. pag. 357. adnotavit. S. Ægidii Reliquiæ a tempore Albigenſium hæreticorum, Toloſæ in Eccleſia S. Saturnini ſervantur.

ÆMILIANA Virgo Amita S. Gregorii Papæ I. 5. Januar. memorata celebratur in Hom. 38. S. Gregorii in Evang.

AMBROSIUS Inſulæ Barbaræ Abbas ac poſtea Monaſterii Agaunenſis die 2. Novemb. in Kalendariis poſitus, in Epiſtola Leydradi Epiſc. Lugdunenſis ad Carolum Imp. nominatur.

ASAPHUS Epiſcop. in Anglia 1. Maji, memoratus in Vita S. Kentigerni, de quo infra.

B

BENEDICTUS Papa I. 31. Junii, laudatur, ab Anaſtaſio Biblioth. & aliis. Non conſtat an fuerit Monachus.

BENEDICTUS Epiſc. & Confeſſor in agro Pictavenſi convæus creditur S. Hilario Pictavenſi Epiſc. Colitur in Monaſterio ſui nominis apud Quinciacum prope Pictavos, 23 Octob. ubi Eremitam viciſſe dicitur.

BERECTUS Abbas in Scotia, idem cenſetur cum Beracbro, cujus Vita apud Colganum & Bollandum 15. Febr.

BRANDANUS ſeu Brendanus Abb. in Scotia Acta habet fabulis & portentis plena. Colitur 16. Maji. Agitur de eo in Vita S. Maclovii hic pag. 177. & in Vita S. Columbæ Abbatis pag. 343.

BRIOCUS Epiſc. in Armorica 1. Maji, ex Coriticiana Britanniæ regione, nunc Wallia dicta, in Armoricam veniens factus eſt Epiſcopus. Tranſlatio corporis ipſius facta anno 1166. in charta Monaſterii SS. Sergii & Bacchi Andecavenſis ſic deſcribitur. HENRICUS *Rex Anglorum & Dux Normannorum & Aquitanorum & Comes Andegavorum, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod anno ab Inc. Domini 1166. & regni noſtri 10. pridie Kal. Aug. Luna 30. die Dominica, me præſente tranſlatum eſt corpus ſanctiſſimi* BRIOCII *Conf. Epiſc. in Eccleſia B. Sergii, quæ eſt Andegavis, & honorifice repoſitum in eadem Eccleſia, officium præbente* GUILLELMO *Andegavenſium Epiſcopo, aſſiſtentibus* GUILLELMO *ejuſdem Eccleſiæ Abbate*, GUILLELMO *B. Albini*, HUGONE *S. Nicolai*, GUILLELMO *B. Mauri Abbatibus cum multa Cleri plebiſque frequentia.* GUILLELMUS *Omnium Sanctorum Abbas huic Tranſlationi interfuit, &* CONANUS *Comes Britanniæ.* Nempe illuc tempore Normannorum corpus ſacrum delatum fuerat.

C

CALUPANES Eremita apud Arvernos 31. Martii; laudatus a Gregorio Turon. de Vitis PP. cap. 11.

CONGELLUS Abb. Hibernus 23. Novemb. in Vita S. Malachiæ *dicitur multorum Monachorum Pater* cap. 6.

CONSTANTIANUS Abb. Cenomannenſis. Ejus acta cum S. Almi Conf. geſtis confunduntur. Sacrum ipſius corpus magna populi frequentia in Monaſterio noſtro Britolienſi, vulgo *Breteiiil*, in Picardia colitur, ipſiuſque caput dolentium capitibus impoſitum levamen affert.

CYPRIANUS Abb. Petragoricenſis 9. Decemb. memoratur a Gregorio Turonen. de gl. Conf. capit. 100.

D

DAVID Epiſc. Menevenſis in Anglia 1. Martii colitur, cujus Acta quæ ab his verbis incipiunt: *Dominus noſter quamvis omnes ſuos* &c. plane narrationibus haud admittendis plena ſunt.

DEODATUS Abbas prope Bleſas 24. April. Chlodoveo Regi adverſus Alaricum proficiſcenti victoriam dicitur prædixiſſe. At quod de Solemnii Carnotenſis Epiſcopi prædicatione ad Chlodoveum facta, & Regis converſione ac Baptiſmo inde ſubſecuto refertur, mendoſum eſſe videtur. Corpus ejus in Opidulo vulgo *S. Dié* appellato prope Bleſas colitur in Eccleſia cui olim Monaſterium adjunctum erat. De quo Monaſterio notanda hæc verba in Actis S. Deodati a V. C. Domino *d'Herouval* communicatis. *Jamque locus ille ſolitudine dimnoſa nimis ſilvuerat, cum ſub Carolo Ludovici Auguſti filio, cujus maxime tempore Gentilis furor ipſum locum pene ad nihilum redegerat; quidam Chriſto largiente eidem loco prælatus eſt Abbas* AURELIANUS *nomine, Sacerdos officio, qui tam ſua ſtrenuitate quam quorumdam potentium nutu, auxilioque ſermonis elegantia qua fulgebat impetrato eumdem locum in priſtinum reduxit ſtatum, tum Monachorum majori congregatione, tum Baſilicæ venuſtioris a fundamentis conſtructione. Quo decedente nepos ejus nominis & morum qualitate conſimilis, in ipſius ei Cœnobii regimine ſucceſſit; & quod ille imperfectum reliquerat, hic perfecit.* Iſtud Monaſterium nunc in Prioratum Abbatiæ de Pontileuio ſubditum converſum eſt. Ludovicus XI. Francor. Rex Sancti Deodati Reliquias incluſit thecæ argenteæ, quam furea anno 1518 ſacrilege diripuerunt.

DOMITIANUS Abb. Lugdunenſis 1. Julii, pertinet ad Sæculum V. Natus enim eſt Romæ tempore Conſtantii Imp. venitque in Provinciam Galliæ, dum S. Hilarius Sedi Arelatenſi præeſſet, ac cum Vincentio viro illo doctiſſimo in Monaſterio Lerinenſi vixit, ut Vita ipſius apud Samuelem Guichenonem in Probat. Hiſt. Bugeſii pag. 228. teſtatum facit.

Digitized by Google

E

ERMELINDIS Virgo in Belgio 29. Octob. non fuit Monialis Lege Surium.

ETHBINUS Monachus in Armorice 19. Octob. in Actis MSS. Bibliothecæ Compendienſis Britanniæ indigena & S. Samſonis Dolenſis Epiſcopi diſcipulus dicitur. Deinde *cuncta reliquit, & ad S. Similianum Abbatem pervenit, Monachilemque habitum de manu ejus accepit, & ſub juga Domini cervicem ſuam inclinavit in Monaſterio quod* TAURACTUS *nuncupatur. In eodem autem Monaſterio* WINWALOEUS *Sacerdos & Monachus magnæ ſanctitatis vir habitabat*. Hæc ſi de Winvvaloeo Abbate Landevenecenſi intelligantur, ut quædam Acta S. Winevaloei MSS. explicant, vix cohærere cum S. Samſonis Dolenſis Epiſcopi ætate poſſunt.

EUCHADIUS Monachus Hienſis.

F

FAUSTUS Abb. Siciliæ 6. Septembris.

FELIX Monachus Fondis 6. Novembris memoratur a Gregorio M. lib. 1. Dial. cap 3.

FRAMBALDUS Monachus Cenomannenſis tempore Innocentii Epiſc. 23. Aug. colitur. Corpus in Eccleſia Collegiata ipſius nomini conſecrata apud Silvanectum colitur, exceptis aliquot Reliquiis, quæ in Eccleſia B. Mariæ de Victoria ejuſdem urbis aſſervantur. Lege Tom. 2. Biblioth. novæ Philippi Labbe pag. 559. 560.

FRIDOLINUS Abb. in Germania 6. Martii, natione Hibernus, Pictavi in Gallis diu conſedit in Monaſterio S. Hilarii, cujus corpus tranſtulit & Eccleſiam inſtauravit. Unde poſt expletum aliquamdiu munus Abbatis in partes Alemanniæ receſſit, variiſque in locis Monaſteria extruxit ac S. Hilario dedicavit, ex quorum numero ſupereſt Cella S. Hilarii ad ripam Moſellæ, quod nunc S. Naboris appellatur. Floruit ſub Chlodoveo I. Francorum Rege, quieſcit in Monaſterio Seckingenſi. Ejus Vitam a Bertheto Seckingenſi Monacho ſcriptam Colganus ad 6. Martii edidit.

G

* GENEROSUS Abbas Henſionenſis pertinet ad Sæculum VII.

GORDANIUS Eremita, qui teſte Molano in Natal. SS. Belgii ad 26. Octob. multo antequam Aquiſcinctenſis Monaſterii fundamenta jacerentur, in ea inſula vixit.

GREGORIUS Turon. Epiſcopus 17. Novemb. anno 595. mortuus, non fuit Monachus. Lege ejus Vitam apud Surium.

GUDWALUS Epiſc. Angliæ in Belgio 6. Junii. Jacobus Meyerus in Annal. Fland. refert Tranſlationem Sancti Gudvvali e Bononia Harlebecam, ac deinde Gandavum in Cœnobium Blandinienſe. *Gudvvalus*, inquit, *ut accepimus Epiſcopus erat Britannici generis, cujus corpus in Morinos allatum referunt, cum Britanni a Saxonibus & Anglis patria pellerentur.*

GUINAILUS Abb. Armoricæ, S. Winevaloei diſcipulus, pertinet ad Sæculum V. Lege Menardi lib. 2. Obſervat. ad Martyrol. Bened. ad 8. Novemb.

H

Herveus Abb. Britanniæ 17. Junii.

HERVEUS & OLIBRIUS Monachi Ravennæ 23. Maji celebrantur a Petro de Natalibus in lib. 4. cap. 163. qui eos ſub Theoderici Regis Longobardorum (ſcribendum Gothorum) principatu floruiſſe dicit.

HOSPITIUS Recluſus Niciæ memoratur apud Greg. Turon. de gl. Conf. cap. 97.

I

JOANNES Monachus Romæ 6. Aug.

JOANNES Abb. Pinnenſis in Italia 19. Martii, Ferrario Paranenſis dicitur in Catal. SS. Ital. Ex Syria in Italiam Theoderici Regis tempore accedens, in abditiſſimum locum ab urbe Spoletina mille paſſibus diſtantem, cui Paraos nomen erat, nunc vero vicus Perebii nominatur, ſe recepit. Ubi erecto tuguriolo ad pyri radicem (unde & Pyrenſis dictus eſt) multos virtutum fama, in his Joannem Epiſc. Spoletinum ad ſe eriſendum traxit. Ejus corpus in vico Paranenſi aſſervatur.

JOANNES Bielarenſis Abb. poſtea Gerundenſis Epiſc. 6. Maji, *exſilio Barcinona relegatus*) ut ſcribit S. Iſidorus in lib. de Script. cap. 31.) *per decem annos multas inſidias & perſecutiones ab Arianis perpeſſus eſt: qui poſtea condidit Monaſterium, quod nunc Biclaro dicitur, ubi congregata Monachorum ſocietate ſcripſit Regulam ipſi Monaſterio profuturam*. Sub Suinthila Rege vivere deſiit.

ISIDORUS Epiſc. in Sicilia, diſcipulus S. Gregorii, 15. Janu.

K

KENTIGERNUS Epiſc. Glaſcoenſis in Scotia 13. Janu. in Actis a Capgravio & Bollando relatis dicitur extruxiſſe Monaſterium Elguenſe in Wallia, cui poſtea S. Aſaphum præfecit.

L

LEOBARDUS Recluſus in Majori-Monaſterio 18. Janu. laudatur a Greg. Turon. de Vitis PP. cap. 18.

LEOBARDUS Abb. in Alſatia, qui 25. Febr. & 31. Decemb. in Martyrol. collocatur, condidit Monaſterium, nunc Cellam S. Leobardi vocatum, dimidio lapide ab Tabernis Alſaticis, vulgo *Saverne*. Hunc Jodocus Coccius Childeberto I. Franc. Rege Cœnobium condidiſſe anno 551. aſſerit & anno 589. ſub Chlothario II deſiiſſe. At Camilus *le Cointe* in Annal. Eccl. Franc. ad ann. 586. num. 42. Cellæ Leobardinæ primordia ponit ſub Childeberto II. qui Auſtraſiæ regnum ab anno 575. ad 596. tenit, & ipſius Leobardi mortem ſub Chlothario II. qui primum in Auſtraſia regnare cœpit anno 613. & anno poſt 9. regnum Dagoberto filio ceſſit.

LEOBATIUS & URSUS Abbates, hic Monaſterii Locheienſis, vulgo *Loches*, ſuper Agnerim ſeu Indram fluvium, ille *Senaparia*, diœceſis *Turonenſis*, coluntur in Martyrol. Bened. die 28. *Julii*, & a Gregorio Turon. de Vitis PP. cap. 18. celebrantur. Cœnobium Senapariæ incognitum modo eſt, Locheienſe vero in Prioratum redactum eſt Bellilocenſi Abbatiæ ſubjectum, vulgo *Beaulieu*, diœc. itidem Turon quo in Abbatia iidem Sancti coluntur.

LEONARDUS Conf. Lemovicenſis, Chlodovei I. Franc. Regi filius ſpiritualis, S. Remigii Remorum Epiſc. diſcipulus & Monachus Miciacenſis, in liberandis captivis celebris, colitur 6. Novemb. quo die Surius ejus Acta refert. In diœceſi Lemovicenſi conſtruxit Monaſterium, olim Nobiliacum, nunc oppidum S. Leonardi, cujus Eccleſia Canonicis ſæcularibus ceſſit. Diſtinguendus a Leonardo Vendopenſe diœc. Cenomannenſis Abbate, item a Leonardo Abbate Cellenſi diœc. Bituricenſis qui eodem ſæculo floruerunt.

LINENTIUS ſeu Liventius, vulgo *Lsvan*, Monachus Miciacenſis perperam cum Lupentio a Ferrario confunditur, licet uterque in diœceſi Turonenſi colatur, nempe Liventius 28. Janu. Lupentius 6. Novemb. Sanctus Liventius colitur in Prioratu ſui nominis prope Caiņonem, Abbatiæ S. Florentii Salmurienſis ſubjecto.

LUPENTIUS Abb Gabalitanus, vulgo *S. Louvant*, & Martyr 22. Octob. prædicatur a Greg Turon. in lib. 6. Hiſt. cap. 37. Ejus Reliquiæ Catalauni in Campania Rhemenſi in Cathedrali Eccleſia coluntur.

LUPICINUS, *vide* Romanus.

LUTRUDIS Virgo, cujus Acta Surius exhibet, 22. Septemb. a B. Alpino Catalaunenſi Epiſcopo, qui circa annum 480. deceſſit, velata eſt. Cui in Martyrol. Bened. adſcribatur Curbeju Monaſterio, non video.

MA-

Digitized by Google

M

MARIANUS Abb. Bituricenſis 19. Aug. a Gregorio Turon. laudatur in lib. de gl. Conf. cap. 81. Ejus corpus primo apud Evahonium diœc. Lemovicenſis ſepultum, longo poſt tempore, nimirum *anno Domini* 1300. *Dominica I. Aug.* (ut ſcribit Bernardus Guido de SS. Lemovic. Tom. 2. Bibl. Philippi Labbe pag. 635.) *de pariete Eccleſiæ ubi diu ſteterat, elevatum ad ſublimiorem locum, & in capſa argentea pretioſa honorifice & ſolemniter collocatum per D. Reginaldum la Porte Epiſc. Lemovic.* &c. Diſtinguendus a S. Mariano Monacho S. Germani Autiſſiodorenſis, ut Menardus in lib. 1. Obſervat. ad Martyrol. Bened. 19. Aug. obſervavit. Nam & Marianus Autiſſiodorenſis 18. Aprilis colitur.

MARTIUS Abb. Arvernenſis 13. April. commendatur a Greg. Turon. de Vit. PP. cap. 14.

MARTYRIUS Monachus in Italia 23. Jan. laudatur a Gregorio M. in lib. 1. Dial. cap. 11. diverſus ab eo, qui in hom. 39. in Evang. memoratur.

MAYRULFUS Monachus Henlionenſis.

O

OLIBRIUS, *vide* Hilarius.

OSTIANUS Presbyter & Conf. Vivarienſis 30. Junii.

P

PATERIUS Epiſc. Brixienſis 21. Febr. memoratur.

PATRICIUS Abb. apud Nivernos, S. Porciani Abb. diſcipulus, 24. Aug. Lege ejus Vitam apud Cononum, De Vit. PP. Occid. pag. 341.

Patroclus Abb. Nivernenſis 19. Novemb. celebratur a Greg. Turon. de Vit. Patr. cap. 9.

PAULUS Epiſc. Leonenſis 12. Martii. Vita extat in Biblioth. Floriac. Joannis a Boſco pag. 418. Corporis vero Tranſlatio Floriacum, ubi hactenus colitur, in lib. 3. Aimoini de Mirac. S. Benedict. cap. 11.

PELAGIUS Papa II. 8. Febr.

PORTIANUS Abb. Arvernenſis 24. Novemb. apud Greg. Turon. de Vit. Patr. cap. 5. Habet oppidum & Monaſterium Ord. Bened. apud Arvernos ad Elaverem fluvium.

Q

QUINIDIUS Vaſionenſis Epiſc. Ejus Vitam refert Bollandus ad 15. Febr. ſed ex ea non apparet Quinidium fuiſſe S. Suffredi diſcipulum apud Lerinum, ut nonnullis videtur.

R

ROMANUS & LUPICINUS Abbates Jurenſes ſpectant ad Sæculum V. ut in Obſervatione prævia ad Vitam S. Eugendi pag. 553. dicetur.

S

SALVIUS Albienſis Epiſc. 10. Septemb. memoratur a Greg. Turon. in lib. 7. hiſt. cap. 1.

SERENEDUS & SERENICUS fratres non pertinent ad Sæculum VI. ſed ad VII. in quo eorum Acta exhibebimus.

SIMILIANUS Abb. Namnetenſis 16. Junii. Lege Albertum de Monte-Relaxa in Armorica ſacra.

STEPHANUS Abbas Reate 13. Febr. laudatur a Greg. M. in lib. 4. Dial. cap. 19.

T

TARSILLA Virgo Romæ 24. Decemb. prædicatur ab eodem Greg. M. lib. 4. Dial. cap. 16. & hom. 18. in Evang.

TUDWALUS Epiſc. Lexobienſis, quæ Sedes Trecoram poſt Normannorum cladem tranſlata eſt, ubi S. Tudvvali Reliquiæ coluntur præter caput, quod ceſſit Eccleſiæ Majori Carnotenſi, ubi ſacrum ipſius corpus graſſantibus Normannis ſervatum eſt.

V

VENANTIUS Abb. Turon. 13. Octob apud Gregor. Turon. de gl. Conf. cap. 16.

VIGOR Epiſc. Bajocenſis 1. Novemb. Surius ejus Vitam habet.

URSUS *Vide* Leobatius.

WINEBALDUS Abb. Trecenſis 18. Decemb. Vitam habet Camuzatus in Prompt. pag. 287.

Winvaloeus Abb. Landevenecenſis pertinet ad ſæculum V. Lege Vitam apud Surium Martii 3.

KALEN-

KALENDARIUM SANCTORUM, QUORUM ACTA

in hocce primo Sæculo Benedictino exhibentur.

JANUARIUS.

1. IN territorio Lugdunenſi, Monaſterio Jurenſi S. Eugendi Abbatis. pag. 553. 554
21. Sappentoniæ ad montem Soraſtem S. Anaſtaſii Abbatis. 234
22. In Celtiberia S. Victoriani Abb. Aſanenſis. 182
13. Fundis in Latio S. Libertini Præpoſiti. 98
15. In territorio Andecavenſi Monaſterio Glannafolienſi S. Mauri Abb. diſcipuli S. Benedicti. 259
16. Fundis in Campania S. Honorati Abbatis. 97
17. Romæ in Monaſterio S. Andreæ SS. Monachorum Antonii, Meruli & Joannis. 396
19. In pago Doreaſſino Monaſterio Corbione S. Laumomari Abbatis. 318
24. In provincia Surenſi S. Surani Abbatis. 209
27. In Monaſterio Badonenſi diœc. Siſtaricenſis in Gallia S. Marii Abbatis. 99
Aurelin S. Aviti Abbatis Perticenſis, quem alii Adjutum vocant. 594
28. Ternodori in Burgundia, Monaſterio Reomaenſi S. Joannis Abbatis. 613
29. In Britannia minori S. Gildaſii Abb. Ruyenſis, cognomento Sapientis. 129. 130

FEBRUARIUS.

3. Spoleti S. Laurentii Epiſcopi, cognomento Illuminatoris. 217
10. In Monte Caſſino S. Scholaſticæ Virginis, S. P. Benedicti ſororis. 32
21. In Caſtro Nantonis Sancti Severini Abb. Agaunenſis. 552
25. Apud Caſſinum S. Fauſti Monachi, B. Mauri in Gallia ſocii, qui Romam reverſus ibidem obiit. 261. 282
In Monaſterio Uricenſi in Normannia S. Ausberti Monachi. 339
27. Hiſpali in Hiſpania S. Leandri Epiſcopi. 371

MARTIUS.

1. Andecavis S. Albini Epiſcopi. 102
7. In provincia Valeria S. Æquitii Abbatis. 633
10. In Monaſterio S. Vincentii Pariſienſis S. Droctovei Abbatis 239
11. Legione in Hiſpania paſſio SS. Vincentii Abb. Ramiri & ſocior. Monachorum. 287
12. Romæ S. Gregorii Papæ I. cognomento Magni. 377
Item B. Petri ipſius Diaconi. 485
15. Tarracinæ S. Specioſi Monachi. 92
18. Syracuſis commemoratio S. Gordiani, diſcipuli S. P. Benedicti. 42
20. Dumio in Hiſpania S. Martini Abbatis & Epiſcopi Dumienſis primi. 244
21. In monte Caſſino S. P. Benedicti Abbatis, Occidentalium Monachorum Patris. 1
23. In Campania Italiæ S. Benedicti Monachi. 115
28. Apud Nurſiam Sancti Spei Abbatis. 105. 106
29. In monte Caſſino Conſtantini & Simplicii Abbatum. 187

APRILIS.

6. Romæ S. Gallæ Monialis viduæ & ſoc. 106
11. Spoleti S. Iſaac Abbatis. 107
15. In Monaſterio Reomaenſi in Burgundia S. Silveſtri Abbatis. 618
16. In Normannia SS. Paterni Epiſcopi Abrincenſis & Scubilionis Monachi. 143
Palentiæ in Hiſpania S. Turibii Confeſſoris. 175
25. Bajocis in Normannia S. Marculfi Abb. Nantenſis. 120. 121

MAJUS.

1. In territorio Remenſi S. Theodulfi Abbatis. 318
7. Romæ S. Benedictæ Virginis cum S. Galla. 106
16. Trecis S. Fidoli Abbatis. 189
22. In pago Autiſſiodorenſi S. Romani Fontis-Rogi Abbatis, Nutricii S. P. Benedicti. 76
Apud Trecas S. Leonis Abb. Mantuniacenſis. 107
26. Cantuariæ in Anglia S. Auguſtini Epiſcopi, Anglorum Apoſtoli. 486
28. Lutetiæ Pariſiorum S. Germani Epiſcopi. 222
30. Magdoni in territorio Aurelianenſi S. Urbicii Abbatis, S. Liſardi diſcipuli. 145. 146

JUNIUS.

3. Magduni item S. Liſardi Abbatis Magdunenſis primi. 144
Pariſiis S. Chrothildis Reginæ & Viduæ. 92
9. In Anglia S. Columbæ Abbatis Hyenſis. 342
Syracuſis S. Maximiani Epiſcopi, Gregorii M. diſcipuli. 400
22. In Provincia S. Conſortiæ Virginis. 235
24. Romæ S. Romulæ Monialis. 248
26. Apud Pictavos S. Maxentii Abbatis. 560

JULIUS.

1. In territorio Remenſi S. Theoderici Abbatis Montis Hor, diſcipuli B. Remigii. 595
Arvernis S. Galli Epiſcopi. 109
Ecoliſmæ S. Eparchii Abbatis. 252
Cenomannis in Galliis S. Carileſi Abbatis Aniſolenſis primi. 628
2. Turonis S. Moneguudis Monialis & Viduæ. 194
9. In Monaſterio Mariacenſi apud Pictones S. Antemundi Abbatis, S. Juniani Abb. Mariacenſis diſcipuli. 297
23. Romæ SS. Virginum Romulæ, Redemptæ, & Erundinis. 248
25. Bellovaci in Gallia S. Ebrulfi Abbatis. 349
28. In Britannia minori S. Samſonis Dolenſis Epiſc. 154

AUGUSTUS.

7. In monte Caſſino S. Valentiniani Abbatis II. 261
11. In provincia Valeria S. Æquitii Abbatis. 633
13. Apud Pictones S. Juniani Abb Mariacenſis I. 291
Pictavis S. Radegundis Reginæ & Viduæ. 302
19 In Pago Sigiſterico in Provincia S. Donati Eremitæ. 99. 100
25. In Pago Lemovicenſi S. Aredii Abbatis Atanenſis I. pag. 331.
Agathopoli S. Severi Abbatis. 547
27. Arelate S. Cæſarii Epiſcopi. 637

SEPTEMBER.

2. In Monte Soracte S. Nonnoſi Præpoſiti. 233
3. In Monaſterio Glannafolio Elevatio SS. Conſtantiani & Antonii comitum S Mauri. 181
6. Romæ S. Eleutherii Abbatis Spoletini. 289
7. Pariſiis S. Chlodoaldi Presbyteri. 125
19. Apud Lingones in Monaſterio Segeſtro S. Sequani Abbatis primi. 249

OCTOBER.

1. Treviris S. Nicetii Epiſcopi. 184
4. Meſſanæ in Sicilia S. Donati Monachi & martyris, diſcipuli B. Placidi. 63
5. Ibidem paſſio S. Placidi & ſociorum. 42
20. In pago Remenſi S. Sindolfi Presbyteri & Recluſi. 351.
24. In Armorica S. Martini Abb. Vertavenſis I. 354 220
Item S. Maglorii Epiſcopi Dolenſis. 354
25. Apud Bituricas in Ambiliaco Monaſterio S. Dulcardi Abbatis. 594

NOVEMBER.

7. Peruſii S. Herculani Epiſc. & Mart. 96
11. In Samnio S. Mennæ Eremitæ. 159
12. In Hiſpania Tarraconenſi S. Æmiliani Abbatis. 198
15. In Armorica S. Marlovii Epiſcopi Aletenſis. 177
Apud Cenomannos S. Paduini Abbatis. 256
16. Viennæ in Gallia S. Leoniani Abbatis. 560
19. Aureliæ S Theodemiri Abbatis Miciacenſis, 570. 578. 582.
27. Pariſiis S. Severini Solitarii. 128. 129
29. Viennæ S. Theuderii Abbatis. 231

DECEMBER.

14. Neapoli in Campania S. Agnelli Abbatis. 334
15. In territorio Aurelianenſi S. Maximini Abbatis Miciacenſis. 562
10. Aurelin S. Aviti Abbatis Miciacenſis. 594
28. Nurſiæ Euthicii & Florentii Monachorum. 112
26. In pago Oximenſi S. Ebrulfi Abbatis Uticenſis primi. 335

INDEX TOPOGRAPHICUS SANCTORUM

Primi Sæculi Benedictini.

I T A L I A.

IN SAMNIO apud Montem *Caſſinum* S. P. BENEDICTUS Abbas, Monachorum Patriarcha. pag. 1
S. Scholaſtica Virgo ipſius ſoror, 32. Conſtantinus, & Simplicius Abbates, 187. Fauſtus Monachus, 261. 282

In SICILIA, *Meſſanæ*, S. Placidus & ſocii Martyres, 42. *Syracuſis* Maximianus Epiſcopus, 400.

In CAMPANIA FELICE, ſeu Terra Laboris, Benedictus Monachus, 215. *Neapoli* S. Agnellus Abbas, 334. In Monte *Maſſico* S. Menas Eremita, 255.

In LATIO, ſeu Campania Romana, *Romæ* S. Gregorius Papa Mart. 378. Petrus ejus Diaconus, 484. Antonius, Merulus & Joannes, 396 S. Galla Vidua, 106 Romula, Redempta & Erundo, 248.

In VALERIA S. Æquitius Abbas, 633. *Tarracinæ* Speciosus Monachus, 92. *Fundis* Honoratus Abbas, 96.

In HETRURIA ſeu Tuſcia, Anaſtaſius Suppentoniæ Abbas, 234. *Peruſii* Herculanus Epiſcopus, 96.

In UMBRIA ſeu Ducatu Spoletino, *Spoleti* Laurentius Epiſcopus, 217. Iſaac Abbas, 107. Norſiæ Spes Abbas, 105. Eothicius & Florentinus Monachi, 513.

In SURANA Provincia S. Suranus Abbas, 209.

G A L L I A.

In Provincia Lugdunenſi prima, Lugduni Eucherius & Conſortia filia, 235.

In pago *Ternodorenſi* Joannes Abbas Reomaenſis, & cum eo Sylveſter Abbas, 613. 618. *Segeſtre* Monaſterio Sequanos Abbas, 249.

In Provincia Lugdunenſi ſecunda, apud *Bajocaſſes* Marculfus Abbas Nantenſis, 120. Apud *Lexovienſes* Ebrulfus Abbas Uticenſis, & cum eo Ansbertus Monachus, 335. Apud *Abrincas* Paternus Epiſcopus & Scubilio, 143.

In Provincia Lugdunenſi tertia, *Turonis* Monegundis Vidua, 194. Apud Andecavos Albinus Epiſcopus, 102. Maurus Abbas Glannafolienſis S. Benedicti diſcipulus, & Antonius ac Conſtantinianus Monachi cum eo, 259. Apud *Cenomannos* S. Carileſus Abbas Aniſolenſis, 621. Paduinus Abbas, 256. Apud *Namnetenſes* Martinus Abbas Vertavenſis, 354. Apud *Venetenſes* S. Gildas Renvienſis, ſeu Ruyenſis Abbas, 129. Apud *Dolum* Samſon Epiſcopus, 154 Maglorius item Epiſc. 209. *Maclovipoli* Maclovius. 177.

In Provinciis Lugdunenſi quarta, apud Caſtrum Nantonis Diœc. Senonenſis Severinus Abbas Agaunenſis, 552. Lutetiæ Pariſiorum, Germanus Epiſcopus, 222. Chlodoaldus Monachus, 125. Droctoveus Abbas S. Vincentii, 239. Apud *Carnutenſes* Leubinus Epiſcopus, 155. Launomarus Abbas Corbionenſis, 317. Avitus Abbas Perticenſis, 594. Apud *Aurelianenſes* S. Maximinus Abbas Miciacenſis, & S. Theodemirus cum eo, 562. Avitus Abbas Miciacenſis, 594 & cum S. Maximino Dulcardus, Viator Monachi Miciacenſes, ibid. Liſardus Abbas Magdunenſis, & cum eo Urbicius, 144. *Antiſſiodori* S. Romanus Abbas Fontis Rogi, 76. *Trecis* Leo Abbas Mantaniacenſis, 107. Fidolus Abbas, 189.

In Provincia Belgica prima, *Treviris* Nicetius Epiſcopus, 184.

In Provincia Belgica ſecunda, apud *Remos* Theodericus Abbas Montis Hor, 594. Theodulfus Abbas ejuſdem loci, 328. Sindulfus Confeſſor, 351. *Bellovaci* Ebrulfus Abbas, 349.

In Provincia maxima Sequanorum, in locis *Jurenſibus* Eugendus Abbas Condatiſconenſis, 553. 554.

In Provincia Viennenſi, *Viennæ* Leonianus Abbas, 559. 560. Theuderius Abbas, 217. *Arelate* Cæſarius Epiſcopus, 637.

In Provincia Aquitanica prima, apud *Bituricas* Dulcardus Abbas Ambiliacenſis, 594. *Arvernis* Gallus Epiſcopus, 596. Apud Lemovices Aredius Abbas Attanenſis, 331.

In Provinciis Aquitanica ſecunda, *Ecoliſmæ* Eparchius Abbas, 252. Apud *Pictavos* Maxentius Abbas, 560. Radegundis Regina, 302 Junianus Abbas Mariacenſis, & cum eo Auremundus Abbas, 201.

In Provincia Narbonenſi prima, *Agathopoli* S. Severus Abbas, 289.

In Provincia Narbonenſi ſecunda, in pago *Segeſterico* Marius Abbas Bodanenſis, & cum eo Donatus, 98.

H I S P A N I A.

In Bætica, *Hiſpali* S. Leander Epiſcopus, 371.

In Hiſpania Tarraconenſi, Æmilianus Abbas, 197. *Dumis* Martinus Epiſcopus, 244. *Legione* Vincentius, Ramirus & Socii Martyres, 297. *Palentiæ* Turibius Monachus, 175. Victorianus Abbas Aſanenſis, 181.

A N G L I A.

Cantuariæ S. Auguſtinus Epiſcopus, 485.
Columba Abbas Hyenſis, 342.

NOMINA AUCTORUM PRÆCIPUORUM,

Qui Primi Sæculi Acta ſcripſerunt.

ADO Viennenſis Epiſcopus, qui temporibus Caroli Calvi, Ludovici Balbi, & Caroli Craſſi vixit, ſcripſit vitam S. Theuderii Abbatis Viennenſis, quæ extat pag. 230.

ALDHELMUS Epiſcopus Anglus, cujus Carmen de S. Scholaſtica refertur pag. 39. 39. Mortuus eſt Chriſti anno 709. de quo plura in Præfatione num. 92.

ALFANUS ex Monacho Caſſinenſi Salernitanus Archiepiſcopus primus Sæculo XI. inter alia ſcripſit Carmen de S. Benedicto, 30. & Carmen duplex de S. Mauro, 285. & ſeq.

ALMANNUS Monachus Altivillarenſis, tempore Hincmari Rhemenſis Antiſtitis, de quo Sigebertus in Catal. cap. 99. S. Sindulfi Confeſs. Vitam ſuppeditavit, ex MSS. 351.

BAUDONIVIA Monacha S. Crucis Pictavenſis Sæculo VI. exeunte ſcripſit librum 2. Vitæ S. Radegundis Reginæ, 309.

BERTARIUS Abbas Caſſinenſis (de quo Petrus Diac. de Viris Illuſt. Caſſin. cap. 12.) Martyrio coronatus anno 994. ſuggerit nobis Carmen de Sancto Benedicto, 27.

BERTOLDUS Monachus Miciacenſis Sæculo IX. ſcripſit ad Jonam Epiſc. Aurelianenſem Vitam S. Maximini Abb. ex MSS. 573.

BRAULIO Epiſc. Cæſarauguſtanus S. Æmiliani Abbatis Vitæ Scriptor, Sæculo VII. commendatus, 197.

CUMMENEUS ALBUS circa Sæculum VII. Vitam S. Columbæ Abb. Hyenſis exaravit, ex MSS. 342.

CYPRIANUS Epiſc. Tolonenſis librum primum Vitæ S. Cæſarii Epiſc. Arelatenſis Sæculo VI. 637.

DINAMIUS Patricius Sæculo VI. edidit Vitam S. Marii Abb. Bodanenſis, 98.

FAUSTUS Monachus Agaunenſis Vitam S. Severini Abb. Agaunenſis Sæculo VI. procedente compoſuit, ex MSS. 552.

FAU-

Digitized by Google

Nomina Auctorum præcipuorum, &c.

FAUSTUS Monachus Caſſinenſis ſub finem Sæculi VI. Vitam S. Mauri, diſcipuli S. Benedicti, pag. 261.

FORTUNATUS Pictavorum Epiſcopus nobis præbuit Vitam S. Albini Epiſc. Andecavenſis, 102. Germani Epiſcopi Pariſ. 222. Radegundis Reginæ librum primum Vitæ, 302. Victoriani Abb. Aſanenſis Epitaphium, 182. Droctovei, 243. Galli, 112. Probatur fuiſſe Epiſcopum Pictavorum, 309. Emendatur, 182. & in Addit. ad eamdem, 183.

GISLEBERTUS Monachus, S. Romani Abb. Autiſſiodorenſis Vitam ac librum Miraculorum ſcripſit, 77.

GORDIANUS Monachus Caſſinenſis a Petro Diacono Caſſinenſi dicitur edidiſſe Vitam & Paſſionem S. Placidi, 42. tametſi ab ipſo Petro in lib. de Viris Illuſt. Caſſin. non laudatur.

GOTCELINUS Monachus primum S. Bertini, deinde S. Auguſtini Cantuarienſis, ut patet ex Vitæ Auguſtinianæ titulo, ejuſdem S. Auguſtini Vitam, Miracula & Tranſlationem deſcripſit, 486. ubi plura de eo.

GREGORIUS Papa Magnus Vitam S. P. Benedicti, aliorumque plurimorum Geſta nobis ſuppeditavit.

GREGORIUS Turonicus Epiſc. Vitam S. Galli, Arvernenſis Epiſc. 109. Monegundis Viduæ, 194. Nicetii Epiſc. Trevirenſis, 184.

JOANNES Diaconus Vitam S. Gregorii Magni, quatuor libris ad Joannem Papam VIII. edidit Indict. 8. hoc eſt anno 875. ut patet ex lib. 3. cap. 58. Extat pag. 390.

JONAS Monachus Sæculi VII. Vitam S. Joannis Abb. Reomaenſis interpolavit, 613. 616.

LETALDUS Monachus Miciacenſis, Miracula S. Maximini Abb. Sæculo XI. ineunte deſcripſit, 579. Plura de eo, 562. in Obſervat. prævia.

ODO Abb. Glannafolienſis tempore Caroli Calvi, S. Mauri Abbatis Acta interpolavit, 260.

PAULUS Diaconus Aquilejenſis, ex Notario Deſiderii Langobardorum Regis Monachus Caſſin. Scripſit Vitam S. Gregorii Magni, ex MSS. 379. Epiſtolam ad Adelardum Abb. Corbejæ de Sancti Gregorii Epiſtolis, ex MSS. 389. Huic a Paulo Marinengio & Arnoldo Vvione falſo attribuuntur Vita Sanctæ Scholaſticæ verſibus reciprocis compoſita, 38. 39. Item Vita S. Mauri, 282. Illorum enim verſuum conditor Pauli Diaconi venam & peritiam, quæ ex Verſibus de S. Benedicto compoſitis deprehenditur, nullo modo aſſequitur.

PETRUS Diaconus & Monachus Caſſinenſis, qui Chronici Caſſin. librum quartum compoſuit, Vitæ S. Placidi interpolator eſt, ſi non primarius ſcriptor. Mirum certe eſt Gordianum, ſi (ita ut Petrus aſſerit) Græce eam elucubratus eſt, in libro de Viris Illuſtr. Caſſin. fuiſſe prætermiſſum.

SIVIARDUS inter Beatos relatus, Aniſolenſis Abbas quintus, ſcripſit vitam S. Carilefi Abbatis Aniſolenſis primi, 631. Ipſius S. Siviardi Acta dabimus Sæculo VIII. Interim ejus elogium apud Surium lege ad 1. Martii.

VULFINUS BOETIUS, Sarmata, Epiſcopus Pictavorum tempore Ludovici Pii Imp. ad Godolſenum Abb. Nobiliacenſem, ſcripſit Vitam S. Juniani Abb. Mariacenſis, 291.

F I N I S.

ACTA
SANCTORUM
ORDINIS
S. BENEDICTI.

SÆCULUM PRIMUM.

Quod eſt a CHRISTO nato Sextum.

Google

Digitized by Google

V I T A
S. BENEDICTI
A B B A T I S,

AN.CHR. 543 21. Mart.

MONACHORUM IN OCCIDENTE
PATRIS AC LEGISLATORIS.

Ex Gregorio Magno in toto lib. 2. Dialog.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Vitam admirandaque geſta Sanctiſſimi Patris BENEDICTI *varii ſcripſerunt auctores veteres ac recentiores, quorum indicem fecit Haeftenus in Prolegomeno primo ipſius Vitæ: Unus tamen inſtar omnium debet eſſe Gregorius Magnus, qui primas partes & palmam cæteris præripuit. Ne vero religioſis Benedicti cultoribus de ejus laudibus aliquid ſubtrahere videamur, vitæ a Gregorio Papa ſcriptæ poematia quædam ſubjicimus illuſtrium virorum,* MARCI *Poetæ S. Benedicti Diſcipuli,* S. BERTHARII *Abbatis Caſinenſis & Martyris, &* ALPHANI *ex Monacho Caſinenſi Archiepiſcopi Salernitani; quod non cuivis facile in manus veniant.*

PROLOGUS S. GREGORII.

FUIT Vir vitæ venerabilis, gratia BENEDICTUS & nomine, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile. Ætatem quippe moribus tranſiens, nulli animum voluptati dedit. Qui dum in hac terra adhuc eſſet, quo temporaliter libere uti potuiſſet, deſpexit jam quaſi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere *a* ex Provincia Nurſiæ ortus Romæ liberalibus litterarum ſtudiis traditus * fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, retraxit pedem: ne ſi quid de ſcientia ejus attingeret, ipſe quoque in immane præcipitium totus iret. Deſpectis itaque litterarum ſtudiis, relicta domo rebuſque Patris, ſoli Deo placere deſiderans, ſanctæ converſationis habitum quæſivit. Receſſit igitur ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus. Hujus ego omnia

* al. add. a parentibus, ſed deeſt in MSS.

a Ita de eo Petrus Diaconus, de viris illuſtrib. Caſinenſ. cap. 1. *Benedictus Monachorum inſtitutor, vir egregius, ac poſt Apoſtolos ſingularis, Provinciæ Nurſia extitit oriundus, ex patre Euprepio nomine, matre Abundantia, avo Juſtiniano, nutrice Cyrilla.* Adrevaldus in lib. 1, de Mirac. S. Bened. cap. 1. *Quantæ dignitatis parentibus* (inquit) *progenitus fuerit, teſtantur ruinæ palatii eorum, cum ædicula prope mœnia Nurſinæ Urbis ſita. Tanta quippe magnitudinis perplexique operis ex fundamentis conſtitiſſe convincitur, ut quælibet palatia potentiſſimorum ſuperaverit Regum.*

AN.CHR. 543 21. Mart.

Hiſtoriæ hujus fides.

geſta non didici, ſed pauca quæ narro, quatuor diſcipulis illius referentibus agnovi: CONSTANTINO ſcilicet reverendiſſimo valde viro, qui ei in Monaſterii regimine ſucceſſit *a* VALENTINIANO quoque, qui annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit: SIMPLICIO quoque, qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit; HONORATO etiam, qui nunc adhuc cellæ ejus in qua prius converſatus fuerat, præeſt.

CAPUT PRIMUM.

De Capiſterio fracto & conſolidato.

* Cyrilla nomine.
* vulgo Afile in Æquicolis duobus millibus a Sublaco.

2. HIC itaque cum jam relictis litterarum ſtudiis petere deſerta decreviſſet, nutrix * quæ hunc arctius amabat, ſola ſecuta eſt. Cumque ad locum veniſſet qui * Enſide dicitur, multiſque honeſtioribus viris pro caritate ſe illic detinentibus in B. Petri Eccleſia demorarentur, prædicta nutrix illius ad purgandum triticum a vicinis mulieribus, ſibi præſtari, capiſterium *b* petiit, quod ſuper menſam incaute derelictum, caſu accidente confractum eſt, ſicque ut in duabus partibus inveniretur diviſum. Quod mox rediens nutrix illius, ut ita invenit, vehementiſſime flere cœpit, quia vas quod præſtitum acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religioſus & pius puer, cum nutricem ſuam flere conſpiceret, ejus dolori compaſſus, ablatis ſecum utriſque fracti capiſterii partibus ſe ſe cum lacrymis in orationem dedit: qui ab oratione ſurgens ita juxta ſe vas ſanum reperit, ut in eo inveniri fracturæ nulla veſtigia potuiſſent. Moxque nutricem ſuam blande conſolatus, ei ſanum capiſterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco a cunctis eſt agnita, atque in tanta admiratione habita, ut hoc ipſum capiſterium ejus loci incolæ in Eccleſiæ ingreſſu ſuſpenderent: quatenus præſentes & ſecuturi omnes agnoſcerent, BENEDICTUS puer converſationis gratiam a quanta perfectione cœpiſſet. Quod annis multis illic ante omnium oculos fuit, & uſque ad hæc Langobardorum tempora ſuper fores Eccleſiæ pependit.

Benedictus fugit in Eremum.

3. Sed BENEDICTUS plus appetens mala mundi perpeti, quam laudes; pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ hujus favoribus extolli: nutricem ſuam occulte ſugiens, deſerti loci ſeceſſum petiit *c*, cui * Sublacus vocabulum eſt, qui ab Romana urbe quadraginta fere millibus diſtans, frigidas atque perſpicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenſo prius lacu colligitur, ad extremum vero in amnem * derivatur. Quo dum fugiens pergeret, monachus quidam * ROMANUS nomine, hunc euntem reperit, quo tenderet requiſivit. Cujus cum deſiderium cognoviſſet, & ſecretum tenuit, & adjutorium impendit, eique ſanctæ converſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtravit. Vir autem Dei ad eumdem locum perveniens in arctiſſimum ſpecum ſe tradidit, & tribus annis, excepto Romano Monacho, hominibus incognitus manſit: qui videlicet Romanus non longe in Monaſterio ſub * Theodati Patris Regula degebat. Sed pie ejuſdem Patris ſui oculis furabatur horas, & quem ſibi ad manducandum ſubripere poterat, diebus certis BENEDICTO panem ferebat. Ad eumdem vero ſpecum a Romani cella iter non erat: quia excelſa deſuper rupes eminebat, ſed ex eadem rupe in longiſſimo fune ligatum Romanus deponere panem conſueverat, in qua etiam reſti parvum

* Sublaco in Æquicolis.
* Anienem ſcilicet.
* V. Romani vitam infra.
* al. Adeodati.

Nutritor a S. Romano.

a Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib. 4. cap. 18. *Poſt beatum* (inquit) *Benedictum Conſtantinus, poſt hunc Simplicius, poſt quem Vitalis, ad extremum Bonitus Congregationem ipſam rexit, ſub quo hæc deſtructio facta eſt.* Hinc corrigendus Baronius qui ad ann. 581. ſcribit Valentinianum ſecundum Abbatem numeratum poſt S. Benedictum, primum vero Lateranenſis Cœnobii (quod poſtremum non inficiamur) deinde Valentiniano apud Lateranum ſucceſſiſſe Simplicium, tum Simplicio Honoratum.

b Capiſterium, ventilabrum ſeu cribrum ad frumenta expurganda, a σκάπτω, id eſt, *effo*.

c S. P. Benedictus adhuc puer Eremum petiit, quicquid dicat Baronius in Annalib. ad ann. 494. *Adhuc teneritudinis grandævæ animæ jam tunc eremi vaſtitatem ſubire auſus eſt*, inquit S. Odo Cluniac. Abbas Serm. de S. Bened. *Adhuc puerulus*, Aimoin. de geſt. Franc. lib. 2. cap. 22. *Licet nondum puer attigiſſet puberes annos*, Berthario Abbas Caſin. in Hymno de S. Bened. Hic S. Benedicti seceſſus vulgo refertur ad annum 494. Nativitas vero ad annum 480.

vum tintinnabulum inſeruit, ut ad ejus ſonum vir Dei cognoſceret, quando AN.CHR.
ſibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hoſtis 543
unius caritati invidens, alterius refectioni, cum quadam die ſubmitti panem 21. Mart.
conſpiceret, jactavit lapidem & tintinnabulum fregit: Romanus tamen mo- Diabolus tintinnabulum frangit.
dis congruentibus miniſtrare non deſiit.

4. Cum vero jam Deus omnipotens, & Romanum vellet a labore quieſcere, & BENEDICTI vitam in exemplum hominibus demonſtrare: ut poſita ſuper candelabrum Lucerna clareſceret, quatenus omnibus qui in domo Dei ſunt luceret; cuidam Presbytero longius manenti qui refectionem ſibi in Paſchali feſtivitate paraverat, per viſum Dominus apparere dignatus eſt, dicens: Tu tibi delicias præparas, & ſervus meus illo in loco ſame cruciatur. Qui protinus ſurrexit, atque in ipſa ſolemnitate Paſchali cum alimentis quæ ſibi paraverat, ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concava vallium, per deſoſſa terrarum quæſivit, eumque latere in ſpecu reperit. Cumque oratione facta benedicentes Dominum omnipotentem pariter conſediſſent, poſt dulcia vitæ colloquia is qui advenerat Presbyter, dixit: Surge, ſumamus cibum quia hodie Paſcha eſt. Cui vir Dei reſpondit, dicens: Scio quod Paſcha eſt, quia videre te merui. Longe quippe ab hominibus poſitus, quia die eodem Paſchalis ſolemnitas eſſet, ignorabat. Venerabilis autem Presbyter rurſus aſſeruit, dicens: Veraciter hodie reſurrectionis Dominicæ Paſchalis dies eſt, abſtinere tibi minime congruit: quia & ego ad hoc miſſus ſum, ut omnipotentis dona Dei pariter ſumamus. Benedicentes igitur Dominum ſumpſerunt cibum. Expleta itaque refectione & colloquio ad Eccleſiam ſuam Presbyter receſſit. *Die Paſchæ a Presbytero cœlitus monito reficitur.*

5. Eodem quoque tempore hunc in ſpecu latitantem etiam Paſtores invenerunt, quem dum veſtitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam beſtiam eſſe crediderunt. Sed cognoſcentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam a beſtiali mente mutati ſunt. Nomen itaque ejus per vicina loca cunctis innotuit. Factumque eſt ut ex illo jam tempore a multis frequentari cœpiſſet, qui cum ei cibos afferrent corporis, ab ejus ore in ſuo pectore alimenta referebant vitæ. *A Paſtoribus frequentatur.*

CAPUT II.

De tentatione carnis ſuperata.

6. QUADAM vero die dum ſolus eſſet, tentator adfuit. Nam nigra parvaque avis quæ vulgo merula vocatur, circa ejus faciem volitare cœpit, ejuſque vultui importune inſiſtere, ita ut manu capi poſſet, ſi hanc vir ſanctus tenere voluiſſet. Sed ſigno Crucis edito receſſit avis. Tanta autem carnis tentatio avi eadem recedente ſecuta eſt, quantam vir ſanctus numquam fuerat expertus. Quamdam namque aliquando feminam viderat, quam malignus ſpiritus ante ejus mentis oculos reduxit: tantoque igne ſervi Dei animum in ſpecie illius accendit, ut dum in ejus pectore amoris flamma vim caperet, jam pene deſerere Eremum voluptate victus deliberaret. Tunc ſubito ſuperna gratia reſpectus ad ſemetipſum reverſus eſt, atque urticarum & veprium juxta denſa ſuccreſcere fruteta conſpiciens, exutus indumento nudum ſe in illis ſpinarum aculeis, & urticarum incendiis projecit: ibique diu volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exiit; & per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque bene pœnaliter arderet foris, extinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutavit incendium. Ex quo videlicet tempore, ſicut poſt diſcipulis ipſe perhibebat, ita in illo eſt tentatio voluptatis edomita, ut tale in ſe aliquid minime ſentiret. Cœperunt poſtmodum multi jam mundum relinquere, atque ad ejus magiſterium feſtinare. Liber quippe a tentationis vitio, jure jam factus eſt virtutum Magiſter. Unde & per Moyſem

AN.CHR. in Exodo præcipitur, ut Levitæ a viginti quinque annis & ſupra miniſtrare
543 debeant, ab anno vero quinquageſimo cuſtodes vaſorum fiant.
21. Mart. PETRUS. Jam quidem prolati teſtimonii mihi aliquantum intellectus interlucet: ſed tamen hoc plenius poſtulo exponi.

GREGORIUS. Liquet, Petre, quod in juventute carnis tentatio ferveat, ab anno autem quinquageſimo calor corporis frigeſcat. Vaſa autem ſacra ſunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione ſunt, ſubeſſe eos ac ſervire neceſſe eſt: & obſequiis laboribuſque fatigari. Cum vero jam mentis ætate tranquilla, calor receſſerit tentationis, cuſtodes vaſorum ſunt: quia doctores animarum fiunt.

Quis idoneus virtutis Magiſter.

PETRUS. Fateor, placet quod dicis. Sed quia prolati teſtimonii clauſa reſeraſti, quæſo ut de vita Juſti debeas ea quæ ſunt inchoata percurrere.

CAPUT III.

De ampulla vitrea ſigno Crucis rupta.

7. GREG. RECEDENTE igitur tentatione, vir Dei quaſi ſpinis erutis exculta terra de virtutum ſegete feracius fructum dedit. Præconio itaque eximiæ converſationis celebre nomen ejus habebatur. Non longe autem Monaſterium *a* fuit, cujus congregationis Pater defunctus eſt, omniſque illa Congregatio ad eumdem Venerabilem BENEDICTUM venit, & magnis precibus ut eis præeſſe deberet, petiit. Qui diu negando diſtulit, ſuis illorumque Fratrum moribus convenire non poſſe prædixit: ſed victus quandoque precibus aſſenſum dedit. Cumque in eodem Monaſterio regularis vitæ cuſtodiam teneret, nullique ut prius per actus inlicitos in dexteram lævamque partem deflectere a converſationis itinere liceret; ſuſcepti Fratres inſane ſævientes ſemetipſos prius accuſare cœperunt, quia hunc ſibi præeſſe popoſcerant: quorum ſcilicet tortitudo in normam ejus rectitudinis offendebat. Cumque ſibi ſub eo conſpicerent inlicita non licere, & ſe dolerent aſſueta relinquere, durumque eſſet quod in mente veteri cogebantur nova meditari; ſicut pravis moribus ſemper gravis eſt vita bonorum; tractare de ejus aliquid morte conati ſunt, qui inito conſilio venenum vino miſcuerunt. Et cum vas vitreum, in quo ille peſtifer potus habebatur, recumbenti Patri ex more Monaſterii ad benedicendum fuiſſet oblatum, extenſa manu BENEDICTUS ſignum crucis edidit, & vas quod longius tenebatur, eodem ſigno rupit: ſicque confractum eſt, ac ſi in illo vaſe mortis, pro Cruce lapidem dediſſet. Intellexit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit ſignum vitæ: atque illico ſurgens, vultu placido, mente tranquilla convocatos Fratres allocutus eſt, dicens: Miſereatur veſtri, Fratres, omnipotens Deus, quare in me facere iſta voluiſtis? Numquid non prius dixi vobis, quia veſtris ac meis moribus minime conveniret? Ite, & juxta mores veſtros Patrem vobis quærite, quia me poſt hæc habere minime poteſtis. Tunc ad locum dilectæ ſolitudinis rediit, & ſolus in ſuperni ſpectatoris oculis habitavit ſecum.

8. PETRUS. Minus patenter intelligo, quidnam ſit, habitavit ſecum.

Quid ſit habitare ſecum.

GREGORIUS. Si ſanctus vir contra ſe unanimiter conſpirantes, ſuæque converſationi longe diſſimiles, coactos diu ſub ſe tenere voluiſſet, fortaſſe ſui vigoris uſum & modum tranquillitatis excederet, atque a contemplationis lumine, mentis ſuæ oculum declinaſſet. Dumque quotidie illorum incorrectione fatigatus minus curaret ſua, & ſe forſitan relinqueret, & illos non inveniret. Nam quoties per cogitationis motum nimie extra nos ducimur, & nobiſcum ſumus & nobiſcum non ſumus; quia noſmetipſos minime videntes, per alia vagamur. An illum ſecum fuiſſe dicimus, qui in longinquam regionem abiit,

a Monaſterii illius veſtigia etiamnum ſuperſunt ad vicum Varronis (*vulgo Vicovaro*) in ſiniſtre Anienis ripa inter Sublacum & Tibur, ut plures notaverunt.

abiit, portionem quam acceperat conſumpſit, uni in ea civium adhæſit, porcos pavit, quos & manducare ſiliquas videret, & eſuriret : Qui tamen cum poſtmodum cœpit cogitare bona quæ perdidit, ſcriptum de illo eſt : *In ſe reverſus dixit : Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus*. Si igitur ſecum fuit, unde ad ſe rediit? Hunc ergo venerabilem virum ſecum habitaſſe dixerim : quia in ſua ſemper cuſtodia circumſpectus, ante oculos Conditoris ſe ſemper aſpiciens, ſe ſemper examinans, extra ſe mentis ſuæ oculum non divulgavit.

AN.CHR. 543

Luc. 15. 2.

PETRUS. Quid ergo quod de Petro Apoſtolo ſcriptum eſt, dum de carcere ab Angelo eductus fuiſſet, quia ad ſe reverſus dixit : *Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelum ſuum : & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum?* Act. 12. 11.

GREGORIUS. Duobus modis, Petre, extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapſum ſub noſmetipſos * recidimus, aut per contemplationis gratiam ſuper noſmetipſos levamur. Ille itaque qui porcos pavit, vagatione mentis, & immunditia ſub ſemetipſo cecidit : Iſte vero quem Angelus ſolvit, ejuſque mentem in extaſi rapuit, extra ſe quidem, ſed ſupra ſemetipſum fuit. Uterque ergo ad ſe rediit, quando & ille ab errore operis ſe collegit ad cor, & ille a contemplationis culmine ad hoc rediit, quod in intellectu communi, ut prius fuit. Venerabilis igitur BENEDICTUS in illa ſolitudine habitavit ſecum, in quantum ſe intra cogitationis clauſtra cuſtodivit : Nam quotieſcumque hunc contemplationis ardor in altum rapuit, ſe procul dubio ſub ſe reliquit.

* al. reducimur.

9. PETRUS. Placet quod dicis : ſed quæſo reſpondeas, ſi deſerere fratres debuit, quos ſemel ſuſcepit?

GREGORIUS. Ut ego, Petre, exiſtimo, ibi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, ubi inveniuntur aliqui qui adjuventur boni. Nam ubi omnimodo fructus de bonis deeſt, fit aliquando de malis labor ſupervacuus, maxime ſi e vicino cauſæ ſuppetant, quæ fructum Deo valeant ferre meliorem. Vir itaque ſanctus propter quem cuſtodiendum ſtaret, qui omnes unanimiter ſe perſequentes cerneret? Et ſæpe agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundum non eſt, quia cum laborem ſuum ſine fructu eſſe conſiderant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius prædicator, qui diſſolvi cupit, & eum Chriſto eſſe; cui vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum; qui paſſionum certamina non ſolum ipſe appetiit, ſed ad toleranda hæc & alios accendit; Damaſci perſecutionem paſſus, ut poſſet evadere murum, funem ſportamque quæſivit, ſeque latenter deponi voluit. Numquid non Paulum mortem dicimus timuiſſe, quam ſe ipſe pro amore JESU teſtatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret, & gravem laborem; ad laborem ſe alibi cum fructu ſervavit. Fortis etenim præliator Dei teneri intra clauſtra noluit, certaminis campum quæſivit. Unde iſdem quoque venerabilis BENEDICTUS, ſi libenter audis, citius agnoſcis : quia non tantos * ipſe indociles deſeruit, quantos in locis aliis a morte animæ ſuſcitavit.

An Paſtoris officium liceat deſerere.

Act. 9.

* al. quia eum vivos.

10. PETRUS. Ita eſſe ut doces, & manifeſta ratio, & prolatum congruum teſtimonium declarat. Sed quæſo, ut de vita tanti Patris ad narrationis ordinem redeas.

GREGORIUS. Cum ſanctus vir diu in eadem ſolitudine virtutibus, ſignisque ſuccreſceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei ſunt ſervitium congregati : ita ut illic duodecim *a* Monaſteria cum omnipotentis JESU-CHRISTI Domini opitulatione conſtrueret, in quibus ſtatutis Patribus duodenos Monachos deputavit; paucos vero ſecum retinuit, quos adhuc in ſua præſentia aptius erudiri judicavit. Cœperunt etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobi-

Monaſteria conſtruit, Maurum ac Placidum aliosque ſuſcipit.

a Sic duodecim Monaſteria enumerat doctiſſimus Angelus de Nuce Abbas Caſinenſis ad hunc locum. Sacra Specus, SS. Coſmas & Damianus (nunc S. Scholaſtica) S. Angelus poſt lacum, S. Maria (nunc S. Laurentius) S. Hieronymus, S. Joannes Baptiſta (nunc S. Joannes ab aquis) S. Clemens circa lacum, S. Blaſius (hodie S. Romanus) S. Michael Archangelus ſub ſacra Specu, S. Victorinus ad radices montis Porcarii, S. Andreas, & Vita æterna, nunc Vallis Sancta. Alii aliter enumerant.

AN.CHR. 543 21. Mart. nobiles & religioſi concurrere, ſuoſque ei filios omnipotenti Domino nutriendos dare. Tunc quoque bonæ ſpei ſuas ſoboles, * ÆQUITIUS, MAURUM, TERTULLUS vero Patricius PLACIDUM tradidit: e quibus Maurus junior cum bonis polleret moribus magiſtri adjutor cœpit exiſtere, Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

* al. Evicius.

CAPUT IV.

De Monacho vagæ mentis ad ſalutem reducto.

11. IN uno autem ex eis Monaſteriis quæ circumquaque conſtruxerat, quidam Monachus erat, qui ad orationem ſtare non poterat: ſed mox ut ſe fratres ad ſtudium orationis inclinaſſent, ipſe egrediebatur foras, & mente vaga terrena aliqua & tranſitoria agebat. Cumque ab Abbate ſuo ſæpius fuiſſet admonitus, ad virum Dei ductus eſt, qui ipſe quoque ejus ſtultitiam vehementer increpavit, & ad Monaſterium reverſus, vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad uſum proprium reverſus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum ſervo Dei ab eodem Monaſterii Patre quem conſtituerat, nunciatum fuiſſet, dixit: Ego venio, eumque per memetipſum emendo. Cumque vir Dei veniſſet ad idem Monaſterium, & conſtituta hora, expleta pſalmodia ſeſe Fratres in orationem dediſſent, aſpexit quod eumdem Monachum, qui in oratione manere non poterat, quidam niger puerulus per veſtimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidem Patri Monaſterii POMPEJANO nomine, & MAURO Dei famulo ſecreto dixit: Numquid non aſpicitis, quis eſt qui iſtum Monachum foras trahit? Qui reſpondentes dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus ut vos etiam videatis, quem iſte Monachus ſequitur. Cumque per biduum eſſet oratum, Maurus Monachus vidit: Pompejanus autem ejuſdem Monaſterii Pater videre non potuit. Die igitur alia expleta oratione vir Dei Oratorium egreſſus, ſtantem foris Monachum reperit, quem pro cæcitate cordis ſui virga percuſſit: qui ex illo die nil perſuaſionis ulterius a nigro jam puerulo pertulit, ſed ad orationis ſtudium immobilis permanſit: ſicque antiquus hoſtis dominari non auſus eſt in ejus cogitatione, ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere.

CAPUT V.

De aqua quam in montis vertice ex petra produxit.

12. EX his autem Monaſteriis, quæ in eodem loco conſtruxerat, tria ſurſum in rupibus montis erant, & valde erat Fratribus laborioſum, ſemper ad lacum deſcendere, ut aquam haurire debuiſſent: maxime quia ex devexo montis latere erat grave deſcendentibus in * timore periculum. Tunc collecti Fratres ex eiſdem tribus Monaſteriis ad Dei famulum BENEDICTUM venerunt, dicentes: Laborioſum nobis eſt propter aquam quotidie uſque ad lacum deſcendere, & idcirco neceſſe eſt ex eodem loco Monaſteria mutari. Quos blande * conſolatus dimiſit, & nocte eadem cum parvo puerulo nomine PLACIDO, cujus ſuperius memoriam feci, ejuſdem montis rupem aſcendit, ibique diutius oravit. Et oratione completa, tres petras in loco eodem pro ſigno poſuit, atque ad ſuum cunctis illic neſcientibus Monaſterium rediit. Cumque die alia ad eum pro neceſſitate aquæ prædicti Fratres rediiſſent, dixit: Ite, & rupem illam, in qua tres ſuper invicem poſitas petras inveneritis, in modicum cavate: valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam BENEDICTUS prædixerat, jam ſudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum feciſſent, ſtatim aqua repletus eſt: quæ tam ſufficienter emanavit, ut nunc uſque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine uſque ad inferiora derivetur.

* Ita MSS. noſtri codd. al. itinere.

* al. conſolatos,

AN.CHR. 543 21. Mart.

CAPUT VI.

De ferro ex profundo aquæ ad manubrium reverſo.

13. ALIO quoque tempore Gothus quidam pauper ſpiritu ad converſionem venit : quem vir Domini BENEDICTUS libentiſſime ſuſcepit. Quadam vero die ei dari ferramentum juſſit, quod ad falcis ſimilitudinem falcaſtrum vocatur, ut de loco quodam vepres abſcinderet, quatenus illic hortus fieri deberet. Locus autem ipſe quem mundandum Gothus ſuſceperat, ſuper ipſam laci ripam jacebat. Cumque Gothus iſdem denſitatem veprium totius virtutis anniſu ſucciderer, ferrum de manubrio proſiliens in lacum cecidit, ubi ſcilicet tanta erat aquarum profunditas, ut ſpes requirendi ferramenti nulla jam eſſet. Itaque ferro perdito, tremebundus ad MAURUM Monachum cucurrit Gothus : damnum quod fecerat nunciavit, & reatus ſui egit pœnitentiam *. Quod Maurus quoque Monachus mox Benedicto Dei famulo curavit indicare. Vir igitur Domini Benedictus hæc audiens, acceſſit ad lacum, tulit de manu Gothi manubrium, & miſit in lacum : & mox ferrum de profundo rediit, atque in manubrium intravit. Qui ſtatim ferramentum Gotho reddidit, dicens : Ecce labora, & noli contriſtari.

* juxta Regulæ c. 46.

CAPUT VII.

De ejus diſcipulo qui ſuper aquas pedibus ambulavit.

14. QUADAM vero die cum iſdem venerabilis BENEDICTUS in cella conſiſteret, prædictus PLACIDUS puer ſancti Viri Monachus ad hauriendam de lacu aquam egreſſus eſt : qui vas, quod tenuerat in aquam incaute ſubmittens, ipſe quoque cadendo ſecutus eſt. Quem mox unda rapuit, & pene ad unius ſagittæ curſum eum a terra introrſus traxit. Vir autem Dei intra cellam poſitus, hoc protinus agnovit, & MAURUM feſtine vocavit, dicens: Frater Maure, curre, quia puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit : jamque eum longius unda trahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolum inuſitata! Benedictione etenim poſtulata atque percepta, ad Patris ſui imperium concitus perrexit Maurus, atque uſque ad eum locum, quo ab unda deducebatur puer, per terram ſe ire exiſtimans ſuper aquam cucurrit, eumque per capillos *a* tenens, curſu rapido rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad ſe reverſus poſt tergum reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet agnovit, & quod præſumere non potuiſſet ut fieret, miratus extremuit factum. Reverſus ad Patrem, rem geſtam retulit : Vir autem venerabilis Benedictus hoc non ſuis meritis, ſed illius obedientiæ deputare cœpit. At contra Maurus pro ſolo ejus imperio factum dicebat : ſeque conſcium in illa virtute non eſſe quam neſciens feciſſet. Sed in hac humilitatis mutuæ amica contentione acceſſit arbiter puer qui ereptus eſt; nam dicebat : Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meum Abbatis melotem *b* videbam, atque ipſum me ex aquis educere conſiderabam.

PETRUS. Magna ſunt valde quæ narras, & multorum ædificationi profutura : ego autem boni viri miracula quo plus bibo, plus ſitio.

CAPUT VIII.

De infecto per venenum pane, per corvum longius projecto.

15. CUM jam loca eadem in amore Dei & Domini noſtri JESU-CHRISTI, longe lateque ferveſcerent, & ſæcularem vitam multi relinquerent, &

a Nam primis Ordinis noſtri ſæculis Novitii veſtem ſæcularem & capillos ſervabant. Vide cap. 58. Regulæ S. Bened. ſub finem : & Notationem ad Vitam Lanfranci pag. 20. De Floro, in Vita S. Mauri.

b Per Melotem huic intellige cucullam. Paulus Diaconus nomine Theodemari Abbatis ad Carolum Magnum ſcribens, *Illud*, inquit, *Veſtimentum quod a Gallicanis Monachis Cuculla dicitur, & nos Cappam vocamus, quod proprie Monachorum deſignat habitum, Melotem appellare debemus, ſicut & hactenus in hac provincia a quibuſdam vocatur.*

AN.CHR. 543 21. Mart.

ſub levi Redemptoris jugo cervicem cordis edomarent: ſicut mos pravorum eſt invidere aliis virtutis bonum quod ipſi habere non appetunt: vicinæ Eccleſiæ Presbyter FLORENTIUS nomine hujus noſtri Subdiaconi FLORENTII avus, antiqui hoſtis malitia perculſus, ſancti viri ſtudiis cœpit æmulari, ejus quoque converſationi derogare, quoſque etiam poſſet ab illius viſitatione compeſcere. Cumque jam ſe conſpiceret ejus profectibus obviare non poſſe, & converſationis illius opinionem creſcere, atque multos ad ſtatum vitæ melioris, ipſo quoque opinionis ejus præconio indeſinenter vocari, invidiæ facibus magis magiſque ſuccenſus, deterior fiebat: quia converſationis illius habere appetebat laudem, ſed habere laudabilem vitam nolebat. Qui ejuſdem invidiæ tenebris cæcatus, ad hoc uſque perductus eſt, ut ſervo omnipotentis Domini infectum veneno panem quaſi pro * benedictione tranſmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione ſuſcepit: ſed eum, quæ peſtis lateret in pane, non latuit. Ad horam vero refectionis illius ex vicina ſilva corvus venire conſueverat, & panem de manu ejus accipere. Qui cum more ſolito veniſſet, panem quem Presbyter tranſmiſerat, vir Dei ante corvum projecit, eique præcepit dicens: In nomine JESU-CHRISTI Domini tolle hunc panem, & tali eum in loco projice, ubi a nullo hominum poſſit inveniri. Tunc corvus aperto ore, expanſis alis circa eumdem panem cœpit diſcurrere, atque cracitare, ac ſi aperte diceret, & obedire ſe velle, & tamen juſſa implere non poſſe. Cui vir Dei iterum atque iterum præcipiebat dicens: Leva, leva ſecurus, atque ibi projice, ubi inveniri non poſſit. Quem diu demoratus, quandoque corvus momordit, levavit & receſſit. Poſt trium vero horarum ſpatium abjecto pane rediit, & de manu hominis Dei annonam, quam conſueverat, accepit. Venerabilis autem Pater contra vitam ſuam inardeſcere ſacerdotis animum videns, illi magis quam ſibi doluit.

* id eſt munuſculo.

Diabolicum Florentii commentum.

16. Sed prædictus Florentius, quia Magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accendit: ita ut in horto Cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas ſeptem puellas mitteret, quæ coram eis ſibi invicem manus tenentes & diutius ludentes, illorum mentes ad perverſitatem libidinis inflammarent. Quod ſanctus vir de cella conſpiciens, lapſumque adhuc tenerioribus diſcipulis pertimeſcens, idque pro ſui ſolius perſecutione fieri pertractans, invidiæ locum dedit, atque Oratoria cuncta quæ conſtruxerat, ſub ſtatutis Præpoſitis, adjunctis fratribus ordinavit, & paucis ſecum Monachis ablatis habitationem mutavit loci. Moxque ut vir Dei ejus odia humiliter declinavit, hunc omnipotens Deus terribiliter percuſſit. Nam cum prædictus Presbyter ſtans in ſolario Benedictum diſceſſiſſe cognoſceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipſum in quo ſtabat ſolarium [a] cecidit, & Benedicti hoſtem conterens extinxit. Quod viri Dei diſcipulus, MAURUS [b] nomine, ſtatim venerabili Patri Benedicto qui adhuc a loco eodem vix decem millibus aberat, æſtimavit eſſe nunciandum, dicens: Revertere, quia Presbyter qui te perſequebatur extinctus eſt. Quod vir Dei Benedictus audiens, ſeſe in gravibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte diſcipulus exultavit. Qua de re factum eſt, ut eidem quoque diſcipulo pœnitentiam indiceret, quod mandans talia gaudere de inimici interitu præſumpſiſſet.

Benedictus invidiæ cedit.

De inimici interitu triſtatur.

PETRUS. Mira ſunt & multum ſtupenda quæ dicis. Nam in aqua ex petra producta Moyſen, in ferro vero quod ex profundo aquæ rediit Heliſæum, in aquæ itinere Petrum, in corvi obedientia Heliam, in luctu autem mortis inimici David video. Ut perpendo, vir iſte ſpiritu juſtorum omnium plenus fuit.

GREGORIUS. Vir Domini Benedictus, Petre, unum ſpiritum habuit, qui per conceſſam Redemptoris gratiam, electorum corda omnium implevit, de

Joan. 1. 6. quo Joannes dicit: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc*

---

[a] Solarium, pars domus Superior ſoli expoſita, in qua veteres apricari ſolebant.

[b] Scrupulum hic movet ſupra laudatus Angelus de Nuce, num de Mauro Æquitii filio hic locus ſit interpretandus: cum ex actis S. Placidi idem ipſe Maurus Benedicti itineris comes fuiſſe referatur. At nihil certi definiri poteſt ex illis actis fœde interpolatis, quibus S. Mauri vita aperte refragatur.

hunc mundum. De quo rurſus ſcriptum eſt : *De plenitudine ejus nos omnes accepimus*. Nam ſancti Dei homines potuerunt a Domino virtutes habere, non etiam aliis tradere. Ille autem ſigna virtutis dedit ſubditis, qui ſe daturum ſignum Jonæ promiſit inimicis : ut coram ſuperbis mori dignaretur, coram humilibus reſurgere : quatenus & illi viderent quod contemnerent, & iſti quod venerantes amare debuiſſent. Ex quo myſterio actum eſt, ut dum ſuperbi aſpiciunt deſpectum mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam poteſtatis. AN.CHR. 543 12. Matt.

17. PETRUS. Quæſo te poſt hæc, ad quæ loca vir ſanctus migraverit, vel ſi aliquas in eis virtutes oſtenderit, innoteſce.

GREGORIUS. Sanctus vir ad alia demigrans loca, locum non hoſtem mutavit. Nam tanto poſt graviora prœlia pertulit, quanto contra ſe aperte pugnantem ipſum malitiæ magiſtrum invenit. Caſtrum namque quod Caſſinum dicitur, in excelſi montis latere ſitum eſt, qui videlicet mons diſtenſo ſinu hoc idem caſtrum recipit, ſed per tria millia in altum ſe ſubrigens, velut ad æthera cacumen tendit : ubi vetuſtiſſimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more Gentilium ab ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu dæmonum luci ſuccreverant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſacrilegis inſudabat. Illuc itaque vir Dei perveniens contrivit idolum, ſubvertit aram, ſuccidit lucos, atque in ipſo templo Apollinis, Oratorium beati Martini; ubi vero ara ejuſdem Apollinis fuit, Oraculum *a* Sancti Joannis conſtruxit, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocavit. Sed hæc antiquus hoſtis tacite non ferens, non occulte vel per ſomnium, ſed aperta viſione ejuſdem Patris ſe oculis ingerebat, & magnis clamoribus vim ſe perpeti conquerebatur, ita ut voces illius etiam Fratres audirent, quamvis imaginem minime cernerent. Ut enim Diſcipulis ſuis venerabilis Pater dicebat, corporalibus ejus oculis eiſdem antiquus hoſtis teterrimus & ſuccenſus apparebat, qui in eum ore oculiſque flammantibus ſævire videbatur. Jam vero quæ diceret, audiebant omnes : prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum vir Dei minime reſponderet, ad ejus mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens ; Benedicte, Benedicte, & eum nullo modo ſibi reſpondere conſpiceret, protinus adjungebat : Maledicte, non Benedicte, quid mecum habes ? quid me perſequeris? Sed jam nunc ſpectanda ſunt contra Dei famulum antiqui hoſtis nova certamina, cui pugnam quidem volens intulit, ſed occaſiones victoriæ miniſtravit invitus. S. Benedictus Caſſinum migrat.

CAPUT IX.

*De ingenti ſaxo per ejus orationem * levato.* * al. levigato.

18. QUADAM die dum Fratres habitacula ejuſdem Cellæ *b* conſtruerent, lapis in medio jacebat, quem in ædificium levare decreverant. Cumque eum duo vel tres movere non poſſent, plures adjuncti ſunt, ſed ita immobilis manſit, ac ſi radicitus in terra teneretur : ut palam daretur intelligi, quod ſuper eum ipſe per ſe antiquus hoſtis ſederet, quem tantorum virorum manus movere non poſſent. Difficultate igitur facta ad virum Dei miſſum eſt ut veniret, & orando hoſtem repelleret, ut lapidem levare poſſent. Qui mox venit & orationem faciens benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate levatus eſt, ac ſi nullum prius pondus habuiſſet.

CAPUT X.

De phantaſtico coquinæ incendio.

19. TUNC in conſpectu viri Dei placuit, ut in eodem loco terram foderent : quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum

a Oraculum, inquit Papias, cœleſte reſponſum, vel ipſum delubrum.
b Cellæ vocabulum his in actis pro ipſo Monaſterio uſitatum.

AN.CHR. 543 21. Mart. Fratres invenerunt. Quo ad horam caſu in coquinam projecto, exire ignis repente viſus eſt, atque in cunctorum Monachorum oculis, quia omne ejuſdem coquinæ ædificium conſumeretur, oſtendit. Cumque jaciendo aquam Fratres ad ignem quaſi extinguendo perſtreperent, pulſatus eodem tumultu vir Domini advenit: qui eumdem ignem in oculis Fratrum eſſe, in ſuis vero non eſſe conſiderans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos phantaſtico reperit igne deludi vocavit fratres, ut oculos ſuos ſignarent monuit, ut & ſanum illud coquinæ ædificium adſiſtere cernerent, & flammas quas antiquus hoſtis finxerat non viderent.

CAPUT XI.

De ſervo Dei puerulo ruina confracto, & ſanato.

20. RURSUM dum Fratres parietem, quia res ita exigebat, paulo altius ædificarent, vir Dei in orationis ſtudio intra cellulæ ſuæ clauſtra morabatur. Cui antiquus hoſtis inſultans apparuit, & quia ad laborantes Fratres pergeret indicavit. Quod vir Dei per nuncium celerrime Fratribus indicavit, dicens: Fratres caute vos agite: quia ad vos hac hora malignus ſpiritus venit. Is qui mandatum detulit vix verba compleverat, & malignus ſpiritus eumdem parietem qui ædificabatur evertit, atque unum puerulum Monachum cujuſdam Curialis filium *a* opprimens, ruina contrivit. Contriſtati omnes, ac vehementer afflicti, non damno parietis, ſed contritione fratris: quod venerabili Patri Benedicto ſtuduerunt celeriter cum gravi luctu nuntiare. Tunc iſdem Pater ad ſe dilaceratum puerum deferri jubet. Quem portare non niſi in ſago potuerunt: quia collapſi ſaxa parietis, ejus non ſolum membra, ſed etiam oſſa contriverant: cumque vir Dei præcepit ſtatim in cella ſua in phyathio *b* quo orare conſueverat projici, miſſiſque foras fratribus cellam clauſit, qui orationi inſtantius quam ſolebat incubuit. Mira res, eadem hora hunc incolumem, atque ut prius valentem ad eumdem iterum laborem miſit, ut ipſe quoque parietem cum fratribus perficeret, de cujus ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet. *c* Cœpit vero inter iſta vir Dei etiam Prophetiæ ſpiritu pollere, ventura prædicere, præſentibus abſentia nunciare.

CAPUT XII.

De ſervis Dei, qui cibum contra Regulam ſumpſerunt.

21. MOS etenim Cellæ fuit, ut quoties ad reſponſum *d* aliquod egrederentur Fratres, cibum potumque extra Cellam minime ſumerent. Cumque hoc de uſu Regulæ ſollicite ſervaretur, quadam die ad reſponſum Fratres egreſſi ſunt, in quo tardiori compulſi ſunt hora demorari. Qui manere juxta religioſam feminam noverant, cujus ingreſſi habitaculum ſumpſerunt cibum. Cumque jam tardius ad Cellam rediiſſent, benedictionem Patris ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus eſt, dicens: Ubi comediſtis? Qui reſponderunt, dicentes: Nuſquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Numquid illius talis feminæ habitaculum non intraſtis? Numquid hos atque illos cibos non accepiſtis? Numquid tot calices non bibiſtis? Cumque eis venerabilis Pater & hoſpitium mulieris, & genera ciborum, & numerum potionum diceret, recognoſcentes cuncta quæ egerant, ad ejus pedes tremefacti ceciderunt, & ſe deliquiſſe confeſſi ſunt. Ipſe autem protinus culpam pepercit, perpendens quod in ejus abſentia ultra non facerent, quem præſentem ubique eſſe in ſpiritu ſcirent.

CA-

a Acta S. Placidi num. 14. hunc Monachum Severum vocant.
b In quibuſdam codicibus additur, *quod vulgo matta vocatur*, ſed lemma eſt ſeu interpretatio a margine in textum invecta. Phyathium, cujus frequens mentio apud Caſſianum, eſt ſtorea ſeu teges ex junco vel papyro compacta, qua pro lecto, ſtragulo, ac ſedili Monachi utebantur, quam etiam in oratione proſtrati ſibi ſubſternebant.
c Ab his verbis libri editi novum caput ordiuntur, ſecus MSS. codices.
d Reſponſum, negotium, unde negotii procuratores, Reſponſales dicti. Vide Regulæ S. Bened. cap. 51.

CAPUT XIII.

De Fratre Valentiniani Monachi, ut ſupra.

22. FRATER quoque VALENTINIANI ejus Monachi, cujus ſuperius memoriam feci, vir erat laicus, ſed religioſus : qui ut ſervi Domini orationem perciperet, & germanum fratrem videret, annis ſingulis de loco ſuo ad Cellam ejus jejunus venire conſueverat. Quadam igitur die dum iter ad Monaſterium faceret, ſeſe illi alter viator adjunxit, qui ſumendos in itinere portabat cibos. Cumque jam hora tardior excreviſſet, dixit : Veni Frater, ſumamus cibum ne laſſemur in via. Cui ille reſpondit : Abſit, frater, non facio : quia ad venerabilem Patrem Benedictum jejunus ſemper venire conſuevi. Quo reſponſo percepto ad horam conviator conticuit. Sed cum poſt hæc aliquantulum itineris ſpatium peregiſſent, rurſus admonuit ut manducarent. Conſentire noluit qui jejunus pervenire decreverat. Tacuit quidem qui ad manducandum invitaverat, & cum eo jejunus adhuc pergere ad modicum conſenſit. Cumque & iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret, ambulantes invenerunt in itinere pratum & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conviator ait : Ecce aqua, ecce pratum, ecce amœnus locus in quo poſſumus refici & parum quieſcere, ut valeamus iter noſtrum poſtmodum incolumes explere. Cum igitur & verba auribus & loca oculis blandirentur, hac tertia admonitione perſuaſus, conſenſit & comedit : veſpertina vero hora pervenit ad Cellam. Præſentatus autem venerabili Benedicto patri ſibi orationem petiit ; ſed mox ei vir ſanctus hoc quod in via egerat improperavit, dicens : Quid eſt Frater, quod malignus hoſtis, qui tibi per conviatorem tuum locutus eſt, ſemel tibi perſuadere non potuit, ſecundo non potuit, tertio perſuaſit, & te ad hoc quod voluit ſuperavit? Tunc ille reatum infirmæ ſuæ mentis agnoſcens, ejus pedibus provolutus, tanto magis cœpit culpam deflere & erubeſcere, quanto ſe cognovit etiam abſentem in Benedicti Patris oculis deliquiſſe.

PETRUS. Ego ſancti viri præcordiis Heliſæi ſpiritum video ineſſe, qui abſenti diſcipulo præſens fuit.

CAPUT XIV.

De ſimulatione Regis Totilæ deprehenſa.

23. GREG. OPORTET, Petre, ut interim ſileas, quatenus adhuc majora cognoſcas. Gothorum namque temporibus, cum Rex eorum TOTILA ſanctum virum prophetiæ ſpiritum habere audiſſet, ad ejus Monaſterium pergens, paulo longius ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nunciavit. Cui dum protinus mandatum de Monaſterio fuiſſet ut veniret, ipſe, ſicut perfidæ mentis fuit, an vir Domini prophetiæ ſpiritum haberet, explorare conatus eſt. Quidam vero Spatharius *a* ejus RIGGO dicebatur, cui calceamenta ſua *b* præbuit, eumque indui regalibus veſtibus fecit, quem quaſi in perſona ſua pergere ad Dei hominem præcepit. In cujus obſequio tres, qui ſibi præ ceteris adhærere conſueverant, comites miſit, ſcilicet, VULT, RUDIRIC, & BLIDIN, ut ante viri Dei oculos ipſum eſſe Regem Totilam ſimulantes, ejus lateri obambularent, cui alia quoque obſequia atque Spatharios præbuit, ut tam ex eiſdem obſequiis, quam ex purpureis veſtibus Rex eſſe putaretur. Cumque iſdem Riggo decoratis veſtibus obſequentium frequentia comitatus Monaſterium fuiſſet ingreſſus, vir Dei eminus ſedebat. Quem venientem conſpi-

a Spatharii munus erat ſpatham ſive enſem Principis gerere, ejuſque latus cuſtodire.

b Calcei olim varii erant pro cujuſque ſtatu ac conditione. Nam plebeji calceis albis, Senatores rubris, Reges purpureis utebantur, ut Haeſtenus obſervavit.

AN.CHR. ſpiciens, eum jam ab eo audiri potuiſſet, elamavit, dicens : Pone fili, pone
543 hoc quod portas : non eſt tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit, &
21. Mart. quia tanto viro illudere præſumpſiſſet, expavit, omneſque qui cum eo ad Dei hominem veniebant, terræ conſternati ſunt. Surgentes autem ad eum propinquare minime præſumpſerunt : ſed ad ſuum Regem reverſi nunciaverunt trepidi, in quanta velocitate fuerant deprehenſi.

CAPUT XV.

De prophetia quæ de eodem Rege Totila facta eſt.

24. TUNC per ſe iſdem Totila ad Dei hominem acceſſit, quem cum a longe ſedentem cerneret, non auſus accedere ſeſe in terram dedit. Cui dum vir Dei bis terque diceret : Surge, ſed ipſe ante eum de terra erigi non auderet, Benedictus JESU-CHRISTI famulus per ſemetipſum dignatus eſt accedere ad Regem proſtratum, quem de terra levavit, de ſuis actibus increpavit, atque in paucis ſermonibus cuncta quæ illi erant ventura prænunciavit, dicens : Multa mala facis, multa mala feciſti, jam aliquando ab iniquitate compeſcere. Et quidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, novem annis regnans, decimo morieris. *a* Quibus auditis Rex vehementer territus, oratione petita receſſit, atque ex illo jam tempore minus crudelis fuit. Cum non multo poſt Romam adiit, ad Siciliam perrexit, anno autem regni ſui decimo, omnipotentis Dei judicio regnum cum vita perdidit. Præterea Antiſtes *b* Canuſinæ Eccleſiæ ad eumdem Domini famulum venire conſueverat, quem vir Dei pro vitæ ſuæ merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu Regis Totilæ & Romanæ Urbis perditione colloquium haberet, dixit : Per hunc Regem civitas iſta deſtruetur, ut jam amplius non inhabitetur. Cui vir Domini reſpondit : Roma a Gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus coruſcis, & turbinibus, ac terræ motu fatigata marceſcet in ſemetipſa. Cujus prophetiæ myſteria nobis jam facta ſunt luce clariora, qui in hac urbe diſſoluta mœnia, everſas domos, deſtructas Eccleſias turbine cernimus, ejuſque ædificia longo ſenio laſſata, quia ruinis crebreſcentibus proſternantur videmus : quamvis hoc HONORATUS ejus diſcipulus, cujus mihi relatione compertum eſt, nequaquam ex ore illius audiſſe ſe perhibet ; ſed quia hoc dixerit, dictum ſibi a Fratribus fuiſſe teſtatur.

CAPUT XVI.

De Clerico a dæmonio liberato.

25. EODEM quoque tempore quidam Aquinenſis Eccleſiæ Clericus dæmonio vexabatur, qui a venerabili viro CONSTANTIO Eccleſiæ ejuſdem Antiſtite per multa fuerat Martyrum loca tranſmiſſus ut ſanari potuiſſet. Sed Sancti Dei Martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, ut quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. *c* Ductus itaque eſt ad Omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui JESU-CHRISTO Domino preces fundens, antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcepit, dicens : Vade, & poſt hæc carnem non comedas, ad ſacrum vero Ordinem numquam accedere præſumas, quacumque autem die ſacrum Ordinem temerare præſumpſeris, ſtatim juri diaboli iterum mancipaberis. Diſceſſit igitur Clericus ſanus, & ſicut terrere ſolet animum pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, in-

a Inde apparet, hunc Totilæ cum S. Benedicto congreſſum accidiſſe anno octavo belli Gothici pene exacto, (quod anno Chriſti 542. reſpondet) cum Totilas jam annum integrum regnaſſet : nam undecim annis Italiæ principatu poſitus eſt : Cui calculo favet Procopius in libro 3. de bello Gothico, dum ſub initium anni octavi hujuſce belli ita ſcribit. *Caſena deinde mox Totilas ac Petra præſidia cepit, & paulopoſt ſe in Tuſciam contulit, locique in ea jam pertentavit, cum ad ſe nemo concederet, amne Tyberino tranſmiſſo . . . ad Campanos & Samnites divertit.* Caſinum autem Campaniæ vicinum, in Samnitibus ſitum eſt.

b Sabinus vocatur in actis S. Placidi num. 42. Canuſia vero urbs eſt Apuliæ Peucetiæ ad Aufidum fluvium, a Cannis tribus millibus diſtans.

c S. Benedictus ſimile quid erga B. Remigium præſtitiſſe legitur, qua de re fuſius in Præfatione egimus.

interim cuſtodivit. Cum vero poſt annos multos omnes priores illius de hac lu- ANCHR.
ce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in ſacris ordinibus cerneret, 543
verba viri Dei quaſi ex longinquo tempore oblitus poſtpoſuit, atque ad ſacrum 21. Mart.
ordinem acceſſit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eumque vexare
quouſque animam ejus excuteret, non ceſſavit.

26. PETRUS. Iſte vir Dei Divinitatis, ut video, etiam ſecreta penetravit: Sancti quo-
qui perſpexit hunc Clericum idcirco diabolo traditum, ne ad ſacrum Ordinem modo con-
accedere auderet. ſcii ſecreto-
rum Dei.

GREGORIUS. Quare Divinitatis ſecreta non noſſet, qui Divinitatis præce-
pta ſervavit, cum ſcriptum ſit: *Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt?* 1. Cor. 6.

PETRUS. Si unus ſit cum Domino ſpiritus qui Domino adhæret, quid eſt
quod iterum iſdem egregius prædicator dicit: *Quis novit ſenſum Domini, aut* Rom. 11.
quis conſiliarius ejus fuit? Valde enim eſſe inconveniens videtur, ejus ſenſum cum
quo unus factus fuerit, ignorare.

GREGORIUS. Sancti viri in quantum cum Domino unum ſunt, ſenſum
Domini non ignorant. Nam iſdem quoque Apoſtolus dixit: *Quis enim ſcit ho-* 1. Cor. 2.
minum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt ne-
mo cognovit, niſi ſpiritus Dei: qui ut ſe oſtenderet noſſe quæ Dei ſunt, adjunxit:
Nos autem non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt. Hinc
iterum dicit: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit,*
quæ præparavit Deus diligentibus ſe, nobis autem revelavit per ſpiritum ſuum.

PETRUS. Si ergo eidem Apoſtolo ea quæ Dei ſunt per Dei ſpiritum fuerant
revelata, quomodo ſuper hoc quod propoſuit, præmiſit dicens: *O altitudo di-* Rom. 1.
vitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inve-
ſtigabiles viæ ejus? ſed rurſum mihi hæc dicenti alia ſuboritur quæſtio. Nam Da-
vid Propheta Domino loquitur dicens: *In labiis meis pronunciavi omnia judicia* Pſal. 118.
oris tui. Et cum minus ſit noſſe quam etiam pronunciare, quid eſt quod Pau-
lus incomprehenſibilia eſſe Dei judicia aſſerit, David autem hæc ſe omnia non
ſolum noſſe, ſed etiam in labiis pronunciaſſe teſtatur?

GREGORIUS. Ad utraque hæc tibi ſuperius ſub brevitate reſpondi, di-
cens, quod ſancti viri inquantum cum Deo unum ſunt, ſenſum Domini non
ignorant. Omnes enim qui devote Dominum ſequuntur, etiam devotione cum
Domino ſunt, & adhuc carnis corruptibilis pondere gravati cum Deo non ſunt.
Occulta itaque Dei judicia in quantum * Deo conjuncti ſunt, ſciunt; inquan- * al. deeſt
tum disjuncti ſunt, neſciunt: quia enim ſecreta ejus adhuc perfecte non pe- Deo.
netrant, incomprehenſibilia ejus judicia eſſe teſtantur. Quia vero ei mente inhæ-
rent, atque inhærendo vel ſacræ ſcripturæ eloquiis vel occultis revelationibus
in quantum accipiunt, agnoſcunt, hæc & norunt & pronunciant. Judicia igi-
tur quæ Deus tacet, neſciunt; quæ Deus loquitur, ſciunt. Unde & David
Propheta cum dixiſſet; *In labiis meis pronunciavi omnia judicia*, protinus addi-
dit, *Oris tui*; ac ſi aperte dicat: Illa ego judicia noſſe & pronunciaſſe potui,
quæ te dixiſſe cognovi. Nam ea quæ ipſe non loqueris, noſtris proculdubio
cognitionibus abſcondis. Concordat ergo Prophetica Apoſtolicaque ſententia:
quia & incomprehenſibilia ſunt Dei judicia, & tamen quæ de ore ejus prola-
ta fuerint, humanis labiis pronunciantur; quoniam ſciri ab hominibus & pro-
lata per Deum poſſunt, & occultata non poſſunt.

PETRUS. In objectione meæ quæſtiunculæ patuit cauſa rationis. Sed quæ-
ſo te, ſi qua ſunt adhuc de hujus viri virtutibus ſubjunge.

CAPUT XVII.

De prophetia deſtructionis Monaſterii ſui.

27. GREG. VIR quidam nobilis * THEOPROBUS nomine, ejuſdem * al. Theo-
Benedicti Patris fuerat admonitione converſus, qui pro vi- propus.
tæ ſuæ merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cum
qua-

AN.CHR. quadam die ejus cellam fuiſſet ingreſſus, hunc amariſſime flentem reperit.
543 Cumque diu ſubſiſteret, ejuſque non finiri lacrymas videret, nec tamen, ut
21. Mart. vir Dei conſueverat, orando plangeret, ſed mœrendo; quænam cauſa tanti luctus exiſteret, inquiſivit. Cui vir Dei illico reſpondit: Omne hoc Monaſterium quod conſtruxi, & cuncta quæ Fratribus præparavi, omnipotentis Dei judicio Gentibus tradita ſunt. Vix autem obtinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cujus vocem tunc Theoprobus audivit, nos autem cernimus, qui deſtructum modo a Langobardorum gente ejus Monaſterium ſcimus. Nocturno enim tempore & quieſcentibus Fratribus, nuper *a* illic Langobardi ingreſſi ſunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illic tenere potuerunt: ſed implevit omnipotens Deus quod fideli famulo Benedicto promiſerat, ut ſi res Gentibus traderet, animas cuſtodiret. Qua in re Pauli vicem tenuiſſe video Benedictum, cujus dum navis rerum omnium jacturam pertulit, ipſe in conſolatione vitam omnium qui eum comitabantur, accepit.

CAPUT XVIII.

De flaſcone ſublato & per ſpiritum cognito.

28. QUODAM quoque tempore EXHILARATUS noſter, quem ipſe converſum noſti, tranſmiſſus a domino ſuo fuerat, ut Dei viro in Monaſterium vino plena duo lignea vaſcula, quæ vulgo flaſcones *b* vocantur, deferret: qui unum detulit, alterum vero pergens in itinere abſcondit. Vir autem Domini quem facta abſentia latere non poterant, unum cum gratiarum actione ſuſcepit, & diſcedentem puerum monuit, dicens: Vide, fili, de illo flaſcone quem abſcondiſti jam non bibas, ſed inclina illum caute, & invenies quid intus habet. Qui confuſus valde a Dei homine exivit: & reverſus volens adhuc probare quod audierat, cum flaſconem inclinaſſet, de eo protinus ſerpens egreſſus eſt. Tunc prædictus Exhilaratus puer, per hoc quod in vino reperit, expavit malum quod fecit.

CAPUT XIX.

De mappulis a ſervo Dei acceptis.

29. NON longe autem a Monaſterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione converſa. Ibi quoque quædam Sanctimoniales feminæ inerant, & cre-

a Monaſterii Caſſinenſis everſio non contigit anno Chriſti 589. ut Wion, Carolus Sigonius, Haeftenus, aliique plures contendunt. Siquidem Gregorius Magnus in principio ſecundi libri Dialogorum ſcribit, Valentinianum S. Benedicti diſcipulum *multis annis*, antequam ipſe ſcribendis Dialogis operam daret, præfuiſſe Monaſterio Lateranenſi: quod quidem a Monachis Caſſinatibus poſt illam ſui Cœnobii deſtructionem primum habitari cœpit. Cum igitur Gregorius anno tertio ſui Pontificatus evoluto, id eſt, ineunte anno Chriſti 593. libros Dialogorum aggreſſus ſit, (ut manifeſte colligitur ex lib. 4. capp. 36. 47. & 55.) decem ſaltem annis Caſſinenſis everſio præceſſiſſe debuit, ut Valentinianus Lateranenſi Cœnobio *multis annis* præfuiſſe dici potuerit tum, cum Gregorius ſecundum librum Dialogorum adortus eſt. Nec refert, quod deſtructio illa Gregorio Dialogos ſcribenti hoc loco *nuper* dicatur. Nam, *nuper* nonnumquam de longiori tempore dicitur, ut probat Carolus Stephanus in Dictionario: immo Gregorius ipſe hanc vocem in eum ſenſum ſæpius uſurpat. Duo tantum loca profero. Unum ex libri 3. Dialog. cap. 8. in quo ita loquitur. *Vir quoque venerabilis vitæ Conſtantius Aquinæ civitatis Epiſcopus fuit, qui* NUPER *prædeceſſoris mei tempore beatæ memoriæ Joannis Papæ defunctus eſt*. Itaque *nuper* in viginti annos & amplius protenditur: ſiquidem Joannes Papa tertius, ſub quo Conſtantius *nuper* defunctus Gregorio dicitur, anno 573. diem clauſit. Alter locus extat in ejuſdem libri cap. 26. NUPER, inquit Gregorius, *in Samnii provincia quidam venerabilis vir Menas nomine .... ante hoc fere eſt decennium defunctus*. Nihil clarius, en *nuper* porrectum ultra decennium, alibi ultra vicennium. Clades igitur Monaſterio Caſſinenſi a Langobardis illata referenda eſt ad annum circiter 580. cum jam ſedem Romanam tenebat Pelagius ſecundus, qui Lateranenſem Baſilicam Monachis Caſſinatibus adſignaſſe legitur in lib. 1. Chron. Caſſin. cap. 2. Inſtauratio vero ejuſdem Cœnobii a Petronace curata, ſub Gregorio ſecundo incepta, nimirum circa annum 720. demum ſub Gregorio tertio abſoluta eſt, ut erudite probat V. C. Angelus de Nuce in caput 2. libri Chron. Caſſin. Nihil moror, vel Paulum Diaconum, qui centum & decem annos; vel Leonem Oſtienſem, qui centum viginti; vel denique Petrum Diaconum, qui centum ac triginta annos inter hanc Cœnobii Caſſinenſis ruinam, ac primam ejus inſtaurationem numerant. Hi enim Auctores nihil certi hac de re videntur reſciviſſe, quod maxime probat eorum diſſenſio; vel chronologici eorum characteres ab amanuenſibus vitiati ſunt.

b Flaſcones vaſa ſunt figulina, vel vitrea, vel ſtannea, conſervando vino idonea, ſic dicta a Germanica voce *flaſch*, aut *floſche*, Gal. *flacon*, ex qua Græci recentiores φλάσκαι & ſimilia efformarunt.

crebro illuc pro exhortandis animabus Fratres ſuos mittere Benedictus Dei fa-mulus curabat. Quadam vero die miſit ex more, ſed is qui miſſus fuerat Monachus, poſt admonitionem factam, a Sanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit, ſibique eas abſcondit in ſinu. Qui mox ut reverſus eſt, eum vir Dei vehementiſſima amaritudine cœpit increpare, dicens: Quomodo ingreſſa eſt iniquitas in ſinum tuum? At ille obſtupuit, & quid egiſſet oblitus, unde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Numquid ego illic præſens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepiſti, tibique eas in ſinum miſiſti? Qui mox ejus veſtigiis provolutus, ſtulte ſe egiſſe pœnituit, & eas quas in ſinu abſconderat, mappulas projecit.

AN.CHR. 543

21. Mart.

CAPUT XX.

De ſuperba cogitatione pueri per ſpiritum cognita.

30. QUADAM quoque die, dum venerabilis Pater veſpertina jam hora corporis alimenta perciperet, ejus Monachus cujuſdam Defenſoris *a* filius fuerat, qui ei ante menſam lucernam tenebat. Cumque vir Dei ederet, ipſe autem cum lucernæ miniſterio adſtaret, cœpit per ſuperbiæ ſpiritum in mente ſua tacitus volvere, & per cogitationem dicere: Quis eſt hic, cui ego manducanti adſiſto, lucernam teneo, ſervitium impendo? Quis ſum ego ut iſti ſerviam? Ad quem vir Dei ſtatim converſus vehementer eum cœpit increpare, dicens: Signa cor tuum, Frater, quid eſt quod loqueris? ſigna cor tuum. Vocatiſque ſtatim Fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipſum vero juſſit a miniſterio recedere, & ſibi hora eadem quietum reſidere. Qui requiſitus a Fratribus quid habuerit in corde, per ordinem narravit, quanto ſuperbiæ ſpiritu intumuerat, & quæ contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit, quod venerabilem Benedictum latere nihil poſſet, in cujus aure etiam cogitationis verba ſonuiſſent.

CAPUT XXI.

De ducentis farinæ modiis ante Cellam inventis tempore famis.

31. ALIO quoque tempore *b* in eadem Campaniæ regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coanguſtabat. Jamque in Benedicti Monaſterio triticum deerat; panes vero pene omnes conſumpti fuerant, ut non pluſquam quinque ad refectionis horam Fratribus inveniri potuiſſent. Cumque eos Venerabilis Pater contriſtatos cerneret, eorum puſillanimitatem ſtuduit modeſta increpatione corrigere, & rurſum promiſſione ſublevare, dicens: Quare de panis inopia veſter animus contriſtatur? hodie quidem minus eſt, ſed die craſtina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modii ante fores Cellæ in ſaccis inventi ſunt, quos omnipotens Deus, quibus deferentibus tranſmiſiſſet, nunc uſque manet incognitum. Quod cum Fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt jam de abundantia nec in egeſtate dubitare.

32. PETRUS. Dic, quæſo te; numquidnam credendum eſt huic Dei famulo ſemper prophetiæ ſpiritum adeſſe potuiſſe, an per intervalla temporum ejus mentem prophetiæ ſpiritus implebat?

An prophetiæ ſpiritus Prophetis ſemper inſit.

GREGORIUS. Prophetiæ ſpiritus, Petre, Prophetarum mentes non ſemper irradiat: quia ſicut de ſancto Spiritu dictum eſt, *ubi vult ſpirat*: ita ſciendum

Joan. 3. 6.

a Defenſores olim duplicis generis erant, politici nimirum & Eccleſiaſtici: hi Eccleſiarum, pauperum ac viduarum; illi orbium, locorum, ac provinciarum cauſas ac negotia curabant. Vide Haeſtenum ad hunc locum, Angelum de Nuce in cap. 37. libri 4. Chronici Caſſinenſis.

b Nempe anno 538. juxta Procopium in libro 2. de bello Gothico, qui famem per totam Italiam graſſatam refert. Verum Gregorii inſtituto ſat fuit Campaniæ meminiſſe. Sacci, de quibus hic, a Caſſinenſibus diu ſervati, Theani in Monaſterii conflagratione conſumpti ſunt, Chronic. Caſſin. lib. 1. c. 48.

AN.CHR. dum eſt quia & quando vult adſpirat. Hinc eſt enim quod Nathan a Rege re-
543 quiſitus, ſi conſtruere templum deberet, prius conſenſit, & poſtmodum prohi-
21. Mart. buit. Hinc eſt quod Heliſeus cum flentem mulierem cerneret, cauſamque ne-
2. Reg. 7. ſciret *, ad prohibentem hanc puerum dicit: *Dimitte eam, quia anima ejus*
4. Reg. 4. *in amaritudine eſt, & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi*. Quod om-
* al. neſciſſet. nipotens Deus ex magnæ pietatis diſpenſatione diſponit: quia dum prophetiæ ſpiritum aliquando dat, & aliquando ſubtrahit, prophetantium mentes & elevat in celſitudine, & cuſtodit in humilitate: ut & accipientes ſpiritum, inveniant quid de Deo ſint; & rurſum prophetiæ ſpiritum non habentes, cognoſcant quid ſint de ſemetipſis.

PETRUS. Ita hoc eſſe ut aſſeris, magna ratio clamat. Sed quæſo de venerabili Patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit, exequere.

CAPUT XXII.

De fabrica Monaſterii Terracinenſis per viſionem diſpoſita.

33. GREG. ALIO quoque tempore a quodam fideli viro fuerat rogatus, ut in ejus prædio juxta Terracinenſem *a* urbem miſſis diſcipulis conſtruere Monaſterium debuiſſet. Qui roganti conſentiens, deputatis Fratribus Patrem conſtituit, & quis ei ſecundus eſſet, ordinavit. Quibus euntibus ſpopondit, dicens: Ite & die illo ego venio, & oſtendo vobis in quo loco Oratorium, in quo Refectorium Fratrum, in quo ſuſceptionem hoſpitum, vel quæque ſunt neceſſaria ædificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt, & conſtitutum diem magnopere præſtolantes, paraverunt omnia quæ his qui cum tanto Patre venire potuiſſent, videbantur eſſe neceſſaria. Nocte vero eadem qua promiſſus illuceſcebat dies, eidem ſervo Dei, quem illie Patrem conſtituerat, atque ejus Præpoſito vir Domini in ſomnis apparuit, & loca ſingula, ubi quid ædificare debuiſſent, ſubtiliter deſignavit. Cumque utrique a ſomno ſurgerent, ſibi invicem quod viderant, retulerunt. Non tamen viſioni illi omnimodo fidem dantes, virum Dei ſicut ſe venire promiſerat, expectabant. Cumque vir Dei conſtituto die minime veniſſet, ad eum cum mœrore reverſi ſunt, dicentes: Expectavimus, Pater, ut venires, ſicut promiſeras, & nobis oſtenderes ubi quid ædificare deberemus, & non veniſti. Quibus ipſe ait: Quare, Fratres, quare iſta dicitis? Numquid ſicut promiſi, non veni? Cui cum ipſi dicerent, Quando veniſti? reſpondit: Numquid utriſque vobis dormientibus non apparui, & loca ſingula deſignavi? Ite & ſicut per viſionem vidiſtis, omne habitaculum Monaſterii ita conſtruite. Qui hæc audientes vehementer admirati, ad prædictum prædium ſunt reverſi, & cuncta habitacula, ſicut ex revelatione didicerant, conſtruxerunt.

PETRUS. Doceri velim, quo fieri ordine potuit, ut longe iret, reſponſum dormientibus diceret, quod ipſi per viſionem viderent, & recognoſcerent.

GREGORIUS. Quid eſt hoc quod perſcrutans rei geſtæ ordinem ambigis,
Daniel 14. Petre? Liquet profecto, quia mobilioris naturæ eſt ſpiritus quam corpus. Et
4. certe ſcriptura teſte novimus, quod Propheta ex Judæa ſublevatus, repente eſt cum prandio in Chaldæa depoſitus, quo videlicet prandio Prophetam refecit, ſeſeque repente in Judæa iterum invenit. Si igitur tam longe Abacuc potuit ſub momento corporaliter ire, & prandium deferre, quid mirum ſi Benedictus Pater obtinuit, quatenus iret per ſpiritum, & Fratrum quieſcentium ſpiritibus neceſſaria narraret: ut ſicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iſte ad inſtitutionem ſpiritalis vitæ ſpiritaliter pergeret?

PETRUS. Manus tuæ locutionis terſit a me, fateor, dubietatem mentis. Sed velim noſſe in communi locutione qualis iſte vir fuerit.

CA-

---

a Monaſterium hoc Terracinenſe (quæ urbs eſt Latii novi, ad oram maris Tyrrheni, Uſente fluvio irrigata) Stephani Protomartyris nomen hodieque ſortitur.

CAPUT XXIII.

De ancillis Dei quæ poſt mortem per oblationem communioni ſunt redditæ.

34. GREG. VIX ipſa, Petre, communis ejus locutio a virtutis erat pondere vacua, quia cujus cor ſeſe in alta ſuſpenderat, nequaquam verba de ore illius incaſſum cadebant. Si quid vero unquam non jam decernendo, ſed minando diceret, tantas vires ſermo illius habebat, ac ſi hoc non dubie atque ſuſpenſe, ſed jam per ſententiam protuliſſet. Nam non longe ab ejus Monaſterio duæ quædam Sanctimoniales feminæ nobiliori genere exortæ, in loco proprio converſabantur, quibus quidam religioſus vir ad exterioris vitæ uſum præbebat obſequium. Sed ſicut nonnullis ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe ceteris aliquid fuiſſe meminerunt; necdum prædictæ Sanctimoniales feminæ perfecte linguam ſub habitus ſui fræno reſtrinxerant, & eumdem religioſum virum qui ad exteriora neceſſaria eis obſequium præbebat, incautis ſæpe ſermonibus ad iracundiam provocabant. Qui cum diu iſta toleraret, perrexit ad Dei hominem, quantaſque pateretur verborum contumelias, enarravit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mandavit dicens: Corrigite linguam veſtram, quia ſi non emendaveritis, excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis ſententiam non proferendo intulit, ſed intentando. Illæ autem a priſtinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ ſunt, atque in Eccleſia ſepultæ. Cumque in eadem Eccleſia Miſſarum ſolemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret: Si quis non communicat, det locum; nutrix earum quæ pro eis oblationem Domino deferre conſueverat, eas de ſepulchris ſuis progredi, & exire Eccleſiam videbat. Quod dum ſæpius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Eccleſiam permanere non poterant, ad memoriam rediit, quæ vir Dei illis adhuc viventibus mandavit. Eas quippe ſe communione privare dixerat, niſi mores ſuos & verba corrigerent. Tunc ſervo Dei cum gravi mœrore indicatum eſt, qui manu ſua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, & hanc oblationem *a* pro eis offerri Domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuiſſet immolata, & a Diacono juxta morem fuiſſet clamatum, ut non communicantes ab Eccleſia exirent, illæ exire ulterius ab Eccleſia viſæ non ſunt. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communione privati ſunt, minime recederent, communionem a Domino per ſervum Domini recepiſſent.

PETRUS. Mirum valde, quamvis venerabilem & ſanctiſſimum virum, adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuiſſe animas ſolvere in illo jam inviſibili judicio conſtitutas.

GREGORIUS. Numquidnam, Petre, in hac adhuc carne non erat, qui audiebat: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum in cœlis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis?* Cujus nunc vicem ligandi, & ſolvendi obtinent, qui locum ſancti regiminis fide & moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, cœli & terræ conditor in terram venit e cœlo; atque ut judicare caro etiam de ſpiritibus poſſit, hoc ei largiri dignatus eſt factus pro hominibus Deus caro: quia inde ſurrexit ultra ſe infirmitas noſtra, unde ſub ſe infirmata eſt firmitas Dei. Matth. 15.

PETRUS. Cum virtute ſignorum concorditer loquitur ratio verborum.

CAPUT XXIV.

De puerulo Monacho quem ſepultum terra projecit.

35. GREG. QUADAM quoque die dum quidam ejus puerulus Monachus parentes ſuos ultra quam debebat diligens, atque ad eorum ta-

a Gabriel Albaſpinæus in libri 1. Obſervatione 10. duo probat ad hunc locum illuſtrandum adprime idonea. Primum, oblationes olim fuiſſe inſtar modi ſeu facultatis cujuſdam, qua jus communionis comparabatur, quando illæ ab Eccleſia altari impoſitæ & repræſentatæ Deo a Sacerdotibus erant. Alterum poſt mortem jus communionis a quo vivus quis exciderat, poſſe recuperari, ſi modo extremum vitæ diem in pœnitentia terminaſſet.

AN.CHR. bernaculum tendens, ſine benedictione de Monaſterio exiſſet, eodem die mox
543 ut ad eos pervenit, defunctus eſt. Cumque eſſet ſepultus, die altero proje-
21.Mart. ctum foras corpus ejus inventum eſt. Quod rurſus tradere ſepulturæ curaverunt: ſed ſequenti die iterum projectum exterius, atque inhumatum ſicut prius invenerunt. Tunc concite ad Benedicti Patris veſtigia currentes, cum magno fletu petierunt, ut ei ſuam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Domini manu ſua protinus communionem Dominici corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc Dominicum corpus ſuper pectus ejus cum magna reverentia ponite, eumque ſepulturæ ſic tradite a. Quod dum factum fuiſſet, ſuſceptum corpus ejus terra tenuit, nec ultra projecit. Perpendis, Petre, apud JESUM-CHRISTUM Dominum, cujus meriti iſte vir fuerit; ut ejus corpus etiam terra projecerit, qui Benedicti gratiam non haberet?

PETRUS. Perpendo plane, & vehementer ſtupeſco.

CAPUT XXV.

De Monacho, qui ingrato eodem Monaſterio diſcedens, draconem contra ſe in itinere invenit.

36. GREG. QUIDAM autem ejus Monachus mobilitati mentem dederat, & permanere in Monaſterio nolebat. Cumque eum vir Dei aſſidue corriperet, & frequenter admoneret; ipſe vero nullo modo conſentiret in Congregatione perſiſtere, atque importunis precibus, ut relaxaretur immineret; quadam die iſdem venerabilis Pater nimietatis ejus tædio affectus, iratus juſſit ut diſcederet. Qui mox ut Monaſterium exiit, contra ſe aſſiſtere aperto ore draconem in itinere invenit. Cumque eum iſdem draco qui apparuerat, devorare vellet, cœpit ipſe tremens, & palpitans magnis vocibus clamare dicens: Currite, currite, quia draco iſte me devorare vult. Currentes autem Fratres, draconem minime viderunt, ſed trementem atque palpitantem Monachum ad Monaſterium reduxerunt. Qui ſtatim promiſit numquam ſe eſſe jam a Monaſterio receſſurum, atque ex hora eadem in ſua promiſſione permanſit: quippe qui ſancti viri orationibus contra ſe aſſiſtere draconem viderat, quem prius non videndo ſequebatur.

CAPUT XXVI.

De elephantioſo curato.

* Sic MSS. 37. SED neque hoc ſilendum puto, quod illuſtri viro * APTONIO narrante cognovi, qui ajebat Patris ſui puerum morbo elephantino fuiſſe correptum, ita ut jam pilis cadentibus cutis intumeſceret, atque increſcentem ſaniem occultare non poſſet. Qui ad virum Dei ab eodem Patre ejus miſſus eſt, & ſaluti priſtinæ ſub omni celeritate reſtitutus.

CAPUT XXVII.

De ſolidis per miraculum debitori redditis.

38. NEQUE illud taceam, quod ejus diſcipulus, PEREGRINUS nomine, narrare conſueverat: quia die quadam fidelis vir quidam neceſſitate debiti compulſus, unum ſibi fore remedium credidit, ſi ad Dei virum pergeret,

---

a Ex his verbis patet, ſacram Euchariſtiam non modo ſupra extincti pueri pectus poſitam, ſed etiam cum eo ſepultam: quæ res non ſemel ab antiquis uſurpata, contraria non eſt canoni 6. Concilii III. Carthag. aut canoni 12. Concilii Autiſſiodorenſis, quibus definitur non licere mortuis Euchariſtiam dare. Nam hæc Concilia agunt in eos, qui Euchariſtiam in os defunctorum gratia communionis inferebant, non qui eam defunctorum pectoribus imponebant, ut recte obſervavit Menardus noſter in Sacramentarium S. Gregorii pag. 268. Lege Albaſpinæum in Obſervatione 8. libri 1. & Angelum de Nuce in hunc locum.

ret, & quæ eum urgeret debiti neceſſitas indicaret. Venit itaque ad Monaſterium, omnipotentis Dei famulum repetit : quia a creditore ſuo pro duodecim ſolidis graviter affligeretur, intimavit. Cui venerabilis Pater nequaquam ſe habere duodecim ſolidos reſpondit, ſed tamen ejus inopiam blanda locutione conſolatus, ait : Vade, & poſt biduum revertere: quia deeſt hodie quod tibi debeam dare. In ipſo autem biduo more ſuo in oratione fuit occupatus. Cum die tertio is qui neceſſitate debiti affligebatur rediret, ſuper arcam Monaſterii, quæ erat frumento plena, ſubito tredecim ſolidi ſunt inventi. Quos vir Dei deferri juſſit, & afflicto petitori tribuit, dicens, ut duodecim redderet, & unum in expenſis propriis haberet. AN.CHR. 543 21. Mart.

39. Sed ad ea nunc redeam, quæ ejus diſcipulis in libri hujus exordio prædictis referentibus agnovi. Quidam vir graviſſima adverſarii ſui æmulatione laborabat, cujus ad hoc uſque odium prorupit, ut ei neſcienti in potu venenum daret. Qui quamvis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutavit, ita ut diffuſa in corpore ejus varietas, lepræ morem imitari videretur. Sed ad Dei hominem deductus, ſalutem priſtinam citius recepit : nam mox ut eum tetigit, omnem cutis illius varietatem fugavit. Veneno infectum ſanat.

CAPUT XXVIII.

De ampulla vitrea in ſaxis projecta, & non fracta.

40. EO quoque tempore quo alimentorum inopia Campaniam graviter affligebat, vir Dei diverſis indigentibus Monaſterii ſui cuncta tribuerat, ut pene nihil in Cellario niſi parum quid olei in vitreo vaſe remaneret. Tunc quidam Subdiaconus, AGAPITUS nomine, advenit, magnopere poſtulans, ut ſibi aliquantulum olei dari debuiſſet. Vir autem Domini qui cuncta decreverat in terra tribuere, ut in cœlo omnia reſervaret : hoc ipſum parum quod remanſerat olei, juſſit petenti dari. Monachus vero qui Cellarium tenebat, audivit quidem jubentis verba, ſed implere diſtulit. Cumque poſt paululum ſi id quod juſſerat, datum eſſet inquireret, reſpondit Monachus ſe minime dediſſe : quia ſi illud ei tribueret, omnino nihil Fratribus remaneret. Tunc iratus aliis præcepit, ut hoc ipſum vas vitreum in quo parum olei remanſiſſe videbatur, per feneſtram projicerent, ne in Cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumque eſt. Sub feneſtra autem eadem ingens præcipitium patebat ſaxorum molibus * aſperum. Projectumque ita vas vitreum venit in ſaxis, ſed ſic manſit incolume, ac ſi projectum minime fuiſſet : ita ut neque frangi, neque oleum effundi potuiſſet. Quod vir Domini præcepit levari, atque ut erat integrum petenti tribui. Tunc collectis Fratribus, inobedientem Monachum de infidelitate ſua & ſuperbia coram omnibus increpavit. * al. aſperſum.

CAPUT XXIX.

De dolio vacuo, & oleo repleto.

41. QUA increpatione completa, ſeſe cum eiſdem Fratribus in orationem dedit. In eo autem loco ubi cum Fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cumque ſanctus vir in oratione perſiſteret, cœpit operimentum ejuſdem dolii oleo excreſcente ſublevari. Quo commoto atque ſublevato, oleum quod excreverat, ora dolii tranſiens, pavimentum loci in quo incubuerant, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus, ut aſpexit, protinus orationem complevit, atque in pavimentum oleum defluere ceſſavit. Tunc diffidentem inobedientemque Fratrem latius admonuit, ut fidem habere diſceret & humilitatem. Iſdem vero Frater ſalubriter correptus erubuit : Quia venerabilis Pater virtutem omnipotentis Domini, quam admonitione intimaverat, miraculis oſtendebat : nec erat jam ut quiſquam de ejus promiſſionibus dubitare poſſet, qui in uno eodemque momento pro vitreo vaſe pene vacuo plenum oleo dolium reddidiſſet.

AN.CHR. 543 21. Mart.

CAPUT XXX.

De Monacho a dæmonio liberato.

42. QUADAM die dum ad beati Joannis Oratorium, quod in ipſa montis celſitudine ſitum eſt, pergeret, ei antiquus hoſtis in mulo-medici *a* ſpecie obviam factus eſt, cornu, & tripedicam ferens. Quem cum requiſiſſet, dicens: Quo vadis? Ille reſpondit: Ecce ad Fratres vado potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis Pater Benedictus ad orationem, qua completa concitus rediit. Malignus vero ſpiritus unum ſeniorem Monachum invenit aquam haurientem, in quem ſtatim ingreſſus eſt, eumque in terram projecit, & vehementiſſime vexavit. Quem cum vir Dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conſpiceret, ei ſolummodo alapam dedit, & malignum ab eo ſpiritum protinus excuſſit, ita ut ad eum redire ulterius non auderet.

An Sancti oratione ſemper uti debeant ad patranda miracula.

43. PETRUS. Velim noſſe, ſi hæc tanta miracula, virtute ſemper orationis impetrabat, an aliquando etiam ſolo voluntatis exhibebat nutu.

GREGORIUS. Qui devota mente Deo adhærent, cum rerum neceſſitas expoſcit, exhibere ſigna modo utroque ſolent, ut mira quæque aliquando ex prece faciant, aliquando ex poteſtate. Cum enim Joannes dicat: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri.* Quod ſi Filii Dei ex poteſtate ſunt, quid mirum, ſi ſigna facere ex poteſtate valeant? Quia enim utroque modo miracula exhibeant, teſtatur Petrus, qui Tabitham mortuam orando ſuſcitavit; Ananiam vero & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim oraſſe in eorum extinctione legitur, ſed ſolummodo culpam, quam perpetraverant, increpaſſe. Conſtat ergo, quia aliquando hæc ex poteſtate, aliquando vero exhibent ex poſtulatione: dum & iſtis vitam increpando abſtulit, & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis Dei famuli Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc accepta divinitus ex poteſtate, aliud ex oratione potuiſſe.

Jo. 1. 6.

Act. 9. & 5.

CAPUT XXXI.

De ligato ruſtico & ſolo ejus viſu ſoluto.

44. GOTHORUM quidam Galla *b* nomine perfidiæ fuit Arianæ, qui Totilæ Regis eorum temporibus, contra Catholicæ Eccleſiæ religioſos viros ardore immaniſſimæ crudelitatis exarſit, ita ut quiſquis ei Clericus, Monachuſve ante faciem adveniſſet, ab ejus manibus vivus nullo modo exiret. Quadam vero die avaritiæ ſuæ æſtu ſuccenſus, in rapinam rerum inhians, dum quemdam ruſticum tormentis crudelibus affligeret, eumque per ſupplicia diverſa laniaret, victus pœnis ruſticus, ſeſe res ſuas Benedicto Dei famulo commendaſſe profeſſus eſt, ut dum hoc a torquente creditur, ſuſpenſa interim crudelitate ad vitam horæ raperentur. Tunc iſdem Galla ceſſavit ruſticum tormentis affligere, ſed ejus brachia loris fortibus aſtringens, ante equum ſuum cœpit impellere, ut quis eſſet Benedictus, qui ejus res ſuſceperat, demonſtraret. Quem ligatis brachiis ruſticus antecedens duxit ad ſancti viri Monaſterium, eumque ante ingreſſum Cellæ ſolum ſedentem reperit, & legentem. Eidem autem ſubſequenti & ſævienti Gallæ ruſticus dixit: Ecce iſte eſt de

a Hunc locum emendaverunt Haeſtenus, & Angelus de Nuce. Nam cum antes legeretur diſtinctis verbis, *Mulomedici*, unica dictione repoſuerunt, *Mulo-medici*, qua equorum medicum ſignificari volunt. Et *Tripedicam*, quidem ajunt eſſe triplicem pedicam, ſeu laqueum, quo tres equorum pedes impediuntur; *Cornu* vero inſtrumentum, quo ægris jumentis medicina ſeu potio in os infunditur. Huic emendationi favet Zacharias Papa in verſione Græca ita ſcribens, *ἐν σχήματι ἱππιατροῦ*, *in habitu Equimedici*. Quamvis (ut verum fatear) dure admodum ſonet, dæmonem, ut Monachorum tentatorem ageret, Veterinarii formam adſumſiſſe, & triplici pedica uſum. Non vacat dæmonis aſtutiam & artes diſcutere: tantum obſervamus in omnibus noſtris codd. MSS. pro *Tripedicam*, ſcribi *Trepidicam*.

b *Zalla* legitur in nonnullis codd. MSS. Italis quippe proclive eſt G ut Z exprimere. In quodam apographo legimus *Tezalla*.

de quo dixeram tibi, Benedictus Pater. Quem dum fervido ſpiritu, cum perverſæ mentis inſania fuiſſet intuitus, eo terrore quo conſueverat, acturum ſe exiſtimans, magnis cœpit vocibus clamare dicens: Surge, ſurge, & res iſtius ruſtici redde quas accepiſti. Ad cujus vocem vir Dei protinus oculos levavit a lectione, eumque intuitus mox etiam ruſticum, qui ligatus tenebatur, attendit: ad cujus brachia dum oculos deflexiſſet, miro modo tanta ſe celeritate cœperunt illigata brachiis lora diſſolvere, ut diſſolvi tam concite nulla hominum feſtinatione potuiſſent. Cumque is qui ligatus venerat, cœpiſſet ſubito aſtare ſolutus, ad tantæ poteſtatis vim tremefactus Galla ad terram corruit, & cervicem crudelitatis rigidæ ad ejus veſtigia inclinans, orationibus ſe illius commendavit. Vir autem ſanctus a lectione minime ſurrexit, ſed vocatis Fratribus, eum introrſus tolli, ut benedictionem a acciperet, præcepit. Quem ad ſe reductum ut a tantæ crudelitatis inſania quieſcere deberet, admonuit: qui fractus recedens, nihil ulterius petere a ruſtico præſumpſit, quem vir Dei non tangendo, ſed reſpiciendo, ſolverat. Ecce eſt, Petre, quod dixi; quia hi qui omnipotenti Deo familiarius ſerviunt, aliquando mira facere etiam ex poteſtate poſſunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis ſedens repreſſit, loca vero nodoſque ligaturæ quæ innocentis brachia adſtrinxerant, oculis diſſolvit; ipſa miraculi celeritate indicat, quia ex poteſtate acceperat habere quod fecit. Rurſum quoque quale quantumque miraculum orando valuit obtinere, ſubjungam.

AN.CHR. 543 21. Mart.

CAPUT XXXII.

De mortuo ſuſcitato.

45. QUODAM die cum Fratribus ad agri opera fuerat egreſſus: quidam vero ruſticus defuncti filii corpus in ulnis ferens, orbitatis luctu æſtuans, ad Monaſterium venit, Benedictum Patrem quæſivit. Cui cum dictum eſſet, quia iſdem Pater cum Fratribus in agro moraretur, protinus ante Monaſterii januam corpus extincti filii projecit, & dolore turbatus ad inveniendum venerabilem Patrem ſeſe concitus in curſum dedit. Eadem vero hora vir Dei ab agri opere jam cum Fratribus revertebatur. Quem mox ut orbatus ruſticus aſpexit, clamare cœpit: Redde filium meum, redde filium meum. Vir autem Dei in hac voce ſubſtitit dicens: Numquid ego filium tuum abſtuli? Cui ille reſpondit: Mortuus eſt, veni, reſuſcita eum. Quod mox ut Dei famulus audivit, valde contriſtatus eſt, dicens: Recedite, Fratres, recedite, hæc noſtra non ſunt, ſed ſanctorum Apoſtolorum. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non poſſumus portare? At ille quem nimius cogebat dolor, in ſua petitione perſtitit, jurans quod non recederet, niſi ejus filium reſuſcitaret. Quem mox Dei famulus inquiſivit, dicens: ubi eſt? Cui ille reſpondit, Ecce corpus ejus ad januam Monaſterii jacet. Ubi cum vir Dei cum Fratribus perveniſſet, flexit genu, & ſuper corpuſculum infantis incubuit, ſeſeque erigens palmas ad cœlum tetendit dicens: Domine non aſpicias peccata mea, ſed fidem hujus hominis qui reſuſcitari filium ſuum rogat, & redde in hoc corpuſculo animam quam abſtuliſti. Vix in oratione verba compleverat, & regrediente anima ita corpuſculum pueri omne contremuit, ut ſub oculis omnium qui aderant, apparuerit concuſſione mirifica tremendo palpitaſſe. Cujus mox manum tenuit, & eum patri viventem atque incolumem dedit. Liquet, Petre, quia hoc miraculum in poteſtate non habuit, quod proſtratus petiit, ut exhibere potuiſſet.

PETRUS. Sic cuncta eſſe ut aſſeris, conſtat patenter: quia verba quæ propoſueras, rebus probas. Sed quæſo te, indices, ſi ſancti viri omnia quæ volunt poſſunt, & cuncta impetrant quæ deſiderant obtinere.

a Nempe Eulogiam ſeu cibum benedictum, ut ex Zachariæ verſione intelligitur, ὅπως μεταλάβῃ τροφῆς, *ut alimentum acciperet*.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AN. CHR. 543 21. Mart.

CAPUT XXXIII.

De miraculo Scholaſticæ ſororis ejus.

46. GREG. QUISNAM erit, Petre, in hac vita Paulo ſublimior, qui de carnis ſuæ ſtimulo ter Dominum rogavit, & tamen quod voluit, obtinere non valuit? Ex qua re neceſſe eſt, ut tibi de venerabili Patre Benedicto narrem, quia fuit quiddam quod voluit, ſed non valuit implere. Soror namque ejus SCHOLASTICA nomine, omnipotenti Domino ab ipſo infantiæ tempore dedicata, ad eum ſemel per annum venire conſueverat. Ad quam vir Dei non longe extra januam, in poſſeſſione Monaſterii deſcendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum diſcipulis venerabilis ejus deſcendit Frater, qui totum diem in Dei laudibus ſacriſque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris ſimul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad menſam ſederent, & inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret, eadem ſanctimonialis femina ſoror ejus eum rogavit, dicens: Quæſo te ne iſta nocte me deſeras, ut uſque mane aliquid de cœleſtis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille reſpondit: Quid eſt quod loqueris, ſoror? Manere extra Cellam nullatenus poſſum. Tanta vero erat cœli ſerenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audiſſet, inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit, & caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit. Cumque levaret de menſa caput, tanta coruſcationis & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluviæ erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque Fratres qui cum eo aderant, extra loci limen quo conſederant, pedem movere potuiſſent. Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in menſam fuderat, per quas ſerenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius poſt orationem inundatio illa ſecuta eſt: ſed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis, ut de menſa caput jam cum tonitruo levaret; quatenus unum idemque eſſet momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruſcos & tonitruos atque ingentis pluviæ inundationem, videns ſe ad Monaſterium non poſſe remeare, cœpit conqueri contriſtatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, ſoror, quid eſt quod feciſti? Cui illa reſpondit: Ecce te rogavi, & audire me noluiſti: rogavi Dominum meum, & audivit me. Modo ergo ſi potes egredere, & me dimiſſa ad Monaſterium recede. Ipſe autem exire extra tectum non valens, qui remanere ſponte noluit, in loco manſit invitus: ſicque factum eſt, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per ſacra ſpiritalis vitæ colloquia ſeſe vicaria relatione ſatiarent. Qua de re dixi eum voluiſſe aliquid, ſed minime potuiſſe: quia ſi venerabilis viri mentem aſpicimus, dubium non eſt, quod eamdem ſerenitatem voluerit, in qua deſcenderat, permanere: ſed contra hoc quod voluit, in virtute omnipotentis Dei ex feminæ pectore miraculum invenit. Nec mirum quod plus illo femina quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit: quia enim juxta Joannis vocem, *Deus caritas eſt*, juſto valde judicio illa plus potuit, quæ amplius amavit. a

Joan. 1.

PETRUS. Fateor; multum placet quod dicis.

CAPUT XXXIV.

De anima ſororis ejus viſa, qualiter e corpore ſit egreſſa.

47. GREG. CUMQUE die altero eadem venerabilis femina ad Cellam propriam receſſiſſet, vir Dei ad Monaſterium rediit. Cum ecce poſt triduum in Cella conſiſtens, elevatis in aera oculis vidit ejuſdem ſoro-

a Nam Scholaſtica fratrem ſuum tenerius, quam ipſe illam, dilexiſſe videtur.

ſororis ſuæ animam de ejus corpore egreſſam, in columbæ ſpecie cœli ſecreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, ejuſque obitum Fratribus denunciavit. Quos etiam protinus miſit, ut ejus corpus ad Monaſterium deferrent, atque in ſepulcro quod ſibi ipſe paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una ſemper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec ſepultura ſepararet. AN.CHR. 543 21. Mart.

C A P U T XXXV.

De mundo ante ejus oculos collecto, & anima Germani Capuanæ civitatis Epiſcopi.

48. ALIO quoque tempore SERVANDUS Diaconus atque Abbas *a* ejus Monaſterii, quod in Campaniæ partibus a LIBERIO quondam Patricio fuerat conſtructum, ad eum viſitationis gratia, ex more convenerat. Ejus quippe Monaſterium frequentabat, ut quia iſdem quoque vir doctrina gratiæ cœleſtis influebat, dulcia ſibi invicem vitæ verba transfunderent, & ſuavem cibum cœleſtis patriæ, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, ſaltem ſuſpirando guſtarent. Cum vero hora jam quietis exigeret, in cujus turris ſuperioribus ſe venerabilis Benedictus, in ejus quoque inferioribus ſe Servandus Diaconus collocavit: quo videlicet in loco inferiora ſuperioribus pervius continuabat aſcenſus. Ante eamdem vero turrim largius erat habitaculum, in quo utriuſque diſcipuli quieſcebant. Cumque vir Domini Benedictus quieſcentibus adhuc Fratribus inſtans vigiliis, nocturnæ orationis tempora prævениſſet, ad feneſtram ſtans, & omnipotentem Dominum deprecans, ſubito intempeſta noctis hora reſpiciens, vidit fuſam lucem deſuper cunctas noctis tenebras effugaſſe, tantoque ſplendore elareſcere, ut diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiaſſet. Mira autem valde res in hac ſpeculatione ſecuta eſt: quia ſicut poſtea ipſe narravit, omnis etiam mundus velut ſub uno ſolis radio collectus, ante oculos ejus adductus eſt. Qui venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc ſplendore coruſcæ lucis infigeret, vidit GERMANI Capuani Epiſcopi animam in ſphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri. Tunc tanti ſibi teſtem volens adhibere miraculi, Servandum Diaconum iterato bis terque ejus nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuiſſet inſolito tanti viri clamore turbatus, aſcendit, reſpexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obſtupeſcenti miraculum, vir Dei per ordinem quæ fuerant geſta narravit, ſtatimque in Caſſinum caſtrum religioſo viro THEOPROBO mandavit, ut ad Capuanam urbem ſub eadem nocte tranſmitteret, & quid de Germano Epiſcopo ageretur, agnoſceret, & indicaret. Factumque eſt & Reverendiſſimum virum Germanum Epiſcopum is qui miſſus fuerat, jam defunctum reperit, & requirens ſubtiliter agnovit, eodem momento fuiſſe illius obitum, quo vir Domini ejus cognovit aſcenſum.

49. PETRUS. Mira res valde, & vehementer ſtupenda: ſed hoc quod dictum eſt, quia ante oculos ipſius, quaſi ſub uno ſolis radio collectus, omnis mundus adductus eſt, ſicut numquam expertus ſum, ita nec conjicere ſcio quonam ordine fieri poteſt, ut mundus omnis ab homine uno videatur.

GREGORIUS. Fixum tene, Petre, quod loquor: quia animæ videnti Creatorem anguſta eſt omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce Creatoris aſpexerit, breve ei fit omne quod creatum eſt; quia ipſa luce viſionis intimæ mentis laxatus ſinus, tantumque expanditur in Deo, ut ſuperior exiſtat mundo. Fit vero ipſa videntis anima etiam ſuper ſemetipſam: eumque in Dei lumine rapitur ſuper ſe, in interioribus ampliatur: & dum ſe

a Servandus Diaconus & Abbas, cujus hic mentio, præfuit Monaſterio S. Sebaſtiani in urbe Alatrina, quæ quinto lapide Verulis, Caſſino trigínta diſtat, ex actis S. Placidi num. 21. De Libero Patricio legeſis Haeftenum in hunc locum.

AN.CHR. 543 21. Mart.

ſub ſe conſpicit, exaltata comprehendit, quam breve ſit, quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo Dei qui in turri globum igneum, Angelos quoque ad cœlum redeuntes videbat, hæc procul dubio cernere non niſi in Dei lumine poterat. Quid itaque mirum, ſi mundum ante ſe collectum vidit, qui ſublevatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante ejus oculos dicitur, non cœlum & terra contracta eſt, ſed videntis animus dilatatus, qui in Deo raptus, videre ſine difficultate potuit omne quod infra Deum eſt. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis fulſit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum, quia ad ſuperiora rapuit, ei quam anguſta eſſent omnia inferiora monſtravit.

PETRUS. Videor mihi utiliter non intellexiſſe quæ dixeras: quando ex tarditate mea tantum crevit expoſitio tua. Sed quia hæc liquide meis ſenſibus infudiſti, quæſo te ut ad narrationis ordinem redeas.

CAPUT XXXVI.

Quod Regulam Monachorum ſcripſerit.

50. GREG. LIBET, Petre, adhuc de hoc venerabili Patre multa narrare: ſed quædam ejus ſtudioſe prætereo, quia ad aliorum geſta evolvenda feſtino. Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulſit. Nam ſcripſit Monachorum Regulam, * diſcretione præcipuam, ſermone luculentam. Cujus ſi quis velit ſubtilius mores vitamque cognoſcere, poteſt in eadem inſtitutione Regulæ omnes magiſterii illius actus invenire: quia Sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

* in quibuſd. MSS. diſcretione præcipua, ſermone luculento.

CAPUT XXXVII.

De Prophetia ſui exitus Fratribus denunciata.

51. EODEM vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibuſdam Diſcipulis ſecum converſantibus, quibuſdam longe manentibus ſanctiſſimi ſui obitus denunciavit diem: præſentibus indicens, ut audita per ſilentium tegerent, abſentibus indicans, quod vel quale eis ſignum fieret, quando ejus anima de corpore exiret. Ante ſextum vero ſui exitus diem aperiri ſibi ſepulturam jubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari. Cumque per dies ſingulos languor ingraveſceret, ſexta die portari ſe in Oratorium a Diſcipulis fecit, ibique exitum ſuum Dominici corporis & ſanguinis perceptione munivit, atque inter Diſcipulorum manus imbecillia membra ſuſtentans, erectis in cœlum manibus ſtetit, & ultimum ſpiritum inter verba orationis efflavit. Qua ſcilicet die duobus de eo Fratribus *a*, uni in cella commoranti, alteri autem longius poſito, revelatio unius atque indiſſimilis viſionis apparuit. Viderunt namque quia ſtrata palliis atque innumeris coruſca lampadibus via recto Orientis tramite ab ejus Cella in cœlum uſque tendebatur. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cujus eſſet via, quam cernerent, inquiſivit: illi autem ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ipſe ait: Hæc eſt via qua dilectus Domino cœlum Benedictus aſcendit. Tunc itaque ſancti viri obitum ſicut præſentes diſcipuli viderunt, ita abſentes ex ſigno quod eis prædictum fuerat, agnoverunt. Sepultus vero eſt in Oratorio beati Baptiſtæ Joannis, quod deſtructa ara Apollinis ipſe conſtruxit. Qui & in eo ſpecu, in quo prius Sublacus habitavit, nunc uſque ſi petentium fides exigat, miraculis coruſcat.

CA-

a Confer acta S. Mauri num. 18.

AN.CHR. 543 21. Mart.

CAPUT XXXVIII.

De inſana muliere per ejus ſpecum ſanata.

52. NUPER namque eſt res geſta, quam narro. Quia quædam mulier mente capta, dum ſenſum funditus perdidiſſet, per montes & valles, ſilvas & campos die noctuque vagabatur; ibique tantummodo quieſcebat, ubi hanc quieſcere laſſitudo coegiſſet. Quadam vero die dum vaga nimium erraret, ad beati viri Benedicti Patris ſpecum devenit, ibique neſciens ingreſſa manſit. Mane autem facto ita ſanato ſenſu egreſſa eſt, ac ſi eam numquam inſania capitis ulla tenuiſſet, quæ omni vitæ ſuæ tempore in eadem quam acceperat ſalute permanſit.

PETRUS. Quidnam eſſe dicimus quod plerumque in ipſis quoque patrociniis Martyrum ſic eſſe ſentimus, ut non tanta per ſua corpora, quanta beneficia per reliquias oſtendant: atque illic majora ſigna faciant, ubi minime per ſemetipſos jacent?

53. GREGORIUS. Ubi in ſuis corporibus ſancti Martyres jacent, dubium, Petre, non eſt, quod multa valeant ſigna demonſtrare, ſicut & faciunt, & pura mente quærentibus innumera miracula oſtendunt. Sed quia ab infirmis poteſt mentibus dubitari, utrumne ad exaudiendum ibi præſentes ſint, ubi conſtat quia in ſuis corporibus non ſint; ibi eos neceſſe eſt majora ſigna oſtendere, ubi de eorum præſentia poteſt mens infirma dubitare. Quorum vero mens in Deum fixa eſt, tanto magis habet fidei meritum, quanto illic eos novit & non jacere corpore, & tamen non deeſſe ab exauditione. Unde ipſa quoque veritas, ut fidem diſcipulis augeret, dixit: *Niſi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos*. Joan. 16.6. Cum enim conſtet, quia Paraclitus Spiritus ex Patre ſemper procedat & Filio, cur ſe filius receſſurum dicit ut ille veniat, qui a filio numquam recedit? Sed quia Diſcipuli in carne Dominum cernentes, corporeis hunc ſemper oculis videre ſitiebant, recte eis dicitur: *Niſi ego abitro, Paraclitus non veniet*; ac ſi aperte diceretur: Si corpus non ſubſtraho, quis ſit amor ſpiritus non oſtendo, & niſi me deſieritis corporaliter cernere, numquam me diſcetis ſpiritaliter amare.

PETRUS. Placet quod dicis.

GREGORIUS. Aliquantum jam a locutione ceſſandum eſt, ut ſi ad aliorum miracula enarranda tendimus, loquendi vires interim per ſilentium reparemus.

DE EODEM S. BENEDICTO CARMEN,

Auctore Marco Poeta ipſius diſcipulo.

Ex Proſpero Martinengio & aliis.

CÆCA prophanatas coleret dum turba figuras, I. Benedictus Caſſinum purgat.
Et manibus factos crederet eſſe deos;
Templa ruinoſis hæc olim ſtruxerat aris,
Queis dabat obſcœno ſacra cruenta Iovi.
Sed juſſus veniens, eremoque vocatus ab alta,
Purgavit ſanctus hanc BENEDICTUS humum.
Sculptaque confractis dejecit marmora ſignis,
Et Templum vivo præbuit eſſe Deo.
Huc properet, cœlos optat qui cernere apertos,
Nec * removet vocum ſemita dura pium. * an forte remoret.
Semper difficili quæruntur magna labore,
Arctam ſemper habet vita beata viam. II. Auctor Monachus Caſſinenſis.
Huc ego cum ſcelerum depreſſus faſce ſubiſſem,
Depoſitum ſenſi pondus abeſſe mihi.

AN.CHR. 543 21. Mart. Credo quod & felix vita fruar inſuper illa,
Oras pro MARCO *a* ſi BENEDICTE tuo.
Hunc plebs ſtulta locum quondam vocitaverat Arcem,
Marmoreiſque ſacrum fecerat eſſe deis.
Quod tunc ſi vero ſignaſſet nomine quiſquam,
Tartareum potuit jure vocare chaos.
Ad quem cæcatis errantes mentibus ibant
Improba mortifero reddere vota Jovi.
I. Sed puto prævifæ culmen ſignaverat aulæ,
Nomine tunc arcis Templa moderna vocans.
In quibus æternæ damnatur porta gehennæ,
Arxque modo vitæ eſt, quæ fuit ante necis.
De qua ſtelligeri pulſatur janua cæli,
Dum canit Angelicis turba beata modis.
De qua colloqueris vero, Benedicte, Tonanti,
Monticula & ſacri Dux Eremita chori.
III. Benedicto Caſſinum petenti duo Angeli præeunt. Ad quam tu ex alio monitus cum monte venires,
Per deſerta tibi dux, via, Chriſtus erat.
Namque duos juvenes bivium perduxit ad omne,
Qui te firmarent quod ſequereris iter.
Eremita cedit. Hic quoque viventi Juſto prædixerat uni *b*,
His tu parce locis, alter amicus adeſt.
Te ſibi ſublato tenebris mons cœlitus horret,
Et pallet nebulis concolor ipſe ſuis.
Mærent, & largis diſtillant fletibus antra,
Cumque ſuis plangunt tabida luſtra feris.
Teque lacus liquidi vero flevere dolore,
Et ſparſit laceras ſilva ſoluta comas.
IV. Tres corvi obſequuntur. Credar ficta loqui, niſi te, ne ſolus abires,
Tres ſubito corvi promeruere ſequi.
Hic quoque te clauſum populi te teſte requirunt,
Expectas noctis cum pia feſta ſacræ.
Apud Sublacum fontis venam aperit. Qui velut orbati raucis tibi flere querelis
Inſtant, convictu quod caruere tuo.
Aſt huc perducto ſcopuli ceſſere, rubique,
Siccaque mirandas terra retexit aquas.
V. * al. cerum. Caſſini potiora operantur. Certum * eſt mons Chriſti quod montibus imperet ipſis;
Subjecit pedibus mons caput ipſe tuis.
Utque ſuum tu ſancte ſuper vegetere cacumen,
Submiſſo tumidam vertice planat humum.
Neve fatigentur qui te BENEDICTE requirunt,
Molliter obliquum flectit ubique latus.
Hunc mons ipſe tamen juſte tibi reddit honorem,
Qui meruit tantum te decorante bonum.
Arida tu cujus hortis componis amœnis,
Nudaque fecundo palmite ſaxa tegis.
Mirantur ſcopuli fruges, & non ſua poma,
Pomiferiſque viret ſilva * domata comis.
* f. dumata al. decora. Sic hominum ſteriles in fructum dirigis actus,
Sicca ſalutari flumine corda rigans.
Sic rogo nunc ſpinas in frugem verte malignas,
Quæ lacerant Marci pectora bruta tui.

ALIUD

a *Marcus* (inquit Petrus Diaconus de Viris illuſt. Caſſin. cap. 3.) *Patris Benedicti diſcipulus & Caſſinenſis Monachus, vir egregius & in ſcripturis apprime eruditus, de adventu ſanctiſſimi Benedicti ad Caſſinum, de ſitu loci, conſtructioneque Cœnobii elegantiſſime verſus compoſuit.* Et Paulus Diaconus lib. 1. cap. 26. de geſtis Langob. ſic ſcribit. *Hæc omnia ex Marci Poetæ carmine ſumpſi, qui apud eumdem Patrem* (Benedictum) *huc veniens, aliquot verſus in ejus laudem compoſuit.*

b Hic Eremita in Actis S. Placidi num. 21. Martinus appellatur.

ALIUD CARMEN DE EODEM,

Auctore Berthario Abbate Caſſinenſi & Martyre, qui ſæculo IX. floruit.

Ex Proſperi Martinengii Tomo 3.

I. Benedictus Monachorum ſignifer a Deo electus.

O BENEDICTE Pater, cunctis celeberrime terris,
Qui Confeſſorum culmen honoris habes.
Te Deus a puero delegit cœlitus, atque
Inſtituit ſancti Germinis eſſe patrem.
Tu via, tu ductor, tu paſtor, doctor eorum,
Qui ſpretis terris cœlica regna petunt.

Roma fugit.

Tu ſtudiis ſpretis orbis dominam fugis urbem,
Et Domini ſubdis mitia colla jugo.

Capiſterium reparat.

Tu precibus vaſis ſolidas fragmenta dirempti,
Obſequiis veſtris quod pedagoga tulit.

a Romano paſcitur.

Æs lapidis jactu confregit lividus hoſtis,
Signa dabat menſæ quod BENEDICTE tuæ.
Sed minime ſolitam tibi tradere deſinit eſcam,
ROMANUS furtum ſurripiendo pium.

Item a Presbytero.

Aptarat Paſchæ ſibi prandia magna Sacerdos,
Sed tibi cum dapibus deſtinat hunc Dominus.

II. Carnem vepribus ſubigit.

Tetra nimis volucris ſe vultibus ingerit almis,
Et viſa quondam concremat in ſpecie.
Sed ſpinis recubans, ſtimulis & punctus earum,
Exuperas vulnus illico vulneribus.

Vas veneno plenum frangit.

Frangitur arte Crucis vas, virus quo latitabat,
Cum ſignat tanti dextera ſancta Patris.

Monachum vagum coercet.

Quem puer a ſanctis precibus niger eliciebat,
Virga Patris ſiſtit, ac puer ater abit.

Romanos pueros ſuſcipit.

Suſcipe, ſancte Pater, pueros, quos gloria Romæ
Ad tua tranſmiſit limina mente pia.

Fontem in monte impetrat.

Fratribus ipſe tibi commiſſis mons dedit amnem,
Rupe latex exit cum rogitas Dominum.

Ferrum ex aqua educit.

Ferrum dum vepres reſecat Gothus, inſilit undis,
Sed repetit manicam mox, ubi tinguis aqua.

III. Placidum ex aquis eripit.

Aſſiduam PLACIDUS dum ferret gurgitis undam,
Obſequiis ſanctis hunc tulit unda fluens.
Pergito, MAURE celer, Pater illico providus inquit,
Jam trahit unda laci præcipitem puerum.
Juſſa ferens properat ſuper undas, atque recurrit
Erepto puero, ceu per humum gradiens.

IV. Inimici caſum luget.

Promptus ad omne malum dira cum mente Sacerdos,
Toxica quæ miſit; ſuſtulit ipſe prius.
Corruit ecce miſer collapſi culmine tecti,
Corpore confractus tartara ſæva petit.
Talia diſcipulus dum perfert nuncia curſim,
Concuſſit ſancti intima corda Patris.
Cui pater indixit ob talis gaudia mortis,
Ut lacrymis culpam defleat ipſe ſuam.

Panem lethalem per corvum amandat.

Panem tollit avis, quo virus texerat ille,
Abdit ubi nullus cernere poſſit homo.
Tu meritis almis falſorum templa deorum,
Vertiſti in laudem, ſancte, decuſque Dei.

Diabolum Caſſino ejicit.

Perfidus ille draco cælo demerſus ab alto,
In famulum Chriſti talia dicta dabat.

Quid,

AN. CHR. 543 21. Mart.

Quid, maledicte, tibi mecum eſt? Quid non Benedicte,
Quid me perſequeris? quid mea jura rapis?
Stat lapis immotus nimio præ pondere fixus,
Quem reſidens hoſtis impius ille premit.

Eumdem lapidi inſidentem fugat.

Tollitur at ſubito BENEDICTI voce beati,
Itque procul ſeſſor, poſtmodo flamma vorax.
Fratribus eſt falſo comburere viſa culinam,
At Pater ut venit, viſio falſa fugit.

V. Ignem phantaſticum eludit.

Attritus puer eſt murali mole peremptus,
Suſcitat hunc, & opus juſſit adire Pater.
Non licitis domibus ſumpſerunt prandia Fratres,
Abſens ipſe videt, arguit & nimium.

Puerum ſuſcitat. Illicite comedentes arguit.

Hoſpes adeſt ſimplex, quem cepit calle viator,
Mollibus in pratis prandia quo facerent.
Arguit hunc Paſtor tali pro crimine ſanctus,
Mox veniam culpæ expetit ille ſuæ.

VI. Totilæ fraudes & fata detegit.

Veſte venit ſplendens fraudantis RIGGO tyranni,
Non tua ſunt (inquit) quæ tua dorſa gerunt.
Totila Rex veniens proſtrato corpore ſupplex,
Præſcivit vitæ commoda cuncta ſuæ.
Bis quinis annis retinebis culmina regni,
Mors his ſuccedet, moribus eſto pius.

VII. Romæ eversionem prædicit.

Deſinit in factis extunc exiſtere ſævus,
Blandior & vixit tempora dicta ſibi.
Excole Roma tuo vatem de dogmate doctum,
Qui tua per ſæclum mœnia ſalva canit.
Turbinibus multis quaſſaberis, atque coruſcis,
Hoſtis nullus erit, qui tua ſepta ruat.

VIII. Clerico ſacris Ordinibus interdicit.

Non eſcam carnis, ſed nec ſacris Ordinis umquam,
Excipias quæſtum Clerice, ſalvus eris.
Hæc ubi contempſit, repetit quem liquerat olim,
Ut vates ſanctus dixerat, ille malus.

IX. Monaſterii ſui ruinam prævidet.

Omnia quæ Monachis congeſſi munere Chriſti,
Gentibus arbitrio tradita ſunt Domini.
Vix potui precibus Dominum exorare ſupernum,
Ut mihi vel Fratrum cederet ipſe animas.
Poſt Langobardi venientes tempore noctis,
Cetera vaſtantes cuncta tulere ſimul.
Æterni Regis ſalvati munere Fratres,
Illo nec lædi de grege quis potuit.

Multa alia cœlitus addiſcit.

Vas retinet ſerpens abſconſum tramite, fili,
Admoneo ut ſollers vergere mox ſtudeas.
Mappula teſtis adeſt, retines quam pectore, frater,
Cur ingreſſa tuum nequitia eſt gremium?
Non clam Patre manent, quæ voluit mente ſuperba,
Præbens cœnanti luminis officium.
Fratres en hodie nullus eſt panis in arcis,
Cras pietate Dei copia panis erit.

X. Cœnobium delineat.

Iis ſacra Cœnobii ſatagunt qui ponere ſepta,
Aſtans per ſomnum condere monſtrat opus.

Moniales abſolvit. Monachum a terra ejectum, humo commendat.

Redduntur tumulis per eum, quæ more ſorores
In famulum Chriſti noxia verba dabant.
Patria namque puer dum tecta requirit anhele,
Injuſſus pergens mortuus eſt inibi.
Hujus non potuit corpus retinere ſepulcrum,
Sed Domini famulus id ſociavit humo.

Ord

AN.CHR. 543 21. Mait.

Ore patens anguis medio ſtat calle malignus,
Quem cernens frater ad pia ſepta redit.

Monachum fugitivum redire cogit.

XI.

Ruſticus adveniens variato corpore lepra,
Abſceſſit ſoſpes glorificando Deum.

Leproſum ſanat.

Aurea dona Patri funduntur cœlitus almo,
Ut poſcens habeat, debita quo redigat.

Numos pauperi cœlitus obtinet.

Vas vitreum montis per ſaxa patentia merſum,
Illæſum perſtat omne tenens oleum.

Vitrum in ſaxa dejectum ſervat illæſum.

Poſt Dominum rogitans dolium complevit olivo,
Ante quod hoc penitus extiterat vacuum.

Oleum precibus impetrat.

XII.

Quo properas, Satana, medicorum more paratus?
Vado tuis potum Fratribus ut tribuam.
Dextera ſancta ſenem mox illo dæmone captum
Salvavit Patris, depulit & Satanam.

Energumenum liberat.

Ruſticus adveniens conſtrictus brachia loris,
Ad primum ſancti ſolvitur intuitum.

Ruſticum viſu ſolvit.

Poſtulat orbatus reddi ſibi pignus ademptum,
Cum rogitat ſanctus, vita redit puero.

Puerum ſuſcitat.

XIII.

Sacra ſoror precibus diffundens cœlitus imbrem,
Invitum ſecum nocte Patrem retinet.

A ſorore vincitur.

Poſt triduum frater gaudens de morte ſororis,
Hanc tumulat proprio protinus in tumulo.

Eam ſepelit.

Unica ſanctorum retinet nunc arca duorum
Pignera, * quos æthræ junxit, humoque Deus.

* al. quos terris junxit & æthræ Deus.

XIV.

Sanctorum hic animas ad cœli gaudia cernit
Angelicis ulnis hoc per inane vehi.
Totus adeſt orbis collectus ſolis ad inſtar,
Tempore ſub noctis viſibus, alme, tuis.

Mundum collectum cernit.

Teſtis adeſt meriti, SERVANDUS nomine, magni,
Lucis enim partem cernit & ipſe ſimul.

XV.

Regula, ſancte Pater, multos tua mittit ad æthram,
Conſocians ſanctis hos ſuper aſtra choris.

Regulam condit.

Flans Domini famulus animam cum laudibus almis
Mirifica ſcala ſcandit ad aſtra poli.

Moritur.

Pallia ſternuntur divino lumine mixta,
Qua ſacer aſcendit ad ſacra regna Pater.

Cœlum aſcendit.

Perdita mente manens mulier per devia ſcandens,
Hujus ſalva fuit eum ſpecus introiit.

Amentem ſanat.

XVI.

Plurima ſigna tibi conceſſit gratia Chriſti,
O Pater inſignis, quæ modo nemo ſciat.

Varia patrat miracula.

Sed quæ noſcuntur per mundi climata, quiſnam
Ut tua facta decet, pangere rite queat?
Quæve micant hodie ſignorum facta priorum,
Temporibus noſtris geſta tuis meritis?
ANDREAS etenim Germano germine cretus,
Rectis non unquam greſſibus ire valens;
Mox ut promeruit tua limina tangere Templi,
Extemplo ſoſpes dante fuit Domino.

Claudum erigit.

XVII.

Alter ſerpentem geſtans in ventre latentem,
Obſtaclum nullum cui medicina dabat;
Concitus huc ſcandens pietatis munera poſcens,
Ad tua pervenit limina ſancta, Pater.
Evomito colubro poſtquam tua limina ſcandit,
Perſtitit incolumis hic pietate Dei.

Serpentem ex hominis corpore pellit.

Corpore contractus genuit quem Cimbrica tellus,
Erigitur Templi, David, in æde tui.

Contractum ſanat.

Eja

AN.CHR. 543 21. Mart.

XVIII. Invocatio Auctoris.

Eja beate Pater tanto qui lumine præſtas,
Sedibus in ſuperis tanta pietate coruſcus,
Eſto tuis famulis cuſtos, doctorque per ævum :
Ne lupus inſidians, hoſtis ne peſtifer umquam
De grege tollat ovem, proprio quem jure retentas.
BERTHARIUMQUE [a] tuum famulum me protege, ſerva ,
Ductus amore tuo qui carmina vilia promſi.
Hoc Deus omnipotens, ſalvos qui vis fore cunctos,
Qui cœlum, terramque regis per ſæcula Chriſte,
Des petimus, nec non Paradiſi gaudia nobis,
Omnibus & veras tribuas ſine fine coronas.

HYMNUS DE EODEM.

Auctore Alphano ex Monacho Caſſinenſi , Archiepiſcopo Salernitano , qui ſæculo X I. floruit : licet Cypriano Presbytero & Monacho Caſſinenſi , qui ſæculo VIII. vixit, a Wione lig. Vitæ lib. 2. c. 64. tribuatur.

Ex eodem Proſpero Martinengio & Italiæ ſacræ Tomo 2.

I. AUREO ſolis radio perennis
Hac die totus decoratur orbis,
Ut tuis felix BENEDICTE feſtis
Clarior adſit.
Bella mirandis opulenta factis,
Signa virtutum, ſpeciale munus
Regulæ, præbent tibi ſempiterno
Tempore laudes.

Nulli voluptati dat animum.

Claret ætatis teneris ab annis
Moribus, vitam quibus ordinaſti,
Cum voluptati dederis nec ulli
Intima cordis.

Vas fractum redintegrat.

Deditur tanto prius id triumpho
Vas quidem fractum, muliebre damnum,
Quod puer ſanum prece lacrymoſa
Reſtituiſti.

Fugit in eremum.

Exhibens ſanctum celer inſtitutum
Arctius, ſummum, ſtudiis relictis
Rebus & patris, fugis, & ſalubri
Veſte bearis.

II. Triennio in ſpecu degit.

Foveras antro tua membra parvo
Menſibus verſis novies quaternis,
Quo manens nullis hominum, ſed uni
Notus haberis.

Clareſcit & carnem domat.

Grata divino tibi feſta nutu
Conferunt paſtum, latitans videris,
Fama fit, vulnus perit omne mentis
Vulnere carnis.

III. Varia miracula operatur.

Hinc crucis ſignum vitreum veneni
Poculum frangit, vaga mens fugatur
Virgulæ tactu, fluit e cavato
Marmore lympha.
Inſilit ferrum capulo reverſum,
Mollis humanos regit unda paſſus ;
Qua tuam raptus PLACIDUS melotem
Cernere fertur.

Carus

[a] Vitam S. Bertharii referemus ſæculo IV. Benedictino.

AN.CHR. 543 21. Mart.

Carus horrendum tulit ales eſcam,
Flens nimis fontis nece motus hoſtis:
Et loco cedens ſolito, petiſti
Lyris *a* amœna.
Lubricus ſtrata furit anguis ara,
Aggravat pondus, ſtrepit igne falſo:
Sed nihil contra valet inchoatum
Ferre laborem.
Membra collapſo lacerata muro
Sana redduntur, patulo probantur
Fratribus furtim malefacta, Regis
Panditur * actus. * f. Aſtus.
Noxa libantem necat, & ruina
Sedis electæ patet, obtinentur
Spiritus, rapto latitare vino
Cernitur hydrus.
Objicis fratri quod inane fecit,
Inſpicis mentem penitus rebellem.
Copiam prodis, gravidiſque ſomno
Conſulis index.
Perfidos tellus procul egit artus,
Siſtit errantem draco, ceſſit ulcus
Regium, nummi ſubiere, fugit
Horrida peſtis.
Quod cadit vitrum, patet eſſe ſalvum,
Vaſa producunt oleum, * chelydrus *Serpens ſeu Dæmon.
Pellitur dextra, manuumque lora
Viſio ſolvit.
Reddito vitæ puero, ſubire
Cœlicas ſedes animam ſororis,
Et velut ſolis radio ſub uno
Omnia cernis.
Scandit ardenti ſacer orbe Præſul, IV. Moritur 21. Martii.
Tu via, cœlum, facibus coruſca,
Quando ter ternis tribus & Kalendis
Inſtat Aprilis.
Te canit lætus chorus Angelorum,
Patriarcharumque, & Apoſtolorum,
Et prophetarum, meritis ab omni
Parte beatum.
Ut ſit hujus plebs memor iſta laudis,
Hic ames dici pater, hanc decenter
Si doces, laute refove, polumque
Scandere præbe.
Chriſte devoti pretium laboris,
Confer iſtius preces nos juvari,
Cujus exemplo peritura fœdi
Liquimus orbis.
Hymnus hic noſter, BENEDICTE princeps,
Sit tibi ſemper placidus, tuorum
Qui ſalus es, lux, decus, & perennis
Laus Monachorum.
Meta cœleſtis pretioſa Regis

Te

a Lyris, alio nomine Carnellus, fluvius eſt Campaniæ, agrum Caſſinatem a meridionali parte alluens. Conſule Notas Angeli de Nuce in cap. 5. lib. 2. Chronici Caſſin.

AN.CHR. 543 21. Mart.

Te facit veris celebrem trophæis.
Unde nos ſemper petimus frequentes
Nocte, dieque.
Doxa ſublimi maneat Parenti,
Ejus & ſacro diadema Nato,
Et tibi, virtus utriuſque compar,
Spiritus alme. Amen.

M O N I T U M.

Circa S. Benedicti Vitam plures moveri ſolent controverſiæ, quarum præcipuæ ſunt de tempore promulgatæ ejus Regulæ, de die & anno ipſius obitus, de Reliquiarum tranſlatione in Gallias: quibus accedit alia de tempore quo Monaſterium Caſſinenſe a Langobardis everſum eſt. De prima ac ſecunda quæſtione (cum utraque ad hiſtoriæ noſtræ cardinem pertineat) in præfatione noſtra egimus: tempus cladis & everſionis Caſſinenſis ſuperius ad cap. 17. expendimus: Tranſlationem cum Miraculis ab Adrevaldo, Aimoino, & aliis deſcriptis remittimus in ſæculum proximum, denique Illationem, ut vocant, in ſæculo quarto Benedictino referemus.

V I T A

S. SCHOLASTICÆ VIRGINIS
S. BENEDICTI SORORIS.

Ex homilia in ejus natali habita, quæ Bedæ Venerabili vulgo tribuitur.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

AN.CHR. 543 10. Febr.

1. *De S. Scholaſtica primus omnium, poſt Gregorium Magnum, ſcripſiſſe videtur Aldelmus Schireburnenſis in Scotia Epiſcopus, qui anno 700. floruit, in lib. de laudib. Virginit. cap. 25. cui tamen hoic præfulimus homiliam quamdam Bedæ Venerabili ejus æquali communiter attributam, a nonnullis vero Berthario Abbati Caſſinenſi, (qui anno 884. martyrio coronatus eſt;) quam poſteriorem ſententiam facile amplectimur, tametſi homilia Bertharii in MS. cod. Caſſinenſi (teſte Angelo de Nuce in cap. 33. vitæ S. Bened.) nonnihil diverſa ſit. Nec enim hæc homilia Bedæ ſtilum ſapit, nec verisimile videtur, Bedæ tempore S. Scholaſticæ diem Anglis adeo ſolemnem fuiſſe, ut ipſe de ea ſermonem habuerit, qui nullam de Sancto Benedicto Caſſinenſi compoſuiſſe legitur. Hanc autem homiliam, ſeu potius ejus partem, idcirco Aldelmo præpoſuimus, quod enarrationem in Gregorii M. textum contineat. Ceterum integram qui volet, eam in tomo 7. Bedæ operum inveniet: nam ea tantum quæ ad S. Scholaſticam pertinent, exſcripſimus.*

2. *Aldelmo ſubjecimus Carmen duplex de S. Scholaſtica, Paulo Diacono Aquilejenſi & Monacho Caſſinenſi a Proſpero Martinengio perperam attributum. Paulus equidem hoc metri genere, nimirum reciproco, lubentius at melius luſiſſe videtur: & Petrus Diaconus Caſſinenſis in lib. de viris illuſt. Caſſin. cap. 8. Pauli fetum de S. Scholaſtica nullum agnoſcit. Scripſerunt etiam de S. Scholaſtica vetuſti alii auctores, (nam de recentioribus nihil moramur) nempe Albericus Diaconus Caſſinenſis, & S. Bruno Signienſis Epiſcopus ſingulares homilias, quæ necdum editæ ſunt. Nam ſermo Brunonis de S. Scholaſtica a Petro Diacono indicatus in lib. de viris illuſt. Caſſin. cap. 34. in editis Brunonis operibus deſideratur.*

1. QUIA beatæ SCHOLASTICÆ natalitia colimus, Fratres chariſſimi, libet de ejus vitæ meritis aliquid de vita beatiſſimi BENEDICTI huic opuſculo introducere, ut quantæ excellentiæ ſanctitatis fuerit, ſilentio non tegatur. Sed primitus omnipotenti Deo preces mittamus, qui omnia in ſapientia fecit, ut ipſe donare dignetur, quia dignatus eſt dicere, *Qui ſitit, veniat & bibat, & de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, ut cœpta ſic digne proſequamur, ut tantæ feſtivitatis pertineat ad honorem, & veſtræ charitati præbeat incrementum.

Joan. 3. 37. „ 2. Soror namque ejus SCHOLASTICA omnipotenti Domino ab ipſo in-
Gregor. M. textus ex l. 2. Dial. c. 23. „ fantiæ tempore dicata, ad eum ſemel per annum venire conſueverat. Primitus quidem virtutem tanti nominis inquiramus, ut ſuo decore oratio decurrat. SCHOLASTICA enim a SCHOLA derivatur, quæ eſt ſapientiæ nutrix;

AN CHR. 543 20. Febr.

ab ipſa virtutum omnium norma concreſcit, & tota virtus animæ procax fit ad diſcendum bona & mala, ut recto limite currere poſſit viam ſalutis, qualiter perituta mundi deſpiciat, ne oberrans bonum ducat pro malo, malum pro bono, tenebras pro luce, & lucem pro tenebris, amarum pro dulci, & dulce pro amaro, & diſcernere poſſit quæ virtus ſit ſpiritus, quæ carnis, ne indiſcrete cuncta peragens, ibi bonum eligere ſperet, ubi tota eſt malitiæ norma: ut eſt illud: Qui non fuerit diſcipulus veritatis, erit magiſter erroris.

Nominis expoſitio.

3. Sed videamus, quis hujus tantæ ſororis poſſit eſſe germanus per omnia Benedictus non ſolum nomine, ſed opere, non ſolum in terris, ſed etiam in cœlis. Iſta non in Philoſophorum ſchola Scholaſtica facta, ſed Chriſti, mundi ludibria ab infantia fugiens, cœleſtem ſibi ſponſum aptavit: iſte vero a pueritiæ ſuæ tempore abrupta vitiorum & literarum mundanarum Romæ ſtudia cernens, ſenili corde eum quem in ingreſſu mundi poſuerat, retraxit pedem. Quam felix Nurſiæ tellus, tales quæ mittit alumnos. Nam Canopica regna aurea mittunt tyrannos: tu Chriſto proles ſuper æthera dignos. O felicia tantæ viſcera matris, quæ tali germine ſoboles mundo dedere, id eſt, benedictionis & ſapientiæ. Vere iſta eſt illa fertilis gleba, quæ ſumpto ſemine aliud centeſimum, aliud ſexageſimum fructum produxit.

Cur ſemel tantum in anno fratrem inviſebat.

4. Sed cur ſemel in anno ſancta ſoror veniebas? forſitan longitudine itineris a tua tenera planta formidabas? an munus parabas quod ferres? an forſitan tantum & ſemel in anno ſecundabat bonus frater rore verbi cœleſtis, ut madefacta mentium prata ſufficeret ad incrementum ſalutis? an in mente habebas illud Salomonis, *Prohibe pedem tuum de domo proximi tui, ne forte ſatiatus oderit te?* & illud, *Mel inveniſti fili mi, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus evomas illud?* Sic ſic agant omnes ſorores, non denſis greſſibus fratrum limina frequentent, non carnalia baſia requirant, non ineptas reſonent fabulas, non munus deferant tantum, quod tela depingit, vel magiſtra manus adornat: non olfactoriola, non variorum placentas ſaporum, ſed cum Scholaſtica ſacra Benedicti fratris requirite ſcholam, ut magis cibo cœleſti, quam dono terreno ſatiati, reverti ad propria queatis. Sequitur:

Prov. 27. 6.
Prov. 25. 16.

Cur extra Cœnobium recepta

„ 5. Ad quam vir Dei non longe extra januam in poſſeſſione Monaſterii deſcendebat. Quam ſanctus, quam pudicus, quam diſcretus acceſſus! ut fragilis ſexus non laſſeſceret, obvius frater occurrit, ne forte labor itineris frangeret mentis devotionem. An illicitum cernebat, ut in tanti limen Cœnobii calcari femineo pede debuiſſet? an forſitan ſæcularium latratus vitabat, qui bonos Monachorum mores canino more devaſtant, & hoc credant in illis, quod ſuis malis actibus agere non recuſant: & ſi hoc de tanto Patre ſperare illicitum eſſet, de tenerioribus diſcipulis inflato gutture criſparent cachinnos? Idcirco non in ſæcularium, ſed in propriis poſſeſſionibus deſcendebat Pater almificus. Sequitur:

Cur venit ad fratrem.

„ 6. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum diſcipulis venera-
„ bilis ejus frater deſcendit. Ex more enim venit, quia ex bona conſuetudine mentis appropinquabat, & fide non ficta. Quam ſanctus acceſſus, quam ſanctus adventus, quam pius curſus, qui magis amore mentis currebat ad Chriſtum, quam devotione pedum ad fratrem, immo & ad Chriſtum fratrem. Nam & ipſe dicit: *Si quis fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt.* Sed quali devotione iſta currat, Pſalmiſta dicit: *Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Sed quare Pſalmiſta metaphorice cervi propoſuerit mentionem, ut ita currat anima ad Deum, ut cervus ad fontem, non vacua myſteriis manent. Numquid ſolus cervus & non columba, turtur & paſſer fontem requirunt? Sed aliter cervus, aliter columba, ad fontis amnem recurrunt. Iſte curſu pedum, iſta aerio volatu deſcendit: iſte inſecutus frequenter arte venatorum laſſabundus currit ad aquam, hæc vero infatigata ſolita accedit. Quod ſi myſtice penſare volumus, inviſibilis anima viſibilis animalis habet formam, qua uno curſu fatigationis, hic pergit ad fontem terrenum, hæc ad fontem cœleſtem: iſte fatigatus vocibus

Matth. 12. 50.
Pſal. 40. 2.

AN.CHR. 543 10. Febr.

canum, iſta conſecuta ſpiritibus malignis, pro quo ad fontem illum currendum eſt, qui eſt fons vivus, puteus Domus Jacob, ex quo aquæ vena ſalientis ebullit in vitam æternam. Certe tanta ſoror tali fide venit ad fratrem. Nam aliter æger, aliter ſoſpes ad medicum vadit: iſte ut ſanus ſanum viſitet, iſte ut languentem ſanus procuret. Nam & ad fontem aliter ſitiens feſtinat, aliter crapulatus a vino. Iſte ut hauſto refocillet mentem, ille ut recto itinere inſitiens pergat. Soror vero iſta in tanto fratre ambas gratias cernens, ſapiente pede infatigata venit: prius, ut ſana ſanum viſitet; ſequenter, ut ægram non corpore, ſed mente curet documento ſalutis: quia nec ipſa aſtra munda ſunt in conſpectu Dei, & ſecundum Apoſtolum, nec infans unius diei. Sequitur:

Mutua fratris & ſororis colloquia. Matth. 6. 33.

„ 7. Qui totum diem in Dei laudibus ſacriſque colloquiis, ducentes, incum„bentibus jam noctis tenebris, ſimul accepere cibum. Beata talis viſio parentum, præ oculis habentes Domini præceptum: *Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*. Beata talia fercula, ubi prius ponitur panis Angelorum, quam hominum: & ubi prius refocillatur mens, quam venter. Nam hic reponitur cibus, qui placere poſſit menſæ cœleſti: ibi vero eſca manet, quam indigeries corporis mittit. Et beatus ſermo qui toto diei ſpatio protelatur laude divina, & qui a primo lucis ortu uſque ad occaſum, alternatim reciprocantur prædicamina ſacroſancta. Sequitur:

„ 8. Cumque adhuc ad menſam conſiderent, & inter ſacra colloquia tardior „ ſe hora protraheret, eadem Sanctimonialis femina ſoror ejus eum rogabat, di„ cens: quæſo te ne iſta nocte me deſeras, ut uſque mane aliquid de cœleſtis vitæ gaudiis loquamur. Ad menſam ſedent, cibum ſumunt, uno dente charitatis ruminant panem & colloquia ſacra, ut unum eſſet os, quo terrenum panem frangerent, & cœleſtem. Nam venter plenus cibo, mens erat adhuc jejuna verbo ſalutis: idcirco quaſi famelica rogat, ut divinis cibariis mentem ſaciaret perjucundus cœleſtis uſque in lucem, ut qui fuerat luce diei magiſter, fieret etiam inter tenebras doctor herilis. Sequitur:

Cur S. Benedictus extra Monaſterium pernoctare recuſat.

„ 9. Cui ille reſpondit, quid eſt quod loqueris ſoror? manere extra Cellam „ nullatenus poſſum. Ecce percontatur frater ſororem, magiſter diſcipulam, ſanctus ſanctam, quaſi non ſciens, quid dixerit ſoror. Sed iſta inquiſitio magis iraſcentis eſt, quam interrogantis, dum bene Pater audiſſet, quod ſoror rogaverit. Tamquam ſi diceret: Non bene eſt hoc quod rogas, ut inſolitus extra Cellam maneam, quod implere minime poſſum. O ſanctitatis amator, quare germanæ denegas, quod etiam extraneis præbes? ſed hoc religio facit, non cauſa doloris. Scis Domini præceptum; *Qui diligit patrem aut matrem aut fratrem, vel*

Matth. 10. 37.

ſororem pluſquam me, non eſt me dignus. Ideoque ad aſſuetum recurris orationis locum, ubi magis Deo, quam ſorori ſolitus es adhærere. Sed præſumenti voce dicimus: Numquid non Deus hic eſt, ubi bona ſoror ſacramenta Dei perquirit, cum ipſe dicat: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eo-*

Matth. 18. 20.

rum ſum? Ecce non rogat, ut longo te tempore cernat more parentum, ſed unius noctis ſpatium poſcit, quo præbeas colloquia ſacra. Quam dure attendis, ſancte frater, preces ſororis, ob tuæ cauſam ſacræ religionis. Illa bene quærit, ut a te habeat, tu ſimiliter ut redeas: illa fide, tu fide: illa amore Dei, tu pariter ut illa: illa ut cum ſorore in prædicatione tempus noctis exolvas, tu ut cum Fratribus ſolitas Domino referas laudes. Sed quis e duobus melius, ſequens ſen„ tentia monſtrat. Tanta vero erat cœli ſerenitas, ut nulla in aere nubes appa„ reret. Vere nulla nubes eſſe potuit, ubi erat lux vera, quæ illuminat omnem „ hominem venientem in hunc mundum. Sequitur:

Scholaſtica a Deo vehementem imbrem obtinet.

„ 10. Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audiſſet, inſer„ tas digitis manus ſuper menſam poſuit, & caput in manibus omnipotentem „ Dominum rogatura declinavit. Dic virgo beata, cujus te ſchola docuit, quæ contra magiſtrum ſententiam proponis? Numquid non dicit, *Perfectus omnis di-*

Luc. 6. 40. Matth. 6. 3. Joan. 21. 6.

ſcipulus erit, ſi ſit ſicut magiſter ejus? & in Evangelio Inquit, *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua*: & tu ambas manus innectis? & illud, *Mittite in dexteram navigii rete*, & tu utroque latere recte immergis? ille a dextris oves collo-

cat,

eat ; tu etiam in ſiniſtra ? Pſalmiſta hinc a dextris ponit dicens : *Dixit Do-* AN.CHR.
minus Domino meo , ſede a dextris meis : nec non , *dextera Domini fecit virtutem ,* 543
dextera Domini exaltavit me ; & in Cantico , *Dextera tua Domine glorificata eſt* 10. Febr.
in virtute , &c. & tu iſta derogans , non ſolum manus implectis , ſed etiam di- Pſal.109.1.
gitos inſeris ? Dominus dicit in Evangelio : *Tu autem cum oraveris , intra in cu-* Pſ.117.16. Exod.15.6.
biculum tuum & clauſo oſtio ora patrem tuum : & tu ad cœnam ſedens , ante huma- Matth.6.6.
nos oculos preces lacrymaſque fundis ? Sed quam laudanda ſunt tua ſacta , o ſan-
ctiſſima ſeminarum. Quid tu in conclavi facis , quando talia patenti cœlo pera-
gis ? Nam ideo tibi una eſt dextra lævaque pars , quia fabricam attendis illius ,
qui nullam habet ſiniſtram , ut dicit : *Vidit Deus cuncta quæ fecerat , & erant valde* Gen.1.
bona . Et in Cantico canticorum , *Læva ejus ſub capite meo & dextera illius ample-* Cant.1.
xabitur me . Et in Pſalmo : *Manus tuæ Domine fecerunt me , plaſmaverunt me* . Et il- Pſal.118.
lud in Cantico , *Manus meæ ſtillavere myrrham* . Hac quippe auctoritate quam Cant.5.5.
pulchræ tuæ manus complexæ conſiſtunt , ſuper quas caput reclinans , imbrem
cœlitus lacrymans effudiſti . Sed quod caput , Apoſtolus dicat , *Caput mulieris vir ,* Zach.6.12.
caput viri Deus . Nam cujus viri niſi illius , unde Propheta dicit , *Vir Oriens no-* 1.Cor.11.3.
men ejus ? Ecce ille qui pro ſalute omnium in cruce inclinato capite tradidit ſpiri-
tum , ſuo capite nunc tuas declinavit in palmas , ut ſui myſterii quod mente quæ-
rebas arcanum , tibi manaret ab aſtris. Quæ tantum inſertis digitis egiſti mira-
„ culum , quid faceres ſi palmas extendiſſes ad preces ? Cumque levaret de men-
„ ſa caput , tantæ coruſcationis & tonitrui virtus , tantaque inundatio pluviæ
„ erupit , ut neque venerabilis Benedictus , neque Fratres qui cum eo aderant ,
„ extra loci limen quo conſederant , pedem movere potuiſſent . Quam nova mi-
racula mundo , quam cunctis laudanda præconia ſæclis ! ubi nulla erat umbra nu-
bis , aer intonat clamoribus omnes : & denſa tonitrua ſonant , ubi nullius erat
concuſſio venti . Nam unus fons oculorum , & menſam rigabat lacrymis , &
æther imbribus arva . Stet nunc ſancta charitas fixa , ſtent immobiles pedes fra-
terni : quod ſoror poſcit , non deneget dilectio fratris : da volens nolens , pernox
ſacra colloquia , Pater . Ecce iſta præceptum Domini complet , petit ut accipiat ,
„ quærit ut inveniat , pulſat ut aperiatur ei . Quid petit , ipſa dicat . Ut uſque
mane aliquid de cœleſtis vitæ gaudiis loquamur . Nam ideo deſcendiſti obvius ,
ut iſta dona proferres : perfice quod cœpiſti . Nam non initio præmium extat ,
ſed in fine operum bonorum . Idcirco e ſuperis fudit Dominus imbrem , ut tu
non deneges prædicaminum amoem . Vere non poſcit munus caducum , ſed re-
gni cœleſtis expetit lucrum . Sequitur :

„ 11. Sanctimonialis autem femina caput in manibus declinans , lacrymarum
„ fluvios in menſa fuderat , per quos ſerenitatem aeris ad pluviam traxit : nec
„ paulo tardius poſt orationem inundatio illa ſecuta eſt : ſed tanta fuit convenien-
„ tia orationis & inundationis , ut de menſa caput jam cum tonitru levaret , qua-
„ tenus unum idemque eſſet momentum , & levare caput & pluviam deponere .
Quam bonus Deus Iſrael rectis corde , quam piæ animæ quærenti illum ? Ecce qui
ſcrutator eſt mentium & corda omnium cernit , qui per Pſalmiſtam dicit : *In-*
vocabit me & ego exaudiam eum , cum ipſo ſum in tribulatione : Ecce non diſtulit , non Pſal.90.12.
multas expedivit preces , ſed in nictu oculi & puncto cordis petenti tribuit do-
num . Nam levato de manibus capite , una ſuit convenientia orationis & inun-
dationis . Gaude & lætare virorum ſanctiſſime , quia ecce tenes quod voluiſti ,
ecce habes quod ſemper quæſiſti : ecce miracula cernis inſignia , cœlo terraque
probata . Vere ſi non negaſſes quod expetebas , non fuerant ſigna humanis oculis
nata , quæ toto ſemper mundo lectio ſacra ſonat . Ecce jam Scholaſticæ nomen
virtutum laude coruſcat : ecce illius miraculo , plebs ſancta congaudet : ecce quam
cultaſti ſarculo cœleſti , fructus fert ſignorum . Sequitur :

„ 12. Tunc vir Dei inter coruſcos tonitrus aque ingentis pluviæ inundationem ,
„ videns ſe ad Monaſterium non poſſe remeare , cœpit conqueri contriſtatus ,
„ dicens : Parcat tibi omnipotens Deus , ſoror , quid eſt quod feciſti ? Quare
quæris vir Dei , quid ſoror fecerit ? Numquid non cernis quid ipſa fecerit ?
Numquid non vides pluviæ guttas ? Numquid non audis concrepantes mugi-

AN.CHR. 543 20. Febr.

tus ætheris ? Numquid non ſentis miracula coruſcare , ſigna fluere , fundamina domus contremiſcere, & dicis quid feciſti ? Numquid ipſa hoc fecit, quod magis tua ſancta negatio fecit : quia ſi non negaſſes , miraculum non eveniret . Hoc Chriſtus geſſit pietatis amator. Nam petenti Cananeæ mulieri preces audire diſtulit , ut ejus fidem faceret acutiorem , ut quærenti catello micas , filii daretur panis. Sed illa ut extranea a finibus tunc venit; jam non extranea a conſortio Chriſti : iſta vero a cunabulis Chriſto dicata, cum Maria glorioſa Virgine (Luc. 10. 42.) „ audire meruit : *Optimam partem elegit*. Et quare Pater contriſtatus dicis: Par„ cat tibi omnipotens Deus ſoror, quid eſt quod feciſti? O vir Dei, tibi hominum mentes pateſcunt, tibi aer numiſmata fundit, tibi arida dolia oleum manant, tibi alta profundi laci ferrum reducunt ab imo, ipſi inferi animam reddunt , & nunc quaſi contriſtatus neſciens dicis, quid feciſti? O Pater beate, ſi fas eſt dicere, quantum fuerat juſtius dicere, Parcat mihi omnipotens Deus, qui tuas bonas non audio preces: quam diceres, Parcat tibi omnipotens Deus, quid eſt quod feciſti? Hoc eſt illud Salomonis, *Argue ſapientem & diliget te* (Prov. 9. 8.). Sequitur :

„ 13. Cui illa reſpondit: Ecce te rogavi, & audire me noluiſti, rogavi Do„ minum meum, & audivit me. Subaudiatur, Te quidem rogavi ut fratrem, ſed tu ut germanam noluiſti audire. Sperabam ut mente haberes viſcera matris, partus dolorem , lacteas mammas , cunas nutricis , lavacra obſtetricis , faſcias temporales, quibus infantia olim nutrivit. Sed tu me noluiſti audire, & magis feſtinabas ad Fratres , quos tibi ſola charitas Chriſti facit germanos , quos etiam neſcis a quo limite ad tua cunabula hos mundus tranſmittat. Idcirco rogavi Dominum meum , & audivit me . Tu non attendebas quod unus pater amborum contulit membra, tu non cernebas unam nobis manſionem *a* * eſſe inter uteri ſepta: idcirco ad illum patrem cucurri, qui nobis animam dedit, qui ter„ rena tribuit , & cœleſtia non denegavit . Modo ergo ſi potes , egredere, & „ me dimiſſa , ad Monaſterium redi . Modo enim præſentis eſt temporis : modo enim , quando tibi omnipotens Deus itinera clauſit : modo , quando aditum eundi denegavit : modo, ſi potes, me dimiſſa , ad Monaſterium redi. Et cur Pater fatigaris? Numquid non hic eſt Monaſterium ubi tu es, qui caput es omnium Monaſteriorum, & doctor omnium Monachorum, dum non locus hominem, ſed homo ſanctificet locum? Sta nunc, Pater ſantiſſime, invitus, ut alterius diei ſol tibi præbeat greſſus. Sequitur:

* al. fuiſſe.

„ Ipſe autem exire extra tectum non valens, qui manere ſponte noluit in lo„ co, manſit invitus. Quam multis ſanctis viris factus es vir Dei compar, qui inviti fecerunt bonorum facta. Nam Jacob invitus fratrem fugit, qui poſtea rediit cum multis. Sic Joſeph invitus pergit ad ſedem, ut doctor fieret populo Dei. Sic Daniel vadit Babyloniam ad arcem , ut primus fieret ſapientibus cunctis. Sic Saulus invitus factus eſt Paulus , ut fieret gentium prædicator . Ideoque tua non requieſcat charitas , ſancte vir , ſtare invitus , ut Chriſti tribuas documenta ſalutis. Sequitur:

Cum fratre noctem in ſacris colloquiis ducit inſomnem.

„ 14. Sicque factum eſt , ut noctem totam pervigilem ducerent , atque per „ ſacra ſpiritalis vitæ colloquia ſeſe vicaria relatione ſatiarent . Ecce nunc nova ſpiritalia gaudia ſurgunt, quia negans prius, factus eſt nunc attributor cœleſtis: & colloquiis ſacris vicaria relatione ſe ſatiant , qui prius erant a concordia diſcordes. Quanta ſunt omnipotens tua mirabilia Deus ! Nam omnia proba voluiſti, feciſti , & non eſt qui reſiſtat tuæ majeſtatis poteſtati . Ideoque laudant te cœli, aer, terra, mare, & cuncta quæ in eis ſunt : quia ſemper innovas ſigna & mirabilia tua , ut te totus orbis agnoſcat ſuum eſſe Redemptorem . Da jam pius pio Patri Benedicto iter redeundi ad Cellam, ſtringe aerium amnem, tolle pluviæ guttas , da ſerenitatis ſolem , ut qui lætus acceſſit , gaudens recedat : ut ſimul ejus ſoror valedicens fratri, ad propria revertatur , ut ſimul gau-

a Erant ergo gemelli , Benedictus & Scholaſtica , uno ſcilicet partu editi : non enim una iis alicubi manſio eſt , qui ſibi in eumdem locum poſt intervalla ſuccedunt . Trithemius in lib. 2. de Viris illuſt. Ord. S. Bened. c. 1. de ABUNDANTIA eorum matre agens : Hæc , inquit , periclitata in partu geminos edidit , filium ſcilicet BENEDICTUM , & filiam nomine SCHOLASTICAM .

gaudentes & exultantes, tuo de munere ad ſua tecta vehantur. Sequitur: Qua AN.CHR.
„ de re dixi eum voluiſſe aliquid, ſed minime potuiſſe: quia ſi venerabilis viri 543
„ mentem aſpicimus, dubium non eſt, quod eamdem ſerenitatem voluerit, in 10. Febr.
„ qua deſcenderat, permanere: ſed contra hoc quod voluit, in virtute omni-
„ potentis Dei ex femineo pectore miraculum invenit. Nec mirum quod plus
„ illo femina, quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit: quia
„ enim juxta Joannis vocem, *Deus charitas eſt*: juſto valde judicio illa plus po- 1. Jo: 4. 16.
„ tuit, quæ plus amavit. Brevi ſermone de his differendum non eſt. Nam ſe-
cundum Grammaticos, charitas media ſpecies eſt, dum inter bonos & malos cha-
ritas eſſe poſſit, & inter latrones & pios: ut eſt illud, *Perfecta charitas foras mit-* Ibid. 17.
tit timorem. Certe ſi perfecta eſt iſta, quæ inter bonos foras mittit timorem: im-
perfecta nihilominus fore creditur, quæ inter malos ac ſuperbos nequitiæ concor-
diam præſtat. Sic in paſſione Domini Pilatus JESUM mittens Herodi, a quo JE-
SUS ad Pilatum iterum remiſſus, amici facti ſunt Herodes & Pilatus in ipſa die:
nam antea inimici erant ad invicem. Sed hæc eſt perfecta charitas quæ Deus eſt,
qua hic plus una potuit quam alter: de qua dicit Apoſtolus: *Charitas Dei diffu-* Rom. 5. 5.
ſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Sequitur:

„ 15. Cumque die altero eadem venerabilis femina ad Cellam propriam re-
„ ceſſiſſet, vir Dei ad Monaſterium rediit: & ecce cum poſt triduum in Cella In columbæ
„ conſiſtens, elevatis in aera oculis, vidit ejuſdem ſororis ſuæ animam de ejus ſpecie ejus
„ corpore egreſſam, in columbæ ſpecie cœli ſecreta penetrare. Quam felices ſunt anima cœ-
oculi qui animas poſſunt contemplari beatas, qui carnali intuitu ſpiritalia cerne- lum petit.
re queunt! Iſta luminaria non adjacent in fundamine frontis, ſed intus renite-
ſcunt ad cordis feneſtras, de quibus dicit: *Qui ſunt iſti qui ut nubes volant, & ſi-* Iſa. 68. 8.
cut columbæ ad feneſtras ſuas? Ecce jam, Benedicte Pater, iſta columba ad tuas
jam cordis volat feneſtras, ut tuæ ſororis anima per eas tranſiens, ad cœleſtem
illam deferat portam: ut illa fieret ductrix animæ tantæ, quæ fuit avis quondam
portatrix ad arcam reddita pacis. Quam felix ales talibus myſteriis compta, quæ
meruit etiam ſuper Dominum Chriſtum Spiritum ſanctum ferre. Iſta frequens
obſequiis inſtat Regis æterni, iſta aſſuetis pennis deargentatis auro dorſa reful-
gens, paradiſo nuncia defert. De hac in Cantico Canticorum dicit: *Surge amica* Cant. 2. 14.
mea ſponſa, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ. Sequitur:

„ 16. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & lau-
„ dibus gratias egit, ejuſque obitum Fratribus denunciavit. Denunciavit enim
ſanctus Pater Fratribus, quod meruit ſacro intuitu cernere ſecretum: & talibus
congaudens votis, omnipotenti Deo gratias egit, quia quam ante triduum rore
verbi cœleſtis perfuderat, ad ætherea regna in columbæ ſpecie ſcandere cernit.
Sequitur:

„ 17. Quos etiam protinus miſit, ut ejus corpus ad Monaſterium deferrent, Corpus
„ atque in ſepulchro quod ſibi ipſe paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut ejus a fra-
„ quorum mens una ſemper in Domino fuerat, eorum quoque corpora nec ſe- tre ſepeli-
„ pultura ſepararet. Ecce, fratres, margarita cœleſtis a negotiatore dudum em- tur.
pta, aptatur cœleſtibus ornamentis, jam inter lilia candentia paſcens, ſequitur
Agnum quocumque ierit. Ecce in Paradiſo Domini ab Angelis collocatur, ecce
in terris Monachorum manibus aptatur in tumulo fratris, ut munus quod una
mater contulit, nec cœli janua, nec terræ ſepultura ſepararet: & quibus una
fuit ſemper mens in Chriſto, una eſſet corporum arca. Ecce reparata ſunt tua
damna, Paradiſe. Ecce virgo Dei manu formata, quam de tuo peſtifer hoſtis
abſtulit loco, jam redit ad culmina cœli, jam recognoſcit ſui palmam ſtructo-
ris; jam quia victa fuit, victrix calcat hoſtis colla maligni. Dic, dic inferni
miniſter, dic tartaree miles, dic orcigenum genus omnium venenorum fraude Expoſtula-
repletum, quid tibi fecit plaſma ſanctiſſimum Dei, quid tibi nocuit femina be- tio in dia-
ne formata? Quave cauſa ultro te conſiliarius injeciſti, ut manducaret quod bolum.
tuum non fuit? Dic peſtifer fur, quia non potuiſti rapere partem regni
Dei, ideo voluiſti rapere per ſerpentem creaturam Dei, immo qualis do-
minus, talem famulam mittit. Tu ſerpens lubricus, ille ſerpens tortuoſus:

AN.CHR. 543 10. Febr. tu omni dolore plenus, ille omni veneno: tu mortis conſilia dans, ille ſuis organis ſibilans, mortis conſilia propinat. Numquid non potuiſti in Paradiſo Dei aliud animal invenire, quod tuis votis concordaret, niſi ſerpentem? Vere non. Tu callidior Angelis ſanctis, ille callidior animantibus cunctis: tu bonus in cœlo formatus es, ſponte malus effectus es; ille bonus in Paradiſo creatus eſt, per te reus effectus eſt. Virgo Dei, plaſma Dei, femina Dei bona creata eſt, per te, & ſerpentem illicita guſtando effecta eſt peccatrix. Quid demens de his tibi profuit? Tu tibi perpetuos ignes cumulaſti, ille terram comedet cunctis diebus: tu catenis igneis illigatus; ille omnium ira premitur, calcaneis tunditur, verberibus flagellatur. Væ væ per omnia vobis. Ecce femina reparata eſt ſanguine Chriſti, ecce pro amiſſione terreni Paradiſi, illa nunc culmina cœli retinet, unde præceps ruiſti. Verſum eſt fel tuum in dulcedinem mellis, fraus maligna tua in reparationem omnium & ſalutem. Perforata eſt maxilla gutturis tui, neminem mordens, neminem vorans ſine Deo volente. Et ſi quem voraveris, pietate Dei præfocatus cum ſanguine rejicies illum; & de viſceribus tuis abſtrahet illum Deus.

Invocatio. 18. Gaude jam virgo Dei tantis ſublimata triumphis, exulta Benedicte Pater ſanctiſſime patrum, doctor dulciſſime doctorum: quia conſummatis operibus ſanctis, pariter congaudetis ſuper regna cœlorum. Intercedite pro vobis commiſſis, poſtulate pro nobis afflictis, rogate pro noſtris delictis, poſcite Chriſtum non ſolum pro Monachis commiſſis, ſed etiam pro veſtris ancillis, ut omnis ætas, omnis ſexus, omnis Ordo, qui veſtris præceptis colla ſubmittunt, peritura mundi deſpiciant, gaudia æterna concupiſcant, regna beata appetant, proſpera animarum & corporum percipiant. Nulla diabolica fraude moleſtentur, nullis incurſionibus malignorum affligantur, nulliſque calamitatibus annihilentur. Euge Pater beate, fave precantibus, appone aures precibus famulorum tuorum, da veniam poſcentibus, da dona quærentibus, parce peccantibus: quia tu paſtor es, nos vero oves; audi tu balatus ovium tuarum, trahe nos poſt te, ut veniamus ad te, ut illic vera paſcua inveniamus, ubi ſunt vera gaudia ſempiterna. Redde Deo talenta cumulata de nobis, reporta cum uſuris credita dona doctrinarum, meque indignum hujus operis præſumptorem, tuis conjunge ſervulis ſacris, ut cum omni grege commiſſo vitæ præmia aſſequamur, ut tibi dicatur a Deo: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra cum his omnibus tibi creditis in gaudium Domini tui, præſtante ipſo qui digna promittere gaudia dignatus eſt ſuis famulis, qui vivit & regnat per cuncta ſæcula ſæculorum, Amen.

DE EADEM S. SCHOLASTICA.

Carmen ALDELMI Epiſcopi Schireburnenſis in Scotia, qui anno 700. floruit, in lib. de laudib. Virginit. cap. 25.

QUÆ proprium ex Schola ſumpſit SCHOLASTICA nomen,
Hanc Deus ubertim cœleſti munere ditat,
Aurea Virgineo lucrantem præmia voto.
De qua hoc præcipuum vitæ ramuſculus almæ
Divulgare ſolet, latus qua tenditur orbis,
Quod fratrem ſibimet germano fœdere junctum,
Subnixis precibus geſtit compellere virgo.
Quatenus acciperent ſacrorum dulcia noctu
Fercula librorum, & ſancti convivia verbi:
E quibus affatim ſaturantur pectora plebis,
Atque ſaginantur ſanctorum corda virorum.
Sed fidus precibus frater non flectitur ullis,
Quinimmo ſanctam contempſit voce ſororem.
Tum virgo Chriſtum pulſabat corde benignum,
Ut ſibi dignetur vulnus ſanare doloris.

Mox igitur cœlum nimboſo turbine totum,
Et convexa poli nigreſcunt æthere furvo,
Murmura vaſta tonant, flammis commixta coruſcis,
Et tremuit Tellus magno tremebunda fragore.
Humida rorifluis humectant vellera guttis,
Irrigat & terram tenebroſis imbribus aer,
Complentur valles, & larga fluenta redundant.
Tunc manſit nolens, qui pridem ſponte negavit
Quod germana petit, deplorans anxia curis.
Sic Deus auſcultat devota mente rogantes,
Quamlibet a nullo ſolandi verba capeſſant.

VITA EJUSDEM S. SCHOLASTICÆ

Paulo Diacono attributa.

Ex Proſperi Martinengii Tomo 3.

SPONSA decora Dei petit alta SCHOLASTICA cœli, I.
  Ingreditur thalamum ſponſa decora Dei.
Angelicis hodie manibus ſuper aſtra levatur,
  Miſcetur turmis Angelicis hodie.
Jubilat hinc Domino ſanctorum cœtus in aſtris,
  Plebs noſtra in terris jubilat hinc Domino.
Hinc dolet, atque gemit claſſis mala dæmoniorum,
  Serpens antiquus hinc gemit, atque dolet.
Illius inſidias hæc vita pertulit omni,
  Sed vicit moriens illius inſidias. II. Scholaſtica ab infantia Deo dicata.
Virgo dicata Deo primo permanſit ab ævo,
  Vixit ab infanti Virgo dicata Deo.
Regna poli cupiens patriam cum fratre reliquit,
  Caſſinum petiit regna poli cupiens.
Tecta ſibi ſtatuit ſumma BENEDICTUS in arce,
  At ſoror in planis tecta ſibi ſtatuit a. Caſſinum incolit.
Frater erat ſolitus deſcendere quoſque per annos,
  Viſere germanam frater erat ſolitus.
Proxima lux fuerat, qua corpus virgo reliquit,
  Qua cœlum petiit, proxima lux fuerat. Singulis annis fratrem inviſit.
Ut ſibi mos fuerat, frater deſcendit ab arce,
  Germanam viſit, ut ſibi mos fuerat.
Exoriente die fit eo conventus eorum,
  Et ſermo exoritur exoriente die.
Mutua verba ferunt regni, vitæque perennis,
  De ſatanæ pugnis mutua verba ferunt.
Oceanum ſubiens ſol lucem jam tumulabat,
  Phœbus fert tenebras Oceanum ſubiens.
Pabula pro ſolito dederant animabus amata,
  Dant & corporibus pabula pro ſolito.
Virgo gemit comedens, ſuſpiria corde dat imo,
  Verba facit frater, virgo gemit comedens. Colloquia ſacra cum fratre habet.
Ardet amans animus, ſermones quæritat auris;
  Os eſcas guſtat, ardet amans animus.

a Notandus locus adverſus eos, qui Scholaſticam juxta Caſſinum habitaſſe negant. Idem Paulus infra num. 7.
Virginal ecce ſuum fratris conjunxerat adi,
Staret ut invulſum Virginal ecce ſuum.
Quid planius? Hæc ſi legiſſet Bollandus, aliam ſine dubio ſententiam iniiſſet. S. Scholaſticæ Monaſterium fuiſſe Plumbarialam nonnulli ſuſpicantur, quamvis a Theſia Rachiſii conjuge extructum prodat Leo Oſtienſis in lib. 1. Chron.Caſſin. cap.28. forte quod nulla veteris ædificii veſtigia remanerent.

AN. CHR. 543
10. Febr.
III.

Fit magis eſuriens, dum plures accipit eſcas,
Verbi non dapium fit magis eſuriens.
Jam ſimul ambo parant menſam removere, ciboſque,
Ferre Deo grates jam ſimul ambo parant.
Illa dolens animo dubitat, metuitque profari,
Hæc tandem loquitur illa dolens animo.

Ea in noctem totam protrahi petit.

O venerande Pater, mihi nil miſerere dolenti,
Germanam linquis, o venerande Pater.
Hic precor ut maneas, lux ecce diurna recedit,
Inſtant jam tenebræ, hic precor ut maneas.

Fratrem retinet invitum, pluvia cœlitus obtenta.

Ne ſoror iſta petas, frater ſanctiſſimus inquit,
Quæ petis, haud tribuam, ne ſoror iſta petas.
Protinus illa dolens lacrymis rigat ora profuſis,
Dat caput in menſam protinus illa dolens.
Spes erat huic Dominus, Dominum ſic mœſta precatur,
Quod vult fit, quoniam ſpes erat huic Dominus.
Tota poli facies operitur nubibus atris,
Denſatur nimbis tota poli facies.
Fulgura crebra micant, collidunt flamina venti,
Corruat ut cœlum, fulgura crebra micant.
Frater id intuitus, cur egerit increpat illam,
Nocte domi remanet frater id intuitus.
Poſtera lux veniens fluctus fugat atque tenebras,
Pandit iter juſto poſtera lux veniens.

IV.
S. Benedictus animam ejus cœlos penetrare videt.

Tranſierat triduum poſt ejus ab inde digreſſum,
Poſt iſtud ſignum tranſierat triduum:
Suſpicit ad ſpeculam cœlum Benedictus & orat,
Sic germanæ animam ſuſpicit ad ſpeculam.
In volucris ſpecie volitabat ad aſtra columbæ,
Quid fuit, hac patuit in volucris ſpecie.
Quod ſoror aſtra petat, grates agit Omnipotenti:
Fratribus enarrat quod ſoror aſtra petat.

Corpus ejus in proprio tumulo collocat.

Collocat in tumulo parto ſibi membra ſororis,
Et ſua poſt ipſo collocat in tumulo.
Unus habet tumulus, tenuit quos una voluntas:
Quos parit una alvus, unus habet tumulus.

V.
Uterque miraculis clareſcit.

Signa ſtupenda nimis vita fecere fruentes,
Defuncti faciunt ſigna ſtupenda nimis.
Vidimus hic homines ereptos dœmone plures,
Inſanos ſanos vidimus hic homines.
Eſt data pluribus hic vox oris, lux oculorum,
Frugi pedum virtus eſt data pluribus hic.
Hic Deus omnipotens meritis placatur eorum;
Quæ petitur, præſtat hic Deus omnipotens.
Hic & ubique Deus precibus nos protegat horum,
Nos regat, & foveat hic, & ubique Deus.

DE EADEM S. SCHOLASTICA.

Carmen ejuſdem, ut creditur, Auctoris.

Ex Bedæ tomo 7. & Wione in Ligno Vitæ.

VI.
** al. numine.*

O BENEDICTA ſoror Benedicti * numine Chriſti.
Eximiique Patris, o benedicta ſoror.
Prompta vacare Deo Scholaſtica jure vocaris:
Cerneris a cunis prompta vacare Deo.

Se-

AN.CHR. 543 10. Febr.

Seria conſilio, jam tunc virguncula quamvis,
  Calcatrix coſmi ſeria conſilio.
Sponſa decora Dei niveis tu compta lapillis,
  Lilia ſacra feres ſponſa decora Dei.
Appetis alta poli, tempſiſti dulcia ſæcli,
  Dindyma perpetui appetis alta poli.
Cuncta peroſa tibi Phœbi ſub * luminis poſta,
  Et maleſuada ſoli cuncta peroſa tibi.
Caſtalides proceres præibas concita prædux *a*,
  Illuminabas ovans Caſtalides proceres.
Virginal ecce tuum fratris conjunxeras ædi,
  Staret ut invulſum Virginal ecce tuum.
Unguibus a teneris mutans ſuperna caducis,
  Victoriamque tenens unguibus a teneris,
Ampla trophæa refers ἀρετῆς, σπουδῆς, μελετῆς τε,
  Filia Virgo Sion ampla trophæa refers.
Verſibus heroicis *b* alias caſtiſſima laudes
  Scripſimus ecce tibi verſibus heroicis:
Queis liquido patuit meritorum culmine toto
  Perfectam cunctis, queis liquido patuit.
Sufficiat precibus germanum vincere votum,
  Invictum cunctis, ſufficiat precibus.
Scribere nunc ſupereſt natalem volucre penna
  Scandere quo juſſa es, ſcandere nunc ſupereſt.
Virgo beata die ſubiiſti limina regni
  Menſe Numæ in decimo, virgo beata, die.
Phœbus in Aquario vicenas jamque quaternas
  Præripiens partes Phœbus in Aquario.
Unguine pneumatico floreis nutrita verendis,
  Cujus odor patuit unguine pneumatico.
Sinibus Abraicis vigilum devecta lacertis
  Permanſura ſacris finibus Abraicis:
Virgineiſque choris lenta ſtatione locata
  Laudibus harmonicis, Virgineiſque choris.
Organa quo reſonant ſuperni nominis odas
  Angelici proceres, organa quæ reſonant.
Paſcere nunc liliis milleno flore refertis,
  Tu paradiſiacis paſcere nunc liliis.
Hic vigeas, valeas, ſemper venereris, ameris,
  Nunc & in æternum hic vigeas valeas.

Mundum deſerit.

* al. jubare.

VII. Monialibus præfuit.

Auctor aliorum verſuum meminit.

VIII. Dies obitus ſanctæ Scholaſticæ.

M O N I T U M.

De S. Scholaſtica Reliquiarum Translatione in urbem Cenomanenſem agendum erit in ſecundo Sæculo Benedictino.

a Erat ergo Scholaſtica Religioſa, non devota, privata ſcilicet in domo religioſam vitam ducens, ſed Clauſtralis in communi cœtu Virginum, quibus ipſa præerat.
b Et tamen Beda non ſemel verſus Elegiacos appellat Heroicos, ut in fine epitomes Hiſt.

VITA, ET PASSIO

S. PLACIDI MARTYRIS,

ET FRATRUM EJUS VICTORINI, EUTICHII, ac FLAVIÆ ſororis, nec non DONATI, FIRMATI Diaconi, ac FAUSTI, & aliorum triginta Monachorum.

Auctore Gordiano Monacho, interpolatore Petro Diacono.

Eruta ex Bibliothcca Vaticana a Surio.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

AN.CHR. 541 3. Octobr.

1. *De Gordiano primo horum actorum ſcriptore ita legitur num.* 18. His quoque diebus Gordianus quidam natione Romanus, litteris Græcis apprime eruditus, ad venerabilem Patrem Benedictum pervenit, ſeque ejus magiſteriu ſubdidit. *Is cum S. Placido in Siciliam miſſus num.* 20. *atque e Mamuca manibus elapſus num.* 61. *demum curata S. Placidi Sociorumque Martyrum ſepultura Conſtantinopolim profectus, jubente Juſtiniano Imperatore eorumdem Paſſionem Græce ſcripſit num.* 81. *Hæc vel de ſe ipſe, vel Petrus Diaconus de ipſo his actis quæ interpolavit, inſtruit. Quo magis miror, Petrum ipſum in libro de illuſtribus viris Caſſinenſibus nullam Gordiani facere mentionem; ubi quotquot nanciſci potuit Scriptores Caſſinenſes, diligenter enumerat.*

2. *Iſtorum interpolationem actorum jam agnoverant homines eruditi, non æque vero interpolationis auctorem Petrum Diaconum Caſſinenſem: quem Reverendiſſimus Angelus de Nuce Abbas Caſſinenſis in caput 37. Vitæ S. Benedicti primus recens indicaſſe videtur. Novatoris manum arguunt errores, & anachroniſmi. Quibus illud accedit, quod hæc acta a num.* 5. *ad* 14. *excerpta ſunt ex libro* 2. *Dialog. Gregorii Papæ, qui Gordiano ſerius ſcripſit. Petrus ille Diaconus Caſſinenſis ac Bibliothecarius, qui anno* 1120. *floruit, meminit S. Placidi vitæ a ſe ſcriptæ, ſeu verius interpolatæ in lib. de Viris illuſt. Caſſin. cap.* 47. *& in lib.* 4. *Chron. Caſſinen. cap.* 66. *denique in Regiſtro S. Placidi in Bibliotheca Caſſinenſi aſſervato, ut ex Angelo de Nuce didicimus.*

PROLOGUS AUCTORIS.

1. IN claro & renitenti triumpho beatiſſimorum PLACIDI, EUTICHII, & VICTORINI fratrum, eorumque ſororis FLAVIÆ Virginis, & ſociorum triginta ac trium laudes aliquas addere otioſum quiddam & ſupervacuum eſt. Quos enim Chriſtus in cœleſti regno locavit, quos etiam cum Angelis & Archangelis individuam Majeſtatem laudare conſtituit, hos nimirum hominum laudibus non egere monſtravit. Verum quia omnes Spiritus & omnes creaturas ad Domini laudem Pſalmographus vates invitat, operæpretium reor ego GORDIANUS, Patris BENEDICTI diſcipulus, ad Regis æterni gloriam, eorumdem martyrum paſſiones almificas Argolicis apicibus annotare. Tanta enim miraculorum prærogativa, tanto virtuto jubare ſanctiſſimus Placidus, horum Martyrum dux & prævius ſplenduit, ut non ſolum fideles, verumetiam infideles in Chriſti laudem exclamare cogantur. Et merito; nam juxta magiſtri ſui Benedicti præceptum, Chriſtum toto corde, tota anima, tota virtute dilexit, & pro ejus nomine cum ſupradictis Martyribus ſuum ſanguinem fudit. Hi namque ſunt cœli qui enarrant gloriam Dei. Hi lux mundi, qui ſedentes in tenebris ad veram lucem reducunt. Hi ſal terræ, qui mentes ne tædii torpore deficiant, ſaliunt, & ad cœleſte regnum inducunt. Freti namque Dei omnipotentis virtute, ejuſque ſapientia debriati, frementem mundum velut ſtercora contempſerunt, & veram fidem opportune prædicaverunt, & pro eadem animam poſuerunt.

* Gordianus Græce hæc acta ſcripſit.

2. Hanc namque Dei magnitudinem, virtutem & ſapientiam David admirans, dicebat: *Magnus Dominus Deus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus.* Magnus ſiquidem, cum nos inenarrabiliter ex luti materia condidit, & ex nihilo cuncta creavit. Magna virtus ejus, cum tartareas legiones dirupit, mundi principem vinxit, vaſa & arma ejus abſtulit, regnum deſtru-

Pſal. 146.

ſtruxit, humanum genus ſuo pretioſo ſanguine redemit, pacis coagulum inter Deum & hominem reformavit, terrenis cœleſtia ſociavit, ac filios hominum de terra elevans, in cœleſti regno ſupernarum Virtutum ordinibus junxit. Intonet ergo jam ſancta & univerſalis Eccleſia, & cum eodem celeberrimo ſublimique citchariſta cœleſtis harmoniæ tympanum ſumens, devota, promat cantica, dicens; *Magnus Dominus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus.* Magnus utique ipſe, magna virtus ejus, & ſapientia, qui ab ipſo ferre mundi principio parvulos, ſenes, inſipientes, ſapientes, armentarios, agricolas, piſcatores & Monachos æterni regni oratores & milites contra diabolum fecit. Ad quam rem nobis idonee confirmandam, adeſt cum ſociis & ſorore Flavia Virgine, ac duobus fratribus Eutychio & Victorino, Placidus ſanctiſſimus & beatiſſimus Patris Benedicti diſcipulus, qui terrenis cœleſtia commercia mutans, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus ac Confeſſoribus ſimilis apparuit, & in carne adhuc lutea poſitus, labentes delicias ut quiſquilias ſprevit, & Crucis mortificationem jugiter in ſuo corpore pro Chriſti nominis amore portavit. AN.CHR. 541 5. Octob.

3. In hujus itaque Martyris paſſione explicanda, cujus ad juſſum agere orſus ſum, promam. Dives enim JUSTINIANUS triumphator, invictus Æneades, *a* dum agnoviſſet qualiter jam dictus Martyr Domini Placidus triumphalem lauream ſuſcepiſſet, illico noſtram exiguitatem advocans, præcepit ut paſſionem illius atque miracula, prout oculis ipſe proſpexeram, exerens, ſanctæ Eccleſiæ filiis ad legendum morigerarer. Cujus ſacratiſſimo imperio parens ad tanti Martyris paſſionem deſcribendam animum dedi, ſciens indubie, quia omnia quæ fuerunt & ſunt, & Dei voluntate & permiſſione conſiſtunt & permanent. In hoc tamen opere ſtudioſi lectores non panegyricum requirant, ſed veritatem. Alii ſua ſcripta phaleris ornent, promentes quod turpe videtur & tenebroſum; nos omiſſa purpura obumbrationis, nudum oſtentabimus, quod in ſe honeſtum ſit ac luculentum. Non eſt autem Eccleſiaſticorum virorum, molles & delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad prava & noxia quæque illiciant, ut faciunt Comicorum & Tragœdorum; ſed quæ ad puritatem, caſtitatem, integritatemque mentes audientium ædificent, & ad vitam æternam perducant. Quod autem Deo dilectiſſimi Placidi & ſociorum ejus paſſionem ruſticano deſcribimus calamo, non ideo ſpiritalis homo, qui dijudicat omnia, ut animalis qui neſcit quæ ſunt ſpiritus, ſurda aure prætereat, cum ſola quæ ſunt ſpiritus ſapiat. Superni itaque Regis munimine fultus, tantorum Martyrum paſſionem ſcribere aggrediar. Juſſu Juſtiniani Gordianus hæc acta ſcripſit.

Vita incipit.

4. Tempore, quo THEODORICUS Auguſtus in Seniori Roma, in nova vero JUSTINUS Senior & JUSTINIANUS Romani Imperii ſceptra retinebant, Sedis vero Apoſtolicæ JOANNES primus & FELIX præſidebant, TERTULLUS vir nobiliſſimus ac præclariſſimus, & in utraque curia Romani Imperii poſt Auguſtos nulli ſecundus, homo illuſtriſſimus ac dilectiſſimus, in ſeniori Roma Patriciatus *b* retinebat habenas. Qui ex Aniciorum ſanguine ſtemmatis lineam ducens, adeoque ſapientia, fortitudine atque prudentia viguit, ut ab Im- S. Placidi genus Anicium.

a Hoc epitheton merito ridet Nicolaus Alemannus in notis ad Procopii Arcanam hiſtoriam pag. 89. Certe Juſtinianus ipſe in inſcriptione orationis ad Anteceſſores, quæ vulgo Digeſtorum Proœmium appellatur, nullam hujuſce nominis mentionem facit, licet varios honoris titulos undiquaque ſibi adſciſcat: nec quiſquam Imperatorum hunece ridiculum titulum uſurpavit, ut ſibi vetuſtiſſimam nobilitatem & in Trojanis aliquam familia originem aſſumeret.

b In libri 2. Dialog. Gregorii M. cap. 3. Tertullus *Patricius* appellatur: at vero in litteris, quæ Chronico Caſſinenſi anno 1603. Pariſiis edito ſubjiciuntur, non ſemel vocatur Juſtiniani imperatoris *exadelphus*, id eſt Patruelis, Placidus autem Juſtiniani, & Theodoræ Auguſtæ *nepos*: Quod utrumque Nicolao Alemanno commentitium videtur. Quid enim (inquit ille in Notis ad Procopii Anecdota pag. 88.) Tertullo cum Juſtiniano Bederinæ nato, Juſtini agricolæ nepote? Quid cum Theodora meretricula ſcenica, Acacii Urſarii filia? In has litteras, quas Cardinali Baronio ad annum 541. non immerito ſuſpectæ habentur, haud inquirimus. Scimus tamen ſententiam Gabriellis Trivorii, qui Juſtinum jam Senatorem factum, per adoptionem tranſiiſſe cenſet in antiquam Aniciorum familiam, ſuo non carere fundamento: nam Jornandes Epiſcopus Ravennæ illius ævi ſcriptor in libro de rebus Geticis ſub finem, ait, propter matrimonium contractum inter Germanum Patricium Juſtiniani fratrem, & Mataſuentham filiam Amalaſuenthæ, Theodorici Gothorum Regis neptem, conjunctam eſſe Aniciorum gentem cum Amala ſtirpe, ex qua Theodoricus originem duxit, ut Trevurius in Obſervationis Apologeticæ adverſus Procopii Anecdota capite ſexto adnotavit.

AN.CHR. 541 5. Octob.

Imperatoribus omniqne Romano populo Pater patriæ vocaretur. Hic de OCTAVIÆ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus ſpecioſiſſimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea ſuſcepit. Primum namque PLACIDUM, ſecundum EUTYCHIUM, tertium VICTORINUM, quarto autem loco dum puellam enixa fuiſſet, pro eo quod ex Octaviorum & Flaviorum ſtirpe deſcendebat, FLAVIAM nominaverunt. Hos cum dicto Patricio peperiſſet, viam Domini illos colere docuit, ſectari patientiam, humilitatem, ſobrietatem, caſtitatem & charitatem. Patres ſiquidem erant pauperum, judices viduarum; cauſam autem quam neſciebant, diligentiſſime inveſtigabant. Ipſius autem Patricii animus, licet Imperialibus negociis implicitus eſſet, ſemper tamen aut circa Eccleſias, aut circa Monaſteria erat, ſemper ea quæ Dei ſunt quærens. Eodem tempore beatiſſimus ac Deo dilectiſſimus BENEDICTUS, velut Lucifer inter aſtra, apud Sublacum radiabat. Cœperunt deinde in eodem loco ad eum multi confluere, & ſub leni Redemptoris jugo cordis cervices edomare, multique ab eodem Patre in eadem regione ad omnipotentis Dei ſunt ſervitium coadunati; ita ut illic duodecim Monaſteria conſtrueret, in quibus ſub ſtatutis Præpoſitis duodenos Monachos deputavit: nonnullos vero ſecum retinuit, quos adhuc in ſua præſentia aptius erudiri judicabat.

Fratres ac ſoror.

S. Benedictus apud Sublacum clareſcit.

5. Fama itaque tanti Patris per totum Romanum Imperium volitante, urbem ipſam Romam, quæ Romani Imperii omniumque urbium caput eſt, ceu ſol radians, replevit in tantum, ut Tertulli Patricii perveniret ad aures. Qui cum optimatibus Romani Imperii, temporibus * Julii Papæ, divinæ autem incarnationis anno 22. ac quingenteſimo, ad Patrem ſanctiſſimum Benedictum perveniſſet, vir excellentiſſimus, & Imperatoris in orbe Romano præcelſus ac ſingularis, purpura indutus, gemmis & auro radians, pedibus ejus provolvitur, utque pro ſuis commiſſis Domini flagitaret clementiam, cum lacrymis atque ſingultibus expoſcebat. Vir autem Domini Benedictus, Patricii humilitatem advertens, e terra eum levavit, & de his, quæ ad æternam vitam attinent, ſufficienter inſtruxit. Idem vero Patricius ſervi Domini doctrina delectatus, eo die obtulit Deo & eidem Patri Benedicto Placidum filium ſuum ſeptennem, nutriendum & erudiendum ſecundum regularem normam inſtitutionis; ſicque benedictione munitus, ad Urbem reverſus eſt.

Placidus ſeptennis a Patre traditur S. Benedicto.

* lege Joannis juxta prædicta num. 4.

6. Placidus autem ſanctiſſimus cum ſub beatiſſimi Benedicti regulari magiſterio creſceret, ſanctam & Deo placitam vitam in omnibus ducere cœpit. Quem vir Dei cernens ad alta ſuccreſcere, ac ſicut proprium filium illum unice diligens, de his quæ Dei ſunt, ſollicite inſtruere cœpit, ac contra tentantia præmunire vitia, qui ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore abſtinentiam ac vigilias eſt ſecutus. Curſu namque præpete cœleſtem tendens ad patriam, ardua & ſanctiora appetere non deſinebat, noctibus atque diebus, horis ac momentis quæ Dei ſunt quærere non ceſſabat. Obedientiæ vero ita ſibi callem vindicavit, ut pro hoc ipſi ſanctiſſimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam vero die dum aqua in Cella deeſſet, ad hauriendam aquam de lacu Placidus eſt beatus egreſſus: qui dum vas quod tenebat incaute in aquam miſiſſet, ipſe quoque cadendo ſecutus eſt, quem continuo unda rapuit, & pene in unius ſagittæ curſu a terra introrſus traxit. O inenarrabilis clementia Salvatoris! O, inquam, indeficiens ſuper ejus electos uſque in finem mundi divina cuſtodia! Ille namque fuit cum Placido in aqua ne necaretur, qui fuerat cum Petro in mari ne mergeretur. Hoc ille egregius Pſaltes præfiguraverat, cum diceret: ***In mari viæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis multis.*** Sed quid prævalet contra Dei potentiam antiqui hoſtis verſutia? Mox enim ut ſanctus in aquam Placidus cecidit, eventum rei Spiritus ſanctus, qui in Sanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto Patri ſanctiſſimo revelavit. Qui eveſtigio beatum MAURUM ſub magna celeritate vocavit dicens: Frater Maure, curre velociter, quia puer Placidus, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque jam longius unda trahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolum omnibus retro ſæculis inaudita! Benedictione enim poſtulata atque percepta, ad Patris imperium concite Maurus

Obedientia S. Placidi.

Pſal. 76.

Maurus ſuper aquas incedens, Placidum e periculo eripit.

AN.CHR. 541

5. Octob.

rus perrexit, atque ad eum locum, quo ſanctus Placidus ab unda trahebatur, & per terram ſe ire exiſtimans, ſuper aquas cucurrit, Placidumque beatum per capillos tenuit, rapidoque curſu rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad ſe Maurus reverſus, poſt terga reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet cognovit, & quod præſumere non potuit ut fieret, miratus expavit factum: reverſuſque ad patrem, rem in ſe geſtam maturius per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non ſuis meritis, ſed Mauri cœpit deputare obeditioni; contra Maurus pro ſolo ejus imperio factum dicebat, ſeque conſcium in illa virtute non eſſe, quam neſciens feciſſet. Sed in hac humilitatis mutuæ amica contentione, acceſſit arbiter Placidus, qui ereptus eſt, puer. Nam dicebat: Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meum Abbatis melotem videbam, ipſumque me ex aquis educere conſiderabam. Hic plane reſpiciendum eſt, qualis ſub Patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donavit cernere, quod beato Mauro non eſt permiſſum conſpicere. Dic, dic nunc coluber venenoſe, quid profuit tibi ſævitia tua? Ubi eſt nunc victoria tua? Ecce terebra Chriſti perforatum eſt guttur tuum: ereptus eſt ab aquis Placidus ſanctus, ſuper cujus caſu non mediocriter gaudebas. O beatiſſimi viri admiranda ſanctitas! qui quod ſuis effici non dubitabat meritis, diſcipuli potius adſcribendum cenſebat obedientiæ.

Hæc ex lib. 2. Dial. S. Greg. c. 7.

7. Ex his autem Monaſteriis, quæ in eodem loco Benedictus Pater exſtruxerat, tria ſurſum in rupibus montis erant, & valde erat Fratribus laborioſum ſemper ad lacum deſcendere, ut aquam haurire debuiſſent, maxime quia ex devexo montis latere erat grave deſcendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eiſdem tribus Monaſteriis, ad beatiſſimum Patrem Benedictum venerunt, dicentes: Laborioſum nobis valde, o Pater, propter aquam quotidie uſque ad lacum deſcendere; & idcirco neceſſe eſt ex eodem loco Monaſteria mutari. Quos venerabilis Pater blande conſolatus, ad ſua loca eos diſcedere juſſit. Nocte vero inſecuta, una cum beatiſſimo Placido diſcipulo ſuo montis aſcendit verticem, orationemque ibidem faciens, tres petras in eodem loco pro ſigno poſuit, atque ad ſuum una cum Placido, cunctis illis neſcientibus, Monaſterium rediit. Cumque die alio pro neceſſitate aquæ prædicti fratres veniſſent, dixit: Ite ad rupem illam, in qua tres ſuper invicem petras poſitas invenietis, ibi modicum cavate; valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem jam ſudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum feciſſent, ſtatim aqua repletus eſt, quæ tam ſufficienter emanavir, ut nunc uſque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine uſque ad inferiora derivetur. Nemo ergo dubitet beatiſſimum Placidum tanti miraculi participem extitiſſe, quem beatus Magiſter ſolum hujus ſigni voluit habere conſcium.

Tria in vertice montis Monaſteria.

Ex cap. 5. lib. 2. Dial. S. Gregor. Placidus S. Benedicto aſſiſtit, in monte pro fonte exoranti.

8. Cumque omnia loca eadem in amore Domini noſtri JESU-CHRISTI longe lateque ferveſcerent, & ſæcularem vitam multi relinquerent, quidam Presbyter FLORENTIUS nomine, antiqui hoſtis veneno debriatus, ſancti Patris ſtudiis cœpit æmulari, quoſque etiam poſſet, ab ejus viſitatione compeſcere. Cumque jam ſe conſpiceret ejus profectibus obviare non poſſe, panem veneno infectum ei quaſi pro * benedictione tranſmiſit. Quem Vir Domini cum gratiarum actione ſuſcepit, ſed eum quid peſtis lateret in pane non latuit. Ad horam vero refectionis illius ex vicina ſilvâ corvus venire conſueverat, & panem, quem Presbyter tranſmiſerat, vir Dei ante corvum projecit, eique præcepit, dicens: In nomine JESU-CHRISTI tolle hunc panem, & tali eum in loco projice, ubi a nullo homine poſſit inveniri. Tunc corvus aperto ore expanſis alis, circa eumdem panem cœpit diſcurrere & crocitare, ac ſi aperte diceret, & obedire ſe velle, & tamen juſſa implere non poſſe. Cui vir Dei iterum atque iterum præcipiebat, dicens: Leva, leva ſecurus, atque eum ibi projice, ubi inveniri non poſſit. Quem diu demoratus, quandoque corvus momordit, levavit & receſſit. Poſt trium vero horarum ſpatium abjecto pane rediit, & de manu hominis Dei annonam, quam conſueverat accepit. Venerabilis autem Pater con-

Hæc ex c. 8. l. 2. Dial.

* l. pro dono.

Florentius panem veneno infectum S. Benedicto offert.

AN.CHR. 541 contra vitam ſuam ardeſcere Sacerdotis animum videns, illi magis, quam ſibi doluit.

5. Octob.

Puellas nudas in Monaſterii hortum inducit.

9. Sed prædictus Florentius, quia magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accendit, ita ut in horto Cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas ſeptem puellas mitteret, quæ coram eis ſibi invicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad perverſitatem libidinis inflammarent. Quod ſanctus vir de Cella conſpiciens, lapſumque tenerioribus diſcipulis (Placido & Mauro) pertimeſcens, eos cuſtodiri præcepit, dareque invidiæ locum diſpoſuit. Hæc dum ſollicita ſecum mente tractaret, revelatio cœleſtis tali illum adhortari eſt dignata oraculo: Ut quid dulciſſime, ac dilectiſſime Benedicte triſtaris? Numquidnam non reminiſceris illud, quod ego diſcipulis meis locutus ſum, dicens: *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur?* Tibi enim alia eſt eligenda via, aliud iter quærendum. Te namque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu Evangelii mei tuba cœleſtis exiſtens, ſpiritu es meo repletus. Surge jam, & vade ad caſtrum Caſſinum, & populum ejuſdem provinciæ, qui adhuc idolorum nefandis cultibus ſervit, & in quorum præcordiis ſatanæ verſutia regnat, qui nihil ſciunt aut dicunt, niſi quod in cordibus eorum veternoſi ſerpentis verſutia ſcripſit, ſermone verifico prædicans, meum ad cultum convertere ſtude; quia tecum ego ero, & non te deſeram, & confundam omnes adverſarios tuos. Proficiſcere idolorum ad pugnam, confortare & eſto robuſtus, quia caſtrum tibi tradam, & illic ſedes nominis tui in perpetuum erit.

S. Benedictus jubetur Caſſinum migrare.

Joan. 15.

10. Talia dum Sanctus Pater Benedictus audiſſet, ſuos ad ſe diſcipulos evocans, ſic eis orſus eſt fari.

Audite me fratres & filii, cohæredes & ſocii in promiſſo Regis æterni. Nam mihi Dominus meus JESUS-CHRISTUS præcepit, ut ad culturam idolorum exterminandam æternæque oblivioni tradendam caſtrum petam Caſſinum; ideoque voluntas Dei noſtris voluntatibus modis omnibus anteponenda eſt. Noſtis præterea & bene noſtis, quantos dolos, quantaſque inſidias Florentius Presbyter intulit, qui me veneno interficere, & diſcipulorum meorum Placidi & Mauri animas extinguere voluit. Quapropter cedendum loco eſt, juxta illud æterni Regis eloquium: *Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.*

Matth. 10.

Et quia ita eſt, juſſioque ejuſdem Domini noſtri JESU-CHRISTI imminet, parere debemus, eundum eſt. Super hoc autem & illa nobis lex eſt, ut viſcera pietatis omnibus aperiamus, & fraterno charitatis amore omnibus mortalibus juvamen conferamus, ſicut & nos accepimus a Domino JESU-CHRISTO. Vos autem ſtate, & permanete in gratia & converſatione ſanctæ religionis, proculdubio ſcientes, quia quanto ſtudioſius in ſpiritualibus diſciplinis permanſeritis, tanto majora præmia in futuro examinis die percipietis. Hæc cum dixiſſet, anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo vigeſimo nono, temporibus Juſtini *a* monocratoris, Oratoria cuncta quæ conſtruxerat, adjunctis in unoquoque duodenis Fratribus, ſub ſtatutis Præpoſitis ordinavit, & duobus Angelis, tribus corvis ſe comitantibus, ad Caſſinum caſtrum pergere cœpit.

* l. Alaterinam.

S. Benedictus cum Mauro & Placido Sublaco recedit.

* l. Herulanam.

Maurus & Placidus S. Eraſmi Monaſterium conſtruunt.

11. Cumque juxta civitatem * *Alaternam* deveniſſet, in Monaſterio ſancti Martyris Chriſti Sebaſtiani hoſpitio ſuſceptus eſt. Inde quoque vir Dei recedens, & ſancto SERVANDO Diacono valefaciens, cum diſcipulis ſuis PLACIDO atque MAURO *b* juxta civitatem * Herculanam devenit, in locum ſcilicet, qui Aureola ab accolis appellabatur; in quo dum perveniſſet, agnovit per Spiritum ſanctum Congregationem Religioſorum virorum ibidem eſſe futuram, fundamentaque ipſe pro Eccleſia conſtruenda manibus ſuis faciens præcepit diſcipulis ſuis Placido atque Mauro, quatenus eamdem Eccleſiam in honore ſancti Martyris Chriſti Eraſmi a ſe fundatam ad finem perducerent, ſicque Caſſinum venirent, quod & fecerunt. Ipſe autem Pater ſanctiſſimus inde

a Lege, *Juſtiniani*, nam Juſtinus ſenior anno 527. imperare deſiit.

b His caput octavum Vitæ S. P. Benedicti adverſatur, ex quo S. Maurum tum apud Sublacum remanſiſſe intelligitur.

AN. CHR. 541

5. Octob.

de procedens, Caſſinum tendebat. Sed cum per ignota loca ſolus viator incederet, ubicumque bivium vel trivium occurrebat, duo, ut ante diximus, in figura juvenum aderant Angeli, qui tanto Patri per montium deſerta quo greſſum dirigere deberet indicabant. In eodem vero loco ſanctus quidam vir, nomine MARTINUS, tunc habitaculum habebat, cui divinitus ita dictum eſt:

Hic tu parce locis, alter amicus adeſt.

Ille autem continuo divinis juſſionibus aurem accommodans, montem Marſicum petiit, ibique vitam virtutibus glorioſam ſancto fine concluſit.

Martinus quidam vir ſanctus Caſſinum cedit S. Benedicto.

12. Cumque ad Caſſinum caſtrum Benedictus Pater perveniſſet, per quadraginta dies non longe a Templo Apollinis Deum omnipotentem orans permanſit. Demum vero contrivit idolum, ſubvertit aras, ſuccidit lucos, atque cum diſcipulis ſuis Placido & Mauro Caſſinenſe fundavit Monaſterium, illudque in ſua corporali requie Regulæque deſcriptione, caput omnium Monaſteriorum conſtituit. Ubi autem templum Apollinis erat Eccleſiam beati Martini: ubi vero ara Apollinis fuit, Oraculum ſancti Joannis conſtruxit, & circumquaque manentes populos ad Chriſti fidem convertit. Sed hæc antiquus hoſtis tacite non ferens, non occulte, vel per ſomnium, ſed aperta viſione ejuſdem Patris ſe oculis ingerebat, ita ut etiam voces illius Placidus & Maurus audirent, quamvis imaginem minime cernerent. Ut enim diſcipulis ſuis Placido & Mauro idem Pater dicebat, corporalibus ejus oculis diabolus teterrimus & ſuccenſus apparebat, qui in eum ore oculiſque flammantibus ſævire videbatur.

Oratorium alterum S. Martino, alterum S. Joanni in monte Caſſino ſacrum

Ex cap. 9. l. 2. Dial.

13. Quadam vero die dum ſanctiſſimi viri (Placidus & Maurus) habitacula Cœnobii Caſſinenſis conſtruerent, lapis in medio jacebat, quem in ædificium levare decreverant. Cumque eum movere non poſſent, plures adjuncti ſunt: ſed ita immobilis permanſit, ac ſi radicitus in terra teneretur; ut palam daretur intelligi, quod ſuper eum ipſe per ſe antiquus hoſtis ſederet, quem tantorum virorum manus movere non poſſent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei Placidus & Maurus miſerunt, ut veniret, & orando hoſtem repelleret, ut lapidem levare poſſent. Qui mox ut venit, orationem dedit, & tanta lapis celeritate levatus eſt, ac ſi nullum prius pondus habuiſſet. Tunc in conſpectu viri Dei placuit, ut in eodem loco terram foderent; quam dum fodiendo altius penetraſſent, æreum illic idolum Fratres invenerunt. Quo ad horam caſu in coquinam projecto, exire ignis repente viſus eſt, atque in Placidi & aliorum fratrum oculis, quia omne ejuſdem coquinæ ædificium conſumeretur, oſtendit. Cumque jaciendo aquam & ignem quaſi extinguendo perſtreperent, pulſatus eodem tumultu vir Dei advenit. Qui eumdem ignem in oculis Fratrum eſſe, in ſuis vero non eſſe conſiderans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos phantaſtico reperit igne deludi, revocavit fratres ad oculos ſuos, ut ſanum illud coquinæ ædificium aſſiſtere cernerent, & flammas quas antiquus hoſtis finxerat, non viderent.

Dæmon lapidi inſidens, eum immobilem reddit.

Ex cap. 10.

Ignem phantaſticum excitat.

14. Rurſus dum ſanctus Domini Placidus cum Fratribus parietem paulo altius ædificaret, Viro Dei in oratione conſtituto diabolus apparuit, & quia ad laborantes Fratres pergeret indicavit. Quod vir Dei per nuncium celerrime mandavit Fratribus, dicens: Fratres caute vos agite, quia ad vos hac hora malignus ſpiritus advenit. Is qui mandatum detulit, vix verba compleverat, & diabolus parietem qui ædificabatur, evertit, atque unum puerulum monachum, (nomine SEVERUM) opprimens, ruina contrivit, quem in ſago ad patrem Benedictum portantes, non ſolum membra, ſed etiam oſſa contrita habentem, in matta qua ſanctus Pater orare conſueverat projecerunt, orationemque faciens, hora eadem illum ſanum reſtituit & valentem ut prius, atque ad eumdem iterum laborem miſit, ut ipſe parietem cum Placido & Fratribus perficeret, de cujus ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet.

Ex cap. 11. Dial.

Ruina parietis Monachum opprimit.

15. Igitur cum ad aures TERTULLI Romanæ curiæ Patricii perveniſſet, quod ſanctus Domini Benedictus una cum Placido ejuſdem Patricii filio, & diſcipulo ſuo Mauro, in ſua poſſeſſione Caſſini Monaſterium conſtruxit, gaviſus eſt gaudio magno, filioque ſuo dirigere ſtuduit, ut Patris Benedicti volun-

AN. CHR. 541 5. Octob.

tatem ſuper ſuo adventu perquireret, & ſibi remitteret; velle enim ſe ajebat, ſi id ſervo Domini placeret, & Caſſinenſe cœnobium, & Placidum filium ſuum videre. Quæ cum idem ſanctus Placidus Patri Benedicto reſeraſſet, vir Dei reſpondit ſibi placere, ut tam idem Patricius, quam amici ejus ad Monaſterium viſendum venirent. Placidus autem certum diem Tertullo Patri ſuo quo ad Cœnobium viſendum venire deberet, & juxta quod Pater Benedictus in mandatis dederat, tranſmittere ſtuduit. Qui confeſtim accerſitis ad ſe nobiliſſimis de civitate Romæ viris, BOETIO ſcilicet, SYMMACHO *a*, VITALIANO, GORDIANO atque EQUITIO, aſcenſis equis concito gradu ad prædium poſſeſſionis ſuæ, quod ei de paterna hæreditate obvenerat, Caſſinum pervenit. Cujus adventus dum Patri Benedicto nunciatus fuiſſet, cum diſcipulis ſuis Placido & Mauro ante januam Monaſterii in ejus pergit occurſum. Patricius autem beatiſſimum Patrem Benedictum corpore præ abſtinentia exhauſtum perſpiciens, de equo quo inſederat, celeriter deſcendit, & ita ut erat auro gemmiſque ornatus, in terram corruens, deoſculabatur veſtigia ejus. Quem Pater ſanctiſſimus a terra elevans, & ad pectus ſuum conſtringens, deoſculatus eſt. Demum vero in Eccleſiam ſancti Confeſſoris Chriſti Martini inducens, & præ gaudio in fletum prorumpens, illum & reliquos in fratrum conventum deduxit. Tertullus vero, deoſculata omni congregatione, rogavit Patrem Benedictum, quatenus eum Fratres dignarentur in ſuam recipere ſocietatem. Qui cum celeriter ea quæ ſumma devotione poſcebat, una cum Patriciis, Conſulibus ac Senatoribus, qui cum eo venerant, impetraſſet, obtulit Deo & eidem Patri beatiſſimo Benedicto totum ex integro Caſſinum montem, cum univerſis pertinentiis ſuis, atque a ſuo proprio jure illum abſcindens, eidem Patri tradidit in perpetuum poſſidendum. Convocanſque ad ſe Reipublicæ primiſcrinium, teſtamentum juxta morem Romanum conſcribi fecit, ab omnium mortalium jure atque dominio locum eumdem perpetuo manſurum alienum decernens.

Tertullus cum sociis a S. Benedicto recipitur in societatem.

Caſſinum S. Benedicto concedit.

Ex variis poſſeſſiones.

16. Pariter amodo eidem Patri obtulit caſtra, villas & poſſeſſiones *b*, quæ ſibi in re hæreditaria pertinebant, cum univerſis appendiciis ſuis, habentes hos fines: Ab una ſiquidem parte fluvium Wlturum, ab alia fluvium Ligirlanum, a tertio fluvium *Sacrum*, a quarto latere municipium Carſiolanum, cum univerſis quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Domum vero in qua Placidus filius ejus natus fuerat in urbe Roma in Cælio monte, beati Eraſmi nomini dicans, Patri ſanctiſſimo ex toto conceſſit. Obtulit etiam ipſo die Deo & ſanctis ejus medietatem de lacu Lucrino, necnon & inſulam *Caprariam* in ſalo Neapolitano locatam, portumque Trajeſenſem & Ultranenſem, & totam piſcariam Leſinenſem una cum faſce ſua, ſimul etiam tres inſulas *Diomedis* & fluvium Lauri juxta piſcariam Leſinenſem. Propria vero quæ in Apulia habebat, rogatu Placidi filii ſui pari modo conceſſit, quorum nomina hæc ſunt: In Canuſia fundum Melitenſem, Podenſem, villam Pertuſam, campum Calienſem, *Baboliantum* Viculum, & Eccleſiam Sanctæ MARIÆ in eadem Canuſina civitate conſtructam cum cortibus iſtis, Mirazanum, Plazanum, campi paſcua, Lacum Romanum. In territorio Capuano, fundum Patenarienſem, & Amartonum. In territorio Corſino, fundum Curritanum, Laudanenſem, Melaſſanum, Funiclirum, necnon & res ſuas in Magella, ubi poſtea ab eodem Patre Benedicto Monaſterium Domini Liberatoris conſtructum eſt, una cum omnibus quæ ibi idem Patricius poſſidere videbatur, regiones ſcilicet has; Theate, Aprucium, Pinnæ Aſculum, *Firmum*, in mari Adriatico portum Sabini & portum Maurini, in Liguria cortes has; Adili, Muſalinum, Montironem, Fraguanelum, Rongalia, Campodulſum Laurentianum, Argelæ, Ragoguſoſa, Calderaria, Fraſſevetulam, Seratam, Petroſam, Pontem longum Berſeli, Gremanum, Moncerionem. In ſalo * *Gadeano* inſulas has; Pontiam, Pontateriam, Palmariam,

** al. Cajetano.*

a Fœdus error. Nam Boetius & Symmachus juſſu Theodorici Gothorum Regis anno 526. necati ſunt, tribus ante annis, quam S. Benedictus Caſſinum peteret, ex calculo interpolatoris, num. 10.

b Diploma confirmationis donationis hujus ſub nomine Juſtiniani Imperatoris habes in appendice Chronici Caſſinenſis, in quo diplomate nomina poſſeſſionum paulo aliter leguntur.

riam, & portum fluvii Gariliari. Iſta omnia Tertullus Patricius cum Placido filio ſuo Patri Benedicto per ſcriptum tradiderunt in perpetuum poſſidenda. AN.CHR. 541

17. Hunc æmulatus ad bonum EQUITIUS ſenator, obtulit & ipſe una cum filio ſuo Mauro fundum Gentianum cum cella ſancti Agapiti, & cortem ſuam in civitate Neapolitana locatam, cum Eccleſia ſanctæ Virginis Chriſti Cæciliæ & ſancti Severini. In Surrentoni Sariintravi, in quibus poſtea a Patre Benedicto Eccleſiæ ſitæ ſunt, necnon Eccleſia ſanctæ MARIÆ in Coſentia. GORDIANUS quoque Romanæ urbis vir ſpectabilis horum devotione delectatus, obtulit pro ſe & SILVIA uxore ſua villam *Encheliam*, in ſuburbio Aquinenſi locatam cum pertinentiis ſuis inter hos fines: Ab uno latere ſilicem & rivum qui ex nomine beati Mauri poſtea nominatus eſt; ab altero campum longum & rivum, qui vadit per agrum de * *Matilia* famelica, & fluvium *Carvellum*; ab altero a rivo Silvarici uſque in *Silicem*. Pari etiam modo obtulit fundum *Granarium* inter hos fines qui incipit a ſancto *Firmano*, & vadit directe in *Camarda*, & inde in fluvium * *Melphua*, inde in limitem ſub Granarium, & vadit ad montem ſancti *Angeli*. Conceſſit etiam fundum Reginæ inter hos fines; ab uno latere habet viam Latinam, ab alio ſilicem, ab alio fluvium Melphua, & viam Campaniam, inde in * Portaritiam, & vadit in foſſam, & mittit in ſilicem. Hæc omnia cum aliis quamplurimis rebus eidem ſanctiſſimo Patri Benedicto idem Gordianus vir illuſtriſſimus obtulit jure perpetuo poſſidenda.

5. Octob. — Equitius etiam plurima largitur. — Item Gordianus. — * al. Maceda. — * al. Melpha. — * al. Porcaritiam.

18. Eodem tempore jam dictus TERTULLUS Patricius hortatu ſanctiſſimi Placidi filii ſui obtulit beatiſſimo ac venerabili Patri Benedicto decem & octo patrimonii ſui cortes, quas in Sicilia habebat, & in diverſis locis vir præpotens poſſidebat, bonas valde & magnas cum portubus ſuis, ſilvis, aquis, piſcariis, molendinis, aquarumque decurſibus ad eaſdem cortes pertinentibus, cum ſervis ſeptem millibus, exceptis uxoribus eorum & filiis, cum procuratoribus earumdem cortium, atque a proprio jure eaſdem cortes abſcindens, eidem Patri per præceptum tradidit in perpetuum poſſidendas, pœna appoſita quatuordecim millium talentorum auri qui id removere tentaſſet. His quoque diebus GORDIANUS *a* quidam natione Romanus, litteris Græcis apprime eruditus, ad venerabilem Patrem Benedictum pervenit, ſeque ejus magiſterio ſubdidit. Placidus autem Beatiſſimus dum robur virilis invaſiſſet ætatis, ſe in omnibus magiſtro ſuo Benedicto ſubdere ſtuduit, & ſub ejus præſentia Angelicam vitam in terris ducere cœpit, quem Pater Benedictus ac ſicut proprium filium unicum diligens, cum ſumma induſtria de his quæ Dei ſunt, ſollicite ac diligenter inſtruxit.

Tertullus multa prædia in Sicilia ſita tradit.

19. Per idem tempus procuratores cortium, quas in Sicilia Tertullus Patricius Patri Benedicto conceſſerat, legatos Caſſinum ad beatiſſimum Patrem Benedictum direxerunt, eo quod cortes ipſæ a quibuſque devaſtarentur, adeo ut a procuratoribus nullo modo poſſent defendi, neque debitum penſum a poſſeſſoribus exigi. His venerabilis Pater auditis, omnem convocans congregationem, quæ in ſuis poſſeſſionibus acta, ſibique nunciata eſſent, per ordinem pandit. Demum vero ex conſulto Caſſinenſis congregationis Placidum ſanctiſſimum diſcipulum ſuum ad tantum laborem ſuſtinendum aptiſſimum judicans, ob id vel maxime, quia nullus eaſdem poſſeſſiones ſicut ipſe defendere & cuſtodire valeret, evocat, illumque ad tuitionem earumdem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad ſuſcipiendum militiæ laborem, dilectiſſime, accinge ſicut vir lumbos tuos, quem per me nunc tibi dat Rex omnium Chriſtus, qui factus eſt obediens uſque ad mortem. Reminiſcere igitur ſermones ejus dicentis: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris*. Non te longi itineris conturbet auſteritas; recordare illud Apoſtolicum; quia *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*, & *Per varias tribulationes oportet nos introire in regnum Dei*. Pro Chriſti namque nomine qui in hac vita decertaverint, in futura æternam remunerationem accipient, illam ſcilicet, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor ho-

S. Placidus in Siciliam mittitur. — Admonitio S. Benedicti ante ejus diſceſſum. — Joan. 5. — Rom. 8. — Act. 14.

a Is eſt horum actorum primus auctor.

AN. CHR. 541 | 5. Octob.

minis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. JESUS-CHRISTUS autem filius Dei ſemper ſit tecum, perducat te ad vitæ æternæ conſortium.

Placidus Caſſino diſcedit cum Gordiano & Donato, anno 536.

Primicerium Capuæ capitis dolore liberat.

20. Hæc dum peroraſſet, dedit commilitones tanti itineris GORDIANUM & DONATUM, mandans ut ita Beato Placido unico ſibi ac chariſſimo ſicut & ſibi eatenus in omnibus obſequerentur, oſculanſque beatum Placidum, & benedicens, dimiſit a ſe, anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo trigeſimo ſexto [a]. Igitur benedictionem & oſculum ſuſcipiens tanti Patris, tertiodecimo Kalendas Junii beatiſſimus Placidus cum duobus famulis ſuis Gordiano & Donato aſcenſis equis, primo diluculo iter aggrediens, adveſperaſcente jam die Capuanam pervenit ad urbem, ubi benigne cum ſuis a Beato GERMANO ejuſdem civitatis Epiſcopo ſuſceptus eſt. Primicerius [b] vero ejuſdem Capuanæ Eccleſiæ, nomine Zoffas, laborans valde peſſima infirmitate capitis, quam medici Græco vocabulo * cephaleam vocant, ubi comperit illic adeſſe Placidum beatiſſimi Patris Benedicti diſcipulum, cujus jam per totum orbem Romanum miraculorum fama radiabat, procidit ad ejus pedes, dicens: Adjuro te, Placide ſerve Dei ſummi, per venerandum nomen pretioſiſſimi magiſtri tui Benedicti, ut digneris ſuper caput meum manus tuas ſanctas imponere, ac preces Redemptori & Salvatori omnium fundere; confido enim & conſtantiſſime credo, quia ſi hoc feceris, continuo recipiam ſanitatem. Sanctus autem Domini Placidus ab eodem Primicerio talia dum verba audiſſet, pavore perterritus, omnimodis contradicere cœpit, dicens: Recedite, quia hæc mea non ſunt, ſed beatiſſimi Patris Benedicti, & illorum qui Salvatori omnium placuerunt. Ego enim peccator ſum, & perfectiſſimorum virorum ſuffragiis indigens. Sanctus vero Germanus Epiſcopus una cum Clericis ſuis ſervi Domini Placidi ore hæc audiens, & Deo & hominibus illum chariſſimum ac dilectiſſimum eſſe prænoſcens, Primicerii precibus victus, pro ejuſdem languidi incolumitate illum rogare inſtantiſſime cœpit. Vir autem Domini ſupplicationem tanti Patris minime contemnendam ducens, erexit ſe, ſurgenſque manum capiti ejus impoſuit, & ad cœlum oculos elevans, dixit: In nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI, cujus virtute nihil læſus, ſum ereptus de aquis a quibus trahebar, adjutus meritis & orationibus magiſtri noſtri Benedicti, ſi fidem habes tantæ credulitatis, reſtituat te Deus in priſtinam ſanitatem. Cumque omnes qui aderant reſpondiſſent, Amen, confeſtim dolor capitis, quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo diſceſſit, cœpitque laudare & benedicere Deum, dicens: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri JESU-CHRISTI, qui me ſanum fecit meritis & interceſſionibus beatiſſimi Patris Benedicti per ſanctiſſimum Placidum diſcipulum ejus.

** κεφαλαλγίαν.*

Cæco viſum reſtituit.

21. Itaque dum beati Placidi ſanctitas per ora omnium volitaret, quidam cæcus inopinato vociferantis populi clamore perculſus, ſollicite interrogare cœpit quid eſſet. Qui cum reſpondiſſent quod Placidus diſcipulus beati Benedicti veniſſet, cæcus fide fervens, duci ſe ante beatum Placidum fecit, roganſque eum per ſanctum & terribile nomen Domini, & obteſtans ut ſuis ſanctis precibus ſanitatem impetraret a Domino. Sanctus autem Domini Placidus more ſibi ſolito in fletum erumpens, juſſit eum adduci ad ſe, & cum appropinquaſſet, ſuper ejus oculos ſignum ſalutiferæ Crucis faciens, oravit ad Dominum, dicens: Mediator Dei & hominum Domine JESU-CHRISTE, qui ideo de cœlis ad terram deſcendiſti, ut ſedentes in tenebris & umbra mortis illuminares, qui beatiſſimo Magiſtro noſtro Benedicto tantam gratiam contuliſti, ut omnibus languoribus & vulneribus ſubvenires, tu per ipſius merita huic cæco lumen reſtitue, ut videns magnalia tua, te Patrem, te Dominum veneretur & adoret. Expleta oratione, ſanctus Domini converſus ad cæcum, dixit: In nomine ipſius qui Solem & Lunam in cœli ornamento conſtituit, & cæco nato oculos quos natura negaverat condonavit, adjutus meritis ſanctiſſimi

---

[a] Si Sabinum Canuſinæ Eccleſiæ Epiſcopum S. Placidus in Siciliam proficiſcens inviſit, ut infra num. 41. legitur, S. Placidi e Caſſino diſceſſus male collocatur anno 536. cum Sabinus ab Agapeto anno 535. Conſtantinopolim miſſus, interfuit ſubſcripſitque Concilio, quod pridie Nonas Junias anni inſequentis abſolutum eſt. Lege Baronium.

[b] Primicerius, primus in quolibet ordine, hæc prima dignitas Canonicorum.

ſimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & prædica omnibus mirabilia Dei. Ad hanc vocem ſanus exurgens, ac improviſo ſanguine manante de lumine ſalutem ſuam oculi mirabiliter receperunt. Mox vero ut lucem conſpexit, ad ejus veſtigia ruens, pedes illius inſatiatus gaudio deoſculari avidiſſime cœpit, pariterque Gordiano & Donato præ compunctione deflentibus, qui Dei laudabant magnalia, quia eidem cæco oculos reſtituit. Sed hæc quidem præſente ſancto Germano Epiſcopo geſta ſunt.

AN. CHR. 541. 5. Octob.

22. Inde quoque ſanctus Domini dum receſſiſſet, ac juxta civitatem Calatiam *a* iter ageret, quidam languidus ei factus eſt obvius, conquerens quod accolæ regionis illius gravi tædio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, oratione præmiſſa, ſalutiferæ Crucis vexillo languidos cunctos qui præſentes erant conſignans, priſtinæ ſaluti reſtituit. Tunc temporis quædam mulier filium parvulum habens in ultimo flatu palpitantem, jam jamque moriturum, ante ſanctum Domini Placidum obtulit, dicens: Placide pater honeſtiſſime, qui ſanitatis gaudia quamplurimis reddidiſti, reſpice quæſo voces ancillæ tuæ, attende fletum, ſuſcipe preces, & mihi unicum filium jam in extremis poſitum redde, ut plena gaudio, vacua gemitu, cuncta regentis laudare poſſim magnalia. Vides infelicem extorquente morte rapinam, aut mihi filium reſtitue, aut pariter cum ipſo funeratam me obtine. Indulge, pater Placide, miſeræ, per magiſtrum tuum Benedictum te adjuro, quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poſcente, mox ut beati Placidi dextra ſupra expirantem ſignum ſalutiferæ Crucis expreſſit, quaſi evigilans de ſopore matris papillas expetiit, qui jam frigebat in mortem. Ita in momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mœroris funere. Gratia creatori & gubernatori ab omnibus redditur, Patris Benedicti ſanctitas cunctorum ore prædicatur, qui talem dignus fuit nutrire diſcipulum, a quo morbis jugiter ac languoribus imperabatur. Poſt hæc oblatus eſt ei quidam Paralyticus univerſorum membrorum damnata ferens officia, nullumque vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus, qui dona larga præſtabat mortalibus, ſuper eum ſalutiferæ Crucis ſignaculum fecit, confeſtimque morbus excluditur, ſalubris vigor illabitur, recreatiſque viſceribus melius renaſcitur ſalute, quam germine; plus acquirens & plus ſumens ex munere, quam ſumſit ex origine.

Multi infirmi uno crucis ſigno ſanantur.

Item moribundus.

& paralyticus.

23. Alius interea vir cum quartano typo graviter affligeretur, fidens de beneficio Dei, beato occurrere ſtuduit Placido, quem ſanctus vir attritum conſpiciens, orationem fudit ad Dominum dicens: Domine JESU-CHRISTE, qui ſocrum Apoſtoli tui Petri, puerumque Centurionis ſolo verbo curaſti, te quæſo per ſuffragia dilectiſſimi ſervi tui magiſtri noſtri Benedicti, huic languido portum ſalutis oſtende. Necdum verba finierat & quaſi impetu fluminis ita quartanæ febris ignis extinctus eſt, ſanuſque conſurgens, laudem dicebat altiſſimo.

Febricitans curatur.

24. His porro diebus quidam claudus vix a duobus advectus, ei præſentatus eſt, qui erat mutus & claudus, lingua vigebat immobilis anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum eſſet cadaveris. Super quem miſericorditer ut ſignum ſalutiferæ Crucis Placidus pater impreſſit, confeſtim omnis viror per membra diffunditur, venarum fluxus, ac ſi rivulus eſſet, ſuſcitantur, nervorum imbecillis ſtupor excutitur, naturali motu ad vitalem uſum tota fabrica renovatur. Mox linguæ plectrum, digitorum glomi tenduntur; pedum baſes ſolidantur, totaque viſcerum moles. Hoc fuit Placido vivificare quod tangere, ac convaleſcente medela, Deo gratias referens, ſancti deoſculabatur veſtigia.

Item mutus & claudus.

25. Eo quoque tempore quidam vir ad ſanctum Domini accedens, ſupplicare cœpit, ut ad amicum ſuum aut ipſe aut miſſi ejus venirent. Sed quia ſervo Domini fuit acceſſus difficilis, parumper diſtulit. Alteraque die exoratus, ad eum accedere ſtuduit, qui ſub tortore duplici hinc preſſus valetudine erat, in-

Quidam podagra laborans ſoſpitati reſtituitur.

a Pro Calatia, *Cajazzo*, ſcribendum eſſe Galatium ſeu Galiciam ſuſpicatur Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 330. alias (inquit) S. Placidus devium & longinſculum feciſſet iter.

AN. CHR. 541. 5. Octob.

de podagræ vulnere cruciabatur. Quem vir Domini præmiſſa oratione ſignavit, eodemque momento debilis, manibus directis de languore longinquo greſſu ſolidato proſiluit. Sed ut duplicaretur tunc ſanitatis myſterium, ſanitas quæ præceſſit in uno, pervenit ad alium.

Item puella cæca, ſurda & muta.

26. Nam quidam vir habens filiam mutam, cæcam & ſurdam, exponit vivum cadaver ante ſancti viri veſtigia, dicens: Pater ſanctiſſime, quod tibi de medicina reſtat, huic languidæ impende. Nam tibi credimus reſervatum eſſe, ut ei reſtituta ſanitate acquirat a te, quod amiſit de germine. Tunc pietas inſignis evocatur in lacrymis. Mox ad militiæ ſuæ Placidus belliger arma convertitur, ab obtinendam victoriam preces offert ſummus inter oratores orator. Vir autem ſanctus ab oratione exurgens, ſalutiferæ Crucis ſignaculum ſuper languidum faciens, eo momento in Trinitatis nomine trino depulſo languore, ſtatim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus cunctis, muta loquax, ſurda audiens, cæca videns effecta eſt. Quo facto, univerſi laudem dederunt altiſſimo, & Placido Beatiſſimi Patris Benedicti diſcipulo. Alius præterea Romanæ urbis incola cum peſſimum typum infirmitatis incurriſſet, ad ſanctum Domini deductus, ſanitati priſtinæ redditus eſt. His taliter prælibatis, proſequamur & reliqua.

Aliæ curationes.

27. Quidam præterea non ignotæ gentis municeps, miſſa manu in vulnere cujuſdam, tota intumuit, hinc graſſante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Hinc ſancto Domini nuncium mittens ut ad ſe diverteret, precibus fuſis obtinuit. Sed mox ut ejus brachium vir Dei ſacro vexillo munivit, mirificus medicus quicquid inerat ulceris, pretioſo ſigno reſtinxit. Alii interea viro dum manus contractæ fuiſſent, ad ſanctiſſimum virum morbo inſtigante percurrit, quem ſacro ſigno addita oratione, ſanitati priori reſtituit. Mirandis plus miranda ad gloriam Chriſti ſuccedunt. Quidam præterea vir dum ſpiritu immundo acriter infeſtaretur, ad ſancti viri præſentiam curandus deductus eſt. Quem Pater ſanctiſſimus ſanitati reſtituens, videntibus eum circumadſtantibus velut fumus de capite energumeni umbra fucata egreditur.

Senex cæcus viſum recipit.

28. Eo etiam tempore viro Dei oblatus eſt languidus, cui duplex morbus inerat, inde vetuſtas, hinc cæcitas, qui ſalutem deprecari verbis trementibus incepit. Qua ſupplicatione Placidus Pater permotus languidi ſenis & debilis, oratione præcedente, ſanctæ Crucis ſignaculo lucernæ oculorum reddunt luminis radium, & dato ſpeculo Crucis, tenebræ diffugerunt. Qui illuminatus, Deo Patri reddidit gloriam, per quem Chriſtus operatur, ſanctique præconia circumquaque diffamabat, dinumerantur morbi, ut Chriſtus glorificetur fons Placidi Patris ſanctiſſimi.

Hydropicus ſanatur.

29. Quidam namque languidus ita capite, oculis & totis hydropis morbo tenſus erat viſceribus, ut in utris ſimilitudinem quaſi totus venter eſſet pertractus in vitalibus, & velut vitrum perluceret infecta cutis extrinſecus, qui a medicis deſperatus ad Beatum confugit extrema ſorte remedium, quique mox, ut veſtibus exutus, & ſacratiſſimæ Crucis eſt ſigno munitus, hydropis incluſus liquor ſacri ſigni impreſſione conſumitur. Sic modo admirabili nec intus humor retentus eſt, nec foris egreſſus, arte prædicabili humorem ſigno ſiccavit. Is autem qui languidus fuerat divinum beneficium per beatiſſimum Placidum in ſe patratum advertens, Deum laudare & benedicere cœpit, dicens: Domine JESU-CHRISTE, qui mihi ſanitatem reddidiſti meritis ſanctiſſimi ſervi tui Benedicti per pretioſiſſimum Placidum diſcipulum ejus, te benedico.

Cæcus illuminatur.

30. Vir autem Domini cum jam ad *Furcas* Caudinas [a] propinquaret, quidam cæcus lucem poſtulaturus ad eum acceſſit. Quem ſanctus Domini ut vidit, juſſit illum perduci ad ſe. Et dum appropinquaſſet, manus ſuas ſuper oculos ejus clauſos imponens, atque ad cœlum ſua lumina vertens, oravit ad Dominum, dicens: Lux mundi Deus, qui in fine temporum filium tuum Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM incarnari de Virgine conſtituiſti, qui mundum

---

[a] Sic vocant anguſtias montium in valle Caudina, quæ eſt inter Abellam & Beneventum.

AN. CHR. 541 5. Octob.

dum in peccati fovea jacentem miſericorditer per jam dictum filium tuum erexiſti, qui beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum Eccleſiæ tuæ ſpeculum & legiſlatorem dediſti, qui dediſti ei poteſtatem mederi omnibus vulneribus atque languoribus, tu per ejus ſanctam interceſſionem huic miſero in tenebris conſtituto lucis gaudia condonare dignare. Cumque orationem compleſſet, ſuper ejus oculos ſignum luciferæ Crucis imprimens, dixit: Illuminet te Dominus noſter JESUS-CHRISTUS Filius Dei, qui cæco nato lumen reſtituit. His dictis, mox ut ſuper ejus oculos ſignum Crucis expreſſit, lux effulſit, & totum laborem medici virtus Crucis ceſſare fecit.

Mulier infirma curatur.

31. Quædam interea mulier dum graviſsima infirmitate detineretur, audita fama miraculorum ſancti viri, ſollicite interrogare cœpit, unde tantum gaudium in populo eſſet. Qui cum reſpondiſſent, quod eo Placidus Beatiſsimi Patris Benedicti diſcipulus tranſiret, qui cæcos illuminat, dæmones fugat, omnibuſque neceſsitatem patientibus divina dona impertit; mulier fide in Deum, ſpe in ſanctum Domini ſervens, ad eum accedere ſtuduit. Vir autem ſanctiſsimus præſcius futurorum, videns mulierem venientem interrogare cœpit, unde vel qua ex re ad eum venire voluiſſet. Illa autem vestigiis ejus provoluta, dixit: Diu eſt, Pater reverende, quod diutino languore afflicta, ſanitatis beneficium ex toto amiſi. Unde ſupplex tuam paternitatem exoratura adveni, quatenus preces ancillæ tuæ exaudias: confido enim & fiducialiter credo, quod per tuam ſanctam interceſsionem oſtendat in me Dominus gratiam ſuam. Placidus mulieris fidem & devotionem admirans, expanſis in cœlum manibus oravit ad Dominum, dicens: Lux æterne Deus, vita, via, decus, ſapientia celſa tuorum, expelle quæſo ab ancilla tua omnem languorem, ut ſanitari reſtituta, nomini tuo ſancto gratiarum præconia perſolvere valeat. Vix in oratione Placidus ſanctus verba compleverat, & redeunte ſanitare, mulier ad verbum viri Dei feſtina conſurgens, facienti mirabilia in cœlo & in terra laudum munia decantare devotiſſime cœpit, confitens Placidi interventu ſanitatis ſibi adveniſſe beneficium.

Febricitans ſanatus.

32. Hæc dum per ora circummanentium ſerperent, quidam vir per quamplura tempora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatiſſimi Placidi miracula relata fuiſſent, curſu quo poterat beatum adiens Placidum, poſtulabat ab illo benedictionem. Quem vir ſanctus vivificæ Crucis vexillo muniens, dixit: Benedicat te Dominus Deus ex Sion, ut videas quæ bona ſunt in Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. Ad hanc itaque viri vocem valitudo languoris receſſit, dolor ſugatus eſt, omneſque adſtantes in ſtuporem & admirationem convertit dicens, quod vere Deus viſitavit plebem ſuam, qui tantum ac tale ad partes illas dignatus eſt tranſmittere donum. Ipſe autem ſanctus vir licet tanta magiſtro ſuo juvante patraret & ſtupenda miracula, humilitatis amicus, humilitatem modis omnibus retinens, ultimum ſe omnium hominum judicabat, dicens: Vermis ſum & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis.

Placidi modeſtia in miraculis. Pſal. 21.

Manum habens aridam curatur.

33. Poſt patratum itaque per Beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum acceſſit. Quem dum ſanctus vir perſpexiſſet, oculis in cœlum erectis, dixit: Domine JESU-CHRISTE, qui ad interventum Apoſtoli tui Petri claudum ad fores templi ſedentem mirabiliter exiſti, tu per interceſſionem dilectiſſimi ſervi tui Benedicti magiſtri noſtri huic contracto manum reſtitue. Ad hanc vocem dum digitos ejus ſuis ſanctis manibus contrectaſſet, ſubito ſicca palma reviruit. Iiſdem porro diebus quidam vir graviter a ſpiritu immundo vexatus, ad ſanctum Domini Placidum curandus adductus eſt. Cumque pro eo omnipotentis Dei clementiam exoraſſet, manu ſua ſignum Crucis ſuper eum faciens, ſtatim a circumſtantibus de ejus naribus ſcintillante igne ſumus egredi viſus eſt, cunctiſque patenter innotuit pravæ cogitationis auctorem in ſpecie ſumi ab eo diſceſſiſſe.

Item energumenus.

34. Jam vero ſi exequerentur miraculorum ſingula, quœ in tali præcipue floruerunt itinere, hæc ſine numero eſſent, nec eſſet modus in pagina. In quocumque enim loco ubi Placidi beati ſe convertit præſentia, nulla morborum generibus ejus interventu deſuit medicina; quia quot ſe obtuliſſent languen-

Quædam hic ex Fortunato.

AN. CHR. 541 5. Octobr.

tium vulnera, tot ſuper ægros fundebat ſalutis ſemina. Nam beati Placidi quis exæquare poterit prima ad ultima? cum per ſignum Crucis ſalvaret languidos, curaret energumenos, ante quem quamvis occulte veniſſet antiqui hoſtis verſutia, ſtatim ſe manifeſtavit fraudulenta fallacia. Hac de re a conſpectu ſancti viri quia celari non poterant nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſſim per loca violenter exponebant crimina, ſuſpenſa per aera frequenter nec interroganti confitebantur & nomina, & ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum virum crucianda dæmonia, pendebantque religati energumeni aerio vinculo, & quaſi clavis defixo tendebant veſtigio. Cumque iter ageret, ſtrages dæmonum ante Placidi beati obtutum cadebant catervatim per veſtigia diverſis modis effuſa, hæc muta, illa clamantia; illa fixa, hæc lubrica: & velut ante judicem dum geſta ferrent, non effugiebant tormenta. Sed ad ſancti viri præconium quanta eſt hæc laudatio, cum ineffabiliter multa & ſtupenda fierent ſub momento? Jam vero de miſeria egenorum relevanda quantum fuerit prodigus, explicare quis poterit? Intantum enim etiam in itinere conſtitutus, miſerias & egeſtates aliorum relevare ſtudebat, ut jure cum Job dicere poſſet; *Ab infantia crevit mecum miſeratio.*

Job 31.

36. Tunc temporis quidam juvenis intantum fuit membrorum deſtitutus officio, ut calcanea natibus quaſi clavis inhærerent affixa, manuſque ad mamillas & brachia retro hinc inde coſtis quaſi quodam glutino necterentur, oculis quoque & auribus ipſique linguæ propria erant negata officia. Hic adjutorio ſuorum impoſitus in ſiſtarcia *a*, comitantibus ſibi pueris, ad beatum Placidum pervenit, proſtratuſque pedibus ejus, rogabat, ut ſibi ſolita pietate ſuccurreret. Quem flebili voce miſericordiam poſcentem ſanctus Domini cum perſpexiſſet, inquirit unde veniſſet. Tum ille, Propter te, inquit, Pater ſanctiſſime, patria parentibuſque relictis, nequaquam de pollicitatione dubius, ſed Chriſti virtute ſecurus, huc ad te ſanandus adveni. Ad hæc ſanctus erectis in cœlum manibus & oculis, Dei omnipotentis clementiam devotiſſime cœpit ſupplicare, ut per merita ſanctiſſimi Benedicti miſero ſola pietate ſuccurreret. Cumque orationem compleſſet, languidus magnis vocibus cœpit clamare, ita ut vocibus ejus omnes percellerentur. Et ecce repente cohærentia cœperunt membra reſolvi, atque decurrente cruore paulatim crura & manus diutino glutino coarctatæ, in priſtinum vigorem reſtitui. Sicque factum eſt, ut æger qui alienis manibus delatus advenerat, propriis jam ſanus incederet veſtigiis. Et ita eſt in eo plenitudo reſtaurata ſalutis, ut in uno eodemque tempore & viſum oculi, & aures auditum, & lingua ejuſdem recte loquendi priſtinum recepiſſent officium.

Curatur juvenis toto corpore debilis.

37. Quidam vero dum per annos quamplures manuum ac pedum, ſed & oculorum fuiſſet privatus officio, ad Placidum Patrem almificum veniens, univerſa debilitatis moleſtia liberatus eſt. Alius quoque adoleſcens, qui erat a renibus uſque deorſum, omnium immobilis rigiditate membrorum, ita ut manibus innitens univerſum poſt ſe corpus trahens, ad inſtar vermium per terram reperet. Hic ad ſanctum Placidum adductus, ſalutem integerrimam recuperavit in omnibus membris.

Item alii duo debiles.

38. Per eos dies dum ſanctiſſimi Placidi miracula per ora hominum volitarent, Deoque ac Patri ſanctiſſimo Benedicto magiſtro ejus ſuper tanta prodigia gratias agerent; quidam cæcus duci ſe ad beati Placidi præſentiam fecit, clamans & dicens: Placide & ſerve Dei vivi, adjuro te per magiſtri tui Benedicti dulciſſimum nomen, ut mihi a Domino Salvatore illuminatore omnium viſum impetrare digneris. Confido enim, & fideliter credo, quia quicquid a Domino petieris impetrabis. Sanctus autem Domini Placidus pietatis diſcipulus, more ſibi ſolito ad miſericordiam flexus, vivificum ſignum Crucis ſuper oculos ejus faciens, dixit: Domine JESU-CHRISTE, qui cæco nato oculos quos natura negaverat reddidiſti, & ſedentes in tenebris & umbra mortis illumina-

Cæcus natus viſum recipit.

a Sitarcia, σιταρκία commeatum annonamve ſignificat apud Græcos: apud Latinos etiam recentiores Sitarcia, & ſæpius ſed corrupto nomine Siſtarcia, ſumitur pro ciſta aut caniſtro vel mantica qua edulia continentur.

AN. CHR. 541 5. Octob.

minaſti, tu per merita ſervi tui magiſtri noſtri Benedicti, hujus cæci oculos illuminare dignare, ut videns mirabilia tua, ſanctum nomen tuum, quod eſt benedictum in ſæcula, laudet hic & ubique. Cum a circumſtantibus reſponſum fuiſſet, Amen, illico aperti ſunt oculi ejus, cœpitque laudare Deum, dicens: Benedictum ſit nomen Domini glorioſiſſimi, qui me illuminavit per interceſſionem beati Patris Benedicti, & per ſanctiſſimum Placidum diſcipulum ejus. Fit vox lætitiæ per ora cunctorum, pueri cum mulieribus, juvenes cum ſenibus, dominatori & Salvatori Domino JESU-CHRISTO laudem decantantes occurrunt, clamabantque: Gloria tibi, ſalus ac vita cunctorum, qui tantum ad partes noſtras dignatus es tranſmittere donum.

Placidus Beneventi excipitur.

39. Inde itaque Placidus Beatiſſimus Pater egrediens, Beneventum devenit, atque a ſancto MARTIANO Epiſcopo ab amorem beatiſſimi Patris Benedicti cum omni reverentia ſuſceptus eſt. Ibi itaque vir Domini Placidus dum cum eodem ſancto Pontifice reſideret, claudus quidam MALO * nomine, juxta Epiſcopum eumdem commanens, qui non aliter quam genibus repens, cum ſcabellulis terram verrebat, comperit a Gordiano & Donato ac civibus urbis illuc adveniſſe Placidum beatiſſimi Patris Benedicti diſcipulum, cujus ſanctitatis & virtutis fama ſe jam per totum orbem extenderat. Hic niſu quo poterat beatum adiens Placidum, cœpit clamare, dicens: Adjuro te Placide ſerve Dei excelſi, per orationem magiſtri tui ſanctiſſimi Benedicti, cujus meritis, ſicut audivimus, liberatus es ne ab aquis lædi potuiſſes, ut me ſanitati reſtituas. Et cum a ſancto Martiano Epiſcopo & ab omnibus rogaretur, juſſit eum adduci ad ſe, & ſtans ſuper illum orationes fudit ad Dominum, dicens: Domine JESU-CHRISTE, qui totum mundum cum eſſet perditus reſtauraſti, tu per merita beatiſſimi Patris Benedicti adeſto nobis & huic famulo tuo, opem ſalutis ei inferendo, ut priſtina ſanitate recepta, nomen tuum glorioſum benedicat in ſæcula ſæculorum. Et cum omnes reſpondiſſent, Amen, protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ, & ſaniſſimus ſurgens, clamabat: Gloria tibi Domine JESU-CHRISTE, qui me ſalvum feciſti per beatiſſimum Placidum diſcipulum ſanctiſſimi Benedicti ſervi tui. Habitatores autem civitatis Beneventanæ tale miraculum per beatum Placidum patratum videntes, laudabant & benedicebant Deum, dicentes: Jubilet & pſallat tibi Deus terra, pontus, & plebs fidelis hymnum decantet, qui ſervo tuo Benedicto tam pretioſum conceſſiſti diſcipulum.

* al. Maro.

Illic claudum erigit.

Cæco lumen reddit.

40. Talia dum quidam cæcus audiſſet, propinquorum manibus ad Patris Placidi præſentiam ſe duci fecit, lacrymoſiſque ſingultibus clamabat, dicens: Placide ſerve Dei dilecte, qui meritis magiſtri tui Benedicti adjutus ſanitatis gaudia quampluribus reddidiſti, ſuccurre quæſo meæ miſerabili cæcicati, quatenus deletis tenebris lucem poſſim adſpicere, & cuncta regentem cum cordis jubilo valeam collaudare. Sanctus vero Domini Placidus ad miſericordiam flexus, erectis in cœlum manibus, dixit: Domine JESU-CHRISTE lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, tu per merita magiſtri mei ſervi tui Benedicti, huic cæco lumen donare digneris, ut videntes mirabilia tua laudent & benedicant nomen tuum, quod eſt glorioſum in ſæcula. Hi vero qui aderant, cum reſpondiſſent, Amen, exaudivit Dominus de templo ſancto ſuo ſervum ſuum; cæcoque poſcenti lumen reſtituit. Qui ſanitati redditus clamabat, dicens: Tibi ſit Chriſte laus, honor, decus & jubilatio, qui me illuminaſti interceſſione ſanctiſſimi ſervi tui Benedicti per beatiſſimum Placidum diſcipulum ejus. Fama hujus rei omnem continuo replevit urbem Beneventanam. Ad tantum miraculum ruunt cuncti obviam, cuncta regentem cum magna exultatione laudantes.

Canuſii honorifice excipitur a Savino Epiſcopo.

41. Beatiſſimus vero Placidus ſanctum Martianum Epiſcopum ſalutans in oſculo ſancto, poſt aliquos dies ad Canuſiam Apuliæ civitatem devenit, in qua cum ingente gaudio & dilectione ob amorem Beati Benedicti a ſancto SAVINO [a] ejuſ-

[a] Quam S. P. Benedicto familiaris fuerit S. Sabinus, diſcimus ex lib. 2. Dial. Gregorii Magni cap. 15. qui iterum de eodem agit in lib. 3. cap. 5. lege ejus vitam apud Bollandum die 9. Februarii.

AN.CHR. 541 5. Octob.

ejuſdem civitatis Epiſcopo ſuſceptus eſt. Idem ſanctus Savinus Epiſcopus tam beatiſſimo Placido, quam & omnibus qui cum eo venerant, omnem humanitatis curam exhibuit. *Sanctus* autem Savinus per tres dies beatum Placidum ſecum retinens, dulcia invicem perennis vitæ inter ſe ferebant colloquia, & per intervalla horarum interrogabat illum de virtutibus, quas per beatiſſimum Patrem Benedictum divina exercuerat majeſtas, ſimul etiam de vita & mellifluâ ac diſcretiſſima doctrina ejus.

Hominem manum aridam habentem ibi ſanat.

42. Intereà, dum iſta dicuntur, & illa referuntur, LANDULFUS quidam nomine, manum aridam & incurvatam habens, ubi comperit illuc adveniſſe Placidum diſcipulum Beati Benedicti, flens & ejulans venit clamavitque: Placide virorum ſanctiſſime, adjuro te per eum qui cuncta creavit, & per magiſtri tui Benedicti ſanctum nomen, ut mihi ſanitatis beneficium implores a Domino: Confido enim, quia per te oſtendet in me Dominus miſericordiam ſuam. Hæc cum dixiſſet cum ingenti luctu aridam manum beatiſſimo Placido oſtendebat. Idipſum omnes qui in eodem ſpectaculo erant, & qui occurrere poterant, una cum ſancto Savino Epiſcopo ſuppliciter expoſcebant, rogantes eum ut pro eo omnipotenti Domino ſupplicaret. At ipſe ut erat piiſſimus, ex intimo cordis trahens longa ſuſpiria, cum lacrymis orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens cui nihil eſt impoſſibile, qui cœlum, terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, ex nihilo creaſti, qui dediſti huic famulo tuo in baptiſmate remiſſionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatiſſimi Patris noſtri Benedicti in priſtina incolumitate reintegrare dignare, per Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM Filium tuum, qui tecum vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Hæc cum dixiſſet, utraque manu ſua manum ejus aridam apprehendens, ait: Sanet te Dominus JESUS-CHRISTUS, qui dignatus eſt extendere manum aridam in Synagoga. Continuo itaque extenſa eſt illius arida manus & incurvata, & priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. *Sanctus* vero Savinus Epiſcopus tale miraculum per beatum Placidum dum advertiſſet, glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi refero cunctorum vita ſaluſque, qui beatiſſimo ſervo tuo Benedicto talem nutrire conceſſiſti diſcipulum, per quem tibi ſigna & prodigia patrari ſit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc & uſque in ſæculum. Hi autem qui præſentes erant, hoc videntes glorificabant Deum, Patremque ſanctiſſimum Benedictum ſummis * adoriis extollebant.

* l. laudibus.

Rhegium accedit.

* Reggio.

Leproſum mundat.

43. Sanctus vero Placidus beato Savino Epiſcopo valefaciens, & inde iter accelerans, poſt non multos dies devenit * Rhegium Calabriæ civitatem: Quem Sanctus SISINIUS ejuſdem civitatis Epiſcopus ob reverentiam quam in ſanctiſſimo Patre Benedicto habebat, cum omni diligentia ſuſcepit, duobuſque diebus ſecum retinuit. Itaque dum fama per omnem provinciam Calabriæ de Beati Placidi adventu volitaret, leproſus quidam, audita opinione miraculorum ſancti viri, venit ad eum, clamans & dicens: Placide ſerve Dei, adjuro te per Magiſtri tui Benedicti ſanctum & venerabile nomen, ut tuis ſanctis precibus ſanitatis gratiam pro me implores a Domino: ideo te Dominus ad has partes direxit, ut languidis & debilibus ſanitatem cordis & corporis conferas. Vir autem Domini Placidus erigens ſe in cœlum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens ſalus ſine fine & initio, qui totum mundum creaſti ex nihilo, qui in fine temporum filium tuum Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM incarnari de Virgine, & Crucis patibulum ſubire feciſti, quo vetuſtum ſolveret proprio cruore peccatum, tu per merita ſanctiſſimi ſervi tui magiſtri mei Benedicti hunc leproſum dignare emundare, ut ſanitate corporis ſui animæque recepta, nomen tuum ſanctum collaudet hic & ubique. Confeſtim itaque ſanitati redditus, benedicere cœpit & laudare Deum, qui tanta mirabilia per beatum Placidum oſtendere dignatus eſt.

44. Hæc dum ad notitiam cunctorum perveniſſent, quidam vir diutino languore vexatus, ad ſanctum Domini venit, procidenſque ad pedes illius, cum lacrymis dicebat: Credo Pater ſanctiſſime, quia tuis ſanctis intervenientibus meritis, in recipienda ſanitate Deus petitioni meæ dabit effectum. Pater autem

AN. CHR. 541
5. Octobr.

Variæ curationes patrat.

autem ſanctiſſimus pro eo orationem ad Dominum fundens, ſanitati reſtituit: & qui ſemivivus venerat, cunctis mirantibus incolumis rediit. Non ſolum vero ibi, verum & per omne itineris ſpatium ad laudem & gloriam ſui nominis multas virtutes operari dignatus eſt Dominus JESUS-CHRISTUS per beatum Placidum, meritis & orationibus beatiſſimi Benedicti magiſtri ſui intervenientibus. Cæcis namque viſum reddebat, ſurdis auditum, exinanitis & ſtolidis rectum ſenſum, claudis greſſum reſtituebat, dæmones effugabat, leproſos mundabat, omnibus infirmitatibus ſubveniebat. Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes, beati Placidi merita magnis præconiis extollebant, dicentes: Benedictum ſit nomen Domini glorioſum a ſæculo & uſque in ſæculum, qui per ſanctiſſimum ſervum Placidum beati Benedicti diſcipulum tales ac tantas virtutes operari dignatus eſt.

Clericum ſurdum & mutum ſanat.

Donatus præterea ejuſdem Beati Placidi famulus, dum ſollicite quæreret navem, cum qua poſſet in Siciliam navigare, obvium habuit quemdam Clericum mutum & ſurdum, nomine SICONEM, inauditis ac flebilibus morbis laborantem, cui ex auribus putredo cum vermibus profluebat. Hic quamvis auditum & loquelam in infirmitate amiſiſſet, ſcientia tamen agnoſcendi & videndi quammaxime vigebat, & ea quæ ad corporis ſuſtentationem congrua erant, nutibus & indiciis expoſcebat. Quem cum Donatus tanto infortunio depreſſum & aggravatum vidiſſet, eos qui cominus ſtabant, ex re tantæ calamitatis inquirit. Dictumque eſt ei, quia loquelam & auditum vi longæ infirmitatis amiſit. Hæc Donatus a civibus dum verba cepiſſet, calamitatem ejus miſeratus, ad virum Dei illum perduxit, atque ad pedes ejus projiciens, rem prout erat per ordinem pandit. Ipſe namque ſervus Domini tunc reſidens lectioni operam dabat, cumque a civibus & Clericis, qui ad eum viſitandi gratia venerant, rogaretur, ut pro eodem languido omnipotentis Dei exoraret clementiam, ſurgens pauliſper intra ſe Dominum rogavit, dehinc converſus ſuas manus ſuper caput infirmi poſuit, dicens: Domine Deus omnipotens, qui hominem de limo terræ plaſmaſti, & inſpiraſti in faciem ejus ſpiraculum vitæ, qui dediſti ei dignoſcentiam boni & mali, tu Domine per orationes & merita ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, & omnium Monachorum, qui ſub ejus magiſterio famulantur, dignare adeſſe nobis, & per nos humillimos & peccatores ſervos tuos occurrere huic famulo tuo, conferendo ei ſanitatem, ut omnes videntes & audientes dent gloriam nomini tuo ſancto, quod eſt benedictum ante omnia ſæcula, & benedicatur nunc & per infinita ſæcula. Cumque omnes qui aderant reſpondiſſent, Amen, illico ſolutum eſt vineulum linguæ ejus, & apertæ ſunt & ſanatæ aures illius, & audiens planiſſime loquebatur ſine offenſione, laudans & benedicens Deum & Patrem ſanctiſſ. Benedictum.

Meſſanæ a Meſſalino excipitur.

45. Alio vero die valefaciens beato Siſinio Epiſcopo, navem conſcendit, transfretanſque Farum, *Meſſanam* Siciliæ devenit ad urbem. Cumque deſcendiſſet ad terram, Gordianum famulum ſuum direxit ad civitatem, mandans ut MESSALINUM civem Romanum, Tertulli patris ſui amiciſſimum, ad ſe vocaret, erat enim ditiſſimus. Quem ubi invenit, ad littus maris ubi ſanctus Domini Placidus morabatur, ſecum adduxit. Videns autem Meſſalinus beatum Placidum juxta maris littora ſtantem, formamque ejus vultui Tertulli Patris ipſius aſſimilantem, equo quo inſederat deſcendens, ad pedes ejus cecidit. Quem ſanctiſſimus Placidus a terra elevans, oſculatus eſt eum atque benedicens, rem propter quam a ſanctiſſimo Patre Benedicto directus fuerat, per ordinem pandit. Meſſalinus vero beatum Placidum diutius complexans, & ad pectus ſuum adſtringens, lacrymas quoque invicem præ gaudio fundentes immorari: demum quoque idem Meſſalinus Gordianum & Donatum famulos ejus deoſculans, apprehendens iterum dexteram beati Placidi ac diu exoſculans, cum ingenti honore duxit ad domum ſuam & repleta eſt omnis civitas Meſſana gaudio ſuper adventu ejus. Meſſalinus autem dum in domo ſua cum Beato Placido reſideret, & nonnulla de his quæ ad æternam vitam attinent ab ipſo audiret, requiſitus ab eodem ſervo Domini eſt de poſſeſſionibus ac portubus, de ſervis & ancillis, quæ ipſe una cum Tertullo Patre ſuo in perpetuum poſſidenda beato Benedicto tra-

AN. CHR. 541 5. Octob.

diderat. Deſiderabat enim videre ſingillatim loca in quibus poſſeſſiones erant. Rogavit etiam ut adventum ſuum omnibus amicis Tertulli Patris ſui notificaret, necnon ſervos & ancillas quos ibi habebat, oſtenderet; procuratores quoque, quos jam dictus genitor ſuus ſuper eaſdem cortes præpoſuerat, ad ſe accerſiri juſſit. Meſſalinus vero METELLUM filium ſuum evocans, præcepit ut cum uno ex ſervis ſuis cortes & poſſeſſiones Tertulli Patricii percurreret, & earumdem cortium procuratores ac portuum cuſtodes cum amicis jam dicti Patricii ad Beatum Placidum duceret. Qui paternis juſſis obtemperans, uno tantum ſervo aſſumpto aſcenſis equis, quæ ſibi injuncta fuerant, implere ſollicite cœpit.

46. Illuceſcente vero die Beatus Placidus Meſſalinum evocans, dixit ad eum:
,, Non decet Monachum in domibus laicorum ſtationem habere; quia contra-
,, rium eſt omnibus modis Ordini noſtro. Quapropter ſi veſtræ nobilitati non ha-
,, betur contrarium, eamus, & provideamus locum in poſſeſſionibus Patris mei,
,, in quo Monaſterium conſtruere valeam, non ædificare enim ſupra fundamen-
,, tum alienum decrevi. Venienſque poſt hæc ad portum maris, invenit locum habilem ad Monaſterium conſtruendum, & cum baculo quod manu geſtabat deſignavit locum, in quo Oratorium Baptiſtæ Joannis, in quo domum ſuam & omnis Monaſterii officinas conſtruere valeret. Poſthæc beatus Placidus converſus ad Meſſalinum, dixit: Præpoſitus iſtius portus Meſſanæ civitatis ubi eſt, & quo nomine nuncupatur? Et Meſſalinus: Hic, inquit, prope eſt; de nomine autem unde interrogaſti ſcias, quia POMPEJUS CILIUS appellatur. Tum ſanctus juſſit illum vocari ad ſe; qui dum veniſſet, cecidit ad pedes ejus. Quem beatus Placidus e terra elevans, præcepit quod de pretio, quod de portu acceperat, conſtrueret domum, in qua ipſe cum ſuis habitaret, ſimul etiam & Eccleſiam ad honorem Beati Baptiſtæ Joannis, in qua die ac nocte omnipotenti Domino deſerviret. Et dixit ad illum: Tuum volo ut ſit artifices in hoc loco ad operandum, ubicumque eos per totam Siciliam inveneris adducere, necnon ſervos & ancillas ad lapides & quæque neceſſaria ſunt comportanda adunari, ut hoc opus ipſum celerius poſſit expleri, maxime tamen domus in qua habitare valeam. Et ut hæc omnia citius fiant, omnes præpoſitos portuum & procuratores cortium tanto labori intereſſe volumus, dando ſumptus & quæque neceſſaria ſine dilatione aliqua. Filium vero tuum vice tua ſuper portum præpone: Tu vero inſta fabricæ, ut cito poſſit expleri.

Domus ſæcularium vitat.

Monaſterii fabricam diſponit.

Præcepitque ut de redditibus cortium, & de cenſu portuum pecuniam Romam ad columnas & epiſtylia emenda tranſmitteret. Deſignavit etiam coram Pompejo Cilio, in quo loco dormitorium, reſectorium, coquina, cellarium & omnes Monaſterii officinæ conſtruerentur.

47. Congregatis itaque quampluribus artificibus, jactiſque in Chriſti nomine fundamentis, cœptum opus certatim & ſine intermiſſione perficiebatur. Primo namque ibi domum, in qua Beatus Placidus maneret, amplam ſatis extruxerunt. Meſſalinus autem interdiu aptiſſimam manſionem Beato Placido aſſignavit, in qua libere poſſet ſolus ſedere, legere & orare. Cibos vero afferebant ei & ſuis ſervi illius, & omnes amici patris ejus. Idem quoque Meſſalinus cum familia ſua ſequeſtratus in alia domo manebat. Pompejus autem Cilius juxta quod ſibi Beatus Placidus imperaverat, vice ſua poſuit ſuper portum Meſſanæ civitatis filium ſuum nomine PILLIUM VITELLIUM, juvenem prudentiſſimum, ſapientia & bonitate multa pollentem. Quadam vero die dum a conſtructione Monaſterii ad domum ſuam, quam ſibi Meſſalinus commodaverat, ſanctus Domini Placidus rediret, obvium habuit quemdam cæcum nomine SILVIUM, natione Romanum, qui plorando lumen amiſerat, & per decem & octo annos penitus non viderat. Illo namque tempore omnes qui inſulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorum erant. Puer autem, qui cæco ducatum præbebat, Placidum Patrem ſanctiſsimum venientem proſpiciens, dixit ad eum: Ecce ſanctus Domini Placidus beati Benedicti diſcipulus, nuper ab Italia veniens, de quo per totam Siciliam rumor exivit, jam appropinquat. Cæcus autem ex ore pueri talia dum verba audiſſet, cœpit clamare voce magna, dicens: Adju-

Cæco lumen reſtituit.

ro

Digitized by Google

ro te Placide beatiſſime ſerve Dei, per crucem Domini noſtri JESU-CHRISTI & ſanguinem illius pretioſiſſimum, quem pro ſalute humani generis fudit, ut digneris pro me intercedere ad Dominum, ut reddat mihi lumen oculorum meorum, quod plorando amiſi, quia per decem & octo annos omnino lumen cœli videre non potui. Idipſum Meſſalinus cum famulis ſuis, & alii quamplures, qui una cum eo ad civitatem redibant, exorabant. Tantis itaque vir Domini Placidus ſupplicationibus motus, ſubſtitit, juſſitque cæcum adduci ad ſe. Et dum veniſſet, poſuit manum ſuper caput ejus, orans intra ſe parumper. Completa oratione ſacroſanctum ſignum ſuper oculos ejus faciens, & manus ſuas ſuper eum imponens, cunctis audientibus, dixit: Domine JESU-CHRISTE, qui es lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, qui cæcum a nativitate illuminaſti, & dediſti ei lumen, quod natura negaverat, tu illumina oculos iſtius cæci ad gloriam & laudem tui nominis, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum, Amen. Statim vero aperti ſunt oculi ejus, & ita acutiſſime cœpit videre, ac ſi inſantulus eſſet. Hi vero qui aderant, hæc videntes & audientes, procidentes in terram, benedicebant & glorificabant Deum, Patremque Sanctiſſimum Benedictum digna extollebant veneratione. Diffamatum eſt hoc miraculum per univerſam Siciliam, ita ut ex omni inſula ægroti & languidi coadunati ad eum perducerentur.

AN.CHR. 541 5. Octob.

48. His quoque diebus quidam vir a dæmonio correptus dolendo exitu cruciabatur. Rogatus itaque vir Domini Placidus, ut pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, juſſit eum ad ſe attrahi, & ſtans ſuper illum orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine JESU-CHRISTE, qui mundum diabolica fraude ſeductum de ejus poteſtate liberaſti, qui regnum illius deſtruxiſti, per interceſsionem dilecti ſervi tui Benedicti magiſtri noſtri, hunc hominem ab hac dæmoniaca vexatione dignare mundare, ut videntes nomen tuum ſanctum collaudent in ſæcula ſæculorum. Cumque circumſtantes reſpondiſſent, Amen, vir Domini Placidus ſignum Crucis contra vexatum faciens, immundum ſpiritum ab eo effugavit. Hi vero qui præſentes erant, cœperunt laudare Deum, qui per ſanctiſsimum Placidum Beati Benedicti diſcipulum, tam inſigne dignatus eſt operari miraculum. Igitur cum fama per Siciliam exiſſet, quod eſſet in eadem provincia Placidus Beati Benedicti diſcipulus, qui ægrotantibus manus imponit & ſanantur, cæcis reddens viſum, ſurdis auditum, claudos erigens, dæmones fugans, & omnes infirmitates curans; ex tota Sicilia, necnon etiam de Africa convenientes, omnes infirmantes in unum congregaverunt, rogantes, ac per Patris Benedicti nomen Placidum atteſtantes, ut illis ſanitatis gratiam impetraret a Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, ſimul etiam & fidem admirans oravit ſic: Domine JESU-CHRISTE, qui magiſtro meo Benedicto dediſti poteſtatem apud te impetrandi quod vellet, tu per ipſius ſanctam interceſsionem omnibus languoribus iſtis ſalutem conferre dignare, ut ſanitate percepta laudem referant nomini tuo ſancto. Et dum reſponſum fuiſſet, Amen, ſani effecti ſunt, laudantes & glorificantes Deum. Quanta etiam miracula per Beatiſsimum Placidum illis temporibus Dominus JESUS-CHRISTUS operari dignatus ſit, enarrare ea omnia valde longum eſſet, de quibus tamen aliqua dicemus.

Dæmoniacum liberat.

Omnes totius Siciliæ ægrotos curat.

49. Dum enim in civitate Meſſana maneret, & Meſſalinus cum amicis juxta eum reſideret, quidam viri eidem ſervo Domini paralyticum quemdam ita afflictum obtulerunt, ut nequiret quis diſcernere compages membrorum. Rogante vero Meſſalino & his qui præſentes erant pro eo, vir Domini Placidus oratione facta, contrectanſque diſſolutos artus, dixit ad eum: In nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI Filii Dei vivi, cujus virtute univerſa conſiſtunt, adjutus meritis ſanctiſsimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & perage opus tuum. Statim itaque ad ejus juſsionem conſurgens, benedicebat Deum & Patrem ſanctiſsimum Benedictum. Quod miraculum videntes Siculi, benedicebant Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM, qui tantam gratiam diligentibus ſe conferre dignatus eſt.

Sanat paralyticum.

50. His

AN.CHR. 541 5.Octob.

Item alium

50. His quoque diebus quidam Siculus ad virum Domini venit, rogans & multa prece depoſcens, ut ſodalem ſuum ex multo jam tempore paralyſis languore detentum ſua viſitatione ſanaret. Obſecrante itaque eo una cum his qui præſentes aderant, ad lectum ægrotantis accedere ſtuduit, orationemque ad Dominum fundens, ait: Domine JESU-CHRISTE altiſsimi Patris fili, qui paralyticum in lecto jacentem ſolo verbo curaſti, tu per interceſsionem dilectiſsimi ſervi tui Benedicti magiſtri noſtri, hunc paralyticum a lecto doloris abſolve, quatenus curatus a tanto languore, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actionem. Completa oratione ſignum Crucis ſuper eum faciens, de lectulo conſurgere juſsit. Confeſtim is qui prius nequaquam propriis viribus præ ægritudine & dolore ſurrexerat, ad Placidi præceptum ſanctiſsimi ſurrexit incolumis. Omnes autem qui aderant, tanto perculſi miraculo, magnificabant Deum facientem mirabilia ſolum, cœperuntque ei certatim infirmos offerre, quos ille ſignans & benedicens, incolumes reddebat.

Energumenum liberat.

51. Eodem quoque tempore quidam vir a dæmonio obſeſſus, ad beatum Placidum adductus eſt, cujus virtutem ut ſenſit hoſtis neſandus, clamare cœpit per os ejus, dicens: Quid eſt Placide? animadvertis quod ipſe ſim quem ſuperatum eſſe paulo ante gratulabaris? Sanctus autem Placidus converſus ad vexatum, dixit: Dominus meus JESUS-CHRISTUS Filius omnipotentis cui omnis creatura cœleſtis & terreſtris obtemperat, ipſe tibi in virtute ſancti Spiritus, per interceſsionem ſanctiſsimi Patris noſtri Benedicti, imperet execrabilis dæmon, ut exiens recedas ab hoc homine, & ulterius non habeas poteſtatem introeundi in eum. Confeſtimque ab homine exiens ſtrepitum immanem & terrificum dedit. Hi autem qui ſpectaculo aderant, in ſtuporem converſi, benedicebant Deum.

Inſanos ad mentis ſanitatem revocat.

52. Quidam vir mentis depreſſus inſania, cum ad ſanctum Domini perductus fuiſſet, orationem ſuper eum faciens, benedictionem dedit, ſicque perditæ mentis effectus eſt particeps, ac ſi dementiam nullo unquam tempore perpeſſus fuiſſet. Reverſus vero ad patriam, ſonora voce Patris Benedicti merita & beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

Duobus cæcis lumen impertit.

53. Tunc temporis duo cæci audita fama miraculorum ſancti viri, dixerunt ad invicem: Cur exterioribus tenebris obcæcati, interioris hominis lumen perdidimus? quicumque enim languidus ad Beatum Placidum accedit, ſanus abſcedit & nos torpentes deſidia in tenebris remanemus. Eamus itaque ad virum Dei, quatenus per ejus ſanctam interceſſionem donet nobis Dominus JESUS-CHRISTUS gratiam ſuam. Hæc dum inter ſe collocuti fuiſſent, propinquorum adminiculo fulti, ad Patrem Placidum pervenerunt. Hos ſanctus Pater ut vidit, illorum cæcitati condolens, elevatis in cœlum oculis dixit: Domine JESU-CHRISTE Fili Dei, qui cum Patre & Spiritu ſancto in principio cuncta creaſti, qui cæci nati oculos aperuiſti, qui mundum in peccati cœno & in tenebris & in umbra mortis jacentem tua potenti virtute erigens, ad veræ lucis ſplendorem reduxiſti, intret oratio mea, piiſſime, in conſpectu gloriæ tuæ, inclina ad me aurem tuam & exaudi me, & per ſuffragia dilectiſſimi ſervi tui Patris noſtri Benedicti his lumine privatis viſum reſtitue, ut tuum ſanctum nomen benedicere valeant per omnia ſæculorum ſæcula. Cumque hi qui præſentes erant reſpondiſſent, Amen, exaudivit Dominus de templo ſancto gloriæ ſuæ ſervum, cæciſque ſuum lumen reſtituit clamantibus & dicentibus: Benedictus Dominus Deus Iſrael a ſæculo & uſque in ſæculum, & benedictum nomen gloriæ ſuæ ſanctum, qui percutit & ſanat, vulnerat & medetur, qui illuminavit nos orationibus ſanctiſſimi Benedicti per beatiſſimum Placidum diſcipulum ejus. Sicque gaudentes & exultantes, cum benedictione ſancti viri ad ſua reverſi ſunt.

S. Placidi encomium.

Nullus namque in Sicilia & Africa & in toto Oriente inveniebatur præter Placidum, qui plus inter homines miraretur. Et ſicut inter multas gemmas pretioſiſſima gemma micat, & jubar ſolis parvos ſtellarum igniculos obruit & obſcurat; ita in Oriente & Meridie cunctorum virtutes & potentias Placidus ſolus ſuis virtutibus ſuperavit. Minimum namque ſe faciebat inter omnes, ut omnium major eſset, & quanto plus ſe dejiciebat, tanto magis a Chriſto ſublevaba-

batur. Omnibus namque erat clementiſſimus, omnibus bonus; nihil animo ejus AN CHR.
clementius, nihil humilius, nihil blandius fuit. Flebat, ut ſemper gauderet; 541
deſpiciebat, ut ſemper amaret; fugiebat laqueos contritos, ut fontem indefi- 5. Octob.
cientem reperiret.

54. In talibus itaque exercitiis vir quidam dæmonis infeſtatione quatiebatur, Dæmonem
quem ante Placidum quoque variis dæmon tunc torquere cruciatibus cœpit; ulu- ab obſeſſo
labat luporum more, latrabat ut canis, fremebat ut leo, ſibilabat ut ſerpens, ejicit.
mugitum dabat ut taurus, rotabat caput, & poſt tergum terram vertice tan-
gebat. Miſerebatur ſuper tanto vexati infortunio Placidus, & lacrymas fun-
dens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit, dicens: Domine Deus
cunctorum reſtaurator, vitæ protector & portus, qui hominem ab antiquo ho-
ſte obſeſſum, tuo pretioſo ſanguine liberaſti, tu per interceſſionem Magiſtri no-
ſtri Benedicti dæmoniacum virus ab hoc ſervo tuo expelle, ut priſtinæ ſanitati
redditus, ſanctum & venerabile nomen tuum glorificare valeat. Ad hanc ita-
que precem vexatus ſanus effectus, laudare cœpit & benedicere Deum.

55. Iiſdem porro diebus quidam vir omnium membrorum officio fuerat deſti-
tutus, adeo ut numquam abſque magno dolore manum ad os ducere, vel ad
ambulandum pedes movere valeret, quoniam durius natibus adjuncti teneban- Paralyticum ſanat.
tur. Eratque ei mors ipſa vitalis, quia in corpore ejus velut in quodam vaſcu-
lo, intrinſecus latebat anima. Qui dum ab affinibus ad ſanctum Domini Placi-
dum perductus fuiſſet, eumque ſuppliciter poſcerent, quatenus pro ejus libera-
tione JESU-CHRISTO Domino preces fundere dignaretur; illorum ſanctus ac-
quieſcens poſtulationibus, ait: Domine JESU-CHRISTE Fili Dei vivi, qui es
lux vera, ſalus, decus & vita generis humani, qui confractos reſtauras, & re-
ſtaurando conſervas, qui eliſos erigis, qui compeditos ſolvis, tu per ineffabilem
miſericordiam tuam reſtaura, repara ac conſolida hanc creaturam tuam, quam
de diaboli laqueis liberaſti, ut videntes mirabilia tua nomen tuum ſanctum be-
nedicant in ſæcula. Expleta oratione, ſignum Crucis ſuper debilem faciens,
dixit: Sanet te Dominus JESUS-CHRISTUS, qui dignatus eſt curare paralyti-
cum in lecto jacentem. Mirabilis Deus in ſanctis, qui glorificantes ſe in ſua præ-
cepta ſervando glorificat, & in momento exaudit. Nam ad verbum viri Dei ſa-
nitati reſtitutus, laudem decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem
qui ad ſpectaculum venerant, hoc videntes, ingenito Patri & unico Genito ſi-
mulque Flamini ſancto perennem gloriam & laudem decantare cœperunt. San-
ctus autem Domini Placidus, licet tanta per Chriſti Domini gratiam patraret
prodigia, tanta exerceret undique ad ſe venientibus ſtupenda miracula, a con-
ſtructione Monaſterii ſui nequaquam ceſſabat.

56. Die autem trigeſima Metellus filius Meſſalini cum ſervis ſuis, ſimulque Neceſſaria
cum præpoſitis portuum omnium & procuratoribus cortium & multitudine ami- in Eccleſiæ fabricam
corum Tertulli Patricii ad beatum Placidum veniens, pecuniam infinitam ſe- comparat.
cum deferens, ſancto Domini Placido obtulit. Quam accipiens, ad patrium ſo-
lum, id eſt, ad urbem Romanam direxit, ex qua columnas & epiſtylia emit,
quæ cum in Siciliam delatæ fuiſſent, locari juſſit in Eccleſia quam tunc con-
ſtruebat in honorem ſancti Baptiſtæ Joannis. Cum villicis autem & præpoſitis
portuum & procuratoribus cortium diu multumque eſt locutus; & ob quam
rem ad partes illas a ſanctiſſimo magiſtro ſuo Benedicto directus fuiſſet retulit,
reddideruntque ſinguli rationem villicationis ſuæ de cortibus & portibus Tertul-
li patricii patris ſui, quas tenuerant. Poſt hæc omnibus in commune præcepit,
ut ſine fraude & dolo aliquo & abſque qualibet dilatione quotidie impenderent,
quicquid ſibi & ſuis in cibo, potu atque veſtitu vel in Cœnobii conſtructione
neceſſarinm eſſet, dixitque ad eos: Ego veniam viſere vos, & omnes poſſeſſio-
nes quas pater meus in hac provincia tenuit, ideoque ita agite, ita ſtudete, ut
noſtram gratiam obtinere poſſitis. Hoc ſcientes indubie, quia ſi me ſcandaliza-
veritis, ſcandalizabimini. Hæc cum dixiſſet, cum benedictione ſancti viri re-
dierunt unuſquiſque in ſua.

57. Ipſe autem pater ſanctiſſimus, ea quæ a magiſtro ſuo Benedicto didice-
rat,

AN.CHR. 541 5. Octob.

rat, modis omnibus implere ſatagebat. Reſulgebat ſane doctrina pietatis in eo, dilatabaturque ſanctæ converſationis doctrina agrum ferendo juſtitiæ. Unde factum eſt, ut per beatum Placidum ac diſcipulos ejus, Patris Benedicti & Caſſinenſis Cœnobii veneranda religio per totum orbem terrarum diffuſa ſit & diffamata.

S. Placidi auſteritas converſatio, & virtutes.

Idem vero ſanctus Domini Placidus Spiritu ſancto repletus ſine intermiſſione caſtigabat ſanctum corpus ſuum, & in ſervitutem omnem redigebat, ut membra quæ ſunt ſuper terram mortificaret. Sermo vero ejus aliud non erat quam mundi hujus delicias ſpernere, onera Orbis relinquere, ut JESUM-CHRISTUM Dei filium libere ſequeretur, memorans illud quod Dominus locutus eſt,

Luc. 14.

Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. In ſermone autem ejus quanta gravitas, quanta modeſtia erat, enarrare quis valeat? Orationi & lectioni ſolus quotidie inſudabat, ac ſæpe & multum cum meditationi inſerviret, lacrymis fluebat, habebat enim ſpiritum magnæ compunctionis, non diebus, non noctibus a colloquiis divinis & pſalmodia ceſſabat, omni tempore quadrageſimalem vitam ducens, vinum numquam bibens. In Quadrageſima Dominico die, tertia & quinta feria, pane tantum & aqua contentus erat, aliis diebus nihil omnino recipiens. Cilicio ſemper ad carnem uſus eſt, & cum fatigatus eſſet ab oratione ſeu a genuflexione, ſedendo potius quam jacendo ſomnum capiebat. Nemo illum unquam aliquando vidit in aliquo actu commotum, ſed ſemper honeſtum, humilem, gravem, manſuetum, benignum, nemini nocentem, nemini invidentem, nemini quod malum eſt quærentem: erat enim omni hora gratia Dei plenus. Numquam aliquando alicui homini locutus eſt niſi neceſſitas coegiſſet, aut fratrum affectio, ſeu bonorum hominum, vel pauperum, aut cum Monaſterii neceſſitas expoſceret, ſemperque ſpiritus ejus in Deo poſitus erat. Sed in omnibus virtutibus in quibus eum perfectiſſimus magiſter ſuus Benedictus inſtruxerat, de die in diem proficiebat atque creſcebat; non æqualem ſe aliorum ducens, ſed ultimorum omnium ſervum. Jam vero de ejus quid dicam clementia? Nil enim menti ejus charius fuit, quam potentem pauperi non præponere. Si pauperem videbat, ſuſtinebat; ſi divitem, ad benefaciendum hortabatur, illud prædicans Evangelicum: Qui habet duas tunicas,

Luc. 3.

det non habenti; & qui habet eſcas ſimiliter faciat, ut cœlorum regnum accipere valeat. Ibat autem frequenter ad operarios, qui Cœnobium & Eccleſiam conſtruebant, ad portum quoque maris & cortes patris ſui viſendas, ſicque demum revertebatur ad domum, quam ſibi accommodaverat Meſſalinus.

Quatuor annis Monaſterium abſolvitur.

58. Quarto vero anno poſtquam in Siciliam Sanctus Domini Placidus venerat, Monaſterium omne una cum Eccleſia ſancti Baptiſtæ Joannis ſatis decenter in omni conſtructione perfectum, atque ab Epiſcopo ejuſdem Meſſanæ civitatis Eccleſia dedicata eſt quinto Kalendas Auguſti.

Eccleſiæ & Monaſterii conſecratio

Rogavit etiam idem Sanctus Epiſcopum, ut totius Monaſterii ambitum aqua exorcizata reſpergeret, & orationem daret, ſicque in eum ſanctus Domini ingreſſus eſt cum ſuis ad habitandum. Cœperunt deinde nonnulli mundum relinquere, & ſub beati Placidi magiſterio cordis cervices edomare. Intra breve namque temporis ſpatium, triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei ſervitium congregati ſunt.

Energumenus liberatur.

59. Poſt hæc oblatus eſt eidem ſervo Domini Placido quidam energumenus, qui diutius ſatanæ laqueis irretitus, dire afficiebatur. Quem cum vir Dei ita attritum vidiſſet, ejus calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine JESU-CHRISTE lux vera, qui es pius, clemens & miſericors, expelle a figmento tuo per interceſſionem ſanctiſſimi magiſtri noſtri Benedicti inimicum ſævientem, ut a laqueo inſidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo ſancto. Qui cum orationem compleſſet ſignum Crucis contra vexatum faciens, antiquum hoſtem ab eo protinus effugavit. Igitur quia longum eſſet evolvere, quanta per eum Dominus operatus eſt, ad ejus glorioſiſſimam paſſionem exarandam veniamus.

Paſſio S. Placidi & ſociorum ejus.

60. Per idem tempus dum in urbe fama creviſſet, quod ſanctus Domini Placidus a venerabili Patre Benedicto ad Monaſterium conſtruendum, & cortes ac poſ-

AN.CHR. 541. 5. Octob.

poſſeſſiones Tertulli Patris ſui retinendas, in Siciliam directus fuiſſet, & quia in Cœnobio a ſe conſtructo triginta jam fratres ſub patris ſui Benedicti Regula aggregaſſet: EUTYCHIUS & VICTORINUS germani ejus, quorum ſuperius memoriam fecimus, una cum ſorore ſua FLAVIA virgine, Placidum fratrem videndi deſiderio ducti, & in ejus amorem ultra modum accenſi, ex conſilio parentum ſuorum urbem Romam egredientes, navem conſcendunt; danteſque carbaſa ventis, Siciliam adeunt, & ad portum civitatis Meſſanæ applicantes, claſſem in littore ſolvunt; deſcendenteſque de navi, ad ſancti Joannis Cœnobium tendunt, videnteſque fratrem, repleti ſunt gaudio magno. Et primo quidem non cognoverunt eum, ob id ſcilicet, quia ex quo beato Benedicto oblatus eſt, illum ulterius non viderant: & poſt tanti temporis ſpatium vir factus, & monachali habitu indutus, atque præ nimia abſtinentia ac enormitate vigiliarum & orationum, corpore tabefactus & annihilatus erat. At ubi per indicia agnoverunt eum, in oſculis ejus ruentes, & ſe diutius complexantes, ob nimietatem amoris & gaudii, in fletum maximum proruperunt. Poſt hæc cum omnia Monaſterii habitacula perluſtraſſent, ac convenienter conſtructa laudaſſent, aliquantis diebus apud beatum Placidum fratrem ſuum remorari decreverunt.

S. Placidus a fratribus & ſorore inviſitur.

61. Eodem tempore apud paganos qui in Hiſpania inhabitabant, ABDALA [a] impiiſſimus Chriſti inſectator & hoſtis, regnum adminiſtrabat. Hic Chriſtianæ religionis culturam funditus de terra eradere, & Molochi templa & Luciferi culturam augere cupiens, centum navium expeditionem congregavit, & ſuper eas quemdam crudeliſſimum Agarenum, nomine MAMUCHA, ducem præficiens, contra Romanum direxit Imperium, mandans, ut civitates & caſtra igni cremaret, Eccleſias deſtrueret, Chriſtianos ad dæmonum Molochi [b], Rempham & Luciferi culturam compelleret, non conſentientes diverſis ſuppliciis enecaret. Cujus ille imperio parens, cum plurimam ſtragem noſtrorum dediſſet, poſt aliquantos dies in quibus Eutychius, Victorinus & Flavia Virgo ad beatum Placidum venerant, cum fratres nocturnalem ſynaxim in Eccleſia decantarent, jam dictus Mamucha in navibus cum paganis ſexdecim millibus octingentis adveniens, fores Monaſterii confringi, & omnes in vinculis juſſit adſtringi. Quod dum factum fuiſſet, GORDIANUS jam dictus, qui cum beato Placido a Caſſinenſi Cœnobio ad Siciliam venerat, cum eſſet juvenis, per quemdam poſticam domus aufugiens evaſit; Donatus vero, qui jam ſenio affectus erat, abſque aliqua interrogatione capite truncatus eſt. Sanctus autem PLACIDUS una cum fratribus ſuis EUTYCHIO, VICTORINO & FLAVIA virgine, FAUSTO, FIRMATO Diacono, ſimul etiam cum Monachis triginta, catenis vinctus, Mamuchæ adſpectibus præſentatur. Quem truculentus arbiter ut vidit, dixit ad eum: Qui vocaris? Sanctus Placidus reſpondit: Chriſtianus ſum. Dux dixit: Nega Chriſtum tuum, & dic in eum convicia, & juxta ritum invictiſſimi Regis noſtri Abdalæ Deum adora, & dimitto te. Sanctus Placidus reſpondit: Ego Dominum JESUM-CHRISTUM numquam negaturus ſum, & pro ejus nomine mori deſidero. Dux vero adhæc ſævè indignans, dixit ad Eutychium & Victorinum, Flaviam, Fauſtum, Firmatum Diaconum & reliquos triginta: Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentiſſimi Regis Abdalæ, ut Chri-

Mamucha Tyrannus Meſſanæ littus invadit.

Placido & ſociis incarceratis, Gordianus evadit.

S. Donatus capite truncatur.

S. Placidi & ſociorum præclarum reſponſum.

[a] En errorum labyrinthus. Non pagani Hiſpanias ſæculo ſexto, quo S. Placidus Martyrium ſubiit, occupabant; ſed maximam partem Gothi, Callaciam Suevi, utrique Ariani; illi quidem ſub Rege Theuda, qui ab anno 531. ad 548. Vaſigothis imperavit; hi vero ſub proprio Rege, ſed ignoto: nam a Remiſmundo, qui anno Chriſti 464. in Callæcia dominari cœpit, ad Theodemirum integro ſæculo ſubmotum, Regum Suevorum in Hiſpaniis nomina exciderunt. Hi pagani, appellantur *Saraceni* infra num. 74. At Saracenos Hiſpaniam invaſiſſe Era dumtaxat 751. hoc eſt anno Chriſti 713. Era vero inſequente victo occiſoque Roderico regnum Gothicum evertiſſe, tradit Rodericus Toletanus in lib. 2. de reb. Hiſp. cap. 19. Vero igitur ſimile eſt hos paganos non ex Hiſpaniis, ſed ex Arabia effuſos in Maſſanæ littora, ſanctis Martyribus necem intuliſſe. Nec nobis quis opponat, Saracenos (teſte Socrate lib. 4. cap. 33.) anno Chriſti 380. ad veram fidem converſos, poſtea vero in Arianiſmum prolapſos, paganos haud fuiſſe. Coraxinos enim, alioſque populares in idolorum cultu ad Mahometem uſque perſtitiſſe, diſcimus ex Roderico Toletano in Hiſt. Arabum capp. 3. & 6. Certe Abdalæ nomen, de quo in his actis, apud Arabes frequens eſt. Mahometis Pater Abdala, aliis Ali vocabatur, quo nomina tres Arabum Reges appellatos legimus in Hiſt. Arabum capp. 13. 18. & 29. ſed Placidi noſtri ævo longe poſteriores. Cum vero Saracenorum Regum, qui ante Mahometis tempora extiterunt, ſeriem & nomina reperire ſit arduum, in his ambagibus diutius filum ducere non juvat.

[b] Moloch idolum Ammonitarum, de quo 3. Reg. cap. 11. & alibi. Moloch & Remphæ meminit S. Stephanus Act. 7. verſ. 43. Porro Luciferum inter deos a Saracenis habitum ſcribit S. Hieronymus in Hilarione.

AN. CHR. 541 5. Octob.

Chriſtum relinquentes, Deum noſtrum adoretis? Sancti autem Martyres quaſi ex uno ore dixerunt: Quod in animo inſidet veſtro, perficite. Unus enim nobis animus eſt, una fides, unus ordo vivendi: quapropter ea quæ a primo audiſtis, ab omnibus dictum eſſe pntate. Pro amore namque Chriſti parati ſumus animam ponere.

Fuſtibus graviſſime cæduntur.

62. Ad horum itaque martyrum famina dux Mamucha vehementer iratus, juſſit ſanctos Dei Placidum, Eutychium, Victorinum ac virginem Flaviam cum reliquis ſanctis expoliari, & graviſſime ſuſtibus cædi, dicens: Verba verberibus cedant. Sancti vero martyres exultabant & gaudebant in Domino, quoniam digni habiti ſunt pro nomine ejus verberum ſupplicia pati. Videns vero impiiſſimus dux quod jam in extremis eſſent, dixit ad eos: Dicite morti deſtinati, ſi relinquere vultis Crucifixum, an perire decreviſtis? Sancti Martyres dixerunt: Nos Dominum JESUM-CHRISTUM verum Deum eſſe corde credimus, ore confitemur, & ab ejus cultura numquam recedemus. Fac quod vis, Chriſtiani ſumus. Stupefactus adhæc crudeliſſimus arbiter, dixit miniſtris: Iterum flagellentur, crudeliſſime torqueantur, verbera verberibus addantur, ſorſitan reſipiſcent hi, qui in errore decreverunt permanere. Miniſtri itaque juxta ducis imperium flagellantes & torquentes eos, clamabant dicentes: Negate Chriſtum veſtrum, negate. Sancti autem dum torquerentur, rogabant Dominum dicentes: Domine JESU-CHRISTE Fili Dei, libera nos ab omni tentatione, & ab ſcandalis operantium iniquitatem. Dux vero ad Martyrum tolerantiam permotus, præcepit ut manibus a tergo ligatis, & compedibus vincti includerentur per ſeptem dies, & neque panem neque aquam eis dari, ut deficerent, procraſtinans eorum interitum, ſi forte plagis corporalibus fatigati, ejus nefandis juſſionibus obtemperarent. Sanctus autem Domini Placidus in tanto ſupplicio conſtitutus, non diebus neque noctibus a colloquiis divinis & oratione ceſſabat.

Mamucha in Meſſanenſes dire graſſatur

63. Dum hæc agerentur, tempeſtas magna in mari exorta eſt; Barbari vero ob aeris incommoditatem, dum ad Hiſpanias ſe remeare non poſſe perſpicerent, ira permoti circumquaque cuncta igni ſerroque deleverunt: & adulteria ac innumerabilia mala in Eccleſiis & in bominibus committentes, & viros ac mulieres ob Chriſti fidem trucidantes, civitati Meſſanæ ineffabilia mala intulerunt; Sanctoſque Dei Martyres, Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam cum ſociis in terram ſuam transferre decreverunt. Itaque dum maris inclementia viam illis obtruſiſſet, videntes ſanctum Placidum cum ſociis abſque cibo & potu Chriſto gloriam ferre, mirati ſunt, curſuque concito ducis tentorium adenntes, quæ acta & dicta fuerant per ordinem pandunt. Qui belluina rabie accenſus, juſſit ſanctos Dei Martyres per ſingulos dies acerrime fuſtibus cædi, & ſine aliquo cibo vel potu dimitti. Et dum cæderentur, clamabant pagani: Negate Chriſtum, & dicite in eum convicia, & dimittemini. Sancti autem martyres quaſi ex uno ore dixerunt: Neque Chriſtum Dominum noſtrum negamus, neque convicia in eum qui creator eſt omnium, inferimus, facite quod vobis videtur. Barbari vero de ſanctorum conſtantia ultra modum mirati, curſu rapidiſſimo ducem adeuntes, rem prout erat exponunt. Dux autem ſolita inflammatus nequitia, juſſit ſanctum Placidum cum ſociis, pedibus verſis ſuſpendi, & flagellis hinc inde crudeliſſime laniari, & ſub capite uniuſcujuſque fummum horridum ſubminiſtrari. Quod dum ſactum fuiſſet clamabant more ſolito contra ſanctos pagani: Negate Chriſtum veſtrum, negate. Sancti vero martyres paganorum monita velnt ſtercora contemnentes, clamabant ad Dominum, dicentes: Si conſtiterint adverſum nos caſtra, non timebimus mala, quoniam tu nobiſcum es, Domine. Cumque omnes ſingillatim unus poſt unum hoc ordine cruciati fuiſſent, juſſit dux Mamucha dari unicuique ſanctorum pugillum unum hordei crudi ad manducandum, & paululum aquæ ad bibendum. Dicebantque ad ſanctos: Si negaveritis Chriſtum Deum eſſe, quicquid petieritis, dabimus vobis, & annumerabimini inter primos amicos ducis noſtri Mamuchæ, & eritis quaſi fratres Regis noſtri Abdalæ, ac domini in omni regno ejus. Sancti autem fratres Placidus, Eutychius, Victorinus & ſanctiſſima

Sancti iterum cæduntur.

Horrendum ſupplicium.

Fla-

Flavia virgo ſoror eorum, quaſi ex uno ore dixerunt: Si polliceremini nobis fa- AN.CHR.
ćturos dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum noſtrum JESUM-CHRI- 541
STUM, qui pro nobis mortuus eſt & ſurrexit, aſcendenſque in cœlum, vivos & 5. Octob.
mortuos & omne ſæculum per ignem judicaturus adveniet. Quinimo vos, qui Remittuntur in carcerem.
miſeria pleni eſtis, qui æternæ morti addićti, vos potius credite in Dominum
noſtrum CHRISTUM-JESUM, & ſalvi eritis in æternum. Diriſſimus autem
Mamucha ex beati Placidi ore talia dum verba audiſſet, ac ſæve indignans,
juſſit eum cum ſociis carceri tradi.

64. Nocte vero adveniente Gordianus jam dictus, qui tempore quo Beatus Gordianus eos confortatur & hortatur.
Placidus captus fuerat, fugiens evaſerat, venit ad eum in carcere, procidenſque
ad pedes ejus confortabat eum, dicens: Conſtans eſto domine mi Placide, &
noli timere, quia tecum eſt manus Domini, qui tibi manſionem in cœleſti re-
gno locavit lapidibus pretioſis inſtructam. Si tibi perſecutores verbis blanditi fue-
rint, noli illis adhibere conſenſum; ſi aurum vel argentum, aut lapides pretio-
ſos obtulerint, ne accommodes animum, ſed potius illum reſpice, illum inten-
de, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Nihil
enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius invenitur;
quippe cujus adjutor Chriſtus Dominus eſt, & illi qui eum diligunt & cupiunt,
immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O quam terribilis eſt, & quam
metuendus judicii dies adveniet, in quo juxta Apoſtolum unuſquiſque recipiet
ſecundum ſuum laborem. In quo etiam Angeli trement, qui non peccaverunt, 2.Cor.5.
ac juſti terrebuntur, qui Domino placuerunt. Hunc diem Propheta deſignabat,
cum dicebat: *Dies illa dies iræ, calamitatis & miſeriæ, dies tubæ & clangoris*, Sophon. 1.
dies magna & amara valde, dies nebulæ & turbinis, plena indignatione, qua
cœli magno impetu movebuntur. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen
ſuum, ac ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum movebuntur. Jam adver-
ſus communem inimicum pugnam arripuiſti, jam caput ſerpentis antiqui con-
culcaſti; conſtantiæ & fortitudinis arma retine, ut poſſis tela & jacula ejus ſcu-
to fidei repellere, & juxta Apoſtolum indue armaturam Dei, vigila ſtrenue, Epheſ.5.
quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens, circuit, quærens quem 1.Petr.5.
devoret, cui fortiter in fide perſiſtentes reſiſtere convenit. Diem ſupremum an-
te mentis tuæ oculos revoca, nocte ſimul & die, horis atque momentis, &
quam fluxa, quam brevis ſit hujus mundi gloria, quam caduca, & quibus ærum-
nis ſubjaceat. Adverteque qualiter illam turbo repentinus auferat, & ſedula
mente pertracta. Ubi tunc erit ſublimium honor & gloria Regum? ubi dives
& Princeps? ubi fortes & divites? ubi tunc erunt, qui ex obliquo egenos deſpi-
ciebant, & ſua locutione indignos cenſebant? ubi argentum & aurum? num-
quidnam non ceu pulvis præteriit, & velut umbra evanuit? Jam receſſit, jam
tranſiit, ad Erebi profunda deſcendit, in quo vermis impiorum non morietur,
& ignis non extinguetur. Ibi tunc potentes potenter tormenta paſſuri ſunt, &
fortioribus cruciatus intolerabilis erit: ex quo non educet pater filium, aut fi-
lius patrem, nec ſodalis erit qui redimat, neque frater qui eripiat. Leva cor
tuum cum manibus ad Deum, dicens cum Propheta: Eripe me de inimicis meis
Deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me, de manibus odientium erue Pſal. 17. &
me. Jam pugnare cœpiſti, pugna ut vincas, & coronam immortalitatis accipias. 58.

65. Audiens hæc beatiſſimus Placidus, gratias egit Redemptori omnium Deo. S.Placidi Reſponſio.
Deinde converſus ad Gordianum dixit: Omiſſis frater verborum ambagibus,
vincentem mundum invocemus, rogantes ut qui dedit velle, donet & poſſe. Il-
lum enim deſidero, illum ſuſpiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam
devovi, qui me dignum fecit pro ſuo nomine pati. Et poſt hæc vide, inquit,
tu quicquid erga me evenire proſpexeris, in ſcriptis notifices magiſtro noſtro BE-
NEDICTO, necnon condiſcipulis & conſanguineis meis MAURO & FELICIS-
SIMO: Ego enim jam delibor, jam alligatus corpore, alligatus & ſpiritu va-
dam quo me duxerit Dominus JESUS-CHRISTUS. Teſtis enim mihi eſt Deus,
quia omnibus hominibus puram exhibeo charitatem, rogans Deum omnipo-
tentem, ut nos in periculis conſtitutos ſua protectione defendat, & inter

AN.CHR. 541 5. Octob.

procellas & tempeſtates hujus mundi illæſos cuſtodiat, & pacem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ quantocius tribuat. Hæc cum dixiſſet, expanſis in cœlum manibus, & oculis in altum erectis, oravit ad Dominum, dicens: Unigenite Fili Dei, Verbum incarnatum, protege ac defende Eccleſiam tuam tuo pretioſiſſimo ſanguine redemptam, conſerva Caſſinenſem Eccleſiam in ſancta religione, meque ad te venire, victo diabolo, jube.

Mamucha minas & promiſſa repetit.

66. Mane itaque facto, dux Mamucha rabido inflammatus furore juſſit ſanctum Placidum cum ſociis ſuis ſibi præſentari. Cumque ante impiiſſimum ducem manibus retro ligatis præſentati fuiſſent, indicto ſilentio, dixit: Teſtes invoco deos, excellentiſſimumque omnium Luciferum, quia nec interrogatione dignos vos noſtra excellentia judicavit. Hinc autem non ut criminis obnoxios, ſed ut fratres vos alloquor, ut deponentes pertinaciam vanæ ſuperſtitionis, acquieſcatis ſalutaribus monitis, obtemperantes præceptis Regis noſtri Abdalæ, & magnificum Prophetam noſtrum Moloch venerantes. Hoc ſi feceritis, hujus vitæ gaudiis feliciter fruemini, & dabimus vobis infinitas poſſeſſiones & uxores; quod ſi non feceritis, diverſis ſuppliciis interibitis. Sancti martyres dixerunt: Neque nobis blandimentis ſuadere poteris, nec minarum aſperitatibus terrorem incutere valebis. Tunc nefandus arbiter furore & ira magna accenſus, juſſit ſanctum Placidum cum ſociis ſuis expoliari, & fuſtibus cædi, & membris omnibus crudeliſſime torqueri. Cumque miniſtri iniquitatis ducis juſſa perficerent, Gordianus cum omnibus Chriſtianis, qui ducis Mamuchæ manus evaſerant, cum fletu ingenti clamabant: Domine JESU-CHRISTE, Martyrum fortitudo & palma, veni in adjutorium Placidi ſervi tui in hujus agonis diſcrimine conſtituti: & hoc diebus ac noctibus poſtulabat ſine intermiſſione pro eo lacrymarum & orationum hoſtias Domino immolans.

Tertium fuſtibus cædi jubet.

67. Idem autem ſanctus Domini Placidus cum a paganis ultra modum cum ſociis cruciatus fuiſſet, juſſu ſæviſſimi ducis a ſuppliciis amotus eſt, & beatiſſima virgo FLAVIA incredibili decore micans, tribunalibus eſt præſentata. Quam truculenta beſtia dum perſpexiſſet, dixit ad eam: Dic ſcelerata & omni miſericordia prorſus indigna, adquieſcis præceptis regalibus, an in ſtultitia permanere decreviſti? Ad quem beatiſſima virgo Chriſti Flavia reſpondit: Ego ſtultitiam numquam habui, quia ſemper Chriſtum cuncta regentem dilexi; præcepta vero Regis tui, velut lutum quod pedibus conculcatur, abjicio. Dux autem adverſus virginem Flaviam ingenti ira ſuccenſus, dixit miniſtris: Expoliate hanc, & pedibus in altum erectis in ſublime ſuſpendite. Habebat honoris ſui dignum commercium, quæ ſalutaribus monitis cordis cervicem flectere renuit. Pagani vero juxta quod dux imperaverat, ſanctam virginem Flaviam pedibus in ſublime erectis ſuſpenderunt. Quam dux ita allocutus eſt, dicens: Stultiſſima omnium feminarum, non verecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et Virgo Chriſti ad hæc: Sacra ſcriptura teſtatur, quia Deus eſt conditor viri & feminæ, ob quam rem de ſexu nulla mihi adſcribetur injuria pro eo quod nuda ſum; neque nuditatem tantum corporis ſuſtinere parata ſum, ſed etiam gladium & ignem propter eum, qui pro me denudari & flagellari & crucifigi voluit. Dux vero adhæc carnali furia fretus, dixit miniſtris: Quid agitis? Fuſtes afferte, & eam ſine intermiſſione acerrime flagellate. Cumque milites ſanctam virginem Flaviam crudeliter flagellarent, virgo Chriſti clamabat ad Dominum dicens: Domine JESU-CHRISTE Fili Dei vivi, adeſto nunc famulæ tuæ Flaviæ in hujus agonis ſtadio, ne dicant inimici tui, ne dicant: Prævaluimus adverſus eam. Conturbatus adhæc crudeliſſimus cenſor ait: Si iſta extincta non fuerit, maximum Regi noſtro Abdalæ conferet detrimentum. Et poſt hæc: Eja, inquit, frontem & mamillas, necnon & brachia torquentes diſſipate. Subtus vero fumum acerrimum ſubminiſtrate, variiſque tormentis corpus illius excruciando necate. Illi itaque toto mentis conanime perficientes, clamabant: Nega Chriſtum tuum turpiſſima & omni dedecore digna, quia jam parata tibi imminet mors. Itaque in talibus die decurſo, dux Mamucha ſanctam Dei Virginem deponi, & cum beato Placido ac reliquis in carcerem includi juſſit, ira-

S. Flavia diriſſime torquetur.

que

que commotus præcepit, ut quotquot Chriſtianorum inveniſſent diverſis ſuppliciis enecarent.

AN.CHR. 541 5. Octob.

68. Jam vero quis digne enarrare valeat, quan.. ſuppliciis Chriſtiani eo tempore in Sicilia ſint effecti? Nonnulli namque paloru.. vectibus ora reſerantes, fœtidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus & in ti..is remugientibus nervis torquendo cruciabant, plerumque aquam marinam, acet.., amurcam & liquamen & alia multa & crudelia, tamquam utribus imbutis .. appoſitis, ſine miſericordia porrigebant, ſtimulis ferreis ad ambulandum urge...s. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapientes, inſontem infantiam elidebant .. terram. Alios e regione pedes tenentes, a meatu prorſus naturali, uſque ad ar..m capitis diſſipabant. Alii candentis ferri laminis aduſti ſunt, aptanteſque fuſt.. in modum ſerrarum ex palmis cum ſtirpibus, & dorſa Chriſtianorum cum i.lis flagellantes, non tantum oſſa confringebant, ſed etiam terebrantes aculei intrinſecus remanebant, diſſipatiſque carnibus viſcera pandebantur. Nonnulli vero ligatis pedibus poſt terga currentium equorum inter ſpinoſa loca ſilvarum ducebantur, ut ducti & reducti, dumoſis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu & ſæpius tibias torquendo tinnientibus chordis conſtringebant. Feminas autem per unum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis in capite, crinibuſque in eiſdem colligatis, ac vehementius ſtringentes ſimul cum capillis omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in uno pede colligantes, & laminas ferri ignitas dorſo, ventri, mamillis ac lateribus apponentes.

Chriſtianorum varia tormenta.

69. Sancta vero virgo Flavia dum in carceris ergaſtulo cum fratribus eſſet retruſa, Placidum fratrem ſuum alloquebatur, dicens: Jam ſacris tuis orationibus, Placide frater, faventibus, inchoavi martyrium, nunc vero obſecro, ne deſiſtas inchoata perficere. Ora attentius, rogo, ut dignum faciat Dominus JESUS-CHRISTUS deſiderium cordis noſtri ante conſpectum gloriæ ſuæ, & tribuat nobis quod promittere dignatus eſt ſuis fidelibus, & omnibus quærentibus gratiam ſuam. Sanctus autem Domini Placidus aperiens os ſuum Eutychium & Victorinum fratres ſuos & virginem Flaviam ſororem ſuam ſocioſque triginta tres conſolabatur, dicens: Forti animo eſtote, ſuſpicite in cœlum, & precibus exorate cuncta regentem, ut Patris Benedicti interceſſione nobis patiendi tolerantiam donet. Alia vero die dux Mamucha reſidens in conſiſtorio, juſſit ſanctos Dei Martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam cum triginta tribus ſociis ſuis ſibi præſentari, & graviſſime fuſtibus cædi, & per pedes ſuſpendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumque horridum ſub eis adminiſtrari, dicens: Negate Chriſtum veſtrum, & dicite in eum convicia, & dabimus vobis bona hujus mundi. Poſthæc ſanctus Martyr Chriſti Placidus erectis in cœlum oculis clamabat ad Dominum, dicens: Narraverunt nobis iniqui fabulationes, ſed non ita ut lex tua Domine. Omnia mandata tua veritas, iniqui perſecuti ſunt nos, adjuva nos Domine Deus noſter. Quinta vero die videntes pagani, quod ſancti Dei Martyres Placidus, Eutychius, Victorinus & Flavia virgo ſpeciali quodam amore eſſent obligati, & honore ſe invicem prævenirent, quod una cibum caperent, quod ſegregati ab aliis ſtarent, quod ſimul ſoli orarent, mirati ſunt, & dicebat alter ad alterum: Iſti affinitate conjuncti ſunt, ideo ab aliis dividuntur. Interrogans itaque ſanctos unus ex paganis per interpretem quo utebantur, dixit ad eos: Quam generoſitatem ſertis inter vos? Reſponderunt hi: Quatuor germani fratres ſumus ex uno viro & femina generati: Ille vero rurſus percontatus eſt eos, dicens: Ex iſta patria eſtis, an ex alia regione? Et reſponderunt ſancti dicentes: Romani ſumus, & Chriſtiani. Et ille, Bene contingit vobis, quia hominum omnium genus ſemper voluiſtis humiliare, & dominium exercere, nulli unquam genti voluiſtis ſubdere colla. Sed dicite nobis, quæ ſunt nomina veſtra? Adhæc ſanctus Placidus proloquens, ait: Hi duo fratres mei Eutychius & Victorinus vocantur. Hæc autem ſoror mea & virgo, Flavia dicitur. Ego vero peccator, Placidus Monachus vocor. Et ille, Aſſentite, inquit, nobis, & proderit vobis; negate Chri-

SS. Martyres iterum vapulant.

Pſal. 118.

AN.CHR. Chriſtum veſtrum Deum eſſe, & noſtro more Luciferum ſidus Dei noſtri Rem-
541 pham excolite, ut frui poſſitis una nobiſcum hujus gaudiis vitæ. Reſpondens
5. Octob. autem ſanctus Martyr Placidus, dixit: Abſit hoc a nobis, ut Deum noſtrum
Jeſum Chriſtum creatorem cœli & terræ negemus, & hominem perditum pro
Deo colamus, qui jam a Domino JESU-CHRISTO cum diabolo & angelis ejus
damnatus eſt in inferno perpetuo igni exurendus.

70. Hæc pagani ex Martyris ore dum verba audiſſent, Mamuchæ duci nun-
ciare curarunt. Sæviſſimus autem dux furore nimio accenſus, juſſit ſanctiſſimum
Placidum cum duobus fratribus & cum ſorore Flavia tamdiu virgis mactari;
Vulnera ſanctorum divinitus curantur. donec inter manus deficerent. Quod dum factum fuiſſet, pagani exiſtimantes
eos mortuos, receſſerunt. Sed Deus omnipotens, cui cura eſt, & ſollicitudo
ſuorum, miſit Angelum ſuum ſanctum, qui ſanctorum Martyrum Placidi,
Eutychii, Victorini & virginis Flaviæ roboravit corpora, & curavit plagarum
vulnera. Mane autem facto, pagani redeuntes ad ſtadium, ſanctoſque marty-
res Dei illæſos conſiſtere perſpicientes, dicebant ad eos: Animadvertite & vide-
te quanta miſericordia uſi ſunt Deus & Propheta noſter in vobis, qui cum de-
buiſſent interficere vos, contulerunt vobis ſanitatem. Relinquite ergo vanita-
tem & ſectam ſuperſtitioſam, & adorate eos, qui præſtiterunt vobis ſanitatem,
& gubernent vitam veſtram. Sanctus Placidus reſpondit: Vos potius relinquite
diabolum quem adoratis, & adorate Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM,
qui fecit cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & relinquite per-
ditum ipſum veſtrum prophetam, & ſatanam quem is pro Deo coluit, cum
quo damnatus eſt in ignem æternum. Saraceni autem cum viderent, quod ne-
que minis, neque promiſſionibus ſanctos Dei ad ſuam culturam valerent infle-
ctere, acta & dicta Duci ſeriatim referre curarunt. Dux vero ſævus indignans,
juſſit ſanctum Placidum cum ſorore & duobus fratribus ſuis per pedes ſuſpen-
di, & fuſtibus cædi, & fumum acerrimum ſubminiſtrari, clamantibus paga-
nis juxta conſuetudinem: Negate Chriſtum veſtrum, negate. Quod dum fa-
ctum fuiſſet, clamabat Beatus Placidus una cum fratribus ſuis Eutychio & Vi-
ctorino ac virgine Flavia, quaſi ex uno ore dicentes: Gratias tibi agimus Do-
mine JESU-CHRISTE, qui confortas ſervos tuos in te ſperantes. At duriſſimus
dux dolore & ira permotus, beatiſſimo Martyri Placido, qui præ omnibus &
pro omnibus loquebatur, cum lapide os & arterias confringi juſſit, dicens: Si
S. Placido os tunditur. non negabis Chriſtum tuum, & tu & alii mala morte peribitis. Sanctus vero
martyr Placidus glorificat Dominum, dicens: Gratias tibi ago Domine JE-
SU-CHRISTE, qui me computare dignatus es in numero ſervorum tuorum.

Loquitur præciſa lingua. 71. Non ferens autem impiiſſimus dux, quod ſic Beatiſſimus Placidus ſæpe
Chriſtum nominaret, ira magna accenſus, juſſit ei linguam radicitus amputari.
Sanctus vero Placidus clamabat lingua præciſa, dicens: Benedictum nomen &
virtus Domini noſtri JESU-CHRISTI, cujus nomen & virtus permanent in ſæ-
cula, qui & liberat nos ab omni malo ſemper. Cumque fratres ejus & ſoror re-
ſpondiſſent, Amen, præ nimia ira frendens dentibus ſæviſſimus dux, juſſit eos
iterum graviſſimis fuſtibus cædi. Sanctam vero virginem Flaviam truculentus
arbiter præcepit tradi quibuſdam lenonibus de exercitu ſuo ad corrumpendum,
dicens: Invitate ad turpitudinem ejus omnem exercitum. Sancta autem virgo
Flavia ſententiam in ſe prolatam dum agnoviſſet, ſuſpexit in cœlum, & ait:
Deus qui ſedes ſuper thronos & judicas æquitatem, eſto mihi in Deum prote-
ctorem, & in locum refugii, ut ſalvam me facias. Surrexit in me judex ini-
quus, mordens carnes meas canina rabie, miſit truces manus ad verbera, pedi-
bus appenſa ſum, fuſtibus acerrime verberata ſum, omnibus membris crude-
liſſime torta ſum, fumus horridus ſub me adminiſtratus eſt, impinguatur dux
ſævus ſanguine meo: tuus eſt amor, tua fidelitas, pro te hæc omnia patior;
reſpice in me ſancte Deus Sabaoth, ne polluant inimici famulam tuam, ne
dicant, Prævaluimus adverſus eam. Oravit, & ecce ſubito virtus divina ſu-
per virginem ſanctam reſpiciens, ſuo illam munimine ſepſit. Nam cum ad
ducis imperium lenones ſanctam virginem Flaviam vellent ſtuprare, vim ei
in-

inferre volentes, quicumque manus ad eam contingendam miſiſſent, ſtupebant nervi eorum, & areſiebant manus & brachia illorum, & præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant. Ipſa autem beatiſſima virgo Flavia cum fuiſſet, ſicut jam diximus, cum fratribus ſuis multoties pro Chriſti nomine cæſa & torta, & diverſis ſuppliciis affecta, immobilis in fide Chriſti permanſit.

AN.CHR. 541

5. Octob.

S Flav. divinitus ſtupro ſervatur.

72. Poſthæc impiiſſimus dux Mamucha ſanctos Dei Martyres, Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam ſuo examini fecit aſſiſti, quos tumenti pectore, facie furibunda, vibranti capite, ita eſt allocutus: Quouſque inſipientes vos noſtra tolerat clementia? Hortor & commoneo vos Crucifixum negare, & adorare Deum, cui excellentiſſimus Rex noſter Abdala cervicem ſuam flectit; ſin alias, acerrima morte peribitis. Sanctus Placidus reſpondit; O infelices, quare mentis veſtræ oculos atra orbatos caligine nonexeritis? Credite in Dominum JESUM-CHRISTUM creatorem cœli & terræ, & dimittite diabolum quem adoratis, & falſum veſtrum prophetam relinquite. Quod ſi non feceritis, ignis vos æternus excipiet. Mamucha vero poſthæc converſus ad ſanctos Martyres Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam, dixit ad eos: Dicite infelices & miſeri, derelinquitis Crucifixum, an cum Placido ſeductore perire decreviſtis? Sancti Martyres dixerunt: Jam ſæpius tibi diximus, quia nullo pacto nullaque ratione Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM relinquimus, monita vero veſtra, veluti lutum quod pedibus conculcatur, abominamur. His auditis ſæviſſimus Mamucha nimiis furiis incitatus, juſſit ſanctos Dei Martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & Flaviam ſtrictius ligari, & ſuper tibias eorum anchoras navium poni, & ſuper anchoras lapides magnos ſuperponi, ut hoc dolore compulſi Chriſtum negarent. Pagani vero juſſa iniquiſſimi Ducis perficientes, clamabant: Niſi negaveritis Chriſtum veſtrum Deum eſſe, acerba morte in tali ſupplicio conſummabimini. Cumque die ipſa & nocte tota in tanto cruciatu perduraſſent, & ſanctus Domini Placidus pſalleret, & ſoror ac fratres ejus orarent, & Deo gratias agerent, die altera illuceſcente pagani ad martyres reverſi ſunt, videnteſque illos immobiles in fide Chriſti perſiſtere, dicebant: Num vobis corneas fibras, num lapidoſa pectora nutritis, qui ſalutaribus conſiliis non acquieſcitis? Reſpicite voſmetipſos, & Chriſtum Deum eſſe negate, & dabimus vobis aurum & argentum, pallia deaurata, & lapides pretioſos. Sanctus Placidus reſpondit: Neque pro auro, oeque pro argento, ſive pro palliis deauratis, aut lapidibus pretioſis, veſtræ impiæ & perverſæ ſuggeſtioni aſſenſum dabimus ut Chriſtum negemus. Juſtitiæ namque rigor & veritatis via flecti non novit, ſi forti pectore retinetur. Idipſum ſancti Dei Eutychius, Victorinus & beata Flavia virgo affirmabant.

Novum genus ſupplicii.

SS. Martyres oblata munera reſpuunt.

73. Adhæc ſatellites ſatanæ vehementer irati, rem prout erat Duci per ordinem pandunt. Sæviſſimus vero Mamucha terribili furore, & ira ſuccenſus, dictavit ſententiam, dicens: Placidum, Eutychium, Victorinum, Fauſtum, præcepta contemnentes, & Chriſtum qui a Judæis crucifixus eſt, pro Deo colentes, noſtramque culturam noſtrumque prophetam Moloch abominantes, capite cædi jubemus, & corpora eorum inhumata lupis ac canibus & volucribus cœli devoranda relinqui. Nequiſſimi autem miniſtri concito gradu revertentes, ejecerunt ſanctos de cuſtodia in qua clauſi detinebantur, & uſque ad littus maris in quo decollandi erant, eos flagellando perduxerunt. Quo dum veniſſent pagani, ad ſanctos proloquentes dixerunt: Obſecundabitis juſſioni invictiſſimi ducis Mamuchæ, ut Chriſtum oegetis, & Deum more noſtro adoretis & colatis? Sancti autem Martyres eorum monita abdicantes, dicebant: Numquam Creatorem noſtrum negamus, numquam ab ejus cultura recedimus. Alium vero Deum omnino neſcimus, neque adoram is, præter Dominum ooſtrum JESUM-CHRISTUM, cui noſmetipſos hoſtiam vivam in ſacrificium offerimus. Chriſtiani ſumus, & pro nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI, magis mori quam vivere deſideramus. Jam perficite in nobis, quod vobis videtur. Hæc ubi dicta dederunt, beatiſſimus martyr Placidus oculos in cœlum elevans, oravit ad Dominum, dicens: Domine JESU-CHRISTE Fili Dei vivi, qui de cœ-

Impia in Martyres ſententia mortis.

Oratio Sancti Placidi ſub mortem.

Digitized by Google

AN.CHR. 541 3. Octob.

cœlis ad terram deſcendiſti, & pro noſtra ſalute Crucis patibulum ſuſtinuiſti, propitius eſto nobis famulis tuis, & per interceſſionem magiſtri noſtri ſervi tui Benedicti, da nobis virtutis conſtantiam, ut participes glorioſiſſimæ anaſtaſis effecti, hujus agonis ſtadium intrepido animo, mente robuſta percurrere valeamus, ne humani generis inimicus aliquod obſtaculum noſtris anteſerat mentibus, ne princeps tenebrarum & complices ejus impediant. Sed Angelus teſtamenti tui Michael noſtras animas in pace ſuſcipiat, quia tu es Deus benedictus & glorioſus in ſæcula ſæculorum. Cumque ſancti Martyres, Eutychius, Victorinus & virgo Flavia, cum triginta tribus ſociis ſuis reſpondiſſent, Amen, flectentes genua decollati ſunt una cum beatiſſimo Placido, tertio nonas Octobris *a*, apud Siciliam in portu Meſſanæ civitatis. Jacuerunt autem poſt decollationem corpora eorum juxta mare diebus quatuor.

SS. Martyres capite plectuntur.

74. Poſt paſſionem vero beatiſſimi Placidi martyris & ſociorum ejus, Mamucha impiiſſimus dux Saracenorum, necdum ſaturatus de ſanguine ſanctorum quem innocenter effundi fecerat, præcepit ut Monaſterium illud, quod beatus Placidus ædificaverat, in quo etiam & habitaverat, incenderetur, & a fundamentis everteretur. Sicque factum eſt, ut per quatuor dies in quibus poſt decollationem corpora ſanctorum jacuerant in littore, Monaſterium omne incenſum, & ſolo tenus everſum eſt, ita ut etiam fundamenta monaſterii Saraceni evellerent, & lapides in mare projicerent. Interea hoc mare ſedatur, ventorum turbines pacificantur, nautis via panditur. Quod crudeliſſimus dux perſpiciens, imperat, ut omnes Saraceni ad mare redirent, quatenus ſigno dato naves conſcenderent. Aurora autem quinti diei illuceſcente, Saraceni cum duce ſuo Mamucha naves conſcendentes, æquoris alta ſulcare cœperunt. Præ celſitudinis vero magnitudine, Eccleſiam quam intra Monaſterium ſuum beatus Placidus in honore ſancti Joannis Baptiſtæ ædificaverat, cum eſſet ampla & alta, Saraceni ſuccendere ſive evertere non potuerunt, ſed modis omnibus, quibus poterant, polluerunt & profanaverunt. Nam trabes quas intus in Eccleſia invenerunt, minutatim præciderunt, Eccleſiam adulteriis coinquinaverunt, altare Domini ſtercoribus & urinis fœdaverunt, & ſuper illud ſeceſſum ierunt, & quicquid pravum vel dici vel cogitari poteſt, ibidem exercuerunt. Et ſicut ante deſcripſimus naves conſcendentes, quanta inſtantia poterant, navigare cœperunt. Cumque jam in Phari medio eſſent, (nam Rhegium tendere diſpoſuerant) ſubito tempeſtas magna exorta eſt, ita ut nec retro nec ante ultra procedere poſſent, ſed comprehenſæ a currentibus undis in medio Phari, juſto Dei judicio centum naves ſimul cum Saracenis ſexdecim millibus octingentis demerſæ ſunt in profundum maris.

Mamucha Monaſterium incendit, Eccleſia ſervata.

Saraceni ſubmerguntur.

75. Corpora vero ſanctorum Martyrum adhuc jacebant in littore, ubi nulla fera, & nulla avis ea tetigit, & pro fœtore ſuaviſſimum odorem emanabant. GORDIANUS autem, qui beatum Placidum a Caſſinenſi Cœnobio ſecutus fuerat, quique, ut ſupra retulimus, tempore captionis ejus fugiens evaſerat, qui & requirebat ſanctos noctis tempore, & confortabat dum eſſent in carcere, tulit corpus Beati Placidi Martyris domini ſui & corpora ſanctorum Eutychii & Victorini fratrum ejus, ac ſanctæ virginis Flaviæ ſororis illius, & capita eorum jungens corporibus, prout potuit in Eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ ſepelivit, mundans eam prius ab omni Saracenorum immunditia. Nam ſola eadem Eccleſia, ut ſupra deſcripſimus, ex omnibus Monaſterii ædificiis remanſerat. Reliqua vero ſanctorum triginta trium Martyrum corpora miro odore fragrantia, ibidem ubi decollati fuerant, in arena ſepelivit, ubi beneficia ſua JESUS CHRISTUS Dominus noſter, meritis ſanctorum Martyrum Placidi & ſociorum ejus intervenientibus, præſtare non deſinit uſque in hodiernum diem. Cæci namque ibidem illuminantur, claudi curantur, ſurdi auditum recei-

Martyrum corpora ſepeliuntur a Gordiano.

a Ipſa die in MS. Uſuardi Martyrologio, auctoris ætate, id eſt ante octingentos annos apud nos exarato, ita legitur. *Apud Siciliam Natalis Sanctorum Martyrum Placidi, Eutychii, & aliorum triginta.* In vetuſto Breviario Caſſinenſi tempore Oderiſii Abbatis exeunte ſæculo undecimo manu deſcripto (cujus nobis copiam fecit R. P. Queſnel. Congreg. Oratorii Presbyter) S. Placidus in Litaniis poſt S. Maurum Abbatem appellatur.

AN. CHR. 541

5. Octob.

cipiunt, leproſi mundantur, dæmones effugantur, & omnes infirmi ſalvantur. Tali modo ſanctiſſimus martyr Domini Placidus cum ſociis ſuis, diverſis tribulationibus & ſuppliciis agitatus, dealbavit ſtolam ſuam in ſanguine Agni qui tollit peccata mundi, quem modo ſequitur per paradiſi amœnitates, inſertus Apoſtolis, quia totum reliquit; Martyribus, quia martyrium pacis & perſecutionis in ſe ſuſtinuit; Confeſſoribus, quia Chriſtum coram fidelibus & infidelibus confeſſus eſt; Virginibus, quia virginitatem cordis & corporis cuſtodivit. His inſertus choris, Regem immenſum collaudare non ceſſat, ferens coronam roſis & liliis intextam, cantanſque canticum in exultatione & gaudio voce infatigabili, & merito. Nam per hunc facta eſt Caſſinenſis Eccleſia purpurea, quæ antea in Patris Benedicti operibus extiterat candida, quia primus ex eodem verbo & exemplo plurimis in Chriſti bello extitit doctor. Hic Beoedicti Patris temporibus primus contra paganos prælium cœpit. Hic inter Chriſti milites anteſignanus, hic inter perſecutionum fureotium initia cum ipſo infeſtationis principe auctore Mamucha congreſſus, dum inexpugnabili firmitate adverſarium vicit, vincendi ceteris viam fecit. Ideoque nunc cum his qui Agnum ſequuntur canticum novum decantare non ceſſat. Apud hunc Agnum dignetur pro nobis intervenire, & maculis omnibus expiatos nos vellere velit induere. Omnes repræſentans eidem quem ſequitur Agno, ut quos redemit ſanguine ſuo, non ſinat juri ſubjacere alieno.

S. Placidi elogium.

S. Placidus Benedictinorum Proto-martyr.

76. Paſſus eſt autem Beatiſſimus PLACIDUS martyr Domini noſtri JESU-CHRISTI præcelſus anno ætatis ſuæ vigeſimo ſexto, cum duobus fratribus ſuis EUTYCHIO, VICTORINO, & ſorore virgine FLAVIA, FAUSTO & FIRMATO Diacono ſimul, ac Monachis triginta, ſub ſæviſſimo Rege Abdala & duce Mamucha, tertiodecimo anno JUSTINIANI Imperatoris, apud Meſſanam Siciliæ Civitatem, tertio oonas Octobris, regnante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. Dies autem vitæ beatiſſimi Martyris ita numerantur. Oblatus eſt Deo a patre ſuo Tertullo Patricio, & traditus beato Benedicto, ſeptimo anno ætatis ſuæ; habitavit cum eo apud Sublacum annis quinque, commoratus eſt in Monaſterio Caſſinenſi, quod ipſe una cum Magiſtro ſuo Benedicto & condiſcipulo Mauro in proprio rure ædificaverat, annis novem. Conſtruxit in ſuo patrimonio Monaſterium apud Siciliam per annos quatuor. Præfuit eidem Monaſterio anno uno, qui ſimul fiunt anni ſex atque viginti. Natus anno Dominicæ Incarnationis quintodecimo ac quingenteſimo. Martyrio coronatus quadrageſimo primo ac quingenteſimo.

Ejus ætas & annus mortis.

Series deſtructionis & reſtaurationis Monaſterii ejus.

77. Explicitis his, quæ ad paſſionem beatiſſimi martyris Placidi ſociorumque ejus pertinebant, nunc ejus deſtructionem reſtaurationemque Cœnobii, vel qualia quantaque poſt ipſius deceſſum loci incolæ ſint perpeſſi, curabo poſterorum mandare memoriæ, ſive ut rei notitia habeatur io promptu, ſive ut in eorum multimoda mirabilique erectione, Domini miſericordia collaudetur, qui flagellat omnem filium quem recipit, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem inducit. Poſtquam perverſi doli artifex Mamucha cum omni exercitu ſuo in maris profunda demerſus eſt, & ad Siculorum notitiam perveniſſet, qualiter ſanctus Domini Placidus cum fratribus ſociis & ſuis martyrium ſuſcepiſſet, illico ex tota inſula innumerabilis turba occurrit, ſciſcitans qualiter hoc eveniſſet. A minimo namque uſque ad maximum acerrimus fletus omnes tenebat. Meſſalinus vero & filii ejus, audientes ſanctum Domini Placidum Martyrio coronatum, ſciſſis veſtibus, pulvere aſperſo capite, ad ſepulchrum venerunt. Poſthæc Meſſalinus & Pompejus Cilius conſilio habito, Legatos Caſſinum ad Patrem Benedictum direxerunt, deſtinantes Epiſtolam, hæc cootinentem:

Univerſali Monachorum inſtitutori atque doctori Benedicto, ſervi filii ejus deſolati & deſtituti paſtore, cum ſubjectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati ve-
„ ſtræ incognitum eſſe rectum duximus, de his quæ apud nos actitata ſunt,

Meſſalinus S. Benedicto Placidi martyrium litteris ſignificat.

AN. CHR. 541 5. Octob. „ ſcire veſtram ſanctitatem volumus, religioſiſſimum ac ſanctiſſimum diſcipulum veſtrum Placidum tertio Nonas Octobris poſt multa tormentorum genera gladii animadverſione migraſſe ad Dominum. A duce namque Saracenorum Mamucha cum fratribus ſuis Eutychio, Victorino ac ſorore virgine Flavia, Fauſto, Firmato & Monachis triginta captus, poſt verberum mactationem, ſuſpenſionem, fumi adminiſtrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum & dentium confractionem, necnon & linguæ abſciſſionem, capite cum omnibus ſociis truncatus eſt. Unde ſuppliciter veſtram paternitatem poſcimus, ut ad cortes & poſſeſſiones retinendas diſcipulos mittere dignemini, &c.

Hæc Epiſtola extat in Append. Chron. Caſſin.

78. Exhilaratus itaque de ſanctis apicibus Pater ſanctus, palmas ad alta ſuſtollens, gratias egit Redemptori omnium, dicens: Grates tibi nunc promo cunctorum vita ſaluſque, qui fructum labiorum meorum dilectiſſimum Placidum, ſingularem & unicum mei pectoris filium, ad tuum feciſti conſcendere ſolium. Hæc Pater ſanctiſſimus proclamans, & ſuper beatiſſimi Martyris paſſionem ultra modum ſpirituali lætitia congaudens, omnem Caſſinenſem convocans concionem, talem ad eos protulit orationem.

S. Benedicti ad ſuos ea de re oratio.

„ Sicut patris eſt gaudere in ſuorum profectibus filiorum, ita & filiorum eſt augmentum patris ſua lucra reputare. Quapropter noveritis dulciſſimum filium meum PLACIDUM martyriali trabea adornatum migraſſe ad Dominum. Jam enim meis interioribus oculis ejus immaculatam hoſtiam & Deo beneplacentem deduxi in alta cœlorum. Hunc nempe tempore quo illum a patre ſuo ſuſcepi, memineram eſſe mortalem, nec feſellit opinio. Nunc non eſt quod conquerar. Habeo in quo Deo gratias agam, quia ſemper optavi ut de fructu cordis mei omnipotenti Deo ſacrificium offerretur. Nihil enim hoc ſacrificio habui pretioſius, nihil amabilius, nihil charius. Elegit namque Placidus pro Chriſto momentaneam mortem, & pervenit ad eum in cœleſti ſolio ad dexteram Patris regnantem. Ob id enim Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, ut nos non nobis, ſed Chriſto viveremus. Grates autem omnium Redemptori refero, quia ingratus eſſe non poſſum. Congaudendum enim mihi ſcilicet quod talem diſcipulum habuerim, non dolendum quod amiſerim. Nam illud munus fuit, hoc debitum, ſcilicet quod functus ſum famulatu Placidi diſcipuli mei quamdiu Deus voluit, & poſt qui dedit recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Chriſto poſuit, & quod ſingularis eſt gratiæ meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum, cum ad ſalutem noſtram DEUS Filio ſuo non pepercerit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum? Quis unquam exceptus eſt a conditione moriendi, qui non eſt exceptus a conditione naſcendi? Non ergo defleam Placidum filium, quem ſcio tranſiſſe de morte ad vitam. Io illius namque morte gaudendum eſt, non dolendum, quia illam pro veritate & æterni Regis fide guſtavit. Nam cur ergo te, Placide fili chariſſime, defleam, qui mihi ſic ereptus es, ut omnium eſſes? non enim perdidiſti uſum naturæ tuæ, ſed commutaſti. Ante corpore inſeparabilis a Deo exiſtens, nunc individuus cum Deo es permanens. Felicia verba quæ in te expendi, felices labores quos in te ſuſtinui, dum viveres mecum. Non te Tertulli Patris tui amor a me divellere potuit, nec ipſe mihi unquam patrem prætuliſti, quouſque ad æternam vitam migraſti. Hæc & his ſimilia Patre Benedicto proloquente, & ex conſilio totius Caſſinenſis congregationis quoſdam ex diſcipulis ſuis ad Siciliam direxit, præcipiens illis eos citius properare ad prædictam Inſulam, ad Monaſterium Beati Martyris Placidi reſtaurandum, & cortes ac villas Tertulli Patricii gubernandas.

Alii Monachi mittuntur in Siciliam.

79. Qui præceptis obſecundantes, dum ad Siciliam pervenerunt, ſervos beati martyris Placidi evocantes, dixerunt: Ubi poſuiſtis lumen mundi, & decorem Caſſinenſis Eccleſiæ Placidum Patris Benedicti diſcipulum? Dicite nobis ubi panis requiei jacet, ubi cœleſtis Regis abſcondita eſt pecunia, & multa his ſimilia. Illi autem reſpondentes dixerunt, illos ad Eccleſiam ſancti Baptiſtæ Joan-

Joannis eſſe, & locum in quo Placidus Chriſti teſtis ſepultus jacebat, oſtende- AN.CHR.
runt. Qui ruentes in terram cum timore & gaudio magno ſanctum ſepulchrum 541
deoſculari cœperunt, exequias, ut ita dicam, agentes quaſi quidam Angeli car- 5. Octobr.
nei beato Martyri Placido, in cujus paſſione cœli patuerunt, Angeli incubue- Eorum er-
runt, homines exultaverunt, terra lætata eſt. Videntes itaque fratres ſepulchrum ga S. Mar-
in quo Placidus pater ſanctiſſimus reconditus erat, cum ſingultu & lacrymis cla- tyris ſepul-
mabant dicentes: Virorum ſanctiſſime, qui ſuperni Regis vallatus, munimi- chrum ve-
ne, mundi conculcaſti principem, intercede pro nobis ad Dominum quatenus neratio.
ſuis ſuffragantibus meritis per tua veſtigia incedere, & cœlica gaudia capere va-
leamus. Hæc & multa alia cum dixiſſent, quaſi corporaliter eum viderent,
lacrymis nequaquam parcebant, ſine intermiſſione ſanctum deoſculantes ſepul-
chrum. Odor enim paradiſi ſuavitate, ut ita dicam, ex ſepulchro manabat,
irrigabant lacrymis, levigabant ingemiſcentes, exoſculabantur delectantes. E-
piſcopus namque Meſſanæ civitatis, ubi Patris Benedicti diſcipulos ad Monaſte-
rium reſtaurandum & cortes ac poſſeſſiones gubernandas veniſſe comperit, ad
eos accedere ſtuduit, ſalutanſque in oſculo ſancto dicebat ad eos: Non paſſus
eſt Deus opera, atque labores patris ſanctiſſimi Deo dilectiſſimi Placidi perdi-
tum iri, ſed quaſi poſt tranſmigrationem Iſraelis de Ægypto, reſtituit filiis Sem
poſſeſſam a Cananæis regionem Palæſtinæ propriam, quibus propter naturalium
filiorum ejus opus, pater eorum hæres mundi cum juramento confirmavit di-
ſtributionis teſtamentum, ut nullo aliquando tempore diriperent invicem poſ-
ſeſſiones, ut ante cataclyſmum fecerant, & iniquitatibus & ſanguinibus terram
contaminarent; ita & ſuper Beatiſſimo Placido patre noſtro juſta retribuens fe-
cit Deus noſter, tranſmittendo fratres ejus & filios ad Monaſterium gubernan-
dum & reſtaurandum, & cortes & poſſeſſiones illius retinendas. Etenim juxta
Scripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui ſecundum Moſai-
cum obitum ſpiritum Placidi reſtituit Patri. Siquidem ille audivit: Aſcende
in montem, & ibi morere. Hic, Exi, inquit, a Caſſino, Placide, & poſt Deut. 32.
paululum Siciliæ Inſulam ingrediens, per martyrium carneam tranſibis vitam
atque corruptibilem. Igitur Deus verax eſt, & impoſſibile eſt mentiri Deum.
Sic accidit Placido beatiſſimo patri. Facta ſunt autem hæc diſpenſatione Dei,
nam ideo Mamucham crudeliſſimum Chriſtianorum perſecutorem, & violentæ
vocis ventoſum, ſurreptionem, tempeſtatem, luctum atque turbationem ad
has partes venire permiſit, ut Placidus cum fratribus & diſcipulis ſuis Marty-
rio coronaretur. Dirumpens igitur vinculum ligaturæ corporis ſui per medios
fluctus vitæ præſentis volavit in alta cœlorum.

80. In talibus die decurſo, Epiſcopus cum multitudine populi quæ cum eo Cerei & vo-
venerat, deoſculans ſanctum ſepulchrum, receſſit ad ſua. Anniverſario autem ta ad S.
paſſionis die Beati Placidi & ſociorum ejus adveniente, turba multa cum ce- Placidi ſe-
reis & thymiamatibus ad ſanctiſſimi Placidi Martyris & ſociorum ejus ſepulchra pulchrum deferuntur.
convenientes, die noctuque ad ejus honorem perſiſtentes in Eccleſia, Domino
laudes decantabant; omnes inquam convenientes, a viris uſque ad mulieres &
infantes, oblationes & vota regaliter comportantes. Oportebat enim ſanctam
feſtivitatem celebrare in lumine ſcientiæ, & intellecta ſplendoris populum adora-
re. His quoque temporibus beatiſſimus Pater BENEDICTUS plenus virtutibus S.Benedicti
& ſanctitate feliciter migravit ad Dominum, Anno Verbi Incarnati quadrageſi- obitus.
mo ſecundo ac quingenteſimo, cum præfuiſſet in Caſſinenſis Cœnobii regimine
annis quatuordecim, ſepultuſque eſt ibidem ante aram ſancti Baptiſtæ Joannis.
Huic ſanctiſſimo Patri ſanctus Papa VIGILIUS per privilegium confirmavit
omnes cortes ac poſſeſſiones, quas Tertullus Patricius in Sicilia ei obtulerat.
Idipſum fecerunt ſucceſſores ejus numero 49. [a]

81. His taliter ſuccincte libatis, quid GORDIANUS martyris Placidi fa- Gordianus
mulus egerit, opuſculo præſenti tradamus. Poſtquam enim idem Gordianus Conſtanti-
ſanctorum Martyrum corpora tradidit ſepulturæ, quid faceret, vel quid diceret nopolim navigat.

E iiiij neſcie-

[a] Hic aperta cernitur interpolatio: tot enim Vigilii ſucceſſores Gordianus videre non potuit.

AN. CHR. 541. 5. Octob.

neſciebat. Dicebat enim intra ſe: Si hic maneam, nihil ultra proficiam; ſi ad Caſſinum redire voluero, omnino impoſſibile mihi videtur: ſcio enim quanta pericula in tanto itinere mihi incumbant. Hæc dum ſecum tacitus volveret, beati Placidi & ſociorum ejus ſuffragium diebus ac noctibus exorabat attentius. Quarta interea die adveniente, valde diluculo navis Neapolitanorum mercibus onuſta, in portu Meſſanæ civitatis devenit, deſcendenteſque nonnulli eorum ad terram, ſancti Joannis Baptiſtæ, in qua ſanctus Domini Martyr Placidus cum ſociis ſuis ſepultus erat, Eccleſiam devenerunt. Quos Gordianus adſpiciens, poſt ſalutationis officia oſculatus eſt, ac deinde percontatus eſt eos, dicens: Qui eſtis, vel unde, & quo tenditis iter? Tum illi: Neapolitani (inquiunt) ſumus, & curſus noſter Conſtantinopolim tendit. Gordianus vero talia ab eis dum verba audiſſet, gaudio ingenti perfuſus eſt, datoque naulo in eorum navi conſcendit, longiſſimaque maris itinera cum eis transfretans, Conſtantinopolitanam pervenit ad urbem: in quam ingreſſus in domo cujuſdam potentiſſimi viri annis quam-

Juſtiniano inſtante SS. Martyrum acta Græce ſcripſit.

pluribus hoſpitatus eſt. Ibique juſſu JUSTINIANI Imperatoris enucleatius vitam atque miracula, necnon paſſionem Beatiſſimi Martyris Placidi & ſociorum ejus notificare, atque ad poſteritatis memoriam Græcis literis, quibus apprime imbutus fuerat, latius annotare curavit. Illi autem hæc audientes, glorificaverunt Deum, utque ſecum Gordianus in eadem urbe maneret, hortati ſunt, quod & fecit. Poſt aliquanta vero annorum curricula, Gordianus ille valeſaciens, paſſionem Martyris Placidi & ſociorum ejus, quam ibidem, ut ſupra taxavimus, Græcis apicibus exaraverat, apud illos reliquit, ipſe vero navem

Syracuſis moritur.

conſcendens Siciliam rediit, atque ad Syracuſanam urbem deveniens, pauco illic tempore ſupervixit, in quo ſemper pie ſancteque vivendo, finem vitæ complevit, acquirens ſibi regnum æternum intercedentibus ſanctis Martyribus, quibus fuerat famulatus. Ex die vero, qua ſepulta ſunt corpora ſanctorum martyrum Placidi, Entychii ac Victorini fratrum, & beatiſſimæ Virginis Flaviæ ſororis eorum in Eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ, ultra jam Baſilica illa ſancti Jo-

Eccleſia S. Joannis inſignita eſt nomine S. Placidi.

annis vocata non eſt, ſed in honore ſanctorum, qui intus erant ſepulti, ſancti Placidi Eccleſia vocabatur, uſque ad tempora ſcilicet illa, quando Romani Siciliam amiſerunt: omnibus etiam temporibus quibus Saraceni Siciliæ dominati ſunt, Eccleſia ipſa ex beati Martyris Placidi nomine vocabatur.

ALIA VITA S. PLACIDI.

Ex MS. Legenda abbreviata S. Victoris Pariſienſis.

Placidus S. Benedicto offertur.

1. TEMPORIBUS Juſtini & Juſtiniani Imperatorum, præſidente Sedi Apoſtolicæ Papa Joanne, S. BENEDICTUS velut Lucifer inter aſtra in hoc mundo fulgebat. Cujus fama circumquaque pervolitans, etiam Romam implevit, adeo ut Tertullus nobiliſſimus in urbe Roma ac Præfectus urbis ditiſſimus obtulerit eidem S. Benedicto filium ſuum nomine PLACIDUM ad Deo ſerviendum cum ſancta vita, & 18. patrimonii ſui curtes, quas in Sicilia habebat, & ſcripto firmavit in perpetuum poſſidendas. Accipiens autem B. Benedictus puerum Placidum diligenter inſtruxit: qui puerulus bonæ indolis Deo a juventute ſua in jejuniis & orationibus ſervire cœpit.

Mittitur in Siciliam.

2. Poſtea audiens B. Benedictus quod iſtæ curtes quas pater ejus dederat vaſtarentur, nec redditus a procuratoribus illarum perſolverentur, miſit illuc B. Placidum cum ſocietate idonea Monachorum, ut ſuas poſſeſſiones defenderet: qui illuc veniens multas virtutes operatus eſt, Deo cooperante, ad ejus bonita-

Miraculis clareſcit.

tis & ſanctitatis vel B. Benedicti manifeſtationem. Cæcis enim viſum reſtituit, ſurdis auditum, claudis greſſum, leproſos mundavit, dæmoniacos curavit, & aliis infirmis multis ſanitatem reſtituit; qui inde Deum laudantes, B. Placido & S. Benedicto magiſtro ſuo gratias referebant. Veniens autem Capuam Primicerius ejuſdem civitatis infirmitate capitis laborabat, quam cephalæam vocant:

cant : qui rogans B. Placidum ut illi manum imponeret, dicebat ſe credere, AN.CHR.
quod ſi hoc faceret, ſanitatem reciperet. Quod ille facere ſe indignum confi- 541
tens, tandem compulſus illius & aliorum precibus, Dominum rogavit, ut me- 5. Octob.
ritis S. Benedicti Patris ſui infirmum illum dignaretur Dominus viſitare : & Capuæ.
impoſita ſuper illum manu, ſigno crucis facto ſuper illum, ſtatim curatus eſt
infirmus.

Inde procedens venit Salvinam *a* civitatem, ubi receptus eſt cum diligentia III.
a B. MARCIANO Epiſcopo : juxta quam erat quidam homo nomine MARO,
qui claudus erat ad hoc quod deambulare non poſſet ſine ſcabulis. Clamavit ad
B. Placidum : Sancte Placide ſerve Dei ſummi, adjuro te per orationem Ma-
giſtri tui Benedicti, miſerere mei, & facias me ſalvum. Quod audiens vir ſan-
ctus, fecit illum venire ad ſe, & miſertus illi, rogavit Dominum pro illo; &
ſtatim ſanus factus eſt, & cœpit ire directus. Quod videntes qui aderant, glo-
rificabant Deum in ſancto ſuo Placido.

Et venit Canuſiam Apuliæ civitatem, ubi a B. SAVINO tum Epiſcopo ob IV.
amorem S. Benedicti diligenter receptus eſt : qui dum inquireret de miraculis B. Canuſiæ.
Benedicti, venit quidam ad illum habens manum uncam & aridam : rogavit
ut ſanaret illum : quem oratione facta ad Dominum ſtatim ſanavit : quod vi-
dentes admirati ſunt, & poſt tres dies inde receſſit. Et inde venit ad Aretium * * al. Rhe-
Calabriæ civitatem, & ibi ſanavit quemdam Clericum, RUSTICUM * nomi- gium.
ne, qui mutus & ſurdus erat præ nimia infirmitate quam habuerat. * al. Siconem.

Et deinde veniens in Siciliam ubi erat patrimonium ſuum, locutus cum pro- V.
curatoribus curtium ſuarum, quas dederat ei pater ejus, & cum parentibus & In Sicilia Cœnobium
notis ſuis, illum cum gaudio & honore receperunt, & omnia ſibi & ampliora conſtruit.
reſtituerunt : & ibi manens per multum tempus, domum & Cœnobium ibi
conſtituit ad honorem B. Joannis Baptiſtæ. Ibi etiam multa miracula Dominus
ad honorem ejus operatus eſt, & ad petitionem ejus cæcos illuminavit, dæmo-
niacos liberavit. Ibi autem diu vitam Quadrageſimalem duxit, bibebat nullum
vinum. In Quadrageſima ſola Dominica die & tertia & quinta feria pane & Virtutes ejus.
aqua ſe ſuſtentabat, aliis autem diebus non comedebat. Cilicio ſemper ad car-
nem indutus erat, & cum ab oratione vel genuflexione aliquando feſſus erat,
magis ſedendo, quam jacendo ſomnum capiebat. Semper humilis, ſimplex,
numquam triſtis apparebat. Numquam alicui loquebatur niſi neceſſitas compel-
leret. Totus ejus ſpiritus in Deo erat. Longum autem eſſet dicere, quanta mi-
racula ad petitionem ipſius Dominus operatus eſt.

Multi Monachi ibi ab illo fuerunt conſtituti, qui poſtea dum eſſent ad laudem VI.
Dei ibi congregati, venerunt Pagani, & irruentes in eos, quoſdam occiderunt; A Paganis compre-
Beatum autem Placidum cum aliquibus aliis accipientes ligaverunt, & cogebant henſus tor-
negare Chriſtum & opera ejus, & ſacrificare diis ſuis. Quos nolentes & idola quetur cum
ſua & deos ſuos deſpicientes *, flagellaverunt duriſſime & torſerunt, & ſem- ſociis.
per dicebant Pagani : Negate Chriſtum veſtrum. Illi autem immobiles in fide * forte de-
Chriſti permanentes, ſemper Dominum exorabant, & tunc tempeſtas magna ſpuentes.
in mari exorta eſt, ad hoc ut Pagani tranſmeare non poſſent, & per 7. dies di-
miſerunt S. Placidum & ſocios ejus ligatis manibus & pedibus ſine cibo, & illi
ſemper laudabant Dominum corde & ore. Pagani autem illi omnia loca ſancto-
rum & cum violentia deſtruebant, & homines & mulieres & parvos de Meſſa-
na civitate & de partibus illis deſtruebant & occidebant. Revertentes autem
ad ſanctos Dei & beatos PLACIDUM, EVURTIUM * & VICTORIUM & * al. Euty-
FLAVIAM virginem ſororem illorum monebant, ut negarent Chriſtum & chium.
amici eſſent illorum, & amici Ducis ſui MAMUCHÆ, & quaſi fratres Regis
noſtri ABDALÆ & dabimus vobis multa bona hujus mundi. Illi autem ſem-
per reſiſtebant, & Dominum JESUM-CHRISTUM exorabant. Tunc illos ſuſ-
penderunt per pedes, & ignem & fumum copioſiſſimum ſub illis fecerunt, illi
autem invicti ſemper pſallebant ad Dominum.

6. Quod

a Forte legendum, *Samniam*, pro Benevento : Beneventum enim caput eſt Samnii.

AN.CHR. 541 5. Octob.

Tormenta geminantur.

6. Quod videntes Pagani depoſuerunt eos, & hordeum dederunt illis ad manducandum. Et videntes quod magis eſſent in amore conjuncti illi quatuor, quæſierunt qui eſſent & unde. Quibus reſpondit S. Placidus: Omnes nos quatuor fratres ſumus ex uno patre & ex una matre exorti. Hi duo fratres mei Evurtius & Victorinus nominantur, & hæc ſoror mea Flavia dicitur, & ego peccator vocor Placidus Monachus. Et dixerunt eis Pagani: Negate Chriſtum veſtrum, & colite Deum noſtrum ſicut nos. Reſpondit Placidus: Abſit hoc a nobis quod pro Deo hominem mortuum & damnatum adoremus; & diabolo ſerviamus ſicut & vos. Quod audientes, illos iterum flagellaverunt & ſuſpenderunt, & fumum ampliorem & graviorem ſub illis fecerunt. Illi autem ſemper orabant Dominum. Quod illi videntes, & quia Placidus eſſet quaſi magiſter & dux illorum, os ejus tutuderunt lapidibus: & quia ſemper JESUM nominabat & clamabat, linguam ejus funditus amputaverunt, & diu torquebant & flagellabant. Ille autem lingua præciſa non ceſſabat laudare Dominum, & ipſi amplius flagellabant illum. Aliqui autem illorum dum vellent opprimere beatam Flaviam, exſiccabantur brachia illorum, & præ dolore & anguſtia clamabant.

Placidus cum ſociis capite plectitur.

7. Videns autem Mamucha Rex illos immobiles a fide Chriſti, nec promiſſis nec tormentis poſſe illos flectere, præcepit illos decollari, & corpora illorum canibus, & beſtiis derelinqui, ac ſtatim duxerunt in littus maris extra Siciliam in portu Meſſanæ civitatis, & ibi illos quatuor decollaverunt cum aliis 30. Monachis, & ibi corpora ſanctorum dimiſerunt & receſſerunt. Qui intrantes mare quarta die, omnes Pagani ſubmerſi ſunt. Poſtea Chriſtiani corpora illorum in Eccleſia ſepelierunt, quæ poſtea reſtituta fuit ad honorem S. Placidi. Paſſi autem ſunt illi Martyres 3. Nonas Octobris.

MONITUM.

De S. Placidi & ſociorum inventione Reliquiarum quæ ſæculo ſextodecimo facta eſt, agemus ſuo loco.

VITA

S. ROMANI ABBATIS,

S. BENEDICTI IN SPECU NUTRICII.

A Gisleberto Monacho duobus libris ſcripta.

Ex Bibliotheca Floriacenſi & MSS.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

CIRCA AN. 545 22. Maji.

1. *Autiſſiodorum, Galliæ Celticæ urbs Epiſcopalis ſub Metropoli Senonenſi,* ROMANOS *duos inter Cælites colit, Epiſcopum unum, alterum Abbatem, utrumque coætaneum: quos nonnulli recentiores diſtinctos perperam negant.*

2. *Ado Viennenſis Archiepiſcopus, qui ſub Carolo Calvo, Ludovico Balbo, & Carolo Craſſo Francorum Regibus floruit, ita de Romano Epiſcopo Autiſſiodorenſi in Martyrologio ſcribit.* Pridie Nonas Octobris, Autiſſiodori depoſitio S. ROMANI Epiſcopi, qui cum rexiſſet Eccleſiam divinitus ſibi commiſſam annos tres, dies quindecim, tandem (ut fertur) martyrio vitam finivit. *Sic legitur in vetuſto noſtro exemplari MS. ex quo libri editi corrigendi. Eadem fere verba habet Hericus Monachus in lib. 2. de Mirac. S. Germani Autiſſiod. cap. 15.* Romanus, *inquit,* cathedræ ſubſtituitur, de quo fertur, quod cum vir eſſet ſanctiſſimus, deciſione capitis martyrium conſummarit pridie Nonarum Octobrium, expleto functionis ſuæ tempore annis 3. diebus 15. *Hericus, qui Carolo Craſſo imperante anno 880. vivebat, in nonnullis diſſentit ab Auctore anonymo de Geſtis Pontificum Autiſſiod. nempe in deſignando Romani deceſſore, & temporis mora, quo Romanus Pontificatum geſſit. Nam Hericus Romanum Deſiderio ſubſtituit; Anonymus Eleutherio Romanum, Romano Ætherium, huic Aunarium, demumque Deſiderium ſupponit. Sed Anonymum in Partis 1. cap. 17. loquentem audiamus.* Romanus ſedit annos 3. dies 4. Hic bonis operibus glorioſus, ut fertur, deciſione capitis martyrium conſummavit pridie Nonarum Octob. & ſepultus eſt juxta prædeceſſores ſuos in Baſilica S. Germani Epiſcopi. Fuit autem temporibus ſupradicti Joannis

annis Papæ uſque ad Benedictum, imperante Juſtino minore. *Hæc cum antiqui Scriptores teſtata reliquerint, mirari licet, Robertum ſeu (ut aliis placet) Hugonem, Monachum Autiſſiodorenſem in Chronologia ſua, quam longe poſt illos, nempe deſinente ſæculo duodecimo ſcripſit, Romanum Epiſcopum omnino prætermiſiſſe.* CIRCA AN. 545 22. Maji.

3. *Romani Abbatis Autiſſiodorenſis obſcurior eſt apud priſcos Scriptores memoria, nec ullum qui ejus adventum in Gallias prodiderit, facile reperies antiquiorem Vitæ S. Mauri Abbatis Auctore, quem Gislebertus hac ſequitur. Certe Romanum, cujus Acta ſubjicimus, ignotum fuiſſe Uſuardo & Adoni, indicant eorum Martyrologia: nec ante quingentos annos poſterioribus Uſuardi exemplaribus aſſutum, ſcripti codices teſtantur. In veteribus nihilominus membranis S. Remigii Senonenſis, Romani Confeſſoris frequens mentio eſt, ut in iſtius Monaſterii hiſtoria a doctiſſimo noſtro Victore Cottronio compoſita legimus. Id apparet ex litteris Aldrici & Wenilonis Pontificum Senonenſium, & Caroli Calvi Imperatoris: quæ litteræ prius ſcriptæ ſunt, quam Odo Glannafolienſis Actu S. Mauri interpolaſſet.*

4. *His ita expoſitis, Romanos duos Autiſſiodorenſes diſtinguere neceſſe eſt, alterum Epiſcopum & Martyrem, alterum Abbatem & Confeſſorem. Illius ſolemnitas pridie Nonas Octobris Autiſſiodori celebratur; hujus 12. Kalend. Junii, maxime apud Senonas: quamvis in Eccleſia Capuana (forte errore nominis alterius Romani Abbatis Jurenſis) ad diem 28. Februarii recolatur, ut ex Sanctuario Capuano didicimus. S. Romani Epiſcopi corpus in cryptis Eccleſiæ ſeu Monaſterii S. Germani Autiſſiodorenſis inter plurimos ſanctos ejuſdem Sedis Antiſtites religioſe aſſervatur: Romani vero Abbatis Reliquiæ poſt varias demum translationes apud Senonas in Eccleſia parœciali S. Romani dicta coluntur.*

5. *Nomen hujus Vitæ auctoris, quem Giſlebertum Joannes Boſcius in Bibliotheca Floriacenſi appellat, in duobus codd. MSS. quibus uſi ſumus, deſideratur. Is ſine dubio fuit Monachus Autiſſiodorenſis, ut patet ex ipſo Vitæ exordio, (quidquid Wion dicat in Lig. Vitæ lib 3.) vixitque circa annum 1050. nimirum tempore Winemanni Abbatis, de quo in lib. 2. Vitæ num. 17. mentionem facit: immo forſaſſis ante illud tempus, ſi auctor rhythmorum appendicis inſtar ſecundo libro adjectorum a Giſleberto diverſus eſt.*

LIBER PRIMUS.

1. ADEST nobis dies venerandæ commemorationis beatiſſimi ROMANI egregii Confeſſoris Chriſti, quæ licet omnibus pie viventibus ſit venerabilis & colenda, nobis tamen eſt præcipua devotione ſuſcipienda, quos proniores in ejus venerationem digniſſima reddit affectio. Hic enim noſter eſt ſpecialis patronus & certa proviſio, quos ſacratiſſima exornat præſentia, protegit meritis, virtutibus illuſtrat. Qui quondam B. Patris BENEDICTI alumnus, & in rebus divinis extitit cooperator ac ſocius. Quem ad ſpiritalis agonis tyrocinium properantem, tamquam miles emeritus, & diutina jam exercitatione inſtructiſſimus præliator, doctrina inſtruxit, pane aluit, exhortatione firmavit. (S. Romanus B. Benedicti nutritius.) Vere felix, vere glorioſus, cui conceſſum eſt, ut illius educator exiſteret, qui Monaſticæ religionis arcem, jam ſuper Chriſtum fundatam, quaquaverſum per orbem nobiliter excoleret, proveheret, ſublimaret. Jure eos æquales meritis poſſidet cœlum, quos in terris adhuc poſitos Chriſti charitas & germana dilectio inſeparabiliter tenuit ſociatos. Sed hodie nobis de B. Romano ſermo agitur, cujus tota converſatio, bonorum operum ſpeculum facta eſt mundo, cui juxta Apoſtolum, vivere Chriſtus fuit, & mori lucrum: (Philip. 1. 21) & carne in terris poſitus, mente ſemper in cœleſtibus verſabatur, diſſolvi cupiens & eſſe cum Chriſto. Quique ſecundum quod vates divinus præcipit, ſpiritale canticum, in tuba ductili & voce tubæ corneæ, Deo jugiter modulatus eſt. (Pſal. 97. 6) Tuba quippe ductilis, quæ crebris percuſſionibus ex metalli maſſa producitur, mortificationem carnis deſignat. Et ille in tuba ductili Deo canit, qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigit, qui caſtigat corpus ſuum & in ſervitutem redigit, ut productum extenuatumque diſciplinis cœleſtibus, ſupernam poſſit concinere melodiam. Tuba vero cornea cœleſtem converſationem figuraliter exprimit. Cornu quippe de carne naſcitur, ſed carnem excedens, carneam mollitiem deſerit, & in oſſeam proficit firmitatem. In tuba ergo cornea Deo pſallit, qui in carne ambulans, non ſecundum carnem militat, quia ea quæ ſurſum ſunt quærit, non quæ ſuper terram. Talis hujus ſancti Patris converſatio, talis ejus tota vita fuit, ſancta, innocua, cœlebs, gratioſa, pudicitiæ floribus perornata, fide integra, ſpe robuſta, charitate diffuſa, omni poſtre-

CIRCA AN. 545 22. Majl.

poſtremo bonitate conſpicua. De qua nihil eſt quod digne ſatis valeat dici. Idcirco hæc breviter perſtringimus, & veluti quaſdam converſationis ejus lineas ducimus: quia quod non ſine magno cordis dolore dicimus, nuſquam eam ſcriptam reperire valuimus.

Vita S. Romani aliorumque SS. amiſſa.

2. Et quidem tanti viri actus & miracula non dubitamus fuiſſe ſcripta, eſſet quippe inhumaniſſimum, immo impium ſupprimi ſilentio, quæ per famulum ſuum ad profectum multorum Deus operari dignatus eſt: ſed incandeſcente contra Eccleſiam immaniſſima perſecutione, adeo ut plurimis vel fugientibus, vel in necem occumbentibus, maxima raritas ſupereſſet Chriſtianorum, & ut noſter Poeta dicit, vacabat tunc temporis potentibus opprimere, prioribus rapere, privatis perdere, miſeris flere. Et hoc modo ſicut & aliorum multorum ſanctorum, ſit etiam vitam hujus de quo loquimur Patris, perditum iri contigit, dum unuſquiſque cogitabat magis qualiter vitam morti jam jamque imminenti eximeret, quam in cuſtodiendis proferendiſque libris operam daret. Atque ideo quæ in prima ætate geſſerit, quas diaboli tentationes pertulerit, quæ miracula oſtenderit, vel quo fine mundum deſeruerit ignoramus. Illud ſane magnum ſanctitati ejus præbet teſtimonium, quod Beatus Papa Gregorius in libris Dialogorum de eo commemorat, quod & nos breviter ſupra tetigiſſe meminimus. Sed & in vita B. MAURI Monachi dilectiſſimi BENEDICTI diſcipuli, quæ a ſancto Fauſto ſuo condiſcipulo elegantiſſime digeſta eſt, ejus memoria honorifice, & ſicut ſanctum decet, facta reperitur. Quædam etiam ad nos per ſuccedentium relationem, fideli narratione contigit emanaſſe. De quibus omnibus quaſi quoddam breve corpuſculum colligentes, quæ de Sancto nobis comperta ſunt, ipſius adjuti precibus conabimur explanare.

Unde Auctor hanc vitam hauſerit.

3. Vir Domini ROMANUS a pueritia Monachus, diſciplinis monaſterialibus adprime eruditus eſt. Aſſueſcebat adhuc puerulus crebris ſubdere membra jejuniis, ſanctis intereſſe aſſidue vigiliis, & in tenero corpuſculo ſenum cruces ac cameunias *a* nitebatur adbuc invalidus experiri. Jam vero tranſcurſis adoleſcentiæ metis, cum in robur virilis evaſiſſet ætatis, omni ex parte in virtutum ſtudio probatus, ac ſpectabilis habebatur, adeo ut ſuo exemplo multos ad contemptum ſæculi, ac deſiderium ſancti propoſiti accenderet. Quodam itaque tempore cum ſanctus ac dulci ſemper memoria recolendus BENEDICTUS, ſpretis ſæculi actibus abjurataque mundi gloria, eremum peteret, hunc de quo loquimur ſanctum obvium habuit, quo tenderet inquiſivit. Cujus cum deſiderium cognoviſſet, & ſecretum tenuit, & adjutorium impendit, eique ſanctæ converſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtravit. Vir autem Domini ad deſtinatum locum perveniens in arctiſſimo ſpecu ſe tradidit, tribuſque annis excepto Romano Monacho, hominibus incognitus manſit. Qui Romanus non longe in Monaſterio ſub Adeodati patris Regula degebat: ſed pie ejuſdem patris ſui oculis furabatur horas, & quem ſibi ad manducandum ſubripere poterat, diebus certis Benedicto panem deferebat. Ad eumdem vero ſpecum a Romani Cella iter non erat, quia excelſa deſuper rupes eminebat: ſed ex eadem rupe in longiſſimo fune religatum Romanus deponere panem conſueverat. In qua etiam reſti parvum tintinnabulum inſeruit, ut ad ſonum tintinnabuli vir Dei cognoſceret, quando ſibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hoſtis, unius charitati invidens, alterius refectioni; cum quadam die ſubmitti panem conſpiceret, jactavit lapidem & tintinnabulum fregit: Romanus tamen modis congruentibus miniſtrare non deſiit.

ex Greg. lib. 2. Dial. cap. 1.

Romanus S. Benedicto in ſpecu neceſſaria ſuppeditat.

Italiæ clades.

4. Ea tempeſtate graviſſimæ perſecutionis procella per totam Italiam, ac pene per omnem Romani Imperii terram detonabat, Gothis, Alanis & Wandalis omnia flammis & ferro proterentibus. Quo tempore deſtructæ Eccleſiæ, ſubverſa Monaſteria, captæ Urbes, deſolatæ domus, diruta caſtra, ſtrages hominum innumeræ factæ, & multus ubique humani generis ſanguis effuſus eſt. Quod cer-

a Lege *chameunias*, id eſt, ſuper pavimentum dormitiones, inquit Hieronymus in epiſt. ad Nepotian' ex Græco χαμαὶ, *humi*, in terra, & εὐνὴ, *lectus*.

cernens vir Domini Romanus, non ceſſabat Dominum deprecari ut ſuam reſpi- CIRCA AN.
ceret Eccleſiam, quam ſibi ſuo ſanguine acquiſierat: nec ſineret eam inſanis ſub- 545
jici nationibus, ſed eam in fide nominis ſui conſervaret inlæſam. Cum hoc in- 22. Maji.
deſinenter ageret, noctes dieſque in oratione continuans, quadam nocte per di-
vinam revelationem audivit, permiſſione Dei iſta fieri, omnemque terram juſto,
ſed occulto ejus judicio ſævis gentibus traditam. Inde mutabilem fore cœlitus [Romanus cœleſti monitu Gallias petit.]
prolatam ſententiam, atque ideo non eum debere ſic in immenſum triſtari, ſed
glorificare potius Dominum juſte ſalubriterque omnia diſponentem; qui percu-
tit & ſanat, vulnerat & medetur, quique idcirco temporaliter peccantibus fla-
gella inrogat, ne in æternum pereant. Præterea juberi ſibi a Deo, ut relicta
Italia ad Gallias tenderet: & verbi divini ſemina longe lateque ſpargeret, ac
ſanctæ converſationis exempla cunctis præberet. Hoc reſponſo Spiritus ſancti ac-
,, cepto, convocatis Fratribus ſic eos allocutus eſt: Fratres & Domini mei, dul- [Fratribus ſuis valedicit.]
,, ce lumen oculorum meorum, maximumque pignus amoris mei & gaudii;
,, audite me ſervum Chriſti, ſanctæ fraternitatis veſtræ commilitonem ac ſo-
,, cium. Cernitis quibus malis mundus premitur, quibus cladibus perurgetur.
,, Ubique luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago. Non hæc caſu, ve-
,, rum manifeſtiſſima ira Dei contingunt. Peccatis enim hominum Dei patien-
,, tia exacerbata, verſa eſt in furorem; manſuetudo mutata eſt in ſeveritatem:
,, adeo ut mirum ſit, quod adhuc tolerat, leviora peccatoribus inferens quam
,, merentur: & non ſicut quondam Sodomitas & Gomorritas, ita nunc ſceleri-
,, bus plenam terram nubibus exurat fulmineis. Cum hæc ita ſint, Fratres, non
,, debemus de mundi percuſſionibus dolere, quem ſcimus ipſis ſuis percuſſionibus
,, interire. Vita enim nobis alia a Chriſto eſt promiſſa, cujus promiſſio incon-
,, cuſſa atque immobilis permanet, finis ignara, doloris neſcia. In qua gaudium
,, eſt, epulario, pax imperterrita, ubi beata immortalitas, & immortalis bea-
,, titudo, ubi æterna ſecuritas & ſecura regnat æternitas. Hanc expectantes
,, adverſa ſæculi non debemus paveſcere: ſed magis appropinquantem noſtram
,, redemptionem, levatis ſurſum capitibus, hoc eſt exhilaratis cordibus expe-
,, ctare. Me ſi Deus meo voto res agere, & ſecundum meum velle vivere ſi-
,, neret, optaveram, ſanctiſſimi Fratres, vobiſcum omnia ſæculi diſcrimina per-
,, ferre: quæcumque proſpera, quæcumque adverſa contigiſſent, collato vobiſcum
,, robore ſuſtinere, ſimulque pariter vivere, ſimul delectabiliter mori. Sed
,, quia non eſt in hominis poteſtate via ejus, ſed in illius qui cum magna tran-
,, quillitate diſponit omnia; quæſo ne me retinere velitis. Deus præcipit ut per-
,, gamus ad Gallias, parere debemus, eundem eſt: vos oro ut mei benigne me-
,, mores ſitis, quia & ego dum ſpiritus hoc luteum vaſculum inhabitando ve-
,, getaverit, vos in corde & in viſceribus meis, ut fas eſt & decet, ſemper ha-
,, bebo. Deus autem omnipotens, vos ſancta cuſtodia circumvallet, atque a
,, præſenti ſæculo nequam ereptos, ſalvos faciat in regnum ſuum cœleſte; & con-
,, cedat mihi exiguo & humili in illa vita vos ſine confuſione videre. Hæc di-
cens & vale faciens eis, parvo ſumptu profectus eſt; ignotus mundo, aſcriptus
civis in cœlo. Tranſmiſſa Italia, Gallias ingreſſus, pervenit tandem in pagum
Autiſſiodorenſem, in locum qui * Fons Rogi appellatur: ubi aliquanto tem- [Conſiſtit prope Autiſſiodorum * Font-Rouge.]
pore demoratus, Monaſterium ſtatuit, ibique plurimos a vanitate ſæculi con-
verſos, ad quietam & ſobriam converſationem, monitis ſimul & exemplis pro-
vocatos adduxit: Quo in loco habetur Baſilica ejus nomine & miraculorum,
quæ per eum Deus operatur, privilegio nobiliter inſignis.

5. Non multo poſt tempore, B. * BERTINGRANUS *a* Cenomanicæ civitaris [* al. Bertechramus.]
Epiſcopus, Legatos ad deiferum Patrem BENEDICTUM direxit, cui etiam exe-
nia tranſmiſit decentiſſima, expoſcens ut ei perfectiſſimos quoſque & in Mona-
ſtica diſciplina experientiſſimos ex ſuis diſcipulis dirigeret viros, qui in fundo E-
piſcopii ejus Monaſterium ſecundum inſtituta Regulæ ipſius ſanctiſſimi Patris æ-
dificare deberent. Nil ergo moratus Dei famulus, alacriter ad hoc opus direxit [S. Maurus mittitur in Gallias.]
S. MAURUM ſibi familiariter obedientia & omni morum probitate dilectum diſci-
pu-

a An potius Innocentius? Vide Præfationem noſtram.

CIRCA AN 545. 22. Majl.

pulum, cui etiam quatuor alios addidit Fratres, cum quibus tantæ expeditionis laborem ſubiret intrepidus. Sane ex illis quatuor Fratribus unus fuit hic FAUSTUS, qui vitam ejuſdem beati Mauri eleganti admodum deſcripſit ſtylo. Cujus etiam verbis, ut certior legentibus conſtet fides, quæ ſequuntur cenſuimus inti-

Ex Fauſto in Vita S. Mauri.

„ manda. Nos itaque cum appropinquante ſolemnitate Paſchali, quotidie pro-
„ fectionem acceleraremus, eo die quo Dominica celebratur Cœna, in pagum
„ devenimus Autiſſiodorenſem. Audiens autem beatus Maurus opinionem S. Ro-
„ mani Monachi, qui beatiſſimo Patri noſtro Benedicto in initio adjutor & coo-
„ perator extitit, ſicut in hiſtoria vitæ ejus pleniſſime invenitur; quique per
„ revelationem Gallias petens, Cœnobiolum in eodem pago, in loco qui Fons
„ Rogi *a* nuncupatur, ædificabat, petiit duces itineris noſtri, ut eo diverten-

S. Romanum inviſit.

„ tes, ibidem ſanctum Paſcha celebraremus. Hoc autem beatus Maurus ma-
„ xime expetebat; quia & ſequenti die tranſitum ſanctiſſimi Magiſtri noſtri com-
„ plendum eſſe ſciebat, & colloquio beati Romani deſiderabiliter frui cupiebat.
„ Ductores vero noſtri petitionibus viri Dei libenter annuentes, concito gradu
„ illuc tendere feſtinarunt. Die itaque Paraſceves hora illic ſexta pervenientes
„ devotiſſime a beato Romano ſuſcepti ſumus. Cumque nos omnes qui cum
„ beato Mauro pergebamus, ad ea quæ opus ad diem feſtum erant præparanda
„ vel emenda occupati eſſemus, ipſi ſanctiſſimi viri dulcia invicem perennis vi-
„ tæ ſerebant colloquia. Et cum jam veſpertina hora poſt ſolemne officium,
„ quod ſpecialiter utpote annuatim eo celebratur die, propinquaret; vir Dei
„ ſanctus Maurus beato Romano dixit: Craſtina die beatiſſimus Pater noſter

S. Benedicti obitum prædicit.

„ BENEDICTUS terreni depoſito corporis onere, cœlibem gaudens & hilaris ſcan-
„ det ad patriam. Quod audiens ſanctus Romanus, illico in lacrymas reſolu-
„ tus, flere inconſolabiliter cœpit. Quem beatus Maurus conſolari cupiens aje-
„ bat: Gaudere potius quam flere ideo de ejus migratione debemus; quia & pa-
„ tronum magnum præmittimus, & præſentiorem eum nunc, quam ſi in car-
„ ne viveret ſumus habituri. Hæc tamen dicens nec ipſe ſe poterat a fletu co-
„ hibere. Noctem illam quæ duodecima Kalendas Aprilis habebatur, & qua
„ ſacratiſſimum vigiliarum Paſchæ inluceſcebat ſabbatum, tam beatiſſimus
„ Maurus ac nos qui cum eo ibamus, quam ſanctus Romanus cum aliquibus
„ ſuis, jejuni pervigilem duximus: unuſquiſque noſtrum ſecreto apud ſe (ut il-
„ lis diebus in Eccleſia Romana mos erat) pſalmos & orationum preces devote
„ pro exitu ejuſdem Patris noſtri Deo dilectiſſimi Benedicti conſummantes. Cum
„ vero tranſacta jam hora quaſi tertia ipſius ſacratiſſimæ diei, Beatiſſimus Mau-
„ rus in Eccleſia conſiſtens, tranſitum ejus qualicumque eveniret hora, orando
„ & pſallendo præmunire, longe licet poſitus, satageret, ſeque pavimento in
„ orationem dediſſet; raptus in ſpiritu ſubito, ſe tranſpoſitum in loco de quo
„ egreſſi fueramus vidit, conſpexitque viam palliis ſtratam ac innumeris coru-
„ ſcam lampadibus, recto Orientis tramite ab ejus cella in cœlum uſque ten-
„ dentem. In qua etiam viſione duos congregationis noſtræ Fratres ſocios ha-
„ buit; cum quibus eamdem ſimul viſionem conſpexit. Itaque cum viam quam
„ cernebant mirarentur attentius, venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens,
„ cujus eſſet via quam cernerent inquiſivit: quod illi ſe neſcire profeſſi ſunt.
„ Quibus ille reſpondit: Hæc eſt via qua dilectus Domino cœlum Benedictus
„ aſcendit. Hanc viſionem unus ex illis duobus Fratribus noſtris, qui eam ſi-
„ mul cum Beato Mauro viderunt, in noſtro morabatur Cœnobio, alter vero,

S. Maurus a B. Romano recedit.

„ ut Beatus ſcripſit Gregorius, longius poſitus vidit. Mox vero ut beatus ad
„ ſe reverſus eſt Maurus, ocius Sanctum Romanum ac nos evocans, cuncta
„ quæ viderat lucide nobis per ordinem retulit, diem illam, & ſequentem Do-
„ minicam, qua ſpecialiter dies Reſurrectionis Dominicæ colebatur, ſolemnem
„ & celebrem omni cum gaudio & lætitia peregimus. Secunda autem feria fe-
„ ſtivitatis ipſius, antequam proficiſci cœpiſſemus, S. Romanus Beato Mauro
„ dixit:

a Monaſterium Montis Rogi, vernacule *Font-Rouge*, a nongentis fere annis omnino dirutum, ſex leucis Autiſſiodoro diſtabat verſus partem Auſtralem, eo in loco, ubi nunc oppidum Druenſe, vulgo *Dreue* vel *Druy*, cernitur cum nonnullis Cœnobii veſtigiis, quod nomine ac cenſu ſpoliatum eſt, uti noſter Georgius Viallet vir eruditus nos certiores fecit.

„ dixit : Si abſque animæ periculo locum hunc deſerere potuiſſem, melius te- CIRCA AN. 545
„ cum, amantiſſime Frater, cuperem habitare, quam alibi finem vitæ termina- 22. Maji.
„ re. Sed quia & hos deſerere periculum eſt, & ultimus mihi jam jamque im-
„ minet dies, perge felix quo mitteris, ac proſpere felici utere ſorte. Deus au-
„ tem omnipotens ſemper ſit tecum, & cum Fratribus qui tecum pergunt; &
„ recto itinere perducat vos ad veram repromiſſionis terram, quam omnibus e-
„ lectis ſuis polliceri eſt dignatus, ubi præparavit eis, quæ nec oculus vidit,
„ nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; niſi in illorum qui terre-
„ na omnia amore ejus proterentes, ac deſiderio cœleſtium abdicantes, dicere
„ cum Apoſtolo valent : *Nobis autem revelavit Deus per ſpiritum ſuum.* 1 Cor. 2. 10.

6. Romanus itaque Dei ſamulus poſt glorioſam & plenam virtutibus vitam, S. Romanus moritur.
poſt innumeram multitudinem vitæ æternæ acquiſitam, conſummato viriliter
Monaſticæ poſſeſſionis curriculo, felici & jam dudum exoptato tranſitu migra-
vit ad Dominum. Tumque, ut vere fatear, mori deſiit & vivere cœpit: exutus
mundi tenebris, cœleſti eſt claritate veſtitus. Nunc aſſiſtit vultui omnipotentis
Dei, accipiens de manu ejus ſtolam candidam, animæ dico incorruptionem &
indefectivam beatitudinem. Præſtolatur autem ſtolam duplicem, cum reſumpto
in fine mundi corpore, carnis ſimul & animæ gaudebit immortalitate. Sepultus Sepelitur.
vero eſt in ſua ipſius Baſilica a Fratribus quos gemina in diverſum diſpertiebat
affectio; quoniam quidem illi lætandum eſſe noverant, ſibi dolendum : illius
congaudendum glorificationis ſuæ ingemiſcendum deſolationi.

7. In hoc igitur loco per aliquot annos B. viri corpus digna veneratione ſerva-
tum eſt. Verum quia neſas erat mundanis tenebris lucernam obnubi ſidercam, Matth. 5.
& ipſa per ſe Veritas civitatem ſupra montem poſitam non poſſe abſcondi pro- S. Romani variæ translationes.
teſtata eſt; inconveniens & damnoſum erat, ſacratiſſimi corporis theſaurum
diu in loco minus celebri minuſque noto latere. Sed ad communem omnium u-
tilitatem atque profectum cunctis innoteſcere ac divulgari. Creſcente itaque fi-
delium devotione, corpus beati viri de loco primariæ ſepulturæ ad urbem Au-
tiſſiodorum delatum, atque in Eccleſia Beatiſſimi * Amatoris honorifice con- * S. Amatre.
ditum eſt. Aliquot anni jam fluxerant, & ſancti nomen ac veneratio omnium
pectoribus inſinuata, magis magiſque increbreſcebat. Unde Fratres ex Cœno-
bio ter Beati Germani Pontificis & Confeſſoris Chriſti fide in Deum, ſpe in
Sanctum ſerventes, HERIBALDO *a* Autiſſiodorenſi Eccleſiæ præſidente Epi-
ſcopo, venerandum ſæpe dicti viri Dei corpus obnixe ut ſibi daretur expetie-
runt; & licet egerrime ac cum magni ſudore laboris, tandem obtinere merue-
runt. Sicque inde levatum, & cum ſtaurophona *b* ac cereoſtata, cumque di-
vinorum melodia hymnorum, ad præfatum cœnobium, miraculis coruſcantibus
deportatum eſt. Erat ibi tunc quidam Presbyter Eccleſiæ ruris cui vocabulum
eſt * Bonus hortus, AARON nomine; qui Fratribus jam dicti loci optime * Bonnet.
notus & familiaris habebatur. Is ergo cum ſanctæ Reliquiæ feretro compone-
rentur, acceſſit, eiſque quibus id officium deputatum erat, ſe ſe importunus
miſcuit; ac nemine circumſpiciente, os capitis quo ſuperne cerebrum tegitur,
quodque vulgo teſta dicitur, ſurto ſublegit, atque optimo potitus ſpolio, ad
ſuam trepidus repedavit Eccleſiam. Ibique plurimo tempore ſacrum pignus
permanſit; frequentibus ſe circa ægrotantes præſtitæ ſanitatis declarans indiciis.
Jamque inſtabat tempus quo Dominus ſanctum ſuum mirificaret, quemque
apud ſe glorificaverat in cœlo, apud homines magnificaret in mundo. Hoc ta-
li conſtat ordine geſtum.

8. ANSEGISUS *c* erat Sanctæ Senonum Metropolis Eccleſiæ Archiepi- Anſegiſus S. Romani Reliquias impetrat.

ſco-

a Heribaldus floruit regnante Carolo Calvo. Lege Monachum Autiſſiodorenſem ad annum 840.
b Lege *Staurophoria*, quæ vox Crucis delationem ſignificat, σταῦρος, *Crux*, φέρω, fero.
c Anſegiſi hujuſque Tranſlationis meminit Monachus Autiſſiodorenſis ad annum 876. his verbis. *Impetravit etiam præfatus Anſegiſus ab Hugone S. Germani Autiſſiodorenſis Abbate corpus S. Romani, tranſtulitque illud in Eccleſiam S. Remigii.* Anſegiſus primum ex Canonico Eccleſiæ Senonenſis Monachus factus in S. Petri Vivi Cœnobio, tum ex Abbate Lobienſi Archiepiſcopus Senonenſis creatus fuerat. Plura de eo habes apud citatum Auctorem: cui præivit iiſdem fere verbis Clarius Monachus Floriacenſis in Chronico S. Petri Vivi Spicilegii vet. Script. tom. 2.

CIRCA AN. ſcopus, vir in cunctis optime agens, & in Eccleſiaſticis negotiis experientiſſimus.
545 Hic cum anxie animo cogitare cœpiſſet, Sancti hujus undecumque impetrare
22. Maji. Reliquias; nunciatum eſt ei, quod in Eccleſia ſuæ Dioceſeos, ſancti haberentur Reliquiæ. Cumque ille quænam hæc eſſet Eccleſia, curioſa indagatione perquireret; dictum eſt ei de hoc Presbytero, quod præcipuam partem ſancti hujus haberet verticis. Quo audito, Antiſtes gaviſus quam maxime, Deoque agens gratias de oblata ſibi deſideratæ rei opportunitate, Presbyterum ad ſe accerſiti præcepit, a quo omni re certius agnita, mature accedit ad locum, jubetque cœleſtem ſibi oſtendi theſaurum. Suſcipienſque ſancti Reliquias, amplectitur, applicat oculis, avidioribus demulcet oſculis: ſicque voti compos, ſuam lætus redit ad urbem. Deinde majori adhuc deſiderio accenditur, quærere ubi ſancti corporis haberentur Reliquiæ, comperienſque in jam dicto Beatiſſimi Germani cœnobio, ſancti corpus haberi, deprecatus eſt primum Domnum HUGONEM *a* loci ipſius Abbatem, re autem vera regni totius moderatorem ac principem. Dein direxit illuc ABBONEM Nivernenſis Eccleſiæ Epiſcopum. Nam quia res magna petebatur, magnis profecto utendum erat interpretibus ac miniſtris. Veniens ergo Epiſcopus, convocatis loci primoribus, cauſam propter quam miſſus fuerat expoſuit. Fratribus hoc ſatis durum & difficile cœpit videri, hærebantque, & quid reſponderent ignorabant. Sed quia Abbatis pie præcipientis imperiis obviare nefarium, & Epiſcoporum precibus non adquieſcere impium erat; victi tandem ſuccumbunt, & ſe facturos quod Archiepiſcopus petierat repromittunt.

A Senonenſibus excipiuntur. 9. His acceptis promiſſionibus, Reverendiſſimus Antiſtes ad ſuam quam feſtine reverſus eſt urbem. Atque omnis moræ impatiens, ſumptis ſecum Cleri primoribus, atque adunata religioſi apparatus frequentia, & nihilominus non modica plebis caterva, Autiſſiodorum properat. Jamque eo appropinquante dici non poteſt quanto ſtudio, quamque ardentiſſima devotione tota civitas obviam venerit: adeo ut maximo ſe ſalutis & gaudii munere caruiſſe duceret, qui huic ſpectaculo defuiſſet. Procedunt ſplendificò habitu, hinc ſacra Monachorum agmina, inde veneranda Cleri candidiferi turba. Cerneres in tertis cœleſtem chorum, & ſplendidiſſimum Angelicæ ſocietatis conventum. Omnia divinis laudibus & ſuperni melodimatis concentibus perſonabant. Cum tali itaque pompa ingrediuntur Eccleſiam, & præmiſſa oratione ac data ſolemniter benedictione, accedit Epiſcopus ad locum quo ſanctiſſimi ſomatis theſaurus erat reconditus, Fratribus cum letania divinum ſuffragium invocantibus: ſumitque glebam prædicti corporis, divini odoris nectare fragrantem: reponens loco eodem pretioſiſſimas multorum ſanctorum ac Martyrum Reliquias, quæ hodieque ibidem condigno venerantur honore.

Vallilias transferuntur. 10. Adepto itaque exoptato munere, & voti ſui compos effectus Epiſcopus, cum gaudio reverſus eſt ad Cœnobium, quod Vallilias *b* ſive Vallis-lilii nuncupatur, ibique pro maximo ac pretioſiſſimo theſauro, ſacroſancti corporis pignus

a Hugo Magnus, cognomento Abbas, S. Germani Autiſſiodorenſis Abbas laicus.

b Clarius Monachus in Chronico S. Petri Vivi, Tom. 2. Spicilegii vet. Script. edito, in hanc rem ita ſcribit. *Obeunte Hieremia Archiepiſcopo 7. Id. Decemb. & ſepulto in Baſilica S. Columbæ, nutu divino S.* ALDRICUS *Pontificalem ſedem ſuſcepit Abbas S. Petri Ferrarienſis, vivente adhuc Pio Ludovico. Igitur S. Aldricus Monaſterium S. Remigii, quod erat ante portam Civitatis, in propria villa ejuſdem Cœnobii, quæ vocatur Vallilias, commutavit.* Addit Monachus Autiſſiodorenſis ad annum 840. *Quo tamen imperfecto, plenus virtutibus obdormivit in Domino. Poſt Aldricum præfuit* VVENILO, *qui Cœnobium S. Remigii apud Vallilias a ſuo prædeceſſore inceptum perfecit, quod facultatibus & multis honoribus ditavit.* Cœnobii transferendi cauſam diſcimus ex litteris Aldrici, VVenilonis Epiſcoporum, & Caroli Calvi Imperatoris in Hiſtoria R. P. Victoris Cottronii relatis. Sic enim Aldricus ad Coepiſcopos ſuos ſcribit. *Ad ſanctitatis veſtræ piiſſimam intentionem perducere ſtatui, qualiter Cella Monachorum Eccleſiæ Epiſcopii parvitati meæ commiſſi, id eſt Cella S. Remigii Confeſſoris Chriſti in ſuburbio Civitatis conſtructa, quæ olim per diviſiones prædeceſſorum meorum tempore fuit diſrupta, & ob hanc negligentiam Monachi qui ibidem Deo degere videbantur, propter inopiam & importunitatem loci,* REGULAM S. BENEDICTI, *ut debuerant, obſervare penitus non poterant. Idcirco nos cum conſilio Fratrum noſtrorum, Canonicorum videlicet & Monachorum, necnon & fidelium laicorum, viſum eſt nobis propter opportunitatem loci & Monachorum ibidem Deo degentium, præfatam Cellam ad Valliculas tranſmutare, & a fundamento ædificare: quam* HROTLAUS *ob amorem Dei & remedium animæ viri ſui* MEGIMERII, *ſive pro ſeipſa ſuorumque liberorum ac parentum ad prædictam Cellam B. Remigii per donationis titulum delegavit.* Monaſterium S. Remigii apud Vallilias ſeu Valliculas, vernacule *Vareilles*, octavo a Senonibus milliario poſitum, poſt Normannorum everſionem denuo ad priorem ſedem tranſlatum anno 886. demum poſt varios caſus, Calviniſtarum furore funditus everſum, circa annum 1640. Abbatiæ S. Petri Vivi Senonenſis unitum eſt.

gnus collocavit. Tantaque ſe circa locum ipſum benevolentia & largitate profudit, ut eum ſumma dilectione ſemper incoleret, & neceſſarios redditus abundantiſſime delegaret: artium quoque diverſarum magiſtros ſtudioſiſſime præpararet.

CIRCA AN. 545
22. Maji.

11. Hoc itaque ad Chriſtum migrante, & poſt diutinos labores ad laborum præmia tranſeunte, ſucceſſit in ſede Pontificali, EBRARDUS venerandus Archiepiſcopus, non minus doctrina, quam vita virtutibus plena & miraculis. Cujus tempore gens incredula Northmannorum, per Gallias ſe ſe diffudit, cædibus, incendiis, atque omni crudelitatis genere debacchata. Siquidem peccatis noſtris exigentibus, atque vires adverſariis ſuggerentibus, ſubverſa ſunt caſtra, deſolatæ urbes, deſtructæ Eccleſiæ, ſuccenſa Monaſteria, ut ad nos vel maxime illud pertinere videatur quod Eſaias Propheta prævidens ſanctæ illius civitatis, & auguſtiſſimi templi ruinam lugubri ad Deum voce querebatur dicens: *Ubi laudaverunt te patres noſtri, facta eſt combuſtio ignis*. Tunc quoque præfatum ſancti Romani Cœnobium incenſum & ad ſolum uſque dirutum eſt, SUAVO ſtrenuiſſimo loci ipſius Abbate cum Fratribus ad Senonicam urbem confugientibus atque ut Deus afflictum populum placatus reſpiceret, interdiu & noctibus deprecantibus.

S. Romani Cœnobium devaſtant Normanni.

Iſa. 64. 11.

12. Interea hoſtilis exercitus Senonum oppugnabat civitatem, eamque infeſtis viribus, & omni arte quæſitis machinis capere nitebatur. Cum repente venerandus Antiſtes optato, & ut ipſe a Deo expetierat, languore corripitur. Quo ad Chriſtum migrante, GUALTERIUS & generoſi ſtemmatis nobilitate, & totius ſcientiæ eruditione clariſſimus, Pontificalem Senonicæ urbis ſortitur dignitatem. Tandem ſanctorum precibus, ira Dei juſte peccatoribus ſuperducta, in miſericordiam verſa eſt; franguntur vires hoſtium, retunditur impetus, confidentia debilitatur, ſicque intelligentes fruſtra ſe niti, contra eos quos divina pietas tuebatur, ab urbis obſidione recedunt.

Senonum obſidio.

13. Pace interim reddita, & poſt diutinam calamitatem populo aliquantulum reſpirante, * BOVO cui poſt obitum præfati SUAVI Abbatiæ cura commiſſa, cogitare cœpit, quid de loco ageret, cujus tantummodo ſuperſediſſent ruinæ. Denique ſi illum vellet in priſtinum ſtatum reparare, opus certe difficillimum, ne dicam impoſſibile videbatur. Illud quoque vel maxime ejus animum etiam tuta timentem exagitabat, ne ſi quid forte operis in loco deſerto, & ab urbe remotiſſimo agere cœpiſſet, reverſi denuo adverſarii more ſuæ crudelitatis incenderent, ſubruerent, diſſiparent. Mens ſiquidem rerum memoria quas viderat trepida, & adhuc graviora formidans, per diverſa raptabatur conſilia, & quid eligeret ignorabat. Tandem placuit Abbati, Fratribus quoque hoc ipſum ex communi conſenſu poſcentibus, ut in prædiolo ſuo, quod eſt in ſuburbio Senonicæ urbis ſub ipſis civitatis mœnibus ſitum, Monaſterium fundaretur, ubi priſco tempore conditum fuerat. Qui locus & ſitus opportunitate, & fluminis præterfluentis amœnitate ad id conſtruendum aptiſſimus videbatur. Ergo ædificata pulchro ſatis ſchemate Baſilica, ceteriſque habitationibus religioni monaſticæ congruentibus, illuc beati Romani corpus cum lætitia tranſtulerunt: ubi florent meritorum ejus inſignia, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.

* al. Bono.

Cœnobium in priori loco reſtituitur.

Translatio quarta S. Romani.

14. Nec otioſe prætermittendum eſt reſpondere iis quibus ſigna & miracula in tantum grata ſunt, ut nihil putent Deo placere, niſi quod eorum exhibitio commendaverit. Cum ille potius bonæ vitæ meritum, quam ſignorum corporalium requirat effectum, ut enim ait Evangelicus Poeta,

Merito ceſſante bono, miracula nil ſunt,
Quæ faciunt plerumque mali.

Miracula a S. Romano in terris agente facta ignorantur.

Et ipſe Dominus Apoſtolos docuit, ut a ſe non ſigna & miracula, ſed manſuetudinem diſcerent & humilitatem, inquiens: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Quapropter etſi beatiſſimi Romani miracula quæ in corpore poſitus geſſerit, non legimus; non ideo impar ceteris ſanctis habendus, quibus fide parem & ſanctitate eum fuiſſe non dubitamus. Nec vero ſanctiſſimus Pater BENEDICTUS alumno ſuarum virtutum ex æquo invidet gloriam, cum quo

Matth. 11. 29.

CIRCA AN. 545 22. Maji.

in cœleſtibus beatæ immortalitatis meruit palmam. Et quidem non dubitamus eum multas dum viveret feciſſe virtutes, ſed vel ſegni ſcriptorum negligentia non ſunt litteris traditæ, quæ res non minimum Sanctorum præconiis perſæpe intulit detrimentum; vel certe ſigna operum ejus ſcripta fuerunt, aut ſitu diutinæ vetuſtatis conſenuerunt, aut tempore infelicitatis, Monaſteriis & Eccleſiis depopulatis, rebuſque omnibus profligatis & perditis, illa nihilominus ad nihilum deveneruot: quippe hominibus quaquaverſum fugientibus, & ſibi tantum ſuæque vitæ conſulentibus, nullamque de cuſtodiendis archivis curam habentibus. Dicat itaque qui volet nulla ejus in vita extitiſſe miracula, dum ſciat eum jam mortuum innumera feciſſe & facere quotidie miraculorum ſigna. Deus enim qui ab æterno ſua ſapientia cuncta præordinat, eaque ex arcano divini conſilii, locis temporibuſque prolata viſibiliter manifeſtat; acceptiſſimum ſibi famulum eo potiſſimum tempore miraculis voluit illuſtrare, quando ſuperato omnium tentationum luctamine fas eſſet juſtum exultare in Domino, & rectum ſecura deceret laudatio; oec jam exinde laudis æmula timeretur olatio.

S. Romanus poſt mortem celebris miraculis.

15. Hæc breviter diximus pro memoria ſanctiſſimi Confeſſoris Domini Romani, indignum arbitrantes tantum ac talem virum ſilentii modio contegi, & non ad profectum atque utilitatem omniom pie viventium publicari. Ceterum ea quæ poſt feliciſſimum exceſſum ejus, vel in prima ſacri corporis ejus tranſlatione, vel deinceps in loco in quo ſanctiſſimum ejus corpus deportatum venerabiliter reconditum eſt, per eum Dominus dignatus eſt operari; ab his qui viderunt, vel ab eis quos interfuiſſe contigit agnoveruot, fideliter collecta atque pleniſſime deſcripta ſtuduimus opportune ſubjungere, ad laudem & gloriam ſummæ lucis & viæ, veritatis & vitæ, Dei & Domini ooſtri JESU-CHRISTI, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit, regnat & benedicitur in omni gente, loco & tempore, nunc & per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Auctor ſequentia miracula unde acceperit.

LIBER SECUNDUS.

De Miraculis S. Romani Abbatis.

1. CUM glebam glorioſi corporis Domini Romani, ut ſupra ſatis luculente inſertum eſt, veneraodus Antiſtes ANSEGISUS cum ſummis precibus & cum veneranda proſecutione proſequeretur, & ad ſuam cum melliflua melodia veheret glorioſam Sedem; perlongom eſt de ſiogulis valde virtutibus diſputare. Quanti cæci inluminati, quaoti dæmoniaci curati, quanti ſurdi auditom recipientes, quantæque a Chriſto virtutes patratæ ad glorificandum ſanctum ſuum! ut quem videlicet jam gloria & honore laureatum habebat in cœlis, prodigiis miraculorum decoraret in terris. Attamen de multis ut propoſuimus pauca narremus.

Mulier impotens, vegeta redditur.

2. Cum beati viri corpus villam tranſiret, cui vocabulum eſt curtis Abbonis, cum dignitate pſallentium obviam perrexit mulier quædam JOSIA a parentibus vocitata, quæ ab omni actione manuum aliena manebat. Erant enim manus illius diſſolutæ, contracti nervi officio carentes ſalutari, intolerabilis dolor omni manebat corpore: & pene nil movere poterat. Suffragiis tamen aliarum ſuſtentata feminarum pergit cum devoto corde, gemitus effundit inenarrabiles ab intimo pectoris antro, manum præſidii poſtulat a S. Romano, quem ſciebat poſſidere cœlum cum gaudio, dicens: O Electe Dei Romane, fer infelici mulieri auxilium depoſcenti, qui cum exultatione luciflua lætaris in cœleſti patria. Ne contemnas ſceleratam mulierem, ſexumque fragilem ad te clamantem, qui ſatis bene noſti caducam eſſe humanam mentem. Dum hæc & his ſimilia flebili proclamaret eloquio, gratioſæ pateſecit Omnipotens plebi, quæ ſancta membra egregii proſequebatur Confeſſoris, quam proficua manebat in cœlis ſupplicatio Sancti Romani. Recepit protinus mulier conclamatam ſalutem, exultat cor populi præ gaudio, mens multorum fit hilarior, voces erumpunt in altum, conlaudant ſplendificom Dominum,

qui

CIRCA AN. 545 22. Maji.

Deus animum adverſitatibus purgat.

qui mirabiliter ſuum glorificat tironem. Vere ineffabilis eſt clementia Salvatoris noſtri: cum patramus inlicita, ultionem ſuſtinemus condignam, caſtigat corpora noſtra ægritudines tribuens congruas, ut expurget a delictis arcana pectoris noſtri. Hoc, fratres, debet quiſque noſtrum cum ſummo ſuſcipere gaudio, ſi ei Omnipotens temporalem confert paſſionem, ut per præſentem tolerantiam perveniat ad ſedem ſine limite fulgentem. Oportet enim nos per diverſas injurias huc illucque diſtrahere, ut per diverſas ærumnas hujus caduci ſæculi gradientes, cum felici tramite ad ſidereum regnum dirigamus animum: quo per præſentes tribulationes geſtantes manipulos noſtros mereamur capere cum ſummo gaudio cotonas ſine ſine fulgentes.

Item alia mulier curatur.

3. Præterea pio religioſæ intentionis ſtudio commovente, ipſa quoque viri digniſſimi beatorum actuum ſollicitante congerie, non eſt prætereundum enarrari, veſtræque commendandum indagini, qualiter quædam mulier RAGENIS dicta a ſacri baptiſmatis unda, ex ea quæ vocatur * Neronis villa oriunda, ferme per triennium diutiſſimo laborioſæ ægritudinis impulſu confecta, nervorum omnium diſſolutione ſtupida, membrorumque omnium ita tenebatur officio deſtituta, ut nullatenus ei a quoquam vita viventium remedium adferri potuerit, cum plurimi ad eam acceſſerint curationis præditi gratia, niſi illi per divinitatis potentiam promitteretur ſpes recuperandæ ſoſpitatis gratuita. Denique dum nihil apud ſe certum aliud haberet, niſi quoad morte intercludente extremum vitæ præſentis occubuiſſet diem; propitiante tandem divinæ viſitationis reſpectu, cœpit intra ſe comminiſci, ſi quomodo ſanctorum oracula circumiens, eorum interventu ſanitatis mereretur dono potiri. Sicque iter ambulare deſiderans S. Hilarii in villam Patricii, ibi pro his quorum fides exigit, Deum deprecantis, lento quamvis greſſu primum appulit ad titulum ejus, petitura piæ interceſſionis adminiculum. Nec multo poſt, illa ſupplicante importune, & ſancto Dei ſubveniente opportune, tunc quidem eſt reddita ſanitati priſtinæ, annuente cœlitus Spiritus ſancti munere. Jam jamque convaleſcentibus membris pene dudum emortuis incolumitatis eſt gaudio circumfulta, adeo ut nulla eam alicujus inſtigaret vis doloris.

* al. Noeronis.

Eadem poſtea viſum amiſſum recipit.

4. His ita decurſis, cum poſt aliqua temporis evoluta curricula, ab omni liberrima reperiretur incommodo, rurſus exigente proprii ſceleris noxa, immo pro nobis Domini altiſſimi laude & gloria, per ſanctum Romanum haud longe poſtmodum declaranda, oculorum ſibi acie penitus denegata, lucis hujus coruſco cœpit ſplendore privari. Cumque ſe ita haberet caſus infortunii, effudit animam ſuam in conſpectu Domini, atque in ſecreto cordis ſui toto animi niſu exæſtuans conferebat, quatenus ſi forſitan poſſe ſuppeditaret, in ſancti hujus, de quo loquimur, deveniret præſentiam. Denique vero vota votis accumulans, & non tam corporis quam mentis greſſibus ite viam incipiens, non poſt multum, ubi venit in pontem Tillianenſium ante beatiſſimum Romanum, querulis eum clamare precibus non deſiſtens, eadem etiam populari quæ aderat multitudine proſequente, precabatur, quatenus vir Dei ſui precaminis opitulante ſuffragio, illi iterum rediviva reſtitueret oculorum officia. Nec mora, Dei operante potentia, & ſancti Romani annuente clementia, quæ venerat cum fidei devotione, efficitur lætabunda de reddita ſibi luminis hujus gratiſſima viſione. Illa deinceps ad propria cum gaudio regrediente, qui illo tunc adfuere præſentes, gratias Deo retulerunt gaudentes. Nos quoque in ejus laudibus exultemus, ipſum omnium inluminatorem in hunc mundum venientem laudemus, amemus, quantumque ipſius dono poterimus attollamus: cujus muneris eſt creata ſalvare, perdita reformare, & majora per ſanctos quam per ſe operatus eſt, ipſo teſte mundo præſtare.

5. Procedat ſermo condignus, ad ſtupendum miraculum enarrandum. Alia extitit mulier orta ex * Waſtinenſi pago, vocabnlo AMALBERGA; cui accidit quondam muliebres de partu pati dolores. In ipſo autem temporis articulo, quo partum ſundere in ima deberet, vir ejus ſubitaneo correptus languore diem clauſit extremum. Reſtat infelici mulieri duplex pœna: triſtitia de amiſſione viri,

* Le Gaſtinois.

Mulier a dæmone divexata.

CIRCA AN. 545 12. Maji.

viri, immanis dolor de partu imminenti. Non poſt multo tempore a partu reſoluta, exhilarationem quam de genito filio poſſidere debuerat, auferebat immanis anxietas de proprii viri diſpendio. Tempore vero purgationis expleto, poſtquam natum quem genuerat ad Eccleſiam detulit, & omnipotenti gratias egit, & poſt myſtica dona a Sacerdotibus patrata, & oblationem pro viro oblatam; egreditur ipſa cum torvido vultu a foribus Eccleſiæ, pergit velox ad lamentabilem tumulum viri ſui, decubat ſuper illum, rivulos lacrymarum manare facit ab oculis, more mulierum alta emittens ſuſpiria. Valido itaque ſingultu, diutinaque maceratione conſumpta, veſperaſcente jam die mulier repedavit ad propria. Tum parat balneum, lavat genitum, iterumque deplorat viri ſupplementum. Intenta tamen in illo officio dum perſeveraret, audivit extrinſecus vocem admodum terribilem, illam inclamantem. Quæ conſurgens & tremulo greſſu ceu timida progrediens, dignoſcere gliſcens quis eam tam horribiliter vocaſſet, pervenit ad oſtium, vidit tetram imaginem innixam baculo, & juxta domus ipſius limina ſuperciliose ſtantem. Ad viſum autem timore perterrita ſanctæ Dei Genitricis auxilium voce exclamavit repentina. Hujus adminiculum voce expoſcens flebili utpote muliebri, pede ab oſtio retraxit curſu veloci, muniensque ſe vivifico Crucis ſignaculo, cum gravi tremore procumbit in thoro. Adeſt rurſum deliramentum diaboli, videt ſpeciem cunctis ſpeciebus horribilem, quæ juxta illius lectum ſuperbe erigens collum, ad deriſionem potius quam ad ſalutem; natum quem genuerat, ut illi ad ſuſcipiendum e ſacro fonte daret, rogabat. Cui illa cum ingenti reſpondit conſtantia: Miror quomodo tu cum ſis toto corpore nigerrimus & hiſpidus, & totius fœditatis amicus & inventor omnis nequitiæ, modo quæras ſalutem animæ; ſcilicet ut filium meum a ſacro ſuſcipias baptiſmate, qui quotidie animas ad ima gliſcis diſtrahere. Hoc tamen pro certo ſcito, quia numquam tibi a me hujus rei effectus tribuetur. His auditis, imago illa terribilis utpote diabolica, cum furibundo & repentino impetu cupiens puerum auferre ab amplexu brachiorum genitricis, exclamat iterum viriliter, & a ſancta Chriſti Genitrice poſcit manum auxilii. Deinde ille larveus hoſtis enormi ictu & rabida impulſione diſcerpens illam, alligavit eam, pronam incedere faciens per revolutiones quatuor annorum, adjiciens illi triſtitiam ſuper triſtitiam, volens penitus abſorbere eam. Quæ pectus ſuum divino muniens ſignaculo veternum fugavit inimicum; immanem retinens corpore & anima languorem, dolorem in animo ſuſtinens de recenti funere proprii viri; in corpore validam ægritudinem diabolica vi illatam.

S. Romani meritis curatur.

6. Ea tempeſtate, ut præfatum eſt, hunc de quo ſermo agitur beatiſſimum Athletam ſuum Romanum Dominus prodigiis mirificabat, quæ uſquequaque diffuſa ad hujus infelicis mulieris pervenere notitiam. Tunc illa, cum ardore fidei deſiderans a diutina ægritudine jam reſolvi, vehi ſe fecit in biroto [a] ad luculentum ſepulchrum tanti patroni, de quo tantarum virtutum emanabat odor nectareus. Quam parentes ejus ferentes illuc quo deſiderabat animus, ad tumbam ſcilicet glorioſi Confeſſoris, proſternit ſe in pulverem, poſcit præſidium a ſummo piiſſimoque Judice, flagitat etiam manum ſuffragii a S. Romano, cujus interventu æſtimabat ſe adipiſci incolumitatis donum. Rogitat eum altis ſuſpiriis, cujus mens morabatur in furvis tenebris. Poſcit cum devoto corde, pulſat Romanus aures divinæ clementiæ, qui plenus adeſt pietate, utpote qui faciem contemplatur piiſſimi Judicis quotidie. Invenit mulier, quod cum ſumma devotione quæſivit. Cerneres mulierem toto corpore tremebundam, mirantes populos, mirabilia expectantes ſuperna. Cœperunt nervi vigere, qui erant conſumpti diutina maceratione: abſolvit eam glorioſus Confeſſor Domini a vinculis tortuoſi ſerpentis, & actum eſt tunc e ſacro ſepulchro, quod quondam egit filius Dei, quando natam Abrahæ, quam venenoſus anguis alligaverat, liberam abire præcepit ſolvitque eam a diris nexibus, qui mirabilis eſt in ſua majeſtate, laudabilis in ſanctis, cujus laus non deficiet, cujus æternitas ſemper fulget.

7. Il-

---

[a]. Birotum, vehiculum binas habens rotas, Gallis *brouette*.

7. Illud etiam non abs re eſſe videtur in noſtri operis proceſſu adnectendum, quod ea tempeſtate qua vir Domini glorioſus Romanus, tam innumera miraculorum præconia mundo impertiens, nequaquam ſub modio latitabat, ſed inſtar lucernæ ardentis & ſuper candelabrum poſitæ virtutum jubare clareſcens, non mediocre ferebat plurimis remedii emolumentum: femina quædam, de jure dominationis ſancti Proto-martyris Stephani, de villa Rimujaco oriunda nomine SEGLETRUDIS, ubi hauſit auribus, quod vir Domini tanta præberet populis beneficia, ſecum conferebat, qualiter ad ejus memoriam ire potuiſſet. Erat enim ei filius unicus puerulus * LETHERIUS vulgo nominatus, cui diutina jam impellente conſuetudine oculorum ſubtractum eſt intuendi officium, jugique angore afficiebatur pro eo, pro quo ad memorata beati viri præſidia mente ire diſponebat. Et quamquam meritorum ſuorum juſtitiam ad impetrandam filii ſoſpitatem minus ſciret ſufficientem, fide tamen nihil hæſitans, lacrymoſis cœpit inſiſtere precaminibus, quatenus per eum celerius Dei opitulamine frui mereretur. Plurimis ergo orationis gratia illo properantibus, ſimul cum illis, ut quæſitæ ſalutis prolis unicæ fieret compos, pergens taliter virum Dei deprecabatur attentius: Sancte, inquiens, & Deo dilecte Romane, qui omnium es ad te confugientium piæ conſolationis refugium, quique deſtitutioni omnium in te ſperantium compatiens, divinæ opus gratiæ impertiris; miſerationis tuæ nunc manum mihi porrige, quæ in cetera ſanctorum oracula te incunctanter aggredior. Quamquam enim ab illis nil quæſiti medicaminis obtinenti filio meo redintegrationis ſuæ ſit medela dilata, tamen non illi arbitror penitus denegatam. Te namque voti iſtius haud dubito futurum compotem. Nec mora, protinus ut talia proſecuta eſt, divina præſto fuit potentia, ad demonſtrandam ſanctitudinis viri Dei potentiam; quæ poſt cæcas tenebras, mulieris filio felicem ex integro fecit irradiare diem: moxque propulſa totius agitationis moleſtia, ſibique redintegrato luminis officio, pulſis tenebrarum obſtaculis, lucis quoque diurnæ copia ſuffuſus, ita integerrimæ redditus ſoſpitati, ſimul cum matre incolumis repedavit ad propria, ac ſi minime foret eatenus cæcitatis faſce depreſſus. Qui nequaquam deinceps illius amaritudinis peſte pulſatus, pro ſuæ curationis dono tam ille quam omnes qui aderant voce conſona laudes Domino cecinerunt.

CIRCA AN. 545 22. Maji.

Cæco lumen reſtituitur.

* al. Legerius.

8. Dignum etiam videtur nequaquam ſilentio comprimi, quod mulier quædam nomine HELENA, inluſtribus natalibus orta, audiens quanta & qualia languentibus beneficia, divina pietas ob honorem & laudem ſancti ſui, infuſo miſerationis ſuæ rore, præſtare dignaretur; dum per continua ſex annorum volumina graviſſimo quateretur dolore renium, pedali quidem gradu quoquomodo incedebat baculo lateri innixo, ſed omni gravata incommodo, totius jam carebat medicaminis ſubſidio. Cumque prædictæ paſſionis in dies augmenta captas ita cruciatus accreſceret, ut ſe ſe ſanitatis ulterius remedia conſequi poſſe titubaret; utpote quæ jam in quamlibet partem ſe vertere nec difficulter poterat, niſi alieno fulta præſidio foret; auditu comperit, quod venerabile corpus beati Romani cum plebeja promiſcui ſexus multitudine transferendum eſſet in Monaſterium Valliliacenſe. Quod cum eadem die uſque adeo proſequeretur honorifice, præeunte & ſubſequente quam maximo Cleri atque vulgi popularis Dominumque conlaudantis cuneo; ubi perlata eſt ſancti viri gleba ad antedictum Monaſterium, illico quamquam gradu non concito illuc perveniens, adjuvantis populi levamine freta, ſupernæ viſitationis reſpectu, cœpit animotenus comminiſci, quatenus ageret pro voto ante tumulum illius candelam ſtaturæ ſuæ parili longitudine, ibique pro ſe orabunda in Baſilicæ ſolo procumbens, totamque diem precibus expendens & ſequentem noctem inſomnem ducens, ſubito inter orandum, Deo propitiante, & ſancto ſuo interpellante, voti ſui compos effecta cœpit a prædicta ſuperius renium ægritudine convaleſcere. Denique vero paulatim ſuccedente pleniſſimo virium robore, quæ venerat cum fide, remeavit ad ſua, gratulabunda de reddito ſibi dudum denegatæ ſoſpitatis munere.

Mulier oblata ad S. Romani tumulum candela convaleſcit.

CIRCA AN. 545. 22. Maji. Vir nobilis cæcus ac morbidus ſanatur.

9. Sed & illud narratu dignum non prætéribo, quod quidam vir cujus in Aquitaniæ partibus fuit origo, natalium flore nobilitatis uſque adeo pollens, GUNDOINUS vocabulo dictus, caſu devenit in territorium Senonum, viribus corporis potens, ſanitate alacrior; ubi aliquantulum in tantæ alacritatis valetudine degens, infelici (ut ita dicam) omine correptus, ſubito dum non ſperatur, plurimæ infirmitatis urgetur impulſu. Et cum die noctuque inremedialibus peſſime angeretur doloribus; ad ſuæ infirmitatis cumulum addita eſt & alia peſtis, quæ ei cæcitatem inculcans, graviter laborare compulit de amiſſo oculorum lumine. His ita ſibi inlatis, cum jam in lectulo decubans ita gravaretur, ut a medicis deſperaretur; illis qui circumſtabant præſentibus requirit quid ageret. At illis eum curationis ſuæ gratiam adipiſci poſſe hæſitantibus: Si eſſem, inquit, in Baſilica Beati Romani aliorum delatus adminiculo, protinus donarer ſoſpitatis gaudio. Confido, inquam, quod poſſit oculis meis viſum reſtituere, & reddere me ſanitati priſtinæ, ſuumque mihimet non dedignabitur præſtare, ut credo, interceſſionis ſolatium, qui digna miſeratione preces ſolatur omnium ad ſe confugientium. Inter has autem torturæ ſuæ varias cruces, ut illius miſereretur jugiter ſancti implorat emolumentum; ne eum videlicet in mortem ſineret abire captivum, cujus devotus cupiebat expetere Templum. Taliter ergo ſæpedicti invocato nomine patroni, ad glorioſum illius templum famulorum bajulatione delatus, quibus potuit ex animo orationibus incubuit. Nec multo poſt inter alia ibi quamplurimis conlata ſalutis beneficia, hic quod amiſerat jamdudum vivendi recuperat officium. Et cum præſens ei pene fuerit paulo ante pallidæ mortis occurſus, omnium membrorum redintegrato robore, protinus nullorum ſolatii indigus repedavit ad propria lætabundus.

Tedvinus Monachus a febribus eximitur.

10. Eſt illud memoriæ fidelium inſerendum, in quo divina virtus famuli ſui Romani approbavit meritum. TEDUINUS quidam a primis Senonum oriundus, S. Remigii Cœnobialis alumnus, ſacræ inſtitutionis tirocinium emeriti uſque perduxit ad præmium. Quippe monaſticæ religionis decuſſatus ſchemate, cum eſſet liberalium artium præditus facundia, venuſtate morum non deſtitit vitæ ſuæ excolere curſum. Verum quoniam qui filii agnoſcuntur, paternis verberibus coercentur, premuntur flagellis, ne inſoleſcant vitiis ſpe adipiſcendæ hæreditatis; ut animus ejus aſſuetus virtute, juxta Pauli exemplum, vegetaretur infirmitate, & ne de meritorum quantitate ſubreperet eidem morbus extollentiæ; permiſit eum ſuperna miſeratio acri febrium torqueri incommodo. In qua certaminis afflictione, totum ſe & in gratiarum actione expendebat, & in nullo continentiæ vix noſtris ſæculis imitabile propoſitum laxabat. Oculis effuſæ clementiæ proſpiciens ſuperna miſeratio in utroque tam ejus invictum conflictum mentali eum admonuit inſpiratione, Patris noſtri Romani expetere præſidium. Igitur ſanctiſſimo Fratrum accerſito conventu, precibus prout valuit ambivit ſe deportari ad memoriam Sancti. Quorum fultus ſolatio (nam ex valido languore viandi ei negabatur poſſe) cum devotione ſupplici pervenit ad locum ſepulchri: totiuſque tractu corporis procumbens ante glebam Sanctiſſimi Confeſſoris, ex intima cordis ſede has cœpit gemituum voces emittere. Eja, inquit, Confeſſor glorioſe, aſpice quibus afficior pœnis exigente criminum meorum ſcelere. Si tibi ita videtur, jam ſatis ſit cum his doloribus tantum certaſſe certamen; & a ſuperno judice ſimul cum venia peccaminum ſanitatis mihi impetra optatum. Redde eum mihi propitium, quem hactenus meis culpis expertus ſum offenſum. Pande nunc meis lacrymis aures piæ exauditionis, qui tua interceſſione indigis, pro fide petentium, te præſentem reddere non refugis. Ne averſeris te in anguſtiis ſupplicantem, ſi dum vixero non dedigneris me habere ſervientem. His & hujus modi queſtibus dum totum tridui occuparet ſpatium, quarto demum die effectum ſuarum obtinuit precum, ſummique interceſſione noſtri Protectoris adſtantium in oculis cum vigore ſanitatis a loco quo jacuerat, ſurrexit, & gratias referens Deo ſuæ incolumitatis auctori, pſallentium choro admixtus, pro recuperata ſanitate cœpit divina beneficia non tacere.

11. Præ-

11. Præterea quia tantorum inſignium miraculorum non proderit arripuiſſe principia, ſi hæc etiam ſimiliter non congrua commendarit inſtantia; unum memorabilium, pii potius ardorem deſiderii quam leporem culti ſermonis inquirens, imperito quamvis digeram ſtilo, per quod humana poterit experiri diligentia, quanta operum ac ſudoris aſſuetudine vir Domini venerabiliſſimus Romanus, cœleſtium promeruit perfectionem donorum. Neque etiam ſignorum ejus enormitatem texere contendam, ſed ea tantum quæ ab anterioribus noſtris accepimus, quæque ab eiſdem ſunt nimis plane executa, perpaucis aperire conabor. Itaque quidam extitit adoleſcentiæ floribus pubeſcens, nomine JOSEPH, qui in territorio Senonum a parentibus progenitus, ab ipſis quoque eſt ibidem pueritiæ profectibus educatus. Qui cum jam florulentæ juventutis decore pulchreſceret, & ad virile robur tenderet, ei tam ex libero arbitrio quam ex pravo dæmonum ſuaſu tam ſuperflua atque peſtifera accidit continuitas, ut non modo diutinæ edacitatis illecebris, verum aſſiduis ſemet urgeret falerni potatibus. Unde non intermiſſæ potationis lethale virus ita ejus infecit animum, ut inſuper a via rectitudinis ejus jam violata deviaret memoria. Sicque nequaquam ab eodem quem cœperat uſu retinens, ab his quæ bona ſunt declinando, illicitis quoque indiſcrete indulgendo, multimodas genitrici ſuæ injurias inſtinctu ingerebat dæmoniaco.

CIRCA AN. 545 28. Maji.

Filius diſſolutus & matri injurius.

12. Quapropter fortuitu accidit, ut illum mater conſiderans normam irrevocabiliter præcavere vivendi, quadam vice præ nimio fellita mœrore maledicendo inculcaret: Mala quæ mihi, fili, inconſulta impietate ingeris, ſuper caput tuum redintegrentur. Talia intulit, atque illico filius potioris criminis & majoris inſolentiæ fomitem incurrens, dæmoniacæ poſſeſſionis eſt in hunc modum traditus excidio. Sane poſt aliqua cum pater & mater illius (ut moris eſt) Trecaſſinas in partes negotiandi gratia properarent, ipſe domi remanens, fratri ſuo ſecum commoranti inquiens, Faciam ait, Frater mi, candelam longitudinis meæ inſtar, & deferam illam cras ad Baſilicam S. Romani poſt Miſſarum decurſa ſolemnia reverſurus ad propria.

Dæmoni traditur.

13 Hæc ut dixerat executus, die poſtero fratre ſecum comitante, ejuſdem Patroni progreſſus eſt ad mœnia Templi. In quo ſecus portæ introitum, cum jam proximum eſſet ut ſol radios ſuæ lucis ſub undis abſconderet, nocturnæ pauſationi animæ votum accommodans, ubi ventum eſt ad vigilias matutinas, pſallentium vocibus experrectus, ſecum nimis ſollicite agere cœpit. Expleta autem ex more duodecim lectionum functione, velut ſibi regularis poſtulat inſtitutio; poſtquam in analogio recitari initiata eſt Evangelii lectio, iſdem graviori viſus eſt agitari dæmonis impulſu, atque plus ſatis infeliciter diſcerpi, vociferans inter alia, velle ſe ad nota repedare habitacula. Cumque ſe de hinc manibus tenentium undecumque omnibus robuſtior eliceret, cœpit ſolivagus incedere per ſilvam conſitam in proſpectu Eccleſiæ ibidem conſtructæ.

Ad S. Romanum orans liberatur.

14. Taliter igitur errabundo inceſſu hac illacque diſcurrens, & quo tenderet neſciens, tandem diutiſſimæ fatigationis moleſtia preſſus, ſomno coarctatur ſubitaneo, atque ibi jacuit, donec illuceſceret ſuccedentis diei hora tertia. Denique finito longo dormitationis intervallo, evigilans a ſomno, aggreſſus eſt demum cœptum prius iter explere erroneus, quouſque tandem applicitus eſt ad fiſcum, qui vulgo nuncupatur Malliacus. Ibique obvians illi quædam mulier, cœpit cum eo collationem texere, ſciſcitans ab eo unde veniret, aut quorſum tenderet. Cumque reſponderet ſe de Baſilica Sancti Romani venire; illa adjecit inquirere, utrumnam ipſo die audiſſet illo concelebrata modulamina? At ut ipſa dicebat, ita actum eſſe illo ſubdole ſignificante, ab ea cauſa retentus eſt prandii. Poſtea dimiſſus ab illa, tandem vix appulit ad propria.

15. Interim jam eo domum regreſſo, ſubito dum non ſperatur, pater illius cum matre a foro revertitur: tantuſque in eis eſt ignitus fervor doloris, tantaque inflicta ſollicitudo gemebunda pro illato proli chariſſimæ miſerabili omine, ut dictum videatur abhorrere. Finito autem illius diei articulo, noctiſque ſequentis expenſo curriculo, dum ſuccedentis diei lux in mane pro-

rum-

CIRCA AN. 545 22. Maji.

rumperet, cum nimiis anxietatis vocibus, quas nec commemorari dignum eſt; deliberatione decreverunt mutua, quatenus filium damnationis complicem ad S. ducere Romanum deberent; ſi forſitan dignaretur eum a tantæ anxietudinis detrimento reddere extorrem. Confeſtim itaque dicta factis exequentes, cœperunt eum in eundo compellere. At ille ſolo innixus, ac multifariam ſemet dilanians, multipliciter ſe nitebatur ab illo itinere extorquere. Præterea illum ſuperponentes, utpote qui jam prope ejus validitati contraire nequibant; cum multi acceſſiſſent aliunde ad ferendum adminiculum, atque maxima eum tenentes virilitate duxerunt ad prænominatam S. Romani Baſilicam. At ubi appropiaverunt foribus Eccleſiæ, cœpit ſonipes (quod eſt mirabile dictu) fremere ac ſe ad reſiſtendum erigere, quaſi non auſus cum tali ſeſſore Sancto Dei adproximare. Tunc deponentes energumenum, ſolotenus coegerunt incumbere ante ſancti viri corpus venerabile; atque in his vocibus erupit, inquiens: Quia propter tuam hoc, S. Romane, candelam patior. Magis autem ac magis illum diſcerpens, cum jam ſemimortuus æſtimaretur, tandem eo die nutu annuente Deifico, dilecti Domini id obtinente ſuffragio, cœpit ab ore ejus & naribus cruor emanare fœtidus ſalivis ſpumeis intermixtus, ipſe quoque picei horroris deformitate deturbatus. Poſtremo a dæmoniaca dominationis pernicioſa conluctatione mirabiliter eſt ereptus. Ab illo ergo die per totum vitæ ſuæ ſpatium ſtatuit ſe ſe potiſſima compeſcere continentia, in cibi videlicet imminutione, & potus perceptione; nec poſtmodum tam infeliciter ſicut prius pravi virus obloquii ejus inrepſit animum. Genitor vero & genitrix tanti medicaminis compotes effecti, cum prole ſibi liberrime reddita in ſua cum gaudio ſunt reverſi.

Puer ſurdus & claudus ſanatur.

16. Non tacebimus & illud, quod quædam mulier ARVIS nomine, ſingulari erat unicæ prolis prædita dote: cui circa cum inerat intemperans pleniſſima amoris dilectio, quia præter ipſum nullum habebat alium in quo ſpes poſteritatis videretur conſiſtere. Quamquam autem naturæ quod ſuum erat impertiret, partim in intimis cordis conclavibus in hoc amor tabeſcebat maternus, quoniam permiſſione Deifica, quin potius ad comprobanda non longe poſt ſancti viri præconia, geminæ quatiebatur contritionis anxietudine. Nam a primævis ſuorum exordiis natalium, temporali hujus ſemper caruit auditionis officio: ſed & unius femoris marceſcente nervorum compagine, unius erat pedis deſtitutus deambulatione. Cum igitur hac da re genitrix illius non mediocri circumferretur diſcrimine, omni inſtantia curationum genera mente perquirens ſollicita, quadam vice dum nox ſui curſus iter perageret, & ipſa nocturnæ pauſationi indulgeret, ſpiritualis intuitu contemplationis ſibi viſum eſt, quod cum prælibato filio uterino ſanctorum uſquequaque luſtraret oracula, expoſtulans ſanitati illi reddi juvamina. His ita viſis, ſuperveniente diei ſplendore audivit referre a commanentibus, quod ad S. Romanum ire, ac peculia deberent orationum concelebrare ſacrificium. Quem laborem tota cum illis ſuſpiciens induſtria, eorum juncta agmini unicum detulit pignus ad limina Oratorii præfati protectoris noſtri. Quem cum ibidem expoſuiſſet, ſe in orationem effudit, & dignam Deo ſatisfactionem tam pro ſuis negligentiis, quam & pro filiis incommoditatibus in promptu exhibens, confeſſionis ſuæ veniam implorabat. Hoc ferventius orationum puritate flagitans, quatenus S. Romanus unigenitum illius, gemina ſaucietate dehoneſtatum, ſub ipſius momentaneo horæ ſpatio vigori donaret temporaneo: & quem longa eatenus hebetaverat ægrimonia, redintegratio reſtitueret cœlitus ſalutariter impenſa. Hac igitur deprecationum jugitate expenſa, exauditionis divinitus obtinuit effectum, & confeſtim S. Romani annuentibus meritis, audiendi recuperata ſunt ei officia, & greſſuum enervitate procul remota, perpetim progreſſionem acquiſivit ante denegatam. Sic uterque ſuæ retributionem humilitatis promeriti, in ſua rediere ab omni noxietate liberrimi. *Alia miracula, minimi utpote momenti, omiſimus.*

CIRCA AN. 545 22. Maji.

Rhythmi ſequentes a Joanne Boſcio mutati alterius videntur auctoris, quos in nonnullis breviavimus.

XVII. Auctoris ætas. Noſtris factum temporibus
Conſtat miraculi decus,
Quod Romanus promeruit
A Chriſto ſuis meritis.
Rei fuit neceſſitas
Pro raptorum injuria
Delatio corporis S. Romani. Qui tollunt res Monaſticas
Propter ſui ſuperbiam,
Ut Sancti corpus ſplendidum
Deferretur vehiculo
In villam, Pontus nomine,
* Tonne. Super Igaunæ * fluvium,
Qui dat piſcium copiam
His qui veſcuntur ſapidam.
XVIII. Abbatis Vvinemani elogium. Abbas erat WINEMANUS a
Ipſius Monaſterii
Pater vir venerabilis,
Qui officinas plurimas
Conſtruxit ſat egregias
XIX. Claudus erigitur. Ad habitandum Monachis,
Qui ſerviunt Remigio
Antiſtiti præcipuo.
Hic in Sancti præſentia
Excubabat, vigilias
Perſolvendo ſollicitus
Cum ceteris tunc Fratribus.
Jacebat in ipſa domo
Quidam pauper homuncio,
Contractus ipſe genibus,
Terram reptando manibus,
ALBOINUS de nomine
Civis ipſius villulæ.
Ille pauper accelerat
Sancti tangere capſulam:
Quam dum manu fideliter
Fide plena contingeret,
Paulatim cœpit ſurgere
Nervi cœperunt tendere, &c.
Plantis vident conſiſtere
Qui jacebat in ſtramine,
Et recto greſſu vadere.
XX. Teſtis Rainardus Comes Senonum. Vir nobilis proſapiæ,
RAINARDUS de nomine
Urbis Comes Senonicæ,
Huic Comes miraculo
Interfuit omnimodo.
Hæc Civitas antiquitus.
Caput extitit urbium
Quas Galli cives incolunt.
Qui quondam BRENNO principe
Sedem urbis Romuleæ
Ceperunt forti pectore, &c.
XXI. Dæmoniaca liberatur hauſto vino brachii S. Romani contactu ſacrato. Waſtinenſi oppidulo
Mulier quædam peſſimo
Eſt perverſa dæmonio.
Ferreis nexa vinculis,
Et duris ſtricta manicis,
Vi parentum attrahitur,
Repugnans torvis vultibus,
Ne ducatur ad tumulum
Sancti Romani lucidum.
Erat tunc Abbas ſapiens,
Orator & Rhetoricus,
Doctus & liberalibus
Diſciplinis in omnibus
XXII. Ranulfi Abbatis laus. RANNULFUS vir egregius,
Qui ſancti tunc Remigii
Regebat Monaſterium.
Ingreſſum Oratorium
Sævum ſævit dæmonium.
ROMANI vino brachium
Lavatur beatiſſimum:
Vinum ori infunditur
Abbatis Domni manibus.
Vinum pugnat cum dæmone
Sacratum ſancti corpore:
Sed vicit vinum bibitum
Dæmonis monſtrum peſſimum,
Cum rivo tetri ſanguinis
Hoſtis antiquus exit.
Hæc Romani pro meritis
Chriſtus donat Senonicis,
Ut recolant aſſidue,
Quanto fruantur munere.
Gemmam cœli nam poſſident,
Dum penes ſe hunc retinent,
Quem protulit Italia
Nunc poſſidet urbs Senona.

DE

a Vvinemanus Monaſterio S. Remigii Senonenſis præfuit tempore Mainardi Archiepiſcopi circa annum 1055.

CIRCA AN. 545 13. Mart.

DE S. SPECIOSO MONACHO.

Ex Gregorio Magno *lib.* 4. *Dial. cap.* 7. *&* 8.

S. Benedictus videt S. Germani animam in cœlum volantem.

1. IN ſecundo hujus operis libro jam fatus ſum, quod vir venerabilis BENEDICTUS, ſicut a fidelibus ejus diſcipulis agnovi, longe a Capuana urbe poſitus, GERMANI ejuſdem Urbis Epiſcopi animam nocte media in globo igneo ad cœlum ferri ab Angelis aſpexit. Qui eamdem quoque aſcendentem animam intuens, mentis laxato ſinu, quaſi ſub uno ſolis radio cunctum in ſuis oculis mundum collectum conſpexit.

Ejus diſciplinæ Speciosus & Gregorius ſe ſubduut.

2. Eiſdem quoque diſcipulis illius narrantibus didici, quia duo nobiles viri, atque exterioribus ſtudiis eruditi, germani fratres, quorum unum SPECIOSUS, alter vero GREGORIUS dicebatur, ejus ſe Regulæ in ſancta converſatione tradiderunt: quos iſdem venerabilis Pater in Monaſterio quod juxta Tarraconenſem urbem conſtruxerat, fecit habitare. Qui multas quidem pecunias in hoc mundo poſſederant, ſed cuncta pauperibus pro animarum ſuarum redemptione largiti ſunt, & in eodem Monaſterio permanſerunt. Quorum unus, ſcilicet SPECIOSUS, dum pro utilitate Monaſterii juxta Capuanam urbem miſſus fuiſſet, die quadam frater ejus GREGORIUS cum Fratribus ad menſam ſedens atque conveſcens, per Spiritum ſublevatus aſpexit, & vidit SPECIOSI germani ſui animam tam longe a ſe poſiti de corpore exire *a*. Quod mox fratribus indicavit & cucurrit, jamque eumdem fratrem ſuum ſepultum reperit, quem tamen ea hora qua viderat, exiſſe de corpore invenit.

Specioſi anima in cœlum migrans cernitur.

CIRCA AN. 545 3. Junii.

VITA

S. CHROTHILDIS * REGINÆ FRANCORUM.

* vulgo Clothildis.

Ex MS. cod. S. Germani Pratenſis.

Jeroſolymæ cœleſtis ædificia.

URBIS Jericontinæ ruitura ædificia terrenis lapidibus & marmoribus fabricantur, cœleſtis vero Hieroſolymæ palatia animabus ſanctorum ædificantur, numquam caſura ſed in æternum permanſura. Portæ hujus urbis renitent pretioſis margaritis, ſanctis ſcilicet Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus, Viduis & Conjugatis. Rex etenim hujus urbis inviſibilis & immortalis ex omnibus mundi gentibus famulos utriuſque ſexus ſibi adſcivit, quos hujus ſæculi cautos miſeriis in præfatæ urbis mœnibus non caſuris Angelorum nectit conſortiis & æternis dat perfrui gaudiis. Chorus enim virgineus Deo gratus & chariſſimus centeſimo fructu decoratus, ſicut ſtellæ in cœlo, ita ante Deum fulget in cœleſti palatio. Hoc agmen virgineum ſequitur concio ſanctarum Viduarum & fidelium Conjugatarum, quæ quamquam centeſimum fructum non reportent, tamen ſexageſimo & triceſimo fructu gaudent, & cum ſanctis omnibus connumerantur & æterna felicitate digne remunerantur. De quarum collegio extitit beata & venerabilis Regina CHROTHILDIS, quæ quanta ſecundum carnem nobilitate, quibuſque parentibus nata fuerit, qualiterque ad regni cœleſtis faſtigium pervenerit, & quam ſanctis operibus vivens floruerit, quove fine de hoc ſæculo migraverit, intimamus futurorum poſteritati.

* al. Gandiucus.

Chrothildis parentes.

* Chilpericum.

2. Fuit quidam rex Burgundionum nomine * GUNDEVEUS ex genere ATHANARICI Regis *b* natus. Huic fuerunt quatuor filii GUNDEBAUDUS, GODEGHISILUS CHILPERICUS & GODMARUS. Gundebaudus igitur * Chilpericum fratrem ſuum gladio interfecit, uxorem ejus ligato ad collum ſaxo in aquam injecit, & rapuit, filias ejus duas, quarum una ſenior vocabatur CHRONA *c*, quam mutata veſte exilio condemnavit; juniorem ve-

a Non ergo Romæ vixit, aut deceſſit, ut indicare videntur Martyrologia Romanum & Monaſticum; ſed poſtquam apud Terracinam aliquamdiu degit, Capuæ diem ultimum clauſit, indeque forte Romam ejus corpus translatum eſt.

b Athanaricus Rex Tervingorum Gothicæ gentis, populares Chriſtianos variis ſuppliciis affecit, & regno expulſus a ſuis, Conſtantinopoli Theodoſio juniore deceſſit: quo tempore Tervingi cum Taifalis in Dacia vetere Tranſdanubiana, Burgundiones in Germania ſedes habebant. Hæc ex doctiſſimo Hadriano Valeſio Hiſtoriographo Regio in lib. 5. Rerum Francicarum. Vide Gregorium Turon. in lib. 2. Hiſtor. cap. 4.

c Gregorius Turon. in lib. 2. Hiſt. cap. 28. Seniorem Chilperici filiam Mucurunam vocat, Fredegarius Sedeleubam.

CIRCA AN. 545

vero nomine CHROTHILDEM, de qua ſermo habetur, Dei diſpoſitione domi retinuit. Deus enim præſcius futurorum prævideret ex Chrothilde ſemen regium naſciturum, eorumque propagine Romanorum Francorumque imperium gubernaturum.

3. Junii.

Gundebaldi barbaries.

Chlodoveus petit Chrothildem in uxorem.

3. Ipſo tempore FLODUVAUS CHILDERICI Francorum Regis filius frequenter mittebat in Burgundiam legationem ad Gundebaudum Regem: videnteſque ejus legati in domo præfati Regis Gundebaudi Chrothildem puellam, ſapientem, pulchram, elegantem atque decoram, quæ eſſet interrogabant. Reſponſum eſt eis hanc fuiſſe filiam Chilperici Regis quem prædictus Gundebaudus interfecit. Reverſi igitur ad Flodoveum ſe vidiſſe referunt Gundebaudi Regis neptem moribus inclitam, corpore pulchram, regali deſponſatione dignam. Qua de re Flodoveus valde gaviſus dixit ſuis in quos fidebat militibus: Tempus meæ ætatis exigit ut ſocietur mihi uxor nobilis, de qua procedat proles regia, regnum poſt obitum meum gubernatura. Habet Rex Gundebaudus neptem, quam ſi datis conſilium, volo ducere in conjugium. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, cujus voluntati & præſcientiæ nemo poteſt reſiſtere! Favent omnes regiæ voluntati, auditur a Palatinis, laudatur ut adducatur Chrothildis, & fiat Regina puella tam nobilis. Decebat enim ut Reges Francorum futuri, Deo Regi immortali Monaſteria multa quæ ſunt per Galliam ædificaturi, naſcerentur de progenie regali, & per ædificationem perituræ Eccleſiæ pervenirent ad gaudia cœleſtis Hieroſolymæ Eccleſiæ ſine fine manſuræ. Erat tunc temporis in aula Regis Floduvei quidam AURELIANUS vir peritus in ſæcularibus, & ſecretorum Regis non ignarus. Hunc Rex miſit ad Gundebaudum in Burgundiam, ut ab eo peteret neptem ſuam, ut in Galliam adducatur & Regina efficiatur. Erat enim præfata CHROTHILDIS Chriſtiana. Quæ cum quadam die Dominica veniſſet ad Miſſarum ſolemnia, ut conſueverat pauperibus eleemoſynam dabat. Præfatus Aurelianus mutatis veſtibus ſedebat cum pauperibus *a* eleemoſynam præſtolantibus. Beata Chrothildis ad eum venit, unumque aureum illi dedit: at ille manui dantis oſculum præbuit, ſuumque pallium retrotraxit. Beata Chrothildis ancillam ſuam miſit, Aurelianum ad ſe venire fecit, dixitque ei: Dic mihi juvenis, cur te pauperem ſimulans pallium meum retraxiſti? At ille ait: Loquatur tibi, obſecro, ſervus tuus ſecreto. Illa reſpondente, Loquere; Dominus, inquit, meus Rex Francorum Flodoveus miſit me ad te, vult te uxorem habere: Ecce annulus ejus & ornamenta reliqua, & regalia ſponſalia. Beata Chrothildis annulum & reliqua dona recepit, & in theſaurum avunculi ſui Regis Gundebaudi repoſuit, dixitque Aureliano: Domino meo Regi Flodoveo ſalutem dicito, quod autem dicis quomodo fiat ignoro. Licitum enim non eſt Chriſtianam nubere pagano, hanc rem nemo ſciat. Ut Deus voluerit fiat: vade in pace, & proſpere ad tuos revertere.

Gundebaldus eam tandem invitus tradit.

4. Reverſus Aurelianus cuncta ut invenit Flodoveo retulit, Rex vero Flodoveus anno ſequenti Aurelianum ad Gundebaudum miſit, & ut ſponſam ſuam Chrothildem ei mitteret per Aurelianum mandavit. His auditis Gundebaudus corde nimium territus ait ſuis fidelibus: Rex Flodoveus occaſionem adverſum me quærit, regnum meum invadere cupit. Et ad Aurelianum ait: Domus noſtras explorare veniſti; Rex enim tuus neptem meam numquam novit. Ad hæc Aurelianus reſpondens ait: Hæc mandat Dominus meus Rex Flodoveus, aut ei mitte neptem tuam, aut præparare contra eum ad pugnam. Gundebaudus reſpondit: Veniat ubi vult, pereat & moriatur, ut ſanguis multorum quem effudit vindicetur. Audientes hæc Burgundiones Francorum iram timentes, Gundebaudo dederunt conſilium dicentes: Neptem tuam Regi Francorum da, & fiat inter te & eum firma amicitia. Tunc ille beatam Chrothildem Aureliano dedit cum regalibus ornamentis; quam ille acceptam duxit ad Flodoveum Regem in Franciam, in civitatem Sueſſonicam, quam Rex cum gaudio ſuſcepit, ſibique legaliter copulavit.

Chrothildis Regem hortatur ad idola abjuranda.

Ingomerem gignit, ac baptizatum amittit.

Chlodomiro periclitanti ſanitatem impetrat.

5. Cumque carnali more eam Rex ſecretius cubiculum introduxiſſet, beata Chrothildis dixit ei: Domine Rex, ancillam tuam audi, & quod peto concede mihi. Rex ait: Pete quod vis & ego do tibi. Regina ait, peto ut credas omnipotentem Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & idola quæ colis deſtruas, & Eccleſias quas ſuccendiſti reſtaures. Reſpondens Rex ait: Deos meos non derelinquam, & Deum tuum non colam; aliud ſi petieris facile impetrabis. Hæc omnia ejus diſpoſitione fiebant qui per mulierem fidelem ſalvat virum infidelem. Tunc Regina filium concepit, cui INGOMARAM nomen impoſuit: ornat Eccleſiam Regina felix cortinis & pretioſis palliis, jubet præparari baptiſmum, convocari Clerum & baptizari puerum: qui ſacro baptiſmate ablutus in albis eſt defunctus; pro quo Rex nimis contriſtatus Reginæ valde erat moleſtus. Dicebat enim quia ſi in nomine Deorum dedicaretur puer, utique vixiſſet. Reſpondit Regina: Deo gratias ago, qui filium egreſſum de corpore meo & tuo recepit in regno ſuo. Poſt hunc genuit alium quem baptizatum vocavit CHLODOMIRAM, & hic cum ægrotaret precibus matris ſuæ ſanatus eſt.

6. Regina vero non ceſſabat prædicare Regem ut Deum verum coleret, & idola vana quæ co-

a Hanc de Aureliano mendicum ſimulante narrationem, a Roricone aliiſque deſcriptam, inter fabulas rejicit Hadrianus Valeſius in lib. 5. Rerum Francic. Sic vero rem narrat Gregor. Turon. in lib. 2. Hiſt. cap. 28. *Porro Chlodoveus dum legationem in Burgundiam ſæpius mitteret, Chrothildis puella reperitur a legatis ejus. Qui cum eam vidiſſent elegantem atque ſapientem, & cognoviſſent quod de Regio eſſet genere, nunciaverunt hæc Chlodoveo Regi. Nec mora, ille ad Gundobaldum legationem dirigit, eam ſibi in matrimonio petens. Quod ille recuſare metuens, tradidit eam viris*, &c.

CIRCA AN 545

3. Junii.

Chlodoveus ab Alamannis preſſus, Chriſto fidem vovet, ac vincit.

Nota temporis.

colebat derelinqueret; ſed nullo modo animum ejus ad credendum commovere poterat, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos Suevoſque moveretur, in quo compulſus eſt confiteri quem ante negaverat. Pugnantibus vero Francis & Alamannis populus Flodovei cadere cœpit. Aurelianus hæc videns ait ad Regem: Domine Rex Deum cœli crede quem Regina colit, & liberabit te cum tuis a periculo imminenti, & victoriam dabit. Rex ergo elevatis ad cœlum oculis perfuſus lacrymis dixit: Te credo, JASU-CHRISTE, qui veniſti mundum ſalvare. Te Deum verum adoro, quæ colui reſpuo: libera me a præſenti periculo, ſervus enim tuus ſum ego. Cum hæc orans diceret, Alamanni in fugam verſi ſunt, eorumque Rege mortuo ſubdunt ſe Flodoveo. Rex vero eos terramque eorum conſtituit ſub tributo, & pro adepta victoria Deum laudans reverſus eſt in Franciam: narravitque Reginæ, qualiter per invocationem nominis JESU-CHRISTI victoriam meruit obtinere. Actum eſt hoc 15. *a* regni ſui anno.

Rex a S. Remigio Chriſtianis myſteriis imbuitur.

Prov. 8. 15.

Baptizatur.

7. Eo tempore magnus Sacerdos & Pontifex RAMIGIUS Cathedram Rhemenſis Eccleſiæ regebat ſtrenue. Hunc Regina accerſivit, deprecans ut oſtenderet Regi viam ſalutis. Tunc Pontifex ante Regem venit; quem honorifice ſuſcepit & ait: Audiam te libenter, beatiſſime Pater, & quod juſſeris exequar obedienter. B. Remigius reſpondens dixit ad Regem: Eſt Deus in cœlo Rex Regum & Dominus Dominorum, ipſe enim dixit, *Per me Reges regnant*. In quem ſi credere volueris, & ſacro baptiſmate ablutus fueris omnium peccatorum tuorum remiſſionem habebis, omnes inimicos tuos ſuperabis, & in futuro ſæculo cum eo ſine fine regnabis. Audiens Rex Flodoveus hæc verba ſancti Præſulis Remigii obortis lacrymis dixit: Deum credo, baptizari deſidero, per eum vivere & in eo mori cupio. Orat ſancta Regina Chrothildis indeſinenter Deum, expetit ſuppliciter ut eripiat Regem cum populo a laqueo diabolico, & ut purgetur baptiſmate ſacro, operante in eo Spiritu Sancto. Ornat præterea Eccleſiam cortinis & palliis & ceteris Eccleſiaſticis ornamentis. Venit novus Conſtantinus ad baptiſmum præcedente B. Remigio, ſubſequente beata Chrothilde hæc omnia Spiritu ſancto typice operante. Erat enim congruum ut veniente Rege Pagano ad baptiſmum præcederet S. Remigius vice Chriſti JESU, & ſubſequeretur ſancta Regina Chrothildis vice Eccleſiæ Deum interpellantis. Conſecrat Sanctus Præſul fontem; Rex indumentis corporalibus exuitur, & a prædicto Præſule baptizatur. Cumque chriſma defuiſſet, Dei nutu in ſpecie Columbæ venit Spiritus ſanctus portans duas ampullas *b* oleo & chriſmate plenas, quas B. Remigius devote ſuſcepit, Regemque more Eccleſiaſtico perunxit, vocavitque eum LUDOVICUM, quaſi laudabilem virum. Felix Gallia lætare & exulta, gratulare in Domino, delectare in Deo vero: tuus enim Rex primus a cœleſti Rege electus precibus ſanctæ Chrothildis Eccleſiæ typum gerentis a cultu dæmonum avulſus, prædicatione B. Remigii ad Deum converſus, & ab eo baptizatus chriſmate cœleſti per Spiritum ſanctum adlato carne eſt delibutus, a Divino amore corde ſpiritaliter perunctus. Cœpit ergo Rex conſilio beatæ Chrothildis fana deſtruere, Eccleſias ædificare, eaſque terris & muneribus copioſe ditare, pauperibus eleemoſynam largiter erogare, viduis & orphanis miſericorditer ſubvenire, cunctiſque bonis operibus ſedule & devote inſiſtere. Peperit ergo beata Chrothildis filium, cui in ſacro baptiſmate nomen impoſuit, eumque LOTHARIUM vocavit.

Chriſma de cœlo affertur.

Nomen Chlodoveo mutatur.

Chlodoveus Chriſtianis officiis vacat.

Regina Chlotharium parit.

Chlodoveus contra Arianos profecturus, S. Petri Eccleſiam conſtruit.

Chlodoveus moritur.

8. Poſt hæc Rex Ludovicus, qui & Flodoveus, veniens in civitatem Pariſius ait ad Reginam ſuam ſanctam Chrothildem: Incongruum eſt & indecens, quod Gothi Ariani optimam partem Galliæ tenent: cum Dei auxilio eamus, eoſque de ipſa terra ejiciamus. Placuit hoc conſilium Reginæ, univerſiſque Proceribus Galliæ. Tunc beata Chrothildis ad Regem dixit: Si vis, Domine Rex, regnum tuum terrenum dilatare, & in cœleſti regno cum Chriſto regnare, fac in hoc loco Eccleſiam in S. Petri Principis Apoſtolorum honore, ut eo auxiliante valeas tibi Arianam gentem ſubjugare, & eo præduce cum victoria redire. Placuit conſilium Regi quod Regina dedit. Tunc cum exercitu magno Rex perrexit, Regina Pariſius remanſit, Eccleſiamque ſanctorum Apoſtolorum ædificavit. Reverſuſque victoria adepta regnum Francorum ſtrenue rexit, Monaſteria plurima ædificavit, & ſicut a ſancto Remigio & a beata Chrothilde didicerat, vitam religioſam uſque ad mortem deduxit. Poſt hæc vero mortuus eſt Rex Ludovicus in pace anno quinto *c* poſtquam cum ALARICO Rege Gothorum pugnavit; regnavit quoque ſimul annis triginta, & ſepultus eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli quam ipſe vel Regina ædificaverant. A tranſitu S. Martini uſque ad tranſitum Ludovici Regis fuerunt anni centum duodecim.

Chrothildis Turonis degit.

Chlodovei filii regnum inter ſe partiuntur.

9. Regina Chrothildis poſt mortem Ludovici prædicti Regis frequenter ad Baſilicam Sancti Petri *d* ad civitatem Turonis pergebat, ibique bonis operibus in Dei ſervitio inſiſtebat: Pariſius civitatem raro veniebat. Igitur poſt mortem Ludovici Regis hi quatuor filii THAUDARICUS, CHLODOMARUS, CHILDEBERTUS, & CHLOTHARIUS regnum ejus inter ſe diviſerunt æqualiter. Præterea ſancta CHROTHILDIS Regina filiam habebat æquivocam ſibi

---

a Nempe anno Chriſti 496. apud Tulbiacum, vernacule *Zulch*, in finibus Agrippinenſium.

b Nullus extabat, opinor, memoriæ dorum ampullarum. Nam Hincmarus, quo antiquiorem hujus miraculi ſcriptorem non habemus, teſtatur in vita S. Remigii *Columbam attuliſſe ampullam chriſmate ſancto plenam*.

c Hunc calculum iſtius vitæ ſcriptor mutuatus eſt ex Gregorio Turon. in lib. 2. Hiſtor. cap. 43. de quo calculo, præcipue e tranſitu S. Martini, non levis difficultas. Chlodoveum anno Chriſti 511. obiiſſe, receptior hodie ſententia eſt.

d Gregorius Turon. in loco mox citato habet, *ad Baſilicam S. Martini*.

ſibi nomine Chrothildem, quam Almarico Gothorum Regi in conjugium dedit: qui eam CIRCA AN. 545
exoſam in tantum habebat propter fidem Catholicam qua pollebat, & ipſe hæreſi Ariana
pollutus erat, ut dum ipſa ad Eccleſiam iret, ſtercora ſuper eam projiceret: quam acerri- 3. Junii.
mis verberibus afficiebat, ſed nullo modo eam a fide Catholica avellere valebat. Ipſa vero
legationem mittens fratribus ſuis & matri, qualiter ſe haberet mandavit. Qui in ira com- Bellum
moti movant exercitum magnum, pugnam cum Almarico ineunt. Almaricus vero Rex A- adverſus
rianus cum ſuis in fugam verſus ad Eccleſiam Chriſtianorum fugere nitebatur. Sed antequam Almari-
ad introitum Eccleſiæ perveniſſet, a quodam Francigena lancea percuſſus, crudeliter, ut di- cum ge-
gnum erat, eſt peremptus. Tunc Childebertus Rex Hiſpaniam devaſtans. Toletum urbem runt, anno 531.
ingreſſus theſauros magnos inde abſtulit, una cum ſorore ſua reverſus eſt. Sed neſcio quo pe-
riculo imminente languore in ipſo itinere eſt mortua, Pariſius deportata in Baſilica S. Petri Almarico
juxta patrem ſuum eſt ſepulta. Childebertus vero inter reliquos theſauros de vaſis Salomo- occiſo Tole-
nis pretioſiſſimis ſexaginta calices *a*, quindecim patenas, viginti capſas Evangeliorum ex au- tum diripi-
ro puriſſimo gemmario opere cælatas pulchre ornatas abſtulit. Ille vero noluit ea confringe- tur.
re, totaque per Eccleſias diſpenſavit diſtribuens cuncta Eccleſiis. Chrothildis junior moritur.

10. Eo tempore cum Chrothildis Regina Pariſius reſideret, videns Childebertus Rex, quod
filios fratris ſui ſenioris Chlodomiri præfata Regina mater ipſius nutriret, & nimis eos Childe-
diligeret, cogitans quod Reges eos facere cogitaret, dixit Chlothario fratri ſuo: Mater no- bertus &
ſtra filios fratris noſtri ſecum retinet & tenere diligit eos, atque in regno fratris noſtri vult Chlotha-
elevare: aut tondeamus eos aut interficiamus, regnumque fratris noſtri patris eorum inter rius de ne-
nos dividamus. Miſerunt autem ad Reginam Pariſius Archadium nobilem virum doloſe potum nece tractant
dicentes: Dic matri noſtræ Reginæ, ut mittat ad nos filios fratris noſtri nepotes noſtros, ut
eos Reges conſtituamus. At illa credens hoc verum eſſe, gaudens ipſos eis tranſmiſit. Chlo-
tarius vero duos eorum interfecit, tertius ergo aufugit nomine Chlodoaldus, & relicto Solus
ſæculo Clericus factus, Presbyter ordinatus, bonis operibus præditus, virtutibus plenus in Chlodoal-
villa Novigento quæ proxima eſt civitati Pariſiacæ migravit ad Dominum 7. Idus Septemb. dus evadit.
Sancta vero Chrothildis Regina corpora duorum puerorum qui interfecti fuerant cum magno V. Vitam
pſallentio & immenſo luctu Pariſius deportavit, & nimio mœrore attrita in Baſilica Apoſto- infra.
lorum quam ipſa ædificaverat ſepelivit.

11. Nemo æſtimet hanc ſanctam ante ſæcula a Deo electam, & in ſæculo regali proſapia
ortam, & faſtigio regni ſublimatam, expertem a martyrio ſine igne & ferro, quæ dolores
& tormenta paſſa eſt in hoc ſæculo: pertranſivit enim gladius animam ipſius in interfectione
patris, in necatione matris, in exiliatione ſororis, in eo quod Regi pagano nupſit: corda
gentis paganæ & ferociſſimæ ſcilicet Franciæ blanditiis emollivit, & ſanctis exhortationibus
& orationibus ſedulis per B. Remigium ad Deum convertit. Quanto dolore attrita eſt pro
morte Regis & filiæ ſuæ Chrothildis, & filiorum filii ſui Chlodomiri? quanta inedia, qui- Chrothil-
buſque jejuniis, vigiliis & orationibus & contritione corporis ſe ipſam mactavit? quanta lar- dis marty-
gitatis copia & eleemoſynarum diſtributione theſaurum Regis minuit? nam quæ antea regio rii haud
more pretioſis & deauratis veſtibus erat trabeata, poſtea laneis & viliſſimis veſtibus induta experſ.
incedebat, & abjectis cibis regiis & delicioſis atque edulio carnis, tantummodo pane & legu- Ejus virtu-
mine & potu aquæ reficiebatur. Ædificavit præterea multa ſanctorum Monaſteria per regio- tes.
nes plurimas, e quibus unum ædificavit in honore Petri Apoſtoli in ſuburbano Turonicæ ci- Monaſteria
vitatis ante portam Caſtelli B. Martini *b*. Fecit & aliud Monaſterium ſuper fluvium Sequanæ ædificavit.
in loco qui dicitur * Andelejus, non longe a muris civitatis Rotomagenſis in nomine Dei * Andely
Genitricis. Quo in loco dum maneret, & prædictum opus inciperet *, minime abſconden- nunc Decanatus.
dum ſed fidelibus manifeſtandum. * aliquid deeſt.

12. Regio illa vini ferax non eſt, operarii tamen præfati Monaſterii a Regina vinum exi-
gebant. Erat enim tempore illo tanta vini ſterilitas, quanta numquam audita fuerat. Qua
de re dum ſancta Chrothildis anxiaretur, apparuit prope Monaſterii ædificium fons egrediens
de terra miræ pulchritudinis, viſu delectabilis, ad potandum ſalubris; dictumque eſt Beatæ Miraculum
Chrothildi in ſomnis, ut dum ab ea quærerent potum vini ædificatores Monaſterii, mitteret de fonte
illis per unam famularum ſuarum poculum a prædicta fonte hauſtum. Die vero ſequenti, Rotomagenſi.
ut eſt natura æſtivi temporis, dum ſol ferveret æſtu maximi caloris, operarii vociferant, ſan-
ctam Chrothildem proclamant, vinum expoſtulant. Sancta Dei famula celeriter eis mittit
poculum, quod ei fuerat a Deo imperatum. Mox illi ut ſumpſerunt, aqua converſa eſt in
vinum & dixerunt ſe numquam tam optimum bibiſſe vinum. Quo ſumpto ſanctam Dei fa-
mulam adeunt, cervices ſolo tenus flectunt, grates gratulando referunt, ſe numquam tam
bonum poculum ſumpſiſſe dicunt. Electa vero Dei hoc ut audivit, non ſuis meritis, ſed Dei
bonitati deputavit, ſilentio texit, famulæque detulit, ut nulli proderet imperavit. Quicum-
que vero de prædicto fonte bibebat, aquam ſentiebat: Ædificatores autem Monaſterii quoties
ſumpſerunt, ei vertebatur in vinum donec conſummaretur totum Monaſterii ædificium: quo
finito permanet iſdem fons in naturalem aquæ ſaporem uſque in hodiernum diem.

13. Ædificavit præterea in ſuburbio Lauduni Caſtri Eccleſiam in honore ſancti Petri, in qua
con-

---

a In vita S. Droctovei Abbatis num. 9. legitur, *triginta calices*.

b Nunc Collegium Canonicorum intra muros urbis, retento nomine S. Petri Puellarum, vulgo *S. Pierre des Puilliers*.

CIRCA AN. 545 3. Junii.

Eccleſia Laudunenſis. In Eccleſia S. Petri Rhemenſis. Chlodoveus baptizatus. Monaſterium Rotomagenſe.

congregationem Clericorum ſtatuit. Eccleſiam vero S. Petri quæ eſt infra muros urbis Rhemenſis ampliavit & ditavit terris & Eccleſiaſticis ornamentis. Hanc itaque Eccleſiam cunctis diebus quibus advixit, multum dilexit & excoluit: pro eo quod vir ſuus Rex Ludovicus in ea ſancti baptiſmatis gratiam accepit *a*, & Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ chriſma & oleum ibi detulit. Renovavit etiam ab ipſis ſundamentis quoddam miræ magnitudinis Monaſterium *b* quod in ſuburbio Rotomagenſis civitatis prope muros ejuſdem urbis tempore B. Dionyſii ibi ædificatum fuit, & ab eodem Apoſtolico viro dedicatum in nomine duodecim Apoſtolorum die Kalendarum Septembris, ſicut in quadam petra quæ erat in fundamento altaris repoſita ſculptum erat: ibi etenim adgregavit non modicam congregationem Clericorum Deo ſervientium *c*.

*Obitum imminentem præſenſit. Filios ad ſe vocat. Oleum ſacrum & Euchariſtiam recipit. * Jacob. 5. 14. Obitus dies. Claritas & fragrantia in loco ubi obiit.*

14. His & aliis ſanctis operibus referta ſancta Chrothildis olim Regina, tunc pauperum & ſervorum Dei famula, deſpiciens mundum & corde diligens Deum conſenuit in ſenectute bona, a Chriſto receptura præmia ſine fine manſura. Contigit itaque eam ad Turonicam urbem pergere, in qua pro dilectione S. Martini ſæpius manere ſolebat. Ubi dum moraretur, didicit Angelica revelatione in proximo adeſſe diem vocationis ſuæ. Tunc exultans in Deo orabat corde, dicens devote: Ad te Domine levavi animam meam, veni & eripe me, Domine ad te confugi. Hinc corporali ægritudine gravata lecto decubuit, tamen ab oratione & eleemoſynarum largitione nullo modo ceſſavit. Sed quid daret Chriſti pauperibus non habebat, quia regium theſaurum minuerat, & per manus pauperum ad cœlos tranſmiſerat. Miſit ergo nuntium ad filios ſuos Childebertum & Chlotarium jubens eos ad ſe venire: qui mox ut audierunt, celeriter advenerunt. Quibus ſancta Dei famula plurima quæ eis poſtea evenerunt, prædixit, ſicut ei divinitus revelatum fuit. Triceſimo itaque die vocationis ſuæ, ſecundum Apoſtolum * inuncta a Sacerdotibus oleo ſancto, & ſacri corporis & ſanguinis Chriſti percepto viatico, in confeſſione Sanctæ Trinitatis corpus exuit, mundum reliquit, cujus anima Angelicis manibus ad cœlum deducta, inter choros ſanctorum agminum eſt collocata. Exivit autem a corpore tertio nonas Junii, qua migrante tam immenſa claritas domum replevit, ac ſi eſſet ſexta hora diei; tantuſque odor nares & ora replevit, ut putarent ſe timiamatis & omnium aromatum odoribus conſoveri. Hæc claritas & odor tamdiu ibi permanſit, donec dies inluceſceret, & ſol ſuper terram clariſſime luceret. Tunc a duobus Regibus filiis ſuis CHILDEBERTO & CHLOTARIO a Turonis tranſlata & Pariſius deportata, in Baſilica Apoſtolorum Petri & Pauli juxta Regem *d* LUDOVICUM eſt ſepulta: in qua etiam Baſilica requieſcit corpus S. GENOVEFAE Virginis. Dignum namque eſt ut Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum nomine dedicata decoretur tantæ Virginis corpore, membriſque Reginæ tam glorioſæ & Viduæ tam devotæ Romanorum Imperatorum matris & Regum Francorum genitricis ad laudem & gloriam Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, cujus regnum & imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

AN. CHR. 549 5. Mart.

DE S. HERCULANO
EPISCOPO PERUSINO.

Ex Gregorio Magno *in lib. 3. Dial. cap. 13.*

Herculanus ex Monacho Epiſcopus.

1. NUPER quoque FLORIDUS Venerabilis Vitæ Epiſcopus *e* narravit quoddam memorabile valde miraculum, dicens: Vir Sanctiſſimus HERCULANUS nutritor meus, Peruſinæ civitatis Epiſcopus fuit, ex converſatione Monaſterii ad Sacerdotalis Ordinis gratiam deductus. TOTILAE autem perfidi Regis temporibus eamdem urbem annis ſeptem continuis Gothorum exercitus obſedit, ex qua multi civium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero ſeptimo necdum finito obſeſſam urbem Gothorum exercitus intravit *f*.

Totila ferale edictum.

2. Tunc Comes qui eidem exercitui præerat, ad Regem Totilam nuncios miſit, exquirens quid

---

a Chlodoveum in Oratorio S. Petri (quod nunc Parœcia S. Petri veteris appellatur) tinctum fuiſſe negant permulti, præferuntque Hincmari ac Flodoardi ſententiam, qui Chlodoveum quidem in præfato Oratorio a B. Remigio ſalutaribus monitis imbutum ſcribunt, baptizatum vero in Baptiſterio Matricis Eccleſiæ, quæ Virgini Deiparæ hodieque ſacra eſt. Vide doctiſſimum Guillelmum Marlot Benedictinum in lib. 2. Metropolis Rhemenſ. cap. 7.

b Nunc S. Audoeni Monaſterium appellatur, vulgo *S. Ouen.*

c De S. Chrothilde in Vita S. Bathildis hæc leguntur. *Eccleſiam in honorem S. Petri ubi religio Monaſticæ Ordinis vigeret, Pariſius fecit, nec non Cœnobium ſacrarum Virginum in honore S. Georgii in Kala prima conſtruxit.* Ergo in S. Petri Pariſienſis Baſilica ante Canonicos Monachi primum fuere collocati, ut Hadrianus Valeſius Diſceptat. de Baſilicis cap. 4. erudite probavit.

d De S. Chrothildis obitu ita ſcribit Gregorius Turon. in lib. 3. Hiſt. cap. 43. *Plena dierum,boniſque operibus prædita, apud urbem Turonicam obiit tempore Injurioſi Epiſcopi*: proinde ante annum 546. quo Injurioſus obiiſſe videtur. Ejuſdem S. Reginæ Reliquiæ in Eccleſia S. Genovefæ decenter, ut par eſt, aſſervantur. Dicitur hæc *Romanorum Imperatorum mater*, quod ex Chlodovei ſemine Carolovingorum ſtirps propagata ſit. Non conſtat an fuerit Monialis, immo neutiquam fuiſſe videtur.

e Floridus Tifernas Epiſcopus, de quo Gregorius in lib. 3. Dial. cap. 35.

f Procopius Peruſiam a Totila captis expugnatam ſcribit in lib. 3. anno 14. Belli Gothici, qui anno Chriſti 549 reſpondet.

CIRCA AN. 549
1. Martii.

quid de Epiſcopo vel populo fieri joberet. Cui illo præcepit, dicens : Epiſcopo prius a vertice uſque ad calcaneum corrigiam tolle, & tunc caput illius amputa: omnem vero populum qui illic inventus eſt, gladio extingue. Tunc iſdem Comes venerabilem virum Herculanum Epiſcopum ſuper urbis murum deductum capite truncavit, ejuſque cutem jam mortui a vertice uſque ad calcaneum incidit, ut ax ejus corpore corrigia ſublata videretur, moxque corpus illius extra murum projecis. Tunc quidam humanitatis pietate compulſi, abſciſſum caput cervici adponentes, cum uno parvulo infante qui illic extinctus invensus eſt, juxta murum corpus Epiſcopi ſepulturæ tradiderunt.

Herculano caput abſcinditur.

3. Cumque poſt eamdem cædem die quadrageſimo Rea Totila juſſiſſet, ut cives illius urbis qui quolibes diſperſi eſſent, ad eamdem ſine aliqua trepidatione remearent, hi qui prius famem fugesant, vivendi licentia accepta reverſi ſunt. Sed cujus vitæ Epiſcopus eorum fuerat memores, ubi ſepultum eſſet corpus illius quæſierunt, ut hoc juxta honorem debitum in Eccleſia B. Petri Apoſtoli humarent *a*. Cumque itum eſſet ad ſepulchsum, effoſſa terra invenerunt curpus pueri pariter humati, utpote jam quadrageſimo die, tabe cosruptum & vermibus plenum : corpus vero Epiſcopi acſi die eodem eſſet ſepultum. Es quod eſt adhuc magna admiratione veneraodum, quia ita caput ejus unitum fuerat cospori, acſi nequaquam fuiſſes abſciſſum, ſic videlicet ut nulla veſtigia ſectionis apparerent. Cumque hoc & in terga vestetent, exquirentes ſi quod ſignum vel de alia monſtrati inciſione potuiſſet, ita ſanum uſque intemerasum omne corpus inventum eſt, acſi nulla hoc inciſio ferri tetigiſſet.

Corpus ejus 40. poſt diebus integrum reperitur.

Patrus. Quis non obſtupeſcat talia ſigna mortuotum quæ fiunt pro excitatione viventium?

DE S. HONORATO
ABBATE FUNDENSI.

CIRCA AN. 550
16. Januar.

Ex Gregorio Magno *in lib.* 1. *Dial. cap.* 1.

1. SENIORUM valde venerabilium didici relatione quod narro. Vanantii quondam Patricii in Samnii partibus villa fuis, in qua colonus ejus filium Hunuratum nomine habois, qui ab annis puerilibus ad amorem cœleſtis patriæ per abſtinentiam exarſis. Cumque tam magna converſatione polleres, ſe ſeque jam ab otioſo quoque ſermone reſtringeret, multumque, us præfatus ſum, per abſtinenriam carnem domarer : die quadam parentes illius vicinis ſuis convivium fecerunt, in quo ad veſcendum carnes paratæ ſunt : quas dum ille ad eſum contingere pro abſtinentiæ amore secuſaret, cœperunt ei parentes ejus irridere ac dicere : Comede, numquid piſcem tibi in his montibus allaturi ſumus? Illo vero in loco audiri piſces conſueverans, non videri. Sed cum his ſermonibus Honoratus irrideretur, repense in convivio aqua ad miniſterium defuit, cum ſitula lignea (ſicut illic moris eſt) mancipium ad fontem perrexit. Dumque hauritet aquam, piſcis ſitulam iotravis, reverſumque mancipium ante ora diſcumbentium piſcem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum potuiſſes Honotato ſufficere. Mirati omnes, totaque illa parentum lsriſio ceſſavit. Cœpere namque in Honosato venerari abſtinentiam, quam ante deridebant : ſicque a Dei homine iſsiſionis deterſit opprobria piſcis allatus de fonte.

Honorati patria.
Abſtinentia irriſa.
Miraculo honorata.

2. Qui cum magnis virtutibus creſceret, a prædicto domino ſuo libertate donatus eſt, atque in eo loco qui Fundis dicitus, Monaſterium *b* conſtruait, in quo ducentorum ferme Monachorum Pater extitit, ibique vita illius circumquaque exempla eximiæ converſationis dedit. Nam quadam die ex eo monte, qui ejus Monaſterio in excelſum prominet, ingentis ſaxi moles erupta eſt, quæ per devexum montis latus veniens, totius ruinam Cellæ omniumque Fratrum minatat. Quam cum venientem deſuper Sanctus vidiſſet, frequenti voce Chriſti nomen invocans, extenſa mox dextera ſignum ei Crucis oppoſuis, eamque in ipſo devexi monsis latere cadentem fixit, ſicut religioſus vir Laurantsus perhibet. Et quia locus non fuerat quo inhærere potuiſſet, aſpicitur : ita ut nunc uſque montem cernentibus caſura pendere videasor.

Monaſterium conſtruit.
Saxi lapſum reprimit.

3. Petrus. Putamus hic tam egsegius vir, ut poſt magiſter diſcipulosum fuerit, prius habuit magiſtrum.

Gregorius. Nequaquam hunc fuiſſe cujuſquam diſcipulum audivi : ſed lege non ſtringitur ſancti Spiritus donum. Uſus quidem ſectæ converſationis eſt, ut præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit, nec obedientiam ſubjectis imperet, quam Prælatis non novis exhibere. Sed tamen ſunt nonnumquam qui ita per magiſtesium Spiritus intrioſecus docensur, ut etſi eis exterius humani magiſterii diſciplina deſit, magiſtri intimi cenſura non deſit.

Neminem vitæ ſpiritualis ducem habuit.

a Cum S. Præſulis corpus in ea Eccleſia diu multis variiſque miraculis fulgens jacuiſſet, tandem in Cathedralem Eccleſiam tranſlatum eſt.

b Galeſinius in Samnio procul a Fundo, quæ Latii Epiſcopalis civitas eſt, locat hoc Monaſterium, quod Gregorius in Campania ſtatuere videtur in lib. 2. Dial. cap. 2. at Baronius in Martyrol. ad diem 16. Januar. locum *Fundis* appellatum a Fundo civitate non diſtinguis.

CIRCA AN. 550 26. Januar. Quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exemplum non eſt trahenda: ne dum ſe quiſque ſimiliter ſancto Spiritu impletum præſumit, diſcipulus hominis eſſe deſpiciat, & magiſter erroris fiat. Mens autem quæ divino ſpiritu impletur, habet evidentiſſime ſigna ſua, virtutes ſcilicet & humilitatem: quæ ſi utraque in una mente perfecte conveniunt, liquet quod
In hoc non a quovis ſectandus. de præſentia ſancti Spiritus teſtimonium ferunt. Sic quippe etiam Joannes Baptiſta magiſtrum habuiſſe non legitur, neque ipſa Veritas quæ præſentia corporali Apoſtolos docuit, eum corporaliter inter diſcipulos aggregavit: ſed quem intrinſecus docebat, extrinſecus quaſi in ſua libertate reliquerat. Sic Moyſes in eremo edoctus, ab Angelo mandatum didicit, quod per hominem non cognovit. Sed hæc, ut prædiximus, infirmis veneranda ſunt, non imitanda.

ex cap. 2. 4. Alio quoque tempore pro cauſa Monaſterii Abbatis juſſu, qui Honorato ejus magiſtro ſucceſſerat, Ravennam pergebat. Pro amore vero ejuſdem venerabilis HONORATI quocumque
Libertinus Honorati Reliquiis, quas ſemper deferebat mortuum ſuſcitat. LIBERTINUS ibat, ejus ſemper caligulam *a* in ſinu portare conſueverat. Itaque dum pergeret, accidit ut quædam mulier extincti filii corpuſculum ferret. Quæ dum ſervum Dei eſſet intuita, amore filii ſuccenſa jumentum ejus per frænum tenuit, atque cum juramento dixit: Nullatenus recedes, niſi filium meum ſuſcitaveris. At ille inuſitatum habens tale miraculum, expavit petitionis illius juramentum: declinare mulierem voluit, ſed nequaquam prævalens hæſit animo. Conſiderare libet, quale quantumque in ejus pectore certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat inter ſe humilitas converſationis & pietas matris. Timor, ne inuſitata præſumeret; dolor, ne orbatæ mulieri non ſubveniret. Sed ad majorem Dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quod ideo fuit validum quia devictum: virtutis enim pectus non eſſet, ſi hoc pietas non viciſſet. Itaque deſcendit, genuflexit, ad cœlum manus tetendit, Caligulam de ſinu protulit, & ſuper extincti pueri pectus poſuit. Quo orante anima pueri ad corpus rediit, quem manu comprehendit, & flenti matri viventem reddidit, atque iter quod cœperat peregit.

5. PETRUS. Quidnam hoc eſſe dicimus? Virtutem tanti miraculi HONORATI egit meritum, an petitio LIBERTINI?

GREGORIUS. In oſtenſione tam admirabilis ſigni cum fide feminæ virtus convenit utrorumque, atque ideo LIBERTINUM exiſtimo iſta potuiſſe, quia plus didicerat de magiſtri, quam de ſua virtute confidere. Cujus enim caligulam in pectore extincti corpuſculi poſuit, ejus nimirum animam obtinere quod petebat æſtimavit. Nam Heliſæus magiſtri quoque pallium ferens atque ad Jordanem veniens, percuſſit ſemel & aquas minime diviſit: ſed cum repente diceret, ubi eſt etiam nunc Deus Heliæ? percuſſit fluvium magiſtri pallio, & iter inter aquas fecit. Perpendis Petre, quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet? Tunc exhibere magiſtri virtutem potuit, quando magiſtri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem ſub magiſtro rediit, quod magiſter fecerat, & ipſe fecit.

CIRCA AN. 550 27. Jan.

VITA S. MARII ABBATIS BODANENSIS.

Scripta primum a Dynamio Patricio Galliarum, de quo agit Gregorius Turon. in lib. 6. capp. 7. & 11. deinde vero a quodam anonymo abbreviata, ut ex n. 10. colligitur.

Ex MS. Breviario eruta a Bollando.

1. CUM Dominus noſter JESUS-CHRISTUS in primordio noſtræ vocationis humanis pectoribus fidei fundamenta jeciſſet, ejuſdem fidei ſeges S. Spiritus immiſſione, per univerſum mundum longe lateque excreviſſet; Chriſtianorum Religio Sanctorum actus memorabiles duabus ex cauſis ſcripto commendare conſuevit;
Cur ſcribantur vitæ SS. ut videlicet chorus fidelium eoſdem actus in feſtis annalibus audiens recitari gaudeat, lætetur, & creſcat: & minus perfecti eorumdem actuum exemplis inflammati, ad bene operandum ſtudeant inſudare.

S. Marius fit Monachus, dein Abbas Bodanenſis. 2. Sanctus itaque MARIUS (cujus facta fidelia pro modulo noſtræ capacitatis narranda ingredimur) mediocri parentela genitus, civis Aurelianenſis fuit. Hic in Monaſterio quod ibidem eſt *b*, factus Monachus, ab ineunte ætate monachalibus doctrinis eruditus puer, & factus juvenis, bene operando Deo ſtuduit militare. Cum autem in præfato Monaſterio, ſicut lilium inter ligna ſilvarum, inter fratres moribus vita clareſceret, GUNDOBADI *c* Burgun-

---

a Bollandus ex verſione Zachariæ qui καλλίγιον vertit, *Crepidam* in hoc loco intelligendam putat.

b Vel Miciacenſe intellige Cœnabium, quod primum apud Aurelium conditum videtur; vel S. Aniani.

c Gundobadus Burgundionum Rex Gundioco natus, regnum cum fratribus partitus eſt anno 473. quod ipſe extinctis fratribus Chilperico Chrothildis patre, Godomaro & Godegiſilo ad annum uſque 509. prorogavit. Ergo ante hunc annum Marius factus eſt Abbas Bodanenſis, Gallice *Bevon*, diœceſis Siſtaricenſis, *Siſteron*, in Provincia Galliarum. Honoratus Bouche in lib. 4. Hiſtoriæ Provinciæ cap. 4. teſtatur, locum quemdam diœceſis Siſtaricenſis prope Comitatum Saltus (vulgo *do Saut*) ab incolis dictum Vallem Badonenſem, vernacule *Baudonnoiſe*; quo in loco Monaſterium Bodanenſe antiquitus ſitum fuiſſe arbitratur. De hujus Cœnobii deſtructione infra.

gundiorum Principis conſenſu a Fratribus Bodanenſis Cœnobii, quod eſt ſitum in Siſtaricenſi Epiſcopatu, in Patrem eligitur: cujus electio JOANNIS, qui tunc Siſtaricenſi Eccleſiæ præerat, auctoritate roboratur: Divina hoc providente & ſavente clementia, ut qui bene ſe rexerat, aliis, quibus regimen neceſſarium erat, præficeretur. Quid plura? ad jam dictum Monaſterium adducitur, & a ſuo Pontifice in Abbatem communi Fratrum voluntate conſecratur.

CIRCA AN. 550
27. Januar.

3. Conſecratus autem ita ſuæ dignitatis officium amplexatus eſt, ut quotidie filios ſpirituales, vitæ venerabilis exemplo generaret, & eoſdem doctrinis cœleſtibus eruditos mirabiliter educaret. Erat enim hominem exteriorem jejuniis & vigiliis affligens, interiorem aſſidua reficiens orationibus: in utroque manſuetus & humilis, in utroque laudabilis & perfectus. Hic dum quodam tempore pro regendis negotiis ſui Monaſterii ad alias partes ſecederet, contigit ut in agro * Alegarnenſi, a quodam viro illuſtri AGRICOLA hoſpitio ſuſciperetur, cujus filiam SISAGRIAM nomine, quæ ſere mortua erat, ejuſdem hoſpitis precibus baptizavit & baptizatam ſuis orationibus vitæ & priſtinæ ſanitati reſtituit. Cum vero peractis negotiis, pro quibus perrexerat, ad Monaſterium rediret, quædam Matrona nobilis, quæ LICINIA vocabatur, excepit illum in domum ſuam, cujus filius adeo infirmabatur, ut memorata mulier & amici de ſalute ejus deſperarent. Rogatus a matre ſenex infirmum viſitat, ſuper eum orat, oleo ſancto eum perungit. O mira virtutis cum Confeſſore orante celeritas! Dum enim infirmus perungitur, optata ſanitas ex inſperato revertitur, & infirmitas abjecta fugatur. Sicque factum eſt ut hoſpitam, quam triſtem invenerat, lætam cum filio ad Monaſterium rediens relinqueret.

Sanctiſſime ſuos regit.

Ab infirmitate plures liberat.

* Arvernenſi.

4. Cum autem, ut mos eſt Religioſorum, in Quadrageſima vir Dei in Cella retruſus parcius ſolito viveret, LUCRETIUS * Dienſis Epiſcopus ad eum viſitandum aſſidue veniebat: tum quia ejuſdem viri Dei Monachus fuerat & nutricius, eumque patris loco venerabatur & colebat; tum quia ejus dulcibus alloquiis ſemper refici appetebat. Una itaque dierum cum ad oſtium ejus cellæ pulſaret Antiſtes, audivit ab eo ut recederet, poſt diem tertium rediturus, & in illo ſpatio nullus ei victum nulluſque acceſſum præberet. Receſſit Pontifex, & poſt triduum revertens ad virum Dei eſt ingreſſus. Cui vir Dei: Ductus fui in ſpiritu, vidique cœlos apertos, & majeſtatem Dei, cujus claritatis ſplendorem mei mortales oculi vix poterant ſuſtinere: vidique Beatam Virginem & Dei Genitricem MARIAM, cum Angelis ad ejus veſtigia proſtratam, pro pace Italiæ ſupplicantem. Sed divina pietas ita temperavit reſponſum, ut nec Matrem petentem offenderet; quod autem Italia & multæ aliæ provinciæ indeclinabilem interitum mererentur, reſpondit. Hæc mihi a Deo revelata, tibi ſtudui revelare, te adjurans ex parte Dei & mea, quatenus iſta, quæ audiſti, me vivente nulli revelare præſumas. Poſtquam autem ejuſdem viri corpus Pontifex memoratus ſepelivit, & nos ejuſdem viſionis effectum novimus, qui Bodanenſe Cœnobium, & multa alia loca ſævarum gentium feritate ſubverſa fuiſſe minime dubitamus.

Mos Religioſorum Quadrageſimæ tempore in Cella recludi.

* Die.

Prædicit cladem Italiæ.

5. Alio quoque tempore viro Dei placuit, ut cauſa orationis Sancti Martini Turonenſis limina viſitaret. Cumque ipſa nocte vigiliarum in civitate Turonica dormiret, caballum qui de Cella ejus erat, latro quidam furto ſubripuit; ſed virtus divina ſic latronem meritis jam dicti viri Dei obſedit, ut per totam noctem plateas civitatis rimando quæreret, nulluſque ei de civitate pateret egreſſus. Facto mane vir Dei latronem prævenit & caballum recuperavit. Et licet latro præventus pœnam corporalem meruiſſet, ex inſita manſuetudine liberum abire permiſit. Simili miraculo in urbe Lugdunenſi ſuas equitaturas vice alia recuperavit.

Varia miracula.

6. Illud etiam non eſt prætermittendum, quod quodam tempore quidam NAMPHIDIUS cum Senatore AGRICOLA Sanctum Marium comitantes, cauſa orationis Pariſius ibant, ut Sancti Dionyſii limina viſitarent. In quo itinere Nemphidius viri ſanctitatem cognoſcens, & de ea mente integra confidens, eum rogavit, ut ejus precibus filium habere mereretur. Negat ſanctus, aſſerens humiliter ſe tanti meriti non eſſe, ut per eum quod petebat Nemphidius poſſet obtinere. Licet autem, ut juſtorum mos eſt, tantæ petitioni ſe ſavere nequaquam poſſe ſimpliciter affirmaret; poſt triduum tamen memorato Nemphidio filium certo tempore naſciturum prædixit. Quod autem ſanctus in hoc verus Propheta fuerit, EVODIUS promiſſo tempore Nemphidio natus oſtendit.

S. Dionyſii limina viſitans, cuidam filium impetrat.

7. Illud etiam dignum duximus annectendum, quod antequam de civitate illa egrederetur, non ſine ſuorum mœſtitia, multum cœperit infirmari. Nocte igitur inſequenti membra languore ſere præmortua lecto collocavit: ſed in ipſo noctis ſpatio, ſic divina ei ſubvenit clementia, ut ſummo mane lætus & incolumis ſurgeret, & ſocios ad iter agendum hortaretur. Cum autem omnes qui aderant de ejus ſubita valetudine mirarentur, ait: Sanctus Dionyſius in illa nocte ad me venit, me tetigit, & ſui præſentia me priſtinæ ſanitati reſtituit. Cum itaque, ut diximus, factus incolumis ad Monaſterium rediret, quidam paterfamilias eum ſuſcepit hoſpitio. Tempore opportuno vir Dei ad menſam acceſſit, ſedit, allatumque panem more ſolito benedixit. Cum autem quidam aſſidentium de pane benedicto cani quem amabat, jactaſſet; ſtatim ut canis panem, quem acceperat, viſus eſt in corpus trajicere, vitam amiſit. Indignum quippe erat ut canis pane illo reficeretur, quem dextera Sacerdotis ſanctificaverat.

A S. Dionyſio ſanatur.

Canis panem ab eo benedictum vorans moritur.

8. Alio quoque tempore dum ad quoſdam Eccleſiæ filios viſitandus accederet, canis quæ ca-

CIRCA AN. 550 27. Januar.

catulos habebat, ſubito cappulam ejus ſcidit. Cum vero Dei famulus pro hac re vultum parumper inclinaſſet, duo lupi ejus injuriæ ultores canem ipſam rapuerunt, & raptam ſuis paſtibus deſtinantes ad ſilvam teſte populo perduxerunt. Si quis autem non credit, quod aliquando ſilveſtres beſtiæ, ferocitate depoſita, Juſtorum utilitatibus noverunt famulari, audiat Paulo primo Eremitæ leones ſepulturam feciſſe, & S. Mariæ Ægyptiacæ: audiat, & in omnibus laudet Dominum, miretur, & credat.

Marius a pluvia intactus manet.

9. Aliud etiam ſupradictis adjiciendum eſſe cenſuimus; quod quoties ſervus Dei in area dubia aut ſegetum ſpicas triturandas ſtravit, aut in quolibet itinere ad menſam ſub aperto aere ſedit, numquam illum pluviarum inundatio moleſtavit, numquam impedivit. Si namque Deus nimborum impetus ubicumque ruentes meritis & virtute ſancti Confeſſoris refrenavit, ut cum alios euntes & redeuntes, eorumque labores ſuis inundationibus indifferenter humectarent, virum Dei ejuſque ſocios illæſos, & ejuſdem areas intactas pertranſirent. Nec mirum ſi nubium infuſionem fugare potuit, qui vitiorum tenebroſam caliginem a primo flore juventutis in ſe ſtuduit enervare. Tantæ ſiquidem virtutis & ſanctitatis erat, ut per eum Dominus cæcis viſum redderet, ſurdis auditum reſtauraret, infirmos priſtinæ ſanitati reformaret. Quamdam etiam maligni ſpiritus infeſtatione captivam per eum orantem Dominus liberavit.

S. Donati mortem prædicit.

10. Illud autem memorabile prædictis eſt inſerendum, quod cujuſdam DONATI *a* ſervi Dei tranſitum, abſens corpore, præſens ſpiritu, cognovit, & cognitum Fratribus cum lacrymis publicavit. Quidam autem ex his qui aderant, probare volens, utrum viri Dei viſio veritate niteretur, miſit ad locum, in quo jam dictus Donatus Deo militaverat; & legati aſſertionibus, ut vir Dei prædixerat, ita eſſe invenit. Hæc quæ audiſtis, Fratres chariſſimi, ex miraculis ſæpe nominati Confeſſoris excerpſimus, plurima prætermittentes, ne ſermonum prolixitas audientibus faſtidium generaret. Tantarum itaque virtutum gloria redimitus, tantorum miraculorum longe lateque coruſcans, 6. Kalendas Februarii *b*; hoc eſt hodie, prædictus Confeſſor Domini MARIUS felix de corpore migravit ad Chriſtum, cui cum Patre & Spiritu ſancto regnum & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Migrat e vita.

S. MARII MIRACULA

Poſt mortem patrata.

Ex homilia cujuſdam Monachi Benedictini in ejus feſto legi ſolita.

1. QUIA S. MARIUS fidelis ſervus extitit, cum fidelibus ab ipſo Redemptore memoratum pondus creditur accepiſſe. Inde eſt, quod de corpore migrans ad pedes ejuſdem Redemptoris ſpirituales uſuras exigentis acceſſit, rationem de commiſſis & ipſe redditurus: & quoniam ſuper quinque talenta lucratus fuit alia quinque, audire meruit: *Euge bone ſerve & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

Matth. 15. 23.

Corpus S. Marii Forcalcariam transfertur.

2. Poſt cujus felicem tranſitum, cum annorum luſtra plurima fluxiſſent, & quarumdam ſævarum gentium crudelitate, tota Gallia ſuis habitatoribus fere deſtituta haberetur, & Chriſti Monaſteria luctu perpetuo flenda in eremum verſa fuiſſent, a quibuſdam viris, corpus præfati viri Dei ab Eccleſia Bodanenſi ſublatum, ad hoc oppidum Forcalcarienſe *c*, Deo diſponente, delatum eſt. Requieſcit autem in Eccleſia, ſibi famulantibus ex eadem perpetuam requiem largiturus: in qua Eccleſia multi multa miracula per eum Dominum feciſſe aſſeverant. Ex quibus ad tanti Confeſſoris memoriam commendandam pauca excerpſimus, quæ veridica teſtium aſſertione didicimus.

Claret inibi miraculis.

3. Quodam autem tempore quidam puerulus, laſcivius ultra modum ſub ſarcophago prædicti Patris ludis profanis ac ſaltibus inſiſtebat. Cum autem fronte inverecunda prædictis inſiſteret, divina ultione percuſſus cecidit. Statim cœpit membris deficì, & in quinque ſenſibus

---

a De S. Donato ita ſcribit Ado in Martyrol. 14. Kal. Septemb. *In Galliis pago Sigiſterico, in monte qui dicitur Lura*, mendoſe Iora, *Natale S. Donati Presbyteri, qui ab ipſis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, ex urbe Aurelianenſi ad præfatum locum ut ſoli Chriſto vacaret adiens, Anachoreticam illic vitam multis annis exegit ..... Cumque dies vocationis ejus inſtaret, adveniente S. Abbate Mario, cui ita fuerat revelatum, inter verba orationis migravit ad Chriſtum.*

b Ex hujus vitæ auctore ſupra num. 4. S. Marius ſepultus eſt a diſcipulo ſuo Lucretio Dienſi Epiſcopo, qui Concilio Aurelianenſi 4. anno 541. aliiſque poſtea ſubſcripſit, ac tandem Pariſienſi 4. anno 573. Proinde S. Marii obitus circa annum 550. collocandus eſt. Monaſterium Bodanenſe redactum eſt in Prioratum, qui cœnobio inſulæ Barbaræ ſubjectus eſt.

c Hæc S. Marii Tranſlatio in oppidum Forcalquerii, (vulgo *Forcalquier*, inter Siſtaricum & Aptum Juliam poſitum, atque ante ſexcentos annos Comitivæ titulo illuſtratum) facta eſt ab Arnulfo Epiſcopo Siſtaricenſi circa annum 900. ut ſcribit Honoratus Bouche loco ſupra citato. Reliquiæ ſacræ illatæ ſunt in Eccleſiam Forcalcarienſem, S. Marii nomine dehinc appellatam, quæ a Monachis Benedictinis aliquandiu occupata, (ut ex num. 7. intelligitur) a Gerardo Epiſcopo Siſtaricenſi, (qui in Concilio Avenionenſi ad eam ſedem electus, a Siſtaricenſibus refutabatur) circa annum 1060. in Concathedralem erecta eſt. Lege Honoratum Bouche lib. 4. cap. 2. §. 4.

bus corporis debilitari: crevit pœna, crevit & ſupplicium: & ut ab ipſo loco manibus aliorum ſuſtantatus receſſit, cum pœna & ſupplicio ſpiritum exhalavit. In quo datur intelligi CIRCA AN.
quoniam Deus ultionum Deus eſt, & licet videatur eſſe remotus, præſens tamen Sanctorum 550
injurias aſſidue creditur judicare. 27. Januar.

4. Illud prætermittere etiam nequaquam debemus, quod quadam vice quidam vir religioſus, ejuſdem viri Dei Baſilicæ cuſtos, cum circa medium noctis ad Eccleſiam veniret ut lumen lampadi daret, extinctum invenit. O, inquit, Pater mi, da conſilium ſervo tuo: nox atra omnia poſſidet, omnes dormiunt: ubi ignis reperiatur, neſcio: viæ ſemitam pes ignorat. Quid ergo faciam? Cum igitur anima anxiaretur in illo, & ad quam partem ſe verteret ignoraret: ſubito non ſine ejus ineffabili gaudio, candela quam tenebat in manibus accenſa apparuit.

5. Alio quoque tempore quidam ruſticus membris omnibus contractus, ita erat toto corpore diſſolutus, & in unum ſimilitudini hominis contrarium conglobatus; ut non homo, ſed monſtrum aliquod putaretur. Hic ad multa Sanctorum limina adductus fuerat: ſed quoniam, ut credimus, Sancto Confeſſori noſtro reſervabatur, nulla ſui corporis præſidia ſe percepiſſe fatebatur. Ad ultimum divina ei opitulante clementia non ſine multo labore ad peroptata limina Sancti Confeſſoris defertur, & in ejuſdem Eccleſia delatur deponitur. Precatur miſer cum lacrymis miſerandi corporis erectionem, & qui aderant ei compatientes eadem deprecantur. O Dei pietas omni devotione colenda! O Sanctorum merita mortalibus omnino veneranda! Inter lacrymas namque infelicis hominis, & verba multorum orantium, miſer erigitur; fragor oſſium & nervorum extenſio a multis auditur: occurrit mox Comitum curia, mirantium tumultu citata: occurrunt proceres, occurrit utriuſque vulgi ſexus: clamant omnes, alii alios clamoribus prævenientes, *Non nobis*, inquiunt, *Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*. Sic miſer qui venerat, meritis jam dicti viri Dei factus in- Pſal. 113.
columis, lætis greſſibus ad propria receſſit.

6. Prædictis etiam addere decrevimus, quod quadam die quædam puella innupta, mentis levitate ducta, lapidem dirigens aram Sancti Confeſſoris percuſſit. Necdum directus lapis in pavimento ceciderat, cum nervorum viribus exhauſtis, & membrorum virtute debilitata puella cecidit. Quid plura? Quæ paullo ante laſciviens venerat, facta flebitur & infelix. Ad Confeſſoris Marii limina excubias fideliter actura perducitur, offert ſeipſam, offert preces & lacrymas: ſpondet Sancto Vigilias annales, ſi facta incolumis ad propria revertatur. O mirum divinæ pietatis auxilium! Dum plorat mulier, dum ſe totam in ara mentis, devotis precibus immolat, exauditur, & tota priſtinæ incolumitati reſtauratur. Soſpitate itaque recepta, cuidam conjugio copulatur. Sed cum tempora temporibus venientibus tranſirent, & memorata mulier conjugalibus deliciis minus ſapienter adhærens, vota quæ Sancto promiſerat, perſolvere diſtuliſſet; ejus oblivio infirmitate priſtina prævenitur, nervorum auxiliis iterum attenuatur, & membrorum valetudine omnino privatur. Iterum ad præfata Sancti Confeſſoris limina, mariti cura perducitur: iterum meritis ejuſdem peroptatæ ſanitati redonatur. Læta mulier ex inſperata ſibi reddita ſanitate, perpetuum Sancto vovet obſequium ad propria numquam reditura amplius. Sed cum ſponſus adverſus conjugem de tali voto nimis incanduiſſet, territa mulier conjugalibus minis, & blanditiis emollita, cum eo ad propria revertitur. Reverſa ſtatim miſeranda mulier, peſte jam dicta iterum premitur: iterum ad limina Sancti perducitur, iterum ſaluti peroptatæ reſtauratur. O infelix noſtræ humanitatis conditio! o nefanda in perſolvendis votis oblivio! Rurſus nempe Sanctus obliviſcitur, rurſus impudica mulier infirmitate ſolita enervatur; rurſus ad ſæpe dicta limina confluit, iterato voto ſanctus iterum honoratur, & mulier quæſitæ ſanitati iterum reſtauratur; reſtaurata gaudens & incolumis, repatriat meritis Sancti Confeſſoris cauſis ſimilibus non amplius reverſura.

7. Audiant illi, qui in hac Eccleſia Deo & S. MARIO morum ſtabilitatem promiſerunt [a], audiant & mentis diligenti cura revereantur, ſi omnia recta ſunt erga votum, ſi recta omnia bene ſibi contigiſſe lætentur: ſi autem aliter eſt, ſciant quoniam hoc in anima patiuntur, quod præfata mulier in corpore legitur paſſa fuiſſe. Votis itaque fractis per pœnitentiam conſulant, ad pedem Sancti Confeſſoris accedant, lacrymas & preces offerant, ut ſalutem, quam exercendo perdiderant, morum ſtabilitate redintegrata rurſus per Dei miſericordiam habere mereantur. Amen.

[a] Ex his verbis apparet horum Miraculorum ſcriptorem fuiſſe Monachum Benedictinum, qui hæc ad verba Regulæ S. Benedicti cap. 58. alludit.

AN.CHR. 550 1. Martii.

V I T A S. A L B I N I
EPISCOPI ANDEGAVENSIS.

Auctore Venantio Fortunato Epiſcopo Pictavenſi, ut teſtatur Gregorius Turon. in cap. 96. de gl. Conf.

Ex Surio & MSS.

P R O L O G U S   A U C T O R I S.

Auctor quodam Epiſcopo interpellante hanc vitam ſcribit.

1. MEMINI, VIR APOSTOLICE, cum ad urbem quam Chriſto præſule regiris, veſtris me præſentaturus obtutibus occurriſſem, inter reliqua maturitatis conſulta, quæ ſenſu divite torrentis more mihi viſus es inundare, etiam de ſacratiſſimo viro Domno ALBINO Antiſtite vos feciſſe tenuiter mentionem. Sicut enim ejus vita immarceſſibilibus meritis florere probatur cœleſtibus impreſſa libellis, ad ædificationem etiam plebis humanis etiam fixa mandaſtis ut conderetur in chartis; duplici beneficio populis conſulturi, dum & in illo tenerent admiranda quæ colerent, & in ſe reſpicerent quod unuſquiſque ſagaciter emendaret: id eſt dum apud unum tot prædicanda cognoſcerent, apud ſe reſecare ſua ſinguli non differrent; quatenus tam unica beati viri relatio, medela publica fieret audientium.

2. Intelligens vero velociter fugientes a ſæculo memoriæ ſubripi, timeo de vita ſanctiſſimi negligenter aliqua cito lapſura litteris alligare: nec facile rurſus in animum recipi ſi ſemel inciperet oblivione temporis invadente ſubduci. Cujus rei impulſor quidam mandata veſtræ Beatitudinis exequens, a me quod annuerem flagitavit, illud adjiciens, ut quæ ipſe de geſtis ſancti Viri juxta fidem comperetat, ego ipſo inſinuante indubitabiliter propalarem; in hoc

A quo hæc acceperit.

magis querelarum molem conficiens, eo quod quæ prædictus vir occulte quidem, ſed digna relatu geſſerat, pro veritatis indagine, ſed nec ad ejus ſingula metuit pervenire, & aliqua ſe de cognitis memoraverit oblitum eſſe. In his autem quæ meminit ſine ambiguitate ſuo teſtimonio populum nobis attulit aſſentantem: cum certe de ejus præteritis dubitare non liceat, qui operatur in ſingulis quotidie clariora.

3. Congratulatus vero relaturo, eo quod de veſtris nutrimentis talis vir adoleverit; qui injunctam ſibi rem tam ſtrenue peroraret, & de proprio aliquid cauſa venuſtatis nec incompetenter offerret, immo ſi velit ipſe, per ſe quod aliunde popoſcerat, explicaret. Siquidem quidquid de illo dicetur, veſtris hoc præconiis reputatur: quoniam eſt meritum magiſtri,

Auctoris modeſtia.

laus diſcipuli, & in miniſtri ſollertia ſunt Pontificis ornamenta. Quod cum ego meæ exiguitatis conſcius attingere trepidarem, revera qui noverim hoc debere committi exercitis ingenio, facundis eloquio, devotis officio, probatis ſtilo; qui ſunt ſenſu divites, linguæ rota torrentes, famulatu celeres, carmine coruſcantes: cum ante peritiam veſtram ipſa Ciceronis, ut ſuſpicor, eloquia currerent vix ſecura, & cui apud Cæſarem Romæ libere licuit uti Aquitanico Judice, in Gallia forſitan formidaret.

4. Quid ergo a me infra doctorum veſtigia latitante res alta requiritur, quem ad ſcribendi ſeriem nec natura profluum, nec litteratura facundum, nec ipſe uſquequaque uſus reddidit expeditum? cum etſi voto traherer, rei magnitudine deterreter: quia radiantem vitam, ſi pigri relatoris impar lingua prædicat, obſoletat, & quod illuminare debuit, hoc nube ſermonis abſcondit: ubi ageretur ſectius, ſi quæ ab aliis poſcitis ederetis. Unde certus intelligo non vos hujuſmodi quopiam indigere, ſed ut de peregrinis noſtra vobis aliquid ſitarcia non negaret; & velut inter fruges triticeas, ſterilitatis meæ hordeacea ſe conferrent. Nunc itaque cauſas ambiguitatis in arbitrii ſtatera ſuſpendens, eligo ruſticus agnoſci per obedientiam magis, quam indevotus effici per doctrinam, ut cujus faſtidire poteritis eloquium, ſaltem approbetis affectum. Hoc autem mihi videlicet in hoc opere præcavendum eſt, ne ad aures populi minus aliquid intelligibile proferatur. Idcirco igitur tota mediocritate contentus, etſi relator ineptus, tam beatæ vitæ cupio geſta breviter intimare: ſupereſt qui novit mederi ma-

* *f.* malis.

gis *, ipſe fluctuanti paginæ portum ſuæ dexteræ ſubminiſtret.

V I T A   I N C I P I T.

5. Religioſorum vita virorum, quantum eſt meritis clarior, tanto voce crebrior populorum; quia dum illi univerſis beneficia tribuunt, in ſuam laudem linguas excitant ſingulorum; ad quod perſpicaciſſime propalandum, vita vel geſta beatiſſimi ALBINI deducantur

Albini patria.

ad medium. Igitur ALBINUS Epiſcopus, Veneticæ regionis Oceano Britannico confinis indigena, non exiguis parentibus oriundus, immo digni germinis digniſſima proles emergens, decus quod ſumpſit ex genere, felicis vitæ meritis ampliavit: dum in illo & quod glorificaret Chriſtus elegit, & quod univerſus veneraretur mundus effulſit. Qui inter ipſa novellæ juventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut parentes, ad quorum deſiderium ſolet infantia feſtinanter recurrere, pro charitate Chriſti magis iſte voluntarie reliquiſſet, & velut hoſtes animæ, carnales affectus effugiſſet, credens ſibi ſufficere ſi omnem dilectionem in ſo-

ſolo cœleſti Patre plantaret. Mox in CINCILLACENSE Monaſterio tanta animi humilitate Domino placiturus ſe ſubdidit, ut ſalva morum honeſtate, nihil ſibi de ingenuitatis privilegio vendicaret: ubi quem origo liberum genuit, famulum voluntas addixit; intelligens magis eſſe laudabile, ut amore Chriſti nobilitas inclinaret quod erat, quam cum faſtu quæreret apparere quod non erat. AN.CHR. 550 S. Martii.

6. Proficiebat denique in eo exercitationis quotidianæ proceſſus, ita ut ultra ſe ſemper aſcendens meritis, non reliquos vinceret, ſed edomito corpore de ſeipſo potius triumpharet. Quis enim expediet quam fuerit in jejuniorum parcitate præcipuus, in vigiliarum delectatione propenſus, in orationis aſſiduitate laudabilis, in miſerationis opere ſingularis; ut & hoſtem, qui ſibi repugnabat, extingueret, & unde ſe ſolum affligeret, cunctis ſpe maxima ſubveniret? Erat enim ad obediendum promptus, ad vitia calcanda maturus, ita ut in ipſo juvenili tirocinio jam ſenibus eſſet exemplum; hoc ſolum habens cum homine commune quod natus eſt, ceterum totum voluit eſſe Chriſti quod vixit. Non oculum voluptati, non autem ludibriis, non animum accommodans levitati; ſed ſemper ſe regens anchora gravitatis, talem ſe intra Monaſterii ſepta tractavit, ut vel, ſi quando proceſſit ad publicum, eſſet infra carcerem ſui cordis ſemper incluſus; nec aliud extra ſe reſpiciendum prætulit quam Chriſtum, quem in pectore fidelis portitor bajolavit. Fit ex ingenuo Monachus humilis. Ejus exercitia & virtutes. NOTA.

7. His igitur ſtudiis occupatus, in tantam vitæ claritatem pervenit, ut ejus devotum ſervitium mundo Dominus per miracula teſtaretur. Denique cum adhuc puerulus per pagum in Abbatis ſui proficiſceretur obſequium, dum applicuiſſent apud quemdam hominem, tanta detonuit violentia tempeſtatis, tantumque ſe pluvialis imber effudit, ut ipſam domum nec ſua tecta defenderent. Cum ergo præ magnitudine pluviæ caſa pro campo conſtaret madefactis omnibus qui in eodem loco tenebantur hoſpitio, ſolum Beatum ALBINUM tunc imber tangere expavit: quia ubi flammam fidei ſenſit, ne injuriam faceret, ſe gutta detorſit. Quo comperto, conſcientiæ ſanctitas, quæ celabatur in annis, innotuit meritis, eo quod in flore adoleſcentiæ virtutis odore fragraret. Albinum imber non attingit, ceteris madefactis.

8. Dehinc cœleſtibus donis cum ætate creſcentibus, annorum circiter triginta & quinque Monaſterii Rector & pius Pater eligitur; quippe qui ſuo ſplendore ad ſe traxerat dignitatem. Interea ſub Magiſtri cenſura Congregationis diſciplina vernabat, ubi ſeveritate diſtricta, licentia peccandi perierat. Fervebat ergo pietatis intuitus, exultabat pſallendi concentus, coruſcabat inter Fratres obedientiæ radius, præcellebat ſanctæ charitatis ornatus; quia ſicut erat ad vitia eradicanda ſollicitus, ita ad inſerenda dona cœleſtia circumſpectus. In quo Abbatis officio rexit per quinque annos [a] congregationem ſibi commiſſam, feliciterque gubernavit. Eligitur Abbas. Quinque annis Monaſterium rexit.

9. Et quia tanti meriti fama ſepulta non latuit, ſed felicibus pennis cuncta pervolans occupavit; contigit eo tempore Andegavam civitatem Paſtoris gubernatione nudari. Tunc univerſitate populi concordante, quamvis eo humilitatis ſtudio reſiſtente, ad Pontificalem gradum duce Chriſto concorditer eligitur. Qui honorem debitum Sacerdotii conſecutus, ita ſe in alimoniis pauperum, in defenſione civium, in viſitatione languentium, in redemptione præbuit captivorum, ut beata unius actio generale fieret ſalvamentum; quibus ex ſtudiis cœleſtes fructificavere in eo virtutes. Epiſcopus Andegavenſis creatur.

10. Igitur in civitate Andegava, cum ei quædam mulier, GRATA nomine, ſed debilitate contractæ manus ingrata, nervis ſtupeſcentibus occurriſſet, ſignum Crucis ſuper infirmam dexteram fecit. Hinc præmortuæ palmæ prius ſe vivax tepor infudit; item ſequenti die in ipſo loco, ut ab eo ſignaretur ſe obtulit, quo facto, cœperunt venæ ſuos excurſus agnoſcere; tertia vero die, ubi ſuper eam ſigillum Crucis impreſſit, ſtatim ſe arentium digitorum fila laxaverunt, & recepto miniſterio mulier in Chriſti nomine rediviva dextera ſe ſignavit. Miraculis clareſcit.

11. Quadam vice, dum ad vicum Geginam præteriens acceſſiſſet, adoleſcentem, ALAUBAUDUM * nomine, amiſſo vitæ reperit jam munere. Audiens autem a parentibus extremam filii mortem deplorari, occurrit, & ut mortuum vivum erigeret, ſe in orationem proſtravit, quo incumbens diutius oravit. Dum palleſceret Sacerdos in pulvere, animæ vivacitas rubeſcebat in corpore, donec pulſato cœlo, patefacto tartaro, juvenis revocaretur a funere, Sacerdos a prece. Deinde cum ASIACUM Monaſterium paterna ſollicitudine viſitaſſet, quidam ut ei ſuccurreret jam fide illuminatus cæcos exclamat; cui ſanctæ Crucis medicamentum imponens, tam fuit illi lumen cito recipere, quam quæſiiſſe. Item Andegavis cum quidam MAURILIO clauſis oculis lucem ſibi reſtitui poſtularet, tum Pontifex ſe ad nota arma convertens, mox ut ſignum venerabile Crucis ſuper palpebras ejus extendit, velut baliſta fortiſſima, penetratis tenebris Crux poſt ſe cæco lumen invexit. Item cum MARCELLINUS quidam circiter decem annos tranſigens in nubilo cæcitatis, tractus ad beatum Pontificem perveniſſet, ubi ſignum adorandæ Crucis ſuper oculos ejus extendit, ſtatim erumpente ſanguine, effugatis tenebris, lux intravit. * Sur. Malabandum. Mortuum ſuſcitat. Cæcos tres illuminat Signo Crucis.

12. Illud etiam nobis eſt factum memorabile recenſendum. Cum illuſtris femina, ETHERIA nomine, juſſione Regia perſequente in Dullacenſe Villa militum cuſtodia teneretur obſeſſa, tunc ovi periclitanti ſuccurrente ſancto Paſtore, ſolus ut a nullo cognoſceretur, ad Feminam carcere ſolvit.

[a] Surius legit viginti quinque annos, ſed quinque dumtaxat præferunt duo MSS. codices, quibus uſi ſumus.

AN. CHR. 550 2. Mart.

ipſam ingreditur: qua viſa, amplectens ejus veſtigia lugens mulier, inhærebat. Tunc infelicis cuſtodis inſana procacitas, vult eam quaſi lupus a veſte Paſtoris evellere, injuriam vir ſanctus accepit. Tunc inſufflans in ejus facie temeratur Sacerdotis celeri morte mulctatus eſt. Hinc terrore urgente reliqui reverentiam habuerunt Pontifici, & unius pœna fecit alios immunes a culpa; nec prius a muliere diſceſſit, quam dato Regi pretio, ipſe eam liberaret: ſic uno momento, & ſalus fuit ſupplici, & mors extitit præſumptori.

Cæcum dæmoniacum curat.

13. Nec id quidem eſt omittendum, quod tradi memoriæ ſit votivum. In vicum cujus eſt vocabulum Albivia, piæ devotionis ſtudio ſanctus Pater acceſſit: ubi dum quidam cæcus ab eo opem miſericordiæ poſtularet, cœpit idem, quia dudum captus fuerat infeſtatione dæmonii, corporis vexatione torqueri. Tunc in orationem, cui ſemper animi ſancta intentione vacabat, corpus etiam proſtravit, raptimque lumen priſtinum reddidit oculis, & peſtem immundi ſpiritus effugavit. O ineffabilis gratia pietatis, a qua dum ſubſtantia ſola petitur, triplex remedium obtinetur: victu pavit egenum, muneravit viſu cæcum, reddidit libertati captivum!

Childebertus ipſi non parens equos rebelles experitur.

14. Itemque occurrente eo Regi CHILDEBERTO Pariſius, nunciatur Pontifici Regem venationis cauſa de civitate in craſtinum eſſe diſceſſurum. Mandat ſe ut dignum duceret expectandum. Sed quia beatum ALBINUM corporalis infirmitas præpedivit, ad ejus præſentiam prædictus Rex occurrere maturavit: qui donec per illam viam quæ ad Sacerdotem ducebat inceſſit, feliciter properavit. Cum vero in quoddam trivium perveniſſet, velletque alibi deviare, equus ejus ac ſi metallum fuſile greſſum movere non valuit. Suſpicans Rex culpam eſſe equi magis quam cauſæ, alterum ſibi fecit ſterni, quem dum per ipſum iter gradi compelleret, ac ſi muro impediente cæſus ire non valuit. Intelligens nihil profeciſſe mutaſſe vehiculum, niſi mutaret occurſum *, cœpit ab equo diſcere quod homo peccaret, & humanos intellectus haberet, quod pecus corrigeret. Deflectens in viam quæ ad Sacerdotem ducebat, ea cœpit alacritate diſcurrere, ac ſi ereptus de fovea, campi mollis planitiem recepiſſet.

* Sur & curſum.

15. Eſt operæ pretium de quodam cadavere rem vivam proferre. Dum ad civitatem Venetis * ipſe vir Apoſtolicus acceſſiſſet, unus de obſequentibus jam converſus adoleſcentulus Chriſti ſervitio ſubditus, quem pro qualitate morum peculiarius diligebat, eo in loco defunctus eſt atque ſepultus, cujus defuncti poſt annum corpuſculum pſallendo ad propria revocabat. Tunc remorante eo pro cauſa voluerunt ſervientes prius corpus movere, quam Sacerdos occurreret: ſed tanto pondere ſit gravatum, ut antea potuiſſent gigantea membra prenſare, quam pueruli corpus ſofferre. Dum adhuc cadaver inſepultum crederetur jam marmore premi, cum nec equi greſſum poterant promovere, ac ſi pulvis ejus de ſe vincula generaſſet; donec eos Antiſtes rediens oratione ſolveret, quos tacente voce confixit.

* Vannes in Armorica.

Cadaver immotum oratione movet.

Cæco lumen reddit.

16. Hoc iterum non minus eſt prædicandum miraculum. Cum in Cincillacenſe Monaſterio GANNOMARUS Monachus eſſet oculorum luce privatus, & annoſa tempora una eſſent noctis cæcitate tranſcurſa; petiit ſibi a ſancto viro fieri Crucis ſignaculum. Quo facto, luminis vitalis ſplendor intravit, & fugatis tenebris, ſol olim peregrinus illuxit. Eſt & hoc inter reliqua venerabile documentum. Cum in civitate Andegava turris portæ cohærens damnatis eſſet carcer effecta, prætereunte beato ALBINO, fiebat inſolentia de vocibus incluſorum. Tunc ad Judicem precator accedit, ut eos pietatis cauſa de cuſtodia relaxaret. Quod cum ille aure ſurda differret, mox Pontifex ad Deum ſe fida petitione convertens, tam familiari voce ſuggeſſit, ut in loco quo orationem ſanctus effudit, miræ magnitudinis ſaxeus quadrus exiliens portæ aditum faceret carceratis, quia ante ejus precem ſoliditatem ſuam lapis ſervare non potuit. Hinc egreſſi, quaſi de ſepulchro viventes in Baſilica ſancti Maurilii Domno Albino gratias referentes, ſe ad ejus veſtigia proſtraverunt, eo quod ſuſpectos de funere redire fecerat ad ſalutem.

Carceratos liberat.

Item dæmoniacam.

17. Item dum quædam mulier arrepta a maligno ſpiritu ſe beatiſſimo Albino vociferans & ejulans præſentaſſet, mox adverſarius ipſe ſupra ejus oculum in ſimilitudinem veſicæ ſanguineæ ſe collegit. Tunc Pontifex faciens ſignum Crucis increpavit eum, dicens: Inimice, oculum quem non dediſti, nec poſſis auferre. Mox de collectione ipſa in flebotomiæ ſimilitudinem ſubtiliter ſanguis erupit, quo fluente, ſine læſione oculi, immundus hoſtis evanuit, & puella incolumis imperante ſigno Crucis evaſit.

Inceſtas nuptias damnat.

18. Sed & hoc magnanimitatis exemplum opportunum ducitur explicandum, quod pro Dei negotio apud eum non fuerit ulla Regum, potentumque perſonalis acceptio. Denique ad cumulum cœleſtis gratiæ conquirendum, inceſtarum nuptiarum execrabiles copulationes jure condemnans, beatum Joannem irreprehenſibilem imitabatur. Quanta vero inde ſuſtinuerit, nullus digne poterit explicare. Siquidem Martyr effici cupiens, ſi non defuiſſet manus percuſſoris: ſed proculdubio palmam Martyris meruit, qui vetita deſideria non abſcondit. Unde præter labores reliquos, etiam per Synodos *a* pro ipſa cauſa ſæpius excitatas excurrens, ad poſtremum quamplurium Epiſcoporum injunctione, ut excommunicatas a ſe perſonas abſolveret, vi fratrum coactus eſt. Et cum rogaretur, ut eulogias quas reliqui Antiſtites ad perſonam communione ſuſpenſam dirigentes benedixerant, & ipſe ſignaret, ait ad Sacerdotale Concilium: Etſi ad imperium veſtrum ego ſignare compellor, dum vos cauſam Dei recu-

a Vide Canonem 30. Concilii III. Aurelianenſis anno 538. celebrati, cui Albinus ſubſcripſit.

CIRCA AN. 550

1. Mart.

cuſatis defendere, ipſe potens eſt vindicare. Quo facto, antequam eulogias excommunicata perſona in ore ſuſciperet, expiravit; & priuſquam portitor perveniret, ſermo Sacerdotis obtinuit, qui etiam ad B. CAESARIUM Arelatenſem Præſulem pro eadem cauſa conſultaturus occurrit *a*.

Translatio corporis ejus.

19. Sed quia ejus ſingula non valemus retexere, ſufficiat de plurimis vel pauca dixiſſe. Illud quoque Beatiſſimi teſtimonium viventibus poſt obitum neceſſarium credimus præ ceteris explicandum, quia licet teneretur clauſum corpus ejus in tumulo; attamen juſti animæ merces exuberavit in fructum. Igitur cum ſanctus GERMANUS Pariſiacenſium Epiſcopus, * vel Comprovinciales, ac Pontifex ſucceſſor ejus & populus vellent membra Sancti in novam Baſilicam tranſponere; & propter Cellulæ anguſtiam in qua conditus fuerat, non daretur ſacri corporis extrahendi licentia, cunctis hæſitantibus, & incertis quid agerent, curis popularibus ſe virtus beatiſſimi viri mediatrix interſerit. Nam expectantibus omnibus, & nihil deliberantibus, repente nutu divino diſciſſo pariete Cellulæ qui erat ad pedes ejus, a parte orientali tres lapides deciderunt, ſcilicet dato ſigno per qualem locum ſe juberet educi poſſe.

* de hoc infra.

20. Interea facto aditu, dum concentus pſallentium ad ſanctum ſepulchrum progreditur, in loco per quem eſt eductus palam tres paralytici jam diu deſperati, redditi ſunt ſanitati; ac nervi præmortui vivificari didicerunt de meritis ſepulti: ſtatimque duodecim * ſunt pariter illuminati. Tandem aliquando ſumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoſcentes ejus adminiculo ſe poſſe lumen conſequi, cujus virtute potuiſſet paries feneſtrari. His & conſequentibus infinitis miraculis, & ſi ſummi Pontificis membra recubant in ſepulchris; attamen per Creatoris gratiam, in æterna ſæcula vivunt merita Confeſſoris. Hic itaque cœleſti dono venerandis floribus adornatus, viginti annis & ſex menſibus Pontificalem apicem Eccleſiaſtica regulariter cenſura gubernans, vitæ autem octogeſimo anno, illud propheticum in potentatibus beatitudinis culmine feliciter explens, animam Deo chariſſimam, ereptam de ſæculo, manſuram cum Chriſto, Angelis plaudentibus Kalendis Martii tranſmiſit ad cœlos, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

* Sur duo cæci.

Miracula in Translatione facta.

Ex Breviario Monaſtico S. Albini Andegavenſis.

Translatio duplex.

21. CORPUS ſepultum fuit, & aliquamdiu jacuit in Baſilica S. Petri Andegavenſis: ſed inde non multo poſt ab EUTROPIO *b* ejus ſucceſſore & S. GERMANO Pariſienſi aliiſque Provincialibus Epiſcopis, in Baſilicam, quæ tum Divo Germano Altiſſiodorenſi ſacra erat, ab eo vero tempore ipſius Sancti Antiſtitis nomine ac titulo celeberrima exiit, tranſlatum fuit, ac in ea ejuſdem Baſilicæ parte, quæ Confeſſio appellatur, collocatum, multis ea in Tranſlatione editis miraculis. Sed eo etiam ex loco poſtmodum anno ſcilicet ſalutis milleſimo centeſimo vigeſimo octavo, Kalendis etiam Martii a GIRALDO Engoliſmenſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato, HILDEBERTO Turonenſi Archiepiſcopo, GUIDONE Cenomanenſi, HAMELINO Rhedonenſi, ULGERIO Andegavenſi, ac BRICCIO Nannetenſi Epiſcopis, Abbatibus quoque permultis, in primis autem ROBERTO tunc Monaſterii prædicti S. Albini Abbate, idque requirente ac curante, eductum fuit, & capſa pretioſiſſima auro gemmiſque decorata honorifice conditum ad altare majus præfatæ Baſilicæ, ubi in hunc uſque diem quieſcit, ac ſumma devotione veneratur, impoſitum.

DE S. SPE ABBATE
NURSIENSI.

CIRCA AN. 550

28 Martii.

Ex Gregorio Magno *in lib.* 4. *Dial. cap.* 10.

1. ADHUC in Monaſterio meo poſitus cujuſdam valde venerabilis viri relatione cognovi quod dico. Ajebat enim, quia venerabilis Pater, nomine SPES *c*, Monaſteria conſtruxit in loco, cui vocabulum Cample eſt, qui ſexti fermè milliarii interjacenti ſpatio a vetuſta Nurſiæ urbe disjungitur. Hunc omnipotens & miſericors Deus ab æterno verbere flagellando protexit, ejque diſpenſationis ſuæ maximam ſeveritatem ſervavit & gratiam: quantumque eum prius flagellando diligeret, poſtmodum perfecte ſanando monſtravit. Ejus namque oculos per quadraginta annorum ſpatium continuæ cæcitatis tenebris preſſit, nullum ei lumen vel extremæ viſionis aperiens.

Spes 40. annis cæcus.

a In vita S. Leobini Epiſc. Carnutenſis num. 13. Leobinus ipſe tum Abbas Brajacenſis ad S. Cæſarium cum S. Albino profectus legitur.

b Cum Domitianus Eutropii ſucceſſor Concilio Pariſienſi III. anno 557. ſubſcripſerit, hæc Tranſlatio contigiſſe dicenda eſt anno 556. vel 555. quo Germanus Pariſiacam Sedem iniit, poſt ſex annos quam Albinus mortuus eſt. Nam Eutropius Eccleſiam Glannafolienſem anno 550. conſacravit.

c Fuit & alius cognominis, Epiſcopus Spoletanus, de quo agit Philippus Ferrarius ad diem 24. Novamb.

CIRCA AN. 550 28. Martii.

Dei luce interius perfuſus.

2. Sed quia nemo in verbere illius gratiæ ſe deſtituente ſubſiſtit, & niſi iſdem miſericors Pater qui pœnam irrogat, patientiam præſtet, mox per impatientiam peccatum nobis ipſa auget correptio peccatorum; ſitque modo miſerabili, ut culpa noſtra unde ſperare debuit terminum, inde ſumat augmentum; idcirco noſtra Deus infirma conſpiciens, flagellis ſuis cuſtodiam permiſcet, atque in percuſſione ſua electis filiis nunc miſericorditer juſtus eſt, ut ſint quibus poſtea debeat juſte miſereri. Unde venerabilem ſenem dum exterioribus tenebris premeret, interna numquam luce deſtituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis, habebat per ſancti Spiritus cuſtodiam conſolationem cordis.

3. Cum vero jam anni quadrageſimi fuiſſet in cæcitate tempus exemptum, ei Dominus lumen reddidit, vicinum ſuum obitum denunciavit, atque ut Monaſteriis circumquaque conſtructis verbum vitæ prædicaret, admonuit: quatenus corporis recepto lumine, viſitaris in circuitu Fratribus cordis lumen aperiret. Qui ſtatim juſſis obtemperans, Fratrum Cœnobia circuivit, mandata vitæ quæ agendo didicerat, prædicavit.

Verbum Dei prædicat. Moritur. Anima in cœlum volat in columbæ ſpecie.

4. Quinto decimo igitur die ad Monaſterium ſuum peracta prædicatione reverſus eſt, ibique Fratribus convocatis adſtans in medio, Sacramentum Dominici Corporis & Sanguinis ſumpſit, moxque cum eis myſticos Pſalmorum cantus exorſus eſt: qui illis pſallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero Fratres qui aderant, ex ore ejus exiſſe columbam viderunt, quæ mox aperto tecto Oratorii egreſſa, aſpicientibus Fratribus penetravit cœlum. Cujus idcirco animam in columbæ ſpecie apparere credendum eſt, ut omnipotens Deus ex hac ipſa ſpecie oſtenderet, ei vir ille quam ſimplici corde ſerviſſet.

CIRCA AN. 550 6. Aprilis.

DE SANCTA GALLA MONIALI ROMANA.

Ex eodem Gregorio Magno *lib.* 4. *cap.* 14. *Dial.*

Galla nobilis maritum amittit.

1. INTEREA neque hoc ſilendum arbitror, quod mihi perſonarum gravium atque fidelium eſt relatione compertum. Gothorum namque temporibus GALLA hujus urbis nobiliſſima puella SYMMACHI Conſulis ac Patricii filia intra adoleſcentiæ tempora marito tradita, in unius anni ſpatio ejus eſt morte viduata. Quam dum fervente mundi copia ad iterandum thalamum & opes & ætas vocaret, elegit magis ſpiritalibus nuptiis copulari Deo, in quibus a luctu incipitur, ſed ad gaudia æterna pervenitur, quam carnalibus nuptiis ſubjici, quæ a lætitia ſemper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea conſperſio corporis ineſſet, cœperunt Medici dicere, quia niſi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas eſſet habitura. Quod ita quoque poſt factum eſt. Sed ſancta mulier nihil exterioris deformitatis timuit, quæ interioris Sponſi ſpeciem amavit: nec verita eſt ſi hoc in illa fœdaretur, quod a cœleſti Sponſo in ea non amaretur.

Nuptiis ſecundis renunciat.

NOTA.

Monialis fit.

2. Mox ergo ut ejus conjunx defunctus eſt, abjecto ſæculari habitu ad omnipotentis Dei ſervitium ſe ſe apud B. Petri Apoſtoli Eccleſiam Monaſterio tradidit: ibique multis annis in ſimplicitate cordis atque oratione dedita, larga indigentibus eleemoſynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem jam mercedem reddere ejus laboribus decreviſſet, cancri ulcere in mamilla percuſſa eſt. Nocturno autem tempore ante lectum illius duo candelabra lucere conſueverant: quia videlicet amica lucis, non ſolum ſpiritales, ſed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex eadem jaceret infirmitate fatigata, vidit B. Petrum Apoſtolum inter utraque candelabra ante ſuum lectum conſtitiſſe. Nec perterrita timuit, ſed ex amore ſumens audaciam exultavit, eique dixit: Quid eſt, Domine meus, dimiſſa ſunt peccata mea? Cui ille benigniſſimi ut eſt vultus, inclinato capite annuit, dicens: Dimiſſa, veni. Sed quia quamdam Sanctimonialem feminam in eodem Monaſterio præ ceteris diligebat, illico Galla ſubjunxit: Rogo, ut ſoror BENEDICTA veniat. Cui ille reſpondit: Non, ſed illa talis veniat tecum: hæc vero quam petis, die erit triceſimo ſecutura. His igitur expletis, viſio Apoſtoli adſiſtentis & colloquentis ablata eſt.

Cancro corripitur.

A S. Petro obitum ſuum prædiſcit.

Moritur cum duabus ſociabus.

3. At illa protinus cunctæ Congregationis adſcivit Matrem, & quidquid viderit; quidve audierit, indicavit. Tertia autem die cum ea quæ juſſa fuerat ſorore defuncta eſt, illa vero quam ipſa popoſcerat, die eſt triceſimo ſubſecuta. Quod factum nunc uſque in eodem Monaſterio manet memorabile: ſicque hoc a præcedentibus Matribus traditum narrare illic ſubtiliter ſolent juniores quæ nunc ſunt Sanctimoniales Virgines, ac ſi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipſæ adfuiſſent.

VITA S. LEONIS ABBATIS MENTUNIACENSIS.

CIRCA AN. 550 25. Majl.

Ex Camuzati Promptuario.

1. FUIT vir Beatiſſimus LEO * Abbas in villa cui vocabulum eſt Mentuniaco *a*, Trecaſſinorum oppido editus, parentibus quidem liberis, ſed liberior mente venerabilius coaleſcens ætate. Hic ſcholis traditus, mira celeritate Pſalmorum ſcientiam eſt adeptus, & in omnibus & per omnia regularibus eſt dogmatibus eruditus. Igitur B. ROMANO Mentuniaci Cœnobii Abbate in Epiſcopum Rhemenſem electo, B. Leo ejus Monaſterii factus eſt Abbas. Erat enim in caſtitate & abſtinentia puriſſimus, in jejuniis & orationibus promptiſſimus apparebat, tantamque in ſe habuit charitatem & benignitatem fidei & puritatem mentis, ut virtutum ejus inſignia in opere reſplenderent.

* S. Lie.

Leo S. Romano ſuccedit.

2. Nocte igitur quadam dum in Baptiſterio poſt munia peracta jam corpuſculum in ſtratu viliſſimo ſoporatus quietem caperet, interim venerunt ad eum tres viri ſplendidi claro fulgentes lumine, pſallentes voce unanimi dulce carmen. Evigilans autem vir Dei, ad pedes eorum proſternitur adorans eos, eorumque veſtigia deoſculans voce ſedula cum tremore & metu obnixius illos alloquitur dicens: Unde eſtis? At illi dixerunt: Corrobora vires tuas, noli timere. Dixit autem unus ex eis: Ego ſum Hilarius peccator, & iſti ſunt ſanctus Martinus & Beatus Anianus. Quapropter, fili, naves remique ſubverſione fluctuum periclitantur, quos auxiliante Deo liberare venimus. Unde & cum ad te tertia die reverſi fuerimus, ad ſpiritalem locum nobiſcum eris iturus. Itaque ut certius credas, vir venerabilis MAURELIUS Preſbyter ab hac luce præreptus migravit ad Dominum. Igitur ſecunda die primo diluculo ſurge, & cum ea laude qua dignus eſt, ſepeli eum in Baſilica ſancti URSONIS. Tunc ille pergens velociter, quod ei dictum fuerat fideliter adimplevit, & reverſus eſt ad Monaſterium ſuum.

Præmonetur de obitu e SS. Hilario, Martino, & Aniano.

Sepelit S. Maurelium.

3. Interea Sacerdotes ſicut prædixerant, venerunt, & dicunt ei: Adſumus vocati ad ſpiritale convivium: Veni nobiſcum. Reſpondens autem B. LEO dixit: Rectum iter, Domini mei, pergere poteram, ſi vobiſcum ad eumdem locum me præparaſſem. Deprecor igitur ut mihi triduo inducias tribuatis, ut quod pollicitum habeo, adipiſci merear mortiferum veſtimentum. Quod autem petiit, obtentum habuit. Mox vero vir egregius ad illuſtrem feminam nepotem ſuom direxit. Juſſum tibi, ait, ediſſeram domina: jam enim pater noſter deſerens mundi lumina feſtinat, ut lumen coruſcum evocatus percipiat in futurum. Quamobrem obſecro ut (quod devotio promiſerat) veſtimentum ei tranſmittas funerale. At illa reſpondens, Heu, ait, o Pater mi, ſtulta & mendax appareo: quoniam illius obitum tardius ſperabam, ideo quod ævo gravis non erat, non illud paravi. Sed expecta obſecro tres tantum dies & ego præparabo. Illa cum triduo retinuit: & expletum letalem habitum tranſmiſit. At vero Beatiſſimus Leo recepto veſtimento migravit ad Dominum *b*.

Tridui inducias ad mortem petit.

A religioſa femina ſudarium poſtulat.

VITA S. ISAAC MONACHI.

AN. CHR. 554 12. April.

Ex Gregorio Magno *in lib. 3. Dial. cap. 14.*

1. PRIORIBUS quoque Gothorum temporibus fuit juxta Spoletanam urbem vir vitæ venerabilis, ISAAC nomine, qui uſque ad extrema pene Gothorum tempora pervenit *c*, quem noſtrorum multi noverunt, & maxime ſacra virgo GREGORIA, quæ nunc in hac Romana urbe juxta Eccleſiam B. MARIAE ſemper Virginis habitat. Quæ dum adoleſcentiæ ſuæ tempore conſtitutis jam nuptiis in Eccleſiam fugiſſet, & Sanctimonialis vitæ converſationem quæreret, ab eodem viro defenſa, atque ad eum quem deſiderabat habitum Domino protegente perducta eſt. Quæ quia ſponſum fugit in terra, habere ſponſum meruit in cœlo. Multa autem de eodem viro, narrante venerabili Patre ELEUTHERIO agnovi, qui & hunc familiariter noverat, & ejus verbis vita fidem præbebat.

A quibus hæc accepta.

2. Hic

a Mentuniacum, *Mantenay*, duabus leucis infra Trecas, prope Sequanam: quo in loco S. Romanus Leonis deceſſor Monaſterium in honorem SS. Martyrum Gervaſii & Protaſii erexit. Ejus Monaſterii ſenis abhinc ſæcolis deſtructi nulla ſuperſunt veſtigia præter Crucem, quæ in eodem loco ob rei memoriam erecta manet, ut notavit Camuzatus in eodem Promp. pag. 358.

b Incertum quo anno. Certe Mentuniaci Abbas renunciatus eſt anno circiter 530. Romano in Cathedram Rhemenſem aſſumpto poſt S. Remigium, quem obiiſſe anno 545. perperam ſcribit Sigebertus: cum Flavius Romani in ſede Rhemenſi Succeſſor Concilio Arvernenſi anno 535. ſubſcripſerit. At quamdiu S. Leo Cœnobium Mentuniacenſe rexerit, nos latet.

c Cum Gothi a Narſe ſuperati, an. Chriſti 555. Italia ceſſerint, ſancti Iſaac obitus anno circiter 554. contigiſſe dicendus eſt. Ejus corpus Spoleti in Eccleſia S. Anſani, teſte Ferrario in Catalogo SS. Italiæ, religioſe colitur.

CIRCA AN. 554 21. April.

Iſaac Syrus Spoletum venit.

2. Hic itaque venerabilis ISAAC ortus ex Italia non fuit, ſed ex illius miracula narro quæ in Italia converſatus fecit. Cum primum de Syriæ partibus ad Spoletanam urbem veniſſet, ingreſſus Eccleſiam a cuſtodibus petivit, ut ſibi quantum vellet licentia concederetur orandi, cumque horis ſecretioribus egredi non urgerent. Qui mox ad orandum ſtetit, diemque totum peregit in oratione, cui ſequentem continuavit & noctem. Secundo etiam die cum nocte ſubſequenti indeſeſſus in precibus perſtitit, diem quoque tertium in oratione conjunxit. Cumque hoc unus ex cuſtodibus ſuperbiæ ſpiritu inflatus cerneret, unde proficere debuit, inde ad defectus damna pervenit. Nam hunc ſimulatorem dicere, & verbo ruſtico cœpit impoſtorem clamare, qui ſe tribus diebus & tribus noctibus orare ante oculos hominum demonſtraret. Qui protinus currens virum Dei alapa percuſſit, ut quaſi religioſæ vitæ ſimulator de Eccleſia cum contumelia exiret. Sed hunc repente ultor ſpiritus invaſit, atque ad viri Dei veſtigia ſtravit, ac per os illius clamare cœpit: Iſaac me ejicit, Iſaac me ejicit. Vir quippe peregrinus quo cenſeretur nomine neſciebatur: ſed ejus nomen ille ſpiritus prodidit, qui ſe ab illo poſſe ejici clamavit. Mox autem ſuper vexati corpus vir Dei incubuit, malignus ſpiritus qui eum invaſerat abſceſſit.

Orationi triduo inſiſtens alapa percutitur.

Percuſſorem a dæmonio correptum liberat.

Locum remotum petit.

3. In tota urbe tunc ſtatim quid in Eccleſia factum fuiſſet innotuit, currere viri & feminæ nobiles atque ignobiles pariter cœperunt, certatimque eum in ſuis rapere domibus conabantur. Alii ad conſtruendum Monaſterium prædia, alii pecunias, alii ſubſidia quæque poterant, offerre viro Dei ſuppliciter volebant. Sed ſervus omnipotentis Domini horum nihil accipiens, egreſſus urbem non longe deſertum locum reperit, ibique ſibi humile habitaculum conſtruxit. Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius æternæ vitæ accendi deſiderio cœperunt, atque ſub ejus magiſterio in ſervitium omnipotentis Domini ſe dederunt. Cumque ei diſcipuli crebro humiliter imminerent, ut pro uſu Monaſterii poſſeſſiones quæ offerebantur acciperet, ille ſollicitus paupertatis ſuæ cuſtos fortem ſententiam tenebat dicens: Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit, Monachus non eſt. Sic quippe metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatem perdere, ſicut avari divites ſolent perituras divitias cuſtodire.

Diſcipulos ad ſe trahit.

Paupertatis amans poſſeſſiones abnuit.

Prophetiæ dono clareſcit.

* ligones.

4. Ibi itaque prophetiæ ſpiritu magniſque miraculis cunctis longe lateque habitantibus vita ejus inclaruit. Nam die quadam ad veſperum in hortum Monaſterii fecit jactari ferramenta, quæ uſitato nos nomine Vangas * vocamus. Dixit itaque diſcipulis ſuis: Tot Vangas in hortum projicite, & citius redite. Nocte vero eadem dum ex more cum Fratribus ad exhibendas laudes Domino ſurrexiſſet, præcepit dicens: Ite & operariis noſtris pulmentum coquite, ut mane primo paratum ſit. Facto autem mane fecit deferri pulmentum quod parari juſſerat, atque hortum cum Fratribus ingreſſus quot vangas jactari præceperat, tot in eo laborantes operarios invenit. Ingreſſi quippe fures fuerant, ſed mutata mente per Spiritum, apprehenderunt vangas quas invenerunt, & ab ea hora qua ingreſſi ſunt quouſque vir Domini ad eos veniret, cuncta horti illius ſpatia quæ inculta fuerant coluerunt. Quibus vir Domini mox ut ingreſſus eſt ait: Gaudete fratres, multum laboraſtis, jam quieſcite. Quibus illico alimenta quæ detulerat præbuit, eoſque poſt tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter autem refectis ait: Nolite malum facere: quoties de horto aliquid vultis, ad horti aditum venite, tranquille petite, cum benedictione percipite, & a furti pravitate ceſſate. Quos ſtatim collectis oleribus onuſtari fecit, actumque eſt ut qui ad hortum nocituri venerant, cum laboris ſui præmio & repleti ab eo & innocui redirent.

5. Alio quoque tempore acceſſerunt ad eum peregrini quidam miſericordiam poſtulantes, ſciſſis veſtimentis obſiti, ita ut pene nudi viderentur. Cumque huic veſtimenta peterent, eorum verba vir Domini tacitus audivit. Qui unum ex diſcipulis ſuis protinus ſilenter vocavit, eique præcepit dicens: Vade, atque in illa ſilva in loco tali cavam arborem require, & veſtimenta quæ in ea inveneris defer. Cumque diſcipulus abiiſſet, arborem ſicut juſſum fuerat exquiſivit, veſtimenta reperit, & latenter detulit Magiſtro. Quæ vir Dei ſuſcipiens peregrinis nudis atque petentibus oſtendit & præbuit dicens: Venite quia nudi eſtis, ecce tollite & veſtite vos. Hæc illi intuentes recognoverunt quæ poſuerant, magnoque pudore conſternati ſunt: & qui fraudulenter veſtimenta quærebant aliena, confuſi receperunt ſua.

6. Alio quoque tempore quidam ſe ejus orationibus commendans, ſportas duas plenas alimentis ei per puerum tranſmiſit, quarum unam iſdem puer ſubripuit atque in itinere abſcondit, unam vero ad Dei hominem detulit, & petitionem illius qui ſe ei per exenium commendaverat enarravit. Quam vir Domini benigne ſuſcipiens eumdem puerum admonuit dicens: Gratias agimus, ſed vide ſportam quam in itinere poſuiſti ne incaute tangere præſumas, quia in eam ſerpens ingreſſus eſt. Eſto ergo ſollicitus, ne ſi tollere incaute volueris, a ſerpente feriaris. Quibus verbis puer valde confuſus exultavit quidem quod mortem evaſerit, ſed triſtis ad modicum factus eſt, quia quamvis ſalubrem pœnam, tamen pertulit verecundiam ſuam. Qui reverſus ad ſportam caute ac ſollicite attendit, ſed eam jam ſicut vir Dei prædixerat ſerpens tenebat.

NOTA.

7. Hic itaque cum virtute abſtinentiæ, contemptu rerum tranſeuntium, prophetiæ ſpiritu, orationis intentione eſſet incomparabiliter præditus, unum erat quod in eo reprehenſibile eſſe videbatur: quia nonnumquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus, niſi ſciretur eſſe plenus, nullo modo crederetur.

PETRUS.

CIRCA AN. 554 11. April.

Patrus. Quidnam, quæſo te, hoc eſſe dicimus? Sponte ſibi fræna laxabat, au tot virtutibus pollens, aliquando ad præſens gaudium etiam renitens ejus aoimus aliquando trahebatur?

Cur Deus Sanctos hic levibus vitiis obnoxios relinquat.

Gregorius. Magna eſt, Petre, omnipotentis Dei diſpenſatio. Et plerumque contingit, ut quibus majora bona præſtat, quædam minura non tribuat, ut ſemper eorum animus habeat unde ſeipſum reprehendat; quatenus dum appetune perfecti eſſe nec poſſunt, & laborant in boc quod non acceperunt, nec tamen elaborando prævalent; in his quæ accepta habeot, ſe mioime eatollant, ſed diſcane quia ex ſemetipſis majora bona non habent, qui in ſemetipſis vincere parva vitia atque extrema non poſſunt. Hine eſt enim quod perducto Dominus ad terram reprumiſſionis populo, cuoctos fortes atque præpotentes adverſatios ejus extinguens, Philiſthæos atque Cbananæos diutius reſervavit, ut ſicut ſeriptum eſt, in eis experiretur Iſrael. Quia nonnumquam, ut dictum eſt, eis etiam quibus magna dona tribuit, parva quædam reprehenſibilia relinquit, ut ſemper habeant contra quod bellum gerent, & devictis magois hoſtibus mentem non erigant, quando eos adhue adverſarii etiam minimi fatigant. Fit itaque ut miro modu una eademque mens & virtute polleat, & ea infirmitate laſſeſeat: quatenus & ea parte conſtructa ſit, & ex parte ſe conſpieiat eſſe deſtructam; ut per bonum quod quærit & habere uun valet, illud ſervet humiliter quod habet.

Judic. 3.

8. Sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, quando illa ſuperna regio in civibus ſuis ex parte damna pertulit, & ea parte fortiter ſtetit: ut electi Angelorum ſpiritus dum alios per ſuperbiam eecidiſſe conſpicerent, ipſi tautu robuſtius quanto humilius ſtarent. Illi ergo regioni ſua etiam detrimenta profecerunt, quæ ad æternitatis ſtatum ex parte ſuæ deſtructionis eſt ſolidius ioſtructa. Sie ergo & in unaquaque anima agitur, ut io humilitatis cuſtodiam, aliquandu ad lucra maxima ea minimo damno ſervetur.

V I T A S. G A L L I

EPISCOPI ARVERNENSIS.

CIRCA AN. 554 1. Julii.

Auctore Gregorio Turon. *de Vita Patr. cap.* 6.

Nobilium vitia.

1. NOBILITATIS mundanæ faſtigium ſemper inhiat cupidiratibus, gaudet honoribus, inflatur occurſibus, litibus forum pulſar, rapinis paſcitur, calumniis delectatur, rubigioosi auri talenta deſiderat, & dum parva poſſidere videtur, ut agglomeret plurima, magis accenditur, ingeritque ei congeries auri ſitim arduam poſſidendi, ſicut Prudentius ait,

Auri namque fames procedit major ab auro.

Unde fit, ut dum gaudet pompis ſæculi, & vanis bonoribus oblectatur, oihil ei de manſuris dignitatibus in memoriam revocetur: nec reſpicie ad ea, quæ nou videntur, dummodo illa quibus ſatiari animum putat, importune poſſideat. Sed ſunt qui ſe de his nexibus, tamquam aves de laqueis evolantes, & ad altiora tendenres, mentis alacrioris ingenio abſolverunt, ac relictis terrenis ſaculeatibus, totis ſe viribus ad illa, quæ ſunt cœleſtia, aptaverunt. Sicut Sanctus GALLUS incola * Arvernæ urbis, quem a Dei cultu abſtrabere non potuit dilectio patris, non matris blaoditiæ, non amor nutricum, nou obſecundatio bajulorum: ſed his omnibus pro oibilo habitis, & tamquam ſtercora æſtimatis, Dei ſe dilectioni, Dei ſe uffieio vovens, Monaſterialı ſe diſtrictioni ſubegit. Sciebat enim juvenilis ſervoris flammas non aliter poſſe devincere, niſi cenſuræ canonicæ & diſciplinæ ſeveriſſimæ ſubderetur. Sciebat inſuper ſe ab humilitate ſæculi ad altiora ſublevandum, & per patientiam toleeationis ad illam excelſi apieis gloriam evehendum, quod poſtea probavit eventus.

*Clermont Arvernorum caput.

Gallus petit Monaſterium.

Parentes ejus.

2. Sanctus igitur GALLUS ab adoleſcentia ſua devutus Deu eſſe cœpit, diligenſque ea tota anima Dominum, & ea quæ Deo dilecta eſſe noverat, diligebat. Pater ei nomine GEORGIUS, mater vero LEUCADIA a ſtirpe VECTII PAGATI deſcendens, quem Lugduni paſſum * Euſebii teſtatur hiſtoria. Qui ita de primoribus Senatoribus fuerunt, ue in Gsllis nihil inveniatur generoſius atque nobilius. Cumque ei pater cujuſdam Senatoris filiam quærere vellet, ille aſſumptu ſeeum uno puerulu Monaſterium. Cremonenſe * expetiit, ſexto ſitum ab Arverna urbe miliario, ſupplieiter Abbatem exorans, ut ſibi eomam capitis tondere dignaretur. At ille videns prudentiam atque eleganriam pueri, nomen inquirit, interrogat genus & patriam. Ille vero GALLUM ſe vocitari pronunciat, civem Arvernum, GEORGII filium ſenatoris. Quem Abbas ut cognovit de prima ſtirpe eſſe progenitum ait: Bene deſideras, fili: ſed primum oportee hæc ad patris tui deferri notitiam: & ſi bæe ille voluerit, ſaeiam quæ depoſcis. Denique Abbas pro hae eauſa nuncios ad patrem interrogantes, qui de puero fieri juberet, miſit. At ille parumper „ contriſtatus: Primogenitus, inquit, erat mihi, & ideo volui conjugio copulare: ſed ſi „ eum Dominus ad ſuum dignatur aecite ſervitium, illius magis, quam uoſtra voluntas „ fiae.

* Euſeb. lib 5. cap. 1. Hiſt.

* Cornon.

Egregia Patris ſententia.

CIRCA AN. 554 5. Julii.

„ fiat. Et adjecit : Quicquid vobis infans Deo inſpirante ſuggeſſerit, adimplete. Tunc Abbas, iſta nunciis referentibus, puerum Clericum fecit. Erat autem egregiæ caſtitatis, & tamquam ſenior, nihil perverſe appetens, a jocis ſe etiam juvenilibus cohibebat; habens miræ dulcedinis vocem cum modulatione ſuavi, lectioni incumbens aſſiduæ, dans operam jejuniis, & abſtinens ſe multum a cibis. Quem cum beatus QUINTIANUS Epiſcopus ad idem Monaſterium veniens cantantem audiſſet, non eum permiſit ultra illic retineri, ſed ſecum ad civitatem adduxit, & ut cœleſtis pater in dulcedine ſpiritali nutrivit.

Galli mores in Monaſterio. Aſſumitur a Quintiano Epiſcopo. Theodorico Regi fit charus.

3. Cumque defuncto patre vox ejus magis ac magis in dies componeretur, atque idem in populis maximum haberet amorem, nunciaverunt hæc THEODORICO Regi, quem dicto citius accerſitum tanta dilectione excoluit, ut eum proprio filio plus amaret. A Regina autem ejus uxore, ſimili amore diligebatur, non ſolum pro honeſtate vocis, ſed etiam pro caſtimonia corporis. Tunc vero Theodoricus Rex ex civibus Arvernis Clericos multos abduxit, quos Trevericæ Eccleſiæ ad reddendum famulatum Domino juſſit aſſiſtere : Beatum vero GALLUM a ſe nequaquam paſſus eſt ſeparari. Unde factum eſt, ut eunte Rege in Agrippinam urbem *, & ipſe abiret ſimul. Erat autem ibi fanum quoddam, diverſis ornamentis refertum, in quo barbaries opima libamina exhibens, uſque ad vomitum cibo potuque replebatur. Ibi & ſimulacra ut Deum adorans, membra ſecundum quod unumquemque dolor attigiſſet, ſculpebat in ligno. Quod ubi Sanctus Gallus audivit, ſtatim illuc cum uno tantum clerico properat: accenſoque igne, cum nullus ex ſtoltis paganis adeſſet, ad fanum applicat ac ſuccendit. Illi videntes fumum delubri ad cœlum uſque conſcendere, auctorem incendii quærunt : inventum evaginatis gladiis perſequuntur. Ille vero in fugam verſus, in aula ſe regia condidit. Verum poſtquam Rex quæ acta fuerant, paganis minitantibus, recognovit, blandis eos ſermonibus linivit, & ſic eorum furorem improbum mitigavit. Dehinc autem referre ſæpe erat ſolitus vir Beatus hæc lacrymis, & dicebat : Væ mihi, qui non perſtiti, ut in hac cauſa finirer. Fungebatur eo tempore Diaconatus officio.

* Cologne ad Rhenum.

Fanum apud Agrippinenſes ſuccendit.

4. Denique cum Beatus QUINTIANUS Epiſcopus ab hoc ſæculo, jubente Domino, tranſiſſet, ſanctus GALLUS apud urbem Arvernam eo tempore morabatur. Cives autem Arverni ad domum IMPETRATI Presbyteri ejuſdem avunculi convenerunt, conquerentes de obitu Sacerdotis, & quis in ejus locum deberet ſubſtitui, requirentes. Quo diutiſſime pertractato, regreſſus eſt unuſquiſque ad domum ſuam. Poſt horum diſceſſum Sanctus Gallus evocavit unum e Clericis, & irruente in ſe Spiritu ſancto, ait : Quid hi muſſitant? Quid curſitant? Quid tractant? Vacuum eſt, inquit, opus eorum. Ego ero Epiſcopus. Mihi Dominus hunc honorem largiri dignabitur. Tu vero cum me redire de præſentia Regis audiens, accipe equum deceſſoris mei ſtratum, & egrediens te obviam exhibe mihi. Quod ſi audire deſpexeris, cave ne te in poſterum pœniteat. Cumque hæc loqueretur, ſuper lectulum decumbebat. Tunc iratus contra eum clericus, cum multa exprobraret, eliſum ſuper ſpondam *a* lecti latus ſuum læſit, turbiduſque diſceſſit.

Prædicit ſe fore Epiſcopum.

5. Quo diſcedente ait IMPETRATUS Presbyter ad Beatum GALLUM : Audi, fili, conſilium meum : noli moram facere, ſed vade ad Regem, & nuncia ei, quæ hic contigerint; & ſi ei inſpirat Dominus, ut tibi hoc Sacerdotium largiatur, magnas Deo referimus gratias : ſin aliud, ſaltem ei, qui ordinatus fuerit, commendaberis. Ille vero abiens, quæ de beato Quintiano contigerant, Regi nunciavit. Tunc etiam APRUNCULUS Trevirorum Epiſcopus tranſiit. Congregatuſque Clerus civitatis illius ad THEODORICUM Regem, Sanctum GALLUM petebant Epiſcopum. Quibus ille ait : Abſcedite, & alium requirite : Gallum enim diaconum alio habeo deſtinatum. Tunc eligentes Sanctum NICETIUM, Epiſcopum acceperunt. Arverni vero Cleri conſenſu inſipientium facto, multa munera ad Regem ferentes venerunt. Jam tunc enim germen illud iniquum cœperat pullulare, ut Sacerdotium aut venderetur a Regibus, aut emeretur a Clericis. Tunc ii audiunt a Rege, quod ſanctum Gallum habituri eſſent Epiſcopum. Quem Presbyterum ordinari juſſit Rex, & mandavit, ut datis de publico expenſis cives invitarentur ad epulum; & lætarentur ob honorem Galli futuri Epiſcopi. Quod ita factum eſt. Is autem referre erat ſolitus, non amplius donaſſe pro Epiſcopatu, quam unum trientem coquo, qui ſervivit ad prandium.

a Trevirenſibus in Epiſcopum expetitur. Simoniacis repulſis a Theodorico Arvernis præficitur.

6. Poſt hæc Rex, datis ad ſubſidium ejus duobus Epiſcopis, Arvernos eum direxit. Clericus vero ille qui ſuper ſpondam lecti latus ejus illiſerat, VIVENTIUS nomine, ad occurſum Pontificis ſecundum verbum illius properat non ſine magno pudore, & ſe ſimulque equum, quem juſſerat, repræſentat. Ingreſſiſque utriſque in balneum, dolorem lateris, quem ab impulſu ſuperbiæ ejus incurrerat, clementer improperat, magnam ex hoc ei ingerens verecundiam, non cum ira, ſed tantum joco ſpiritali delectatus. Igitur exinde cum multo * pſallentio in civitatem ſuſcipitur, & in ſua Eccleſia Epiſcopus ordinatur.

* pſalmodia.

Virtutes ejus.

7. Jam vero aſſumpto Epiſcopatu, tanta humilitate, tantaque charitate cum omnibus uſus eſt, ut ab univerſis diligeretur. Patientiam vero ultra hominum mores habebat, ita ut,

---

a Sponda eſt latus lecti, a σπονδὴ fœdus, vel a Sponſis ſeu ſpondendo.

ut, ſi dici fas eſt, Muyſi compararetur ad diverſas injurias ſuſtinendas. Unde factum eſt, ut a Presbytero ſuo in convivio percuſſus in capite, ita ſe quietum reddiderit, ut nec ſermonem quidem aſperum reſponderet; ſed omnia, quæ ei eveniebant, patienter ferens, in Dei hoc arbitrio, a quo ſe petebat enutriri, jactaret. Nam cum & ENNODIUS quidam ex Senatoribus Presbyter, in convivio Eccleſiæ multis calumniis atque conviciis eum laceſſiſſet, conſurgens Sacerdos, loca Baſilicarum ſanctarum circuibat. Cæterum cum hoc Ennodio fuiſſet perlatum, poſt eum curſu veloci pergens, & ſe ante pedes ejus in ipſa platea proſternens, veniam petiit, deprecans ut eum oratio ejus cum omnipotente Judice non fuſcaret. At ille benigne eum colligens, cuncta, quæ locutus fuerat, clementer indulſit, eum arguens, ne hæc ultra contra Sacerdotes Domini proferre auderet: quia ipſe Epiſcopatum numquam promereretur accipere. Quod poſtea probavit eventus. Nam cum in Gabalitano ad Epiſcopatum jam electus, jam in cathedra poſitus, jam cuncta parata eſſent, ut benediceretur Epiſcopus, ita ſubito contra eum omnis populus conſurrexit, ut vix vivus poſſet evadere, qui poſtea Presbyter tranſiit.

CIRCA AN. 554 1. Julii.

Patientia inſignis.

Prophetica prædictio.

8. Apud Aurelianenſem autem urbem incriminato ab iniquis MARCO Epiſcopo & in exilium truſo, magnus Epiſcoporum conventus *a* eſt aggregatus, CHILDEBERTO Rege jubente. In qua Synodo cognoſcentes beati Epiſcopi hoc eſſe vacuum, quod contra eum fuerat muſſitatum, eum civitati & cathedræ ſuæ reſtituunt. Denique tunc ad ſervitium ſancti Galli VALENTINIANUS Diaconus, qui nunc Presbyter eſt & cantor, acceſſit. Cumque Epiſcopo alio Miſſam dicente, Diaconus ille propter jactantiam potius, quam pro Dei timore cantare vellet, a ſancto Gallo prohibebatur, dicente ſibi: Sine, fili; quando Domino jubente nos celebraverimus ſolemnia, tunc & tu canere debes: nunc ejus Clerici concinant, qui celebrat Miſſam. At ille & tunc ſe poſſe pronunciat. Cui Sacerdos: Fac ut libet, nam quod volueris, non explebis. Ille igitur negligens mandatum Pontificis, abiit, & tam deformiter cecinit, ut ab omnibus irrideretur. Adveniente autem alia Dominica, dicente ſæpedicto Pontifice Miſſam, eum juſſit abire: Nunc, inquiens, in nomine Domini, quod volueris, explicabis. Quod cum feciſſet, intantum vox ejus præclara facta eſt, ut ab omnibus laudaretur. O beatum virum, cui talis gratia conceſſa eſt, ut ſicut animæ, ita & voces hominum ſub ejus poteſtate conſiſterent; quas & cum voluit, cantu prohibuit: & cum libuit, cantare permiſit. Præſtitit autem Deus & alia miracula magna per illum. Nam cum Julianus Defenſor Presbyter deinceps, dulciſſimæ voluntatis homo a quartano typo correptus, graviter cruciaretur, lectulum ſancti Sacerdotis expetiit; in quo decubans, a famulo opertus, paululumque obdormiens, ita ſanatus eſt, ut nec contractus quidem poſtea ab hac infirmitate videretur.

Diaconi ſuperbi pœna.

S. Galli lectulus ſanat quartanam.

9. Cum autem Arverna civitas maximo incendio cremaretur, & hoc ſanctus competiſſet, ingreſſus Eccleſiam diutiſſime Dominum ante ſanctum altare cum lacrymis exoravit: ſurgenſque, Evangeliis comprehenſis, apertiſque, obviam ſe igni obtulit. Quo obtemperante protinus ad adſpectum ejus ita omne incendium eſt extinctum, ut nec favillæ quidem in eo igne remanerent. Sub ejus autem tempore magno terræ motu Arverna civitas eſt concuſſa: ſed cur acciderit, ignoramus. Hoc tamen ſcimus, quod nullum ex populo læſit. Cum autem lues illa, quam inguinariam vocant, per diverſas regiones deſæviret, & maxime tunc Arelatenſem provinciam depopularetur, ſanctus Gallus non tantum pro ſe, quantum pro populo ſuo trepidus erat. Cumque die ac nocte Dominum deprecaretur, ut vivens plebem ſuam vaſtari non cerneret, per viſum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui tam cæſariem, quam veſtem in ſimilitudinem nivis candidam efferebat, & ait ad eum: Bene te, o Sacerdos, proſpectat divina pietas pro populo tuo ſupplicantem, ideoque ne timeas: exaudita eſt enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nulluſque, te vivente, in regione iſta ab hac ſtrage deperibit. Nunc autem noli metuere, poſt octo enim annos expletos migrabis a ſæculo. Quod poſtea manifeſtum fuit. Expergefactus igitur, Deo gratias pro hac conſolatione egit, quod per cœleſtem nuncium ſe confortare dignatus eſſet. Rogationes illas inſtituit, ut media Quadrageſima pſallendo ad Baſilicam beati Juliani Martyris * itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc itinere quaſi ſtadia trecenta ſexaginta. Cum autem regiones illas, ut diximus, lues illa conſumeret, civitatem Arvernam, ſancti Galli intercedente oratione, non attigit. Unde non parvam cenſeo gratiam ejus qui hoc meruit, ut Paſtor poſitus oves ſuas devorari, defendente Domino, non videret.

Sedat incendium.

Item peſtem.

* In oppido Brivate Brioude.

10. Sed veniamus ad illud tempus, cum eum Dominus de hoc mundo juſſit aſſumi. Cum gravatus incommodo decubaret, ita febris externa omnia membra ejus depilavit, ut capillos & barbam ſimul amitteret. Sciens autem ſe, revelante Domino, poſt triduum migraturum, convocat populum, & omnibus, confracto pane, communionem ſancta & pia voluntate largitur. Adveniente autem die tertia, quæ erat Dominica dies, civibus Arvernis immanem allatura luctum, albeſcente jam cœlo, interrogat quid in Eccleſia pſallerent. Dixerunt autem circumſtantes, benedictionem pſalli. At ille pſalmo quinquageſimo & benedictione decantata, & Allelujatico cum Capitello expreſſo, conſummavit officium totum temporis matutini. Quo jam extremo perfunctus officio, ait: Valedicimus vobis, fratres. Et hæc dicens,

Excedit e vita.

a Id actum eſt non quidem in Concilio 4. Aurelianenſi anno 541. coacto, cui Marcus cum S. Gallo ſubſcripſit; ſed in Concilio 5. anno 549. celebrato, in quo non exſtat ſubſcriptio Marci, qui tunc temporis exulabat. At vero Synodis Aurelianenſibus ſecundæ & tertiæ S. Gallus per Vicarios dumtaxat interfuit.

CIRCA AN. 554 cens, extenſis membris, Spiritum cœlo intentum præmiſit ad Dominum *a*. Tranſiit autem
ætatis ſuæ ſexageſimoquinto, Epiſcopatus vero ſui ſeptimo & vigeſimo anno. Exinde ablutus
1. Julii. atque veſtitus in Eccleſiam defertur, donec Comprovinciales ad eum ſepeliendum convenirent. Magnum autem ibi miraculum oſtenſum populis fuit, quod ſcilicet ſanctus Dei, attracto dextero pede in feretro, ſe in aliud latus quod erat verſus altare, contulit.

Sepelitus ab Epiſcopis. 11. Dum hæc agerentur Rogationes illæ quæ quotannis ubique poſt Paſcha fiunt, celebrantur. Jacuit autem in Eccleſia per triduum, aſſiduo inſtante pſallentio cum magna frequentia populi. Epiſcopis autem quarta die advenientibus, eum de Eccleſia levaverunt, & portantes in ſancti Laurentii Baſilicam, ibi ſepeliunt. Jam vero in exequiis ejus quantus planctus, quanti populi affuere, enarrari vix poteſt. Mulieres cum lugubribus indumentis, tamquam ſi viros perdidiſſent: ſimiliter & viri obtecto capite, ut in exequiis uxorum mos eſt: ipſi quoque Judæi accenſis lampadibus plangentes proſequebantur. Omnes præterea populi una voce dicebant: Væ nobis, qui poſt hanc diem numquam ſimilem merebimur habere Pontificem. Et quia, ut diximus, Provinciales longe diſtabant, nec celerius venire poterant, ut mos ruſticorum habetur, glebam ſuper beatum corpus poſuere fideles, quo ab æſtu non intumeſceret. Quem ceſpitem poſt ejus exequias mulier quædam, & vere (ut ego diligenter inquiſivi) virgo puriſſima & devota Deo, MERATINA nomine, ab aliis ejectum collegit, atque in horto ſuo poſuit, & infuſa ſæpius aqua, Domino incrementum dante, vivere fecit,
Miraculis fulget. de quo ceſpite infirmi non ſolum auferentes herbam, atque ex ejus ſucco bibentes ſanabantur, verum etiam fidelis ſuper eum oratio ſuffragium merebatur. Qui poſtea per incuriam, virgine migrante, deperiit. Denique ad ſepulchrum ejus multæ virtutes oſtenſæ ſunt. Nam quartanarii & diverſis febribus ægroti, ut ad beatum tumulum fideliter perveniunt, protinus hauriunt ſanitatem.

12. VALENTIANUS igitur cantor, cujus ſupra meminimus, qui poſtea Presbyter fuit, cum Diaconatus fungeretur officio, a typo quartano corripitur, ac per multos dies magna defectione laboravit. Factum eſt autem, ut in die acceſſus hujus febris, loca ſancta circuire diſponeret orans, veniensque ad hujus ſancti ſepulchrum, proſtratus ait: Memor eſto mei, beatiſſime ac ſancte Sacerdos, a te enim educatus, doctus ac promotus ſum. Memor eſto alumni proprii, quem amore unico dilexiſti, & erue me ab hac qua detineor febre. Hæc effatus, herbulas quæ ob honorem Sacerdotis tumulo reſperſæ fuerant a devotis, collegit, & quia virides erant, ori applicat, dentibus decerpit, ſuccumque earum deglutit. Præteriit dies illa, nec ab hoc eſt pulſatus incommodo; & deinceps ita ſoſpitati eſt reſtitutus, ut nec ullos vel minimos rigores ultra perferret. Hoc ab ipſius Presbyteri ore ita geſtum fuiſſe cognovi. Non enim ambigitur, per illius potentiam prodire virtutes de tumulis ſervorum ſuorum, qui Lazarum vocavit ex monumento.

EPITAPHIUM DOMNI GALLI EPISCOPI,

Ex Venantio Fortunato *lib.* 4. *Carm.* 4.

HOSTIS inique, Adam paradiſo fraude repellis,
 Ecce Deus famulos præſtat adire polos.
Invide ſic tua mors homini meliora paravit,
 Tu expellis terris, hic dat & aſtra ſuis.
Teſtis & Antiſtes GALLUS probat iſte beatus,
 Nobilis in terris dives eundo polis.
Qui Chriſti auxilio fultus, nec adultus in annis
 Se majora petens odit amare lares.
Effugit amplexus patrios, matremque relinquit,
 Qui Monachum regeret, quæritur Abba parens;
Illic tiro rudis generoſo cœpit ab ævo
 Militiæ Domini belliger arma pati.
QUINTIANO demum ſancto erudiente magiſtro,
 Pulchrius eſt auro corde probatus homo.
Inde palatina Regis translatus in aula,
 THEUDERICE tuo vixit amore pio.

Mox

a Gregorius Turonicus Epiſc. chronologicos mortis S. Galli characteres tres nobis ſuppeditat, videlicet annum octavum peſtis inguinariæ, ſupra num. 9. diem Dominicam, hæc, & regnum Theodobaldi lib. 4. Hiſt. cap. 7. Dies Kalendarum Juliarum qua Sanctus Gallus colitur in tabulis Eccleſiaſticis, non eſt dies obitus, ſed forte Tranſlationis, quando corpus ejus in Eccleſiam S. Mariæ Portuenſis (quæ principalis eſt Eccleſia, in honorem SS. Vitalis & Agricolæ primo condita, deinde S. Laurentii dicta) ex alia vicina S. Laurentii Æde a Guidone Epiſcopo delatum eſt anno 1285. Nam Gregorius diem Dominicam qua S. Gallus ad ſuperos evolavit ſpecialius definiens, dicit illam præceſſiſſe triduum Rogationum, quæ *ubique poſt Paſcha fiunt*. Cum vero ex eodem Gregorio lib. 2. Hiſt. cap. 34. prædictæ Rogationes *ante Aſcenſionis Dominicæ triumphum celebrarentur*, numquam poſſunt cum die Kalendarum Juliarum convenire. Nihil itaque certi ex his characteribus elici poteſt, niſi quod mors S. Galli poſt Concilium 5. Aurelianenſe, at vero ante Theodobaldi deceſſum collocanda eſt, videlicet intra annos 550. & 556. Mirum certe eſt, tantum virum in ſinceris Uſuardi & Adonis Martyrologiis fuiſſe prætermiſſum.

CIRCA AN. 554 1. Julii.

Mon ubi deſtituens terras petit aſtra magiſter,
Ceſſit diſcipulo cura euendo gregem.
Pontificatus enim moderans ita reait habenas,
Paſtor ut officiis, eſſet amore Pater.
Manſuetus, patiens, bonus, æquus, amatus *, amandus;
Non erat offenſæ, ſed locus hic veniæ.
Si qua ſupervenit, facta eſt injuria virtus,
Unde furor poterat, inde triumphus erat;
Plebem voce fovens, quaſi natos ubere nutrix,
Dulcia conditu cum ſale mella rigans.
Hoc opus exercens præſenſit duna futuri,
Se paſtore nihil poſſe perire gregi.
Sic pater Eccleſiam regit in quinquennia quinque,
Bis terdena tamen luſtra ſuperſtes agens.
Hinc meliore via ſanctum ad cœleſtia vectum
Non premit urna rogi, ſed tenet ulna Dei.

* al. amator.

S. Galli ætas.

DE SS. EUTHICIO & FLORENTIO MONACHIS APUD NURSIAM.

CIRCA AN. 555 23. Maji.

Ex Gregorio Magno *in lib. 3. Dial. cap. 15.*

1. NEQUE hoc ſileam quod ex regione eadem, venerabilis viri SANCTULI Presbyteri a narratione cognovi, de cujus verbis ipſe non dubitas, quia ejus vitam fidemque non ignoras. Eodem quoque tempore in Nurſiæ partibus provinciæ, duo viri in vita atque habitu ſanctæ converſationis habitabant, quorum unus EUTHICIUS, alter vero FLORENTIUS dicebatur. Sed iſdem Euthicius in ſpiritali zelo atque in fervore virtutis excreverat, multorumque animas ad Dominum perducere exhortando ſatagebat: Florentius vero ſimplicitati atque orationi deditam ducebat vitam.

Euthicius aliis, Florentius orationi vacat.

2. Non longe autem erat Monaſterium quod Rectoris ſui fuerat morte deſtitutum, ex quo ſibi Monachi eumdem Euthicium præeſſe voluerunt. Qui eorum precibus adquieſcens, multis annis Monaſterium rexit, diſcipulorumque animas in ſtudio ſanctæ converſationis exercuit: ac ne Oratorium, in quo prius habitaverat, ſolum remanere potuiſſet, illic venerabilem virum Florentium reliquit.

Euthicius Monaſterio præficitur.

3. In quo dum ſolus habitaret, die quadam ſe ſe in orationem proſtravit, atque ab omnipotente Deo petiit, ut ei illic ad habitandum aliquod ſolatium donare dignaretur. Qui mox ut complevit orationem, Oratorium egreſſus ante fores urſum reperit ſtantem: qui dum ad terram caput deprimeret, nihilque feritatis in ſuis motibus demonſtraret, aperte dabat intelligi, quod ad viri Dei obſequium veniſſet. Quod vir quoque Domini protinus agnovit, & quia in eadem Cella pecudes quatuor vel quinque remanſerant, quas omnino deerat qui paſceret & cuſtodiret, eidem urſo præcepit dicens: Vade, atque has oves ad paſtum ejice, ad ſextam vero horam revertere. Cœpit hoc itaque indeſinenter agi. Injungebatur urſo cura paſtoralis, & quas manducare conſueverat, paſcebat oves beſtia jejuna. Cum vir Domini jejunare voluiſſet, ad Nonam præcipiebat urſum cum ovibus reverti; cum vero noluiſſet, ad Sextam: atque ita in omnibus mandato viri Dei obtemperabat urſus, ut neque ad Sextam juſſus rediret ad Nonam, neque ad Nonam juſſus rediret ad Sextam.

Florentius urſo ad paſcendas oves utitur.

4. Cumque diu hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis longe lateque fama crebreſcere. Sed quia antiquus hoſtis unde bonos cernit eniteſcere ad gloriam, inde perverſos per invidiam rapit ad pœnam; quatuor viri ex diſcipulis venerabilis Euthicii vehementer invidentes quod eorum Magiſter ſigna non faceret, & is qui ſolus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret, eumdem urſum inſidiantes occiderunt. Cumque hora qua juſſus fuerat non rediret, vir Domini Florentius ſuſpectus eſt redditus. Quem uſque ad horam veſperis expectans, affligi cœpit, quod is quem ea ſimplicitate multa fratrem vocare conſueverat, urſus minime reverteretur. Die vero altera perrexit ad agrum urſum pariter oveſque quæſiturus. Quem occiſum reperit, ſed ſollicite inquirens, citius a quibus fuerat occiſus invenit. Tunc ſe ſe in lamentis dedit, Fratrum magis malitiam quam urſi mortem deplorans.

Monachi Urſum per invidiam occidunt.

5. Quem venerandus vir Euthicius ad ſe deductum conſolari ſtuduit, ſed iſdem vir Domini coram eo doloris magni ſtimulis accenſus imprecatus eſt dicens: Spero ab omnipotente Deo, quia in hac vita ante oculos omnium ea malitia ſua vindictam recipiant, qui nihil ſe lædentem urſum meum occiderunt. Cujus vocem protinus ultio divina ſecuta eſt. Nam quatuor Monachi qui eumdem urſum occiderunt, ſtatim elephantino morbo percuſſi ſunt,

Florentio imprecante pœnas luunt.

* De eo agit Gregorius in lib. 3. Dial. cap. 37.

CIRCA AN. 555 23. Maji. ſi ſunt, ut membris putreſcentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentius vehementer expavit, ſeque ita Fratribus maledixiſſe pertimuit. Omni enim vitæ ſuæ tempore flebat quia exauditus fuerat, ſe crudelem, ſe in eorum morte clamabat homicidam. Quod idcirco omnipotentem Dominum feciſſe credimus, ne vir miræ ſimplicitatis quantolibet dolore commotus intorquere ultra præſumeret jaculum maledictionis.

NOTA. 6. PETRUS. Numquidnam valde grave eſſe credimus, ſi fortaſſe cuilibet exagitati iracundia maledicamus?

1. Cor. 6. 10. GREGORIUS. De hoc peccato cur me percunctaris an grave ſit, cum Paulus dicat: *Neque maledici regnum Dei poſſidebunt?* Penſa itaque quam gravis culpa eſt, quæ ſeparat a regno vitæ.

PETRUS. Quid ſi homo non fortaſſe ex malitia, ſed ex linguæ incuria maledictionis in proximum jaculatur verbum?

GREGORIUS. Si apud diſtrictum Judicem, Petre, otioſus ſermo reprehenditur, quanto magis noxius? Penſa ergo quantum ſit damnabilis qui a malitia non vacat, ſi & ille ſermo pœnalis eſt qui a bonitate utilitatis vacat.

PETRUS. Adſentio.

Orando Serpentes necat. 7. GREGORIUS. Iſdem vir Dei egit aliud quod ſilere non debeat. Cum enim magna ejus opinio longe lateque crebreſceret, quidam Diaconus longe poſitus ad eum pergere ſtuduit, ut ejus ſe orationibus commendaret. Qui ad ejus cellulam veniens, omnem locum per circuitum invenit innumeris ſerpentibus plenum. Cumque vehementer expaviſſet, clamavit dicens: Serve Dei, ora. Erat autem tunc mira ſerenitas. Egreſſus vero Florentius, ad cœlum oculos & palmas tetendit, ut illam peſtem ſicut ſciret, Dominus auferret. Ad cujus vocem ſubito cœlum intonuit, atque iſdem tonitrus omnes illos qui eumdem locum occupaverant ſerpentes interemit. Quos dum vir Dei Florentius interemtos aſpiceret, dixit: Ecce occidiſti illos Domine, quis eos hinc levat? Moxque ad ejus voces tantæ aves venerunt, quanti ſerpentes occiſi fuerant. Quæ eos portantes ſingulos & longius projicientes, locum habitationis illius mundum omnino a ſerpentibus reddiderunt.

8. PETRUS. Quid virtutis, quid fuiſſe meriti dicimus, quod ejus omnipotens Deus ori tantum factus eſt proximus?

Cordis munditia & ſimplicitas apud Deum plurimum valet. GREGORIUS. Apud omnipotentis Dei ſingularem munditiam atque ejus ſimplicem naturam multum, Petre, humani cordis munditia atque ſimplicitas valet. Hoc ipſum namque quod ejus famuli a terrenis actionibus ſegregati otioſa loqui neſciunt, & mentem per verba ſpargere atque inquinare devitant, auctoris ſui præ ceteris exauditionem impetrant, cui inquantum eſt poſſibile, ipſa puritate & ſimplicitate cogitationis quaſi ea quadam jam ſimilitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti dum frequenter otioſa, nonnumquam vero etiam graviter noxia loquimur, os noſtrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorſum ducimur, dum locutione continua ſæcularibus admiſcemur.

9. Quod bene Eſaias poſtquam Regem exercituum Dominum vidit, ſemetipſum reprehendit & pœnituit dicens: *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum.* Qui cur

Iſa. 6. polluta labia haberet, aperuit cum ſubjunxit: *In medio populi polluta labia habentis ego habito.* Pollutionem namque labiorum habere ſe doluit, ſed unde hanc contraxerit indicavit, cum in medio populi polluta labia habentis ſe habitare perhibuit. Valde enim difficile eſt,

Inter ſæculares converſari, noxium puritati. ut lingua ſæcularium mentem non inquinet quam tangit: quia dum plerumque eis ad quædam loquenda condeſcendimus, pauliſper adſueti hanc ipſam locutionem quæ nobis indigna eſt, etiam delectabiliter tenemus: ut ea ea jam redire non libeat, ad quam velut ea condeſcenſione ducti venimus inviti. Sicque fit ut ab otioſis ad noxia, a levibus ad graviora verba veniamus, & os noſtrum ab omnipotente Domino tanto jam minus exaudiatur

Cur ſæpe a Deo non exaudiamur. in prece, quanto amplius inquinatur ſtulta locutione: quia ſicut ſcriptum eſt, *Qui avertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Quid ergo mirum, ſi poſtulantes tarde a Domino audiamur, qui præcipientem Dominum aut tarde aut nullo modo audimus? Et quid mirum ſi Florentius in prece ſua citius eſt auditus, qui in præceptis ſuis Dominum citius audivit?

PETRUS. Nihil eſt quod reſpondeei valeat apertæ rationi.

Euthicii tunica delata pluviam aut ſolem adducit. 10. GREGORIUS. Euthicius vero qui prædicti Florentii in via Dei ſocius fuerat, magnus poſt mortem claruit in virtute ſignorum. Nam cum multa cives Urbis illius *a* de eo ſoleant narrare miracula, illud tamen eſt præcipuum, quod uſque ad hæc Langobardorum tempora omnipotens Deus per veſtimentum illius aſſidue dignabatur operari. Nam quoties pluvia deerat, & æſtu nimio terram longa ſiccitas exurebat, collecti in unum cives urbis illius, ejus tunicam levare, atque in conſpectu Domini cum precibus offerre conſueverant: cum qua dum per agros exorantes pergerent, repente pluvia tribuebatur, quæ plene terram ſatiare potuiſſet. Ex qua re patuit, ejus anima quid virtutis intus, quid meriti haberet, cujus foris oſtenſa veſtis iram Conditoris averteret.

DE

a Nempe Nurſiæ, qua in Urbe uterque hic ſanctus magna veneratione colitur, exſtatque Eccleſia S. Euthicio nuncupata.

DE S. BENEDICTO MONACHO.

CIRCA AN. 555 23. Mart.

Ex Gregorio Magno *in lib. 3. Dial. cap.* 18.

1. FRATER quidam mecum eſt in Monaſterio converſatus, in Scriptura ſancta ſtudioſiſſimus, qui me ætate præibat, & ex multis quæ neſciebam me ædificare conſueverat. Hujus itaque narratione didici, quod fuit quidam in Campaniæ partibus intra quadrageſimum Romanæ Urbis milliarium, nomine BENEDICTUS, a & quidem ætate juvenis, ſed moribus grandævus, & in ſanctæ converſationis regula ſe fortiter ſtringens: quem TOTILA Regis tempore cum Gothi reperiſſent, hunc incendere cum ſua cella moliti ſunt. Ignem namque poſuerunt, ſed in circuitu arſerunt omnia, cella vero illius igni comburi non potuit. Quod videntes Gothi, magiſque ſævientes atque hunc ea ſuo habitaculo trahentes, non longe aſpexerunt ſuccenſum clibanum, qui coquendis panibus parabatur, eumque in illo projecerunt: ſed die altero ita inlæſus inventus eſt, ut non ſolum ejus caro ab ignibus, ſed neque extrema ullo modo veſtimenta cremarentur.

Benedictum ejuſque cellam Gothi fruſtra incendere conantur.

2. PETRUS. Antiquum trium puerorum miraculum audio, qui projecti in ignibus læſi non ſunt.

GREGORIUS. Illud, ut opinor, miraculum ex parte aliqua diſſimiliter geſtum eſt: Tunc quippe tres pueri ligatis pedibus ac manibus in ignem projecti ſunt, quos die altero Rex requirens, in camino inlæſis veſtibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur, quia ignis in quo jactati fuerant, qui eorum veſtimenta non contigit, eorum vincula conſumpſit: ut uno eodemque tempore in obſequio juſtorum & haberet flamma virtutem ſuam ad ſolatium, & non haberet ad tormentum.

Comparatio Benedicti cum tribus pueris in fornace.

VITA S. LEOBINI EPISCOPI CARNOTENSIS.

CIRCA AN. 556 15. Sept.

Ex codd. MSS. Vindocinenſis & Conchens. Monaſt.

1. IGITUR beatiſſimus LEOBINUS * Pictavorum urbis indigena dignis ortus parentibus fuit: quibus tantæ humilitatis devotione ſe ſubdidit, ut in pueritia primævæ ætatis poſitus per hoc diceretur meritis approbatus. Hic bonæ indolis in adoleſcentia florens, diſcendarum litterarum amor ejus verſabatur in pectore, ut ſancti Spiritus gratia quaſi cœleſti nube circumdatus, dum boves ſervaret in paſcuis, contigit ut NOIDGALINSEM Monachum ſibi obvium deprecaretur ſibi litteras diſcendas ſcribere. Qui cum non haberet codicis aut tabularum ſupplementum, prout potuit apices in cingulo ſcripſit. Quod utique præſagium divinæ pietatis myſterio actum credimus: ut qui multis erat profuturus ad exemplum caſtitatis, ipſe cœlibatus zona circumdatus candoris inſtar fragrantis lilii circa renes haberet cingulum litteris inſcriptum veritatis. Poſtea vero cum pater hujuſmodi aviditatem diſcendi in filio comperiſſet, litterarum lineas in tabulis fieri decrevit: cui tantum exinde proceſſit ſtudium, ut utrumque pariter ageret, videlicet ut laborationi inſiſteret, & lectioni operam daret, ſic inter colendi inſtantiam ſedulum dividebat officium. His quippe duobus præfigurabatur actibus, ut per agriculturæ opus obedientia ſtrenuus futurus judicaretur Monachus, & per diſcendi ſtudium venturus præpararetur Epiſcopus, per fidelium corda vomere diſciplinæ exarata ſaturus divini verbi ſemina.

* S. Lubin.

Parentes, patria & pueritia.

Litterarum amor.

Lectioni & agriculturæ operam navat.

2. Nec multo poſt aliquatenus ſcientiæ prærogativa illuſtratus in quodam Monaſterio pie ſuſceptus, coma capitis detonſus efficitur Monachus: cui obedientiæ humilitate Cellarium creditum, & temperandarum curſus horarum & vigiliarum diligentia committitur. Qua occupatione detentus, per diem ſe lectioni vacare non poſſe comperiens, declinantibus ad dormiendum Monachis pernoctabat intente, ut diſceret normam juſtitiæ. Qui cum aſſiduitatem lectionis Fratribus noviſſet oneroſam, nolens horum murmur verti in tumultum, feneſtræ quæ oculis Fratrum patula erat, velum oppoſuit, ut lumen eis redderet ſubobſcurum, & ipſe lectionis caperet incrementum.

Fit Cellerarius & horarum obſervator.

3. Quidam autem Diaconus illuſtris nomine NIVARDUS cognoſcens eum velle adire beatum * AVITUM, qui tunc temporis morabatur Eremita in Pertico * dulci affatu ipſum alloquitur dicens: Agnoſco, Frater, de minimis ad majora te velle conſcendere, ſed quæ tibi in incepto ſcientiæ inſtitutionis propoſito proficiant, tribus verbis te inſtruere cura-

Nec tamen ſtudia omittit.

* S. Avy.

* Le Perche.

a Hunc Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ Caſſinenſem nominat, atque ignorari ubi corpus illius ſit conditum. Caſſinenſem tamen fuiſſe ex Gregorii textu non conſtat.

CIRCA AN. 556 25. Sept.

Monita Nileſſi Diaconi.

bo : id eſt, nulli Epiſcoporum te obſequiis obliges, quia inter bonos bonus multos invenies detractores. Aliud moneo, ne quorumcumque hominum Baſilicam regere, aut petitor ambias, aut expetitus adquieſcas, ne inter diverſos mores aut rigorem Monachi perdas, aut ſi blandimentis non conſentias, detrahentes tamen via ſufferas. Tertium præmoneo, ne parvæ te ſocies Cellulæ, quia dum ſinguli præponere ſibi cupiunt, nulli obedientia miniſtratur.

E ſuo Monaſterio diſcedit.

4. Poſt octo itaque annos in illa Cella monaſtice converſatus, beatiſſimi A V I T I præſentia ſe obtulit expetendam: qui cum ab eo reſponſum accepiſſet, ut poſt eruditionem, quam in congregatione Monachorum percepturus erat, ad ipſum reverteretur, inde recedens cum quodam Diacono qui in Monaſterio aliquamdiu converſatus fuerat, Ligeris littora cœpit peragrare, perveniensque ad quamdam Cellam ut in ea habitaret ſibi oblatam, memor monitorum ſupradictorum ſe in eo loco alligare noluit; ſed volens * Lirinum pervenire, invenit quemdam Fratrem Lirinenſem dicentem ſe non poſſe illic temperiei incommoditatem ferre, quo dicto ab itinere quod cœperat revocatur. Deinde Gavalenſem * expetens urbem, cum beatiſſimo H I L A R O ejuſdem urbis Antiſtite ſacerdotaliter fuiſſet ſuſceptus & aliquantiſper cum eo commoratus, cœpit conqueri frater non aptum ſibi locum ad habitandum. Unde cum inter ſe eoſdem Fratres altercantes beatus Hilarus animadvertiſſet, cœpit hortari illum vagum fratrem, ne a comitatu beati L E O B I N I diſcederet, ne forte obedientiæ gratiam ſecedendo perderet, quam hactenus illum ſequendo adeptus fuiſſet. Inde vero recedentes, audienteſque beati L U P I a famam longe lateque crebreſcere, ad eum ſe humiliter contulerunt. Cumque modico tempore cum eo morati fuiſſent hortatur, prædictus frater, utpote inſtabilis & vagus, inde beatum Leobinum diſcedere. Nolens itaque vir ſanctus hujuſmodi perſuaſionibus adquieſcere, fortiterque reſiſtens, & tam vagum fratrem in ſuo comitatu habere contemnens, continuato quinquennio in eodem commoratus eſt Cœnobio.

* Lerins.

* Javoux.

Ad S. Lupum ſe recipit.

Ibi a Francis exagitatur.

5. Interea dum Francorum dura ferocitas contra Burgundiones bella concitaret, & ejuſdem Cellæ Monachi eorum metu huc illucque diffugerent, prædictus ſanctus cum altero ſene illic remanſit intrepidus. Interpellatus ergo ille alter ſenex a Barbaris ut res Monaſterii totius panderet, reſpondit Beatum Leobinum omnes eaſdem res ſcire, ſe autem ab earum cognitione alienum eſſe. Hac ergo excuſatione illo priore ſene ab inquiſitione liberato, cœperunt prædicti Barbari hominem Dei molliter alloqui, ut ſi quid ex eiſdem rebus noſſet, præſentialiter panderet. Qui cum per eum ſuis blandimentis nihil poſſent ex his quæ quærebant inveſtigare, multimoda pœnarum genera excogitantes apponere tentant. Nam frontem ejus chordis fortiter circumdantes, & pedes fuſtibus adſtringentes, & ſæpe eum in gurgitem ſubmergentes, ſicut nec blanditiis, ita nec tormentis ab eo aliquid extorquere potuerunt. Sanctus vero Leobinus inter utramque conſtanter perdurans maluit ferre ſupplicia iniquorum, quam revelare ſecreta Monachorum.

S. Avitum adit.

6. His nempe ſuppliciis miſerabiliter afflictus licet ſemivivus, divina tamen ſuffragante ope ereptus cum duobus Fratribus E U F R O N I O & R U S T I C O adire iterum ſanctum A V I T U M in vaſta Pertici ſolitudine commorantem : quos ille fraterna charitate recipiens, & illos duos Fratres prædictos per congrua ſibi officia diſponens, ut cognovit beati viri mentem cœleſti bonitate uberius eniteſcere, eum cellerarii præfecit officio. In cujus miniſterii diſpenſatione ita ſe reddidit providum, ut nec ſuperpetenti daret aliquid ſuperfluum, nec indigenti congruum ſubtraheret alimentum. Adeo namque Beatus Avitus ejus obſequium ſibi conſpexerat gratum, ut ſuæ fragilitatis corpus jejunio maceratum, & ſenio attenuatum nullo tamen alimento reficeret, niſi quod Beatus Leobinus ſua induſtria præparaſſet.

Fit Cellerarius.

Mortuo Avito alio migrat.

* Charbonniere.

7. Factum eſt autem, ut cum Dominus Beati Aviti ſolitarium laborem cœleſti mercede remunerans, terrenis exemptum impedimentis in collegio Sanctorum ſuorum connumeratum haberet, Beatus Leobinus cum prædictis duobus Fratribus in loco qui vocatur Carbonaria * decrevit conſiſtere. Et cum aliquamdiu in tribus cellulis a ſe conditis, certatim divinum explerent officium, diſcedentibus duobus labore ſuarum manuum per quinquennium aquæ tantum poculo & ſobrio ibidem paſtus eſt cibo. Cum autem æſtivo tempore proventus fructuum inſtaret, & maturæ ſegetes tritæ horreis recondi deberent, ſubita aeris oborta tempeſtas, ita ſilvarum frangebat cacumina, & meſſes ſternebat, ut in ſtragem penitus viderentur redigi. Commotus ergo vir Dei tantæ incommoditatis periculo, contra hujuſmodi nimbi tempeſtatem cœleſtibus armis, orationibus videlicet ſe inarmans, oleum ſacræ benedictionis opponens non ſolum fulgura & tonitrua tempeſtatem concitantia fecit conquieſcere, & in priſtinam tranquillitatem aeris quaſſationem redire; ſed inſuper quidquid cellæ in ſtipendiis debebatur, ſub integritate conſerri. Illius miraculi ſpectaculum a beato viro patratum ad laudem Dei eſt memoria retinendum.

Tempeſtatem ſedat.

* Carnotenſis.

* Brou.

8. Dum Beatus Æ T H E R I U S Epiſcopus * Beatum Leobinum Brajaco *, ut ſibi occurreret, convocaret, contigit ut vicina illius Cellæ quidquid obvium edax ignis invenerat exurendum, nihil parceret relinquendum. Sed cum Monachi tanti vaporem incendii nequa-

a Nempe *Inſula barbara* Anachoretæ (ſic eum vocant, quod illius Cœnobii Monachi diviſis Cellulis Anachoretarum more agerent) poſtea vero Archiepiſcopi Lugdunenſis. Eſt autem Inſula barbara, *l'Isle-barbe*, Monaſterium antiquiſſimum O. B. in Agro Lugdunenſi in medio Arari ſitum, quod anno 1549. ſæculari toga donatum eſt.

CIRCA AN. 556

19. Sept.

quaquam injectis aquis poſſent reprimere, ſed ut videbatur potius ignem eis viderentur accendere, vir Dei Leobinus orationibus ſuis & lacrymis valentioribus aquis flammarum globos nomine Chriſti invocato penitus conſopiri fecit.

Incendium reſtinguit. Fit Presbyter & Abbas Brajacenſis. Iterum incendium ſedat.

9. Nec minus & illius miraculi inſigne præconium memoriæ eſt commendandum. Cum per idem tempus præfatus ÆTHERIUS Epiſcopus beati viri Leobini proſpiciens ſanctitatem, ad Diaconatus proveheret officium, & Fratribus Brajacenſis Monaſterii præponeret, dignum duxit ut præfecturæ officium commodius ageret, ſi ad Presbyterii onus eum ordinabiliter ſublimaret. Poſtmodum cum flamma rabidi ignis ſilvas & campos exurens, ad Monaſterium ſegetes exurendo veniſſet, & Monachi ejus metu a menſa ſurrexiſſent, vir ſanctus in oratione ante incendium proſtratus, apud cœli Deum impetrare meruit, ut omnis illius ignis rabies oppreſſa conſopiretur, & priſtina temperies aeris reddita blandiretur.

Dæmoniacos curat.

10. Inſeratur huic operi illud cœleſte miraculum, quod Dominus patrare dignatus eſt per beatum Leobinum. Quodam tempore duo energumeni, in quibus tanta vis dæmonum prævaluerat, ut ſæpe vincula & catenas comminuerent, occurrentes beatiſſimo viro ſoſpitatis remedium largiri ſibi humiliter popoſcerunt. Sanctus itaque vir a Fratribus cohortatus impendere gratiam medelæ dæmonico furore agitatis, pietate commotus oppoſito crucis ſignaculo, & dæmones ab iis expulit, & priſtinæ ſanitatis incolumitati efficaciter reſtituit. Nec multo poſt tempore dum longe a Cella abſens eſſet, & ad Monaſterium ubi paucæ puellæ morabantur, compendioſo itinere declinaret, benigne exceptus eſt ab illis. Denique poſt humanitatis officium, quod ei libentiſſime exhibuerunt, intempeſtæ noctis ſilentio una de puellarum collegio incentive impulſa petulantiæ æſtu nefario, pedibus ſancti jacentis ſub lecti operimento dentibus doloſum intulit morſum, qui ſentiens ſe hujuſmodi morſu attrectatum, cum percuſſione pectoris & ingenti gemitu illam pedibus ſuis repulit mortiferum veluti venenum, & ſervata omni corporis integritate laqueos mulieris ſine damno evaſit, pudicitiæ ſtrophio præcinctus.

Impudicam repellit. Cancri morbo liberatur.

11. Ab hac itaque tentatione Deo ſe protegente ereptus, contigit ut ipſe qui aliorum infirmitatibus extiterat medicus, cancri vulnere percuteretur in naribus: qui dum Monachorum precibus rogaretur, ut ſibi humano quolibet ſtudio mederetur, ipſe æterno fidens in medico, qui ſolo verbo curat omnia, ceram benedictam per annos fere duodecim, ejuſdem morbi impoſuit tabo, ut virtus per divinam gratiam augmentum caperet infirmitate. Unde ſemper in Dei ſervitio permanens, & in omnibus Deo gratias reddens, ſine aliquo humano ſuffragante auxilio, poſtea variam meruit recipere ſanitatem.

Lumine cœleſti perfuſus cernitur.

12. Proferatur in medium & illud ſtupendum geſtæ rei miraculum quod omnibus prodeſſe poterit ad fidei incrementum. Quidam ex Monachis vocabolo TYRANNUS, crudelis quidem antitheto nomine, ſed præclarus virtute, dum eſſet quadam nocte ſollicitus pervigil, vox ei directa eſt quod tactum jam ſonuiſſet ſignum. Hac itaque voce commonitus ſurgit continuo, & ingreſſus Baſilicam ſplendore diffuſi luminis radiantem, in qua conſpicuos claritate proſpicit duos egregia forma viros, ſanctum videlicet LEOBINUM, & alterum nomine ſibi incognitum, ex quorum viſu nimio pavore perterritus fugam inivit, ſeſeque in ſuæ cella abſcondit. Sed dum ad ſigni ſonum in præfatam Baſilicam ad Matutinos ſe intuliſſet hymnos, expleta orationis conſuetudine prælocutus Tyrannus cautus & devotus pergit ad Domnum Leobinum, obſecrans ut ſibi indicaret quæ eſſet illa perſona quam in Baſilica una cum eo intuitus eſſet. Agnoſcens itaque vir Dei fratrem fuiſſe dignum tantæ devotionis miraculo, ait: Frater, cum fuiſſes Oratorium ingreſſus & duos pariter vidiſſes viros, me, ut audio, cognoviſti; alter vero incognitus ſed micanti ſplendore candidus, Ipſe eſt Beatus AVITUS me viſitando dignatus corripere, & commovere qualiter debeam quemdam Fratrem pro ſuis exceſſibus corrigere. Merito namque cœleſte lumen ſuper ſanctum virum radiabat, quia licet in terra corpore, mente tamen converſabatur in cœlis, juxta illud Apoſtoli: *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt*. Unde viſitationem meruit habere & conſolationem: in cujus ſiquidem corde & ore per divinorum eloquia mandatorum lux cœleſtis gratiæ jugiter ac ineffabiliter rutilabat.

A S. Avito de agendis cœlitus monetur.

Philip. 3. 20

S. Cæſarium inviſit cum Albino.

13. Non multo poſt tempore a Beato ÆTHERIO Pontifice ei injunctum eſt, ut cauſa proficiendi in melius ſanctum CAESARIUM Arelatenſem Epiſcopum inquirere & adire deberet intrepidus. Ad quem cum perveniſſet S. LEOBINUS, pariterque cum eo Beatus ALBINUS, qui comes ejus itineris fuerat, requiſitus a Beato Cæſario cur tanti itineris laborem aſſumpſit, reſpondit Beatus Albinus ſe tantummodo ſui deſiderii cauſa veniſſe, beatum vero Leobinum derelictis Fratribus, quibus præpoſitus fuerat, Lirino properaturum, ubi Fratribus ejuſdem Monaſterii derelictis Lirino foret ſubjiciendus, accedens ibi omnibus Fratribus deſideraret eſſe ſubjectus. Tunc Sanctus Cæſarius corripiens eum ut celeriter reverteretur, ait: Vide Frater, ne Fratres te abſente vim Regulæ frangant, & quaſi oves ſine Paſtore in direptionem veniant; quia ſi hoc contigerit, tuæ reputabitur culpæ, & omnis eorum iniquitas in tuum redundabit caput. Hac ergo trementi admonitione proſternatus, ad regendos prædictos Fratres quantocius ad propriam revertitur Cellam. Comperiens autem eoſdem Fratres nihil in ſe habere invidum, nihil maledictioni, aut obtrectationi obnoxium, omnes æqualiter diligens, omnes hilariter intuens, Deo omnipotenti immenſas retulit gratias, qui eos ad tantæ unanimitatis concordiam perduxit.

Leobinus ob relictam Monaſterii curam a Cæſario increpatur. Redit in ſuum Monaſterium.

CIRCA AN. 556

15. Sept.

Episcopus Carnotensis designatus.

14. Interea Beatus ÆTHERIUS Carnotenſis urbis Epiſcopus vitæ ſuæ curſu conſummato migravit ad Dominum. Cumque de ſucceſſore ejus variaretur inquiſitio, Rex cœli Dominus in cujus manu cor Regum eſt, CHILDEBERTI Regis cor ita ſua inſpiratione inflexit, ut de Beato LEOBINO Monacho Pontificem in ſucceſſorem eligendo regale daret decretum. Univerſi namque qui aderant Beatum Leobinum non ſolum a Rege ſed a Deo eſſe electum alacri corde lætantes conſono ore & concordi voto conclamare cœperunt, eum cathedra Epiſcopali in ſucceſſione affore dignum. In hac ergo electione cum univerſus aſſentiret populus, quod non abſque livore invidiæ actum eſſe credimus, quidam Epiſcoporum cœperunt reſiſtere, & contradicere ejus ordinationi, eo quod modica pars naris quondam incumbente cancri ægritudine, mutilata videretur. Sed voce omnium unanimiter conclamantium oppreſſa invidiæ illatione & penitus fruſtrata vir ſanctus ſecundum Dei diſpenſationem & populi electionem ordinandus decernitur.

Quidam fruſtra contradicunt.

15. Interea quidam illorum ſcientes Beatum Leobinum ad Epiſcopatus non velle conſcendere dignitatem, conſilio inito miſerunt ad eum ut aliquem de ſuis Monachum Pontificali infula dignum eis tranſmitteret ordinandum. At ille eorum dictis libenter obtemperans deputat unum ex ſuis diſcipulis tantæ ordinationis invehendum, inſtruens & docens qualiter ſe in regimine agere deberet, & in ſanctitatis apice exhibere. Sed Frater nolens ſolus ſine Abbatis ſui præſentia illi concilio properare, obnixe poſtulavit ut cum ipſo illuc pariter pergeret. Surgens igitur ſenex profectus eſt ſimul, & pervenit Carnotis, quemadmodum fuerat deprecatus. Qui dum in quadam manſione hoſpitaretur, & vidiſſet nocte in ſomnis pavimentum nucibus ſtratum, divina ut credimus juſſione ei injunctum eſt, quatenus emundatis teſtis nucleum ſibi nitidum reſervaret. Tranſacto igitur noctis tempore, cum in craſtinum vellet offerre Monachum, ut ab eo poſtulatum fuerat, Epiſcopum ordinandum, & populi conſenſus non eſſe decerneret recipiendum, Regis edictum illico in medium eſt prolatum, & inde recitatum, quod ad Regis imperium & totius populi votum Leobinum oporteret Epiſcopum ordinandum. Ipſe vero renuens & indignum ſe judicans tanti regiminis ſuſcipere curam, ad pedes Epiſcoporum porrectus extenditur, excuſationem apponens, illud quod imponebant nec implere poſſe, nec perficere opus. Sed reluctantibus omnibus, atque ejus excuſationi non adquieſcentibus, ſomnium quod viderat congrua interpretatione conjicitur, ſcilicet quod per nucleum a ſuis teſtis emundatum populus eſſet ab eo regendus, qui depoſita auſteritatis rigiditate quandoque eſſet ſuo regimine corrigendus, nectareoque ſui dogmatis pabulo nutriendus. Exinde ſine mora plaudentibus populis, ac Domino in excelſis maximas referentibus odas, Leobinus quem votis omnibus poſtulabant, Carnotenæ urbis Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & contra callida antiqui hoſtis machinamenta conſtituitur Paſtor egregius. Qui poſtea rigorem ſui propoſiti indeficienter ſervans, ſine pompæ oſtentatione Monachum ſe, ut ante fuerat, in ſuo propoſito perſeverabilem demonſtrabat.

Invitus ſuſcipit onus.

Epiſcopatu Monachum agit.

Qualis in Epiſcopatu.

16. Suſcepta igitur Pontificali reverentia, qualiter, quantumve ſe geſſerit in lege mandatorum Dei, verborum affluentia non facile eſt diſſerendum. Erat enim vir Apoſtolicus, ſplendidiſſima veluti ardens in domo Domini lucerna, ſermone nitidus, dogmate facundiſſimus, prædicatione egregius, mente ſerenus, mira patientia benignus, parcimoniæ ſtudiis ſemper intentus, miſericordiæ operibus devotiſſimus, Angelicæ quoque caſtitatis candore ſuper nivem dealbatus, omniumque virtutum copia ditatus, & euprepia * decoratus vita. Et ut probaretur eſſe Dei amicus, fidelis quoque ſervus, & prudens ſequentia reſerabunt miracula.

* i. decore eximia.

Parœcias viſitans cæco lumen reddit.

* Alluye.

17. Quodam itaque tempore cum idem beatus vir Leobinus ex more Pontificum parrochias circumeundo viſitaret, & Avallotium * perveniſſet, quidam cæcus ab annis octo cæcitate obtenebratus, ut cognovit virum ſanctum per illum locum habere tranſitum, humiliter petiit ut per Crucis ſignaculum ſe redderet illuminatum. Quod vir ſanctus aliquamdiu recuſans, timens ne virtutem operando aliquid arrogantiæ videretur aſſumere ex Epiſcopali miniſterio, dum caute vult tranſire, tandem a ſuis compulſus eſt ut opem medelæ ærumnis cæci clementer impenderet. Qui ſtatim precibus devote peractis, cum ſignaculo Crucis excutiens cæcitatis caliginem priſtino extinctum reparavit lumine vultum, quo cæcus fuerat ante alienatus.

Hydropicum curat.

* al. a Vallo vico.

18. Adjiciatur etiam huic honeſto operi illud nobile miraculum, quo vir ſanctus medens ſanavit hydropicum. Dum glorioſiſſimus Rex CHILDEBERTUS beatum LEOBINUM Epiſcopum Rotojalo *a* ſperaret ad ſe venturum, & in ipſo itinere accederet Avallovico *, oblatus eſt quidam hydropicus nimis tenſus viſceribus ſanitati reſtituendus: quem cum Pontifex pro obtrectantibus recuſaret ſoſpitati reſtituere, ſuorum precibus pulſatus ſigno Crucis appoſito omnis tumor hydropici fugatus reſedit, viſcerum dolor penitus receſſit, & cutis tumore depoſito in planitiem redacta eſt, ægroto a mortis periculo liberato.

19. Inſeratur in pagina qualiter per ſanctum virum evanuerunt incendia. Quodam tempore

a Rotojalum, *Ruel*, tribus leucis infra Pariſios, *Villa Rotojalenſis* a Gregnio Turon. in lib. 10. cap. 28. appellatur. Eſt & Rotojalum *Rueil* vicus diœceſis Rotomagenſis, Fredegundis Reginæ relegatione inſignis, apud Gregorium Turon. in lib. 7. cap. 19. non procul a confluente Auduræ (*l'Eure*) in Sequanam. Sed de primo hic locus interpretandus.

pore dum beatus Leobinus cum Medeveo Conſacerdote a ſæpedicto Rege Pariſius CIRCA AN.
fuiſſet invitatua, & dies Paſchæ vice Pontificis illius loci defuncti Epiſcopalitet rranſegiſſet, 556
a parte Baſilicæ B. Laurentii noctu edax ignis exiliens domos pendulas quæ pet pontem con- 25. Sept.
ſtructæ crant, exurere cœpit, & non ſolum ex vicino fluvio inceſſanter aqua ſuperfuſa non
ndquievit, ſed etiam civitati proximis civibus ut univerſa conſumeret magnum timorem in-
cuſſit. Ut autem Rex ob clumorem populi expergeſactus *a* ſopore quietis abrupto cauſam
tumultus agnovit, confeſtim ad beatum Leobinum dirigit Miſſum, ut celerrime veniens ſuc-
curreret civitati. Sed dum multis horrantibus ut unte eum iret locum, quo magnum fla-
grabat incendium, air : Viri fratres, illic occurrendum eſt nobis, unde contra flammæ
globum divinum potius quam humanum imploretur auxilium. Qui cum pergeret ud Eccle-
ſiam, & in terram proſtratus divinum efflagitaret ſuffragium, fretus oratione una com Sa- Reſtinguit incendium
cerdote ad ignem properavit impiger. Mox ignis ejus oratione compreſſus in ſemetipſo defi- Pariſienſe.
cit, vires quas iocendendo ædificia aſſumpſerat obliviſcitur : & ira flamma ejus interventu
conſumitur, ut in ſemetipſa mortua penitus conſopiretur.

20. Nec illud ſilentio prætereundum eſt miraculum, quod nobilitet virtutibus floret egre-
gium. Quædum Deo devota ex Monaſterio Puellarum cum tunicam Domni Leobini cauſu
conſuendi accepiſſet, & de novo filo reſarciens refeciſſet, verus filum ex ea accipiens ad
ſuam zonam ex fide alligavit. Soror vero ejus ſæcularis, quæ pavore concuſſa ad eam con-
fugerat, diluculo conſurgens cinxit zonam ſororis cui inerat filum Pontificis alligatum.
Tum dæmon a quo antea arrepta fuerat ſentiens circa puellam aliquid magnum, & diu Tunica
ferre non poſſet, acrius eam vexare incipiens clamavit per os puellæ, tunicam Domni Leo- ejus filum
bini velut ignem ſufferre non poſſe. Cum hac itaque vociferatione dæmon egrediens, puella torquet dæmonem.
triſtes fœtores ejus pariter cum ſanguine evomuit. Hoc quippe miraculum non illo videtur
inferius, quod in muliere hæmoroiſſa a Domino conſtat patratum, quia ſicut illa ex tactu
fimbriæ ſanata eſt a profluvio ſanguinis, ita & iſta ex tactu fili erepta eſt a vexatione dæ-
monis. Illa autem liberata tam a laqueis inimici quam a curis ſæculi, devovit ſe omnibus
diebus ſervituram Domino conjuncta ſorori in eodem Cœnobio.

21. Inter reliqua virtutum miracula illud inſerre mirificum eſt ; quod in fugandis infir- Palliolo fe-
miratibus conſtat celeberrimum. Nam ſi quis typo quotidianæ, tertianæ, vel quartanæ fe- bribus me-
bris correptus, de ſancti viri palliolo fuiſſet præcinctus, priſtina incolumitate recepta ad detur.
hoſpitium revertebatur ſanus. Et ita divina gratia ſalus conceſſa manebat de tegmine Pon-
tificis, quanta quondam profluxerant de tegmine Redemptoris.

22. Adjiciatur in pagina quod vir ſanctus obtinuit in vita. Dum cujuſdam Carnotenſis Infeſtatio-
civis domus in ſuburbio civitatis poſita dæmoniaca infeſtatione ſæpius lapidum imbre quate- nes dæmo-
retur, ita ut vicini propter denſitatem crepitantium petrarum parata relinquentes convivia nis arcet.
domos ſuas effugerent, exhortati ſunt a Dei famulo ut aquam a ſe benedictam cum Crucis
ſignaculo illuc porrigeret conſpergendam ubi dæmonicæ illuſionis maximum inſtabat ridi-
culum. Quo facto hoſtis effugit territus, & dominus ædis cum eadem domo ſecurus manſit
& intrepidus.

23. Illud etiam opitulante miraculum nobis eſt ad memoriam reducendum ; quo vir ſan-
ctus Leobinus illuſtris Epiſcopus refulſit in populo. Quidam beatus vir nomine Caletricus Caletricus
b nobilis genere, ſed nobilior meritis poſt exceſſum beati Leobini Carnotis conſtitutus Epi- ſucceſſit
ſcopus, dum in Presbyterii gradu ſe tam in conſpectu Dei quam in oculis hominum ſancta Leobino.
converſatione redderet gratum, tanta infirmitatis anguſtia eſt correptus, ut vix ultimo pal-
pitaret anhelitu. Cujus venerabilis germana nomine Mallegundis *c*, directis veloci- Moribun-
ter Miſſis ad ſanctum Epiſcopum, ut ad leviandum fratris ſui infirmitatem benedictum di- dus ſacra
rigeret oleum. Ipſe vero cum oleo præſentialiter veniens ſilentium ab omnibus poſtulavit di- unctione
cens : Domine qui omnia noſti, ſi hunc famulum tuum Eccleſiæ tuæ vel populo judicas ſanatur.
neceſſarium, tua opitulante virtute reſtitue ſanum. Tunc ille æger ſtatim ut ſacræ unctio-
nis oleo eſt perunctus, tantæ ſanitatis gratiæ eſt reſtitutus, ut nullius infirmitatis moleſtia
unquam ejus membra fuiſſent attacta. Ad comprobandam autem ſancti viri virtutem reli-
qua olei pars in tantum conſtat pulchritudinis claritatem converſa, ut cunctis qui aderant
non olei nitor, ſed chryſtalli videretur clareſcere ſplendor. Nimirum illud præfigurans, ut
qui futurus erat Epiſcopus, per miniſterium Epiſcopale oleum conſecrationis ſanctificaret,
& divinis virtutibus per cœleſtem gratiam ſplendeſceret.

24. Operæpretium eſt & illud inſigne miraculum huic ordini inſerere ; quod vir ſanctus
quamvis neſciens peregit in corpore. Quodam tempore dum memoratus Epiſcopus parro-
chium * Dunenſis pagi cum ſuis pergeret viſitandam, filia unica cujuſdam ex parrochia- *Chaſteau-
nis nomine Baudoleni genere & opibus illuſtris viri, ita vi febrium, & longa ægri- Dun.
tudine tenebatur adſtricta, ut jam ſepultura præpararetur cum exequiarum pompa. Hic

a Hinc Hadrianus Valeſius in Diſcept. de Baſilicis cap. 3. hanc S. Laurentii Baſilicam non in ſuburbanis Pariſienſibus ad Septemtrionem poſitis, ubi modo cernitur, ſed in ſuburbanis meridiem ſpectantibus, ubi erat Regium Thermarum Palatium, ſitam fuiſſe cenſet.

b Ejus Epitaphium ſcripſit Venantius Fortunatus in lib. 4. c. 7.

c Eruditi nonnulli cenſent hanc fuiſſe Monegundem, cujus Vitam ex Gregorio Turon. in lib. de Vita Patr. cap. 19. infra referemus.

CIRCA AN. 556
15. Sept.

audiens ſanctum Leobinum ex proximo venientem, concito gradu ejus præſentare conſpectui, petens ab eo ſuam benedici domum, & tam ſibi quam ſuis omnibus eulogias dari. Sanctus itaque Leobinus mature conſurgens ad memoratum Baudolenum ut ſpoponderat perveniens, dum ingrederetur domum ejus puella ea qua gravabatur infirmitate in lecto effícitur mortua. Nulli enim fideli conſtat dubium, ut per reſurrectionem puellæ a mortuis nomen ſancti Antiſtitis clarificatur in populis. Præfatus namque vir Baudolenus volens ſe in conſpectu Pontificis hilariter continere, ſub atteſtatione omni domui ſuæ præcepit mortem defunctæ cuiquam nullo modo pandere: ſed quia ſine dolore nemo amittit quod cum amore poſſidet; diu celare non potuit, quia interior dolor cordis patefecit exteriorem triſtitiam corporis. Ut autem ſanctus Dei mœſtam illius domus conſpexit familiam, triſtitia correptus & ipſe ab apparatu prandii aliquatenus ſe ſuſpendens, Baſilicæ templum ingreſſus, ac pavimento corpore proſtratus cum lacrymis Dominum deprecatus eſt, ut triſtitiæ cauſam qua mœrens domus anxiabatur, ſibi oſtendere dignaretur. Oratione expleta ut ſenex ſurrexit de pulvere, puella exanimis ſurrexit de morte. Tunc jam dictus Baudolenus admirans tantæ virtutis excellentiam, cum omni domus ſuæ familia pedibus ſancti proſtratus, omnia quæ facta fuerant humiliter indicavit. Unde & immenſas ei gratias a luctu in lætitiam retulit.

Puella morte ſuſcitat Leobinus.

Puerulos a dæmone vexatos ſanat.

25. Dicatur & illud mirificum quod ſanctus Dei jam infirmitate detentus patravit miraculum. Hac itaque cum urgeretur infirmitate, duo pueruli hoſtis vexatione agitati ejus veſtigiis ſe proſternentes, cibum, qui ſibi poſt eſum remanſerat, cum benedictione percipere meruerunt. Quo curante medicamine, uterque rediit incolumis ad propria. Cumque Beatus Leobinus per ſeptem annos continuata infirmitate agitaretur, divinis actibus in cœlum intentus, & miraculorum honoratus inſignibus, quaſi ſopore dormiens præmiis remunerandus opimis, ut fidelis ſervus talentum ſibi creditum duplicatum reportans, in gaudium Domini ſui intraturus, Angelis plaudentibus feliciter migravit ad cœlos *a*.

Moritur.

Miraculum in ipſius funere patratum.

26. Qui tamen antequam ſepulturæ traderetur, quantæ virtutis fuerit vivus, prodidit mortuus. Denique cum in Baſilicam S. Martini in feretro poſitus portaretur humandus, quidam de circumſtantibus dum virga geſtatoria frequentiam irrumpentis populi prohiberet, contigit ut crucem cum lampadibus oleo plenis pendentem ad terram proſterneret. Mox ipſa crux, mirabile dictu! funiculo unde ceciderat cum omni integritate lampadarum & ſine olei detrimento, nemine ſublevante, ſe ſe innexuit, & permanere in oculis omnium, ut ante conſueverat, cœpit: & ubi credebantur lampades minutatim confractæ, ſua integritate ſolidæ nec ullam olei guttam permiſerunt diſtillare. Sic Beatiſſimi Viri corpus ad laudem ſuæ gloriæ emicuit virtute Crucis in funere.

27. O glorioſiſſimum virum, cujus merita adeo valuerunt apud Crucifixum, ut Crux quæ ceciderat in terram, ſine ullius adminiculo ad locum unde ruerat reverteretur inlæſa. O venerabilem Chriſti Pontificem cuſtodia Angelorum jugiter munitum! cujus virtute nec olei liquor damnum, nec ulla illarum confractionis ſuſtineret detrimentum. Vere etenim illius gaudens anima gloriatur felicitate æterna, habens lampadem ſanctam cum inextinguibili lucerna, quia ſine laudis humanæ pompa ejus manus numquam ceſſavit ab opere miſericordiæ, quod indicatur hujuſmodi liquore. Illius potentia hæc edita ſunt miracula, qui per Crucis trophæum a morte perpetua genus redemit humanum, & a peccatis mundatum dedit conſcendere cœlum. Et quoniam glorioſiſſimi Antiſtitis Leobini præclara miraculorum præconia ob venerandam annua devotione memoriam narravimus recolenda, de innumerabilibus videlicet pauca; ſummiſſis precibus tanti Patroni imploremus ſanctitatem, ut qui eum fecit coruſcare miraculis, nos faciat exuberare operibus bonis, concedatque nobis præſentis vitæ curſum ſine offenſa tranſcurrere, continuamque pacis tranquillitatem obtinere, & in futuro ſæculo ad ejus conſortium feliciter pervenire, qui in Trinitate vivit & gloriatur Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

CIRCA AN. 558
1. Maji.

VITA S. MARCULFI
ABBATIS NANTUENSIS.

Stilo genuino reſtituta ex cod. MSS.

** S. Marcoul.*
** Bayeux*
Patria ejus pueritia & mores.

1. EO tempore quo glorioſus & Deo amabilis Rex CHILDEBERTUS Francorum ſceptra ſtrenue honeſteque regebat, Beatiſſimus Vir MARCULFUS * magnus enituit præclaris moribus & actibus; qui cum ex nobiliſſimis, ditiſſimiſque atque Chriſtianiſſimis Bajocaſſinis * civibus exortus eſſet, ab ipſis puerilibus annis toto niſu totoque deſiderio ad ſupernam cœpit anhelare patriam. Præferebatur in

a Nempe circa annum Chriſti 556. Nam interfuit Conciliis Aurelianenſi 5. anno 549. Pariſienſi 2. anno 551. Caletricus vero ejus ſucceſſor Concilium Pariſienſe 3. anno 557. celebratum ſua ſubſcriptione firmavit. S. Leobini corpus in ſuburbana S. Martini Baſilica in Valle nuncupata religioſe aſſervatum eſt uſque ad annum 1568. quo Calviniſtæ ſacras ejus Reliquias in favillas redegerunt, excepto capite, quod in Eccleſia Majori cuſtoditur. In MSS. cod. Eccleſiæ Carnotenſis diœceſim Carnotenſem limitaſſe, ac 12. circiter annis ſediſſe legitur.

CIRCA AN. 558 a. Maji.

in aunis puerilis levitas, & vigebat in moribus ſenilis maturitas. Nam ludieris omnibus quibus ea ætas maxime occupari delectat abjectis, ea quæ divinæ religiunis erant & avida aure percipere, & tenaci memoriæ commendare, & curioſa proſecutione perficere ſatagebat. Devitabat deniqua bonæ indolis puer coætaneorum ſuorum vaniloquia, laſcivaque conventicula, & ſervocum Dei ſempec intereſſe conventibus atque colloquiis expetebat, imitans jam ſiue lectionum demooſtratione illud Moyſis ſie præcipientis: *Interroga patres tuos & annunciabunt tibi; majores tuos, & dicent tibi*; dicebatqua cum Pſalmiſta: *Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*. Hujuſmodi igitur cum ſeſe velut præludiis futuræ Chriſti militiæ exercitaret, a ſuis pædagogis pia proviſione, cum & jamdudum ejus uterque parens obierat, divinarum inſtitucodus traditus eſt ſtudiis litterarum. Decebat utique ut quem taliter ſibi divina vindicabat gratia, non mundanis ſed divinis manciparetur negotiis. Sed cujus conſcientiam dator ſcientiæ Spiritus ſanctus a tutius malevolentiæ ſordibus emundaverat, ei in diſcendo nulla potuit adeſſe tædioſa dilatio. Nam infra brevis temporis intervallum omnibus adeo divinis inſtructus eſt litteris ut nulli ſuorum ſodalium ceperiretur ſecundus.

Deut. 32. 7. Pſal. 118. 115. Litteris navat operam.

2. Poſtquam autem annos pubertatis uttingens in robur virile evaſit, velut miles bene uſque a primis annis io Chriſti tyrocinio exercitatus, cœpit viriliter atque ſtabiliter ad ſupremæ vocationis contendere bravium, præterita cum Apoſtolo obliviſcens, & ſeſe in futura extendens, vacans orationibus, inſiſtens lectionibus, carnem vigiliis macerans, & jejuniis attenuans, omnibus humilitatem atque obedientiam præbeus, largus in eleemoſynis, profuſus in miſericordiis, ſuſtentabat inopes ſumptibus propriis, pupillorum & viduarum ſubveniebat neceſſitatibus; corrigebat denique vias ſuas in cuſtodiendis mandatis Domini, ſuas quippe corrigebat, & Domini ſequebatur. Talibus igitur moribus & officiis Chriſto dilectus & hominibus gratus reverenduſque babebatur. Gaudebat quippe atque lætabatur tali concivi omnis Bajocaſſina plebs, confidens totius reipublicæ ſtatum per eum firmum ſtabilemque futurum, Nam beatiſſimus vir omnes crebris incitabat adhortationibus, utque ſundamentum omnium bonorum fidem firmiter tenerent Catbolicam, ſpemque ſuam in Deo, & non in hominibus coaſtituerent, dilectionem Dei integram colerent ſupee omoia, & proximos tamquam ſeipſos diligerent. Et ut quotidianis virtutum profectibus ad ptumetendam ſupernæ civitatis beatitudinem properarent.

Qualis in adoleſcentia.

3. Denique cum rebus temporalibos hæreditaria ſua ceſſione prædictus vir Dei affluceret; cumque ſoli Deo ſervire cuperet, in eis procurandis & conſervandis diu occupari nullatenus voluit; ſed illius Evangelici dicti non ſurdus creditor: *Quoniam qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt Chriſti eſſe diſcipulus*: & illius Apoſtoli, ut nemo Chriſto militans ſæcularibus ſe implicet negotiis; relicta domo reboſque patris nudus ex mundi naufragio evadens optatam arripuit peregrinationem, factus pauper ut Chriſtum pro nobis pauperem ſequeretur. Et quoniam jamdudum ſamam ſanctitatis beati POSSESSORIS Conſtantiæ * Civitatis Epiſcopi acceperat, eum recto tramite expetiit cupiens ipſius doctrinis & exemplis inſtitui. A quo benigne ſuſceptos apud eum per non modicum tempus manſit, atque ab eo tooſuratus, cum eſſet annorum teiginta, Clericalem habitum recepit. Poſtmodum vero per reliquos Eccleſiaſticos ordines digna promotione ſublimatus, tandem Presbyteratus gradum conſcendit. Cœpit denique jubente prædicto Pontifica pagum * Conſtantinum *a* peragrans indeſinenter admonere populum, ut quod ſemel ſacro fonte profeſſi eſſent, & moribus tenerent & operibus exercerent, viaſque recte vivendi ſemper ſequerentur, vanamque mundi gloriam paucipenderent, & ad cœleſtem tota intentione tenderent.

Luc. 14. 33. Relictis omnibus adit S. Poſſeſſorem. * Coutances. a quo Presbyter & concionator inſtituitur. * le Contantin.

4. His igitur cœleſtium factorum inſignibus illuſtratus, ab omnibus quaſi pater colebatur, ſummaqua laude efferebatur, atque ſuæ ſantæ exhortationis dictis cuncti æquali devotione parebant. Erat namque vir ſanctus profundus ingenio, diſertus eloquio, prudens conſilio, maturus in facto, virtutum cultor, vitiorum extirpator. Nec hujuſmodi decorem animi forma offuſcabat corporis: licet enim ſtatura puſillus eſſet, aſpectu tamen erat decorus, membrorumque eleganti conſtitutione compoſitos. Quadam vero nocte dum poſt longam in orationibus Deique laudibus lucubratiooem membris ſatigatis modicum indulgeret quieti, adeſt ei ſupernus nuncius habitu ſulgidus & aſpectu jucundus, qui eum excitans his verbis alloquitur: Pax beatiſſime Marculſe. Omnipotenti Regi tua ſunt grata opera, grata utique ipſi per omnia tua eſt militia, ſciaſque in hoc præcipue te ipſios gratiam promeruiſſe, quoniam non modo circa tuam, verum & circa tuorum ſalutem proximorum ſollicite invigilas. Et quoniam per te plures a fraudibus Dæmonum divellere, ſibique Chriſtus vindicari diſpoſuit, feſtinus CHILDEBERTUM Regem adeas Francorum, atque ab eo tibi dari poſtules locum quemdam in boc pago Cooſtantino cui Nantus * eſt vocabulum cum omnibus rebus ad eumdem locum pertinentibus, in quo & Monaſterium conſtruas, & aliquos Fratres ſub tuo regimine Deo devote ſervientes conſtituas. Cum autem coe Regis in manu illius ſit, cujus iſta eſt juſſio; nullo modo te fore impetraturum quod poſcere moneris diffidas. His dictis protinus diſparuit.

Ejus dotes. Angeli monitu Regem convenit. * Nanteuil.

5. Mana igitur facto, aſello cui ſedere conſueverat aſcenſo, aſſumptiſque ſecum Fratribus CARIULFO & DOMARDO iter imperatum arripuit. Cumque præfatus Rex cum ſua Re-

H iiij. gi-

a Hoc loco pagus ſumitur pro toto juriſdictionis tractu. Cæſar lib. 1. belli Gall. *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt*. Hoc ſæpius in his Actis obſervare licet.

GIRCA AN. 558 1. Maji. gina ULTROGODE nomine, & cum multa ſuorum Procerum turba, quadam feſtiva die divini celebratione officii in Eccleſia devote præſtolaretur, beatus Marculfus ſupervenit, intranſque Eccleſiam non ſe continuo Regalibus præſentavit obtutibus, ſed cui omnis ſubtus erat mundana levitas, & in quo humilis & religioſa manebat gravitas, in quamdam altiſſimam partem divertit, ubi ab omni tumultu ſemotus ſecretas Chriſto poſſet preces fundere, implens illud Evangelicum: *Cum oraveris intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum.* (Math. 6.6.) Nolebat etenim vir ſanctus hypocritarum ſectari jactantiam, qui in ſynagogis locisque publicis ut ab hominibus viderentur orabant ſtantes, de quibus Dominus: *Amen*, inquit, *dico vobis; receperunt mercedem ſuam*. (Ibid. 16.) Sed quoniam lucerna Chriſti non poterat latere ſub modio, quæ virtutum cuſtos celare ſatagebat humilitas, Dæmonum ſuperata detegebat ſuperbia. Mox enim ut vir ſanctus Eccleſiam introivit, per quoſdam qui forte illuc adducti fuerant obſeſſos utriuſque ſexus homines magnis lacrymoſiſque cœperunt vocibus clamare Dæmonia: Parce nobis, parce Chriſti ſerve Marculfe, graviter enim cruciat nos tua præſentia; ſed ſi ab his nos ſedibus per te divina expulerit potentia, ne nos tradat in abyſſum tua impetret ſanctitas. (Orans ſecreto in Eccleſia a dæmonibus publicatur.)

6. Super hoc autem Rex omneſque ſui vehementer attoniti, quis eſſet qui hoc nomine vocaretur, cuique ſic acclamarent Dæmoniaci, diligenter jubet inquiri. Invenitur tandem monitusque ut ad Regem feſtinus accederet. Quo accedente Rex eum officioſiſſime ſalutans: Bene, inquit, venias benedicte Domini, per te enim certum eſt noſtram puſillanimitatem a piiſſimo factore omnium Chriſto viſitari. (Regem alloquitur & extollit.) Quem contra beatiſſimus MARCULFUS reſalutans, Pax tibi, ait, & miſericordia ab ipſo Domino JESU-CHRISTO, Virorum illuſtriſſime, de cœlis præbeatur, qui licet dignitate præcellas, atque in ſolio Regalis majeſtatis reſideas, tamen te unum mortalium eſſe conſiderans non ſuperbia tumidus ſubjectos deſpicis, ſed humilitate tranquillus eis tempore natura ſimilibus coæquaris, bene utique memor illius dicti ſapientis: *Principem te populi conſtituerunt: noli extolli, ſed eſto in eis quaſi unus ex eis*. (Eccl. 32.1.) Denique juſtitia inſignis, nec pietate ſegnis, eiſdem tibi ſubditis & cum juſtitia parcis, & cum pietate ſi deliquerint corrigis.

7. His igitur & ceterarum virtutum exhibitionibus Deo & ſanctis ejus per omnia gratus es. Rex autem tanto laudum præconio non ad elationem ſed potius ad humilitatem permotus, cœpit blando ſciſcitari alloquio quibus ab oris vir ſanctus adveniret. Reſpondens autem beatiſſimus Marculfus, Urbis, inquit, Bajocaſſinæ indigena ſum, parentibus non infimis progenitus, juſſione vero Domini admonitus ab eiſdem occiduis partibus tuam amplitudinem tuamque munificentiam expeto quatenus fiſcum in pago Conſtantino, qui Nantus dicitur, cum omnibus ſuis redditibus, non mihi ſed Chriſto, quo donante multa temporaliter poſſides & plura æternaliter poſſidenda expectas, ſolemni donatione concedas. Eſt etenim vere, ſcias, Dei omnipotentis voluntas, & juſſio ut præfatus locus non ulterius humano, ſed divino mancipetur dominio, ſcilicet ut & ibi Cœnobium conſtruatur, & Fratres qui diſtrictioris vitæ tramitem tenentes, pro tua totiuſque reipublicæ ſalute Chriſtum ſedulo oraturi in eodem Cœnobio conſtituantur. Qua petitione vehementer Rex exhilaratus, Gratias, inquit, miſericordiſſimo factori meo refero, qui per te dilectum ſuum mihi ſuorum infimo ſuæ voluntatis deliberationem detegere dignatus eſt. (Ab eo locum concedendo Cœnobii impetrat.) Sua namque terra eſt, & plenitudo ejus orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo, fiat ex omnibus quæ mihi miſericorditer præſtitit ejus voluntas & juſſio. Sed omnes in communi, vir venerande, depoſcimus tuam ſanctitatem, ut his miſeris tua ſubveniat pietas, quos nequam ſpirituum male torquet impietas.

8. Vir autem Dei ad hoc nullo modo idoneum immo ſe indignum obteſtans, tandem multorum victus precibus curvatis ad terram genibus ac manibus in cœlum protenſis & oculis invocat Chriſtum hujuſmodi vocibus: Domine JESU-CHRISTE Rex Regum potentiſſime, (Regis rogatu Marculfus energumenos liberat.) cujus imperio omnis ſubjacet creatura, qui es vita & ſalus & pietas & gratuita gratia homo fieri dignatus es, ut nos a Dæmonum ditione redimeres, quique Diſcipulis tuis, eorumque ſucceſſoribus poteſtatem dediſti ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & omnem virtutem inimici, his famulis tuis opem tuæ pietatis impende, quatenus a quibus crudeliter vexantur effugatis dæmonibus, & eorum qui Creator & Redemptor es ſolus poſſeſſor exiſtas, & ipſi priſtinæ ſanitati redditi debitas tibi laudes perſolvant & gratias. Hac igitur vix oratione completa ſpiritus immundi certa relinquentes veſtigia in fugam lapſi ſunt. Nam per eorum quos injuſte pervaſerant nares & ora ipſis fugientibus ſanguis uberrimus prorupit.

9. Tantum igitur taleque miraculum Rex & ceteri qui aderant admirantes immenſas omnipotenti Deo gratias retulerunt. Accerſito denique ſcriptore jubet ſcribi ſuper dominium quod vir ſanctus petiverat Regale teſtamentum, quo rata adſtipulatione munito tradidit idem Rex omnibus ſuis ſuffragantibus prædictum fiſcum cum omnibus ad eum pertinentibus redditibus Deo & ſancto viro ſuiſque poſteris perenniter habendum & poſſidendum. (Litteras donationis accipit.) Imperat & ut quicquid deinceps vellet, ab eo ſine ulla impetrandi hæſitatione exposceret.

10. His igitur ita geſtis vir Domini in patriam redeundi poſtulat licentiam. Sed Rex diutiſſime in ejus primum colloquio, poſtremumque oſculo demoratus, ſeque cum uxore & filiis illius orationibus commendans, atque obnixe ut eum ſæpius viſeret flagitans, tandem eum dimittit. Delegavit autem ei quemdam ſuorum LEONTIUM nomine, qui terras prædicti fiſci certiſſima finium deſignatione determinaret. Reverſus igitur locum excolere aggreditur. Conſtruxit autem Monaſterium aptum Regulari Inſtitutioni, & congruum, rebuſque

in-

Digitized by Google

CIRCA AN. 558 1. Maji.

intus & extra prudenti diſpenſatione apparatis atque diſpoſitis, non paucos cum quibus vitam Monaſticam duceret, ſibi Fratres adſcivit, quos aſſidue non ſolum piæ exhortationis incitamentis, verum & divinæ perfectionis exemplis monebat, ut ſemper ardua & ſanctiora ſectarentur, quatenus de virtute in virtutem progredientes Regem regum in Sion contemplari mererentur. Monebat quippe ut integra inter eos unanimitas maneret, quatenus ad formam primitivæ Eccleſiæ cor unum eſſet & anima una. Nec ſibi quidquam proprium, quiſquam præter peccatum vindicaſſet, ſed eſſent eis omnia communia. Otioſitatem denique velut virus fugerent vipereum, ſed ſemper aut laboribus manuum aut lectioni ſeu orationi incumberent. Inculcabat & eis nihil validius otioſitate Monaſticæ officere perfectioni.

Inde reverſus Monaſterium ædificat. Monita ejus.

12. Rurſus & illud eſt operæpretium lectioni inſerere, qualiter vir ſanctus antiqui hoſtis prævenerit inſidias. Aliquando namque Quadrageſimæ obſervationis diebus imminentibus, cum Beatiſſimus Confeſſor quotidianis provectibus ſemper ad altiora conſcenderet, atque in dies per carnalium affectionum ſalubrem decoctionem velut aurum in fornace mundior atque expurgatior fieri ſatageret: Inſulam quamdam, cui vocabulum eſt * DUOLIMONIS, incomitatus expetit, quatenus ibi ſuper illud ſacrum tempus Quadragenarium corpus rigidius ſolito maceraret, & quo ab hominum conventibus eſſet remotior, eo ad vigilias, orationem, jejuniaque exercenda aptior atque expeditior eſſet. Sed quadam die dum ante oſtium cellulæ, quam pro tempore ſibi paraverat, hora ferme ſexta reſidens divinæ lectioni incumberet; ecce malignus ſpiritus infatigabilis humani generis adverſator, ſperans eum peſtifera fallere muſcipula, transformatus in femineam ſpeciem adeſt ante eum, clamitanſque ſeſe naufragam eſſe, atque illuc caſu ejectam; prece lugubri ſupplicabat, ut eam & tecto tegeret, & cibo recrearet. Vir autem Domini ut erat ad omnia providus atque circumſpectus, Diabolicæ fraudis confeſtim deprehendens præſtigia, librum quem tenebat depoſuit, intranſque cellulam panem accepit, crucíſque ſignum ſuper eum depingens: Si non phantaſtica, inquit, ſed vera es, ſicut profiteris, femina; ſume panem quem porrigo Crucis munitum ſignaculo. Sed cujus perpetuus eſt inimicus, ejus nomen nequaquam ſuſtinere prævalens, illico tamquam fumus evanuit, atque ex alta rupe ſeſe in mare cum horrifico præcipitavit fremitu. Præcipitium namque ſemper ſibi debitum jure ſecutus eſt, qui quondam ob ſuam ſuperbiam de cœleſti culmine dejectus, ſanctæ Eccleſiæ nitebatur columnas ſubvertere; quod enim in noſtro capite Chriſto bellum in eum movens, prius explere nequiverat, hoc aſſidue in ſuis membris attentare non deſiit.

* al. Duæ limones Deæ liviones.

In Quadrageſima ſecedit in ſolitudinem. Dæmonem in feminæ ſpeciem transformatam eludit.

13. Sed iſte vir ſanctus his propugnaculis circumſeptus extiterat, quibus hoſtis hujuſmodi, Domino atteſtante, facile repellitur. Jejuniis quippe & orationibus, ceteriſque militiæ Chriſtianæ exercitiis indefeſſus inſiſtebat; nullis etenim aliis cibis præter hordeaceum panem crudaſque herbas veſcebatur, ſaccus erat cilicinus, veſtes autem aliæ vervecinæ pelles. Somnum vero, quem ſolummodo laſſitudo cogebat, paululum ſuper humum nudam jacens, capitique lapidem ſupponens carpebat. Taliter igitur Chriſti miles agonizans omnes a ſe hoſtiles procul amovebat infeſtationes. Paſchali denique appropinquante ſolemnitate reviſere Fratres deliberans Monaſterium repetit, eiſque quod ſibi contigerat expoſito, omnes immenſo repleti ſunt gaudio, tum pro ipſius nimium deſiderato reditu, tum quia ſalvum & incolumen ſibi eum divina reddidiſſet clementia.

Ejus victus veſtitus & ſomnus.

14. Fama autem beati viri longe lateque diſpergebatur, atque ad eum plurimi ex locis circumjacentibus concurrebant. Multi vero illius ſancta converſatione & doctrina accenſi, vana mundi penitus abdicantes, quæcumque habere poterant ei afferebant, & ut ſubeſſe ejus regimini poſſent humiliter depoſcebant. Vir autem Domini libenter eorum annuens devotioni, tamquam Chriſti fidelis œconomus quæ ſibi offerebant partim in recreatione inopum, partim in redemptione captivorum, & partim in Cœnobiorum diſtribuebat conſtructione. Nam plura præter primum fundans, rebus eorum qui ad ejus confugiebant magiſterium ditavit Cœnobia. Venerabilis denique ſacerdos Domini DOMARDUS curis omnibus mundani negotii renuntians ad eum convolavit. Cum quo Beatus MARCULFUS poſt non multum temporis aliquamdiu vitam Eremiticam diſponens agere, Britannicæ regioni quamdam jacentem inſulam nomine * *Agna* a adiit. Incolebatur eadem inſula pauciſſimis colonis, in qua & religioſiſſimus vir HELTAERTUS * nomine nimiæ abſtinentiæ rigore ſeſe macerans morabatur. Cujus tugurium Vir Domini Marcelfus cum Beato Domardo intrans diu cum eo aſperam corporis macerationem exercendo vitæ ſpeculativæ inhæſerunt.

Quomodo res ſibi oblatas expendebat.

Plura condit Cœnobia.

* al. Agnus. * al. Elitus Helerius.

15. Sed quantum qualeque in eadem inſula Chriſtus per ſancti viri merita patravit miraculum, non eſt ſilentio ſuperſedendum. Aliquando namque Piratæ plurimi, fere ad tria millia ex inexhauſtis ſcaturiginibus gentis Saxonicæ prorumpentes, aſcenſis navibus, curſumque velocem remis ac velis accelerantes, ad prædictam inſulam deprædandam atque penitus depo-

a Vocatur Inſula Gerſuth in Vita S. Helerii ſeu Heliberti, quam ex MS. cod. Fontanellenſi deſcriptam habemus, ſed tot mendis refertam, ut eam conſulto rejecerimus. In illis Actis Helerius in Tongrias [illegible] SIGOBARDO, matre LUTSEGART, utroque Pagano at nobili natus dicitur, informatus vero a S. C[illegible]BERTO oppidanu ſuo; a quo recedens in Mauritanam civitatem ad B. MARIÆ Eccleſiam ſe receperit. Inde vero cum adhuc Catechumenus virtutibus & miraculis inibi clareret, Angelico monitu S. Marculfum in Nurmannia degentem adiiſſe: a quo baptizatus poſtea in Inſulam Garſuth comite ROMARDO Monacho ſeceſſerit, ubi a Wandalis capitis amputatione Martyr ſit effectus: ac demum corpus ipſius in Oppidum Heremiarde ad confluentes Moſæ, Rheni & Walis primo navigio vectum, deinde Soveſtas delatum fuiſſe.

Circa an. 558 1. Maji. populandam tendere cœperunt. Quos Inſulani qui non plures triginta perhibentur fuiſſe, delonge deprehendentes ſubito metu perculſi quid agerent, quodve confugium peterent, utpote mari circumſepti omnino neſcientes, tandem ſalubri reperto conſilio, pariter ad Beati Marculfi præſidium cucurrerunt, atque ejus genibus obvoluti ut eis ſubveniret quæſtuoſis implorant clamoribus. Quibus vir ſanctus, Filii, inquit, forti animo eſtote, potens eſt enim Deus vos ab iſtorum eripere manibus. Quapropter ſi meis vultis acquieſcere monitis, arma conſtanter capeſſite, & intrepidis animis hoſtibus ad reſiſtendum occurrite, ſpero enim a Deo vobis de ipſis affuturam victoriam. Nam pro vobis ipſe pugnabit, qui quondam Pharaonem ejuſque exercitum magnifica contrivit potentia.

Britanniæ inſulam a barbaris tuetur.

16. His igitur incitamentis animati audacter arripiunt gladios, atque non in ſua, ſed in Dei confiſi dextera, virique ſanctiſſimi precibus fortiter pugnatori Piratis occurrunt. Sed per Dei virtutem, & per beati viri obtentum omnibus Inſulanis illæſis, Barbarorum paucis ferro necatis, plurimiſque marinis abſortis gurgitibus, nullus ſuperfuit qui reliquorum caſum in ſuam reportaret patriam. Audiens autem ejuſdem inſulæ dominus tot millia hoſtium ita magnifice per Beati MARCULFI ſuffragium conſumpta, immenſas Deo gratias rependit, atque ejuſdem ſancti viri ditioni dimidiam inſulam devota traditione mancipavit. Conſtruxitque beatiſſimus ſacerdos ibi Monaſterium, in quo aliquos qui Chriſto conſtanter famularentur conſtituit.

**al. Genardus.* *Puerum lupi morſu laniatum ſanat.*

17. Elapſo denique pauco tempore, cum Cœnobium quod primum conſtruxerat reviſere properaret, pater quidam * GANASTIO nomine filium ſuum rapidi lupi morſibus miſerabiliter dilaceratum, atque jam morti contiguum ei obtulit magnis poſtulans clamoribus, quatenus ne moreretur puer ſuus vir Deo amabilis precibus obtineret. Sed qui pietatis viſceribus totus in Chriſto affluebat, quique ad ſubveniendum proximorum miſeriis ſemper erat promptiſſimus, protinus Dominum oravit in terram proſtratus. Sed quanto terræ pronior, tanto cœlo vicinior, mox ut ſurrexit de pulvere, puer ab omni ſanatus eſt vulnere. Magna oboritur circumſtantibus lætitia, patri pro reſtituto filio, reliquis autem pro ſoſperato miraculo.

Regem iterum adit. ** Compiegne.* ** l'Oyſe.*

18. Cum autem non longe ſuæ diſſolutionis terminum ſancto revelante ſpiritu prænoſceret adeſſe futurum, Regem CHILDEBERTUM [a] prius quam de hac vita migraret adire decrevit, quatenus prædiorum donationes, quas Cœnobiis quæ ipſe conſtruxerat, multi fideles pro ſalute animarum ſuarum fecerant, abſque ulla poſterorum calumnia ei inconvulſe & incontaminate perpetualiter permanerent regali adſtipulante auctoritate. Igitur apparato commeatu iter cepit. Quas vero Chriſtus Dominus per eum virtutes obiter fecerit non eſt conveniens reticere. Nam priuſquam * Compendium Caſtrum, in quo tunc Rex morabatur perveniret; ſuper fluvium qui * Iſera dicitur veniens, ut paululum a fatigatione itineris recrearetur, in pratum quoddam divertit; & ecce venatores Regis leporem canibus immiſſis inſequebantur. Lepus autem per apertam camporum fugiens planitiem jam jamque capiendus mortem imminentem crebris flexibus differebat. Cumque hinc & inde campis patentibus nullum evadendi proſpiceret effugium, velut juſſus divinitus ſub hominis Dei confugit amictu. Unus vero venatorum mente ſuperbus & ore immoderatus ad eum accedens: Qua temeritate, inquit, Clerice, venationem Regis invadere præſumpſiſti? redde eam, alioquin mox meo gladio interibis. Vir autem Domini non periculum declinandi cauſa; ſed ut illius, qui homines ſalvat & jumenta, pateſceret magnificentia, beſtiolam dimiſit. Canes vero qui ad eam capiendam parati circumſtabant, ita affixi, rigidique effecti ſunt, ac ſi eis nulla eſſet vitalis mobilitas. Is autem qui virum ſanctum irreverenter ac contumelioſe adorſus fuerat, ex equo quem calcaribus utrimque fodiens ut fugientem conſequeretur, inſtigabat, corruens, eſt adeo ad terram alliſus ut venter ejus diſciſſus ſuis vacuaretur inteſtinis: quo facto ſocii ejus ſtupefacti, ſcienteſque ob ſancto viro illatam injuriam hoc illi contigiſſe miſero, pedibus ejuſdem Beati Viri advolvi ut jam morituro parceret implorabant. Sed qui ſemper ad miſerandum potius quam ad ulciſcendum paratus erat, ubi ſemivivus jacebat protinus advenit, manibuſque exta prominentia contrectans ſuo loco recondidit. Ubi vero diutiſſime incubuit orationi, ſeſe de terra erexit, ſignoque ſuper eum facto qui pene exanimis tenebatur, ita incolumis factus eſt ac ſi nihil mali perpeſſus eſſet.

Leporem e venatorum manibus eripit. *Venatorem ſibi injurium ob idque punitum curat.*

19. Rex autem venatu rediens poſtquam quod factum fuerat audivit, vehementer tum pro beatiſſimi MARCULFI adventu, tum pro eo quod Deus per eum patraverat miraculo gaviſus, feſtinus ad eum tendere cœpit. Ut autem primum de longe eum proſpicere potuit, mox equo deſiliens, pedes maxima cum reverentia ad eum acceſſit, atque ut eum vir ſanctus benediceret ſupplex flagitabat. Benedicat, inquit, tibi Deus ex Sion, & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ, ſintque omnes tui benedicti a Domino qui fecit cœlum & terram. Mutuis deinque ſeſe complexibus diu deoſculati, poſtquam Regi cauſam ſui itineris intimavit, Caſtrum pariter introierunt prædictum. Interea ſole ruente, nox venit. Poſtera vero die Rex teſtamentum de his omnibus pro quibus vir Domini petiverat prædiorum donationibus fieri juſſit, atque illud præſentibus Regina ULTROGODE ceteriſque ſuis Optima-

Rex eum honorifice ſuſcipit, ac prædiorum donationes confirmat.

---

[a] Cum Compendium Caſtrum ad Chlotharium Sueſſionum Regem pertinuerit, cur Childebertus Pariſiorum Rex in eo morabatur? Nempe dum Chlotharius Saxonico bello anno Chriſti 557. detineretur, Childebertus fraternum Regnum aggreſſus eſt, teſte Gregorio Turon. in lib. 4. cap. 17.

matibus omnibus atteſtantibus auctoritatis ſuæ annulo ſignavit. Præterea Rex atque Regina plurimis eum donantes exuviis ſupplices exoraverunt, quatenus Chriſtum pro eorum dignaretur interpellare ſalute. Quo facto Beatiſſimus MARCULFUS domum reverſus eſt. CIRCA AN. 558 1. Maji.

20. Sed quoniam jam dies inſtabat qua Chriſtus ſudores illius reſpiciens de hac corporeæ corruptionis imbecillitate ad incorruptionis perennis ſanitatem migrare diſpoſuerat, modica tactus moleſtia gaudens & exultans ſuæ vocationis præſtolabatur horam. Invaleſcente denique languore vicinum ſui exitus terminum præſignante, Fratres undique, multaque populorum ex vicinis locis turba, inter quos & venerabilis urbis Conſtantiæ præſul MAGNO *a* viſitandi ſtudio accurrit. Paſtor autem bonus blande gregem ſuum conſolans, utque ſancti propoſiti normam nullo modo deſereret admonens & exhortans, ſummo Paſtori Chriſto ſupplicabat, ut quos ſacratiſſimi ſui ſanguinis effuſione redemerat, eos jugi ſuæ perfectionis munimine circumdaret. Tandemque manibus & oculis cœlo intentis, Domine inquit, JASU-CHRISTE, Patris æterni fili unigenite, miſerere ſeni jam ſatiſcenti, & ſi jam ſatis eſt tuæ pietati quod huc uſque tuæ militiæ caſtris interſui, merear deinceps diu optata libertate donatus civium ſupernorum admiſceri conſortio. His dictis ſpiritum choris Angelicis ſociandum exhalavit. Dolent omnes, fit luctus omnium qui aderant intolerabilis de abſentia tanti viri. Vir autem Domini Kalendis Majis hominem exuens *b* ſepultus eſt in Monaſterio quod prius conſtruxit in loco qui dicitur NANTUS: cum eo & duo fratres qui eodem tempore obierant CARIULFUS & DROMARDUS ſepulti ſunt in Chriſto. Moritur vir Sanctus.

21. Poſt non modicum denique temporis interſtitium venerandus Rotomagenſis Eccleſiæ Pontifex AUDOANUS cum Diœceſim ſuam cura Paſtorali circuiret, devenit in pagum Conſtantinum; expetitus eſt a BERVUNO loci ſæpedicti Abbate, ut eumdem locum viſeret, & corpus Beati viri de loco in quo jacebat alium in locum quem ipſe paraverat transferret. Cujus petitioni prædictus Præſul libenter annuens locum adiit, & ad quod venerat aggreditur negotium. Sublato autem de tumulo Viri ſanctiſſimi corpore, licet conſumptis carnibus ſola cutis adhuc virtute Dei incorrupta hæreret oſſibus, tamen ita vividus ejus apparuit vultus, ac ſi vivifico foveretur ſpiritu. Quod miraculum ut multis fieret notum detectus per triduum manſit. Beatiſſimus vero Audoenus præfatum Abbatem popoſcit, ut de ſancti viri corpore tam pro ſui laboris compenſatione quam ſanctitatis devotione concederet aliquid; cui rei libentiſſime conſenſit. Cum autem apud ſe caput tractaret auferre, chartula hujuſmodi verbis exarata manui ejus cœlitus immiſſa inſedit: Ceterorum membrorum Beatiſſimi MARCULFI quod voles ſumito, caput autem ejus nullatenus tangere præſumas. Præſul igitur ſanctiſſimus hujuſcemodi divino interdicto appoſito revocatus, in loculo qui paratus erat ſumma cum veneratione Beatiſſimi Confeſſoris Reliquias condidit. Quo in loco crebro patrata virum ſanctum non eſſe mortuum, ſed vere vivere teſtantur miracula *c*. Nam ibi per Beatiſſimi Marculfi merita & viſum cæci, & auditum ſurdi, greſſumque receperunt debiles, omniſque a quibuſcumque languentibus procul eſt fugata infirmitas, præſtante Domino Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen. Corpus ejus a Sancto Audoeno de terra elevatur. Caput ejus aſportare prohibetur Audoenus.

VITA
S. CLODOALDI CONFESSORIS.

CIRCA AN. 560 7. Septemb.

Ex MSS. codd. S. Germani Pratenſis.

1. DIES lætitiæ & gaudii adeſt præcipue veſtræ Urbi ſumma devotione celebranda, qua venerandus Chriſti confeſſor CLODOALDUS * vinculis corporeæ fragilitatis exutus adire meruit gaudium æternæ beatitudinis, Angelicis ſpiritibus ſociatus, ut quorum munditiam tempore ſuæ mortalitatis ſtuduit habere in terris, eorum conſortio ſine fine frueretur in cœlis. Cui præſtante gratia Salvatoris hodie factus eſt de morte natalis; cui initium vivendi dedit finis vitæ; cui, ut Paulus, vivere Chriſtus fuit; cui ſine Chriſto vita non fuit. Merito ergo ſatiatur in bonis deſiderium ejus: quia dum in hac carne viveret, mundatum eſt ab omni iniquitate & malitia cor ejus. Digne jam verſatur ejus vita mirabilis in memoria hominum, qui merito ſanctitatis tranſiit ad gaudium Angelorum. Merito & laudem ſanctorum virorum mandat nobis habere Scriptura divinitus inſpirata dicens: Laudemus viros glorioſos qui vicerunt regna mundi; qui vicerunt non qui victi fuerunt. Non eſt enim contraria ſibi Scriptura quæ dicit alio loco: *Non laudes hominem in vita ſua*. Quæ autem ante mortem propter in- * S. Clov. Philip. 1. 21. Sancti poſt mortem ſecure laudantur. Eccl. 9. 30.

a In ſerie Epiſcoporum Conſtantienſium MAGNO deſideratur, cujus loco hæc apud Surium ponitur LAUTO.

b Ex hujus hiſtoriæ contextu Marculfus obiiſſe videtur ſtatim atque a Childeberti Regis palatio reverſus eſt, proinde ante annum 559. quo Childebertus deceſſit. Corrigendus itaque Sigeberti interpolator, qui S. Marculfum anno 598. claruiſſe ſcribit.

c Hujus vitæ auctor ante Caroli cognomento Simplicis ætatem vixiſſe videtur, ſub cujus principatu S. Marculfi Reliquiæ Corbiniacum delatæ ſunt, ut ſæculo 9. videbimus.

CIRCA AN. incertos caſus caducæ vitæ prohibet ; poſt mortem jubet laudare . Modo ſecuri laudibus
560 extollamus ejus excellentiam ſanctitatis, quando nec adulatio notat laudantem , nec elatio
7.Septemb. tentat laudatum . Laodemus poſt emenſum periculum jam ſecurum: laudemus victorem ,
ſed poſtquam venit ad triumphum. Operum ejus merita jam in tuto poſita ſecuri magni-
ficemus: qui gallea ſpei & ſcuto fidei & gladio verbi Dei tamdiu infatigabiliter contra an-
tiquum hoſtem armatus inceſſit , quouſque eo devicto ejuſque pedibus proſtrato meruiſſet
accipere palmam æternæ remunerationis .

2. Illius ergo, quantum poſſumus, omni inſtantia veſtigiis inſiſtamus, quibus per arctam
viam ad cœli latitudinem feſtinans qua eum ſequeremur oſtendit . Hodie optatam vocem lau-
Matth. 25. dabilius operibus adquiſitam audire meruit Salvatoris ore prolatam : *Euge ſerve bone & fide-
lis , quia ſuper pauca fuiſti fidelis , ſuper multa te conſtituam , intra in gaudium Domini tui .*
Acceptum enim talentum retulit geminatum . Jam per fidem gratia ſalvatur , gloriam Do-
mini ſpeculatur transformatus in eamdem imaginem . Jam enim hyems preſſurarum tran-
ſiit , & imber tribulationum receſſit ; jam indiſſociabiliter æterno fonti inhæreos , inebriatur
ab ubertate domus Dei , & torrente voluptatis ſuæ potat eum Dominus & bibit perennem
Sancti in jucunditatem juxta ſui capacitatem . Nec noſtrarum obliviſcitur miſeriarum , cum ſemper
Deo no- claro intueatur lumine omnia videntem , & æquo jure diſponentem ac moderantem . A ſum-
ſtras vident mo uſque ad imum ſtatum creaturarum atque ex alta arce reſpiciens ima terrarum Reges
miſerias , tremendos, quos innumeri populi metuunt, cernit velut exules tyrannos . Miſeratuſque er-
eiſque com- rores humanos clamat compatientis affectu miſerantis: O infelices & miſeri cives , qoa itis ?
patiuntur . non eſt hæc via quæ ducit ad patriam , ſed quæ ducit ad impia tartara . Redite prævarica-
tores ad cor , relinquite vias erroris & vivetis . Quid extra quæritis obtuſi cæcitate mentis ,
intra vos poſitam perpetuitatem beatitudinis ? ſi bene quærere vultis, intra vos quærite , ibi
invenietis , ubi invenit qui dixit : *Hæc recordatus ſum & effudi in me animam meam , quo-*
Pſal. 41. 5. *niam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei in voce exultationis & con-
feſſionis :* ubi eſt vera lux luminis, quam non poſſunt fuſcare tenebræ erroris . Hanc quicum-
que videre meruerit , candidos ſolis radios negabit . Ibi invenietis & audietis Chriſtum di-
centem : Ego ſum lux , ego ſum via . Sed ſi aurem cordis appoſueritis, Prophetam longe ante
novæ gratiæ tempora præconantem , & poſt tergum monentem: *Hæc via , ambulate in ea ne-*
Iſai. 30. 21. *que ad dexteram neque ad ſiniſtrum declinantes* . Hæc via , de qua procul aberraſti & facta
es tibi ipſi regio egeſtatis , quando diſſipaſti patrimonium quod dederat dulcis Pater : porcos
paviſti , & de Hieruſalem deſcendens in latrones incidiſti , qui etiam deſpoliaverunt te , &
plagis impoſitis abierunt ſemivivum te relinquentes . Sed non reliquit miſeriam tuam miſe-
ricordia Samaritani illius qui factus eſt nobis ſapientia a Deo , & juſtificatio & redemptio ,
qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum , ut peccatis mortui, juſtitiæ vivamus.
Qui dicit nobis: Currite, & ego perducam . In qua juſtitia viventes, poſiti ſumus in via ad
patriam redeuntes , & ad Hieruſalem cœleſtem quæ ædificatur ut civitas remeantes , cujus
participatio eſt in idipſum . Quam denunciat Apoſtolus liberam & matrem omnium no-
ſtrum , cujus civitatis conditor & artifex Deus . Quæ , ut in Apocalypſi legitur, *non eget lu-
mine ſolis , ſed Dominus Deus illuminat eam , & lucerna ejus eſt Agnus* . Cui ſuſpiramus no-
Apoc. 21. 23. lentes expoliari , ſed ſuperveſtiri ut abſorbeatur quod mortale eſt a vita .

3. Sed in hac juſtitiæ via , qua imus , plurimæ inſidiæ & laquei ingeruntur nobis a de-
Pericula hujus vitæ. ſertoribus ejuſdem ſacræ militiæ Angelis Satanæ , quibus Deus peccantibus non pepercit , ut
ait Petrus , ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, in judicio magni Dei cruciandos re-
ſervavit . Quare ſicut leo rugiens circumeunt quærentes quem devorent ut a via veritatis ab-
ſtrahant . Contra quos bellum inexorabile nobis eſt agendum : quia non eſt nobis colluctatio
adverſus carnem & ſanguinem , ſed adverſus mundi rectores tenebrarum harum , contra ſpi-
ritalia nequitiæ in cœleſtibus . Ne ergo deficiamus in eorum conflictu , & capiamur eorum
laqueis , paratur nobis menſa in via hujus noſtræ peregrinationis , variarum opum referta de-
liciis , omne habens delectamentum & ſuavitatem omnis ſaporis . Sed præfinita & præſcripta
eſt lex omnibus accumbentibus . Ad menſam magnam , inquit , ſediſti : conſidera quæ appo-
Eccl. 31. 12. nuntur tibi , ſciens quoniam talia te oportet præparare . Ecce autem e latere hinc inde pa-
lam , hinc inde plurimæ latenter inſurgunt vanitates & mortiferæ ſuavitates & delectatio-
nes . Sed quid dicit Pſalmus? *Narraverunt mihi iniqui fabulationes , ſed non ſicut lex Dei* , *qua*
Pſal. 118. 85. *dicit : Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt , quia omne quod in mundo eſt con-*
1. Joan. 2. *cupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ* . Continete ergo vos ab immani feritate ſuperbiæ , & ab
inerti voluptate luxuriæ , & a curioſitate falſi nominis ſcientiæ . Videte ne decipiamini nec
fallamini . Optimum eſt enim gratia ſtabiliri cor , non eſcis quæ non profuerunt ambulanti-
bus in eis . Nolite vobis inaniter promittere diuturnitatem vitæ . Quæ eſt enim gloria ve-
ſtra ? Vapor eſt ad modicum parens , deinceps exterminabitur .

4. In hac via ambulantes tenete juſtitiam ; quam cum nobis propoſuiſſet Salvator ſervan-
Tria remedia . dam , tria eatenus modo in executione ejus proſecutus eſt , orationem ſcilicet , eleemoſynam
& jejunium ; in oratione monſtrans omnes regulas ſancti deſiderii : tota enim vita veri Chri-
ſtiani ſanctum eſt deſiderium . In eleemoſyna omnem benignitatem & beneficentiam oſten-
dens in dandis beneficiis & ignoſcendis in ſe delictis ab aliis commiſſis , quamprimum a ſe-
Eccl. 30. 24. metipſo debet omnis accipere . Scriptum eſt enim : *Miſerere animæ tuæ placens Deo* . In jeju-
nio vero inſinuans omnem corporis caſtigationem , quæ fit maxime in cunctis paſſionibus ani-
mæ

CIRCA AN. 560

7. Septemb.

mæ comprimendis. Adtendite quaſi in præſenti poſito patronum veſtrum monentem vos, & ad percipienda exhortantem perpetua præmia: Eſtote ſicut & ego: Nolite cauſari de fortitudine: unde ego potui, & vos ſi vultis poteſtis. Neque enim a me ego quidquam potui: poſſe vero meum ab illo fuit, qui dixit: *Sine me nihil poteſtis facere*. Si qui ergo eſtis qui ad perfectionem tenditis, perſeverantiam in bonis operibus a Patre luminum quotidianis precibus poſcite, atque hoc agendo confidite non vos eſſe alienos ab electione electorum, quos elegit ante mundi conſtitutionem, ut eſſent ſancti & immaculati in conſpectu ejus. Abſit autem a vobis ideo deſperare de vobis, quia ſpem veſtram in illo habere jubemini & non in vobis. Maledictus enim omnis qui confidit in homine & a Domino recedit cor ejus. Benedictus autem vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus: quia bonum eſt confidere in Domino. Quid vero adhuc in peccatorum damnabilium remoramini delectatione? adprehendite ſaluberrimam ſalutem & diſciplinam, & ſervite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Et nolite præſumere de vobis, nec velitis gloriari quaſi de operibus veſtris: ſed qui gloriatur, non in ſe glorietur, ſed in Domino qui dedit vobis & velle & poſſe. Cui dicimus cum Propheta: *Omnia opera noſtra operatus eſt in nobis*. Et ideo in nullo eſt gloriandum quando noſtrum nihil eſt: quia non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum & noſtræ congregationis, ſed a Domino greſſus noſtri diriguntur, ut viam ejus velimus. Hoc crediderunt, hoc egerunt quicumque ab initio Deo placuerunt.

Joan. 15. 5.
In Deo, non in ſe confidendum.

Iſai. 26. 12.

5. Hoc & iſte ſanctus Pater noſter indubitabili mente credidit, & verbis docuit, & uſque ad finem ſuis operibus ſervavit. Neque enim aliter poſſet eſſe ſanctus, cujus proſapiam generis, quamvis bene nota ſit omnibus, vobis huic paginæ duxi inſerere & ab ipſa ejus pueritia inſignem pietatem & morum probitatem narrare. Trahit autem genus ab alto ſanguine Regum. Cujus avus CLODOVÆUS regnum Francorum nobiliter regens, pulchre diſponens & ordinans, cum Pariſius curſu vitæ ſuæ expleto finem vivendi feciſſet, reliquit in regno conjugem vocabulo CHLOTHILDAM, cum tribus filiis CHLOTHARIO videlicet, CHILDEBERTO, atque CHLODOMERO, quibus diſpoſitis portionibus diviſit Monarchiam ſui principatus. Sed Chlodomerus genitor hujus ſancti Confeſſoris CLODOALDI, cui ſorte ceſſerat Burgundia, non multo poſt defunctus, & ipſe tres reliquit filios. Quorum unus vocabatur THEODALDUS, alter GONTARIUS, tertius vero iſdem CLODOALDUS. Quos regio more & cultu nutriebat & inſtruebat eorum avia jam dicta Regina, cupiens eos loco filii in faſtigium ſublimare regni. Sed ſpe ſua fruſtrata eſt fraude filiorum de innocentium cæde tractantium. Denique cum Childebertus reſideret Pariſius, ſuaſu antiqui ſerpentis inſtigatus, ut regnum fratris defuncti invaderet & injuſte poſſideret, cum germano factionis & ſceleris ſui participe, mittens clam accerſivit fratrem Chlotharium, qui tunc temporis Sueſſionis urbe morabatur; flagitans quatenus Pariſius venire celeriter non differret, ut una poſiti commodis & utilitatibus ſibi congruentibus inſiſterent, & regnum germani qui tunc vita exceſſerat, inter ſe dividerent: filii vero illius velut imbellis manus infantilis ætatis, aut gladio necati, aut certe plebejo tegmine obſcurati atque obumbrari manerent. His ille auditis ruptis horarum modulis celerrime advolavit. Sparſerat autem ſubdole præfatus Childebertus falſos rumores in aures populares, ob hoc ſolummodo mutuum colloquium habere voluiſſe duos fratres, quatenus filios fratris ſuos nepotes facerent regnare pro patre. Unde & celerem nuncium dirigunt ad matrem, quæ Pariſius erat ea tempeſtate, rogantes eam ut pueros mitteret ſine dilatione, ut ab eis mitterentur, vel ſublimarentur in regnum patris. Regina vero hilaritate perfuſa, ignara doli & ſimulationis, confeſtim miſit pueros plurimis obſequiis fultos, & caterva puerorum illis famulantium ſtipatos, prorumpens in hæc verba: Non me reputo amiſiſſe filium, ſi iſtos parvulos videam in regno ejus conſtitutos. Mox vero ut ad patruos venerunt, a ſibi obſequentibus & nutritoribus ſeparati ſunt; atque ea induſtria procuratur truculentiſſimus nuncius nomine ARCHADIUS, qui pergens ad matrem ferret evaginatum gladium & forcipem. Mox vero ut venit, juxta præceptum dominorum oſtendit Reginæ ſigna terroris & perculit eam terrore gravis nuncii, dicens: O Glorioſa Regina, filii tui Domini noſtri magnopere ſcire volunt quid de pueris cenſeas agendum, & volunt ſibi ocius nunciari, utrum tonſo capite velis eos vivere, an gladio vitam præſentem terminare. Hæc illa audiens intolerabili animi dolore ſauciata, velut in extaſi rapta, ignorans nimia triſtitia quid diceret, ait: Satius duco, & melius mihi videtur eos vitam hanc morte finire, quam inciſis crinibus viventes degeneres & inglorioſos videre. Sed ille perverſi animi homo qui tam execrabile ac durum detulerat mandatum, non pertulit tamdiu ſubſiſtere, donec Regina ſedata mente poſcenti congruum daret reſponſum; ſed redit celeriter nuncians matrem decernere, quod ipſi de pueris inſtituerant agere.

Clodoaldi parentes.

Chlodomirus pater moritur anno 524.
Fratres Clodoaldi.

Patrui de eorum nece tractant.

Chlothildis nutum petunt.

Chlothildis reſponſio.

6. Mox ergo unum apprehenſum CHLOTHARIUS puerum eliſit in terra, defixoque in latere ejus cultro crudeliter interfecit. Quo vociferante frater ejus pedibus Childeberti proſternitur, apprehenſiſque ejus genibus, cum lacrymis ajebat: Succurre piiſſime pater, ne ego peream ſicut periit frater meus. Flexus vero ad miſericordiam CHILDEBERTUS, & reſperſa lacrymis facie, ait: Peto, frater chariſſime, ut concedas mihi hujus vitam tua benignitate, ut non differam quæ juſſeris pro ejus vita dare. Ille vero conviciis eum adorſus, ait commotus amaritudinis felle: Niſi iſtum cito a te repuleris, pro eo morieris. Qui ſtatim ejecit a ſe puerum madidum lacrymis non ferens animoſitatem fratris. Sed ille ut immanior immaniſſimo, non gerens pœnitentiam jam a ſe patrati ſceleris, hunc quoque ſicut & priorem

Duo Clodoaldi fratres trucidantur.

Childebertus fruſtra pro altero precatur Chlothario.

CIRCA AN. 560

7.Septemb.

cem vita privavit, immemor futuri judicii & æterni ignis. Tertius autem ad ſimile exitium quærebatur CLODOALDUS, ſed non potuit reperiri, nutu Dei omnipotentis protectus, & auxilio virorum fortium de manibus crudelium liberatus. Quorum etiam ope adjutus, hæres patris ſolus eſt inſtitutus a patruo extinctis duobus fratribus, qui male blandientis ſæculi inanem felicitatem velut immane naufragium magis vitare ſtuduit, & ad æterni Regis

Clodoaldus necem evadit.

miſericordiam pertingere miſericordiæ operibus inſiſtendo, quam ſub regio nomine terrenæ

Regiæ pompæ & portioni nuncium remittit.

proſperitatis deviare a patria æterni patris. Repente itaque regalem pompam deſpicit, ſordent illi fulgurantia auri argentique metalla, contemnitur pulchritudo gemmarum, veſtes auro textæ & boloſericæ reſpuuntur. Interea cor ejus inſtituebatur & formabatur divinis inſtitutionibus, ut viluſcerent illi omnia quæcumque videntur temporalia, & quæcumque nonnulli homines pro ingenti deputant lucro, jam ſurduerant viro ſancto, & maximo deputantur detrimento.

Lectioni, orationi & miſericordiæ vacat.

7. Sacrorum frequenter fruebatur lectione librorum; quorum ſenſus myſticos animi acumine & alacritate intuens atque intellectu diſcernens, paſcebatur ſacri verbi edulio & lambebat dulcia mella. Quam dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & favum. In divina laude choris pſallentium magis volebat intereſſe, quam illecebroſa verba virorum

Pſal. 118. 103.

inlicite audita percipere. Patrimonium namque ſuum quod illi jure hæreditario obvenerat a patre ditiſſimo, laudabili liberalitate indigentibus curabat diſtribuere, non ſurdus auditor neque ſegnis executor Dominicorum præceptorum. Ubi cum quidam dives quæſiſſet conſilium a Domino æternæ vitæ percipiendæ, & ille propoſuiſſet mandata veteris ſervanda legis,

Matth. 19. 21.

atque ille reſpondiſſet omnia illa ſe cuſtodiſſe, dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.* Sed non iſte ſicut ille triſtis receſſit. Nunc vero illic ſcriptum, quia *hilarem datorem diligit Deus.* Pro-

2.Cor. 9. 7.

pterea corpuſculum quod regio cultu in byſſo & purpura enutritum fuerat, vilis indumenti

Veſtes ejus & ſtratus.

aſperitate domabat; & qui dudum dormire in pluma præ nimia teneritudine neſciebat, ſuper nudam humum rectus cilicio dulcem ſomnum capiebat, caſtigans juxta Apoſtolum ſeip-

1.Cor.9.27.

ſum, & ſervituti ſubjiciens in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Omneſque terrenarum rerum delectationes a corpore & animo gratia Dei ſe præveniente & ſubſequente reſecans, ſatagebat juxta eumdem Apoſtolum dives fieri in operibus bonis, ac theſaurizare ſibi funda-

1. Tim. 6. 18.

mentum bonum in futurum, & vivere in hoc ſæculo juſte & pie, ut apprehenderet veram fidem. Quæ retro ſunt oblitus quidem, in ea vero quæ ante ſunt extentus currebat ad palmam ſupernæ remunerationis, cupiens comprehendere Chriſtum a quo jam ejus miſericordia erat comprehenſus. Sed & variarum contemnens delicias eſcarum, in agone iſto theatrali vilioris & groſſioris cibi eſu ſuſtentabatur potius quam reficiebatur.

8. Et ut peritus & doctus negotiator mercimonium ſuum ſtudens ampliare, parvipende-

Perfectionis cupidus S. Severini diſciplinæ ſe ſubmittit.

bat vilem & abjectam rem dare & pretioſam emere. Qui reperiens bonam margaritam & theſaurum abſconditum in agro Divinarum ſcripturarum dedit omnia quæ habere poterat, nihil ſibi reſervans & comparavit. Præ amore dulcedinis & claritatis illius repente viluerunt, quæ prius dulcia & jucunda videbantur, & æſtimata ſunt ut ſtercora. Contemnitur mundus fallacia & deceptione plenus, deſiderantur habita, congregata ſparguntur in neceſſitatibus indigentium, ut juſtitia ejus maneret in ſæculum, cornu ejus exaltaretur in gloria. Deinde ex integro certans expoliare veterem hominem cum actibus ſuis & induere novum, eum qui renovatur interius ſecundum imaginem ejus qui creavit eum, abiit ad beatum SEVERINUM *a*, qui in Cella recluſus contemplationi divinæ pro viribus fervere plurimum vociferabatur, poſcens ab eo ſibi habitum ſacræ religionis imponi, in vultu quoque,

Monaſticum habitum induit.

manu ejus immutari per tonſionem capillorum *b*. Cujus devotam petitionem præfatus deſideranter curavit implere, intuens eum divino amore plurimum fervere. Sumpto itaque ſanctitatis cingulo & ſacro militiæ indumento, velut propugnator fortis intra caſtra æterni Regis non trepidat Divina potentia adjutrice cum callido hoſte ſingulare certamen inire. Cujus validas vires ideo fortiter fregit, quia ex toto operibus & pompis ejus renuntiavit, eligens ſqualore & inedia pro adipiſcendis ſupernæ felicitatis gaudiis momentu temporis affligi, quam pro momentaneis illecebroſiſque delectationibus perpetuis tormentorum incendiis concremari.

9. Igitur poſtquam theſaurorum copiam inviſibili modo præceptum ſecutus Salvatoris in cœleſti theſauro repoſuit, poſtquam agrorum & vinearum poſſeſſiones cum ſuis cultoribus

Secedit in Provinciam.

Monaſteriis atque Eccleſiis Chriſti perpetuo profuturas teſtamentu firmavit, terram ſe computans & cinerem, & vilem ſe ſtatuens in oculis ſuis, ut eſſet pretioſus in Dei oculis, deliberavit apud ſe plauſus hominum ſibi faventium, & opus præclarum tantummodo divino amore patratum vanis & humanis laudibus extollentium devitare & declinare, & regionem longe poſitam quæ Provincia * nuncupatur adire, ut ibi quaſi ignotus in cœptu propoſito

* la Provence.

poſſet Deo ſervire. Sed quia non poteſt lucerna latere, nec poſſunt eam tenebræ obſcurare, cum eas ſuo coruſco lumine noverit pellere & fugare, poſitus in eadem regione magno emi-

Claret miraculis.

cuit virtutum fulgore. Deinde precibus fugabat dæmones de obſeſſis corporibus, aperiebat

ura

a Non confundendus cum Severino Abbate Agaunenſi, qui ante Clodoveum obiiſſe videtur.

b De eo ita Gregorius Turon. in lib. 3. cap. 18. *Clodoaldum comprehendere non potuerunt, quia per auxilium virorum fortium liberatus eſt. Poſtpoſitum regnum terrenum, ad Dominum tranſiit, & ſibi manu propria capillos incidens Clericus factus eſt, boniſque operibus inſiſtens, Presbyter ab hoc mundo migravit.*

ora mutorum, reddebat cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, & cunctis ex fide poſcentibus Dei clementia impetrabat opem ſanitatis. CIRCA AN. 560

10. Sed nec illud duco tegi ſilentio, quod claruit ejus dono. Cum in parte præfatæ regionis construeret domum orationis, pauper quidam venit, & eleemoſynam ab eo ſibi dari popoſcit. Vir autem Dei cum in præſenti non haberet quod indigenti daret, cucullam qua induebatur dedit. Qua pauper accepta receſſit, & in domum cujuſdam fidelis hoſpitandi gratia venit. Qui cum ſe poſt cibum & potum ſopori dediſſet, magna jam tranſacta parte noctis, paterfamilias de nocte ſurrexit, ac domum ſuam claro lumine ſplendere vidit: qui illico ſuæ conjugi excitatæ a ſomno narrare curavit. Illa autem rem inuſitatam intuens dixit: aliquid muneris Divini peregrinus hic, qui a nobis ſuſceptus eſt, ſecum detulit. Qui mane ab eis requiſitus, retulit qualiter cucullam loco muneris a ſancto viro acceperit. Quod factum in illo loco in laude omnipotentis Dei vulgi ore circumquaque eſt diffamatum, & celebri ſermone vulgatum.

7. Septemb. Cucullam dat pauperi.

11. Talibus chariſmatum donis a Sancto Spiritu honoratus revertitur Pariſius: Cui urbi jam continuo gaudium fit Deo gratias agentium pro ejus reditu, quorum olim corda nimium fuerant de ejus abſceſſu mœſta. Excipitur itaque mira exultatione populorum & dignus ſacerdotio adclamatur voce cunctorum. Quem Eusebius [a] ejuſdem urbis Epiſcopus ordinavit Presbyterum, annuens voci Clericorum & precibus Pariſius morantium, dignum judicans ut qui jam ſemetipſum exhibuerat hoſtiam vivam, placentem Deo per contritionem & devotionem mentis, conſtitueretur miniſter ſalutaris & vivifici Sacramenti: ut quos verbo & operibus abſtrahere conabatur a ſatanæ faucibus, ab eodem truculento hoſte ereptos reficeret Divinis dapibus. Condidit præterea Monaſterium in loco cujus olim vocabulum fuit Novigentum [b], nunc ob inſigne ejus meritum ſanctitatis vocatur Monaſterium ſancti Clodoaldi: cujus & nomine pollet & merito, quod & ſufficientibus ditavit terrenis opibus, & congrua habitacula ſibi & ſervis Dei ſecum morantibus, ſed in reliquum ævum ſucceſſu generationum pro ſalute animarum ſuarum Deo militaturis ædificavit, atque matri Eccleſiæ ejuſdem civitatis, videlicet ſanctæ Mariæ perpetuo habendum teſtamento delegavit. Ubi etiam ipſe ſtatuens præſtolari terminum vitæ ſuæ cum plurimis quos metus gehennæ terruerat, & cœleſtis patriæ amor animaverat, aſcenſiones in corde ſuo diſponens in hac lacrymarum valle, cupiebat de virtute in virtutem aſcendere, inſiſtens orationibus, jejuniis, eleemoſynis, vigiliis, divinis lectionibus, ut mereretur Deum deorum videre in Sion. His igitur exercitiis divina gratia præditus, ex revelatione divina ſcire meruit vitæ ſuæ tranſitum: cujus ultimam horam lætus præſtolabatur cupiens diſſolvi & eſſe cum Christo. Migravit ergo a corpore ſeptimo Idus Septembris, recipiens coronam meritorum, quam & reddidit illi Dominus pro laboribus juſtus judex. Cujus corpus in eadem Cella ſummo honore humatum eſt, ubi ſuffragantibus ejus meritis completur votum ex fide petentis, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui poteſtas, honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pariſios reverſus a Presbyter ordinatur.

Condit Monaſterium.

Moritur, ibique ſepelitur.

VITA
S. GILDÆ ABBATIS RUYENSIS, COGNOMENTO SAPIENTIS.

AN. CHR. 565
29. Januar.

Auctore Monacho Ruyenſi anonymo, qui ſæculo undecimo ineunte vixit.

Ex MS. cod. Ruyenſi prodit integrior.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Plures* Gildas *ſeu* Gildasios *pietate inſignes; quinto ac ſubſequentibus floruiſſe ſæculis, recentiores plerique ſcribunt; unum ſcilicet* Albanium *ſæculo quinto; alterum* Badonicum *ſive Sapientem, tertium* Armoricum, *alio nomine* Tremonium, *ſæculo ſexto; quartum S. Philiberti Abbatis Oyenſis vel Carnutenſis diſcipulum ſæculo ſeptimo; quintum denique; qui de Computo ad Rabanum ſæculo nono ſcripſit: cujus Gildæ ad Rabanum epiſtolam, Hibernicis Uſſerii epiſtolis ac Colgani Actis Sanctorum Hiberniæ pag. 202. inſertam reperies.*

2. *Bollandus in Commentario prævio ad S. Gildæ vitam die 29. Januarii, & Gerardus Voſſius in lib. 2. de Hiſtoricis Latinis cap. 21. Gildam Albanium & Badonicum unum & eumdem eſſe contendunt, qui Albanius dictus ſit a patre Albaniæ Rege, Badonicus a prælio adverſus Saxones*

[a] Euſebius Saffaraco ſucceſſit anno circiter 551. præivitque S. Germano, ut docte probat Carolus le Cointe ad illum annum num. 2. conſtatque ex vita S. Droctovei Abbatis num. 6.

[b] Novigentum, *Nogent*, duobus milliaribus infra Lutetiam Pariſiorum ad Sequanam fluvium viſitur, nunc S. Clodoaldi Oppidum vocitatum, vulgo *S. Clou*, in cujus Eccleſia Collegiata, deſtructo jampridem Monaſterio, ipſius ſancti corpus aſſervatur.

AN CHR. 565 29. Januar. *apud Badonicum montem commiſſo, eo quo Gildas natus eſt anno, ut ipſe in libro de Britannia excidio teſtari videtur. Uſſerius contra in lib. 2. de Scriptorib. Hiber. & Colganus in prædictis Actis ad diem 29. Januarii, cum aliis fere Britannia Scriptorum Nomenclatoribus, unum ab altero diſtinguunt. At nos hujuſce vitæ Scriptoris, Bollandi & Voſſii ſententiam ultro amplectimur, negamuſque Gildam Albanium & Badonicum eſſe diverſos; Gildam Armoricum (quem alio nomine Tremoaiam vocat hujus Vitæ Auctor num. 24.) admittimus, aliamque Gildam Rabano coætaneam; porro Gildam S. Philiberti diſcipulum omnino proſcribimus. In illis enim actis, quæ apud Colganum ad diem 31. Januarii de eo leguntur, tam fœda occurrunt errata, ut mirum ſit viros doctos tantum illis fidei tribuiſſe.*

3. *Qui Gildam Albanium a Badonico diſtinctum volunt, his potiſſimum rationibus moventur; tum quod Gildas Albanius diſcipulus fuerit S. Patricii, qui ante Gildæ Badonici ortum circa annum 480. deceſſit: tum etiam quod Albanius in Anglia mortuus, in Eccleſia Glaſtonienſi ſepultus ſit; Badonicus vero apud Armoricos in Monaſterio Ruyenſi.*

4. *Verum Gildam, qualiſcumque fuerit ille, S. Patricii diſcipulum extitiſſe, ex nullo vetuſto ac probato auctore confirmant: porro Gildam eumdem apud Glaſtoniam deuatum eſſe & ſepultum, ex dubia dumtaxat majorum relatione accepit Guillelmus Malmesburienſis, qui hujus opinionis ceteris auctor fuit. Ita ſiquidem in libro de antiquitatibus Glaſtonienſibus ſcribit:* Sicut a majoribus accepimus, Gildas neque inſulſus, neque infacetus hiſtoricus, cui Britanni debent ſi quid notitiæ inter ceteras gentes habent, multum annorum ibi (*apud Glaſtoniam*) exegit, loci ſanctitudine captus, ibique anno Domini 512. de medio factus, in vetuſta Eccleſia ante altare ſepultus eſt. *Quo ex loco tantum abeſt, ut duo Gildaſii probari poſſint, ut unicum agnoviſſe videatur Guillelmus, qui nullam diſcriminis notam de ſuo Gilda loquens appoſuit: immo Badonicum ſatis expreſſit, dum eum vocat Hiſtoricum. Hoc enim nomine Gildam Badonicum ſemper deſignarunt primi Britannicarum rerum Scriptores, Beda in lib. 1. Hiſt. cap. 22. Galfridus Monumetenſis in lib. 1. cap. 1. Guillelmus Neubrigenſis in Proœmio hiſtoriæ ſuæ. Quod ita clarum eſt, ut Beda eo loci, ut ſæpe alias, Gildæ Badonici propria verba ex libro de excidio Britannico exſcribat. Opinio de duobus Gildaſiis nata videtur ſæculo proxime elapſo, quam opinionem Polidorus Virgilius in lib. 1. Hiſt. mox exſibilavit.*

5. *Quod ſi conjecturis indulgere licet, fortaſſe Gildas ille, qui apud Glaſtoniam humatus dicitur, fuerit is ipſe, qui de Computo ad Rabanum ſcripſit: qui a poſteris non ſatis notus, pro antiquo Gilda ſit habitus. Nam & illum inter Sanctos numerat Dempſterus in lib. 7. de Scriptoribus Hibern. quo jure? ipſe viderit.*

Gilda patria & parentes.

1. **B**EATUS GILDAS Arecluta *a* fertiliſſima regione oriundus, patre CAUNO Nobiliſſimo, & Catholico viro genitus *b*, ab ipſo puerili ævo toto mentis affectu Chriſtum ſtuduit ſequi. Arecluta autem regio cum ſit Britanniæ pars, vocabulum ſumpſit a quodam flumine quod Clut nuncupatur, a quo plerumque illa irrigatur. Inter cetera vero quæ ipſe ſanctus Gildas ſcripſit de miſeriis & prævaricationibus

Deſcriptio Britanniæ ex Gilda.

„ & excidio Britanniæ, hoc etiam de illa præmiſit. Britannia, inquit, bis denis biſque quaternis fulget civitatibus, ac nonnullis caſtellis decoratur: murorum quoque ac turrium, ſeratarum portarum, domorum etiam, quarum culmina minaci proceritate porrecta in editum forti compage cernuntur, non improbabiliter eſt adornata inſtructis munitionibus. Campis quoque fulget late panſis, collibuſque amœno ſitu locatis, præpollenti culturæ aptis; montibus etiam alternandis animalium paſtibus optime convenientibus: qui diverſorum colorum floribus, grati redduntur humanis viſibus, veluti electa ſponſa diverſis ornata monilibus fontibus lucidis crebriſque gaudet; ex quibus rivuli leni murmure ſerpentes, ſuave pignus ſoporis tribuunt viatoribus feſſis: duorum etiam oſtiis nobilium fluminum Tameſis videlicet, ac Sabrinæ, veluti brachiis meliorata, per quæ eidem Britanniæ olim tranſmarinæ deliciæ ratibus vehebantur, aliorumque fluminum minorum infuſione irrigatur. Oſtenſo igitur ſitu & opportunitatibus loci, nec non regionis, unde præfatus vir venerabilis & ſanctus oriundus fuit, ejus denique vita Domino adjuvante ſubſcribatur.

2. CAUNUS itaque ejus genitor, & alios quatuor fertur habuiſſe filios, CUILLUM vide-

---

a Arecluta, olim *Arcluid*, nunc *Dubritton* ſeu *Dunbarton*, id eſt oppidum Britannorum, ſuis antiquitus, hodieque eſt validum Scotiæ propugnaculum, ad confluentes Levini & Cluidæ amnium, infra Glaſcuam urbem Epiſcopalem.

b Advenere Saxones in Britanniam Hengiſto Duce anno Chriſti 446. ex Beda, qui ſub finem lib. 5 & ultimi Hiſtoriæ ſuæ, iſtius adventus annum 285. illigat Dominicæ Incarnationis anno 731. Natus eſt Gildas, ut ipſe in libro de Britanniæ excidio teſtatur, anno obſeſſionis Badonicæ, quæ facta proculdubio eſt ante mortem Hengiſti, qui adventus ſui anno 39. ut Willelmus Malmesb. in lib. 1. Hiſt. Reg. Angl. ſcribit, id eſt anno Chriſti 485. diem clauſit. Reliquit enim Hengiſtus filium pacis amantem, *qui magis tuendo quam ampliando Regno intentus*, (verba ſunt Malmesburienſis) *paternos limites numquam exceſſit: conſumptiſque annis 24. filium Osbam, ejuſdemque filium Ermericum habuit ſucceſſores, ſibi quam avo aut proavo ſuo ſimiliores*. Si ergo Hengiſti poſteri de amplianda Regno non cogitarunt, non ipſis, ſed Hengiſto tribuenda eſt Badonici montis obſeſſio, quæ proinde cum anno circiter 448. uti & Gildæ ortus recte componetur. Porro quatuor & quadraginta anni quos Gildas in prædicto libro memorat, inter adventum Saxonum & obſidionem Badonicam non interceſſerunt, (ut Venerab. Beda ſentire videtur) ſed inter obſidionem & ſuam ipſius Opuſculi ſcriptionem. Nam loquens de annis, quorum extremus, dum hæc ſcriberet, adhuc in fluxu erat, *quadrageſimus quartus*, inquit, *orditur annus, menſe jam uno emenſo*.

delicet valde ſtrenuum in armis virum, qui poſt mortem patris ei in regno ſucceſſit *a*, Mailocum quoque, qui a patre ſacris litteris traditus & in eis bene edoctus, relicto patre atque rebus paternis abrenuncians, venit Lyuhes, in pago Elmail, ibique Monaſterium ædificans, in quo in hymnis & orationibus, jejuniis & vigiliis inſtanter ſerviens Deo, clarus virtutibus & miraculis in pace quievit. Egreas vero cum Allæco fratre & Peteova ſorore Deo ſacrata Virgine, ſimiliter & ipſi relictis rebus paternis, & ſæcularibus abrenunciantes pompis, in extrema parte regionis illius ſecedentes, non longe a ſe invicem diſtantia ſinguli ſua conſtruxere Oratoria, mediam ſtatuentes ſororem: cum qua alternatim ſuo die horas diurnas eorum alter cum Miſſa celebrabat, & poſt Veſperas cum ea ſumens cibum & gratias agens Deo, ante ſolis occaſum revertebatur ad Oratorium ſuum: unuſquiſque enim eorum ſeparatim in ſuo Oratorio vigilias celebrabat. Iſti igitur quos prædiximus Beati & ſancti viri, Mailocus videlicet Allæcus atque Egreas cum Beata ſorore, cunctis mundi, ut prætermiſſum eſt, ſpretis opibus & deliciis, toto niſu mentis ad ſupernam tendentes patriam; in jejuniis & orationibus ſuam commendantes vitam, tandem a Deo vocati receperunt mercedem laborum ſuorum, & in ſuis quæ ædificaverant Oratoriis conditi ſervantur: clarificati & celebres aſſiduis miraculis, & in gloria reſurrecturi.

AN.CHR. 565

29. Januar.

Fratrum & ſororis B. Gildæ mira ſanctitas.

3. Beatus autem Gildas qui & Gildaſius, honos & decus gentis ſuæ futurus, & ipſe a ſuis parentibus Beato Hilduto *b* traditur imbuendus. Qui ſuſcipiens ſanctum puerulum, ſacris litteris cœpit inſtruere illum. Et videns eum formæ ſpecie fulgentem, ac liberalibus ſtudiis inſtantiſſime intentum, benigno amore dilexit, & attento ſtudio docere curavit. Beatus igitur Gildas, ſub diſciplina magiſtrali in ſchola divinæ ſcripturæ & liberalium artium conſtitutus, conſpiciens utriuſque doctrinam elocutionis, divinis curavit magis erudiri doctrinis: imitari cupiens ſpeciem divinæ contemplationis, deſerens omnino famam humanæ opinionis: ſed neque ſequi voluit ingenuitatem ſuæ nobilitatis. Tunc Athleta Chriſti & ſtrenuiſſimus miles in Cœnobio degens obedientiæ ſuſcepit arma fortiſſima: puerileſque deſerens mores, ætatem floridæ juventutis in formam tranſtulit ſenectutis. Namque cum eſſet primævus, in tyrocinio æterni Regis conſtitutus, moribus derelictis juvenilibus, plurima documenta præbuit æternæ ſalutis tam ſenibus quam juvenibus, utriuſque componens mores ætatis. Erat namque ſapientia præclarus, ſanctæ lectioni aſſiduus, vigiliis & orationibus ſemper deditus, ineffabili charitate devotus, in actione jucundus, decora facie & toto corpore venuſtus, qui mundo erat crucifixus, & ei mundus. In ſchola igitur ſupradicti doctoris Hilduti erudiebantur plurimi nobilium filii, inter quos præclariores erant, tam generis nobilitate quam morum probitate, Samſon videlicet atque Paulus *c*, ſed hos quoque mira ingenii ſagacitate ſuperabat Gildas Beatus: ex quibus Samſon ſanctiſſimus poſtea Britannorum extitit Archiepiſcopus: Paulus vero Oxiſmorum Eccleſiæ præfuit Epiſcopus.

Gildæ quales extitere in pueritia mores.

4. Habitabat autem præfatus Hildutus cum diſcipulis ſuis in quadam arcta, & anguſta inſulula, atque arenti ſolo ſqualida, ad quem die quadam accedens Beatus puer Gildas eum alloquitur dicens *d*: Domine doctor, audivi te nuper ex Evangelio verba noſtri Salvatoris prædicantem: in quibus Diſcipulos admonebat, ut cum fide a Deo ea quæ ſibi erant utilia peterent, & quia fideliter petita accepturi eſſent dicens: *Amen dico vobis, quicquid orantes petieritis, credite quia accipietis; & fiet vobis*. Nunc ergo optime doctor, cur non rogas ipſum Dominum noſtrum Jesum-Chriſtum qui potens eſt præſtare cuncta quæ fideliter ab eo petuntur; ut dilatet terminos atque fructiferam reddat hujus inſulæ glebam; Cum hæc igitur audiſſet Beatus Hildutus, admiratus fidem ipſius, convocatis in unum Diſcipulis, Oratorium cum eis ingreditur, & flexis in terram genibus, extenſiſque manibus in cœlum, cum lacrymis oravit dicens: Domine Jesu-Chriſte fili Dei omnipotentis, qui cum Patre & Spiritu ſancto cœlum & terram mare & omnia quæ in eis ſunt, cum non eſſent, condidiſti, quique tuis fidelibus præcepiſti, ut Deum Patrem in tuo nomine peterent quicquid ſibi opus eſſet, & eorum petitio ad effectum procederet; tuo equidem in nomine omnipotentis Domini imploramus clementiam, ut dilatari per te jubeat terminos inſulæ hujus, atque fertilitatem inferat glebæ ejus, ut nobis ſervis tuis atque ſucceſſoribus noſtris, tua largiente gratia abundanter cibaria adminiſtret: ut ſatiati de tuis donis gratias referamus nomini tuo qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas per infinita ſæcula ſæculorum. Cumque reſpondiſſent omnes, Amen, egreſſi ab Oratorio, vident dilatatam eſſe undique inſulam, atque vernantem in circuitu diverſis olerum floribus. Tunc iterum revertitur ad Oratorium ſenior, & præ gaudio effuſus in lacrymis una cum venerando Diſcipulorum grege clara voce hymnos ſummaſque laudes, rerum omnium creatori Domino decantat, qui prope adeſt omnibus invocantibus ſe in veritate.

Miraculum dilatationis inſulæ.

Marc. 11. 24.

5. Igitur admirabili virtute dilatatam ſibi inſulam cœpit excolere ſenior, atque fecunditatis jugeribus frumenti ſemina tradere. Cumque cœpiſſent læta frugum germina pullu-

a Auctor vitæ quæ apud Capgravium extat, id de regno Albaniæ interpretatur.

b Iltutus ſeu Eltutus, S. Germani Autiſſiodorenſis diſcipulus (ut in vita S. Maglorii num. 1. legitur,) colitur 6. Novembris, laudaturque in Vita S. Samſonis Epiſcopi Dolenſis num. 7. & ſeqq.

c Hic Ilduti diſcipulis jungitur S. David Epiſcopus in vita S. Pauli & S. Ilduti. De Samſone primum Eboracenſi, demum Dolenſi Epiſcopo ac de Paulo Oxiſmenſi ſeu Leonenſi acta propria conſulenda.

d In vita S. Ilduti hoc S. Samſoni tribuitur.

Digitized by Google

AN.CHR. 565 29. Januar.

lare, aggregatæ aves marinæ ea cœperunt devaſtare. Quod cum videret pater Hildutus, præcepit Diſcipulis ſuis cum terrore eas effugare, atque unumquemque eorum die ſuo ſegetem cuſtodire. Et cum dies adveniſſet, in qua ſegetem ſervaturus erat Beatus Paulus, plus ſolito advenit hoſtilis avium multitudo, quæ paſſim meſſem devaſtabat tondendo. At contra mitæ indolis puer Paulus huc illucque diſcurrens cum ingenti clamore eas expellere nitebatur, nec prævalebat. Tandem ergo jam laſſus, advocat ſocios, Beatæ memoriæ videlicet Gildam atque Samſonem venerandum, hujuſmodi eos adhortans ſermonibus: Succurrite fratres, ſuccurrite chariſſimi, & damna mecum noſtri vindicate magiſtri. Ecce etenim hoſtium multitudo, noſtri late conſumit & depaſcitur ſegetes doctoris. Sentiat ergo inſatiabilis prædo debitas pœnas, qui noſtri magiſtri vaſtavit ariſtas. Ad cujus vocem advolant ſocii, & invocato nomine Chriſti multitudinem indomitarum avium congregantes ante ſe, Dei virtute repleti minant pueri ſanctiſſimi tamquam inertium ovium greges. Ac ubi ventum eſt ad ſenis habitaculum, captivæ & indomitæ aves cum recluderentur, in cælum dant voces: quarum ſtrepitum atque clangorem audiens ſenex, egreſſus ab Oratorio vidert Dei virtutem: admiratuſque non minimum tantam in puerorum cordibus fidem ait illis, Sinite filii, ſinite aves abire liberas: jam ſufficiat quod ſic caſtigaſtis illas, abeant liberæ & amplius in nomine Domini noſtras ſegetes non præſumant lædere. Igitur juſſionem ſenis non audentes ſpernere, aves dimiſſæ longe receſſerunt: & ulterius in eadem inſula vaſtare ſegetes non præſumpſerunt, quæ inſula uſque in hodiernum diem Lanna Ilduti *a* vocitatur.

Sancti pueri aves ſibi moleſtas miris coercent.

Gildaſius ab Ilduto recedit.

6. Sanctus igitur Gildas cum per aliquos annos in doctrina beati Ilduti commoratus fuiſſet, & tam ſæcularibus, prout res ſuppetebat, quam divinis ſcripturis ab eo optime quicquid ſibi a divina bonitate creditum fuerat, edoctus eſſet; valedicens pio magiſtro venerandiſque condiſcipulis Iren * *b* perrexit, ut & aliorum doctorum ſententias in philoſophicis atque in divinis litteris inveſtigator curioſus exquireret. Igitur cum plurimorum doctorum ſcholas peragraſſet, & tamquam apis prudentiſſima, diverſorum florum ſuccos collegiſſet: in alveario matris Eccleſiæ recondidit, ut in tempore opportuno melliflua Evangelii verba in populos ad ſuperna gaudia revocandos effunderet: ut ſervus bonus talentum ſibi creditum, ſuo Domino cum lucro reportaret. Secutus itaque Apoſtolicam ſententiam, ne dum aliis prædicaret ipſe reprobus inveniretur, caſtigabat corpus ſuum in jejuniis & in vigiliis, noctes ducens in orationibus, ſtans ſine aliquo ſuſtentaculi adminiculo.

* al. ire cœpit.

Mira ejus abſtinentia.

7. A quinto decimo ætatis ſuæ anno, per totum vitæ præſentis ſpatium, quo in hoc vixit mundo, uſque ad extremum diem vocationis ſuæ a Domino, ter (ut veraci relatione didicimus) in hebdomada parciſſimum ſumpſit corporis cibum. Poteſt vero quilibet diſcretus de eo indubitanter affirmare, quia licet ei defuerit gladius perſecutoris, martyrii tamen palmam non amiſit. Nam dum corpus crebris jejuniis & protenſis vigiliis affligeret; dum nocte dieque vitiis reſiſteret, & orationibus inſiſtens; dum contra diaboli tentationes reluctaretur, & adverſum corporis ſui delectationes oppugnans ſe ipſum excruciaret; quid aliud de eo dici poteſt, niſi longum illum traxiſſe martyrium? nam & ipſe ſibi & perſecutor fuit, & perſecutiones ſibi illatas pro Chriſto patienter ſuſtinuit.

8. Igitur cum ad ſacros Ordines promotus eſſet, & Presbyteratus fungeretur officio, audiens quod gentes quæ Aquilonalem plagam Britanniæ inſulæ incolebant, adhuc gentili errore detinerentur: & quod hi etiam qui videbantur inter eas, Chriſtiani, non Catholici eſſent, ſed diverſis hæreticorum fraudibus irretirentur; accipiens juxta Apoſtoli præceptum armaturam Dei, ut poſſet reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectus ſtare, de Chriſti adjutorio confidens, cœpit illuc pergere. Stans autem ſuccinctus lumbos mentis, inter paganos atque hæreticos, indutus lorica juſtitiæ, & calciatus pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus periculis ſumebat ſcutum fidei, in quo poſſet omnia tela nequiſſimorum dæmoniorum extinguere, galeamque ſalutis, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. His itaque armis munitus Gildas Chriſti miles præclarus, prædicabat nomen Chriſti gentilibus, multis ex divina lege approbationibus oſtendens, nihil eſſe quod ab eis excolebatur. Hæreticos autem, verbum ſalutis opponens, ad viam veritatis adducit, a cunctis eos quoque revocans erroribus. Namque ei tantam dederat Dominus noſter Jesus-Christus gratiam etiam ſanitatum, ut ejus orationibus cæci illuminarentur, ſurdis auditus redderetur, & claudis debilibuſque greſſus, dæmoniaci curarentur, leproſi mundarentur, & infirmi quique ſanarentur. Pergebat igitur Gildas beatiſſimus Evangelium Chriſti prædicando: docens veram fidem per univerſas provincias, gentemque ſuam ad veram Catholicamque fidem convertebat.

Epheſ. 6. 11.

Gentiles & hæreticos convertit.

Varios ægros ſanat.

9. Hæc & his ſimilia agente beato Gilda, omnis gens Aquilonalis plagæ ad ejus prædicationis doctrinam cœpit undique confluere: quatenus derelicto gentili errore, & percepta

---

a *Lanna* formatum ex *Landa*, qua voce ſignificatur terra ditio. Nam *Land lingua Germanorum, patria dicitur verbo Latino*, inquit Aimoinus in lib. 2. Hiſt. cap. 13. Hinc Landgravii, Comites Provinciales ex Voſſio: item Landea ſeu Landia, foſſa paluſtris excipiendis aquis facta, ex *Land*, terra, & *aja* aqua. Porro hoc S. Ilduti Monaſterium ſitum erat in Maridunenſi Provincia, ad Glamorganiæ fines, vulgo *Llanelthye*, ut Bollandus adnotavit.

b Iren Bollandus Hiberniam interpretatur, quæ aliis Jerne & Iris dicta. At ſequentia repugnare videntur: nam Gildas in Aquilonalem plagam poſtea profectus legitur, & in Hiberniam demum a Rege accerſitus.

AN.CHR. 565 29. Januar.

pia ejus admonitione ſanctæ Trinitatis fide, in gremio collocaretur ſanctæ matris Eccleſiæ, ut vocaretur Chriſti ſponſa & probaretur eſſe. Deſtruebantur itaque idola ab eis qui ea fabricaverant cum templis ſuis, & Eccleſiæ ædificabantur per congrua loca. Baptizabantur viri nobiles cum uxoribus & filiis atque familiis. Cum autem videret B. Gildas ſecundam prolem Chriſtianitatis & ſanctæ religionis ubique pullulare: inenarrabili gaudio repletus, ſic ait Domino: Gratias tibi ago, Domine Jesu-Christe, qui populum hunc diutius errantem, ſancti tui nominis gratia miſericorditer illuminare dignatus es, & ad agnitionem tuam pervenire feciſti; & qui hactenus infelices, & hebetes erravimus in regione umbræ mortis, tandem lux tuæ juſtitiæ illuxit nobis, & pax perpetua jam regnat in nobis.

10. Audiens autem beata Brigida *a* quæ ipſo tempore inſignis erat in Hibernenſi manens Inſula, & Monaſterio Virginum præerat Abbatiſſa, virgo præclara, ſamam beati Gildæ, miſit ad eum nuncium cum verbis deprecatoriis, dicens: Gaude Pater ſancte, ac ſemper in Domino polle. Obſecro te ut aliquod indicium tuæ ſanctitatis mihi tranſmittere digneris, ut ſemper apud nos tua vigeat memoria. Tunc ſanctus Gildas precepta ſanctæ virginis legatione, propriis manibus formulam fecit fuſili opere, & tintinnabulum compoſuit ſecundum petitionem ipſius: & per nuncium quem miſerat ei tranſmiſit; quod illa gaudens ſuſcepit, ac velut cœleſte munus, ab eo ſibi tranſmiſſum libenter accepit. S. Brigidæ nolam mittit.

11. Eo tempore regnabat Ammericus Rex per totam Hiberniam, qui & ipſe miſit ad B. Gildam, rogans ut ad ſe veniret promittens ſe ipſius doctrinis in omnibus obediturum, ſi veniens Eccleſiaſticum ordinem in ſuo regno reſtauraret: quia pene Catholicam fidem in ipſa inſula omnes reliquerant. Cum hæc itaque audiſſet Gildas Chriſti miles beatiſſimus, munitus armis cœleſtibus petivit Hiberniam, Chriſtum prædicaturus. Contigit autem quadam die dum pergeret ad Regis palatium, occurrere ſibi quemdam paralyticum, quem parentes ſui circumquaque trahebant quærentes alimoniam ab incolis terræ. Quem videns B. Gildas, miſertus illius genua flexit, ac pro eo Domino orationem fudit: & ad vehiculum miſeri accedens dixit: In nomine Domini noſtri Jesu-Christi ſta rectus ſuper pedes tuos, & a Domino priſtinam recipe ſanitatem. Qui mox receptis viribus corporis, ſanus efficitur, atque exclamans voce magna cœpit magnificare nomen Domini, & ſancto viro magnificas laudes referre dicens ſe ire cum illo, ubicumque voluiſſet. Quod ſanctus non ferens, ait illi: Vide ne mecum venias, ſed revertere domum: & non deſiſtas Domini miſericordiam collaudare, qui te ſanitati reſtituit. At ille magis magiſque in laudem ejus prorumpebat, & cunctis quos obvios habebat, indicabat dicens: Venientes venite omnes & videte virum ſanctum Dei qui mihi ſanitatem corporis & animæ reddidit. Tunc ſanctus Gildas nolens tantum favorem & plauſum plebis ſuſtinere, diſceſſit protinus ab eis, & abiit latenter ne agnoſceretur & abſcondit ſe.

Accitus a Rege in Hiberniam pergit. Paralyticum ſanat. Vulgi plauſus fugit.

12. Poſt paucos vero dies, inventus a quibuſdam nobilibus viris quondam ſibi notis, Regi Ammerico eſt præſentatus. Quem cum vidiſſet, multis precibus eum rogabat, plurimaque offerens dona, poſtulabat ut apud ſe maneret, & ſicut ei prius mandaverat, Eccleſiaſticum reſtauraret ordinem in regione eadem: quia penitus Catholicam fidem, a maximo uſque ad minimum, omnes amiſerant. Tunc ſanctus Gildas munitus clypeo fortitudinis & galea ſalutis, omnes fines Hibernenſium circuivit, & Eccleſias reſtauravit, Clerum univerſum in fide Catholica ut ſanctam Trinitatem colerent inſtruxit. Populos graviter morſibus hæreticorum ſauciatos curavit, fraudes hæreticas cum auctoribus ſuis ab eis longe repulit. Jamjamque pullulante in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſegete multitudinis credentium & avulſis hæreticorum ſpinis, terra dia ſterilis fecundata rore cœleſtis gratiæ gratiores profert fructus ad agnitionem ſupernæ vocationis. Fide namque creſcente Catholica, regio gaviſa eſt tantum ſe promeruiſſe patronum. Multa deinceps vir Beatus Monaſteria conſtruxit in eadem inſula, non paucos in eis nobilium filios enutriens, & norma regularis diſciplinæ informans: & ut plures Domino offerre poſſet alumnos (jam factus Monachus), collegit Monachos ſecum, tam ex nobilibus quam ex pauperibus pupillis & orphanis: necnon & captivos tyrannica ſervitute Paganorum irretitos miſericorditer liberavit: utque paſtor bonus talenta ſibi a Domino credita fideliter duplicata, ipſi ovans reportare curavit. Omnem denique regionem Hibernenſium & Anglorum, necnon & exterarum nationum ſuo inſtruxit exemplo & erudivit ſermone: quarum gentes & nationes actus & virtutes ejus uſque in hodiernum diem honorifice venerantur ubique.

Fidem & diſciplinam Eccleſiaſticam in Hibernia reſtituit. Monaſteria conſtruit. (Hæc verba deſunt in codice Gildaſino.)

13. * Dimiſſa igitur poſthæc Hibernia atque Britannia; & relictis omnibus ſuis B. Gildas peregre proficiſcens Romam petiit, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli merita deprecaturus, quatenus eorum interceſſione a Domino poſſet peccatorum veniam obtinere, & in Dei ſervitio firmiter perſeverare, atque ſanctis omnibus in cœleſti patria adjungi mereretur. Cum autem Vigiliarum atque Matutinorum laude finita, quadam die diluculo de Aula B. Petri egreſſus, volens ſolito more exire, & ceterorum Oratoria ſanctorum Romuleæ Urbis circuire, & ſuffragia eorum petere; occurrit ei quidam hydropicus inflatus humore diræ infirmitatis, quærebatque alimoniam ab eo. Cui beatus Gildas, ait: Non eſt mihi quicquam pecuniæ in manibus, quod tibi poſſim dare: ſed in nomine Domini noſtri Jesu-Christi, & me-

* Hic multa deſunt apud Boſcium & Bollandum. Romam tendit. Hydropicum ſanat.

a Colitur 1. Februarii, deceſſitque ſub Juſtini ſenioris initia, anno circiter 522.

AN.CHR. 565 29. Januar.

& meritis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſanus ſis ab hac infirmitate; & ſi quis te interrogaverit, quis te ſanum fecit, dicito quod Dominus Jeſus-Chriſtus per merita Apoſtolorum ſuorum in me miſericordiam ſuam fecit. Sanus itaque ſtatim factus æger, intravit in Baſilicam ſancti Petri, laudans & benedicens Deum. Sanctus autem Gildas cœptam tenuit viam. Cumque per aliquot dies ibi maneret, perluſtrans Oratoria ſanctorum, audivit Romanos cives graviter dolere ob peſtiferum flatum draconis, qui erat latens in caverna cujuſdam montis, qui multos Romanorum & aliorum circumquaque vicinorum peſtilenti flatu interemerat. Quod audiens Beatus Gildas, exivit ab hoſpitio ſuo latenter valde diluculo, aſcenditque in montem portans baculum in manu; & oratione facta, venit ad os ſpeluncæ; & videns draconem, invocato Chriſti nomine intrepidus, dixit: In nomine Domini noſtri Jesu Christi præcipio tibi ut ſtatim intereas, ne populus fidelium a te amplius perimatur. Qui mox in terram corruens, mortuus eſt, & ceſſavit ejus plaga a populo.

Draconem verbo necat.

14. Tunc B. Gildas Ravennam abiit, gratia orationis B. Apollinaris. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, occurrit ei quidam cæcus & mutus, quem ductor manu trahebat: ipſe autem tabulam percutiebat malleolo ob ſignificationem eleemoſynæ quærendæ. Quem videns B. Gildas miſericordia motus cœpit flere: & poſtulans deferri ſibi aquam, benedixit, ſparſitque ſuper faciem cæci. Deo itaque donante, lumen recepit; & accipiens ſal ſimiliter benedixit, miſitque in os ejus, ſtatim quoque loquutus eſt, benedicens Deum, & Beatum Virum magnificans, qui tantam ſoſpitatem ei contulerat.

Ravennam migrat.

Hominem cæcum & ſurdum ſanat.

15. Factum eſt autem, cum inde reverteretur, contigit eum incidere in latrunculos, quem videntes nitentem decore pulchritudinis alii conabantur eum capere, alii interficere. Quos ut vidit ſibi appropinquare, invocato Chriſti nomine, continuo nutu Dei fecit pedes eorum adhærere terræ: ipſoſque velut lapides obrigeſcere: recedenſque ab eis cœptam tenebat viam. Cum autem longe ab eis receſſiſſet, converſus retrorſum, elevavit manum & ſolvit eos, qui ſoluti in fugam verſi ſunt, & neminem poſtea in illis locis læſerunt.

Latrones oratione ſiſtit immobiles.

16. Deinde cum diſponeret in ſuam redire patriam, non permiſit Deus, qui ſuam nobiſcum volebat magnificare miſericordiam. Nam cum Dei juſſu perveniſſet in Armoricam quondam Galliæ regionem, tunc autem a Britannis a quibus poſſidebatur Letavia *a* dicebatur; ab eis honorifice & cum gaudio magno ſuſceptus eſt: ipſe autem ſæculares fugitivoſque devitans honores, theoricam magis deſiderabat ducere vitam. Erat autem tunc temporis parva res Regum regnique Francorum. CHILDERICUS *b* enim eo tempore MAROVÆI filius gentilium errori deditus, imperabat Francis: quod ex geſtis veterum prudens lector cognoſcere poteſt. Sanctus igitur Gildas triginta habens annos venit ad quamdam inſulam quæ in Reuviſii pagi proſpectu ſita eſt, ibique aliquamdiu ſolitariam duxit vitam. Sed non poſt longum tempus, cum jam non poſſet accenſa lucerna ſub modio manere, ſed ſuper candelabrum, ut vicini quique ac noti ejus, tam prope quam longe claritatis illius lumine fruerentur; cœperunt hinc & inde venire ad eum & ejus magiſterio & doctrinæ commendare filios ſuos erudiendos: quos omnes libenter ſuſcipiens ſpirituali eos eruditione erudiebat. Veniens itaque ad quoddam caſtrum in monte Reuviſii *c*, in proſpectu maris ſitum, ibi potioris fabricæ conſtruxit Monaſterium atque in eo clauſtra cœnobitali ritu perfecit: ubi tantum ejus emicuit vita, ut plurimi infirmi ac debiles & leproſi, qui circumquaque erant, ad eum venientes ſanitati ejus actionibus, & meritis reddebantur, quod uſque in præſens tempus facere non deſinit in eodem loco ejus meritis omnipotens Deus.

In Armorica honorifice ſuſcipitur.

Diſcipulos ad ſe trahit.

Monaſterium conſtruit.

17. Tunc denique conſtruxit parvum Oratorium ſuper ripam fluminis Blaveti*, ſub quadam eminenti rupe, ab Occidente in Orientem ipſam concavans rupem; & ad latus ejus dextrum erigens parietem, congruum fecit Oratorium, ſub quo de rupe emanare fecit fontem perlucidum. Cum vero feneſtram orientalem ejuſdem Oratorii vitro claudere vellet B. Gildas, & vitrum ei deeſſet, proſtratus in terra Dominum deprecatur. Surgens autem ab oratione, abiit ad quamdam rupem, & ex ipſo Domino largiente optimum tulit vitrum. Molam quoque ibi fecit, cui triticum immiſit ac manu vertit, quæ uſque in præſens tempus in eodem loco ſervatur: & a fidelibus infirmis, operantibus cum Chriſto ſancti viri meritis, languores ad eam expelluntur. Nec eſt ſilentio prætereundum, & illud quod per eum fecit Dominus miraculum. Nam cum in Cella quadam die cum Fratribus moraretur, venerunt ad eum hoſpites: quos libenter ſuſcipiens, duxit ad orationem: ac deinde omnem eis adhibuit humanitatem; & lavans pedes eorum ac manus, quod habuit cum charitate dedit eis. Sed cum non haberet vinum quod eis tribueret; oratione facta juſſit implere vaſa vinaria aqua, dataque ſuper eam benedictione, juſſione divina in optimum vinum eſt converſa. Quam virtutem admirantes cuncti qui aderant, omnipotenti Domino gratias retulerunt, qui in Evangelio ſuis fidelibus promiſerat dicens: *Opera quæ ego facio & ipſi facient, & majora horum facient.*

*Le Blavet Venetenſes a Curioſolitibus dividens.

Fontem & vitrum cœlitus obtinet.

Aquam vertit in vinum.

18. Quam-

a Armorica ſic dicta ab *Ar* ſuper, *mor* mare, utraque dictione Britannis etiamnum familiari teſte Argentræo in lib. 1. cap. 12. *Letavia* olim appellata eſt, *Lhydaw* Britannis apud Robertum Cenalem, id eſt, *Litoralis*.

b Cum Gildas mortuo Childerico natus ſit, hic calculus conſtare non poteſt.

c Hinc dictum Monaſterium Sancti Gildaſii *Ruyenſe*, vulgo *Saint Gildas de Ruye*, ſitum in diœceſi Venetenſi. Aliud eſt in Britannia diœceſis Nannetenſis, vocabulo S. Gildaſii de Nemore, de quo infra.

18. Quamvis autem talis ac tantus eſſet; ut poſt eum Deus tot miracula faceret; nulli AN.CHR.
tamen ſe præferebat, ſed humilior omnibus eſſe videbatur. Licet vero Abbatis locum teneret, 565
tamen ut ſibi ſubditis exemplum humilitatis oſtenderet, ſecundum divinum præceptum quod
ait: *Qui major eſt veſtrum, erit miniſter*; & ipſe omnibus ſervire curabat. Et ne Domini 29. Januar.
Jesu ſurdus eſſet auditor dicentis: *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde*; ſatagebat Joan.14.12.
etiam ipſe & in hoc Domini Salvatoris obedire præceptis. Nam ſicut de Moyſe ſcriptum eſt, S. Gildæ virtutes.
erat & ille mitiſſimus omnium illius temporis hominum. Sapiens quoque tam in doctrina Matth. 23.
quam in actione erat, verax in collocutione, in orationibus aſſiduus, pernox in vigiliis, je- 11.
juniis corpus macerans, in injuriis patiens, in colloquio affabilis, in eleemoſynis largus, in om- Matth. 11.
ni bonitate conſpicuus. Docebat quoque hæreticos poſt primam & ſecundam correptionem 29.
devitandos eſſe, eleemoſynis autem peccata redimere prædicabat: eſurientes ſatiare, ſitientes Num.12.3.
potare, nudos veſtire, infirmos & in carceribus poſitos viſitare, mortuos ſepelire, nulli ma-
lum pro malo reddere; jejunium amare, vigiliis & orationibus ſemper inſiſtere. Sic Cle-
ricos, ſic Monachos, ſic etiam Laicos doctor egregius inſtruebat: nihilque aliis quam quod
ipſe faceret præcipiebat. Itaque omnibus omnia factus, cum lugentibus lugens, cum gau-
dentibus erat gaudens. Erat itaque pater pauperum atque orphanorum, lugentium conſo-
lator, litigantes ad concordiam revocabat. Homicidas autem, adulteros, ſacrilegos, fures,
raptores, cujuſcumque conditionis eſſent arguebat, nullius perſonam verens. Et primitus
quidem ex Evangelicis dictis atque Apoſtolicis & Propheticis eos terrens, deinde ad pœni-
tentiam revocans, Dei miſericordiam confidentes promittebat eos promereri: ſi tamen di-
gne pœniterent.

19. Denuo ſanctus vir a Fratribus rogatus religioſis, qui ad eum e Britanniis venerant;
poſt decem annos ex quo inde receſſerat, ſcripſit epiſtolarem libellum *a*, in quo quinque Re-
ges ipſius inſulæ redarguit, diverſis ſceleribus atque criminibus irretitos. Quam eleganter
itaque & ſuccincte eorum ignaviam commemoraverit, & nominatim unumquemque de ſuis
,, nequitiis reprehenderit, huic paginæ addere placuit. Enimvero, inquit, celabunt cives,
,, quod non ſolum noſtrorum, ſed exprobrant jam in circuitu nationes? Habet etenim Bri- Invehitur
,, tannia Reges, ſed tyrannos; judices habet, ſed impios; ſæpe prædantes & concutientes, in mores
,, ſed innocentes; vindicantes & patrocinantes, ſed reos & latrones; quamplurimas conju- Regum
,, ges habentes, ſed ſcorta & adulteras; crebro jurantes & perjurantes, voventes & conti- Britanniæ.
,, nuo propemodum mentientes; belligerantes ſed civilia & injuſta bella agentes; per regio-
,, nem quidem fures magnopere inſectantes, eos autem qui ad menſam ſedent latrones,
,, non ſolum amantes, ſed etiam remunerantes; eleemoſynas largiter dantes, ſed e regio-
,, ne immenſum montem ſcelerum exaggerantes; in ſede arbitrum ſedentes, ſed raro recti
,, judicii regulam quærentes; innoxios humileſque deſpicientes, ſanguinarios, ſuperbos,
,, parricidas, adulteros Dei inimicos, ſi ſors (ut dicitur) tulerit; hos qui cum ipſo no-
,, mine dolendi erant, ad ſidera prout poſſunt efferentes; vinctos plures in carceribus ha-
,, bentes, quos doloſe potius quam merito proterunt, catenis onerantes; inter altaria ju-
,, rando demorantes, & hæc eadem paullo poſt, ac ſi lutulenta ſaxa deſpicientes. Et
,, quæ ſequuntur in dicta Epiſtola. Nunc igitur Domino adjuvante, ad id unde digreſſi
fueramus redeamus.

20. Erat ergo in illis diebus quidam tyrannus nomine Cunumerus *b* in ſuperioribus
partibus illius regionis, perverſa crudelitate & diabolica fraude ſeductus: qui hanc habebat
conſuetudinem, ut quotieſcumque ſuam cognoviſſet conjugem concepiſſe in utero, ſtatim ju-
gulabat eam. Et cum jam multas intereміſſet mulieres nobili proſapia exortas, cœperunt
parentes earum multum ſuper hoc contriſtari, & longius ſe ab eo ſubmovere. Nullus ita-
que alicujus diſcretionis homo, neque colloquendo, neque ullius negotii cauſa in qualicum- Nota ty-
que re illi adhærebat, neque mandata ei dirigebat, ut non particeps fieret malitiæ illius. ranni bar-
Videns itaque ſe deſpici ab omnibus ſancto Gildæ mandat, ut verboſum ipſius rationem bariem in
perciperet. Verum ſanctus vir calliditatem malitiæ ejus perſpiciens, nullo modo aſſenſum uxores.
ei præbuit, ſed longe promotus ab eo eſt: ne quolibet modo per interlocutionem ejus, no-
biles & principes regionis illius penitus deciperentur. At ipſe præfatus tyrannus, non va-
lens pertingere ad hoc quod petebat, miſit ad quemdam Principem, ut multi teſtes

---

a Hic libellus *de excidio Britanniæ* inſcriptus, primum a Polidoro Virgilio anno 1525. Londini vulgatus, deinde Britannicis Scriptoribus & Bibliothecæ Patrum inſertus, duas habet partes, unde quibuſdam diverſum fetus perperam viſus eſt. In prima parte, brevi rerum Britannicarum hiſtoria præmiſſa, corripit Reges quinque diverſis illius Inſulæ regionibus tum dominantes: ſcilicet Conſtantinum Damnoniæ, & Vortiporium Demetarum Reges, Aurelium Conanum, Cuneglaſum, & Maglocunum, quem alii Maglonem vocant. In ſecunda parte arguit Clericos & Sacerdotes. Hunc librum eo ſcriptum eſſe anno, quo Conſtantinus duorum puerorum Regiorum, eorumdemque Nutritorum latera inter ſacroſancta altaria transverberavit, diſertis verbis Auctor in prima parte indicat: quod anno gratiæ 543. geſtum eſſe, Matthæus Weſt-Monaſterienſis aſſerit. At cum ſupra ad num. 1. dictum ſit, hunc libellum ſcriptum eſſe ineunte anno quadrageſimo quarto poſt pugnam Badonicam, quam ad annum Chriſti 484. vel in ſequentem revocavimus; melius etiam hujus opuſculi ſcriptionem ad annum circiter 528. referemus.

b Gregorius Turonenſis in lib. 4. cap. 20. meminit Conoobri Comitis Britannorum, ad quem Chramnus Chlotarii filius ſe recepit, quod ipſi poſtea excidii cauſa fuit. In actis MSS. S. Leonori Epiſcopi in Armorica legitur, *Commorum nefandiſſimum invaſiſſe Ducatum Britanum*. Venetenſem tamen Comitatum gerebat Werocus, infra.

AN.CHR. 565 29. Januar.

ſunt fideles, nomine Werocum *a*, mandans quatenus ei daret in conjugium filiam ſuam. Quod cum Werocus Venetenſium * Comes audiſſet, ſtatim ad internuncios ejus retulit, dicens: Quomodo poſſum dare filiam meam, mucrone domini veſtri nefando interficiendam? Numquid non audivi ſtragem, quam fecit de mulieribus quæ ſibi fuerant copulatæ? Nequaquam id faciam: filia enim mea mortem non incurret, dum ab ea potero eam propellere.

* de Vannes.

21. Regreſſi itaque nuncii ad prædictum maleficum retulerunt quæ eis Werocus dixerat. Ille autem non deſiſtens ab hoc quod inceperat, iterum atque iterum Weroco mandat, dicens: Quoſcumque volueris obſides vel fidejuſſores tibi dabo, tantum fac quod poſco. Cui Werocus: Vana eſt petitio tua, & fruſtra cogitando laboras. Niſi enim beatum virum Gildam mihi fidejuſſorem dederis, minime quod quæris impetrabis: quia niſi per manum ipſius, eam nulli tradam. At ille mox nuncios miſit ad B. Gildam, poſtulans ab eo ut quantocius veniret, & puellam fide ſua de manu patris reciperet, & ſibi conjugem legitimo traderet matrimonio. Sanctus itaque vir eorum verba renuens reſpondit dicens: Noſtis quia dominus veſter calidiſſimus eſt, & tyrannica feritate perverſus: ſi conſenſero ei, & me fidejuſſorem poſuerit, & poſt puellam occiderit, gravi lapſus ſum peccato apud Dominum, & parentes ejus vehementi orbatione prolis ſeduxi, atque intolerabili dolore tradidi congemiſcendos. Sed tamen vobiſcum proficiſcar & utrorumque voluntates diſcutiam, parentum ſcilicet & ejus qui vos ad me direxit. Tunc veniens ſimul cum eis reperit ipſos Principes ob hujuſmodi cauſam in unum conveniſſe. Et dum de hac re loquerentur inter ſe, ait pater puellæ beato Gildæ: Si manu tua ſuſceperis filiam meam, tibi credam, tibi eam tradam. Quod ſi illam ſuſcipere nolueris, hic numquam habebit. Cui Beatus Gildas dixit: Mihi eam trade, & ego protectus Dei virtute, eam ſanam reſtituam. Præfatus itaque tyrannus de manu ſancti Gildæ recepit eam in conjugiu ſibi copulandam: beatus vero Gildas revertitur ad Monaſterium ſuum, pollens claris virtutibus.

Pro eo S. Gildas fidejubet de filia Comitis.

22. Peractis igitur nuptiis, cœpit tyrannus ſponſam ſovere dilectam: & ut cognovit eam concepiſſe in utero, cogitavit eam occidere ſolito more. Sed pertimeſcens jusjurandum, quod pactus fuerat beato Gildæ, dicit apud ſe non poſſe ſe fallere ſanctum virum. Timebat enim iram Dei incurrere, ſi mulierem quam de manu ſancti viri Gildæ ſuſceperat, nefando enſe interimere conaretur. At diabolus e contra occaſiones ſibi miniſtrat, aſſerens non oportere eum in tantum ſanctitatem beati Gildæ timere, ut quod facere decreverat, velut timidus, & nullius audaciæ homo propter quemdam Monachum, ad effectum ducere dimitteret. Interea mulier pluribus indiciis percipiens animum ejus furibundum adverſum ſe eo quod gravida eſſet, timore perterrita, in fugam latenter lapſa eſt. Quod ut cognovit vir ejus maleficus, majore jam ira ſuccenſus, inſecutus eſt eam: quam cum inveniſſet juxta viam, latentem ſub frondibus (erat enim ex itinere fatigata) exempto mucrone amputavit caput ejus, & ſic demum ad domum ſuam reverſus eſt.

Quam tyrannus gravidam occidit.

23. Pater igitur illius audiens quod accidiſſet filiæ ſuæ, magno concuſſus dolore, ſub magna feſtinatione mox miſit ad beatum Gildam dicens: Redde mihi filiam meam, quia propter tuam interceſſionem perdidi illam. Cognoſce enim, quia qui in conjugio eam de manu tua accepit, proprio gladio eam jugulavit. Super hoc igitur ſanctus vir valde commotus, concitus venit ad quamdam munitiunculam, ubi præfatus tyrannus habitabat, volens ab eo audire, utrum ipſe conjugem ſuam (ſicut rumor ferebat) interemiſſet. Verum tyrannus ubi ſenſit ſanctum Gildam appropinquare præcepit oſtiariis domus, ne ullo modo ſanctum virum ad ſe permitteret ingredi: ſciebat enim ſe in Deum & in B. Gildam deliquiſſe, per hoc quod uxorem ſuam occiderat. Sed quamvis hoc non ignoraret, orare tamen ſanctum virum dedignabatur, ne ſuis precibus obtineret apud Deum, quatenus daret ei cor contritum & humiliatum, ad agendam pœnitentiam de malo quod egerat. Cum ergo ſanctus Gildas diu pulſaſſet ad portam tyranni, & nullus ei aperiret, ſed potius ab his qui erant intus derideretur; oravit Deum ſi ejus vita in melius non eſſet mutanda, ut dignaretur malitiæ ejus finem imponere. Completa itaque Oratione circuiens totam munitionem in qua peſſimus tyrannus manebat, accepit plenum pugillum terræ, & projecit ſuper illam habitationem, quæ ſtatim, Deo volente, tota corruit.

S. Gildas pœnas de tyranno ſumit.

24. Deinde abiit uſque ad locum ubi exanime jacebat cadaver mulieris interfectæ prolem in utero habentis, & hoc modo oravit: Domine Deus qui hominem ex limo terræ formaſti & propter illum liberandum de poteſtate diaboli, in cujus ſe dominium injecerat propriæ libertatis arbitrio dum tuum tranſgreſſus eſt præceptum, Filium tuum quem ante ſæcula ex æternitate genueras, mori voluiſti; te invoco ut me exaudias. Exaudi, inquam, Domine quia te in nomine unigeniti tui Domini noſtri Jesu-Christi peto. Tuus enim filius magiſter noſter Chriſtus Jeſus promittere dignatus eſt in ſe credentibus, ſi quid te peterent in nomine ſuo, quod aurem tuæ clementiæ non averteres ab illorum prece. Et facta ora-

Joan. 16. 26.

---

a Apud Gregorium Turon. tribus in locis memoratur Werocus Macliavi Britannorum Comitis filius, & primum quidem in lib. 5 cap. 16. ubi partem Comitatus anno ſecundo Childeberti Junioris, id eſt Chriſti 577. obtinuiſſe legitur. Cum ergo Conober ſeu Conomorus apud eumdem Gregorium in lib. 4. cap. 20. anno quinquageſimo regni Clotharii, (qui eſt Chriſti 561.) cæſus legatur, hic locus de alio Weroco ſeniore intelligendus eſt.

CIRCA AN. 565

29. Januar.

oratione, accepit caput & adhæſit corpori trunco dicens : In nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI, TRIFINA, tibi dico, ſurge & ſta ſuper pedes tuos & indica mihi quid videris. At illa continuo ſurrexit ſana & illæſa ab omni corruptione ; & reſpondens ſancto viro dixit : Mox ut interfecta ſum, Angelico ſuſtentabar vehiculo, quaſi ferenda & jungenda choro Martyrum ; ſed tua vocatione reverſa ſum ad te. Tunc beatus Gildas duxit eam ad patrem ſuum, & accepta manu ejus dextera reddidit ei dicens : Ecce depoſitum quod mihi tradidiſti : cuſtodi eam ut filiam, & prolem quem geſtat in utero, diligenter fac enutrire cum natus fuerit, donec ad intelligibilem ætatem perveniat. At illa ſub jurejurando ajebat, quia numquam te deſeram pater. Cui B. Gildas reſpondit : Non decet mulierem ſubſequi Monachum quolibet modo ; ſed mane interim in domo patris tui donec parias, & cum pepereris, inducemus te in Monaſterium Virginum, ut cum ceteris Virginibus vitam caſtimoniæ ducere poſſis. Tunc placuit ei viri Dei ſermo, & remanſit in domo patris ſui paucis diebus.

Comitis filiam a morte ſuſcitat.

25. Non multo poſt peracto tempore, cum mulier filium peperiſſet, nunciatum eſt ad B. Gildam : qui juſſit puerulum baptizari, nomenque ſuum ei imponere fecit, & ablactatum liberalibus litterarum ſtudiis erudiendum tradidit, matremque ejus in Monaſterio Virginum una cum ceteris ancillis Dei permanere fecit. Quæ poſtea in caſtitate Deo ſerviens, in jejuniis & orationibus vitam ducens, tandem a Domino vocata, beato fine quievit, filius vero ejus & ipſe clarus virtutibus & miraculis beatam quam duxerat vitam, beato fine complevit. Hunc ergo Britanni ob diſcretionem alterius beati Gildæ, non GILDAM eum, ſed * TRECHMORUM vocant.

Monaſterio eam includit. Filium ejus ſancte educat.

* al. Tremorum. S. Trever.

26. Et quia per miracula Sanctorum quæ in aure fidelium recitantur, omnium rerum Creator laudatur ac veneratur, qui in Sanctis ſuis manens mira per illos operatur ; dignum duximus ſcribere etiam virtutem, quam Dominus dignatus eſt operari per ſervum ſuum Gildam in plebe ſancti Demetrii. Erat enim in præfata plebe ſtagnum, in cujus portu reſidebant latrunculi : qui nudos ac verberatos ſæpe etiam ſemivivos permittebant abire illuc advenientes. De quorum igitur nequitia homines circumquaque ibi habitantes vehementer commoti, cum per ſe illos illinc non valerent expellere, præſidium ſancti expoſcunt : qui perveniens uſque ad os ſtagni, exorat Dominum ut concludat illius ſtagni aditum. Completa itaque oratione ex arena erectus eſt tumulus magnus, ubi prius malignorum ad inſidiandum erat locus. Quod miraculum cernentes qui cum ſancto viro illuc advenerant, Deum glorificaverunt, ac ſanctum Gildam deinceps in magna veneratione habuerunt.

Latrones reprimit.

27. In eadem quoque regione eſt Oratorium, quod incolæ vocant mons COHARLAHEM, quod ſonat interpretatum, Monaſterium Nemoris *a*. Cumque homines qui ſe faciebant illius terræ heredes, ſervis Dei ibi contemplativam vitam ducentibus ſæpe injurias inferrent, aſſerentes illos de terra excolere, quæ circum Oratorium ſancti Gildæ adjacebat, pluſquam eis oſtenderat ; vir vero Dei volens omnes quietam agere vitam, acceſſit ad litus maris, & cum ſanctis ſibi adhærentibus, fixis genibus miſericordem Dominum qui facit in cœlo & in terra omnia quæ vult, orat devotus : ſurgenſque ab oratione ſanctiſſimus homo, baculum quem manu ferebat terræ impreſſit, & ſic atrium ſui Oratorii circuivit. O quam bonus es Deus Iſrael his qui tibi recto ſunt corde ! Lucidiſſimus enim fons ad nutum Dei de loco ubi ſanctus oraverat ſurrexit : & ad oſtendendam certiſſimam metam atrii, ſecutus eſt veſtigia ſancti. Quod miraculum audientes fideles, etiam quidam uſque in hodiernum diem hoc cernentes, omnipotenti Domino qui mira per Sanctos ſuos operatur non minimas referunt laudes.

Fontem orando educit.

28. Cum vero diſponeret miſericors Deus & B. Gildam a laboribus hujus mundi & ærumnis educere, & ad gaudia æterna quæ diligentibus ſe promiſit, perducere ; per viſionem Angelicam ei dignatus eſt denunciare. Quadam enim nocte cum eſſet utique, ut antiqui affirmant, in amabili ſibi Inſula Horata *b* ubi olim eremiticam duxerat vitam, apparuit ei in ſomnis Angelus Domini dicens : Audi & intellige Domini JESU-CHRISTI amice, quoniam exaudivit Deus orationes tuas, & vidit lacrymas tuas. Et ecce octava ab hodierna die, ſolutus ſarcina carnis, videbunt ſpiritales oculi tui quod ſemper ab infantia deſideraſti : videbis etenim in majeſtate ſua deſideratam faciem Domini Dei tui. Confirma ergo diſcipulos tuos in Dei timore & amore & inſtrue eos ſolito more ut ejus præceptis obediant, atque operibus ſtudeant ea implere, ut ad gaudia æterna quæ promiſit poſſint pervenire.

Ab Angelo diſcit obitus ſui diem.

29. Facto igitur mane, convocatis in unum diſcipulis dixit eis : Quoniam ego, filii chariſſimi, viam ingredior univerſæ terræ, diſſolvi mihi expedit, ut Deum poſſim videre. Vos igitur eſtote imitatores Chriſti ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione Dei, & eſtote ſemper memores verborum ipſius. Nolite autem diligere mundum nec ea quæ in mundo ſunt : mundus enim tranſit & concupiſcentia ejus ; Dominum vero JESUM CHRISTUM & Joan. c. 4. 23.

Diſcipulos ad virtutem hortatur.

---

a Aliud omnino a Monaſterio diœceſis Namnetenſis, quod S. Gildaſii de Nemore appellant, quinque poſt ſæcula condito procul a Ruyenſi. Hujus enim de quo hic agitur, ſola veſtigia extant, nec niſi duarum leucarum a Ruyenſi intervallum erat.

b Inſula Horata ſeu Hojata, vernacula *Houath*, exſtat in freto Britannico, non longe a pago Ruyenſi, e regione Venetæ.

AN.CHR. 565 29. Januar.

ejus ſermunes toto corde diligite, quoniam ipſe dixit: Si quis diligit me, ſermones meos ſervabit; & ego diligam eum & manifeſtabo ei meipſum. Videte itaque chariſſimi, quam magnum præmium, & quam optandum lucrum promittit nobis ipſa Veritas quæ eſt Chriſtus. Ipſe enim, ut dixit, eſt via, veritas, & vita. Seipſum itaque nobis daturus eſt. Non ergo

Joan. 14.6. 1.Joan.4.8. Matth. 11. 29. Luc.21.19.

negligamus ipſum habere, ipſum poſſidere. Habete autem & in vobis continuam charitatem, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Humilitatem etiam ſtudete habere & eſſe mites: quoniam Dominus in Evangelio dicit: *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde*. Patientiam quoque ſemper habere mementote, nam in Evangelio idem ipſe loquitur: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Obedientes etiam eſtote ſicut & Chriſtus obediens fuit uſque ad mortem. Eſtota vero miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt. Superbiam autem execrare, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Coloſſ. 3.5. 1.Cor.6.10.

Avaritiam vero declinate quæ ab Apoſtolo idololatria nominatur: luxuriam quoque & ebrietatem fornicationemque fugite, quoniam ſicut Apoſtolus ait, neque ebrioſi, neque fornicatores regnum Dei poſſidebunt. Omnia ergo vitia quæ homines a regno Dei ſeparant, omnimodis ſunt fugienda vobis. Eſtote quoque ſobrii & vigilantes in orationibus ſemper, quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Cui reſiſtite fortes in fide. Odium etiam & invidiam triſtitiamque de cordibus eradicare veſtris ſatagite, & pro his longanimitatem, bonitatem, benignitatem habere mementote. Quatuor vero virtutes ſine quibus nemo ſapiens eſſe poteſt, id eſt prudentiam, juſtitiam, fortitudinem atque temperantiam, ſemper habere curate.

30. His & ſimilibus verbis per ſeptem continuos dies, quamvis invaleſcente morbo jam jamque vir ſanctus deficere videretur, Diſcipulos tamen confirmare non ceſſabat ſuos. Octava vero die juſſit ſe in Oratorium duci, ibique oratione facta, Viaticum Dominici corporis ſuſcepit. Deinde Diſcipulos proteſtatus eſt dicens: Per Chriſtum vos filios meos moneo, ne contendatis pro corporis mei cadavere, ſed mox ut ſpiritum exhalavero, tollite me, & in

Quid de ſua ſepultura præcepit.

navim deponentes ſupponite humeris meis lapidem illum, ſuper quem recumbere ſolitus eram: nemo autem ex vobis in navi mecum remaneat: ſed impellentes eam in mare, permittite ire, quo Deus voluerit. Providebit autem Dominus ſepulturæ mihi locum, ubi fuerit ei placitum. Confido autem in Domino, quod in die reſurrectionis reſurgere me faciet cum ceteris. Deus autem pacis & dilectionis ſit ſemper cum omnibus vobis. Et cum reſpondiſſent omnes, Amen, reddidit ſpiritum quarto Kalendas Februarii, ſenex & plenus dierum *a*.

Moritur.

Diſcipuli vero illius tollentes corpus ejus, fecerunt ſicut præceperat eis: ſed hi qui de Cornu-Gallia * venerant, qui plures erant, conabantur eum tollere, & in patriam ſuam transferre. Dum ergo inter ſe colloquerentur & facere diſponerent, nutu Dei navis cum ſancto corpore demerſa eſt in profundum maris: illi vero per multos dies illud huc illucque requirentes, cum nullo modo invenire poſſent, ad propria ſunt reverſi.

* Cornevaille.

Corpus in mare demergitur.

31. Diſcipuli quoque ejus qui ex Reuviſii Cœnobio erant, per tres menſes cum non poſſent & ipſi invenire eum, tandem conſilio accepto, triduanum ſtatuerunt ducere jejunium. Quo peracto cuidam ex eis revelatum eſt, quando & ubi inveniendus eſſet. Igitur cum dies Rogationum eſſent, & ipſi orationis gratia ad quoddam Oratoriolum quod ipſe in honore ſanctæ Crucis conſtruxerat veniſſent, invenerunt navem in æſtoario quod vocatur Eroeſt, id

Illæſum invenitur.

eſt Domus ſanctæ Crucis, cum ſancto corpore integro & illæſo, ſicut ab ipſis collocatum fuerat in navi. Videntes autem gaudio magno gaviſi ſunt: & lapidem quidem ſuper altare ejuſdem loci in teſtimonium poſuerunt, corpus vero ſancti viri cum hymnis & laudibus ad ſuum Monaſterium deferentes, maxima multitudine populorum proſequente, cum gaudio & lætitia magna: quoniam patronum & advocatum magnum patriæ ſuæ, & apud Dominum in-

Inventionis dies feſtus.

terceſſorem invenerant. Dies autem illa quæ eſt quinto Idus Maji ab illo tempore uſque ad præſens tempus celeberrima colitur & ſervatur apud Provinciales Venetenſes. Plurimas etiam in illa die ſolitus eſt Dominus facere virtutes ad ejus ſepulchrum, ſicut & ipſi oculis noſtris vidimus. Poſitum eſt autem corpus ſancti viri in Eccleſia quam ipſe in antiquo caſtro Reuviſii conſtruxerat, eadem qua præfati ſumus die, ubi permulta annorum curricula ſervabatur, & ab univerſa Britonum gente venerabiliter colebatur, quoniam innumerabiles a Domino fiebant virtutes.

32. Interfecto crudeliter ab impiis religioſo Rege SALOMONE *b* & diſſidentibus inter ſe-

Dani Britanniam ejuſque Monaſteria vaſtant.

ipſos Britonibus, bellaque inteſtina gerentibus; aforis autem piratis Danorum univerſam Britanniam longe lateque depopulantibus; (Nam eo tempore gens ipſa Galliarum quoque partes vaſtabat maritimas, & quaſi quadam grandinis intolerabili tempeſtate conterebat.) Itaque Britannia quæ olim Letavia dicta fuit, ſicut diximus, eo tempore tam a ſuis quam ab extraneis, crudeli modo vaſtabatur. Civitates, caſtella, Eccleſiæ, domus, Monaſteria virorum atque Sanctimonialium igni tradebantur, donec in ſolitudinem & vaſtam

a Nempe anno Chriſti (ut videtur) 565. quo dies quintus ante Idus Majas incidit in Litanias Rogationum, (de quibus mox Auctor) cum Gildas jam octogenarius eſſet.

b *Anno Dominicæ Incarnationis 874. Salomon Rex Britonum a Paſquitano & VVrſando Ducibus ſuis interficitur: poſt cujus mortem cum hi duo regnum ejus inter ſe dividere vellent, ſed in diviſione diſſentirent, eo quod maxima pars Paſquitani partibus faveret, bellum ab utriſque ſummis viribus inſtauratur.* Ita Rhegino Abbas Prumienſis.

ſtam eremum omnino regio tota Dei judicio redigeretur. Eo tempore ALANUS *a* atque PASQUATANUS frater ejus Veneticam [u] Provinciam regebant, quæ a WERUCO Brogueret dicitur: eo quod occiſo BALPOLANO duce cum exercitu ſuo, effugato etiam alio Francorum duce Ebracario regionem ipſam viriliter defenderit: ſed capto a Nortmannis Paſqueteno atque redempto, ac poſtea a quodam per inſidias occiſo ſolus cum filiis prout poterat Alanus ipſam Provinciam regebat. Ea tempeſtate duo Monaſteria virorum Lochmenech, id eſt locus Monachorum; & locus S. Gildæ, effugatis habitatoribus deſerta ſunt atque deſtructa: quorum habitatores conjuncti ſimul, compulſi ſunt alienas petere regiones: atque in Bituricenſi regione novas ponere ſedes: ſecum deferentes Sanctorum corpora, Sanctorumque patrocinia quæ tunc temporis apud Britannos ſeſta devotione, omnique venerabantur affectu. AN.CHR. 565 29. Januar. [u] de Vanes.

33. Moriacenſi ſiquidem Cœnobio quod eſt Lochmenech præerat eo tempore TANATH Abbas; Monaſterium vero S. Gildæ regebat DAJOCUS venerabilis vitæ Abbas. Hic ſub altare hujus ſanctæ Eccleſiæ, Reliquias B. Gildæ, octo ſcilicet de majoribus oſſibus in ſarcophago ipſius recondidit, quæ tempore noſtro reperta ſunt; cetera vero ſimul cum Reliquiis S. Paterni Venetenſis Epiſcopi, & aliorum Sanctorum, cum libris & ornamentis Monachi ſecum tranſtulerunt. *b* Simili modo ex omni Britannia Sanctorum corpora per diverſas regiones ſunt diſperſa. Quid de S. Gildæ Reliquiis actum ſit.

34. Cum autem omnipotenti Domino complacuiſſet, ut & Eccleſiæ Sanctorum in Britannia reſtaurarentur, & gens Brittonum quæ in alienis regionibus miſero modo exulabat, ad proprias rediret ſedes; reſumunt vires iterum Britanni: & qui intra regionem remanſerant, & qui diſperſi fuerant per regiones collecti in unum, ſumunt arma, expugnant viriliter hoſtes ſuos, terra, marique effugant & a cunctis finibus ſuis expellunt. Eo tempore erat comes in Redonenſi civitate JUCHAEL qui & BERENGARIUS *c* dicebatur: hic habuit filium, nomine CONANUM, illuſtrem & bellicoſum virum, ex quo ortus eſt GAUFRIDUS vir & ipſe in armis ſtrenuus qui totius Britanniæ Monarchiam tenuit. Hic ergo rogavit GAUZLINUM Floriacenſis tunc Monaſterii Abbatem, qui etiam poſtea Bituricenſi Eccleſiæ præfuit Archiepiſcopus, *d* ut tranſmitteret ſibi FELICEM Monachum ad reſtauranda Monaſteria quæ erant in ſua regione ſolotenus deſtructa. Anno igitur Dominicæ Incarnationis milleſimo octavo miſſus eſt Felix a ſupradicto Abbate ad Gaufredum Comitem, qui honorifice ab eo ſuſceptus eſt atque prædicta Cœnobia ei donavit cum omnibus appendiciis ſuis, rogans & multum deprecans, ut omni ſtudio reædificaret ea, promiſitque plurima ſe ei largiturum dona, cum de itinere rediiſſet quo feſtinabat ire. Properabat enim eo tempore idem Dux Romam ire gratia orationis: ivit itaque ſed non rediit, quia in ipſo itinere mortuus fuit. Commendaverat autem ipſe dux ſupradictum Felicem dum proficiſceretur conjugi nobilibuſque ſuis, fratri etiam ſuo JUDICAELI Epiſcopo Venetenſi, in cujus diœceſi ipſa Monaſteria erant. Felix Monachus Floriacenſis mittitur in Armoricam.

35. Sed libet nunc retro redire & Beati Pauli Epiſcopi *e* in ipſo factum referre miraculum. Cum eſſet idem Felix in ſupradicto Floriacenſi Cœnobio tempore AABONIS Abbatis *f*, & languore gravi deprimeretur & deſperatus a medicis nullo modo vivere crederetur, apparuit ei vigilanti & oranti Beatus Paulus Epiſcopus aſſiſtens ante lectum ipſius cum magno lumine eique dixit: Quomodo te habes frater? vel ubi te tenet hoc malum? At ille: Quis es Domine? Ego, inquit, ſum Paulus Epiſcopus quem quærebas. Domine ecce, ait, in hoc latere me diu tenet malum: & oſtendit ei locum. At ille appropinquans digito leniter de latere ejus putrefactam abſtulit coſtam, & ei ad lumen lampadis oſtendit dicens: Hæc amplius non te nocebit. Et hoc dicens projecit eam, & ab admirantis oculis cum lumine ſuo diſparuit; odor vero ſuaviſſimus permanſit tota nocte in eadem domo. Sanus itaque cum eſſet factus, nemo prævenit eum ad vigilias nocturnas: mirantur omnes quem ſperabant jam mortuum vivere, & interrogant quomodo ſanatus fuerit: ille a Beato Paulo ſe viſitatum, & quid ſibi dixerit, qualiter etiam de latere ſuo fractam putrefactamque abſtraxerit coſtam, &, en illam, inquit, & elevans a terra A S. Paulo Epiſcopo curatur.

---

a Alanus I. Britanniæ Dux, cognomento Rebras, id eſt Magnus, rexit ab anno 894. ad 907. Filii ejus erant Juchael & Colledocus. Vide Argentræum lib. 3. cap. 4.

b Totus iſte articulus deeſt apud Boſcium & Bollandum. Ex hac vero S. Gildæ Reliquiarum, ejuſque Monachorum in Bituricenſem provinciam tranſlatione nata eſt (ut ſuſpicari licet) Ebboni Principi Dolenſi occaſio condendi Monaſterium S. Gildaſii ad Indrum fluvium, ſexdecim leucis ab Avarico Bituricum, quod anno 1623. petente Sereniſſimo Principe Henrico Borbonio Condæo, in Collegium Canonicorum in Caſtro Radulphi inſtitutorum converſum eſt una cum Cœnobio Dolenſi vicino, quod ab eodem fundatore conſtructum eamdem ſortem pertulit. Magna pars Reliquiarum S. Gildæ in Monaſterio Ruyenſi, alia vero apud S. Gildaſium de Nemore aſſervatur.

c Berengarius pacem fecit cum VVillelmo I. Duce Normannorum, eamque poſtea renovavit cum Richardo I. qui VVillelmo patri anno 943. interfecto ſucceſſit. Lege Dudonem S. Quintini Decanum & VVillelmum Gemmeticenſem.

d Goslinus S. Abboni Abbati Floriacenſi ſucceſſit anno 1003. Unde corrigendus Argentræus, qui Felicis Monachi miſſionem in Britanniam revocat ad annum 1000. contra hujus vitæ auctoritatem. Goslinus ſedit in cathedra Bituricenſi ab anno 1013. ad 1030. Felix vero Monachus colitur 9. Martii.

e Albertus de B. Paulo Epiſcopo Leonenſi interpretatur.

f Martyris nomine colitur Abbo Floriacenſis 13. Novembris, anno 1003. ex Sigeberti calculo peremptus; de quo ſuo loco & tempore.

AN.CHR. 565

terra omnibus oſtendit eam. Mirantur cuncti factum, ſimulque laudes domino cum ſonitu reddiderunt cymbalorum. Sed ad narrationis ordinem redeamus.

29. Januar.

Reſtaurantur in Britannia duo Cœnobia.

36. Poſt mortem autem GAUFREDI ducis, cum redire voluiſſet FALIA ad ſuum Monaſterium, HADEGOGIS *a* Comitiſſa non permiſit illum ire. Sed multis precibus rogavit ut maneret, & perficeret ea quæ vir ſuus in reſtaurandis Cœnobiis incboaverat facere. Retentus igitur a Comitiſſa & conſiliatiis ejus, maximeque ab Epiſcopo Venetenſi Judicaele, qui eum unice diligebat, primo quidem parva ereait habitacula in ſupradictis locis. Erant vero ibidem Eccleſiæ ſine tectis & ea parte diruta, & inter ipſos parietes annoſæ arbores ereverant, ſed & oſtia ipſa quædam concluſerant. Nulla ibi tunc habitationis domus erat, nulla hominis converſatio, ſed erant in ipſis etiam Eccleſiis cubilia ferarum. Videbatur ergo omnibus laborioſum valde & difficile aggredi tam immenſum opus: ſed ille habens fiduciam in Domino, non dubitavit invadere illud, nec fuit ſpe ſua fruſtratus. Nam infra paucos dies convenerunt ad eum optimi & religioſi viri: quorum adjutorio & Eccleſias reſtauravit, & domos ædificavit, vineas plantavit, atque pomaria: ab his etiam pueri enutriti in Dei ſervitio fuere.

37. Per idem tempus Britanni iterum in ſeditionem verſi, bella commoverunt. Nam ruſtici inſurgentes contra dominos ſuos congregantur: at nobiles juncto ſecum Comite ALANO agmina ruſticorum invadunt, trucidant, diſpergunt, perſequuntur, quoniam ſine duce & ſine conſilio venerant in prœlium. Deinde quidam nobilium inſurrexerunt contra Comitem, ſed non prævaluerunt, quoniam ipſe vir ignavus & ſine ſcientia non erat. Inter hos tumultus Felia, quoniam non poterat quiete & pacifice vivere, ſtatuit ad Monaſterium ſuum redire, nam ſedecimum annum agebat, exquo ab Abbate ſuo ibidem tranſmiſſus fuerat: conatum vero ipſius prævenit Hadegogis Comitiſſa. Miſit namque per quemdam virum qui cum eo pergebat nomine FELEM, epiſtolam ad Abbatem illius, rogans ne ullomodo eum retineret; ſed Abbatis ei benedictionem daret, & ad ſe illum iterum tranſmitteret: quoniam filii ejus Alanus & Eudo jam adulti parati erant perficere omnia, quæ pater eorum ei promiſerat.

Felix redit Floriacum.

38. Cum igitur legiſſet GAUZLINUS Abbas *b* epiſtolam, vocat Felicem Monachum, interrogatque ad quid venerit, vel cur dimiſerit loca ipſa, & congregationem quam ei commiſerat. Ille, Quoniam, inquit, nec pacifice, neque cum quiete poſſum ibi Deo ſervire. Cui Abbas: Tu autem in tua putas habere patria, quod Chriſtus non habuit in ſua? Si igitur ad Chriſtum vis pervenire, debes ſicut & ille ambulavit & tu ambulare. *Per multas enim tribulationes*, ſicut dicit Apoſtolus, *oportet nos intrare in regnum Dei*. Ergo patienter cariſſime fer moleſtias ubicumque fueris, & eſto nobis obediens ſicut in tua profeſſione Deo voviſti: & ſuſcipe curam Abbatis atque benedictionem, ut cum ipſis quibus te præeſſe voluimus pervenire valeas ad æternam vitam. Sed cum ille ſe excuſaret, & nullo modo hoc facere ſe poſſe diceret; Abbas qui erat, ſicut diximus, Epiſcopus, arreptum eum invitum ad altare duxit, atque ad Abbatis officium promovit quarto nonas Julii. Accepta itaque Felix jam Abbas, tam Abbatis ſui quam cunctæ congregationis ſuæ benedictione revertitur, commendatitias ſecum deferens litteras principibus Britanniæ & Epiſcopo Venetenſi. Cum autem dubitaret quem potiorem locum de duobus ſtatueret ſedem Abbatiæ habere, ducem ALANUM, Epiſcopumque Venetenſem ſuper hac re conſuluit. Illi convocatis nobilibus viris, aliquibus etiam Epiſcopis, ſtatuerunt locum ſancti Gildæ, qui erat antiquior & terræ fertilitate, frumenti etiam & vini arborumque pomiferatum abundantior, diverſorum quoque magnorum piſcium generibus, ſuis temporibus affluentior.

Abbas ordinatus remittitur.

Act. 14. 21.

S. Gildæ Monaſterium regit.

39. Erat autem in eodem loco, ipſo tempore quidam Dei ſervus; ſolitariam vitam ducens, nomine EHOARN, ſuper quem nocte irruentes latrunculi, eum ex adhærenti Eccleſiæ domo extraxerunt. Quidam vero ex ipſis LEOPARDUS cognomine arripiens ſecurim, ſuper limen Eccleſiæ cerebrum illius excuſſit. Qui mox correptus a dæmonio, in terram corruit, atque cum ſurrexiſſet cultellum accipiens ſeipſum in pectore vulneravit: & niſi cito a ſociis ſuis fuiſſet defenſus ſemetipſum interfeciſſet. Ligatus igitur ab ipſis domum reverſus eſt, ſed numquam poſtea ſenſum recepit. Vidimus namque eum per viginti annos nullo tegi indumento, non tunica, non camiſia, non calceamento: ſed miro modo æſtate & hyeme nudum incedere. Huic ſi quis pro miſericordia aliquod indumentum porrexiſſet, ille ſi forte ſub arbore ſediſſet, vel in quolibet loco, non diſcedebat, donec ipſum indumentum omnino diſcidiſſet. Et ſiquidem laneum vel lineum fuiſſet, in ipſo loco diſſilabat eum; ſi vero pelliceum, & ipſum ad nihilum redigebat. Itaque & æſtatis immenſos calores atque intolerabilia hyemis frigora, ſicut diximus, per multos annos nudus incedens domi foriſque pertulit. O ineffabilis Chriſti clementia! o bonitatis & miſericordiæ ipſius immenſitas! o Beati Gildæ glorioſa merita, quæ ſic in uno eodemque homine & puniunt crimina, & impios caſtigant, ne ſimilia facere præſumant, ne ſimiliter puniantur. Credimus autem virum illum, per hoc quod Deus non vindicat bis in idipſum, ſalvum pro Dei miſericordia fuiſſe.

Ultio divina in homicidam.

40. Feſtivitas Beatiſſimi Gildæ, qua de mari tranſlatum eſt corpus ejus, appropinquabat, & po-

a Haduis dicitur apud Gemmericenſem in lib. 5. cap. 5. ac Richardi II. Normannorum Ducis filia.

b Non ſimplex Abbas, neque enim ſexdecim, ſed decem tantum annis eo nomine Floriaco præfuit, ſed Abbas ſimul & Epiſcopus, ut infra legitur.

AN.CHR. 565

29. Januar.

& populus undique confluens ad diem feſtum occurrere feſtinabat. Tunc quidam qui diu in lecto jacuerat gravi detentus infirmitate, cum videret vicinos & amicos ſuos properare ad diem feſtum, clamabat ut ſe ad ſanctum locum ducerent. Dicebat enim, quod ſi ſancti viri ſepulcrum contingere meruiſſet, mox ſanitati redderetur: hoc ſe credere, hanc fidem ſe habere teſtabatur. Adductus itaque ab amicis eſt, & ante ſepulcrum B. Gildæ poſitus. Cum vero vigiliæ ſolemniter celebrarentur, & ille ante ſanctum jaceret ſepulcrum, ſubito ſe extendens in mortui modum diriguit, plangere ceſſavit, ejus oculi averſi erant, pedes, manus, pectus frigeſcebant, & toto corpore mortuus eſſe videbatur. Populi multitudo quæ circumdederat, conclamabat, quoniam mortuus eſt, educite eum foras. Igitur vociferantibus illis & circa eum magis magiſque ſe ſe comprimentibus, cum nemo neque manum ponere, neque ad eum præ multitudine accedere per tres fere horas poſſet, tandem aſcendens quidam ex Monachis, JUNTOR nomine, & accipiens baculum Sancti in manu ſua, eum tertio ſignavit cum baculo ſigno ſanctæ Crucis. Illico mirantibus cunctis erexit ſe, atque dixit: Numquid non vidiſtis Beatum Gildam ſtantem ſuper iſtum lapidem, & ſua me manu erigentem? Tunc in conſpectu omnium ſanus atque gaudens ſurrexit, & manu ſua deferens candelam ſuper altare poſuit: & qui aliorum manibus ad ſanctum deductus fuerat ſepulcrum languens, ſuis pedibus domum ſanus revertitur gaudens. Hanc vero virtutem cum poſtea narrarem nobilibus quibuſdam ante Eccleſiam Plomoreat, ille affuit, & jurejurando affirmabat ita fuiſſe, ſicut dicebam.

Exanimis ad tactum baculi B. Gildæ vitæ redditur.

Vir moribundus ſanatur.

41. Notiſſima res eſt & per cunctas partes Britanniæ vulgata, ut ſi in parrochia, vel etiam in aliqua regione mortalitas incubuerit, illius habitatores ad hujus locum ſanctiſſimum confugere, atque a Deo ibidem ſine dubio præſtolari remedium. Veniebat pro eadem cauſa de Ilſintinc multitudo plebis; ſed unus ex ipſis, nomine DONOUAL, ſubita eadem clade percuſſus cecidit, & ante Eccleſiam Sarthau remanſit, ſocii vero ipſius cum ad ſanctum veniſſent locum, rogaverunt me ut caballum quo eum deferrent tranſmitterem: quod & feci. Adductus itaque eſt, ſed quia ſtare non poterat, in domo hoſpitum collocatus eſt. Erat autem ad videndum horribilis, & ſanguinem vomens. Nemo eum uſque in craſtinum vivere ſperabat, ſed jam jamque mori expectabatur. Hunc viſitatura cuncta Congregatio venit, oratque pro eo Dominum, & oleo ſancto perungit. Hic itaque ab illa hora paulatim ad ſe rediit, & vires recepit, & poſt aliquos dies ex integro ſanitati eſt redditus. Socii ejus ad propria redeuntes, uxori ejus mortuum eum fuiſſe, & apud ſanctum Gildam ſepultum dixerunt. Venit illa eleemoſynas pro anima viri ſui factura, ſed quem ſperabat mortuum, invenit non ſolum viventem, verum etiam ſaniſſimum. Sic, ſic operaris, Deus noſter, in Sanctis tuis, atque mirabilia magna ſolus facis. Revertitur itaque vir ille cum uxore ſua gaudens atque ſanus, qui venerat mœſtus & moribundus. Hunc ego nuper vidi ſanum & gratias referentem Deo, & beati Gildæ virtutes magnificantem, qui etiam ea de ſe recordatur, quæ enarravimus.

Dæmonum terriculamenta aqua benedicta fugantur.

42. Nec prætereundum ſilentio eſt, quas eodem tempore priores noſtri, qualeſque humani generis inimici in hoc ſacro Cœnobio pertulerint moleſtias. Videns namque ille antiquus hoſtis quod ſervi Dei locum deſertum incolere cœpiſſent, atque ſe ab eo quem diu poſſederat, loco diu deſerto expellere deberent; ad ſuas antiquas revertitur artes, & quos Dei virtute videbat munitos, phantaſmatibus & nocturnis terroribus eos effugare omnibus modis conabatur. Nam nocte quadam dum pueriles Monachi ad menſam ſederent & pſalmos firmarent, adverſarius adfuit, alludens lumini candelæ apparuit, extendenſque frequenter manum inter duos puerulos, hanc denuo retrahens, & iterum extendens atque iterum retrahens, & hoc donec candelæ deficeret lumen, indeſinenter faciens. Species vero brachii atque manus quæ ſolummodo videbatur, erat nigra & horrida pilis. Pueri timore exterriti ac perturbati erant, alter puerorum RATFRADUS, alter vero MANGTSUS vocabatur; tertius vero adoleſcentulus qui eos docebat RANNULFUS dicebatur. Senex igitur qui eos ſervabat nomine JOVETHEN, videns quæ fiebant & timore pueros perterritos, dicebat eis: Signate vos pueri, ſignate vos ſigno ſanctæ Crucis, & pſalmos Davidicos decantate. Improbus vero dæmon conſumptam extinxit candelam, & ſe in riſum movens, per acervum lapideum qui juxta erat proruens, terrorem immenſum ex ſonitu lapidum concuſſit: deinde ſcutulas quæ in Refectorio erant poſitæ, tota nocte movens atque removens, inquietam habitatoribus noctem reddidit: vaſculum vero quod juxta erat poſitum vino repletum dum miniſter requiſiſſet, vacuum invenit, neque ullum veſtigium ubi in terram defluxerit repertum eſt. FELIX abbas erat: qui cum veniſſet, & a Fratribus quæ præterita nocte pertuliſſent phantaſmata audiſſet, acceptam aquam cum ſale benedixit, & in circuitu & intus aſperſit: atque ab illo die per Dei gratiam quieta habitatio permanſit.

S. Gingurianі felix exitus.

43. Fuit tempore illo inter priores hujus ſacri Cœnobii Monachus quidam nomine GINGURIANUS, laicus quidem, ſed Spiritu ſancto, omnibuſque virtutibus plenus. Hic cum aliquamdiu innocentem & ſimplicem vitam agens, in Monaſterio Deo deſerviſſet, & ejus patientiam per moleſtiam corporis comprobare, aliiſque in exemplum oſtendere Dominus decreviſſet, per Spiritum ſanctum ei revelare dignatus eſt finem vitæ ſuæ. Venit itaque quadam die ante Abbatem Felicem atque omnem congregationem, humiliter ſatisfaciens, & petens ab omnibus ſibi veniam dari. Dum igitur in circuitu tamquam innocenti & ſimplici viro reſpondiſſent: Dimittat tibi Dominus ignorantias tuas, atque ab omnibus peccatis tuis te abſolvat; Scitote ergo, inquit ille, chariſſimi Fratres, quia ab hodierna die neque ambulare inter vos, neque manere potero. Rogo charitatem veſtram, ut veſtris orationibus me com-

men-

AN.CHR 565 29. Januar.

mendetis Deo, & oleo ſancto ungatis. Mirantur omnes quod quem ſanum videbant, ungi ſe rogaret. Ille autem rogabat, inſtabat, ut quamdiu loqui poterat, ungeretur. Poſt Capitulum autem detulit omnia uteoſilia atque ferramenta ſua, & poſuit ante pedes Abbatis, dicens: Domine, ecce obedientiam quam mihi ſervare præcepiſti, commenda eam alicui ex Fratribus. Fuerat enim ipſe beatus vir cuſtos alvrarii ab initio converſionis ſuæ, habens ſub cura ſua plurima apum vaſa. Deinde cum Miſſa celebraretur, poſt pacem ad ſanctum accedens altare Commuoiouem ſanctam de manu Sacerdotis accepit, ac poſt ambas manos ad pectus adducens, juxta gradum altaris ſe extendens recubuit, atque inter manus eductus eſt in domum infirmorum, ubi ſtatim ſicut poſtulaverat a Fratribus, oleo ſancto unctus eſt, atque ab illo die, ſicut prædixerat, per totum annum paralyſi ſolutus; in lecto jacens neque in latere altero ſe vertere, neque manum ad os ducere potuit.

A Michaele Archangelo de hora ſui obitus fit certior.

44. Per annum vero unum ei manifeſte Dominus per Angelum ſuum dignatus eſt obitus ſui diem deounciare: qui mane RIAULUM monachum ad ſe vocavit, eique dixit: Dic rogo Frater omni congregationi noſtræ, ut gratias Deo ſemper agant, & in Domino jugiter gaudeant: & noverint pro certo quoniam ad nocturnas vigilias ſanctum Michaelem Archangelum ſecum hac nocte habuerint, qui antequam omnino vigiliæ ſonarentur, in ſpecie pulcherrimi infantis mihi cum maximo lumine apparuit, & quis eſſet dixit. Et adjecit, Ne timeas, inquit, ſed præpara te, quia cum luce hujus diei de corpore tuo exibis ad meliorem vitam: ac deinde per feneſtram orientalem, cum ſuo lumine Eccleſiam intravit: & quamdiu vigiliæ celebrabantur, præclarum illud lumen ab Eccleſia non receſſit. Nunc ergo chariſſime Frater, nuncia Fratribus noſtris quæ tibi dixi, & quod gratias charitati eorum refero, quia obſequium mihi per totum iſtum annum exhibuerunt. Obſecro autem, ut communionem ſanctam mihi deferas, atque ab hora veſpertina obitum meum obſerves. Igitur poſt Veſperas vocavit ſervitorem ſuum eique dixit: Voca Fratres meos ad me, quia jam de hac vita exeo. Omni itaque congregatione ad eum coadunata, de hac vita eadem qua prædixerat hora migravit ad Dominum quarto Kalendas Octobris.

S. Gulſtani virtutes & mors pretioſa.

45. Vir quoque vitæ venerabilis & memoria dignus eiſdem temporibus in hoc ſacro Cœnobio refulſit GULSTANUS. Hic etiam laicus erat, ſed pſalmos & orationes, quas memoriter didicerat, nocte dieque ante Deum decantare non ceſſabat, pernox in vigiliis: ita ut etiam decrepita ætate, vix eum vidiſſes tribus horis æſtate aut hyeme in lecto jacere. Hic vero in adoleſcentia ſua a piraticis prædonibus eſt ſeparatus per Felicem qui eo tempore in Oſſa *a* Inſula eremiticam necdum Monachus ducebat vitam: ipſam quoque quam eo tempore ab eo didicerat, ſemper dilexit uſque ad finem vitæ ſuæ ducere vitam: parcus in cibis & in potu, in vigiliis & oratione aſſiduus. Hujus itaque viri merita Dominus declarare dignatus eſt etiam in vita ſua: nam longe lateque laudes & præconia ipſius in ora omnium navigatorum hujus regionis reſonabant. Plurimas namque per eum Dominus dignabatur operari virtutes & miracula, ita ut enarrare vel dinumerare ea vix aliquis poſſet. Defunctus autem eſt quinto Kalendarum Decembris apud Bellum videre *b* Caſtrum, ubi pro utilitate Monaſterii ſui venerat, in domo Monachorum ſancti Petri Maliacenſium. Sed ubi voce præconis fuit auditum, quod beatus Gulſtanus de hac vita migraſſet, media enim nocte tranſierat, continuo de lectulis diſſilientes viri nobiles, ſimul cum matronis & cunctis qui audiebant, certatim feſtinabant ire cum cereis & lampadibus, ut obſequium ferrent viro Dei: ita ut vix poſſet ipſa domus continere multitudinem. Videntes itaque Monachi ſancti Philiberti multa ornamenta, pecuniam quoque copioſam & cereorum diverſam multitudinem circa corpus viri Dei aggregari, perſuaſerunt omnibus qui convenerant ut ad Eccleſiam ſuam ſanctum corpus deferrent. Sed reſiſtentibus Monachis, in quorum hoſpitio defunctus fuerat, famulis etiam contradicentibus ne ab illa domo moveretur, donec illud poſſent ad ſuum educere Monaſterium; illi e contrario, concitata multitudine, rapientes illum de domo illa; cum omni apparatu ſuo & luminibus ad Eccleſiam deportaverunt, & immenſam quæ offerebatur per triduum pecuniam colligentes, poſt tertium diem ſepelierunt eum. Igitur cum ad Monaſterium ejus hæc nunciata fuiſſent, VITALIS Abbas illuc perrexit, & ut corpus Monachi ſui ſibi redderetur, humiliter rogavit. Sed illi, non ſancti viri dilectione, ſed potius amore pecuniarum, quæ quotidie ad ejus undique deferebantur ſepulchrum, nullum reddiderunt reſponſum. Ille ad Epiſcopum Pictavenſem ISEMBARDUM *c* abiit, clamorem ferens de injuria ablati ſibi corporis Monachi ſui. Epiſcopus quia inobedientes præceptis ſuis ipſi Monachi fuerant, præcepit eos cum ſuo Abbate ad ſynodum ſuam venire, Abbatem etiam Vitalem præcepit adeſſe. Cum ergo veniſſent & in ſynodo utrique eorum cauſam dixiſſent: Epiſcopus præcepit Abbatibus atque canonicis nobilibus qui aderant ut ...... *cetera deſunt*.

De ejus corpore decertant Monachi Sancti Philberti & S. Gildæ.

VITA

---

a Scribendum videtur *Ogia* ſeu *Oya inſula*, gallice *l'Oye*, in Comitatu Pictavenſi, Rupellæ & inſulæ Reæ proxima.

b Bellum videre, vulgo *Beauvoir*, prope Herum inſulam, vernacule *Nermoutier*, in qua fuit olim celebre S. Philberti Monaſterium, de quo ſæculo proximo. Forte apud prædictum Caſtrum quidam exſtabat Prioratus, ſubjectus Monaſterio Maleacenſi, quod a Joanne XXII. in Cathedralem, retentis Monachis Benedictinis, erectum eſt. Situm eſt in Comitatu Pictavenſi, non ita procul a Rupella. Plura de hoc alias.

c Duo ſunt hujus nominis Pictavenſes Epiſcopi, ſibi invicem ſuccedentes Prior poſterioris avunculus obiit anno 1036. cui nepos ad annum uſque 1086. ſuperſtes ſuffectus eſt, ut in Hiſtoria Pictavenſ. Epiſc. Joannis Beſſy legimus.

VITA S. PATERNI EPISCOPI ABRINCENSIS.

AN. CHR. 565
16. Aprilis.

Ex codd. Manuſcriptis.

1. SACRATISSIMUS igitur PATARNUS * Epiſcopus Pictavis civis Aquitanicæ regionis juxta ſæculi ordinem generoſis parentibus ortus, in adminiſtratione publica procreatus, generoſior moribus inſtitutus a JULITA matre ſere ſeaaginta annorum vidua nobiliſſime enutritus, cœleſti inſpiratione ab ipſis annis infantiæ maturæ vitæ fræna ſuſcepit, & in Monaſterium Eneſſione *a* jugum Dominicæ culturæ Monachus geſtaturus expetivit. Dehinc ad majorem virtutem ſe adoleſcentibus adhuc annis eatendens, terminum puerilis ætatis tranſiliens, conſiho inito cum SCUARLIONA ejuſdem Cellulæ Monacho, propter amorem Chriſti relictis parentibus in Conſtantino * pago ſe libenter elegerunt fieri peregrinos, pari contubernio ſolum deportantes Pſalterium. Tunc ſanctus Scubilio licet eſſet ſenior, videns Beatum Paternum meritis honorandum ad fratrem ſibi coæquandum ſuum diviſit pallium, qui dum in quadam inſula propter ſolitudinem deſiderarent accedere, vir quidam nomine AMAAILIS Deo timoratus, donec de ipſis civibus nunciaret, detinuit dicens, ut in ſano Seſciaco * ſe dignanter reconderent, ac ſua interceſſione diabolica cultura quæ Gentili ſub errore male venerabatur, ceſſaret. Tunc circa ſinum montis in receptaculo cavernæ cum ſuo contuberoali Vir eremita ingreſſus eſt.

* S. Patier.
Ejus patris & parentes.
Monaſtica profeſſio.
* le Coutantin in Normannia
Seceſſus cum Scubilione.
* Cheſsy.

2. Creſcente igitur fama Beati Viri vir venerabilis Abbas *b* eorum poſt triennium ad requirendos Mooachos tam bene ad Chriſtum fugitivos perreait: quibus inventis agnoſcie ſanctum PATARNUM ſe in valde ardua vita conſtrinaiſſe, qui præter panem & aquam, vel olera ſale condita nulla ſumebat cibaria, aſpectum vero ſuum non ſolum a ſeminarum, ſed etiam a virorum removebat præſentia, ut ab omnibus ſummotus ſollicite expectaret adventus Angelicos, & creſceret in Divinitate quod deeſſet in homine: lectulum numquam habens, lectaria oeſciens, io pluma neque caput reclinans, niſi veſte tantummodo qua io die uſus eſt ea per noctem contentos eſt, pro molli lana hirſutum cilicium induens, ut ioter horas ſoporis & per quietem temporis non eſſet requies corporis, & mutato ordine adhuc poſt actum diem noa ſuccumberet in labore. Quod Abbas ſuus ioſpiciens, ultra propoſitom Regulæ velut impatientem equum acriter eacurrentem per impoſita ſreni pondera ad moderata cum revocavit jejunia; imperans ut oec recluſus eſſet tam ardue, neque virorum conſpectu vel colloquio ſe ſraudaret. Inſuper & cellulas quas ipſe inſtruxerat, in carro vicibus viſitaret. De quo quia de bonis eſſet parentibus tam a Pontifice LAONTIANO, quam civibus prompte teſtificatus eſt: quem in loeo commendans, Beatum SCUAILIONEM ad Monaſterium revocans, parvo intervallo ad fratrem redire permiſit. Dehinc vir Dei PATERNUS a ſancto Leontiano Diaconus & Presbyter inſtitutus quantum dignitate creverat, tantum ſe virtutibus honorabat. Qui ſeptuagenarius cum Abbatis officio virtutibus ſungeretur; & in Cellola ſua quam primum ædificaverat Seſciaci quieſceret, quadam nocte viſus eſt ipſe locoi ei mira claritate perſuſus, & ad eum venientes in viſione ſancti qui ad Dominum migraverunt MELANIUS *, LEONTIANUS * & VIGOR * Epiſcopi per revelationem eum ordinaverunt Epiſcopum. Tunc ipſe ſtupeſactus, ſed apud ſe retinens quamvis tunc tractaverit, poſt probavit. Nam nec longo intervallo, ſed ad ſupplicationem tam plebis quam Principis Abrincas * Paſtore decedeute ſucceſſit, nec recuſare poterar, quod jam ſecreta Dei diſpenſatione portentatum erat.

Ejus vivendi forma.
Temperatur a ſuo Abbate.
Paternus fit Diaconus.
* Rhedonenſis.
* Conſtantienſis.
* Bajocenſis.

3. Mox effectus Pontifea ita ſe in Eccleſiarum inſtauratione, vel nova ædificatione eaercuit, domum recuperatione ſuccinait, culturæ utilitatem diſpoſuit, pauperum adminiſtrationem proſudit, ut eſſet in ſingulis mirabilis, & in omnibus ſingularis. Illud etiam merito memoriæ non ſraudat, cum quadam vice io Feudetiaco villa SAVERO comite adveniſſet, quædam ſemiua civis Rhedonica * ei in oratione oblata eſt muta, quæ ſancti viri oratione completa ſtatim mulier erupit longa ſilentia, nec potuit iuimico ſervire diutius, quo liberratis auctor Chriſtus fuit invocatus.

Poſtea Epiſcopus Abrincenſis.
* Auranches.
Epiſcopus quid egerit.
* de Reſnes in Armorica.

4. Igitur cum tertio-decimo anno vir Dei ageret in Pontificatu, ſtatim altera die Paſchæ cum Fratres Seſciaco viſitare cuperet, in infirmitatem irruit. Pariter autem ſanctus SCUAILIUS in Mandanenſe Monaſterio *c* in infirmitatam incidit. Dirigunt ad ſe invicem, ut priuſquam de ſæculo diſcederent ſe viderent. Tunc miſſi ſe obviantes Beatum Scubilionem in iti-

Paternus & Scubilio eodem die mortui.

a Lege Enixionenſe ſeu Henſionenſe, *Anſion*, nunc S. Jouini de Marnis, vulgo *S. Jouin de Marnes* appellatum, diœceſis Pictavenſis.

b In Vita Sancti Paterni apud Surium hic Abbas vocatur GENEROSUS: ſed a quodam amanuenſi qui S. Generoſum Abbatem Henſionenſem legeras, hoc nomen adjectum videtur, cum Sanctus Generoſus inſequenti ſæculo floruerit.

c Arturus du Monſtier in Neuſtria pia pag. 68. ſuſpicatur Mandanenſe Monaſterium non aliud eſſe a Maduinenſi diœc. Conſtantienſis, cujus Cœnobii jamdudum extincti Abbas fuit ſæculo 9. Sanctus Odobertus, ut ſuo loco videbimus.

AN.CHR. 565 16. Aprilis. itinere commonent ut fratri occurreret, ſed brachio maris oppoſito non valuit nocturno tempore transfretare. Attamen cum a ſe Sancti fere tria millia ſpatia intereſſent, eadem nocte beatus PATERNUS una cum ſancto fratre ſuo glorioſo propoſito nobili in triampho, felici viatico cum Choro Angelico in cœleſti ſenatu de terrenis piis animas emiſerunt ad Chri-

* Conſtantienſis. ſtum [a], quem LAUTO Epiſcopus * qui ibidem ante dies octo ad viſitandum advenerat, cum ad Baſilicam Seſciaco Beatum Paternum deduceret, impendens exequias; item LASCIVUS [b] Epiſcopus ſanctum Scubilionem ad Baſilicam ipſam deduceret, utique confluente Choro pſallentium, in unum neſcientes Pontifices convenerant, & ſanctiſſimi viri orationis locum quem ædificaverant, pariter eadem die occupaverant felici ſub tranſitu, ut nec mortis caſus divideret quos ſemper una vita conjunxit, ac ſimul uno momento cum altero alter ſepultus eſt, cum & in peregrinatione alter alterum ſecutus eſt. Sic Redemptori noſtro amatori unico electi de ſæculo meritis felicibus æqualiter occurrerunt, miracula facientes poſt obitum, qui beatis operibus vivunt integre poſt ſepulchrum.

AN.CHR. 565 3. Junii.

VITA S. LIFARDI
ABBATIS MAGDUNENSIS.

Ex MSS. codd. S. Germani Pratenſis, & S. Benedicti Floriacenſis.

PROLOGUS.

1. GESTA ſacratiſſimi ac venerabilis Abbatis [c] LIFARDI ſtilo illuſtrare operæ pretium duxi, volens ea patenter oſtendere hominibus, quæ coram Dei conſtant eſſe clara conſpectibus, ut eo magis imitando ſancti viri veſtigia ad ſui cauſam profectas invigilet animus, quo ſæpius hujuſmodi egregios audiſſe eum contigerit actus. Et quidem ab eorum executione me extraneum eſſe conſidero, ſed proinde digna mercede donandum æſtimo, ſi quem ipſe imitari nequeo, reliquis imitandum pateſacio ſcribendo. Quocirca Lectorem ſuppliciter obſecro, ne in hoc parviſſimo opere urbanitatis verba, ſed geſtorum potius requirat inſignia; nec ei impolita ſermonis connexio vileſcat, cum vitæ perennis adeptio magis in fide quam in eloquentia conſtet.

VITA INCIPIT.

2. Beatus igitur LIFARDUS ex inclita Aurelianorum civium proſapia [d] ortus; dum in annis eſſet juvenilibus, inſtantis ſæculi dignitatem nobiliter eſt aſſecutus. Erat enim in cau-

Legum peritus fuit. ſarum temporalium Legibus diſcretor præcipuus, ſed divina favente gratia in eiſdem judiciis æquitatis rationem conſiderans, a tramite non exorbitabat rectitudinis. Magna enim veneratione ab omnibus colebatur, quia idoneus Deo exiſtens ſine querela converſabatur apud homines. Moribus namque probus, alloquio dulcis, aſpectu præclarus, atque ab omni fellis amaritudine habebatur immunis: adeo ut inter Laicos commorans perfectorum vitam videretur ducere Clericorum.

3. Cum ergo octona ætatis ſuæ luſtra ſæculi utens adhuc dignitatibus peregiſſet, conti-

Anno ætatis 40. fit Clericus & Levita. nuo ſancti Spiritu afflatus inſtinctu Pontificem loci illius adiit, ſeque fieri Clericum popoſcit. Quem cum iſdem Pontifex erga religionis obſequium magno æſtuare deſiderio inſpiceret, aſſenſum libenter præbens, Clericatus eum officio mancipare non diſtulit, confeſtimque

Inde Monachus. benedictionem honoris accumulans Levitæ ei miniſterium injunxit. Quo ſuſcepto vir Deo plenus, onere protinus rerum humanarum depoſito, vera Monachi profeſſione armatur [e].

Eſt

---

[a] Ad ſtatuendum annum obitus S. Paterni, ſequentes chronologici characteres obſervandi ſunt. Obiit enim anno Epiſcopatus ſui tertio-decimo, & quidem poſt Concilium Pariſienſe anno Chriſti 557. celebratum, cui ſubſcripſit; obiit, inquam, 16. Kal. Maji, paucis poſt Paſcha diebus, non tamen nocte huic feſto proxima, ut quibuſdam videtur. Nam licet *altera die Paſchæ* Paternus & Scubilio in morbum incidiſſe dicantur, *eademque nocte* ambo mortui; nihil tamen cogit, ut noctem Paſchæ ſubſequentem intelligamus. Siquidem S. LAUTO Conſtantienſis Epiſcopus octo diebus cum S. Paterno commoratus eſt Seſſiaci, quo Paternus *altera die* Paſchæ advenerat. Recte igitur SS. Paterni & Scubilionis obitus collocari poteſt anno 565. undecim poſt Paſcha diebus, quod eo anno in quintum Aprilis incidebat. Ex quo redarguas eos, qui Paternum Abbatem, cui Fortunatus Epigramma 30. lib. 3. & 23. lib. 7. dedicavit, eumdem eſſe cum iſto exiſtimant, cum S. Paternus Abrincenſis longe ante deſierit eſſe Abbas, quam in Galliam acceſſerit Fortunatus, qui vix eum viventem in Gallia videre potuit.

[b] Laſcivus Epiſcopus Concilio Pariſienſi 3. anno 557. poſt Paternum ſubſcriptus reperitur abſque ulla Sedis mentione. Probabile eſt fuiſſe Epiſcopum Bajocenſem.

[c] S. Lifardum vix uſpiam alibi (præterquam in Martyrol. Bened.) Abbatem vocatum reperias. Presbyterum appellant Uſuardus & Ado, cujus hæc verba in Martyrologio edito omiſſa, in vetuſto noſtro exemplari manu deſcripto reperiuntur. *In territorio Aurelianenſi, vico Maydunο depoſitio* S. LEIFARDI *Presbyteri & Confeſſoris, qui multis virtutibus clarus, Monaſtico habitu & religione venerandus ſancto fine quievit.* Certum eſt tamen eum vere fuiſſe Abbatem.

[d] Alia S. Lifardi Vita, quam ex MS. cod. S. Petri de Curia Cenomanenſis exſcriptam legimus, hoc habet initium. *Igitur Lifardus Magdunenſium Oppido Aurelianorum vico oriundus fuit, parentibus nobilis*, &c. In quadam Vita S. Leonardi Vendoperenſis, Lifardus Leonardi germanus dicitur, quamvis alii Leonardum ex tractu Leodienſi ortum aſſerant.

[e] Inter Miciacenſis Cœnobii Monachos ſanctitate inſignes numerantur, ut ad Vitam Sancti Maximini infra videbimus.

AN.CHR. 565 3. Junii.

Eſt enim mons in Aurelianenſi pago, quem ejuſdem incolæ reginnis Magdunum *a* appellant, in quo ab aotiquis Patrum Caſtrum fuerat ædificatum, quod crudeli Vandalorum vaſtatione ad ſolum uſque dirutum eſt. Nemine autem remanente habitatore, nemoribus hinc inde ſuccreſcentibus, locus idem qui claris bominum conventibus quondam replebatur, in denſiſſimam redactus eſt ſolitudinem: cujus abſtruſu latibula venerabilis LIFARDUS petiic, ibique uno tantum diſcipolo comite URAICIO contentus, prope fluvium qui nuncupatur Malva *, cellulam ſibi virgis contexens ſolitarios habitare cœpit, ut vitata plebium frequentia ac temporaneis honoribus liberius Dominicis ſupponeret colla præceptis.

Secedit in ſolitudinem cum Urbicio.

* Maulue.

Ejus ſanctitas & virtutes.

4. Jam vero quaotæ ilite ſanctitatis quantæque converſationis vir extiterit, quis explanare humanis ſufficiat verbis? cujus tantum vita a terrenis ſejuncta eſt actibus, ut corpore in terra ſepoſito mens ſancta inter cives Angelicos verſari videretur in cœlo. Agebat namque bonus miles digna Deo opera, præparatus ad pugnandum contra omnia neſandorum ſpirituum certamina. Cujus abſtinentia tantu erat, ut panis hordeaceus quo utcumque corpus ſuſtentabatur, quiqus ipſius fiebat manibus, unius tantum unciæ poudus habere diceretue. Nullum omnino præter aquam in bibendo noverat potum, ſed & ipſa tertia ſolummodo die parciſſime utebatur. Porro de veſtium ejus vilitate quid dicendum eſt? qui cilicio & ſacco ſemper obvolvi delectabatur, a quo decor & ſuavitas veſtimentorum tamquam fœditas contemnebatue, aſperitas vero & informitas velut decor eligebarur. Quemadmodum enim prius vitam inter quos habitaverat ſanctis ſtudiis ſpernere viſus fuerat, ita demum ad Monaſticam perveniens noemam ſanctiſſimorum veſtigia Monachorum perfectis moribus conſtantiſſime ſequebatur. De cujus miraculis quædam ſuccincte tangendo perſtringere libet, ut cunctorum hæc legere cupientium memoriæ infigarur, quanti apud Deum merito ſuæ religionis extiterit is cui tam mirabile da Chriſti theſauro adminiſtratum eſt ſupplementum.

Abſtinentia.

Serpentem defixo in terra Lifardi baculo enecat Urbicius.

5. In præfata eremo, cujus cultorem Dei famulum fuiſſe locuti ſumus, ſerpens habitabat immaniſſimus, qui immundis ferebatur plenus eſſe ſpiritibus. Hujus metus ſupee proximæ telluris habitatores ita excreverat, ut ſtulta temeritate aſſererent eum idcireo conſervari, quod quando quis egredicus omoia loci illius arva, & quæque in eis reperiret flammis incendii conſumpeurus foret. Fons denique illic delectabiles emanabat aquas, quem nemo ob hujus beſtiæ formidinem gratia potandi præſomebat adire præter Athletam Chriſti Liſardum diſcipulumque ejus, nomine Urbicium. Cumque jam ſupernus arbiter ſancti Viri merita populis propalare decerneret, ut lucerna accenſa non ulterius lateret, ſed in Chriſti domo ſplendidiſſimo cunctis lumine niteret; die quadam inſtigante humani generis inimico ſerpens hic ferociſſimus contra virum Domini permotus ad ejus habitaculum conamine properare nitebatur, ut vulnere letali inflicto humanam ab eo vitam atrociter extorqueret. Quod virum Dei minime latuit, protinuſque Urbicium advocans direxit eum ad locum, ubi jam ſerpenrem noverat eſſe. Nec ei quam ob cauſam illuc mitteretur oſtendit, ut fidem Diſcipuli pius Magiſter probaret, qoi velociter pergens ſerpenti horribili obviavit, magnoque pavore perterritus fugam arripuit. Quid in via repererit magiſtro pavidus nuntiavit, cui LIFARDUS placido ſubridens vultu, Cur, inquit, pertimuiſti, modicæ fidei? danſque ei baculum ſuum, Vade, ait, ne timeas & baculum hunc ante torvidi draconis aſpectus in ſolum figere ne dubites. Abiit ille & Crucis figoo protectus juſſa magiſtri peregit.

6. At vero Liſardus orationi attentius incumbens Dei ſuffragium pro totius populi ſalute flagitabat: videlicet ut idem draco funditus extingueretur, ne per eum ulterius poteſtatem perfidus hoſtis haberet: ſuſcepitque Dominus preces ejus, nec diſtulit quin fieret, quod a ſervo petebatur. Nutu enim ageote divino mox ut cruentus coluber baculum coram ſe fixum furibundis aſpexit luminibus, celeriter reptando ſe protrahens ad ſuperiorem ejus partem ſquamea colla terendit, atque eam ore peſtiſero mordens reliquam molem corporis longitudine inferioris pareis circumvolvit. Sed cum totus illic colligi ob ſui magoitudinem non poſſet, anterior illius pars ligno, poſterior hærebat terræ. Sicque draco ſæviſſimus dum virum, qui ſtipitem fiaerat, lædere nequivit, contra idem ligoum feritatis ſuæ furorem excitans eum confractum deponere in terram ſatagebat; ſed oratione militis Chriſti ita obfirmatum eſt, ut nullo pacto ineuevari a crudeli beſtia potuiſſe. Dumque ita anguis terribilis penderet, propter immenſum ſui corporis pondus illieo crepuit medius. Quod ubi vir venerabilis capletum eſſe cognovit, ad videndum miraculum cum diſcipulo advenit, & pro tanto triumpho Conditori ſuo gratias retulit.

Hoc miraculo fama Lifardi fit celebris.

7. Expulſi præterea dæmones quorum fuiſſe fanum ſerpens perhibebatur, vociferabantur per aera; Parce, inquiunt, Liſarde, ſerve Dei excelſi, cur nos de habitaculo cui dudum inſidebamus, ante tempus eliminas? Ad hujuſmodi clamorem tota reſonat eremus, adeo ut etiam illius euris habitatores horribilem audientes ſonum ſtupefacti mutuo percunctarentur, quidnam ſibi vellet ſtrepitus vocum quæ audirentur io ſolitudine. Num forte, ajunt, peſtifer ille draco qui hactenus latuit, de antro ſpelæi ſui egreditur, ut nos & univerſa noſtra conſumat, per quem Omnipotens noſtrorum ſeaigentibus meritis in nobis

a Magdunum Opidum vernacule *Meun*, quinque paſſuum millibus ab Urbe Aurelia Bleſas navigantibus in dextera Ligeris margine ſeſe offert.

CIRCA AN. 565 3. Junii. bis ulciſci diſpoſuit? Sollicitius tandem quid clamaretur auſcultantes, Liſardum a dæmonibus audiunt vocitari: quo audito ab his qui eum noverant, jampridem a populo deſuiſſe Liſardus edicitur. Confeſtim itaque ad ſolitudinem evolantes, Liſardum ſilenter requirunt, metuentes videlicet, ne formidabili dracone, ſi adhuc viveret, ſecirentur: inveneruntque ſanctum Virum ſolitis orationum ſtudiis vacantem, & ſerpentem quem oppido reverebantur, in parte altera debita morte præventum. Quod cernentes cuncti præ gaudio flebant, & gloriam Deo in altiſſimis perſonabant dicentes, ſibi ſalutem cœlitus in exitio draconis fuiſſe attributam; atque hunc diem ob tanti trophæi gaudia celeberrimum duxerunt.

Ab Epiſcopo Aurelianenſi fit Presbyter. 8. Marcus interea Aurelianenſis Eccleſiæ Pontifex Clatiaco [a] vico, qui ab oppido Magdunenſium tribus millibus diſtat, quibuſdam implicatus utilitatibus tum reſidens, cum virtutem ſancti Viri aliis nunciantibus audiret; Non poterat, inquit, Levita Dei ſanctus præpollens virtutibus operibus diutius occultari. Nam ejus opus maniſeſtiſſimis nobis Chriſtus declaravit indiciis, ut quanti apud eum foret meriti vis a nobis per omnia imitandus ſuis dignoſci potuiſſet in actibus. Et continuo exurgens ad locum ubi vir ſanctus morabatur citiſſime properavit, peractiſque ſalutiferis cum eo colloquiis, ſacerdotali illum eadem die honore ditavit, ac modicum ei Templum quod uſque hodie permanet, ibidem conſtruxit. His ita geſtis Epiſcopus ad propria remeavit. Perpendimus ecce jam in hoc viro eſſe completum quod de ſanctis legimus qui Angelos judicabunt. Judicavit quippe Angelos, cum ad
1. Cor. 6. 3. exemplum Chriſti dæmones vociferantes de proprio expulit habitaculo. Ex hoc itaque tempore hujus opinio per omnes provinciæ illius terminos adeo enituit, ut cuncti eum miro affectu venerarentur, cuncti ſe ejus meritis a dracone liberatos ejus orationibus apud Dominum crederent eſſe protectos, plurimi quoque mundum relinquentes ei fideliter adhærebant, ut ejus inſtituerentur diſciplinis. Cujus quia miraculum retulimus, in quo per Dei ſuffragium illum in ſerpente ab homine victum, qui per ſerpentem primum deceperat hominem, cognovimus, libet ut aliud inſigne in quo hominum ſecreta divina revelante gratia iſdem noſſet, referamus.

9. Quodam quoque tempore cum hiemis, algor admodum, ut ſolet, inhorreret, quidam in ſupradicti montis latebris veſtimenta ſua abſcondens nudatis artubus ad eum acceſſit,
Hominem ſibi illudere volentem detegit. qui ſibi veſtimentum largiri poſtulabat. Sed vir Domini per ſpiritum quod geſtum fuerat intelligens, mox unum e ſuis ad eumdem locum direxit, & ſibi veſtimenta illic abſcondita deferri præcepit. Quibus allatis ei qui eleemoſynam petierat reddidit, dicens: Cur o infelix, mentiendo ſervum Domini tentare præſumpſiſti? an non illic præſens aderam, dum hoc tibimetipſi furtum faceras? En, ait, tolle tibi quod petiſti, qui facillime ſe comprehenſum cognoſcens, quod ſuum erat recepit & confuſus abſceſſit. Sicque dum virum Dei illudere ſe poſſe putaverat, magis eſt ipſe deluſus.

10. Sed & aliam narrabo ejus virtutem, qua in humanæ ſalutis reſtitutione, quantum
Feminam infirmam curat. per Dei gratiam effulſerit, cognoſcatur. Quadam die puella quædam nobilis, aridas manus & genua habens debilia ad eum acceſſit, & procidens ad pedes ejus ſanitatem ſibi reſtitui ab eo precabatur. His motus ille petitionibus continuo ſe ſolo proſternens aliquantis peroravit: Chriſti, inquit, Jesu qui Mariæ peccatrici ob affluentes lacrymarum fluxus univerſorum relaxaſti crimina delictorum, & prioris vitæ reddidiſti munditiam, hanc obſecro puellam de tua miſericordia præſumentem priſtinæ ſanitati reſtitue, ut cognoſcant omnes te verum eſſe medicum, ac ſalvatorem mundi. His dictis ſurrexit, & manus & genua puellæ oleo benedicto perunxit, quæ continuo corporis valetudinem te, Chriſte, donante recepit. Et quid mirum ſi hæc apud te promeruit obtinere, cujus cor in gratiſſimum tibi templum converſum gratia tua exuberabat? Illis enim ſanctis, illis per omnia Apoſtolicis eſt iſte comparandus viris, quos ſuper ægrotos manus impoſituros & bona reſtituturos quondam prædixeras.

11. Illud interea mihi prætermittendum minime videtur, quod Domno Theodemiro Mitiacenſis Monaſterii Abbati a ſeculo migraturo Beatus Liſardus in ſomnis eſt
Videt Theodemiri animam in cœlum ferri. admonitus, ut ad ejus exequias deſerviendum citius accurreret. Qui cum evigilaſſet uno ſecum e ſuis aſſumpto ad Monaſterium quo ſibi juſſum fuerat divinitus pervenit. Cumque eſſet januam ingreſſus, aſpexit in ſublimi cœleſtium agminum choros ſanctæ animæ pſallendo occurrere, & eam cum gaudio ad cœlum uſque deferre. Hunc autem ab eis audivit
Pſal. 64. 5. pſalmum decantari: *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, habitabit in atriis tuis.* Quo audito vir beatus cellam, in qua ſanctum corpus jam exanime jacebat, Fratribus debita illic officia perſolventibus ingreditur, atque obſequium ejus funeri præbuit, eoque ſepulto beatum Maximinum [b] nepotem inibi Abbatem conſtituit, & facta oratione ad Cellam propriam remeavit.

12. Ipſe autem cum annis integris evolutis, jam imminere ſui receſſus diem cognoviſſet,

---

[a] Clatiacus, vulgo *Clery*, opidulum eſt ex adverſa Ligeris ripa Magdunum ſpectans, Ludovici XI. Francorum Regis mauſoleo illuſtre, ſed Deiparæ Virginis cultu & Fidelium peregrinatione illuſtrius.

[b] Nempe Juniorem. Nam duos cognomines Mitiacenſi Monaſterio hoc eodem ſæculo præfuiſſe videbimus in Vita S. Maximini Senioris, ubi iterum de Theodemiro agendum.

CIRCA AN. 565 3. Junii.

ſet, evocans diſcipulos ſui corporis reſolutionem prædixit, eoſque divinis colloquiis & blandis ſermonibus exhortabatur attentius: Cariſſimi, inquiens abſtinete vos a carnalibus deſideriis & voluptatibus ſæculi; ſervate mandata quæ ſacri præcipit Evangelii dogma: *Non mœchaberis, non furtum facies*, & reliqua. Contendite intrare per anguſtam & arctam viam quæ ducit ad vitam. Reſiſtite diabolo, & mille ejus artibus nocendi: ita contra dæmones veluti contra cruentas beſtias repugnate. In tentationibus eorum nolite deficere, ſcientes quod beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. His & hujuſmodi verbis diutius eos exhortans URBICUM in medio advocat, eique ſui regiminis curam coram omnibus tradit.

Mortis præſcius discipulos hortatur. Luc. 18. 20. Urbicium ſucceſſorem deſignat.

13. Nocte vero inſecuta præmiſſis ad Dominum orationum ac lacrymarum ſtudiis felix anima rebus exceſſit humanis. Quod cum Pontifici relatum fuiſſet, ad beati viri funus quam celerrime properavit. Corpus jam in medio admotum lugubri diſcipulorum triſtium frequentabatur obſequio, quod ille Pontifex magna admodum diligentia cum eiſdem Fratribus ſepelivit. Urbicius vero regiminis ſibi officio ab eodem nihilominus Epiſcopo confirmato poſt beatiſſimi Lifardi diſceſſum fabricam ejuſdem Monaſterii *a* ſublimius erexit, ubi hactenus exigentibus beati Lifardi meritis erga diverſorum infirmitates multa fieri ſigna videntur. Sed hæc ad te, Chriſte, referenda ſunt, hæc tibi omnimodis deputanda, quo ſuffragante ea fieri poſſe haud dubium eſt. Si quidem ea quæ de tuo milite protulimus, tua ſunt: tua ſunt, inquam, univerſa miracula quæ pio affectu tuos recolimus Sanctos peregiſſe, ſine quo nihil in eis mirabile, cum quo omnia admiratione digna patrantur. Quæſumus igitur, ut per eorum nobis interceſſionem maxime Beati Confeſſoris tui LIFARDI cujus hodie celebramus feſtivitatem, auxilium gratiæ tuæ concedas; quatenus tuo munere vegetati, & hic eorum exempla rectis exequamur greſſibus, & quos imitamur in ſæculo, facie ad faciem hos feliciter contemplari mereamur in regno, te auxiliante, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ab Epiſcopo ſepelitur.

TRANSLATIO S. LIFARDI,

AN. CHR. 1105. 7. Octobr.

Et Dedicatio Eccleſiæ Magdunenſis, Facta anno Chriſti 1105.

Scripta a quodam Abbate anonymo, qui præſens interfuiſſe legitur num. 1. & 4.

Ex MS. cod. a V. C. D. de Wion d'Herouval communicato.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

Etſi propoſiti noſtri ſit Sanctorum Translationes in propria & ſingula quibus facta ſunt ſæcula revocare: quia tamen SANCTI LIFARDI *Translatio, ipſiuſque Eccleſiæ Dedicatio Canonicis in locum Monachorum jam ſubſtitutis celebrata ſunt, ut conſtat ex numer. 9. ſatius viſum eſt, omnia quæ ad Sanctum Lifardum pertinent continenter exhibere, quam ſeorſim, ubi nihil ad res Monaſticas illuſtrandas conferent, amandare. Hoc Lectorem monitum volebamus.*

1. ANNO itaque ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinto, Indictione decima tertia, PHILIPPO Francorum Rege ad Eccleſiam dedicandam convenerunt RADULPHUS Archiepiſcopus Turonenſis, GUALO Pariſienſis, JOANNES Aurelianenſis, CHRISTIANUS Abbas ſancti Maximini, inter quos etiam invitata noſtra mediocritas affuit. Affuit etiam tanta Clericorum & populorum multitudo, ut præ ipſorum multitudine numeroſitatis innumeræ non fuerit certitudo. Confluxerunt etenim non ſolum a vicinis, verumetiam a longinquarum civitatum regionibus, ut intereſſent Dedicationis celebritati & beatiſſimi corporis tranſportationi. Porro menſe Octobri pridie Idus menſis, feria ſexta, tempore ſuprascripto in Eccleſiam die craſtina Sabbato ſancto dedicandam convenimus, ut de corpore ipſa die tranſportando tractaremus. Ad Miſſam celebrandam præparabat ſe Pontifex Aurelianenſis, & de viſendo corpore procurabat Clerus Magdunenſis.

NOTÆ temporis.

a Hoc Monaſterium in Eccleſiam Collegiatam ante ſexcentos annos (ut ex ſequentibus patet) converſum eſt, „Eccleſia Sancti Lifardi nomine inſignita, quæ teſte Sauſſeyo lib. 5. cap. 29. Epiſcop. Aurel. Habet Canonicos viginti, Capellanos multos, dignitates quatuor, Decanatum, Cantoriatum, Succentoriatum & Capiceriatum. Conſervatque corpora SS. Lifardi, Urbicii & Theodemiri. Præter hanc vero Sancti Lifardi Magdunenſis Eccleſiam aliæ ejuſdem nomine nuncupatæ reperiuntur: una in civitate Aurelianenſi, in loco ubi natus eſſe creditur: altera in pago Buciaci, *Bucy*; alia Terminiaci, *Terminier*; alia Trigani, *Treſnou*; alia Oynvillæ, *Oynville*, & aliæ.

AN.CHR. 1105

Dum huic & illi inſiſtitur apparatui, res digna relatu contigit, quæ beatiſſimi Liſardi præſentem miraculorum exhibitionem nobis manifeſtavit.

7. Octobris.

Puer cæcus viſum recipit.

2. Puerulus enim duorum annorum circiter natus, lumen oculorum in ipſam allatus Eccleſiam recepit, quod caſu contingente multi diebus amiſerat & menſibus, quod qualiter acciderit ſubjecta pagina promulgabit. Pater & mater orbati filii valetudinem aſſidue condolentes, utpote quos paternus ſine intermiſſione inſtigabat affectus, a vicinis multoties conſilium popoſcerunt, quid cæcato prodeſſe poſſit infantulo. Ad Divinam dicunt debere illos confugere medicinam, quandoquidem jam patebat nihil eis profuiſſe humanam. Eſt civitas, inquiunt, Geneva nomine, ubi Rhodanus collecto præcipitanter prorumpit de lacu, qua in urbe, immo in Eccleſia beati Joannis Evangeliſtæ miracola Deus operatur copioſa, illuc veſtrum conſulimus tollatis filium, ſi Deum volueritis illi promereri propitium. Sed quoniam via longa & ignota & labor ingens & evectionis expenſæ vobis non ſuppetunt, quæ omnia prætendunt vobis impoſſibilitatem, ad Eccleſiæ beatiſſimi Lifardi, quæ nobis proxima eſt, feſtinetis dedicationem. Sicut enim audivimus ſanctus ille Deo familiariſſimus a loco in quo modo requieſcit die illo erit transferendus; & revera Deum ſentientis placabilem, ſi ſanctum ſuum ſupplicationibus veſtris vobis facietis exaudibilem, & tanti meriti beatum Confeſſorem credimus, quatenus cum Deus non poſſit non exaudire, ſi pro vobis Deo dignabitur ſupplicare. Agite jam ergo moras rumpite, & nobiſcum ad beatum Liſardum viſitandum properate.

NOTA de Eccleſia Genevenſi.

3. Incitatus eſt talibus eloquiis homo ille, & pede pernici cum uxore ad dedicationem ſatagit feſtinare. Quid longius morer? Eccleſiam peregrinus intrat, oblationem quantulamcumque præparat, cum oblatione puerulum Deo ſanctoque Liſardo præſentat. Mira res! puer altari applicatus viſum recepit. Sed quoniam videre dedidicerat, aſpicere quaſi turbulentus incepit. Ad aures populi clamor utriuſque defertur parentis: infantulus in medio ſiſtitur, & vicinorum notitia quod contigerat miraculum ſtipulantibus atteſtatur. De medio tollitur ambiguitas, quoniam ſciſcitantibus ſatisfacit reverenda legitimarum perſonarum auctoritas. Paſſim clamant Deo gratias, & a multis extorſit alacritatis intimæ motus ſenſualis lacrymas. Signa pulſantur, voces & gaudia multiplicantur. Verus pii Confeſſoris præſens dignoſcitur, per quem ea ſe Deus ſoſpitates conſuetas & diſpenſat & largitur. Sentiunt eum incolæ præſentiorem, quem lætantur habere ſibi patronum peculiarem.

In Eccleſiæ dedicatione omnes Reliquiæ deferendæ.

4. Interea Clerus Introitum Miſſæ inchoat, Epiſcopus Miſſam celebrat, populus laudes tumultuariat frequentat. Neceſſitas inevitabilis ſecundum tenorem canonum exigebat, ut quoniam Eccleſiæ dedicatio inſtabat, ab Eccleſia corpus ſanctiſſimum & omnes Reliquiæ aſportarentur, & iterum juxta in Eccleſia dedicata ſuis in locis competenter collocarentur. Induuntur Sacerdotes ſacris veſtibus, & ad mauſoleum in quo Sanctus quieſcebat aperiendum acceſſuri orationum ſupplicationibus armantur. Abbas ſancti Maximini & ego (quoniam nobis injunctum erat) nos diligenter accuramus, utque ſanctiſſimam Domini Liſardi glebam nobis commendatam in ſeretro collocemus, timorati accedimus. Ego quoniam ſancto credebam meam diſplicere miſeriam, noſtram mecum damnabam conſcientiam, pulſabam cœlum precibus, pectus autem tundebam manibus: tanto magis horrebam culpæ meæ deformitatem, quanto magis perpendere licebat beati viri ſanctitatem.

Auctoris humilitas.

5. Confixi tamen & Pontificum & Cleri & populi qui genibus flexis pſalmis & letaniis incumbebant orationibus, & eulogiarum noſtrarum qualibuſcumque delibationibus, oſtio ſepulchri aſtitimus, & coopertorio ſublato, ſicut erant ſeriatim ſancta membra in ipſo ſarcophago vidimus. Clericos qui intus aderant, & me fateor horror invaſit maximus. Videbam oſſa nuda quæ ſancti Spiritus familiaris incolatus extiterant, & quid ſtaret inter Sanctos & peccatores recolebam. Accipiunt Sacerdotes oſſa illa magna cum devotione, & ipſa diligenter reponunt in ad hoc præparata mundiſſima ſindone. Multa cum diligentia ſervant cineres, & quicquid in ſepulchro reperiri potuit abſcondunt diligenter. Me miſerorum miſerrimum! mo infelicium infeliciſſimum! qui de pio furto diu cogitaram, nec tamen quidlibet de furto poteram; ad hoc plus contriſtor quia non potui, quam quod de furto pie impio cogitavi.

S. Liſardi ſepulchrum aperitur.

6. Collocatis igitur & conſutis in ſindone oſſibus & partim cineribus, & rurſum corio deſuper contectis, nobis aſtantibus theſaurum illum concupiſcibilem, ſed jam nemini diripiendum committunt. Nos autem ſerculo palliato impoſuimus ſanctum illud depoſitum, colla voluntarie ſupponimus, & leve pondus ultronei ſubvehimus. Inchoat Joannes pontifex Reſponſorium alta voce, & cum fletu & gaudio deducitur pius puer ad majus altare. Ibi turbis circumſtantibus poſitus eſt & debitis oblationibus a populis honoratus eſt. Videres miſceri ſingultus & cantica, lacrymas & gaudia, & ſingula moderate diſpenſabantur cum debita reverentia.

Corpus ipſius ſacrum defertur.

7. Poſtquam affatim quos Eccleſiaſticæ aulæ plena capacitas receperat, Sanctum votis & donis honoraverunt, & ſi qui potuere, flexis poplitibus oraverunt, quoniam forinſecus turbis ad altare confluentibus non dabatur vel aditus vel acceſſus: iterum Clerici ſacroſanctam ſarcinam accipiunt, examina populorum offendentium tota virtute diſſiliunt, & ad beati Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam in eadem villa ſitam, & ad venerabilem venturum hoſpitem ſuſcipiendum honorifice palliatum iter *. Incedebat pedes Pontifex, noſque cum innumera ſequebamur multitudine. Glorioſum nobis erat coram ſancto hu-

Ad Eccleſiam Sancti Petri.

* Supple adornant.

humiliari, & idcirco jucundabamur turbam turbatam perpeti. Magnus populorum concurſus, idam omnium affectus per vicos & per plateas concurrentes ſeipſos impediebant. Audenter dicn, nullius Regis ſepulturam vel copioſiores, vel affectuoſiores ſibi moviſſe eaequias. Non tamen dicimus exequias, ſed obſequia, ubi qui convenirent, exequiarum priſtinarum reducebant hiſtorias. Ecce beatum Lifardum cum Chriſto vivere credimus, cujus mortalitatis pignora noſtris temporibus lætantes proſecuti ſumus. Venitur ad locum deſtinatum, ſuſcipit Petrus Lifardum, Piſcator Anachoretam, Apoſtolus Confeſſorem. Petrus cœli Janitor in cœlis pridem Lifardi collocaverat animam, ecce idem in terris ejuſdem ſuſcipit glebam. Felix hoſpes uterque, felix hoſpitium, felix tantorum hoſpitum collegium. In Eccleſia præfata Lifardus collocatur, cuſtodibus curioſis rommendatur, pernoctantes Clerici celebrant vigilias, populi conglobati ſatagunt ad excubias, noctem illam plurimi duxerunt inſomnem.

AN. CHR. 1105 7. Octobris.

8. Mane facto ab Eccleſia dedicanda omnis ſecluditur multitudo, Pontifices Clericis miniſtrantibus ex more Dedicationis agunt celebritatem, & altaris majoris in honore Apoſtolorum Petri & Pauli & beatiſſimi Lifardi Confeſſoris celebrant conſecrationem. Omnibus rite peractis ad ſpatioſum tendunt Epiſcopi locum, eminentiorem conſcendunt gradum, accurrunt qui undique convenerant, diſperſi congregantur, liber nulli dabatur inceſſus, agri & compita confluentium replebantur examinibus, congregati de ſilentio præmonentur, ſermocinantur Pontifices, inſtruunt plebem veritatis præcones, inſtituunt diem illam ſolemnem annis omnibus & pro beati corporis Translatione & pro Eccleſiæ celeberrima dedicatione ſolemnem pronuntiant eamdem, quatenus in die anniverſaria ſemper conveniant pro feſtivitate geminata geminatam exultationem habituri, & pœnitentiarum relaxationem & peccatorum remiſſionem percepturi.

Eccleſiæ dedicatio.

Indulgentia.

9. Denuo ad Eccleſiam beati Petri præcedimus ut theſaurum divitem inde referamus: Sanctum depoſitum referimus, & in Eccleſia jam dedicata collocamus. Ecce poſitum corpus quieſcit in crypta priſtina cura & labore non exiguo fabricata. Epiſcopus autem Joannes ad memoriale ſempiternum Canonicis quoque profuturum ad honorem piiſſimi Confeſſoris conceſſit & conſtituit, ut quæque ex more darentur, uſualibus Canonicorum ſtipendiis impertirentur: neque iſta largitas a ſucceſſoribus ſuis revocaretur. His omnibus celebratis ſolemniter populis ſpiritualibus ſermonum alimoniis recreatis, ſacerdotalibus quoque benedictionibus jucundatis, unuſquiſque ad propria cum gaudio reverſus eſt.

Corpus ſacrum in crypta reconditum.

10. Hæc idcirco de translatione ſacratiſſimi corporis beati Lifardi & de ejuſdem Eccleſiæ dedicatione, Fratres chariſſimi, vobis ſuccincte inſinuavimus, ut nulli ſucceſſorum noſtrorum liceat ignorare quo inſtinctu contigerit ſolemnitatem illam emanaſſe. Interrogent igitur filii patres & annunciabunt eis, majores ſuos & dicent eis, legant & intelligant cauſam dedicationis. Si vero quam ſolemnitatem præponere debetis, forte requiritis? Magna equidem eſt beati Lifardi translatio, qua in die præſentata fuit, revera votivis populis ſancti Spiritus manſio; præponenda tamen eſt Eccleſiæ dedicatio quam & Salomon nobis myſticam commendavit, & ipſe Dominus Jesus reſtaurati Templi encœnia corporis ſui præſentia nobilitavit, & quanti habuerit dedicationem cunctis manifeſtavit. Agite igitur, Fratres, & beati Lifardi Translationem utpote Patroni veſtri, & quaſi comparate dedicationis translationem. Agite etiam dedicationem Domus Dei celeberrimam, & pro duplici feſtivitate veſtra duplicate merita, ut in terra promiſſionis poſſideatis duplicia, beatitudinem ſcilicet animarum & corporum. Quam ipſe nobis præſtare dignetur, qui Deus ante tempora in fine temporum pro nobis corpus & animam rationalem ſibi coaptavit Jesus Christus Dominus noſter qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

MIRACULA S. LIFARDI

SÆCULO XII.

Scripta a Canonico anonymo Eccleſiæ Magdunenſis (ut patet ex num. 2. 7. & 11.) qui Sæculo XII. vixiſſe videtur, num. 20.

Ex MS. cod. D. d'Herouval.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. QUI miranda Sanctorum geſta memoriæ litteris tradit, Deum in Sanctis ſuis mirabilem honorat, ſeipſum in præſenti honeſta meditando efformat, in futuro memoriam ſui pntelat, temporibus ſuis hominibus prodeſt, poſteritati non minimum confert. Hoc ergo uno opere charitatem Dei & proaimi amplectens non infructuoſus vineæ Dei operarius æternæ retributionis denario nullatenus videtur indignus. Hac ſpe animatus ad audendum aliquid ultra meas vires dilectionis ejuſdem manu pulſatus quædam incliti Confeſſoris Chriſti Lifardi miracula quæ gravium & honeſtarum perſonarum relatione didici, quædam etiam quibus ipſe interfui, paucis verbis enarrare conabor.

Quid merentur ſcriptores Vitæ Sanctorum.

Auctoris fides.

2. Hoc autem non humanæ ſapientiæ verbis confiſus, nec quaſi Rhetorico ſpiritu afflatus facere præſumo, ſed vobis dilectiſſimi Fratres, qui ſæpe hoc a parvitate mea exigere dignamini parens, & de illius auxilio de quo locuturus ſum non diffidens quæ novi

SÆCULO XII.

ſimpliciter profero. Non enim artificioſa eloquentia ſententias extollere ſtudeo, ſed rerum geſtarum veritati inſiſtens quaſi myrthus humilis poſt cedros & abietes ad ornandum locum ſanctum Dei venire laboro. Nec pudet me inſipientiam meam prodere, dum vobis obediam, quibus religioſam aſt tam honeſta petentibus non contraire. Malo enim, Cariſſimi, de me ipſo vobis aliqua credere mihi, quos credo non ſine divino inſtinctu talia poſtulare. Vult namque Dominus in Confeſſore ſuo laudem nominis ſui dilatare, quatenus in Sancto ſuo mirabilis apparens, precibus ejus & meritis virtutem & fortitudinem plebi ſuæ tribuat, & ſic ei qui ſibi tantum Patronum concedere dignatus eſt, fidelium populus benedicat. Nec refert per cujus os hoc ipſe faciat, quam ex ore infantium & lactentium perfeciſſe laudem Pſalmiſta commemorat. De hoc ſancto anteceſſores noſtri quamvis pauca admodum ſive ſcriptorum inopia, ſeu bellorum inquietudine, aliiſve aliquibus de cauſis ſcripta, nobis tamen quanta fecerit ex ampliſſima prædiorum largitione maniſeſtiſſime docent. Si enim Præceptorum volumina revolvantur, quæ Reges, Duces ac Pontifices manibus ſuis ſubſcripta ſigilliſque ſignata noſtræ reliquerant Eccleſiæ, nullam in Aurelianenſi Epiſcopatu liberiorem copioſiaſve ditatam quiſquam poterit reperire. Verum ſicut majori ex parte prædeceſſorum

* f. propalata.

beneficia paucis inhabitantium jam * profanata videmus, ita majori & omni ex parte ſcripta de eo antiquitus periſſe ſuſpicamur. Unde quia direpta prædia reſtaurare ex toto nequimus, laudes Dei in Sancto ſuo quas poſſumus, quantumcumque ipſe dabit poſſe, reſtaurare ſtudeamus: ne ipſi ingrati exiſtere videamur, cujus gratuita beneficia nos quotidie accipere negare non poſſumus. Supereſt ergo, Fratres cariſſimi, ut effectus hujus negotii ab eo poſtuletur, cujus inſtinctu hæc poſtulare videmini: & orate ut os meum, unde licet, indignum aperire dignetur & implere, qui de ſe loquentibus in ſimplicitate cordis & veritate adjutorem ſe promittit adeſſe.

MIRACULA.

S. Lifardus captivos liberat, usque tertio.

3. MILES quidam nomine GELLARDUS quoſdam innocentes ceperat, & immodicum ab eis pretium exigens graviſſimis eos macerabat ſuppliciis, quos quia domus ejus minus videbatur tuta, ad domum cujuſdam nobilis feminæ quæ in arce Magdunenſium habetur adduxit, ibique eos in munitiſſimo carcere vinculis & cippis arctatos recluſit, ubi vehementer afflicti cum lacrymis & gemitu nocte dieque auxilium piiſſimi Confeſſoris Chriſti LIFARDI poſtulabant. Quadam ergo die Dominica illis unanimiter orantibus egregius Confeſſor Lifardus hora diei prima viſibiliter aſtitit, & mox ſolutis omnibus vinculis reſeratoque carcere, eos abire præcepit. Qui abeuntes antequam exteriorem portam domus exirent, a cuſtodibus deprehenſi & capti, iterumque gravioribus vinculis arctati in eumdem carcerem ingenti cautela obſeratum ſunt retruſi. Quibus iterum rogantibus & ſanctiſſimi Lifardi juvamen cum fletu poſtulantibus, idem iterum Lifardus apparuit, & vinculis abſolutos & aperto carcere exire juſſit. Qui rurſus ante portam exterioris domus a cuſtodibus retenti cunctis mirantibus qualiter bis vincula dirupiſſent, & tam firmiſſimum carcerem tam ſubito evadere potuiſſent, ante matrem meam ut quid de eis faciendum eſſe præciperet ſunt adducti, quos cum ſollicite requiſiſſet quis eis vincula ſolviſſet, quis etiam carcerem aperuiſſet, cum magna fiducia reſponderunt B. Lifardum bis eis apparuiſſe, & ſolutis ſola ſua præſentia vinculis carcerem reſeraſſe, nullaque carcerali cuſtodia ſe poſſe detineri, quibus videns auxilium tanti non deerat Patroni.

4. Tunc mater ut nobilis & devota mulier divinæ voluntati & Reverendo Confeſſori reſiſtere amplius impium judicans Gillardum acceſſitum blande precari cœpit, quatenus tam evidenti miraculo non contradiceret, ſed homines a Sancto bis abſolutos liberos abire permitteret. Cumque vir obſtinatus & pertinax nullatenus ei vellet acquieſcere, nec divinæ virtuti quod factum fuerat imputare, vim ei quia beneficiarius ejus erat inferre noluit, ſed a domo ſua captos illos ejiciens cum ira & execratione profano illi reddi præcepit: quos cum ille vinctis poſt terga manibus ante Eccleſiam ejuſdem S. Lifardi traheret ira & ſuperbia tyrannica efferatus jurare cœpit tam arctiſſimæ ſe eos tradituram cuſtodiæ, quod neque Lifardus neque Lifardulus inde eos ullo modo poſſet eruere. Cum igitur miſeros illos ad domum ſuam quæ longe a Clauſtro erat feſtinans pertranſiſſet, crura eorum duabus magnis trabibus intercopulatis, & ad uſum tormenti ejuſmodi aptatis arctiſſime conſtrinxit, manibuſque poſt terga vinctis in obſcuro inferioris domus ergaſtulo cum magna diligentia clauſit, ſic per totam diem illam Dominicam fame ac ſiti duriſſimaque vinculorum attritione cruciati, cum fletibus ejulatuque maximo opem ſanctiſſimi non ceſſabant implorare Lifardi.

5. Cumque jam adveſperaſcente die prædictus tyrannus in porticu qui erat ante oſtium domus in qua illi clauſi tenebantur jam quaſi ſecurus & victor cœnaret, Sanctoque tamquam impotenti inſultaret, tertio Confeſſor egregius miſeris ſe vocantibus apparuit, omnibuſque vinculis eorum confeſtim reſolutis ſequi ſe illis feſtinanter imperavit. Qui protinus exurgentes dum clauſis omnibus exitum circumſpiciunt, pars muri quo claudebantur maxima corruit, eiſque limen reddens liberum, eundi aditum patefecit. Cujus ſtrepitu exterrerus tyrannus re percepta induratus & contumax Deo toties in Confeſſore ſuo mirabili reverentiam nullam exhibere voluit, ſed abeuntes cum armata manu inſequi cœpit; quem illico Dominus cum omnibus qui eum comitabantur ad declaranda Confeſſoris ſui merita tali cæcitate percuſſit, ut cum cetera circa ſe poſita more ſolito cerneret, illos tan-

tantum qui eum fugiebant, licet ante ſe prope etiam poſitos, nullatenus videre poſſet, neque quamvis fame & vinculorum attritione tardos conſequi, quouſque dux eorum & protector Liſardus cum ſummo gaudio populi undique concurrentis in Eccleſiam ſuam introduceret. SÆCULO XII.

6. Ter a Sancto ſolutos bis capi potuiſſe nullus miretur, qui Ægyptios duodecim plagis afflictos cum una ad cogendum eos obedire mandatis Dei ſufficeret, legi: & tot manuum Moyſi elevationes cum una præſtare victoriam Deo permittente valeret, audivit. Propter indurata enim & incredula hominum corda ſcrutator cordium Deus talia operari dignatur, ut magnitudine & frequentia miraculi ſtupefacti & convicti, non humanæ induſtriæ nec alicui fortunæ mobilitati opus divinum tam evidens imputare præſumant: & qui non uno detinentur errore, non una miraculi oſtenſione ad veritatis lumen redire cogantur.

Miles in ſanctum injurius cæcitate punitur.

7. Quam pius adjutor ſe humiliter invocantibus exiterit Confeſſor Chriſti Liſardus, dilectiſſimi Fratres, audiſtis: quam ſeverus ultor in Eccleſiæ ſuæ perſecutore ſit, ex unius exemplo vindictæ nunc obſecro perpendatis. Præcentor quidam & Præpoſitus Magdunenſis Eccleſiæ, ERUINUS nomine, terram S. Liſardi quæ eſt in loco qui dicitur *Alnetum*, per aliquot annos Canonicorum licentia ad uſus proprios excoluerat, ita ut ſingulis annis decimas ei redderet, aliosque redditus ex more perſolveret. Quo defuncto filius ejus EUDO BADINUS nomine ſupradictam terram quam pater ejus Eccleſiaſtici Procuratoris more tenuerat, hereditario jure poſſidere cupiens violenter invaſit, Canonicorumque boves quos illuc aratum miſerant fuſtigatos inde ejiciens, bubulcos cepit, & flagellatos via tandem abire permiſit. Quorum unus ſciſſis veſtibus, & ſanguine oblitus tempore quo Miſſa celebrabatur ad Eccleſiam venit, & rem ut facta fuerat Canonicis nuntiavit: qui non tantum ſua quantum innocentis hominis injuria permoti, non ponentes carnem brachium ſuum, ſed ſuper Dominum curam ſuam jactantes, mox ut Sacerdos *Pax vobis* dixit, de pacis ſuæ perturbatore ante Corpus Domini & ſepulchrum venerabilis Liſardi Eccleſiaſtico more clamorem facere cœperunt proſtrati: ſicque illic clamantibus accidit ut EUDO ille equo inſidens clypeatus rediret, & ſuperbo animo Canonicis adhuc multa comminans ante Eccleſiam per Clauſtrum arrogantet tranſiret. Cumque ad domum ſuam quæ Clauſtro contigua erat properans tenderet, percuſſus divinitus, cum magno gemitu ſubito exclamavit, ſed verbum ullum poſtea proferre non potuit: jamque non equum ducens, ſed equo ducente domum adductus iniquus aſcenſor deſcendere non potuit, ſed vix famulorum manibus exceptus & ad lectulum deportatus, doloribus tamen afflictus & tormentis nimiis, quaſi truncus inutilis jacuit, & qui exheredare Sanctuarium Dei præſumſit, tempeſtate Dei perſecutus, & ſicut ſtipula ante faciem venti captus poſt modicum temporis non comparuit.

Aliud miraculum de invaſore terræ cujuſdam percuſſo divinitus.

8. Quo audito ANNA ejus uxor & noti, partim hominis compaſſione, maxime autem tam ſubitæ ultionis divinæ miraculo commoti ad eum confluxerunt, & inſtanter eum quatenus & delicti pœnitentiam ageret, & piiſſimo Confeſſori Liſardo pro poſſe ſuo ſatisfacere admonere cœperunt: quorum ille admonitione magis quam devota cordis compunctione, ut rei exitus docuit, compulſus chirothecam ſuam amicis tradidit, & ſuper altare incliti Confeſſoris Liſardi, non verbis ſed quibus potuit tantum indiciis in ſatisfactionis ſignum præcepit poni. Scrutans vero corda & renes Deus, qui Antiochi ſuperbi preces & promiſſa ingentia diræ ægritudinis metu extorta contempſit, Judæque ſero pœnitentis pœnitentiam non recepit, coacta ſatisfactionem recipere noluit, ultricemque ſuam manum, in cujus horrendum eſt incidere tabulis, ab homine jam damnato non relaxavit, ſicque tribus quibus ſupervixit diebus, potus & cibi expers, creberrimos gemitus & alta ſuſpiria, formidabilemque dentium ſtridorem edens, cum magna aſtantium admiratione & terrore expiravit. Et qui modo viribus ſuis confiſus Eccleſiam Dei ejuſque clariſſimi Confeſſoris LIFARDI miniſtros infeſtare non timuit, in momento viribus deſtitutus, & tanquam olera herbarum cito decidens exemplum correctionis manifeſtum deteſtabili morte ſua ceteris dereliquit.

9. Ejuſdem ERUINI tempore cæcus quidam PETRUS nomine ad Eccleſiam S. Liſardi miraculorum invitatus frequentia a procul poſita regione adductus eſt, ibique per aliquot dies orando & auxilium B. Liſardi humiliter implorando amiſſum tandem oculorum lumen recepit. Qua de cauſa lætiſſimus redditus omni reliquo vitæ ſuæ tempore in Eccleſia illa ſe manſurum & B. Liſardo quibuſcumque modis poſſet famulaturum ſpopondit. Tali ſancto propoſito Eccleſiam mundare, tintinnabula ſonare, in feſtivis diebus ornamenta diſponere, ceteraque neceſſaria pro modulo ſuo diligentiſſime cœpit præparare. Hujus frequentiam & devotionem prædictus Eruinus Præcentor conſpiciens in domum ſuam eum ſuſcepit, qui ei caritative plus etiam quam neceſſaria miniſtravit.

Aliud miraculum de cæco ſanato.

10. Poſt aliquot vero annos humani generis inimicus & ſaluti hominis & gloriæ Confeſſoris Chriſti invidens, quem prius permittente Deo propter peccata ſua corporali privaverat viſu, mentis etiam excæcare aggreſſus eſt lumine, quatenus ablato prius interiori, exterius poſſet iterum facilius lumen extinguere. Equum ergo quem Eruinus optimum habebat, eidem Petro furari ſuggeſſit, & de facili quia familiaris erat, & ob occaſionem temporis, quia dies feſtus B. Liſardi, in quo minus caveretur, imminebat, facile callidus tentator perſuaſit. Itaque dum noctu more ſolito omnes vigiliis intereſſent, equum Domini ſui jam dictus Petrus aſcendit, & latenter diſcedens oppidum exiit, & uſque

SÆCULO XII.

ad locum Crucis publicæ nullo animadvertente pervenit, ibique mox permiſſione divina iterum a Diabolo exterioribus oculis excæcatus tota nocte per campos & vineas vagabundus erravit, & tamen equus quin ſemper ad prædictam Crucem Crucis contemptor reverteretur exeedere non potuit. Mane autem facto cum a vicinis locis undique fidelem populum ad Eccleſiam feſtivitatis gratia properantem audiret, cœpit clamare : Capite me fideles infidelem videntes cæcum, & ad Dominum meum cui equum iſtum auſu ſacrilego furari conatus ſum reducite, ut meritas fur & ſacrilegus luam pœnas, qui & hoſpitem prodidi, & egregium Confeſſorem cujus meritis illuminatus fueram uſque ad priſtinam cæcitatem offendi. Sic vociferans capitur, & uſque ad altara Reverendi Confeſſoris coram omni congregato ibi populo cum equo ipſo adductus videntium manibus deponitur cæcus, ibique juſtum Dei judicium confitens, & quia B. Liſardum graviter offenderat, hæc ſibi merito contigiſſe recognoſcens, per menſis fere unius ſpatium in cæcitate ſua permanſit, & hoc ſe meruiſſe pluſquam cæcitatem ipſam flere non deſtitit.

Qui propter furtum iterum cæcitate percuſſus.

11. Cujus afflictioni Canonici loci iſtius compatientes, piiſſimas aures Domini aſſiduis precibus pulſare, & ſæpe expertum benigniſſimi Liſardi auxilium unanimiter cœperunt implorare, quatenus contrito & humiliato parceret, & in eo cui jam ſemel ſalutem impetraverat, ad laudem & gloriam Dei & meritorum ſuorum evidentiſſimam declarationem etiam nunc miraculum geminaret. Quorum petitionibus piiſſimus interventor Liſardus non defuit, & non tantum exteriorum lumen oculorum cæco illi reddi a Deo impetravit, verumetiam mentis firmiſſimam poſtmodum illuminationem dari meritis ſuis apud Deum obtinuit. Sic nempe iterum illuminatus in ejuſdem Eccleſiæ aſtitit ſervitio, ut prius a præſenti luce quam a lucis ſuæ recederet obſequio.

Iterum lumen recipit.

12. Aliud quoque non prætereo miraculum, quod puer adhuc illo narrante qui liberatus fuerat, eadem qua factum eſt die non ſolus audivi. Italus quidam qui per viginti annos aurium privatus officio, nihil niſi ſignis intelligere poterat, poſt multa diverſorum Sanctorum implorata ſuffragia Magdunum veniens, Quadrageſimali tempore ſexta feria hebdomadæ ſanctæ Eccleſiam S. Liſardi orationis gratia cum duobus ſociis ſuis intravit, ibique ante tumulum beatiſſimi viri proſtratus diutius jacuit, & Deum ut ſibi per interceſſionem Sancti illius, cujus nondum nomen noverat, aures aperire dignaretur toto cordis affectu exoravit. Cumque duo ſocii ejus qui ei famulabantur, tantas moras orationis ejus graviter ferentes invicem conquererentur, & dicerent ſe non poſſe amplius tali tempore Aureliam pervenire, quo Crucem Dominicam ex more Dominico cum populo poſſent adorare, ille qui ſurdus fuerat jam non ſurdus, ſed apertiſſime audiens exclamavit : Audio fideliſſimi comites, Dei gratia audio, & divinum auxilium per tot Sanctorum domicilia quæſitum hic per hujus ſanctiſſimi viri merita cujus nondum etiam nomen audivi adeſſe mihi certiſſime ſentio. Nomen ergo ejus exquirentes Deo & tam glorioſo fideli ejus ex nomine gratias referamus, ne tanti beneficii largitori ingrati eſſe videamur.

Aliud miraculum de ſurdo curato.

13. Cum percepto ſanctiſſimi Liſardi nomine flentes præ gaudio immenſas gratias retuliſſent, diſcedentes mihi & Magiſtro meo viro erudito & religioſo Huberto nomine, qui me cum quibuſdam aliis honeſtis viris per diverſa Oratoria more diei illius circumduxerat, oblati ſunt : tunc ille cujus aures apertæ fuerant, magiſtrum meum hominem doctum & honeſtum ex ipſo inceſſu & habitu, ut fieri ſolet, percipiens, diligentiſſime ab eo inquirere cœpit, cujus patriæ incola B. Liſardus extitit, cujus conditionis ac propoſiti fuerit, quamque vitam gerendo ad Chriſtum pervenerit. Quæ ſingula magiſter ut vir peritus & eloquens breviter ei lucideque expoſuit, & ex læto lætiſſimum reddens ſufficienter inſtructum reddidit. Poſtquam magiſter loquendi finem fecit, Italus ille cum ſummo mentis affectu, Vera, inquit, Reverende Pater, te per omnia proſecutum credo, & longe majora quam de eo traditum ſit libris, præſentibus experimentis fuiſſe perpendo : aures enim meas quæ per viginti annos peccatorum meorum cauſa clauſæ fuerant, modo dum ante ſepulchrum ejus proſtratus miſericordiam Dei & interceſſionem illius ante cujus præſentiam aderam poſtularem, Dominus aperire dignatus eſt ; & quod mihi per tantum temporis ſpatium innumera Sanctorum patrocinia perluſtranti concedere diſtulit, ad declaranda glorioſi amici merita in momento temporis largitus eſt. Hymnos ergo & laudes Deo debitas reddite, qui tanto ac tali patrono patriam veſtram dignatus eſt illuſtrare. His dictis convertens ſe ad Eccleſiam B. Liſardi humiliter flexis genibus gratias retulit, & cum exultatione maxima diſceſſit.

Auctor teſtis.

14. Apud Balgentiacum *a* Pontius quidam nomine, genere Allobrox *, in uno & horrendo firmiſſimæ ac denſiſſimæ turris caſtri illius carcere tenebatur captus, gravibuſque vinculis & jugi macerabatur inedia. Hic ergo omne humanum ſibi deeſſe cernens ſolatium, ad divinum confugit, quod nulli fideliter petenti denegatur auxilium. Plurimorum itaque Sanctorum patrocinia invocans, B. Liſardi & prope poſiti & miraculis tunc temporis opinatiſſimi memoriam frequentius cœpit agere & ſpecialius fuſis lacrymis ſe ei commendare. Quadam ergo nocte vigilanti & oranti toties vocatus Confeſſor apparuit, & a carcere eum confeſtim diſcedere juſſit. Tunc ille ingenti admiratione obſtupefactus cœpit requirere quis eſſet, qui tali tempore tam firmiſſimum carcerem intrare potuiſſet. Cui Sanctus ſe Liſardum quem toties invocaverat eſſe reſpondit, & liberandi eum cauſa veniſſe ſubjecit. Cujus nomi-

Aliud miraculum de captivo ſoluto.

* Savoyart.

a *Baugency* oppidum decimo infra Aureliam milliario ſupra Ligerim.

nomina audito lætiſſimus ille cui loquebatur redditus cœpit ab eo perquirere, qualiter vinctus compedibus omnibus clauſis poſſet exire. Tunc Sanctus parvulam ei feneſtram oſtendens, quæ nec ſemipedalis latitudine, nec cubitalis altitudine unicum carceri miniſtrabat lumen, per illam eum ſequi ſe præcepit. Quod ille quaſi impoſſibile reputans, dum feneſtram illam permodicam neque ſine ſcala ſe poſſe eam conſcendere reſpondiſſet, Sanctus quaſi tacite puſillanimitatem ejus & inobedientiam exprobrans receſſit, nec ei ultra nocte illa apparuit. SÆCULO XII.

15. Alia vero nocte dum flenti ei & oranti iterum Sanctus apparuiſſet, & ut prius per eamdem feneſtram eum exire juberet, idem a miſero reſponſum dubitationis accepit, & ut prius dubitantem & inobedientem relinquens diſceſſit. Tertia quoque nocte graviter ejulanti & B. Liſardi ſæpius nomen in oratione iteranti ad quod vocabatur Sanctus miſero aſſuit, & pigritiam vecordiamque ejus increpans ſequi ſe abſque ulla dubitatione imperavit. Quem ille protinus uſque ad prædictam feneſtram ſequens, dum de aſcenſu & exitu ejus hæſitaret, ante a compede ſolutum feneſtram aſcendens ſe ſenſit, quam ſe a terra receſſiſſe. Cumque jam de aſcenſione ſecurus exitum circumſpiceret, ingentes denſiſſimi muri lapides quaſi terrefactos ſibi vidit cedere, & ampliſſimum exitum cedendo præbere. Toto itaque corpore emiſſo manibus tantum a feneſtra dependens, dum gravem alto præcipitio caſum utpote jejunio debilis & gravis compedibus extimeſceret, terram quæ in præſentia Sancti præ quodam quaſi gaudio intumuerat, pedibus ſenſit, & ejus adminiculo ſultus illæſus deſcendit. Sic ereptum Sanctus uſque ultra exteriorem oppidi portam duxit, ibique ne amplius timeret admonens, ab oculis ejus evanuit.

16. Tunc ille qui præ nimia admiratione in extaſi & quaſi in ſomnio poſitus fuerat, ad ſe reverſus extra oppidi munitionem ſe eductum reperit, & uno compede ſe eſſe ſolutum recognovit. Immenſas igitur Deo & piiſſimo Confeſſori Liſardo gratias referens, Magdunum qua poterat feſtinatione petere cœpit. Interea cuſtodes qui ante oſtium carceris excubabant, diſceſſu ejus ex hoc quod vocatus non reſponderet, comperto, conſervorum etiam undique contractis auxiliis, canibus etiam ad inveſtigandum eum ſecum aſſumptis, quem Sanctus eduxerat quaſi furem & effractarium cœperunt inſequi. Ille vero per ſtrepitum hominum canumque latratum cuſtodes ſe inſequi animadvertens procul adhuc ab eis a via declinavit, & tam bene expertum & adjutorem ſuum piiſſimum Liſardum toto mentis affectu ſibi adeſſe depoſcens, in quadam ſegete quæ denſa illic excreverat latitavit; ad quem canes dominorum ſuorum pervii ſagaci olfactu pervenientes, eo viſo protinus omni latratu intermiſſo, & divina virtute quæ eum comitabatur exterriti recedendo fugiebant, & longe ab eo remoti averſique latrabant, ſicque dominos ſuos deceptos in diverſa ducebant. Picæ quoque quibus eſt mox garrulitate ſua & importunitate latentes prodere, jam luceſcente die ſuper eum volitabant, viſoque eo cum ſilentio confeſtim redeuntes, & ut procul evolaverant, tunc acſi ibidem aliquem inveniſſent improbis vocibus perſtrepebant; ſicque canum latratibus & picarum garrulis clamoribus perſecutores illi decepti & per avia diſcurrendo defeſſi, triſtes & confuſi ſole jam terris reddito ad propria ſunt reverſi.

17. Tunc ille qui latebat clamoribus præ longinquitate paulatim evaneſcentibus hoſtes recedere ſentiens, & ducis ſui protectione confidens feſtinanter Magdunum pervenit; & dum adhuc prima die Dominica poſt Paſca nona lectio in Matutinis legeretur, adjutoris ducisque ſui Liſardi Eccleſiam lætiſſimus intravit, confeſtimque coram omni aſtantium multitudine ante ſepulchrum S. Liſardi proſtratus, dum Deo ducique ſuo gratias ageret, clavus ferreus quo compes ille reſiduus tibiæ hærebat, abſque aliquo humano tactu reſiliit, & cum magno ſonitu ſuper pavimentum cum compede cecidit. Ad quem ſtrepitum omnibus qui aderant concurrentibus, & qualiter hoc contigiſſet requirentibus, prædictus Pontius ſeriatim quæ facta fuerant retulit, & quaſi quoſdam verbi ſui teſtes compedes ſuos ſuper altare repoſuit. Quo percepto Clerici pro Dominici diei ſolemnitate, etiam pro tanti miraculi perpetratione geminato gaudio, *Te Deum laudamus* altiſſimis vocibus eccinerunt, & tota die illa cum eodem Pontio in Dei laudibus & clariſſimi Liſardi evocatione exultantes aſtiterunt.

Aliud miraculum a fratre Bernardo Magdunenſi Canonico dictatum.

18. CUM in gravi diſcrimine conſtituti, multoque luctamine maris & aeris duo fratres cognomine LES POTARS, GUILLELMUS videlicet & ALBERTUS elementorum ſævitia crebreſcente jam de mortis effugio deſperarent, confitentes miniſtro Domini mala quæ geſſerant, Dei ſubſidium & ipſius miſericordiam ſuper cunctis exceſſibus implorare cœperunt. Ad contriti cordis anguſtiam accedit Dominus, & in eo potenter inhabitat, & ſinceri peccatoris accepta contritio viſionem Angelicam promeretur. Laborantes enim ſicut jam diximus, & in voto finem reatibus imponentes S. Liſardum viderunt aſſiſtere tenentem baculum in manu dextera qui vulgari vocabulo nuncupari potentia *a* conſuevit. Aſtabat igitur in ſtola candida, colore candido, viva facie, vultu fulmineo, ſuccinctis renibus, exertis humeris pugnatori ſimillimus expedito. Requirebat inſuper a jam dictis mi- Aliud miraculum de duobus fratribus a mortis periculo ereptis.

a Galli noſtrates fulcrum ſubalare *potence* patrio nomine appellant.

SÆCULO XII.

militibus ſui juris decimam, invaſores cujus extiterant, & a longo jam tempore detentores: Eſt enim villa in Belſa * vicina Puteolo quam *Domini villam* vocant, cujus decima violenter ac nequiter occupata prætaxati fratres fraudaverant Confeſſorem. Unde factum eſt ut de viſu terribili Confeſſoris memoratis fratribus incuſſa formidine, temeritatis errorem & præſumptionis audaciam faterentur.

* la Beauſſe.

19. Sed peccati confeſſio non facit ad veniam, niſi pœnam excipiat pœnitendo. Pœnitentes ergo non corde ſed labiis, & voventes de cetero, quamvis erant indigni venia, quia tamen voto ſe firmiter aſtringebant, ſuffragante prece ac merito Confeſſoris ab imminenti periculo ſunt erepti. Reverſos igitur a ſepulchri Dominici viſitatione promiſſionis conditio compellebat abjuratum facinus omnino dimittere: ſed humanæ cupiditatis contagium eos catenus inquinavit, quod voturum immemores, & evaſi periculi conſuetam manum ad decimam extenderent.

20. Factum eſt autem ut adverſus unum de Fratribus ALBERTUM nomine non multi temporis evoluto curiculo, poſt ejus reditum ab Hieroſolymis a ſtrenuiſſimo juvene WILLERMO DE ARTENEYO ſuper quodam fundo calumnia moveretur. Laborabat autem cautela plurium & conducta facundia ſopire calumniam; ſed quod Dei judicio proviſum fuerat propter humanæ cupiditatis inſidias & venalem aſtutiam, non debebat nec poterat impediri. In hoc litis articulo ſecedunt cauſidici, Cambiones *a* in area relinquuntur, concurrunt communiter & pugnant acriter, nec de fundo jam agitur ſed de morte contenditur & ſalute. Confidebant ambo de viribus, & membrorum diſpoſitione præſumebant, & honorem certaminis expectantes cum majori fiducia dimicabant. Sed evenit dum pugna fieret, ut Beatus ille Confeſſor Liſardus ad Alberti clypeum manus extenderet, & ad terram ipſum humilians per umbonem tenaciter apprehenſum proſecutori ſuo adverſis ictibus feriendum liberius aperiret. Ad hunc viſum infremuit Alberti ſpiritus & timore confuſus, & ſuæ cladi pariter imminere conſiderans, & agentem alacriter pro fundo juvenem & offenſum pro decima Confeſſorem. De fraterno metu Willermus inhorruit, & jam fratre formidine colorato ad ictus languidius accedere, receſſum pugilum & quietem breviſſimam a campi cuſtodibus obtinere promeruit, & miſſis nunciis MANASSAM *b* Epiſcopum Aurelianenſem advenire celeriter impetravit.

Duellum pro diſſidio certæ cujuſdam.

Liſardus exarmat ingratum hominem.

21. Adventus autem Epiſcopi memoratis fratribus accrevit lætitiam: nam eo medio compoſitionem certiſſimam expectabant. Audierant enim & ſæpe viderant prætaxatum Epiſcopum graves diſcordias, & de pacis beatitudine deſperantes, interventus ſui peritia terminaſſe. Sevocantes igitur in partem Epiſcopum viſionem ei quam diximus explanarunt; & peccato tranſgreſſionis expoſito Confeſſori Domini ſui juris decimam per manum Epiſcopi reddiderunt. Unde factum eſt, ut idem Epiſcopus ſupradictos milites a reatu tranſgreſſionis abſolveret, & præfatam calumniam de fundo utrique partium aſſignata juſtitia ſopiret.

Reſtitutio decimæ uſurpatæ.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

VITA S. SAMSONIS EPISCOPI DOLENSIS IN ARMORICA.

Duobus libris ſcripta ab Auctore anonymo ſubæquali.

Eruta e MS. cod. Ciſterc. a R. P. D. JACOBO DE LANNOY, *collata ad apographum Conchenſis Monaſterii; diverſa prorſus ab ea, quam Joannes Boſcius edidit in Bibliotheca Floriacenſi, & ab ea quam Baldricus Epiſcopus Dolenſis Sæculo XII. ſcripſit.*

PRÆFATIO AUCTORIS AD TIGERINOMALUM EPISCOPUM.

Auctoris excuſatio.

1. RELIGIOSORUM memoria compulſus, medullituſque quamplures Patrum in ſuis tam actuali quam theorica vita quodammodo perſpicaci intentionis acie quaſi cœli luminaria admiaiculatim fulgentes, intellectualibus (ne ita dicam) ſenſibus totam eorum corpore & anima imaginem, id eſt ſecundum Deum & hominem intuitus ſum. Dumque exiguitatem parvitatis meæ perſpicerem, utpote noviſſimè hujus temporis idiota, parum intelligens minuſque compertus de vaſtiſſimis ſanctarum ſcripturarum compoſitionibus, ob id tremefactus, quippe indignus ad id quod tuo ſpeciali ſenſu cœlitus illuminatus opus exercere, o beatiſſime ſedis Apoſtolicæ Epiſcope TIGERINOMALE *c*, me cogaſti; ut indignum me atque incongruum ante pravæ conſcientiæ meæ teſtimonium

a Legendum videtur Campiones, *Champions*. Sic enim Galli vocant pugiles, qui in campum pugnandi gratia deſcendunt.

b Fuere hujuſce nominis Epiſcopi Aurelianenſes tres, unus anno 960. alter 1145. poſtremus 1210. Sedem occupabant. Ad ſecundum vel tertium hic locus referendus videtur ob cognomen num. 18. memoratum, quod poſteriora ſæcula denotat.

c Tigerinomalos non alius videtur a Tiernomailo, quem Paulus Epiſcopus Leonenſis poſt Joheviom ſuum ſucceſſorem Sedi Leonenſi impoſuit, ut in vitæ ejuſdem S. Pauli cap. 17. legitur. Quo ex loco hujus Auctoris ætas colligitur.

nium coram omnipotente Deo cacuſo : quia (ut eſt humanæ infirmitatis jactitare atque in CIRCA AN. ſoperbiæ notibus eatolli) arroganter imprudenterque multi faciunt , atque io hujus mondi 565 fluctibus hoc illucque per vagam mentis inſtabilitarem ad id quod non poſſuot, incaute permatare contendunt ; ſed iu ſuis pravitatibus reconſi , ad id quod poſſune revertontur . Et 28. Julii. ideo pennata illa animalia , quæ in ſancti Ezechielis Sacerdotis primo viſu legimus, quatuor pennas habentia, alteras duas ſurſum levantia, atque aliis corpora contegentia, omnes Sanctos ſcilicet ſignificant : qui etſi humanis (ut eſt moris) oſſibus tatulluntur , tamen eorum infirmitates cognoſcentes ante Dei omnipotentis immioentiſſimam majeſtatem virtutes quas habent , verecundiæ atque homllitatis velamine tegunt . Ego vero promiſſo ſancti Spiritus atque illuſtratæ ſclentiæ ſcintilla ſuccenſus , huic officio licet indignus , tuiſque eahortationibus provocatus parvitatem meam tuæ dilectioni promptam præbebo. Itaque jubes, o dolciſſime, ut pauca in Catholicis ac veris ſtilis de ſancti SAMSONIS meotione atque oraculis verba pertractem , atque in hujus operis labore ac profonditate formidoloſus , inobedientiæ lapſum præcavens , id ad quod tuis ſanctis verbis invitur , omnipotentis Dei inſpiratione aggrediar.

2. Primo autem omnium credi a me vos volo, quod non juxta adinventionis meæ temeritatem, nec juxta inordinata & incompoſita audita, hæc verba collecta ſunt; ſed juxta hoc quod a quodam religioſo ac venerabili ſene, io cojus domo quam ultra mare ipſe ſolus Samſon ſundaverat ille pes octogenarios fere annos Catholicam , religioſamque vitam docens , propiſſimiſque temporibus ejuſdem ſupradicti ſancti Samſonis mater ejus tradidiſſe avunculo ſuo ſanctiſſimo Diacono (qui & ipſe Diaconos conſobrinus eſſet ſancto Samſoni) mihi veraciter affirmabat: multaque de ejus admirabilibus geſtis ad me miſericorditer referens, & non ſolum hoc, ſed etiam quamplura ac delicata de ejus prodigioſioribus actibus, quæ citra mare in Britannia ac Romania *a* mirabilioſe fecit, verba ſupradictus ſanctus Diaconus, HENOCUS nomine, congrois ſtilis polita ultra mare adportavit, & ille de quo nuper præfati ſumus venerabilis ſenex ſemper ante me in iſto Monaſterio commanens, pie legere ac diligenter faciebat : & ideo dignum non eſſe putavit , ut hujus fortitudinis immenſitatem ab Omnipotente per ſanctum egregium ac ſanctiſſimum virum Samſonem operatam oblivioni tradere voluiſſem.

Auctoris fides & ætas

S. Samſonis antiqua acta legi ſolita.

3. Duabus enim ex cauſis (niſi tua ſancta ac provida exhortatio ad meam adſuiſſet parvitatem) iſta tam ſancta immo tam pulchra atque immenſa per hominem ſopradictum Deo auctore operata miracula memoriæ præbere non audebat. Primo , quia me valde indignum; utpute peccatis meis arcentibus me , atque incongruum rantæ narrationi huic decreveram : quia (ut ſum ultimus) obtrectationes aliorum Fratrum diverſe ſentientium vitare volebam : ne quod fieri ſolet a quibuſdam tam peritis , quam etiam (quod eſt ſæpius) & ab imperitis præſumptuoſis ac temerariis io hac tanta inaudita, immo & ab illis de incomperta loquela judicarer . Altera vero in hujus noviſſimi temporis ſpatio brevi iſtud tam arduum quam (ut jam dixi) incredibile a quibuſdam opus eſſe credendo ingredi metuebam . Sed te , o beatiſſime Papa, ſuggerente, & profecto * inde legentibus & audientibus volente, hoc quod de iſto egregio ac ſancto viro pro certo tenebam in mea memoria, negare non potui.

* *f.* profectum.

4. Et ne quibuſdam ad dubia veniant ea quæ huic ſtilo tradidi , Chriſtum omnium noſtrorum Salvatorem ac teſtem habeo , quod non pro aliqua humana , vel ſallacia, vel conjectura, ſed pro his quæ apud ſanctiſſimos ac compertos admodom viros, necnon & pro ſeduliſſimis ac pulcherrimis litteris , quas Catholice ac indubitanter a ſupradicto Diacono io eodem Monaſterio conſcriptas reperi , hæc pauciſſima admodum verba memoriatis litteris tradere conatus ſum , pauca de multis colligens , quatenus faſtidioſa non eſſent ad legendum , ſed capedita, Deo adjutore, pararentur ad profectum . In principio vero noſtri operis adeſſe nobis precamur auxilium Domini noſtri JESU-CHRISTI, cujus virtutes ac magoifica opera per univerſum Orbem terræ io ſanctis ſuis clara ac ſtupenda habentor , ut mihi miſero Indigno ac ſatis peccatori gratum ac proſperum iter præbere dignetur ad hoc quod aggredi volo, non pro meo merito, ſed pro tanti nominis viro.

Auctoris obteſtatio de hujus hiſtoriæ veritate.

LIBER PRIMUS.

1. IGITUR ſanctus SAMSON Demetiana *b* patria nobilibus atque egregiis ſecundum ſæculi dignitatem parentibus alitos eſt . Sed illud miraculum quod de eo ante ejus conceptionem in utero matris ſuæ Dominus omoipotens monſtrare dignatus eſt, ob mirificandum ſcilicet Sacerdotem Dei populis profuturum ſilere non cenſeo . Hæc enim prima de ſe , licet ante ſe, at mirifica dignatio fuit. Nam pater ejuſdem ſancti Samſonis (ſicut jam dixi) Deme-

Samſonis patria & parentes.

a Id eſt Galliis , nam Galli antiquitus etiam Romani vocabantur . Vide infra num.60. & 61. & lib.2. num.10. Fortunatus in Vita S. Medardi Epiſc. Noviom. *Mater ejus Romana , nomine Protagia* quod nomen ad Luitprandi Ticinenſis tempora , hoc eſt ad Sæculum X. in uſu fuit . Nam in lib.1. cap 6. De Guidone Comite Spoletano agens , *Cumque* , inquit , *Burgundionum regna tranſeunt , Franciam quam Romanam dicunt , ingredi vellet* &c. Id tamen Aquitania ceteriſque Provincialibus cis Ligerim , quod lege Romana viverent , ut proprium nomen vindicat Dadinus in lib 3. de Reb. Aquit. cap.8.

b Demetia , aliis Dimetia , Cambriæ ſeu Walliæ pars occidentalis , *Dified* hod e a Britannis vocitatur , mutato M. in F , pro linguæ idiotiſmo .

CIRCA AN. 565 28. Julii.

* al. Deventia.

metiano ex genere AMON nomine, & ejus mater Dementia * provincia proxima ejuſdem Demetiæ ANNA nomine. Convenientibus itaque coæqualium patrum unitis conſiliis ſecundum omnipotentis Dei diſpenſationem nobiliter conjuncti ſunt; parentes vero eorumdem conjugum altrices Regum utriuſque provinciæ pro certo ſcimus, ſiquidem & in aliis ejuſdem ſancti Samſonis emendatioribus geſtis, atque ibidem propinquioribus ita conſcriptum indubitanter comperimus, & in nominibus offerentium utroeumque parentum nomina ſingula juxta ſancti Samſonis altare ad Miſſam cantandam legere quammaitis vicibus audivi. Nam huic Amoni patri ejuſdem ſancti Samſonis frater fuit UMBRAFEL & huic nihilominus matri ejuſdem ſanctæ Annæ ſoror fuit AFRELLA nomine; boni ambo fratres, bonæ ambæ ſorores, de bonis utpote parentibus progeniti. At vero junior frater Amonis Umbraſel ſororem ſupradictæ Annæ Afrellam monitis, ac juſſis parentum uxorem ſibi duxit; ſed & ipſa Afrella ſuæ ſorori ſupradictæ erat junior.

Mater ſterilis.

2. Poſt non multum autem temporis convenientibus illis ſecundum eorum dignitatem in pace ipſa Afrella concepit, & peperit filium. Sed quid eſt opus rem protelare? tres filios ante ſuam ſororem habuit: ipſa vero Anna jam jamque ab omnibus vicinis, ac notis ſuis quaſi averſa ac ſterilis putabatur. Deſperata itaque feminei uteri fetu, non pro ætatis, ſed pro naturæ inæqualitate cum ſua ſorore triſtatis parentibus, flebili ac mœrenti admodum matri conſolatio ab omnipotente Deo adeſt. Nam eleemoſynis frequentibus ac ſæpiſſimis jejuniis ipſa Anna cum ſuo marito ſemper incumbebat. Evenit autem ut die feſto ad Eccleſiam convenirent, & ibi ſermocinationem inter multos audirent de Librario quodam longinquam terram Aquilonis habitante, & quem a multis provinciis appetitum, quia omnes qui ad eum venire conſueverant, quid illis dixiſſet, pro certo habebant. Certatim itaque deſtinantibus multis de Eccleſia eodem die comitari ad eum interrogandum, Amon ille hæc audiens læto animo una cum ſua uxore Anna ad eumdem magiſtrum cum illis iter dirigere fecerunt.

Uterque parens piis operibus vacat.

Vatem de futura prole ambo conſultum eunt.

3. Actum eſt autem, ut confecto tanti itineris labore poſt tandem diem tertium ad locum, ubi magiſter librariuſque commanebat, pervenerunt, ibique magiſtrum illum cum populis multis ſedentem, ac de cauſis ſingulis multa diſputantem repererunt. Tum vero Amon munera offerens, & genua ante eum pariter cum ſua uxore provolutus, ſupplicitet precabatur, ut ipſe eorum cauſæ ſuum animum diligenter apponeret. Tunc ut magiſter ille de aliis cauſis graviter circa ſe concinnantibus ſilentium fecit, ac pro bonis perſonis & longinquis viatiteis ſedale interrogans ac ſemper ſubridens, O, inquit, filioli pro tam prolixo itinere veſtri laboris cauſam narrate mihi. Aperiente itaque Amone os ſuum, cum ingenti lætitia compeſcuit eum magiſter dicens: Cauſam ſcio adventus veſtri, quia uxor tua hucuſque ſterilis fuit, & nunc credo quod divina miſericordia aderit. Tu vero fac virgam argenteam coæquatam uxori tuæ, & da pro anima illius, & deinde Deus omnipotens ſuſcitabit vobis ſemen ſecundum voluntatem ſuam, & ſecundum placitum deſiderii veſtri. Quo audito ille hilariter dixit: Tres ego virgas dabo argenteas coæquatas ſibi.

Vatis ad illos reſponſum.

4. Videns autem magiſter intellectum & prudentiam viri, manere apud ſe in hoſpitium fecit, quouſque poſt laſſitudinem viæ nocte inſecuta corpuſcula ſua ſopori dediſſent, atque ita quieſcenti mulieri Annæ per viſum Dominus monſtrare dignatus eſt; O, inquiens, mulier firma in fide & ſtabilis in Dei dilectione, perſeveranſque in prece, felix es, felixque uterus tuus, felicior fructus uteri tui. Ecce Deo jubente Sacerdotali officio condignus factus eſt partus primus quem edes: nam tuus uterus concipiet, & prægnabit & pariet filium, & primarius illius partus ſepties candidior erit argento illo, quod tuus maritus donavit pro te Deo. Tremebunda itaque mulier facta, necnon & læta pro nimietate viſionis, & pro fulgore aſſiſtentis ſibi & loquentis apud ſe Angeli Dei, & pro concupiſcentia ſperati partus, atque pro verecundia, (ut eſt moris bonarum feminarum) nihil omnino reſpondere poterat. Ad quam Angelus leniter fatur: Ne timeas, inquit, mulier, neque diffidas: Dominus enim confortare dignabitur mœrorem tuum, & lacrymæ tuæ vertentur tibi in gaudium; ecce habebis prolem, & primarium filium SAMSONEM vocabis; hic erit coram omnipotente Deo ſanctus & Sacerdos ſummus, & fidem hujus rei in mane habebis per magiſtrum illum ad quem veniſtis.

Apud eum hoſpitantur.

Ab Angelo de prole fiunt certiores.

5. Expergefacta mulier a ſomno, cuncta quæ vidiſſet & audiſſet viro ſuo per ordinem replicavit. Gaudentibus autem illis, atque invicem tractantibus reciproca lux adfuit diei; cum illi pro itineris prolixitate mane levantes præparaverunt ſe veſtimentis, magiſterque illis antequam iter captarent adſait exultans, ovanſque. Beata, inquit, es o femina, beatuſque uterus tuus, beatiorque fructus ventris tui: mihi enim hac nocte Dominus dignatus eſt revelare de te & de tua prole. Nam primus partus tuus ſummus a Deo Sacerdos deſtinatus eſt; & hunc ut pepereris SAMSONEM vocabis, & poſtea legitimo tempore trades eum diſciplinis diſcendis. De Britannorum ergo genere talis non fuit, neque erit utpute ſacerdos multis profuturus. Benedictis autem illis abierunt domum læti, ac pacifici.

A Vate diſcedunt cum gaudio de fauſto prænuncio.

6. Nec mora, Dei promiſſio adeſt. Itaque mater cum gaudio concipit, cum lætitia prægnat, cum proſperitate parit dilectum Dei primogenitum filium ſuum. Tum omnes eorum vicinos, ut hoc audierunt, gaudium ingens invaſit, gratias Deo referentes, quod mirificaverat Dominus miſericordiam ſuam cum illis. Nutrito itaque nobiliter ſecundum nobilitatem patrum nobili eita filio, baptizatur, nomen imponentes ei juxta quod in promiſſione ſue-

Samſon naſcitur ac baptizatur.

CIRCA AN. 565
28. Julii.

fuerat ſortitum, & felici matre admodum ſollicitante, de infantiæ ejus ac joci munditia ſatis ſuperque die ac nocte ſatagebat, ne in aliquo vel minimo puncto pars Deo deſtinata ac multis profutura pollueretur, circumplectente & conſervante illum integrum divina providentia: locus enim ejus felicis matris blandimento, ac ſedulitate ad meditandum ſcripturas & legendum aſſidue, vel ſcribendum aliquid utile fiebat, quod poſtea veritas probavit rei. Nam cum eſſet annorum circiter quinque, ille ſolus tota puerilis animi affectione Chriſti ſcholam ſatis adire voluit: ſed pater ejus mutata vice ac perverſo contra Dei voluntatem ac dictum ordine, & maxime malevolis conſiliariis atque amicis ſuis ignorantibus totum illud abſconſum miraculum quod antea fuiſſet factum, filium ſuum fieri Clericum contradicebat: indignum valde judicans Clericatus officium, vicinis ſuis dehortantibus, utpote qui ſemper miniſter terreni Regis fuiſſet, quique Reges nutrire deberet: adeo ut conflictus indeſinens inter ambos parentes die noctuque fieret, volente matre filio ſuo meliorem partem ſecundum Angeli vel Sacerdotis obteſtationem.

A Matre ſollicite informatur. Pater eum retrahere a Scholis & Clericatu conatur.

7. Volventibus autem illis alia, nocte quadam adeſt cœleſtis increpatio Amoni per ſomnium, multum minans ſi partem ſuam ſibi deſtinatam ille prohibere auderet. Amonem autem tantæ viſionis admiratione a ſomno expergeſactum timor ingens invaſit, ac de lecto ſurgens, atque in terra ſe proſternens quantulumcumque commiſſi, licet parvi, pœnitudinem feſſit, atque nihil contra Dei voluntatem de filio ſuo amplius ſe acturum tota fide promiſit. Illico vero erumpente luce Amon ſine ulla mora filium ſuum duci ad ſcholam compulit, dicens: Non moremur, o conjux, filium noſtrum, immo potius Dei filium ad ſcholam ducere. Nam Deus cum illo eſt, & nihil contra Deum agere debemus: cunctaque quæ viderat ea nocte de illo conjugi ſuæ replicavit. Tum illa ovans, jamque prægnans ac de lecto ſurgens, toto cordis affectu magnificabat Dominum in cunctis beneficiis ſuis quæ miſericorditer præſtiterit illis, atque una, eademque hora unanimes æqualiterque ſurgentes pari animo ducere filium ſuum ad ſcholam egregii magiſtri Britannorum ELTUTI nomine perrexerunt. Qui & ipſe Eltutus de Diſcipulis erat ſancti GERMANI, & ipſe Germanus ordinaverat eum in ſua juventute Presbyterum. Ille vero Eltutus de totis Scripturis veteris ſcilicet ac novi Teſtamenti, & omnis Philoſophiæ generis, Geometriæ ſcilicet ac Rhetoricæ, Grammaticæ, & Arithmeticæ, & omnium artium Philoſophiæ omnium Britannorum peritiſſimus erat, genereque magicus ſagaciſſimus, & futurorum præſcius: in cujus magnifico Monaſterio ego fui, cujuſque mirifica geſta ſi per ſingula dirimamus, ad exceſſum de incepto ducemus: unum tamen ad confirmandam noſtram rem, referentibus nobis Catholicis Fratribus qui in hoc loco erant publicamus in medium.

Sed cœlitus correptus ſententiam mutat.

Samſon Eltuti diſciplinæ committitur.

Eltuti elogium.

8. Nam cum ægritudine mortis carnis urgeretur, duos alios Abbates ad viſitandum ſe venire fecit, unus IAANNUS vocabatus, alius ATOCLIUS. Ut enim vidit eos, utrumque ſecundum morem ſalutans, ita exorſus eſt: Gaudeo, inquit, Fratres dilectiſſimi, ad adventum veſtrum, quoniam tempus tranſitus mei ac dormitionis meæ in Chriſto adeſt, & vos debitum mihi obſequium præbebitis. Sed confortamini, Fratres, quoniam pariter & ad vos jamjamque prope eſt poſt me cœlitus miſſus mundi de corpore, uno quidem tranſitu, ſed diverſo eventu tranſitus. Ego quidem hac nocte præſentibus vobis medio ferme noctis Angelorum manibus percipiar, itaut in aquilæ ſimilitudinem duas pennas aureas habentis animam meam frater meus Iſannus videbit cum ſanctis Angelis volare ad cœlum: & poſtea quinto decimo die frater noſter Atoclius de corpore ibit, & frater meus Iſannus animam illius pariter videbit, in aquilæ quidem typum, ſed duas plumbineas pennas habentis graviter volitare: & poſt quadraginta dies iterum frater Iſannus & ipſa æqualiter cum eo caitu, cum eoque typo feliciter perveniet ad Chriſtum. Sed tu frater Atocli multum concupiiſti ea quæ mundi ſunt, & ideo pennatis quidem animalis typus eſt mundi, ſed auri munditiam ob tuam in tuis alis avaritiam non habes: mundus vero es tu propter tuam antiquam ſanctitatem de tua infantia hoc uſque ſervatam, ſed gravidus es in tuis pennis propter plumbeum avaritiæ pondus. Deus autem omnipotens dignetur evellere a te has pennas. Hæc & multa his ſimilia dicens per diem & noctem multum commemorans, ſicut ipſe dixerat, media ſere nocte valedicens Fratribus de hac carne cum hymnis & choris ac venerationibus ſolitis feliciter exiit, animamque ſuam per imaginariam ſpeciem quam ipſe dixerat, beatus Iſannus vidit, & alterius fratris ſimiliter animam, ſicut ſenex dixerat, cernit, & vix per ejus ſuggeſtionem & ſanctorum orationes ac Miſſas multas cantatas redempta fuit, itaut ipſe ſolus vidit eam in melius reparatam, ac de peſſimis peccatorum ſuorum vinculis abſolutam, & hæc cuncta Fratribus indicavit, & omnibus eis in admiratione fuit, & ille nihilominus die condicto & ſimili exitu ſecundum ſenis promiſſionem feliciter pervenit ad Chriſtum. Sed ad id redeam unde digreſſus ſum.

Eltutus mortem ſuam ac duorum Abbatum prædicit.

NOTA Miſſas pro defunctis.

9. Hic itaque ſanctus Eltutus, cum electum Dei puerum ſanctum Samſonem oculis vidiſſet, ac de manu ſuæ matris cum donariis quæ cum illo parentes ejus adportaverant, ſecundum morem excipiens amanter eum deoſculaſſet, reſpiciens in cœlum & benedicens eum ita exorſus eſt: Gratias agimus Deo, qui luminare hoc nobis indignis noſtra de gente in terra accendere dignatus eſt. En auguſtum omnium noſtrum caput, en Pontifex ſummus multis citra ultraque mare profuturus, en egregius omnium Britannorum Sacerdos, en peritiſſimus omnium Eccleſiarum poſt Apoſtolos fundator. Hæc audientes parentes ejus plus de eo voluerunt audire, Sanctus vero Eltutus ita reſponſum reddidit: Non eſt meum hoc

Samſonis futuram ſanctitatem prædicit Eltutus.

dico-

CIRCA AN. 565

dicere vobis; nec veſtrum eſt a me interrogare, tempus enim eſt tacendi, & tempus eſt loquendi, puerum autem iſtum tradite mihi ad diſcendum.

28. Julii.

Samſon litterarum elementa cito addiſcit.

Jejunium colit.

10. Egredientibus autem parentibus ejus manſit ipſe cum ſupradicto magiſtro, non (ut moris infantum eſt) aliquo fletu poſt matrem, patremve motus: ſed quaſi a ſuis primis cunabulis inibi nutriretur, immobiliter ac delectabiliter manſit. Mirum in modum ſub uno eodemque die vicenas eleas *, teſſeraſque agnovit totas, nec opus ei fuit amplius monſtrare, & (quod eſt mirabilius his omnibus) ſub hebdomadis diebus harum litterarum diſtinctiones per conjunctiones verborum revelante Deo potuit ſcire. Nam in legendo ita tenuis erat mens ejus, ut quantum humanus ſenſus capax eſt, totos in brevi pertranſierit Pſalmos. Nam cum eſſet annorum circiter quindecim, jejuniis frequentiſſimis ac vigiliis prolixioribus plus omnibus Fratribus ibidem habitantibus ſeſe exercebat, itaut ſuperpoſitiones *a*, interdum autem & triduanas facere contendebat, prohibente illum prudentiſſimo magiſtro ac dicente ei: Non conveniens eſt, filiole, ut corpuſculum juvenili adhuc ætate florens nimiis & intemperatis frangatur jejuniis.

* au litteras.

Scripturis ſacris indagandis vacat.

11. In altioribus intelligentiis ſcripturarum ita acutus erat ſenſus ejus, ut plus in ſpiritualibus theoriis quam quæ ai a ſupradicto magiſtro inſinuabantur, inquirebat. Quadam autem die dubium incurrerunt ambo, ille & ejus magiſter in quadam alta quæſtione: quam quæſtionem ego novi, ſed inſinuare prætermitto, ne in hac diutius immoremur. Nam cunctos tractatus veteris ac novi Teſtamenti diligenter perſcrutantes, explanationem ejus nullatenus reperire potuerunt. Quo facto deſtinavit ſanctus Samſon intra ſemetipſum jejuniis ac vigiliis incumbere, uſquequo explanationem hujus quæſtionis Deus illi monſtrare dignaretur.

Difficiliorum locorum intelligentiam jejunio impetrat.

Dum autem tertia nocte mediaque fere nocte oraret, aſſiſtere ſibi vidit lucem cœlitus emiſſam, ac vocem deſiderabilem audivit de luce ſibi ſuaviter dicentem: Ne amplius fatigeris electe Dei, ecce enim non ſolum hanc quæſtionem pro qua laboras, conſequeris, ſed quæcumque petieris a Deo per orationem & jejunium exigentibus tuis bonis meritis adepturus es. Tum ſanctus Samſon omnipotenti Deo gratias referens, lætus admodum ad ſuam cellam rediit, ac ſuo magiſtro cuncta quæ viderat & audierat, quiete replicavit.

Monachum a ſerpente morſum ſanat.

12. Quadam autem die dum irent Fratres in mane æſtivo tempore ad purganda mala gramina de meſſe, hiſſider quidam de quodam rubo exiliens quemdam Fratrem momordit in inguine, atque ad terram cadens ſemivivus remanſit. Fratres circa illum flentes orantesque non aliud quam moriturum ſperabant. Tunc œconomus dixit: Nunciemus hoc ſeni noſtro. Miſſo itaque quodam, rem præſente Samſone magiſtro narravit; flente autem illo, ſanctus Samſon Spiritu ſancto tactus ita dixit: Magiſter, jube mihi ire ad eum, Pater autem meus compertus ac peritus eſt, & poteſt liberare hominem de hujus doloris nece. Tum ſanctus Eltutus quaſi in deriſu ſermonem ducens, ita dixit: Pythonis arte in principio tuo fuiſti præmunitus, & poſtea veniens ad ſcholam apud diſciplinam Chriſti colere eam vis? non enim conveniens eſt cum cœleſti ſapientia mundanam exercere Mathematicam. Sanctus autem Samſon ita ſubridens reſponſum reddidit: Ignoras tu, electe magiſter, quia nullum ego Patrem habeo niſi illum, de quo per Prophetam dicitur: *Manus ſuæ fecerunt me & plaſmaverunt me?* Magiſter itaque hoc audito ſtupefactus & admirans & nihil aliud auſus dicere, Perge, inquit, electe Dei. Pergens itaque Samſon, & currens invenit Fratrem extremum pene anhelitum jam trahentem, atque ejectis a ſe omnibus Fratribus unum tantum probatiſſimum Presbyterum elegit apud ſe aſſiſtere, atque ſerpentino morſui ſignum Crucis impoſuit ſentiens per Dei gratiam virtutem adeſſe: atque per tres horas, ideſt ab hora tertia uſque ad horam ſextam orationes protelans, aquamque oleo mixtam benedicens, Fratrem pene emortuum præſentibus omnibus Fratribus per Dei admirabile opus incolumem reddidit & ſanum; ac per hoc non, ut eſt moris humano generi, quaſi in favore vulgi extollitur in vana gloria jactantiæ elatus, ſed Deo gratias agens indefatigabilem ſemper atque acriorem frequentius exercebat abſtinentiam.

Job. 10. 8.

Ob virtutes Diaconus ordinatur.

13. Humilitas vero ejus tanta erat, affabilitas, lenitaſque, ac mira charitas ultra (ut ita dicam) humanum modum, ut ab omnibus Fratribus ſuis miro diligeretur affectu. Magiſter autem videns diligentiam ipſius erga Dei cultum, ac per Spiritum venerans in pectore ejus Chriſtum, quem per ænigmata utputa de eo cernebat micantem, tradi ai Diaconatus miniſterium fecit. Veniente DUBRICIO *b* Papa ad ejuſdem domum die Dominico, conſentientibus & congaudentibus omnibus Fratribus ne Deo volente ab eodem Papa Diaconus ordinatus eſt. Nec hoc opus eſſet pertractari, niſi miraculum grande interfuiſſet. Tres Fratres ibidem ordinati ſunt, duo in Presbyterii, ille tertius in Diaconatus officio: ſed cum ad veniam flectendam juxta morem Fratres compellerentur, vidit ſanctus Papa unu cum magiſtro Eltuto columbam cœlitus emiſſam per feneſtram ſurſum apertam, & ſuper ſanctum Samſonem

Quid miraculi contigerit in ejus ordinatione.

a Superpoſitio ſuperadditionem ſignificat. Quæ vox ſimpliciter prolata jejunii ſonat adjectionem: nam alias dicitur etiam ſuperpoſitio ſilentii &c. Lege Menardum noſtrum in cap. 54. Concord. Regul. §. 21.

b Dubricius urbis Legionum Anglice *Caerleon* in Suthwallia Epiſcopus floruit anno 507. Arthurumque Regem anno 516. coronavit, ut ſcribit Matthæus Weſtmonaſterienſis. Dubricii urbis Legionum Archiepiſcopi meminit Galfridus Monumetenſis in lib. 9. Hiſtor. cap. 4. qui rurſus in ejuſdem libri cap. 12. *Hic*, inquit, *Britanniæ Primas & Apoſtolicæ ſedis Legatus tanta religione clarebat, ut quemque languore gravatum orationibus ſuis ſanaret.*

CIRCA AN. 565 28. Julii.

nem non (ut eſt moris avi) fugitare, vel volitare, ſed ſemper ſine ullo penniculæ motu, diſcurrentibus ubique per Eccleſiam miniſtris immobiliter ſtare. Et non ſolum hoc, ſed etiam Epiſcopo manum ad confirmandum eum Diaconum ſuper eum levantem, illa (quod eſt mirabilius) columba cœlitus (ut jam dixi) emiſſa, in ſcapulam dexteram ejus deſcendit & ibi conſtanter manſit tamdiu donec officium ab Epiſcopo conſummaretur totum. Hoc nemini in Eccleſia admirabile fuit, quippe quia nemini viſibile niſi tantum Epiſcopo ac magiſtro ſupradicto, & uni Diacono qui calicem tenebat & Evangelium ad precem cantaverat, patefactum eſt: & ſemper ſupradicta admirabilis illa columba ita ſupra illum videntibus illis tribus immobiliter ſtetit, donec communionem perciperet Euchariſtiæ. Denique in tantum ſtupoτis Epiſcopus ac magiſter confabulantibus illis ad invicem venerunt, ut ſanctum Samſonem jam non terreſtrem, ſed cœleſtem indubitanter putarent. Sanctus vero Samſon ita admirabilis atque, ut ita dicam, ineffabilis in Dei opere excreverat, ut de die in diem quaſi per ſcalam ſpiritualem ſcilicet aſcendens altius atque altius in ſummo religionis culmine renovato in melius quotidiano uſu cerneretur emergere.

14. Huic vero Eltuto erat in ejus Monaſterio alumnus, ac nepos Presbyterque, & huic Presbytero erat Frater ſine gradu, disjuncti a Fratribus in quantulumcumque erga S. Samſonis dilectionem, antiquo indubitanter humani generis hoſte per ineptum invidiæ trophæum illos inſtigante, nequiter metuentes, ne propter illum quem meliorem illis eſſe noverant, hæreditate privarentur mundana. Nec illi poterant quidquam mali præbere, nec pacifice, amanterque adhærere, ignorantes altius Dei conſilium in ima graviter mergebantur. Ille vero ſciens totum & nihil illum latens, pro illis amplius Dominum precabatur, lacrymas cum orationibus fundens, Dominum ſuppliciter rogabat, ne propter eum peſſimi criminis lapſum incurrerent, ſemper jejuniis intentus, orationibuſque indeſinentibus exercitatus, in ſanctis quoque Scripturis ſcrutandis atque intelligendis vehementer ſenſatus ſine pene intermiſſione ſecundum Apoſtoli Pauli commendationem orabat in frigore & nuditate, in hiemalibus pernoctans glaciebus, non brumalibus flatibus, non gravioribus ſolvebatur æſtatis caloribus, memor Apoſtolici ſermonis ubi ait: *Non ſunt* enim *condigna paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam quæ revelabitur in nobis*.

Invidiam quorumdam fert patienter.

Exercitia ejus.

Rom. 8. 18.

15. Nam non longe poſt dubio adhuc anno Presbyterii Ordinem ab eodem Epiſcopo, qui in Diaconatus illum functionem voverat, magiſtro rogante ac Deo volente, ut ille dignus erat, digne accepit. Sed quid diutius immoramur? quale ſignum cœlitus viſum eſt quando Diaconatus accepit officium, tale etiam quando Presbyteratus functuram accepit: idem tantum tribus quibus prius fuerat viſum, Deo illum dignum monſtrante comparuit. Quanto autem in majore gradu Deo volente, illo vero nolente nec inepte renuente, ſed quod Deus promiſerat, grataπter accipiente inhæſerat, tanto & in arctiori abſtinentiæ tramite, ſecundum ſanctarum Scripturarum dictionem, voluntaria ſe traditione inſerebat. Studebat namque præ ceteris humiliorem ſe ac benigniorem eſſe. Quid vero de caſtitatis & continentiæ ejus exercitio dicam, quando libidinoſa incentiva a primo adoleſcentiæ ſuæ flore tenus beato ſuo fine tam in virili quam etiam in femineo ſexu omnino feliciter vincens voluntatiam carnis munditiam pro natura habebat? Ita illi erat virginitas in corpore, ut numquam charitas ac humilitas a corde diſcederet. Jejuniis igitur & orationibus incumbebat aſſiduis. In omni vero vitæ ſuæ tempore numquam alicujus animalis, neque volatilis carnem in ſua tota vita guſtavit, numquam aliquis vidit eum ebrium, numquam mutata mente, vel inſtabili vacillatione, vel minime illum aliquod poculi genus in aliquo læſit. Numquam funditus a ſe aliquod poculum interdixit, ſed quotidie cum ceteris Fratribus quando non jejunarent charitatis obtentu communicans, ſecundum Evangelii verbum ſitiebat juſtitiam.

Presbyter ordinatur accedente prodigio.

Virtutes ejus.

Carnem numquam guſtavit.

16. Hi vero ſupradicti duo Fratres, diabolicis utpote repleti venenis, ſemper invidebant ei, & maxime malus ille Presbyter cujus malum factum ego ſcio, ſed nomen ſcire non potui; metuens ipſe ne propter ſanctum Samſonem a ſuo hæreditario privaretur, ac deſtitueretur Monaſterio, quod poſt ſuum avunculum ſperabat poſſidere, æqualiter cum fratre ſuo, per ſuæ artis conſilium malum ei quærebant: ſed nullam cauſam reatus invenientes in eum, quaſi ebrii & amentes, huc illucque vertebantur. Frater autem ejuſdem Presbyteri, viciſſentibus ſe per ordinem ceteris Monachis, hujus Monaſterii Piſtor effectus eſt. Conſuetudo enim erat in hujus Monaſterii lege herbas hortinas per poculum ad ſanitatem convenientes fricare, ac ſingulis Fratribus in ſuis vaſculis ſcyphunculo non grandi ad ſanitatem particulatim dividere: ut quando de Tertia celebranda veniebant, paratum jam poculum hortinis mixtum herbis reperirent. Piſtor vero accepto conſilio mali fratris venenum ſancti Samſonis per ſuum antidotum poculo miſcuit, illum quoddam fricans dedit ei bibere, atque quatenus fieret probabile mortiferum, parum de eo prius pelaci dedit. Pelax autem ut bibit, ſaltum præcipitem dedit & ſtatim mortuus eſt. Piſtor vero hoc ut vidit valde gaviſus eſt nihil aliud ſperans niſi ſanctum Samſonem perhibito hoc poculo continuo de hoc mundo receſſurum. Sancto vero Samſoni oranti continuo adeſt ſpiritus Domini, monſtrans ſibi malum nuper factum. Ille nihilominus de Domini promiſſione fidus, memor Evangelici ſermonis ubi Chriſtus ait de ſuis fidelibus fidentibus in ſe: *Si mortiferum*, inquit, *biberint*, *non eos nocebit*, & cetera; lætus admodum Refectorium ingreſſus eſt, eoquod ipſe œconomus erat hujus Monaſterii, poculaque Fratribus benedicens, atque ſuo ſanctæ ſignaculum Crucis imponens, ſine ulla mentis hæſita-

Mos Monachorum bibendi poſt Tertiam.

Samſoni venenum propinatur.

Marc. 16. 18.

Samſon Monaſterii œconomus.

CIRCA AN. 565

ſitatione totum bibit ; neque unquam ullum vel parviſſimum cordis dolorem ex hoc ſeuſit.

28 Julii.

Monachum ſibi inimicum blanda allocutione convertit.

17. Prandentibus autem illis ita uno eodemque die ſuavem ac lætiſſimam cum piſtore Sanctum Samſonem conlocutionem habuiſſe audivimus; Magnam, inquit, dulcedinem faucibus meis, magnamque ſanitatem cordi meo, o amantiſſime Frater, præbuit poculum illud, quod primarium dediſti mihi hodie: ſanet te Deus ab omni ægritudine quacumque habes. Quibus auditis frater intra ſemetipſum mali commiſſi pœnitudine tactus eſt, promittens coram omnipotente Deo, non amplius geſturum ſe aliquod malum cunſilium cum Fratre ſuo contrarium huic famulo Dei: quippe quem omnium conſcium noverat, & omnia patienter tolerantem cernebat. Ad Fratrem ſuum poſtmodum cum increpatione veniens dixit: Peccavimus, Frater, nihil in aliquem hominem ſed in Chriſtum, atque in ejus dilectum Samſonem, & tu Frater venenuſo livoris incentivu iu tuam animam perſuſus es, auctore & incentore illo de quo per Prophetam dicitur: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, imitantur ergo illum qui ſunt ex parte illius*. Sed Frater ejus in obſtinatione malæ ſententiæ perdurans, nullum bono conſilio præbuit aſſenſum, ſed velox vindicta divinitus ei data eſt.

Sap. 2. 24.

Alius Monachus Samſoni infeſtus a dæmone corripitur.

18. Nam Dominica die proxima veniente eum Communionem altaris de manu Sancti Samſonis ſumpſiſſet, una hora cum buccella in ore ejus tranſiſſet, a dæmonio eadem hora arreptus eſt, ita ut pallens tremenſque ac multum crepitum dans, ac diſcerpens, atque in terram indecenter concidens ac ſemetipſum ſuis veſtimentis impudenter denudans, bina labra ejus ſuis dentibus mordere primum cœpit, atque alios Fratres ſine ulla verecundiæ providentia degarrire, & ad iracundiam eorum corda provocare, ac dicere: Quid hic ſtatis otioſi nihil potentes facere? nullam enim de vobis omnibus curam habeo, ſi unus inter vos non fuerit præſentatus: ſi unus ille adfuerit, dominationem in totum haber mei. Sapientiſſimus vero ſenex ut hæc audivit compeſcere eum, ac ligatum a fortibus Fratribus foras duci jubet. Quo viſu, Frater ejus flens atque ſingultans, & in terram ſe ſuppliciter proſternens præſentibus omnibus Fratribus, utrorumque culpam totum ut eſſet in directu monſtravit, veniamque ſui delicti ſubmiſſe ac lacrymabiliter poſtulavit, promittens ſe in ſua tota vita pœnitentiam geſturum, ac Deo & ſancto Samſoni ſemper ſerviturum.

A Samſone liberatur.

19. Quibus auditis Fratres una cum Abbate ſuo ſuper his quæ fiebant, valde mirati ſunt, maxime timentes, ne in his venenatis malis nuper inepte eruptis ſanctus Samſon offenderetur, inſuper & ne ab illis abſcederet, quod pro maxima injuria ac malo merito fieri æſtimabant; ſuppliciterque electum Dei rogaverunt, ut ad manſionem in qua Frater dæmoniacus a malo vexabatur ſpiritu non dedignaretur ire. Sanctus vero Samſon amariter flens atque ejulans, ita reſponſum reddidit palam omnibus Fratribus dicens: Heu me propter quid hoc feciſti mihi Domine Deus omnipotens? ut quid amantiſſimum Fratrem meum propter me lædere permiſiſti? timeo enim ad conſpectum illius injuſte odientis me, & maxime diaboli illum odii facibus incendentis me præſentare. Dulco tamen illum ab initio injuriam pati, nunc autem ſi gratiam habeo coram Divinitate tua, per orationes ceterorum Fratrum me indigno interveniente ſanitatem recipiat, & dabis ei cor pœnitens, ut ſpiritus ejus ſalvus fiat. Ac oleum benedicens, aquæque permiſcens, dari ei ad guſtandum præcepit. Quibus guſtatis e manibus illum tenentes in dorſo dilapſus eſt, & velut emortuus factus nihil aliud Fratres, quam eum moriturum putabant eſſe; terniſque fere horarum ſpatiis in uno loco jacens, ad extremum non longe poſt nonam vivus quaſi de morte rediit, priſtinamque ſanitatem de diabolico recepit impetu, ac pœnitudinem mali ſui commiſſi agnitique agens, Deo illum inſpirante, coram omnibus agnovit Fratribus: ſicque juſto Dei judicio actum eſt, ut quem ille invidioſe injuſteque uſurpabat primatum, in tota vita ſua numquam habuerit.

Samſon ex Eltuti Cœnobio egreſſum meditatur.

20. Sanctus vero Samſon acrioribus ſeſe atque arctioribus inſerebat jejuniis, grave valde apud ſe reputans illud Monaſterium, quippe quod jam tumultuoſum & expandioſum per patriam erat. Ille vero Evangelicam illam viam arctam quæ ducit ad cœlum ſemper cupiens carpere, excogitabat quomodo evadere poſſet a Cœnobii congregatione ſine ſui magiſtri offenſione. Erat autem non longe ab hoc Monaſterio inſula quædam nuper fundata a quodam egregio viro, ac ſancto Presbytero PɪʀO nomine, (in qua inſula & ego fui) apud quem, inquam, ſanctus Samſon cohabitare volebat; ſed valde metuebat, ſicut jam dixi, ne ſenem ſuum offenderet.

Eltuto permittente ad Pironem concedit.

21. Talia ergo volvente apud ſe, ac Deum rogante, ut ſuæ voluntati opem daret, ecce Miſſus Domini ad ſanctum Eltutum per ſomnium apparuit dicens: Mane ſurgens tu interroga voluntatem ſancti Samſonis, ut ubicumque vult (Deo per omnia ducente) ire, opitulaveris illi, & ſcito quia Deus ſemper cum illo eſt. Evigilans Sanctus ille, & apud ſe retinens memoriter quæ illi dicta fuerant per ſomnium, mane diluculo ſurgens, ſanctum Samſonem accerſiri ſibi jubet, dicens: Enarra mihi electe Dei quæ Deo inſpirante ſunt in tua voluntate documenta, ego hac nocte Miſſum Dei habui de te, quo opituler quæ ſunt tui, quia Deus apud te eſt. Quo audito, ſanctus Samſon ingemuit, & nihil ſe boni egiſſe coram Deo dicebat: tamen voluntatem ſuam ſeni ſuo humiliter revelavit. Senex autem hæc audiens ita reſponſum reddidit. Opus eſt tibi omnia agere propter Chriſtum, & voluntate paupertatem pati. Veruntamen omnino in genere noſtro major te non erit. Ac linguam comprimens & pectus verberans omnia ſecundum ſancti Samſonis voluntatem adimplevit, & duci eum ad Inſulam quo tendebat in pace fecit, ibique cum eodem Presbytero ſupradicto Pirone provecta æta-

ætate jam ſene ita exceptus eſt tamquam Dei Angelicus miſſus videretur, admirabilem atque eremiticam, immo & cœleſtem vitam infatigabiliter ducens, non diebus, non noctibus ab orationibus & a colloquiis Dei ceſſabat. Totum diem operibus manuum, & orationibus ducens, totam vero noctem in myſticis ſanctarum Scripturarum intelligentiis, lucernam ſuæ manſioni portans, ut ad legendum intentus, aut aliquid ſcriberet, aut de ſpiritualibus theoriis meditaretur. Quod ſi ut humo opus haberet pro carnali fragilitate quieſcendi, ſeipſum parieti, aut alicujus rei duræ firmamento inclinans, numquam in lecto dormitabat.

CIRCA AN. 565
26. Julii.

Exercitia ejus. Numquam in lecto dormiebat.

22. Quadam itaque hieme, cum pater ejuſdem S. Samſonis repentino arreptus dolore debitum mortis exſolvere cogeretur, compellitur a ſuis vicinis, ut juxta morem Sacrificium communionis ante carnis ſumeret mortem. Ille vero ingenter affirmabat numquam ſe mortem guſtaturum, numquam ſanitatem recepturum, numquam ſe Sacrificium recepturum, niſi primogenitum ſuum Samſonem electum Dei videret, ac per ipſum pariter corporis & animæ ſanitatem ſe percepturum dicebat. His verbis admirantes homines qui audiebant, ſimul & diligenter examinantes quænam hæc eſſent, ſtatim miſſos dirigunt equitantes, rogantes ne pigeret eum viſitare patrem ſuum jam in mortis confinio decubantem, & maxime ſanitatem corporis & animæ ab eo accipere deſiderantem.

Communio ante mortem. Samſonis pater morbo periclitatus filium ad ſe accerſit.

23. Pervenerunt ii nuncii uſque ad locum ubi ſanctus Samſon habitabat, & in hoſpitium nocte recepti euntibus mane Fratribus ad opus exercendum, invenerunt eos ad portam pulſantes quomodo facile habere poſſent apud ſanctum Samſonem colloquium. Sanctus vero Samſon ſpiritualiter jocans cum illis eum non agnoſcentibus, ita dixit: Enarrate mihi cauſam inquiſitionis ejus, pro qua colloquium apud eum habere vultis, & ego exponam. Et reſponderunt ei dicentes: Illum volumus videre & apud illum loqui, pater enim & mater ejus & omnes vicini miſerunt nos fabulari apud illum. Qui & ipſe hilari vultu reſpondens dixit eis: Amen dico vobis, niſi me præſente omnia veſtra dicatis propter quæ huc veniſtis, Samſonem quem quæritis numquam videbitis. Mœrentibus autem illis atque ad alterutrum diffidentibus, ſanctus Piro ita lætus admodum dixit: Ecce Samſon quem tanto itineris labore quæſiiſtis, nunc quod habetis, dicite mihi. Tunc hi ceciderunt in faciem ſuam, ſalutationemque parentum ſuorum nuntiantes cauſam ob quam venerant, profecto narraverunt.

Nuncii ad Samſonem accedunt.

24. Sanctus vero Samſon ut audivit, apud ſemetipſum prius ingemuit, ſuperfluum putans redire eum domum, in qua carnaliter fuiſſet natus. Et reſpondentibus ſibi ait: Repedare ad domum noſtram, jam enim niſi fallor Ægyptum reliqui, non eſt enim meum iterum reverti in ipſam, potens eſt enim Deus ægrotantem ſanare. Atque ita greſſum rapido curſu ante Fratres tendens ulterius ad opus faciendum progrediebatur. Sanctus vero Piro miſericordia motus, immo Spiritu ſancto ordinante opem ad virtutem oſtenſam leniter revocans eum ad ſe, dixit ei: Quare ſic dicis, electe Dei? non enim negligenter facere debes opus Dei, curam enim te oportet habere de animarum profectu: nam merces tua grandis erit cum Deo, dum ubi carnalia creverunt, ſpiritualia per te ſeminentur. Sanctus vero Samſon intendens in eum atque paululum flens, ita ait: Utinam voluntas Dei fieret, ego propter Deum & propter animarum lucra omnibus paratus ſum. Et qui miſſi fuerant rogaverunt eum ut pariter cum illis comitatum faceret. Qui dixit eis: Progredimini vos, & nos expedite aſſequemur. Pro certo habentes, quod ipſe eos aſſecuturus erat, accepta benedictione abierunt.

Samſon negat ſibi licere, domum paternam repetere.

Pironi jubenti annuit.

25. Ille autem poſt eos die & nocte manſit in Monaſterio, & in craſtino die dixit ille: Si cauſa profectus animarum & charitatis invitor, eſt ex vobis Frater promptus mecum ad injuriam ſuſtinendam? Erat quidam Diaconus juvenis & ipſe adhuc ætate florens, cui dixit Abbas: Tu fortior es ſenibus iſtis, charitatis obtentu cum Fratre tuo vade. Sanctus vero Samſon prævidens in ſpiritu, fidentem eum in fide futurum non eſſe, lætus admodum verbo dixit ei: Confide, Frater, & viriliter age.

Samſon ad patrem cum ſocio contendit.

26. Accepta itaque benedictione impoſitoque in equum vehiculo iter pergere cœperunt: & factum eſt dum iter agentes per vaſtiſſimam ſilvam, diriſſimam audierunt vocem a quodam horribili valde ad dexteram partem juxta illos terribiliter ſtrepitantem, atque in hujus vocis auditu Diaconus ſupradictus depaveſcens, ac primo omnium pallens, equum quem in manu tenebat velociter dimittens, & pallium quo indutus erat jactans, in velocem fugam ſeſe dedit, clamante poſt tergum ſancto Samſone, & dicente: Confide, o Frater, quæſo, confide, ne timeas, neque obliviſcaris Evangelici præcepti quo nutritus es ab adoleſcentia tua. Sed eum non intendentem & ſemper fugitantem jam eminus ſanctus Samſon lacrymabilibus inſpiciens oculis, ſolitaque ſpiritualia arma & ſcutum fidei firmiter tenens, & circumvallans ſe ſancto ſemper ſignaculo Crucis, vidit Theomacham *a* hirſutam canutamque jam vetulam anum ſuis veſtimentis bribeꝛham ebryſulatamque, venalem in manu tenentem, ac ſilvas vaſtas veloci curſu volueritantem fugientemque, recta linea inſequentem. Sanctus vero Samſon ſtabilis in fide quaſi eam non vidiſſet *, manſit intrepidus, & veloci curſu equum in manu tenens, palliumque fugientis in equum imponens, fugientem & perſequentem fiducialiter ſecutus eſt, ac non longe progrediens Fratrem fugientem ſeminecem reperit, paululumque illum intuens vidit a longe Theomacham anum currentem, & cernens eam in valle jam deſcendentem, exclamavit poſt eam dicens: Quid fugis

Quid illis in via acciderit.

* al. Hoedum videret.

a Theomacha, cum Deo pugnans, *ἀπὸ μετὰ τῦ θεῦ μάχεσθαι*, quo nomine veneficam & ſagam intellige.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

mulier? Ecce ego homo ſum ſicut ille quem proſtraſti par meus: ſi datus ſum in tua poteſtate, ecce adium: noli ergo fugere, ſperans me venire ad te. Sed hæc illa non intendente & ſemper fugere nitente, clamavit poſt illam ſanctus Samſon dicens: Impero tibi in nomine Jesu-Christi ab eo loco, ubi modo ſtas, ne ultra pedem moveas uſquequo veniam & apprilem te.

** al. Suggillavit.*

27. Stante ergo illa in uno eodemque loco, ac tremente venalemque in terra laxante ſanctus Samſon advenit, atque eam via ægre affatur *, Quæ, inquiens, es mala forma, vel qualis es? At ipſa cum tremore ingenti dixit: Theomacha ſum, nam & gentes meæ huc uſque prævaricatrices vobis extiterunt, & nunc nulla in hac ſilva remanſit de meo genere, niſi ego ſola. Habeo enim octo ſorores, & mater mea adhuc vivit, & hæ non hic ſunt *, ſed in ulteriori ſilva degunt, & ego marito in hac eremo tradita ſum, & meus maritus mortuus eſt, & propter hoc ſecedere de hac ſilva non poſſum. Sanctus vero Samſon dixit: Numquid potes tu fratrem quem percuſſiſti, redivivum iterum reddere, vel ſaltem de animæ tuæ profectu ſollicitare? At ipſa reſpondens dixit: Nolo, nec poſſum in melius ſeparasi, bonum enim nullum facere queo. De mea infantia hucuſque ad mala ſemper exercitata ſum. Sanctus autem Samſon ita competentes dixit: Deum omnipotentem imploro, ne amplius aliis injuriam facias, ſed dum irremediabilis es, hac hora moriaris. Atque oratione completa, malefica illa mulier ſaltum præcipitem in latere ſiniſtro dans ad terram corruit, & mortua eſt.

** al. Nemon ſunt, &c.*

Samſon ſagam morti tradit.

Socium pavore exanimem confirmat.

28. Tunc ſanctus Samſon reverſus ad Fratrem ſuum in cladis loco ſemineceem dimiſſum, invenit eum jacentem pene mortuum, ac diligenter perſcrutans, in pectore tantum vitalem flatum remanſiſſe reperit. Tum vero ſecundum Helizei auctoritatem os ori, ac membra cetera membris ſingulis componens & flens, Deum ſuppliciter rogabat, quatenus Fratrem illum ſanitati reſtaurare dignaretur, ne ob eum injuriam conſcientiæ pateretur, quippe obedientem eum illo in chaſtitatis officio, ac Deo per illum virtutem operante. Non plus hora & dimidia Frater ſeminecis quaſi a ſomno incolumit reſurrtait.

Samſon ad patrem accedit.

29. Denique maxima in eo gratia fuit quod propter ſanctum Samſonem triſulca lancea maleficæ mulieris corpus ejus non fuit perfoſſum, ac fratrem confortans ne timeret, Deumque benedicentes iter cœptum pariter peregerunt, atque ad locum quo tendebant die tandem tertio pervenerunt, inveneruntque Amonem ſancti Samſonis patrem a ſuis vicinis circumdatum in lecto ægrotantem. Amon vero ut vidit eos e foribus venientes, gaviſus admodum eſt dicens: Ecce auxilium corporis & animæ meæ quod Dominus mihi per ſomnium monſtrare dignatus eſt. Moxque ejectis omnibus foras, ſua mater tantum remanſit cum illis tribus, ille Samſon & ſuus diaconus paterque ejus & mater, ſtatimque Amon ille capitale crimen ad mortem eum veniæ poſtulatione ac ſupplici imploratione præſentibus illis tribus ſupradictis quod in ſe celaverat publicavit in medium, ac Deo ab eodem die uſque ad ſuum finem ſervituerum ſuggerente præcipue ſua uxore toto corde devovit, ac ſuum caput eadem hora tondere ut fecit, inſtigante illum (ut jam dixi) maxime ſua uxore dicente ei: Non ſolum ego & tu, ut decet & convenit, Deo ſerviamus, ſed & totas noſtras proles in Dei ſervitute jungamus & omnia noſtra Dei tota fiant. Tum ille Amon dixit: Secundum tuum faciamus verbum. Omnia ergo quæcumque mihi Dominus, immo tibi dedit hucuſque, ego die voluntarie offero ei tota. Præſentatis itaque ſuis quinque Fratribus ſancto Samſoni una cum ſua ſorore ſeasa admodum adhuc parvula, ita paululum ſilens reſponſum dedit: Fratres quidem mei boni ſunt ac Deo donati, ſed iſta puſilla quam vos videtis & habetis, ad mundanas voluptates data eſt: tamen nutrite eam, quia homo eſt. Quo audito homines qui illic aderant valde mirati ſunt, & nihil de hoc miraculo interrogare auſi ſunt.

Samſonis pater confeſſionem facit, & tondetur.

Deo filios ſe ſuaque omnia offert.

Quid Samſon de ſorore ſua prædixerit.

Patruelem ſuum cum tota familia Deo lucratur.

30. Tonſo itaque capite Amonis, & ſua uxore viduitatis ordinem recipiente e longo jam tempore concupitum, ac omnibus ſuis ſubſtantiis diviſis, maximiſque portionibus in uſum pauperum datis, ac minoribus ſuis uſibus relictis, (nam multarum facultatum erant poſſeſſores) frater ejuſdem Amonis hoc videns una cum uxore ſua, ac tribus ſuis filiis, tali ſorte ac tali victoria ſub uno eodemque die Chriſto & ipſi lucrati ſunt; nam & ipſa ſua mater late admodum benedictionem recepit viduitatis. Confirmatis itaque in bonis operibus his omnibus, atque ad Monaſteria fundanda ſuggeſtis, ſanctus Samſon una cum ſuo patre & ſuo avunculo, in uno quatuor felici comitatu iter in pace peragere cœperunt.

Patrem ac patruelem in ſuum Monaſterium reducit.

31. Sed dum iter cœpiſſent, mater ejus ſingillatim ſe vocaſſe fertur ac dixiſſe ei: Monaſteria quæ nobis ſuggeris fundanda & Eccleſias conſtruendas non ſolum deſidero, verumetiam & amanter amplector. Sed quoniam promiſſionis de te deſtinatæ tempus venturum eſt, noſtras Eccleſias a te conſecrandas, Deo adjutore, ſperamus. Tum ille quaſi verecunde ſubridens, & manu quidem annuens, cum ſuaque benedictione eam dimittens, ad ſuos comites abiit, per aliud iter quam quo venerant remeantes. Ille ſemper in admonendo, atque exhortando novellos illos apud quos iter agebat, veteris ac novi Teſtamenti parabolas dulciter ſpiritualiterque interpretabatur.

Quid mater ab eo petierit.

Samſon ſerpentem obvium necat.

32. Dum autem iter agerent, præcedens illos Amon vidit ſemitam, & circa ſemitam quaſi igne exuſta rura, & quoddam veſtigium quaſi trabes traheretur per exuſtas herbas; ac primo quidem intremuit, Fratrique ſuo ſequenti ſe monſtravit, dicens: En, Frater, quem audivimus apud parentes noſtros eſſe in hac ſilva ſerpens antecedit nos, &, niſi fallor, non longe a nobis eſt. Fraterque ejus læto admodum vultu reſpondit, dicens: Noli timere, Frater, jam enim arma noſtra omnia cum Deo ſunt tuta *. Sanctus vero Samſon utri-

** al. tota.*

utriuſque verba prudenter proſpiciens, ita ſermonem exorſus eſt: Unde confabulatio inter vos orta eſt? Amon reſpondit: Vides, electe Dei, en ſerpens ante nos repit. Sanctus autem Samſon, ita quieta mente conſolans eos, ne timerent, ſuaviter dixit: Fidentes eſtote in illo qui dixit: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc & tranſibit, & nihil impoſſibile vobis erit*. Itaque & vos ſtabiles eſtote expectantes me hoc uſquedum ad vos revertar, orantes & ſilentes de eo quidquid audieritis. Sedentibus autem illis, & illo ulterius progrediente cœpit avunculus ejus inſequi eum, dicens ei: Electe Dei, melius eſt ut non tu ſolus eas. Permitte ergo me tecum ire. Qui reſpondens dixit ei: Non enim ego ſolus eo, ſed Deus mecum eſt: vos autem ſicut jam dixi, hic ſedete donec cum victoria ad vos redeam: ille vero axim feſtinanter tenens, vidit a longe ſerpentem flammivoma criſta erecta per vaſta deſerta ſerpitantem, atque ille per Pſalmi cantus primo vocem elevans; *Dominus*, inquit, *illuminatio mea*, & cetera, ſerpens vocem pariter ac nidorem ejus audiens, ubi cauda erat, caput cum ſibilo ac furore vertit. Tum ille, quaſi anguem puſillum videret, concurrit ad eum. Ille ſerpens nihilominus glebam morſu e terra apprehendens, in advenientis faciem via ægre jactavit, ac deinde ut vidit hominem fidenter venientem, & maxime Dei virtutem circum ſe ſeptantem, ſibilum ingens diræ vocis quaſi gladio cæderetur, emittit, & poſtea tremens in ſphæram ſe velociter colligit, caudam rabidis rodens dentibus. Sanctus autem Samſon conſuetum atque electum apud ſe decantans Pſalmum, cujus initium eſt, *Confitemini Deo Deorum*, ſignum circuli erga ſe ſe circumſeptans fiducialiter fecit, & ſignum Crucis imponens, ajebat: Vade modo quouſque permittaris. Tum vocatis comitibus ſuis dixit: Venite Fratres, & videte opera Dei, ut fides inde firmior ſit. Venientes autem viderunt ſerpentem e circulo ſuo pigre ſatis ſe ſolventem ſuper terram tarde repere; & uſque ad locum fixi baculi ſancti in gyro rotitare, iterum atque iterum idem faciens, nullatenus ultra terminum caput quiverat erigere. Sanctus vero Samſon interim conſolabatur eos per dulcia Evangelica verba, confortans eos in fide, ac dicens: Creatorem vera fide credentes creaturam timere non debetis, multaque alia bujuſmodi verba exhortans per totum diem docebat eos verba ædificationis. Tum ſanctus Samſon videns diem prope finiri ſerpenti exclamavit, dicens: Longum eſt iter noſtrum, tu autem vitam amplius non habes, & ideo impero ego tibi in nomine Jesu-Christi, ut præſentibus nobis in hac hora moriaris. Nec mora, ſerpens ſupra caudam ſtans, caputque ſurſum levans, arcumque de ſe inepte faciens, evomuit omne venenum, & mortuus eſt.

CIRCA AN. 565

28. Julii.

Matth. 17. 19.

Pſal. 26.

Pſal. 135.

33. Tunc hi omnes in commune Deo omnipotenti gratias referentes, iter pergere tentaverunt, atque ad Monaſterium cum proſperitate die tertio Domino comitante pervenerunt, ibi & ſupradictus Dubricius Epiſcopus, quippe in ſua domo commanebat initiante jam Quadrageſima Paſchæ, audiens de ſancto Samſone & comitibus ejus gaviſus eſt valde: (mos namque erat illi Epiſcopo totam pene Paſchæ Quadrageſimam in eadem ducere inſula) conſolationemque ei erga patrem, avunculumque ſuum humane & amanter præſtitit.

Mos ſecedendi in Monaſteria tempore Quadrageſimæ.

34. Quadam autem die Diaconem illum qui cum ſancto Samſone viam fecerat, ſanctus Dubricius Papa ſeorſum vocans, diligenter percunctatus eſt ab eo cunctos eorum eventus in itinere. Sanctus ergo Diaconus omnia per ordinem replicans, ac de ſua ignavia, quæ ei in via evenit, cuncta differens omnia facta quæ fuerant, interroganti ſe Epiſcopo nihil omnino celavit, ſed cuncta ei humiliter dixit. Sancto vero Papæ Dubricio hæc omnia in admiratione fuerunt, ſciens ipſe ſanctum Samſonem Deo eſſe plenum; officium Piſtoris ſibi ea hora injunxit, dicens ei: Omnia bona quæ in hac Cella, deo donante, abundant, ad diſpenſandum tibi præcipio, & maxime Domino impertiri per te volo. Ille vero ſecundum ſenis præceptum obedientiæ cauſa faciens omnia ſecundum Deum agebat. Videbatur namque per ſingula momenta nomini Domini & charitati cuncta erogare.

Samſon a Dubricio Epiſcopo Piſtor conſtituitur.

35. Sed diabolus qui numquam humanum infeſtare ceſſat genus, quemdam Fratrem, qui ante ſe Piſtor fuerat, invidioſis ſuccendit facibus, derogans ſancto Samſoni & dicens, fœneraſſe Samſonem in effuſione omnia quæ habuerant, & maxime lanternas melle plenas indecenter evacuaſſe. Hæc malitioſa quæſtio pervenit ad Epiſcopum, Epiſcopus autem latenter ad cellas erumpere * cupiens ea hora antequam veniret puerum ad ſanctum Samſonem ut eum in cellam venire imperaret, miſit. Sanctus vero Samſon ſpiritu revelante cauſam agnovit, atque in cellam continuo introiens, lanternis ſignum crucis impoſuit: & dum Epiſcopus venit, plena omnia & perfecta reperta ſunt. Epiſcopus autem hæc admirans, Samſonem plenum eſſe Deo indubitanter credidit, atque in officio ſublimiori præeſſe ceteris dignum eſſe judicavit.

Calumniam ſibi illatam diluit.

* al. a cella exire.

36. Nam non longe poſt in eodem Monaſterio res inopinata facta eſt. Idem Piro in tenebroſa nocte, & quod eſt gravius ut ajunt, per ineptam ebrietatem in Clauſtra Monaſterii deambulans, ſolus in puteum valde vaſtum ſe præcipitavit, atque unum clamorem ululatus emittens a Fratribus fere mortuus a lacu abſtractus eſt, & ob hoc ea nocte obiit. Et factum eſt ut hoc Epiſcopus audivit, omnes Fratres ibidem commanentes pernoctare fecit, ac deinde conſilio poſt Matutinum facto, ſanctum Samſonem unanimiter Abbatem eſſe hujus Monaſterii omnes voluerunt. Obediente illo non voluntarie Fratres ſuos ſecundum rectam regulam ſuaviter inſtruebat, atque in loco hoc non plus anno & dimidio primatum tenens, Eremitam ſe pluſquam Cœnobitam Monachum Fratres judicabant. Studebat itaque inter dapes abundantes & pocula inundantia jejunus ſemper ac ſitiens eſſe. De vigiliis au-

Abbas Pironi ſufficitur.

Quomodo ſe geſſerit.

CIRCA AN. 565 autem non opus eſt aliud dicere, quando (ſicut jam dixi) nulli unquam lectulo corpus ſuum concedebat.

28. Julii. 37. Evenit autem ut advenirent ad eum quidam peritiſſimi Scoti de Roma venientes, ac diligenter perſcrutans eos invenienſque Philoſophos eos eſſe, ad ſuam patriam illos comitatur, Epiſcopo permittente: ibique non multum demorans, multaſque virtutes Deo auctore

In Scotiam ſeu Hiberniam proficiſcitur. faciens ab omnibus religioſis illius Provinciæ, ita ut Angelus Dei venerabatur, ac per eum Dominus in eadem Provincia multos cœcos illuminans multoſque leproſos mundans, ac dæmoniacos fugans, pleroſque de via erroris ſalvavit. Quinimmo omnia, ut ajunt, miracula in hac patria per eum Dominus operatus eſt, unum tamen e pluribus in medium deducamus.

Dæmoniacum liberat. 38. Nam cum in arce Ætride moraretur, navigationem ſperans redeundi ad Britanniam, quodam die veniente recto vento ab Aquilone, & navi jam parata, viſis nauticis iter feſtine properantibus atque eum compellentibus ut navem confeſtim aſcenderet, reſpondit ſanctus Samſon: Opus prius habemus Dei permiſſum faciendum quam navigemus. Viri autem nautici ad offenſionem provocati, non ſperantes eum venire, atque velum jam levantibus manſuete ipſe ſic ait: Ite in pace, hodieque Deo volente revertentes in craſtinum pariter navigabimus. Euntibus autem illis ecce vir quidam miſſus e proximo Monaſterio, rogabat eum ut iret cum illo ad Monaſterium dicens: Abbatem noſtrum diabolus invaſit, & illum alligatum dimiſi, interrogans ſemper de te, ſi jam ad tuam exiſti patriam. Sanctus autem Samſon jam divinitus ſciens, cum illo perrexit, atque Fratrem dæmoniacum reperit alligatum. Cumque illum ad oſtium domus, in qua dæmoniacus erat, appropinquantem vidiſſet, exclamavit voce magna dicens: En quem ſemper uſque hodie quæſivi, en quem ſperavi, en contra quem ſtare non poſſum: Hæc cum dixiſſet quaſi capitatus ad lectum decidit; atque orante ſancto Samſone energumenus ſuo ſenſui, ſuæque rationi Domino operante rediit, pariterque corporis & animæ ſanitatem per illum electum lucrans, ac Monaſterium ſuum cum omni ſubſtantia Samſoni præcipiens, ſeque Deo ſervitutum devovens ſanctum Samſonem citra mare ſecutus eſt, ac comes illius ſemper fuit: cujus bona quidem acta, & bonam converſationem poſt ruinam ſcio, ſed nomen neſcio. Referentibus autem mihi de eo litteris tranſmarinis ſupra jam inſignatis in Penetale Monaſterio quieviſſe, atque inibi optimam & arduam vitam duxiſſe, certum teneo. Sed cœpta ſequamur.

39. Benedictis ac firmatis in Monaſterio Fratribus, quouſque Abbatem illis ſecundum Dei

Samſon in ſuum Monaſterium revertitur. voluntatem mitteret, Sanctus Samſon obviam navi, quippe Deo illuminatus, abiit. Et factum eſt, dum ad portum cum ſuis comitibus iret, invenit navem ea hora portum tenentem, ac de navigio verſo vento revertentem. Tum læti admodum ad invicem cohærentes, rem quæ acta eſſet ex utraque parte referentes, ea nocte inibi manſerunt, navigationem futuram in mane ſperantes, quam veritas poſtea probavit rei. Nam erumpente poſt noctem luce recto vento, itinere proſpero, Deo gubernante, pertraxerunt, atque illam Inſulam in qua ante habitaverat, altera die petierunt, invenitque patrem & avunculum ſuum in illo Monaſterio omnibus pene ac præ ceteris ibidem regulariter degentibus in Dei mandato præcelſiores ac laudabiliores eſſe, & ex hoc gratias referebat omnipotenti Deo.

Poſtea in ſolitudinem ſecedit cum patre & aliis duobus. 40. Volentibuſque Fratribus ut denuo cum illis converſaretur, non acquievit, ſed deſertum deſideratum petere voluit. Rogantibus ſe ſupradictis duobus Fratribus, ut cum illo ſemper habitarent, boni quidem ambo erant, ſed UMBRAFEL vel in aliquantulo camque videbatur præcellere. Dicebat autem illis Samſon, non licere eos carnales in eum affectus ſequi. Dicebat namque avunculus ejus: Scis tu, Electe Dei, quod te ſuggerente omnes carnales affectus reliquimus, & ideo tu quia ſpiritualis es, non te carnaliter, ſed ſpiritualiter ſequi debemus. Tum ſanctus Samſon provido ſpiritu dixit eis: Tu quidem Frater Umbrafel peregrinus debes eſſe, & dixit Umbrafel, Deo gratias. Et poſtea ſanctus Samſon prævidens in ſpiritu avunculum ſuum Presbyteratus officio jam mature perfuncturum, ad Monaſterium quod Fratre ei ſupradicto donante in Hibernia reliquerat, Abbatem cum ſua benedictione miſit, Amunemque apud illum una cum Fratre Presbyteri invidentis, atque cum ſupradicto Scotico Fratre quatuor pariter vaſtiſſimam Eremum adire fecit, ac juxta Abrinum flumen caſtellum admodum delicatum reperiens, atque in eo fontem dulciſſimum inveniens, habitaculum ſuis Fratribus in eo facere cogitavit, rogans ut aliquem ei ſubterraneum ſpecum Dominus dignaretur oſtenderet: quam illam devotiſſimam precem Dominus placide adimplevit.

In ſpecu ſe abdit. 41. Nam quodam die ſilvam perambulans, reperit planiſſimum atque ſecretiſſimum ſpecum, oſtiumque ejus ad Orientem ſitum, ibique quaſi a Deo fuiſſet datum, habitare amanter amplexus eſt, atque poſt hebdomadæ dies jejunus ac ſitiens, unum quidem panem ſiccum habebat, ſed aquam unde ſitim emendaret omnino non habebat. Factum eſt autem ut dum demum ſeptima die horam circa tertiam jejunus ſitienſque perorabat, atque faciem ejus ad terram in veniæ flexione attingebat, glebam ſenſit ſudantem, & haſtam ſui baculi figens fons emanavit dulcis aquæ, ibique a ſuis Fratribus panis totus ſibi poſt manſem integrum

Dominicis diebus rem ſacram facit. deferebatur, locuſque in quo tres Fratres ſupradicti fuerant uſque ad tempus quando ego fui in Britannia, magno ſemper venerabatur cultu, Oratoriumque inibi eſt compoſitum, ubi ſanctus Samſon per cunctos Dominicarum dies ad Miſſam cantandam & ad Chriſti Communionem veniebat.

42. Fa-

CIRCA AN. 565

28. Julii.

42. Facta itaque ſynodo & percunctantibus majoribus ubinam ſanctus Samſon latitaverit, adfuit vir quidam qui dicebat ſe compertum eſſe ad illam ſpeluncam in qua S. Samſon cœleſtem agebat vitam, necnon & ad illud caſtellum ad quod ſanctus Samſon cunctis Dominicarum diebus cum tribus his Fratribus placabilem inibi Deo regulam colentibus ad Miſſam cantandam veniebat. Tum hi omnes inito conſilio indiculum dirigunt, (quod indiculum ego audivi lectum) non debere eum propter ſemetipſum laborare: quippe quem multis profuturum prorſus præſciebant, atque ad ſynodum eum venire acriter, amanterque cogebant. Perlecto itaque illo indiculo, non ſpontaneo eum illic curſu uno tantum de tribus comite ad ſynodum venit. Majores autem videntes eum læto admodum vultu, quaſi Angelum Dei viderent, ſanctum Samſonem honorifico exceperunt obſequio, Abbatemque eum nolentem in Monaſterio quod, (ut ajunt) a ſancto Germano fuerat conſtructum conſtituerunt, diem conſuetum habentes, quando ad Epiſcopos ordinandos in eodem loco conveniunt, id eſt Beati Petri Apoſtoli Cathedra *a*.

In Synodum vocatur.

Monaſterio a S. Germano conſtructo præficitur.

43. Factum eſt autem, ut illo annuali feſto appropinquante, Epiſcopiſque ad conſuetum expectatis conventum, ſanctus Samſon admirabilem vidit viſum. Quadam nocte circumſeptari ſe a delicatis, ac denſiſſimis candidatorum turbis cernit, & tres Epiſcopos egregios diadematibus aureis in capite ornatos, atque holoſericis, ac pulcherrimis amictos veſtibus in faciem ſibi adſiſtere, atque eum illis Eccleſiam pariter ingredi eum orationis cauſa compellere. Ingreſſus itaque Eccleſiam ut ipſe poſt referebat, horum trium nomina ſedule humiliterque percunctatus, & hoc reſponſum recepiſſe ab eis, Petrum, & Jacobum Domini Fratrem & Joannem Evangeliſtam eſſe; cauſam vero adveniendi eos fuiſſe a Domino JESU-CHRISTO miſſos ad confirmandum eum maxime prælectum Domini Sacerdotem. Perfuncto itaque ab eis ſecundum morem integre Epiſcopi officio & eorum benedictiones illo accepto illi abierunt, & ipſe evigilans ſenſit per ſpiritum ſummum ſe Sacerdotem jam factum. Venientibus autem illis Epiſcopis ad diem condictum conſuetumque, duos apud illos ad ordinandum deſerentibus, tertium ſecundum morem antiquitus traditum ordinare volentibus, ſed quis adhuc eſſet ignorantibus, nocte inſecuta adeſt Dei Angelus ad ſanctum Papam DUBRICIUM (ut ipſe poſtea referebat) in ſomnio ſanctum Samſonem ſummum Sacerdotem fore firmans, Deique placitum eſſe dicens. Sanctus Dubricius præ gaudio hujus Angelicæ collocutionis omnes optimos conſiliarios congregationis expergiſci, atque in unum convenire fecit, ovanter explanans eis quod viderat & audierat, & quod jam in mente ejus retinebat Sacerdotem eum ordinare, quippe cujus magnificas virtutes quas jam Dominus operatus fuerat, optime ſciebat.

Samſon Epiſcopus cœlitus conſecratur.

44. Tum omnes conſiliarii ſine ullo disjunctu Epiſcopum eum fieri accepte firmaverunt: Quo cognito ſanctus Samſon ſuam viſionem Dubricio Papæ, ut ipſe vidiſſet, integre publicavit. Conferentibus ad invicem ſapientibus, atque Epiſcopum eum integre per hoc miraculum jam factum indubitanter credentibus, inſidere eum Cathedram Epiſcopalem *b*, atque confirmare cum aliis duobus pro fidei firmitate ſtatuerant. Inſidentes itaque eo condignam Cathedram, omnes ibi adſtantes viderunt columbam cœlitus emiſſam vocem conſuetam reddere, atque ſuper eum tamdiu immobiliter ſtare, uſquequo perfunctus perfecte eſt, atque ordinatus Epiſcopus, non (ut eſt avibus moris) pro adſtantium tumultu & pro miniſtris per Eccleſiam undique diſcurrentibus loco movebatur. Cantante autem illo eodem die Miſſam, præſentibus omnibus, viſum eſt Dubricio Papæ ac duobus egregiis Monachis, quaſi ignem de ore ac naribus ejus erumpere, atque (quod eſt his majus omnibus) ab eo die quando Presbyter fuit uſque ad felicem ſuum finem, quando Miſſam cantabat, Angeli ſemper Dei ſancti miniſtri altaris, ac ſacrificii apud ipſum * videbantur, oblationemque cum ſuis manibus illo ſolo vidente frequenter frangebant.

Cathedræ Epiſcopali imponitur.

Angelos tempore ſacrificii præſentes videt.

* al. ab illo.

45. Succedunt itaque mirabiliora mirabilibus, & terreſtria cœleſtibus mirabiliter copulantur. Nam cum quadam nocte Paſchæ Miſſam cantaret, & juxta morem ſuum poſt Eulogium tantum ad altare ipſe ſolus ſtaret, immo & Deus cum illo, inſomnis dietenus deſtinaverat, orante * illo illico in exceſſum mentis cadit, atque adſiſtere ſibi magnum virum magna claritate fulgentem vidit, qui & ipſe ut narrare poſtea ſuum patrem audivimus, primo hujus viſionis enormitate intremuit, atque ab eo vocem conſolationis ne timeret audivit ſibi dicentem: Confortare Sancte Dei & viriliter age: amabilis enim, ac devotus es Deo. Ideo enim intimidus auſculta ſermones meos, miſſus enim ſum ad te a Domino meo. Non enim debes in hac patria diutius immorari, peregrinus enim deſtinatus es, atque ultra mare in Eccleſia maximus futurus es, maximo Sacerdotali honore condignus. Hæc & multa his ſimilia commemorans & valedicens advenientibus Fratribus ad matutinalem ſynaxim Angelus ab eo pacifico receſſu exiit, & ille tota fidei alacritate viſionem ſe-

Deo monente in Armoricam tranſire parat.

* Sextus caſus pro nominativo, ut paſſim in hac vita.

a Nempe in Cathedra S. Petri quæ die 22. Februarii a primis Eccleſiæ ſæculis celebratur, ut ex S. Auguſt. Serm. 15. de Sanctis, & ex Conc. Turon. II. can. 23. intelligitur. Nam feſtum Cathedræ Sancti Petri, quod die 18. Januarii colimus, non adeo antiquum eſt; ſed in una & eadem feſtivitate menſe Februario inſtituta, utraque Cathedra, Antiochena & Romana, olim celebrabatur. Lege Menardi obſervationem ad Sancti Gregorii Sacramentarium pag. 46. & 47.

b Matthæus Weſt-Monaſterienſis ad annum 507. aliique poſt eum, Samſonem Eboracenſem Archiepiſcopum vocant. Fides ſit penes illos.

CIRCA AN. 565

28 Julii.

In itinere conſanguineos viſitat.

* al. Dacrovi.

recipiens, atque in ſua mente memoriter retinens, conſummato Paſchalis ſolemnitatis officio, ſine mora iter ſuum citra Sabrinum *a* mare invitis ac flentibus cunctis congregationibus direxit, atque in via matrem, materteramque ſuam viſitans, earumque Eccleſias jam ædificatas conſecrans, ac ſororem ſuam jam a ſua matre diſceſſam adulterino coitu, immo conſtupratam reperiens atque excommunicans, ac de ſuis fratribus & conſobrinis nobilem & Catholicam vitam cum ſuis matribus ducentibus gratanter congaudens, multumque in illis locis bonum ad ædificationem ſpiritualium virtutum inſtruens, multoſque inibi ægrotos de corporis pariter & animæ peſte liberans, atque virtutem ſuæ benedictionis omnibus illis libenter donans, proſpero navigio ad Monaſterium, quod Docco * vocatur, ſequentibus ſe ſupradictis tribus & multis aliis felici perrexit itinere.

Ad quoddam Monaſterium divertit.

46. Audientes autem Fratres qui erant in hoc loco de ejus adventu, & maxime exigente illo ab eis ut aliquis ſapiens appellaretur, ad ſe ſtatim dirigunt ſapientiſſimum illorum ad colloquendum ſecum JUNIAVUM nomine qui & ipſe Britannica lingua cum illis Lux vocitabatur. Erat namque ille Divinitus inſpiratus & multum de futuris conſcius. Cum autem veniſſet ad locum ubi S. Samſon erat, honorifico eum ſalutatu adorabat, atque de ejus adventu gratias referens omnipotenti Deo, ac cum illo pariter conſidens, percunctabatur humiliter ab eo quo tendebat. At vero dicente ſancto Samſone cauſam illius itineris & rogante, ut vel aliquantulum ſpatii cum illis requieſceret, ſanctus Juniavus prævidens ſpiritu ita docibile dedit reſponſum: Deſiderabile, inquit, o Papa amantiſſime, iter ſervo Dei eſt quo pergis, laudante Deo in Evangelio peregrinum propter illum fieri. Veruntamen quod exigis ut apud nos quieſcere deberes, conveniens non eſt, ne qui valde melior nobis, utpote inferioribus condemneris, & nos de te (quod eſt juſtius) noſtris meritis exigentibus condemnemur. Hoc enim ſcire te volumus quod jam in noſtris prioribus inſtitutis relaxamur, te vero tuum iter in pace peragentem oportet vel ſemel antequam transfretaveris in Europa manifeſtari, ut per te adhuc antequam deſis a nobis corpore, virtus Domini manifeſtetur in iſta provincia.

Mare trajicit.

* al. quos de Hibernia ſecum adduxerat.

* al. Auferſeum.

47. Audiens autem hæc ſanctus Samſon, ſtupefactus eſt ſuper doctrina ejus, Spiritum ſanctum ſuper eum proloqui providens, atque ita dimittente in eodem loco navem ſuam, plauſtrum ordinans ad portanda ſpiritualia utenſilia ſua atque volumina, ſuumque currum in duobus imponens equis, quem de Hibernia apud ſe aſportaverat *, patriam pertranſiens Domino comitante iter ſuum ordinavit. Longævus viator mare quod Aoſtejum * vocant, quidquid ad Europam ducit deſiderabiliter petiit, præcedentibus ſe choris Fratrum, aliis nihilominus retro inſequentibus, ipſe in medio ſolus ut decebat, Deum diebus ac noctibus inceſſanter precabatur.

Paganos idolum colentes corripit.

* al. parentum.

48. Quadam autem die, cum per quemdam pagum, quem Tricurium vocant, deambularet, audivit (ut verum erat) in ſiniſtra parte Idolum homines bacchantum ritu in quodam ſano per imaginarium ludum adorantes: atque ille annuens Fratribus ut ſtarent & ſilerent, & ipſe de curru ad terram deſcendens & ad pedes ſtans, attendenſque in his qui Idolum colebant, vidit ante eos in cujuſdam vertice montis ſimulacrum abominabile adſiſtere, (in quo monte & ego fui, ſignumque Crucis quod ſanctus Samſon ſua manu cum quodam ferro in lapide ſtante ſculpſit adoravi, & mea manu palpavi;) quod ſanctus Samſon ut vidit feſtine ad eos duos apud ſe tantum Fratres eligens properavit, atque ne idolum, unum Deum qui creavit omnia relinquentes, colere deberent ſuaviter commonuit, adſtante ante eos eorum comite GUEDIANO; atque excuſantibus illis malum non eſſe Mathematicum eorum partum * in ludo ſervare, aliis furentibus, aliis deridentibus, nonnullis autem quibus mens erat ſanior ut abiret hortantibus, continuo adeſt virtus Dei publice oſtenſa. Nam puer quidam equos in curſu dirigens, a quodam veloci equo ad terram cecidit, collumque ejus ſubtus ſe plicans exanime pene corpus in terra tantum remanſit.

Hos mortui pueri ſuſcitatione convertit.

49. Flentibus autem circa illum vicinis ſuis ſanctus Samſon dixit: Videtis quod ſimulacrum veſtrum non poteſt huic mortuo adjutorium dare? ſi autem promittitis vos hoc idolum penitus deſtruere, & non amplius adorare, ego illum Deo in me operante redivivum reſuſcitabo. Acquieſcentibus autem illis, juſſit eos paulo longius ſecedere, atque illo orante ſuper exanimem per binas ferme horas, illum qui expiratus fuerat, redivivum palam omnibus atque incolumem reddidit. Videntes autem illi unanime omnes una cum ſupradicto Comite procidentes ad ſancti Samſonis pedes idolum penitus deſtruxerunt.

Item ſerpentem necat.

50. Tunc Comes prudens omnes ad confirmanda eorum baptiſmata a ſancto Samſone venire fecit, & ille una cum eis veniens laudans Deum & dicens, Ecce Angelus Dei cœlitus miſſus venit eripere nos de noſtro errore, ſed adhuc, Sancte, ſcrupulum ingens habemus mentis. Sanctus Samſon dixit: Quid eſt hoc? Comes reſpondit, habemus quemdam agrum egregium a quodam venenoſo ac peſſimo ſerpente occupatum, hic vero ſerpens in quadam impenetrabili ſpelunca habitat propemodum duos pagos delens, nullumque hominum habitare inibi licet. Quo audito ſanctus Samſon intrepide dixit: In nomine Domini nihil dubitantes eamus; ſi vero credítis, veſtris videbitis oculis in hoc ſerpente Dei magnalia. Indubitanter vero inito conſilio abierunt cum ſancto Samſone. Juvenis autem qui nu-

a Sobrini maris meminit Galfridus Monumetenſis in lib. 9 Hiſt. cap. 3. Eſt fluvius Albionis ſeu Britanniæ ingens Angliam Provinciam a Wallia ſeparans.

CIRCA AN. 565. 28. Julii.

nuper ſuſcitatus fuerat Clericatum promittens, ſecutus eſt eum. Sanctus itaque Samſon præcedebat exercitum, & puer ille qui nuper fuerat ſuſcitatus, ducatum præbebat ei, uſquequo altera die poſt noctem illuminante illud horribile antrum ubi ſerpens erat ſuis viderunt oculis. Tum puer, Electe, inquit, Dei, an vides antrum ultra flumen in quo ſerpens eſt? At ille in Domino fiſus, exercitui pariter ac ſuis Monachis inibi manere jubens, ille ſolus, immo & Deus cum illo, ultra flumen tranſivit, ſuo puero inſequente eum, venerunt pariter ad oſtium terribilis antri. Sanctus vero Samſon inſpiciens puerum inſequentem eum atque ſubtidens, ita dixit: Confortare, frater, & viriliter age. Iſque ſubjunxit: Quem timebo, Electe Dei, Deus tecum eſt. Præcipiens vero illi, ut paulo eminus ſtaret, ille audenter antrum ingreſſus eſt; ſerpens vero ut vidit eum valde intremuit volens rotare * ad ſuam caudam furibunde rodendam, ille vero confeſtim apprehenſam lineam zonam qua erat accinctus confeſtim in collo ejus impoſuit, ac juxta ſe trahens de quadam eum grandi altitudine præcipitavit, præcipiens in nomine JESU-CHRISTI ne amplius viveret. Puer autem hæc videns rapido curſu ad exercitum & ad Comitem pertexit, cuncta eis quæ viderat per ordinem replicans: illi autem nec audiantes continuo omnes ad eum placida venerunt, volentes eum Apoſtolico recipere obſequio. Ille autem non grande ab eis accipere voluit, ſed pro virtutis oſtenſæ honore juſſit, ſuis ut Monaſterium prope antrum fundarent, ipſe vero in antro interim cœleſtem ducebat vitam jejuniis ſemper & orationibus incumbens.

* al. converti.

In ſerpentis antro moratur ac Monaſterium condit.

51. Sed illud miraculum quod in hoc eodem antro ob illum Dominus monſtravit, non ſilentio relinquendum puto. Nam cum quadam die ſitis cauſa * ut illi Dominus aliquid conſolationis aquæ poſt nimiam jejunii ſitiſque laſſitudinem donare dignaretur, ſine mora omnipotens voluntati ejus ſatisfaciens *; precante illo, ſenſit de lapideo ſuperliminari antri illius frequentiſſimam quaſi de nimbo guttam aquæ fluere & prope antrum ſupra quamdam petram veloci deſcendere curſu. Tum vero ut hoc vidit, valde inde gaviſus eſt, ac per hoc ſenſit per ſpiritum ſuæ preci Deum auxilium dediſſe, & uſque hodie non die, non nocte deſinit fluere.

Fontem inibi precibus obtinet.

* Supple oraret.

* al. ſatis fecit.

52. Recepto itaque ſuo conſobrino in principio noſtri operis jam dicto; atque in Diaconatus officium excepto, ac Monaſterii illius perfecte constructi ſuo patri Præſulatum præcipiente, conſummatiſque virtutibus quas in illa regione per ipſum Deus fecit, navigationem citra mare ſecundum ſuam promiſſionem Deo ducente deſtinavit, comitantibus cum illo pleriſque Monachis & maxime Diacono illo de quo jam nos dixiſſe ſufficit proſpero curſu portum in Europa deſideratum tenuerunt. At deſcendentibus illis de navi viderunt tuguriolum non grande prope portum ſitum, ad quod ſanctus Samſon appropinquans vidit ad oſtium manſiunculæ privatum plorantem, atque ad mare ſemper inſpicientem. Sanctus vero Samſon intendens in eum percunctabatur ab eo quidnam hoc eſſet. At privatus dixit ei: Tres ſunt jam dies totidemque noctes a quibus ſpero in hoc portu auxiliatorem quem Deus mihi tranſmarinum venire promiſit. Sanctus Samſon illi dixit: Quis eſt dolor tuus? Ille dixit: Uxorem habeo in hac manſione leproſam necnon & filiam dæmoniacam, & promiſſionem habui illarum ſanandarum in hoc portu. Sanctus vero Samſon incunctanter in illam manſionem introiens, ac ſuper utraſque ægrotantes orationem fundens, ſanas atque incolumes eas, Deo auctore, coram omnibus dimiſit, ac inde exiens Deo duce aptiſſimum reperit inibi locum, atque honorificum fundavit Monaſterium, quod uſque hodie proprio vocabulo DOLUM *a* nuncupatur. Multa inde mirabilium opera ſeminans, ac multa Monaſteria per totam pene provinciam fundavit: quæ ſuper ſingula omnia ſcribantur, ad exceſſum de inceptis ducemur.

Patre ibi præpoſito, in Armoricam navigat.

Leproſam ac dæmoniacam ſanat.

Dolum Monaſterium conſtruit.

53. Unum tamen maximum ac mirabiliſſimum opus quod in Europa per eum Dominus fecit non ſilentio prætereundo puto. Nam eum omnes regiones in maximo mœrore deprehendiſſet, cauſamque ab eis ſedule percunctaſſet; dicunt ei injuſtum ſuper eos, ac violentum, externumque judicem veniſſe, atque eorum præſulem, JONAM nomine, hereditario titu illorum terram tenentem per iniqua munera in manu Regis, & maxime malæ ejus Reginæ inique data morti tradidiſſe, necnon & filium ejus JUDVALUM captivitati dediſſe & morti, ſed adhuc vivere confirmabant. Sanctus vero Samſon hæc audiens per Dei diſpenſationem miſericordia motus adire Regem HILDEBERTUM ob Judvalum propere profectus eſt comitante illum ſemper in omnibus Chriſto.

Aliaque plura.

Childebertum Regem adit.

54. Et factum eſt dum in Palatium fuiſſet ingreſſus, Deo utpote pro eo virtutem operante, invenit quemdam maximum Comitem energumeni dolore vexatum. Quo comperto ſanctus Samſon venit ad eum, & accepto oleo benedixit, ac perungens eum in vertice & facie & pectore multis inſpectantibus Deo auctore qui ægrotus fuerat, ſanus omnino factus eſt, ſtatimque nunciatum eſt Regi de eo & de mirabili quod per ipſum Deus fuiſſet operatus.

Energumenum liberat.

55. Volente illo cum Rege fabulari, ac de eodem Judvalo ut ſibi dimitteretur ſermocinante negatio impudens adfuit: ita ut numquam eum vivum videre dicebant. Sanctus vero Samſon ſuavem admodum ac pertinaciter ſermonem tenens inceptum precabatur, illi deteſtabilius negabant. Sanctus autem Samſon videns ejus ſermonem eos in nihilum ducere, iratus voluit ab eis diſcedere, minans degenerari eos a ſuis ſeminibus, ſi quem rogabat

Judvalum a Rege repetit.

a Baldricus Dolenſis Epiſcopus in cap. 6. vitæ S. Samſonis, *A prædicto Privati dolore* (inquit) *locum illum dolorem* (*quod lingua moderni er Dolum dicit*) *appellavit*. Nunc Dolum in Armorica eſt urbs Epiſcopalis.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

donare ei noluiſſent, furibunda egrediens clamante cum illo Comite a quo dæmon fuiſſet ejectus, & multis hortantibus Regem ne Sanctus Dei offenderetur. Tum Rex inito conſilio cum ſuis Comitibus, Samſonem placare voluit, mala Regina ejus in malo perſeverante, ac Sanctum pravo vocabulo, quod neſes eſt dici, procaciter clamitante, per artem malæ machinæ communicare eum cum Rege, priuſquam illi placaretur, rogat. Tunc ſanctus Samſon non ſpontaneo, ſed neceſſario ritu communionem ſubiit, at mala Regina diabolo inſtigante venenum ſibi in vitro miſcere fecit, ac ſancto Samſone juxta Regem ſedente apportari ſibi per ſuum miniſtrum præcepit. Recipiente itaque Rege vaſculum ſuum, ſanctus Samſon ſignum Crucis impoſuit ingerente ante ſe miniſtro vitrum ſibi cum veneno. Tum ille divinitus nimirum inſpiratus, impoſito in manu tenentis ſigno Crucis, vitrum in quo malum erat, in quatuor adunavit partes, & vino effuſo, manus tenentis uſque ad oſſa videntibus multis crepuit. Sanctus vero Samſon admiratus * admodum dixit: Non eſt conveniens hoc poculum homini ad bibendum. Impoſito vero ſolito ſignaculo in mano læſi, coram omnibus ſanus factus eſt.

Venenum a Regina propinatum prænoſcit.

* al. ita mite.

Equum indomitum ſubigit.

56. Turbato itaque Rege atque omnibus offenſis, Regina ſemper mala in malo perdurabat: & factum eſt at Rege concedente ad locum ubi Judvalus erat, ſanctus Samſon ire vellet. Tunc Regina illa equum indomitum, impetuoſumque ad vehendum eum de grege adduci ordinavit: quo viſo ſanctus Samſon in equum rebelloſum ſignum Crucis impoſuit, ac ſella deſuper impoſita ipſe in equo inſedit. Ita mitis equus & tremens erat, ut vix pedem movere, vel progredi tarde admodum auderet, mitigante illum Chriſto ſub Electo ſuo.

Leonem fugat & verbo occidit.

57. Regina ſemper & ipſa durans in malo cogitatu, ac ſanctum Dei Samſonem convincere, & conſummare volens, trucem ad iracundiam a ſuis cuſtodibus provocare, atque in portum diſſolutum, furibundumque obviam ſibi quaſi neſcientibus illis adduci ordinavit leonem, progrediente ſancto Samſone cum ſolitis armis ante ſuos comites. Ut autem leo trux, ac furens vidit eum recto ad ſe atque intrepido curſu dirigentem, mutata ferocitate, ac Deo illum pro ſuo Electo expugnante, quaſi ictum in oculis accepiſſet, in feſtinam fugam ſeſe dedit. Tum Sanctus ille nimio admodum turbatu motus, ſolita jacula poſt beſtiam ſub Chriſti nominis invocatione, quaſi ſpirituali fundibulo emittens, ita dixit: Impero tibi in nomine Jesu-Christi qui dedit nobis poteſtatem calcandi ſuper vos & ſuper conſimiles veſtros, ut terror tuus ab hodierno die numquam excreſcat in humano genere, ſed præſentibus his omnibus velociter expires, ut ſciant & intelligant, quia Chriſti famulus huc miſſus ſum in iſtam provinciam. Completa autem oratione, ac multis videntibus leo præcipitavit ſe, atque exanimis in illa hora factus eſt. Tum hi omnes una cum illa Regina hæc videntes timore perculſi ceciderunt ad pedes ſancti Samſonis, atque omne ſecundum placitum voluntatis ſuæ permiſſum eſt ei, ac ne injuriam pateretur, Judvalum ſupradictum præſtiterunt ei.

Serpentem relegat.

58. Tum Rex placere volens per omnia ſancto Samſoni, atque eum Apoſtolico cum honore excipiens, ac de ſupradicto Judvalo bonum promittens, ſubmiſſe dixit: Ingens, Electe Dei, habemus mentis ſcrupulum, eſt enim malus ſerpens multum delens ac deſertans de terra noſtra. Audivimus te jam victorem fuiſſe in hac ſimili cauſa, & ideo vellemus, ſi tibi injuria non fuiſſet, ut depelleres illum a nobis. Sanctus vero Samſon indubitanter dixit; date mihi compertum in itinere & fidentem in Deum, & ego veniens in Dei virtute ejiciam illum. Tum quidam compertus ac fidens præſtitit ſe ad comitandum eum. Relictis itaque comitibus ſuis in palatio cum ſupradicto Judvalo atque electis ſecum tantum duobus de ſuis, iter propere perrexit comitante illum Chriſto. Factum eſt autem ut tandem venirent ad horrendum illud antrum, in quo ſerpens erat. Quo cognito ſanctus Samſon dixit ſuis: Conſtantes eſtote & expectate me huc, uſque ad vos revertar. Manentibus autem illis, ipſe intrepide Deo adjuta comita ad oſtium horrendi antri exiit, ibique jejunans & pernoctans & orans, tandem in nomine Jesu-Christi ſerpentem ad ſe venire imperavit, atque illo tremebunde veniente ſanctus Samſon apprehenſo ſuo palliolo in collo ſerpentis impoſuit, ac juxta ſe trahens Pſalmum jamdictum ſolitum cantans, ultra quoddam flumen, quod vocatur Sigona, ire eum juſſit, mandans ut ſub quodam lapide maneret.

Childebertus in gratiam Samſonis Monaſterium condit.

59. Reverſus itaque ille cum comitibus ſuis, atque ad palatium remeans, ſui comites cuncta quæ de ſerpente viderant Regi cum ſuis omnibus narraverunt. Tam omnes timor ac ſtupor ingens invaſit, ut nemo ultra offendere eum vel in minimo auderet. Volente itaque ſancto Samſone cum Judvalo ad Britanniam remeare, & Rege libenter concedente, & Monaſterium *a* ei magnificum in loco onde ſerpentem ejecerat Regis opitulatione conſtruere diſponente, Fratreſque inibi cum Regis hortatu ad opus Dei exercendum dimittente, Leſiam,

---

a De hoc Monaſterio ita ſcribit Baldricus Dolenſis Antiſtes cap. 6. *Locum illum Pentale ſeu Pentalienſe* (quaſi Pœnitentiale) *Monaſterium ſecundum Britannica lingua idioma vocavit*. Monaſterium illud ſæculo inſequente rexit B. Geremarus Abbas, in cujus Vita hæc leguntur: *Abiit in Monaſterium quod ſupra nominavimus Pentallium in pago Rotomagenſi ſuper fluvium Lirizinum*. Favent ejuſdem Vitæ alia verba: *Erat autem quædam crypta in vaſte ſolitudinis ſuper fluvium Sequana, unde S. Samſon ſerpentem ejecit. Hanc petebat* (Geremarus) *ut ad habitandum concederent*. Ergo hic Sigonæ nomine Sequanam fluvium intellige. Qui Monaſterium illud a S. Audoeno conditum putant, hoc loco revincuntur. Everſum eſt idem Cœnobium, diſtinguendum a Monaſterio Pentali prope Dolum conſtructo, in quo S. Samſon ſepultus legitur in Vita a Boſcio edita, his verbis, &c. *Cujus corpuſculum in Monaſterio Doli Pentali ſub ſpe futuræ reſurrectionis poſitum eſt*.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

ſiam, Angiamqua marinas Inſulas proſpero navigio petierunt, atque homines multi ſancto Samſoni ſatis cogniti ejus hortatu unanimes ſecum & cum Judvalo Drus dedit, ita ut COMMORUM injuſte violantem uno ictu proſtraverit, & ipſe poſtea in tota cum ſua ſobole regnavit Domnonia *. Denique ita ſanctus ille Samſon a ſupradicto Rege Hildrberto honorifice exceptus eſt, ut omnia quæcumque vellet non ſolum largiter, ſed etiam libenter, ac ſine ulla mora daret ei, & familias & poſſeſſiones prærogativas largiens.

Judvali victoria adverſus Commorum.

* id eſt Cornubiæ Armoricæ.

60. Namquodam tempore cum eſſet in domo ſua in Romania, rem infamoſam audivit de ſerpente, quod non minus prioribus malum faceret. Tunc ille conſcientia perculſus perrexit ad eum, ac denuo illum trahens in mare præcipitavit mandans in nomine JESU-CHRISTI eum mori, ne ullum amplius læderet. Nam quantas virtutes per eum Dominus ultra, citraque mare, & quantum invidiæ, blaſphemiæque, maxime a Sacerdotibus pravis pertulerit, numerum profecto excedunt, nec eſt opus de his ſingillatim rimare.

Samſon alium ſerpentem in mare agit. Moritur.

61. Perfectis itaque omnibus tam in Britannia, quam in Romania virtutibus quas per eum Deus fecit, conſtructiſque ac munitis juxta exemplum ſuæ converſationis ab eo Catholicis Eccleſiis, perfecta jam vita & ætate, conſummatoque bono ſecundum Apoſtolum, atque incomprehenſibili curſu, utpote omnibus bonis moribus plene ac perfecte ornatus, felici exitu in Dolo Monaſterio corpuſculum cum unguentis conditum in ſacro tumulo ſuo ſpei æternæ reſurrectionis dimittens, ſua felix anima cum hymnis atque Angelicis choris ea hora cum tranſiret a auditis a Fratribus, feliciter perrexit ad Chriſtum, ſignumque beatitudinis ejus apud nos habemus in his ſcilicet ſignis, quæ quotidie per eum Deus facit, Amen.

LIBER SECUNDUS.

1. REGNANTE perenniter Domino noſtro JESU-CHRISTO prope quaſi ad ſæculi terminum, noſtri, utpote idiotæ ſatis ac pigerrimi, magna tamen ex parte ob illum de quo ſermo eſt, ſanctiſſimum Samſonem, ornati ac politi operis prope finem immenſum, ac profundiſſimum magni cujuſdam maris pelagus vadoſa admodum ac parviſſima imperitiæ meæ lintricula, foſſo licet corde, proſpero tamen Deo duce, navigationis cauſa, atque gracilis & incompertæ linguæ cœleſti ut ita dicam illuminatione percurrens, gratias agimus omnipotenti Deo, quod tantum opus de tam ſancto atque egregio viro per me peccatorem, ac per omnia indignum Catholico ac vero ſtilo tandem tradere dignatus eſt. Exinde me mihi, immo & audientibus & legentibus futuram ædificationem ſperantem, ac firma fide flagitantem in tuis ſanctis, o beatiſſime Papa TIGARINOMALE, apud Deum interceſſionibus opitulare quæſo, quia Deus omnipotens pie ex corde revertenti remittere conſuevit. Ceterum, Papa, credi a te volo, ſicut jam dixi, quod non per omnia de ſancto Samſone in mea mente memoraliter retenta ſtilo tradere volui, ſed de multis pauca colligere ſufficiens putavi, ut de eo quod pro certo apud nos habemus, tam in auditorum quam in lectorum mentibus ædificatio fertilis ſit. Quid enim opus habemus de jejuniis, atque abſtinentiis ejus plus protelare, qui plura multum ſcimus & audivimus? Sufficit enim, ut reor. Sed poſcimus, quiſquis es qui hunc legis libeumculum, ut mea me imperitia habeas excuſatum.

Tigerinomali orationes expoſcit ſuctor.

2. Eja jam, Fratres cariſſimi, tanti ac talis viri Samſonis æſtimatam converſationem per quantam potuimus ut reor parvitatem ab Electi ejuſdem principio beatum illius finem tenentes, te, o beatiſſime Papa Tigerinomale, volente ac ſuggerente veriſſimis indiciis certitudinem indubitatam habentes, Deo nobis utcumque indigno donante, explanavimus, ſed & nunc magnifica illa ac ſancta annualis ſolemnitas, in cujus digno ac mirifico honore anniverſaliter celebrari ſolet, imminet, atque inſinuat nobis hujus eri opuſculo augmentum dare, atque in ipſius feſtivitatis gratulatione ad majores animarum profectus corda noſtra dilatare. Nam ſicut profectum inde habemus undecumque claruerit tanti viri virtutes ineſtimabiles minime latere, atque ad Eccleſiarum Chriſti opitulationem vel exemplum, normamque bene operandi, atque Apoſtolico exemplo hujus optimi ut puta viri memoriam in exemplum profectus multis ad culmen virtutis ardenter tendentibus ſtilo protelare; ita & in hujus feſtivitatis repetitione ratio exigit, ut aliquantulum admirationis cum Apoſtolico ac ſpirituali gaudio miſcentes, dignum aliquid ob hunc mirificum apud nos atque annualem hujus feſtivitatis diem: vel in quantum noſtræ poſſibilitatis vires ſuppetit, evolvere. Atque cum ejuſdem ſancti in virtutibus, quantum valuit aliquid, nec quantum ſufficit dictum ſit, ſupereſt tamen vel de quotidianis ac præſentibus ejuſdem virtutibus cum præteritis ſupra jam ſcriptis non inconvenienter concordantibus, & maxime quas vel in hujus diei anniverſali ſolemnitate per ejuſdem Sancti interceſſionem Dominus indeſinenter operatur aliquid enumerando atque gratificando recolere, ut ex hac luce clarius cunctis hunc annualem diem Catholica colentibus pateat, quia devotus receptus eſt hic Sanctus in cœleſtibus, per quem Deum apud nos cuncta cernimus cunctis perficere in terreſtribus.

S. Samſonis annua feſtivitas.

 3. Quis

a Cum S. Samſon Concilio II. Pariſienſi anno 556. habito ſubſcripſerit, nec interfuerit Turonenſi itidem ſecundo quod anno 566. celebratum eſt, circa annum 565. obiiſſe videtur. At non attigit centum viginti annos, ut Auctor Vitæ a Joanne Boſcio editæ ſcribit: alias S. Maglorius, qui ipſi ſucceſſit, diuque ſupervixit, ejus condiſcipulus in Eltuti ſchola eſſe non potuit.

CIRCA AN. 565 28. Julii. Miracula.

3. Quis enim vel noſtris temporibus ſufficienter enumerare queat, quanti imbecilles, quanti cæci, quanti claudi, quanti epileptici, quantique energumeni, qui diverſis ægritudinum generibus obnoxii tenebantur, qui intercedente Antiſtite noſtro Samſone apud Dominum cujus hodie grata eſt ſolemnitas a ſuis infirmitatibus ſunt liberati? Innumeri enim ſunt lectuli & grabati ab ægrotantibus dimiſſi. O quanti corporis & animæ valetudinibus detenti per hunc eumdem diem, eumdemque Sanctum Domino operante ſalvi ſunt facti. Et quid eſt aliud de eodem ſancto memorare, niſi (ut mihi videtur) Apoſtolicam olim virtutem reciproca quadam ad nos reviſione ac Dei dignatione tandem reluſtrantem, immenſa cum delectatione recolere? ut legitur in actibus Apoſtolorum congregatis in unum Apoſtolis, id eſt in porticu Salomonis (quod pacis & unitatis veræ ſignum figuraliter poſſumus intelligere) turbæ innumerabiles venientes, vel per eorumdem umbras ab omnibus ſuis languoribus quos habebant, unuſquiſque eorum ſanabatur. Verum & uſque hodie in toto orbe terrarum ubicumque ſunt diffuſi ac repoſiti per annualia feſta, quos in ſingulorum honoribus Chriſtiani colunt, magnificas virtutes Dominus indeſinenter operatur. Simili modo, & in hac annuali atque ſolemni die per iſtum, de quo nobis mentio Deo aſpirante orta eſt, ſanctum Samſonem non minori prorſus comparatione magnalia Dei veriſſimis teſtimoniis conſequenter cernimus adimpleri, ita ut de ejus perpetuitate, atque de ſua mirabili ſecuritate atque inæſtimabili (ut ita dicam) regni cœleſtis beatitudine ac gaudio ſpirituali mens noſtra hilareſcit. Et inde eſt quod alteram vitam quaſi perſpicuis quibuſdam intentionis aciebus cernere atque complecti Deo illuminante videmur, nec tam per ænigmata quam per ipſam (ut certius dixerim) veram ac viſibilem rem quam operari ipſum inter nos Deo auctore videmus. Namque (ut dixi) aliam meliorem vitam ac perennem inter Sanctos Dei ineſſe indubitanter credimus, quos inter nos vivos pollentes ac fortes in Dei opere conſpicimus emicare.

Quomodo feſta Sanctorum celebranda.

4. Et ideo indubitata fide ac ſpe non quaſi incerta, ſed rectiſſima norma, Fratres dilectiſſimi, Deo ſavente contendamus ex intimo ac ſummo conatu, ut ad hujus viri ſancti Samſonis coeſſentialiter, id eſt fide tenus adminiculatim ancipitem vitam noſtram convenienter componentes, atque in lectione hujus opuſculi licet exigui cum impenſo toto intellectu auditum noſtrum diligenter commodantes; ut quæ illi profuerunt ad coronam, nobis prodeſſe poſſint ad ſalutem. Non enim decet ut quicumque ſanctum Samſonem ſuis virtutibus atque annualibus viciſſim ſibi feſtivitatibus colere diſponit, per vagas atque inanes vel ineptas immo & pravas operationes vitam ſuam cœnoſa commaculatione contaminet: quia indecens nimis eſt ac Deo omnipotenti odibile, ut qui hunc ſolemnem ac ſanctum diem officio linguæ, ac ſolita ſignificatione veneratur, coram omnipotente Deo in ſuo animo pollutus, vitia in ipſo ac peccata regnent. Sic enim quidam ſapiens dicit, cum de die judicii diſputaret, ait enim: Ad quos Apoſtolos, ad quos alios Sanctos confugituri ſumus, quorum exempla ſimul ac verba deſpeximus? exempla vero hujus ſancti nimirum diſplicent illi, qui ſolemni ut pura conſuetudine ore tantum celebrans iniquis & malis moribus diſſipat. Quid enim prodeſt ſi aliquis ad dilectum quemque cujuſdam Principis acceſſurus ut pro ipſo interceſſor ſit & precator, & ipſe in ſuis iniquis oppugnationibus eumdem interceſſorem ad iracundiam provocet? nonne & deterius illius animus accendatur ſi per aliquam irriſionem ejus cauſa quaſi invite ab interceſſore ventiletur, & quod eſt gravius, mens præſidentis ad deterius exardeſcat, ſi ſui dilecti animum per ignobilitatem ad deſenſionem magis quam ad placitum invitet? ſic enim in veteri Teſtamento legimus cum Dominus contra populum rebelloſum ſuam querimoniam oſtenderet, & quaſi ab ipſius petitione eum repudians, atque abominabiles illius obſecrationes competenter deteſtans, interſeratis interim ac deductis nominatim ad medium optimis viris ne pro eodem populo orare deberent, prohiberetur, ait enim: *Si Moyſes & Samuel*

Jer. 15. 1.

adſtiterint coram me, ſi eſt anima mea ad populum iſtum. Unde & non inconſonanter hoc recepit Evangelii teſtimonium quod Chriſto auctore dicit: *Quid eſt, quod dicitis mihi Domine Domine, & non facitis quæ dico?*

5. Honorare, itaque, Fratres mei, feſta Sanctorum nihil aliud eſt, quam amanter ſuis bonis quibus compti ſunt mentem noſtram componere, atque ad illud ineffabile ac cœleſte regnum ad quod feliciter pervenerunt, non eos virtutibus coæquando ſed eorum anguſta opera quæ per immenſam ſubſtinentiam atque incredibilem (ut ita dicam) inexpertis, quibus omnia poſſibilia eſſe credenti non putantur, ad beatum uſque finem vitæ hujus exercuerunt, imitando rectiſſima linea eoſdem Deo duce ſequi poſſimus. Ceterum, ut ſcriptura dicit, nihil prodeſt intereſſe feſtis hominum, ſi deeſſe contingat feſtis Angelorum. Quid prodeſt, ut dixi, ſi cum gaudentibus in hoc mundo gaudere videamur, & propter incondita ac prava opera quibus Deus offenditur, a Sanctorum conſortiis, id eſt a cœleſti regno quod perenniter cum Deo eſt, exules ac ſeparati fuerimus? Ecce feſta in terra egimus; curandum itaque ſummopere nobis eſt, ut ad cœleſtia ac perennia feſta inter Angelorum ſocietates deputati ſine labe intereſſe mereamur. Tranſitoria ergo ac contraria his operibus, quibus Deus placatur, funditus amputare feſtinemus, nec in quibus fuimus, ſed in quibus futuri ſumus actibus perſpicaciter intendamus: quia Deus omnipotens pie ex corde convertenti remittere ſpopondit, qui per

Ezech. 33. 12. & ſeq.

Prophetam pollicens ait: *In quacumque die, vel in quacumque hora converſus fuerit peccator ad me, omnes iniquitates ejus obliviſcar.*

6. Nemo ergo confidat, Fratres cariſſimi, ſi huic ſacro feſto humanis obtutibus intereſſe corpo-

corpore tantum pateat, & ante occulti atque interni arbitri, qui teſtis & judex veraciter CIRCA AN. eſt, oculos in ſuis motibus corruptus & contradictor exiſtat. Sed quoniam in principio ac fine 565 alterius Epiſtoliunculæ intexiſſe me memini minime tuta quæ ad noſtram venire cognoſcere- 28. Julii. mus memoriam, de virtutibus ſancti Samſonis, vel in ſecundi opuſculi hujus iteratione ad hujus rei exemplum opitulandum de illius aſſertione aliqua adhuc vel pauca ſunt replicanda, ut inde cunctis melius ac firmius pateat nihil prodeſſe inter Sanctos ſpeciem ſanctitatis dare, & ab iiſdem Sanctis in conſpectu omnipotentis Dei ſolius malis moribus & ſqualentibus ſe disjungere.

7. Quodam namque tempore idem Samſon ad viſitandum Papam DUBRICIUM in ſuperiore Epiſtola jam memoratum, qui quadam ægritudine corporis vexabatur, atque idem Dubricius Papa quemdam puerum valde ſibi familiarem Diaconem MORINUM nomine eidem Samſoni ut cum eo habitaret precaretur. S. Samſon, ut erat Spiritu ſanto plenus intuens in eum & ſignum Crucis (ut erat ei ſolitum) in ejus frontem imponens, atque amanter illum ſuis manibus recipiens ac deoſculans, & deinceps paululum ſilens, ita reſponſum tandem læte admodum dedit: Rete mi Papa, cunctos, quos capere valet in mari, recipit piſces, ſed ad terram demum deductum piſcatores bonos diſcernunt a malis. Quo audito Dubricius Papa (quippe cui ille carus valde erat Diaconus) intra ſemetipſum gemens, taciturnitate apud ſe offenſionem ſuam abſcondit; ſed tamen in ſuo vultu minime celare potuit. Sanctus vero Samſon ſubtili examinatione apud ſe hoc perſcrutans quaſi non aliud dignoſceret; ſuum chriſma, quo facilius Papam placare poſſet) unde officium Epiſcopatus adimplebat, hilariter eidem Diacono præcepit dari, ſuis mandans ut eumdem (quippe ſuo Papa conſcio) in obſequio ſui præceſſorem facerent, & non ſolum hoc, ſed etiam ad majorem adminiſtrationem, ac præ omnibus inclitiſſimam adſcivit, ita ut eum in nullo penitus carnali, ſpiritualive obſequio aliquis anteire videretur. Præſciebat tamen ſanctus Samſon per ſpiritum, Deo utpote revelante, qualis ille futurus eſſet, quod poſtea veritas probavit rei.

Diaconi cujuſdam malos mores diſcernit Samſon.

Eo tamen miniſtro utitur.

8. Nam cum quadam nocte inſimul ad orandum ambo ſtarent (ut mihi competti ac religioſi, virique probatiſſimi quibus intimatum veriſſime fuerat relatione tradiderunt) unaquidem ſimulatione, ſed diverſo mentis uſu ſanctus Samſon in eumdem intendens Diaconem, vidit Æthiopem quemdam in modum parvuli in ſiniſtra ejus ſcapulu ſedere, & os ejus ad aurem ſemper intendere, ita ut ſanctus Samſon intelligeret, quod zabulus cum homine colloquium haberet. Quo viſo ſanctus Samſon ſalutaris primum impreſſione ſigni armat faciem ſuam, ſtatrique confeſtim, ac vix ægre imperat ut abiret. Ille ſolus in oratione perſiſtens, magis ac magis Dominum precabatur, ut illi Dominus malum illud ut erat totum revelare dignaretur. Nec mora eunte illo atque in lectulo concidente, ſtatim febris ingens invaſit eum ita tremontem palleutemque ac dentibus ſtridentem & diſcerpentem, ut cuncti qui aderant dæmoniacum eum clamarent. Nuntiato verbo ſancto Samſoni utanti cum feſtinatione occurrit; ægrotus autem ut vidit eum a longe eum dira ejulatione vocem levavit, dicens: Veni, veni Electe Dei, quæſo obſecra Deum tuum pro me, ne tandem peream, nam propter tuam virtutem mirificandam, & propter mea malu merita jam denudanda oſtentatus ſum tibi tuis ſanctis indignus eſſe obſequiis, quippe qui ab infantia hue uſque Philoſophiæ machinatione ad malum ſemper exercitatus ſum. Nam Æthiopem, quem tu conſpexiſti, doctorem ſemper habus ad ea quæ ſunt Deo odibilia, ut nullus in his me anteire videretur. Sed nunc non amplius permittor in flagitiis vivere, & ideo obſecro ut Deum Salvatorem precetis pro animæ meæ redemptione, vel poſt tormenta, ſicque confeſſionem ſuam totam (quippe qui omni iniquitate, ac maleficio plenus erat) palam cunctis lacrymabiliter fundens, ſtatim obmutuit, atque ab eadem hora nihil omnino loqui valuit. Nocte vero inſecuta ad mediam noctem adſtantibus circa ſe cunctis Fratribus, ac Deum inceſſanter pro animæ illius ſalute precantibus impuram illam animam de corpore exhalavit.

Diaconus idem magiſtro uſus dæmone, facta confeſſione moritur.

9. Facto autem mane ſanctus Samſon tollere corpuſculum illud extra portam Monaſterii ac ſepelire juſſit; ille in precibus ſolitis perſeverans per totos tres dies totidemque noctes jejunus, inſomniſque manebat, Deum ardenter lacrymabiliterque implorans, ut illi animam hujus miſerrimi hominis vel poſt diram ac juſtam pœnitentiam ad veniam donare dignaretur. Tandem ſoporato illi aliquantulum poſt immenſam corporis laſſitudinem, adeſt Domini conſolatio quæ de animæ Fratris ad extremum abſolutione, & de illius corporis ad Monaſterium reditu ſuaviter cuncta diſſeruit, & poſt aliquantum temporis Miſſas decantare pro illo per eumdem Samſonem Domini conceſſu ſuggeſſit. Quod ita factum eſt, & tamdiu Miſſas ipſa prò eodem Fratre fecit, donec cœleſti denuntiatione ejuſdem animæ felicitatem cognovit, ac libertatem. Et inde eſt ſermo, quoniam minime a Sanctis aliquid mali, bonive celari aliquando poſſe indicat. Quod ut firmius ſentiamus, alia re licet poſt obitum ejuſdem Sancti affirmare volumus, quam indubitanter novimus factam.

Samſon pro ejus ſalute Miſſas & orationes adhibet.

10. Aliquantulo autem tempore feliciter recidente illo, de quo nobis mentio eſt, profecto ad Dominum Deum ſuum, poſt ejus obitum aliquod intervallum, imago Crucis quæ ante eum ferri ſemper ſolebat, quamque benedixerat, quæ denique ures atque urgenti, gemmarumque venuſtatibus circum fuerat ſolidata, a quodam malefico ac peſſimo homine furtim detecta, ac dehoneſtata eſt, ſed taque, furtimque factum hoc non tacitus ſanctus Dei Spiritus apud eumdem ſemper Samſonem manens audivit. Nam rapiante eo eadem hora illas pecunias ſupra memoratas horror invaſit illum; ita ut immanitate iſtius inſoliti terroris anxia-

Fur autem de Cruce foratus punitur.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

animatus, quaſi ſeminecis in terram poſtratus concideret. Nec hoc ſufficere potuit ad deſperati, ac perditi hominis documentum, nam inde inſuadibiliter ac pertinaciter iter conficiens reperit quadam nocte quoddam balneum hiemali bruma concretantibus aquis obſtructum, quod ſub pedibus ejus ſubito diſrupit, & ille meritis utputa exigentibus, diriſque miſerrimum ſtringentibus glaciebus eadem nocte obiit, ac linteamen, in quo pecuniæ ſupradictæ repoſitæ erant, invitis de manibus ejus lapſum eſt. Factum eſt, ut circumſtantibus Fratribus illis qui in hoc erant loco de pecuniarum amiſſione*, quidam deambulans altera die reperit linteamen in quo pecuniæ ſupradictæ abſconſæ erant, contentum ſupra glaciem manere: ac deinde circum ſe aſpiciens, vidit cadaver rigens inter medias glacies immobiliter ſtare. Quo viſo Frater ſtupefactus & admirans, cuncta quæ viderat per ordinem ceteris replicavit. Viſis his Fratres pecuniam de crucis imagine raptatam inde certe cognoverunt. Ob hoc ergo quis dubitet hanc virtutem ſanctum Samſonem prodidiſſe, cui carne morienti, immo cum Deo ſuo ſemper viventi nulla res bona malave poteſt aliquando latitari? ſed quodcumque & qualiter, vel quando vult patenter manifeſtat ac prodit Deus per Sanctos ſuos; ut nos idiotæ ac pigri in iſto ut puta ſqualenti luto poſiti, indubitanter ſciamus, præſentes illos eſſe in his ſive bonis, ſive malis, quæcumque fecerimus actibus: quippe qui cum Deo ſuo, etſi non perfecte, tamen quantum poteſt fieri beate jam ſunt glorificati.

* adde turbati.

11. Sed nos dum hujus ſancti recordamur, dumque omnia quæ de illo bona fama diſperſit recolere volumus, in his nos noſtræ dumtaxat verbis conſcientiæ remordent, quia huic tam arduo, tamque mirifico operi indignos ſatis & impares eſſe nos cognovimus. Sed omnipotentis Dei miſericordia, quæ numquam a confidentibus in ſe abeſt, ideo hoc ad profectum ceterorum profuturum tandem in fine ſæculorum per nos idiotas & elingues & imperitos & valde indignos opus retexere confortavit, quatenus & ad exemplum bonæ operationis legendo ceteri eniterentur, & ad teſtimonium meritorum ſuorum Apoſtolorum, omniumque Sanctorum ceterorum exempla proſequendo non minorem apud nos illius gloriam Dei dignatione effulgere cernerent; quia ille egregius Sanctus de quo nobis mentio eſt, & cujus feſtivitas apud multos Britannorum, Romanorumque ultra citraque mare, & ut ita dicam in cœlo & in terra nobis ſatis deſiderantibus hodie feliciter clareſcit, tam perfectus & totus in omnibus operibus juſtitiæ exercendis fuit, ut ſupradictos Apoſtolos atque alios Sanctos coæquando in nullo prorſus, vel minimo in ſignis etiam, ac prodigiis monſtrandis minor habeatur; quibus denique uſque hodie utuntur omnes qui a Domino per eumdem Sanctum ſanitatem corporis toto fidei niſu ſuppliciter precantur. Quid enim aliud per hoc, Fratres cariſſimi, niſi perpetuitatem ſancti Samſonis ac felicitatem illius in cœleſtibus clamare conſpicimus, qui quamvis abſens a nobis eſt corpore, de aliqua tamen majeſtate qua feliciter cum Deo utitur ille in cœleſtibus bonis, ſine ulla hæſitatione nobis præſto eſt ſemper, ſi cum ſimplici ac puro corde, ſi cum ſecura ac munda conſcientia, ſi cum ſupplici ac ſubmiſſa commiſſi pœnitudine feſtum ejuſdem diem celebrantes auxilium Domini ac ſalvatoris noſtri Jesu-Christi per ipſum affectamus? Inde enim eſt quod a nobis ipſis veraciter judicamur, & ea menſura, id eſt actu quo conſpicimur ſecundum Evangelii oſtentationem ecce repenſamur. Nolite quæſo Fratres mei noſtras imperitias ineptas & graves apud vos cenſere, maxime cum ipſi optime noveritis, quod Deus omnipotens non verborum, ſed actuum perſpicaciſſimus examinator eſt. Nemo igitur præſumat ſibi ipſi, ſi huic gratificæ ſolemnitati intereſſe tantum corpore poteſt cum his qui eam ſecundum Catholicam anteceſſorum ſanctorum Patrum normam irreprehenſibiliter celebrant; ſi adhuc in animo ſuo, ubi Deus ſolus cognitor eſt, vitioſe ac corruptibiliter ſuis malis actibus ſe ſe commaculantibus verſatur. Sed qui his feſtivitatibus compte deſiderat intereſſe, ſummopere ſtudeat ut æterna illa Cœleſtium ſolemnitate locum refrigerii & quietis habere mereatur: quia iſte de quo nobis eſt ſermo Sanctus, etſi Dei ſpiritu utputa plenus præ omnibus ſuo tempore in hac terra degentibus ſignis ac prodigiis & Dei virtutibus effulſit, omnes hos tamen vigiliarum ac jejuniorum, & omnes abſtinentiæ pene labora anteceſſit.

Samſonis jejunia.

Vigiliæ.

Receſſus in Quadrageſima.

12. Nam ut ferebant de illo, qui in ſua vita ſatis comperti erant, ſuperpoſitiones frequentiſſimas, nec non & biduanas, interdum autem & totas hebdomadas, id eſt ſeptem dies totos peragens, ſeptimo demum die reficiebatur; noctes vero longiſſimas ſæpiſſime ſolebat tranſire ſtando de luce uſque ad lucis reciprocum, nec ſtans omnino laſſabatur. Quid plura? non diebus, non noctibus ab orationibus & a colloquiis Dei ceſſabat. Tempus vero Quadrageſimæ uſque ad Paſcha ſic peregiſſe audivimus, ut in initio ab humanis locis in quodam remotiori loco ſegregatus oblationes ſecum tres portans, inde tantum uſque ad Paſchalis ſolemnitatis gaudium Deo illum per omnia confortante utebatur, zelum Dei, ejuſque Eccleſiarum ardenter in pectora habens, ſubtilique providentia ſuum ſermonem ſale divino conditum ſecundum qualitates peccantium temperans, omnibus utputa Dei plenus, affabilis & carus erat, & hoc nobis ſermo ad confirmandam noſtram rem de ejus geſtis ad memoriam reducit.

Kalendarum Januariarum profanos ritus evellit.

13. Nam cum quodam tempore in Reſia Inſula prædicaret, veniente per annuam vertiginem Kalenda Januaria, qua homines ſupradictæ Inſulæ hanc nequam ſolemnem inepte juxta patrum abominabilem conſuetudinem præ ceteris ſane celebrare conſueverant, ille providus ſpiritu ob duritiam eorum mitigandam convenire eos omnes in unum fecit, ac Deo revelante ſermo ad deteſtanda tam gravia mala fit. Tum hi omnes verum de eo amantes, pra-

vos

vos ritus anathematizaverunt, ac verum juxta præcepta tenus ſine ſuſcipere ſpoponderunt. CIRCA AN.
Ille nihilominus in Domino ſecundum Apoſtolos gaudens, omnes parvulos qui per inſulam 565
illam ob hanc nefariam diem diſcurrebant, vocavit ad ſe, eiſque ſingulis per ſubriam vo- 28. Julii.
cem mercedem nummiſmunculi auro quod eſt menſura donavit, præcipiens in nomine Domini, ne ulterius ab illis hæc ſacrilega conſuetudo ſervaretur. Quod ita Deo operante factum eſt, ut uſque hodie ibidem ſpiritales joci ejus ſolide & catholice remanſerint.

14. Sed de innumerabilibus virtutibus quas per eumdem ſanctum Samſonem Deus operatus eſt, jam ſi jubetis ſufficiant iſta paucula verba de plurimis collecta; ad nos ipſos ad e- Auctoria adhortatio.
juſdem Sancti imitationem introrſus redeamus. Amemus actus in quibus placuiſſe illum Deo cognovimus. Concordent actus noſtri meritis illius optimis, in quibus præiſſe ſe ceteris indubitanter cognovimus. Si enim in veteri Teſtamento legimus, cum de agno edendo figura-
liter Moyſi Domino præcipiente diceretur, *Sic autem*, inquiens, *manducabitis illum, lumbos* Exod. 12.
veſtros præcingetis & calceamenta in pedibus veſtris, & cetera. Cum enim feſta Sanctorum 11.
celebrare annuali vertigine ſuggeramur, opus eſt ut ante omnia lumbos accinctos habere ſtudeamus, id eſt ut corporis caſtitatem ac mentis puritatem in ſacrificium coram omnipotente Deo exhibeamus: calceamenta vero in pedibus noſtris habere præcipimur, quia Sanctorum patrum defunctorum præcedentium veſtigiis inhærendo, pedes animæ noſtræ ſpiritualibus calceamentis munimus. Et inde eſt, quod eorum actus non voce prædicando, ſed opere imitando & amando nobis ipſis rectum iter quod ducit ad cœlum dirigimus. Etenim petitiones quæ a Chriſto per Sanctos poſcuntur, non malis moribus miſcendæ ſunt, ſed fideli precantium petitione ſecundum præſcientiam Domini exaudientis & noſcentis omnia tribuuntur. Sed hoc tremebunda conſcientia debemus apud nos perſcrutari in petitionibus noſtris, quæ
Dominus ipſe in Evangelio terribiliter conqueritur dicens: *Non omnis qui dicit mihi Domi-* Quis legitime oret.
ne, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, intrabit in regnum cœlorum. Quiſquis
igitur vocibus tantum petit & opere contradicit, deriſum ſibimet immo & offenſum Domi- Matth. 7.
num pluſquam placatum parit. Ipſi ergo a Domino exaudiri ſolent, qui quod precibus pe- 21.
tunt, bonis moribus inſequuntur. Res enim valde opinata atque ad exemplum referenda adeſt, quam, Fratres dilectiſſimi, multi veſtrum noverunt, quamque a quodam egregio Fratre qui interfuiſſe ſe teſtabatur, ego didici.

15. Quodam namque tempore in illo eminantiſſimo atque optimo loco, in quo ſanctus Incendium
Samſon quieſcit in pace *a*, ſubitaneum ac dirum incendium invaſit domum, quod Fratres reſtinctum.
circa fornacem coquendis continuo panibus paraverant: ita ut ingens flamma ſeſe ad ſummum erigens domum comburere videretur. Statim vero ut hoc compererunt ſervi Dei qui in Eccleſia ad Nonam celebrandam convenerant, una cum Sancto ac venerabili Epiſcopo Leuchero *b* irruentes, crux ſancti Samſonis & ejus baculus forinſecus Eccleſiam porrecta ſunt, atque cum ad domum incendii quantocius appropinquarent, ſuppliciter ac tota fidei conſtantia Samſonem ſibi in adjutorium inclamitant, dicentes: Electe Dei ſancte Samſon, defende quæſumus domos tuas, quo non hac uſtione conſumantur. Nec mora ad primam vocem precantium nimbus ingens pluviæ irrupit, ita ut incendium quod tam dire intumuerat, ſub omnium obtutibus extinctum viſum eſt, nec ultra ad nocendum comparuit.

16. Curate itaque, Fratres chariſſimi, ut qui Sanctos colitis in ſuis ſolemnitatibus honorando, etiam bonum quod ipſi fecerunt colere poſſitis in veſtris moribus etiam imitando. Curate, inquam, ut qui intereſſe meruiſtis in terris feſtis Sanctorum hominum, intereſſe etiam mereamini in eorum beatitudine qua perfruuntur in feſtis cœleſtibus Angelorum; ut ſi dura eorum verba quæ docuerunt, atque eorum opera quibus perſeveranter tenus ſine laboraverunt, inſequi cupitis, eorumdem iter quod perduxit eos ad æternam beatitudinem, ſine ullo alicujus mundialis impedimenti obſtaculo, Deo duce, & intercedentibus illis, proſpero curſu pergere valeatis, regnante in perpetuum Domino noſtro Jesu Christo, cui gloria & honor eſt perennis cum Patre & eum Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Ex cod. Sacramentorum Ratoldi Abb. Corbejenſis, juſſu circa ann. 980. exarato, in feſto Sancti Samſonis 5. Kal. Aug.

COLLECTA IN MISSA.

Omnipotens ſempiterne Deus qui in Sanctis præcipue laudaris & mirabiliter prædicaris; tribue nobis quæſumus hodiernam diem in honore S. Samsonis Confeſſoris tui atque Pontificis digne celebrare, qua membris exutus corporeis, cœleſtibus meruit exultare Sacramentis. Per, &c.

SU-

---

a Corpus S. Samſonis a Maynone Dolenſi Epiſcopo anno 878. Aurelianis delatum eſt ob metum Normannorum, & in Eccleſia Monaſterii S. Symphoriani ejus nomine poſtea inſignita (quæ nunc eſt Patrum Societatis JESU) depoſitum hodieque latere creditur.

b Leucherus in cathalogo Epiſcoporum Dolenſium deſideratur.

CIRCA AN. 565 28. Julii.

SUPER OBLATA.

HÆC hoſtia quæſumus Domine Deus noſter quam tibi ad honorem S. Samſonis Confeſſoris tui atque Pontificis immolandam deferimus, tuorum nobis tribuat ſocietate gaudere. Per, &c.

PRÆFATIO.

VEre dignum & juſtum eſt &c. æterne Deus, ſurſum cordibus erectis hanc ſanctam celebrare diem, in qua B. SAMSON Confeſſor tuus carnis ſolutus vinculis carnalem finivit pugnam, lætuſque cum Angelis perpetuam tranſlatus eſt ad gloriam. Cui tanta conceſſa eſt a Deo potentia, ut omne quod per ſe Deum vellet operari, celerrimo impetraret (* al. patrium.) effectu. Qui patrem * relinquens ſolum oceano tranſmeato noſtram delatus eſt in patriam, in qua multis claruit miraculis. Qui per totam abſque ullo corporali alimento hebdomadam Angelico ſuſtentabatur alloquio. Qui baculo in terra depoſito, nulloque alio ſuſtentaculo recepto, in Natalis Domini noſtri JESU-CHRISTI nocte ſacroſancta & Domini Paſchæ pernox orationi inſtabat; qui tres mortiferos Dei nutu interemit ſerpentes, & totidem de morte ad vitam Deo juvante reduxit homines. Adhuc etiam & hi qui duce fide ad ejus limina fuerint allati, quolibet morbo capti priſtinæ reſtituuntur ſanitati. Per Chriſtum, &c.

POSTCOMMUNIO.

DEUS qui nos hanc diem in honore S. Samſonis Confeſſoris tui atque Pontificis venerabilem excolere feciſti; præſta quæſumus, ut quem lætis veneramur obſequiis, ejus orationibus muniamur & precibus.

CIRCA AN. 565 24. Octobr.

DE S. MARTINO EREMITA MASSICANO.

Ex Gregorio Magno *lib. 3. Dial. cap. 16.*

(Martinus incluſus in ſpecu.) 1. NUPER quoque in parte Campaniæ vir valde venerabilis, MARTINUS nomine *a*, in monte Marſico ſolitariam vitam duxit, multiſque annis in ſpecu anguſtiſſimo incluſus fuit, quem multi ex noſtris noverunt, ejuſque actibus præſentes exſtiterunt. De quo multa ipſe & beatæ memoriæ Papa PELAGIO deceſſore meo & aliis religioſiſſimis viris narrantibus agnovi. (Aquam e rupe educit.) Cujus hoc miraculum primum fuit, quod mox ut ſe in prædicti montis foramine contulit, ex petra eadem quæ in ſemetipſa concava anguſtum ſpecum fecerat, aquæ ſtilla prorupit, quæ Martino Dei famulo in uſu quotidiano ſufficeret, & nec plus adeſſet, nec neceſſitati deeſſet. Qua in re oſtendit omnipotens Deus quantam ſui famuli curam gereret, cui vetuſto miraculo potum in ſolitudine terræ duritia miniſtraret.

(Dæmonem ſerpentis ſpecie ludificantem ejicit.) 2. Sed antiquus hoſtis humani generis ejus viribus invidens, hunc uſitata arte pellere ex eo ſpecu molitus eſt. Nam amicam ſibi beſtiam ſerpentem ſcilicet ingreſſus, hunc ab eadem habitatione ejicere facto terrore conatus eſt. Cœpit etenim ſerpens in ſpelunca invenire ſolus cum ſolo, eoque orante ſe ante illum ſternere, & cum cubante pariter cubare. Sed vir ſanctus omnino imperterritus, ejus ori manum vel pedem extendebat, dicens: Si licentiam accepiſti ut ferias, ego non prohibeo. Cumque hoc continue per triennium gereretur, die quadam antiquus hoſtis tanta hac ejus fortitudine victus infremuit, ſeque per devexum montis latus in præcipitium ſerpens dedit, omniaque arbuſta loci illius flamma ea ſe exeunte concremavit. Qui in eo quod montis latus omne combuſſit, cogente omnipotente Deo monſtrare compulſus eſt, quantæ virtutis fuerit qui victus abſcedebat. Perpende quæſo, ipſe vir Domini in quo mentis vertice ſtetit, qui cum ſerpente per triennium jacuit ſecurus.

PETRUS. Auditu paveo.

(Mulierum aſpectum cavet.) 3. GREGORIUS. Vir iſte venerabilis incluſionis ſuæ tempore primo decreverat, ut ultra [illegible] mu-

a Ita ſcribunt MSS. codd. & Petrus Diaconus Caſſinenſis tum in Vita Sancti Placidi num. 11. tum in Vita ipſius Martini, quem alii Martium vocant. Hic S. Benedicto Caſſinum adeunti divino monitu ceſſit, (ut ex Marci Carmine de Sancto Benedicto ſupra pag. 29. & ex Vita Sancti Placidi num. 11. intelligitur:) ac deinde montem Marſicum ſeu Maſſicum prope Calenum, vulgo *Carinola*, in Campania ſitum petens, ibi mortuus eſt. Cujus corpus inde in prædictam Urbem Caleneſem anno 1094. a Sancto Bernardo Epiſcopo tranſlatum, in majori Eccleſia una cum ipſius catena repoſitum eſt, ut docent monumenta Eccleſiæ Calenenſis apud Philippum Ferrarium in Catal. SS. Ital. ad diem 24. Octob. & apud Ughellum in Ital. Sacra To. 6. qui quidem in eo emendatione indigent, quod Martinum iſtum cum Martino noſtro Abbate Vertavenſi confundunt. Petrus Diaconus in ſuo Regiſtro, partem Reliquiarum ejuſdem Sancti Eremitæ Caſſinum anno ſupra notato tranſlatam fuiſſe teſtatur apud Angelum de Nuce in cap. 8. Vitæ S. Bened.

CIRCA AN. 565 24. Octob.

mulierem non videret. Non quia aſpernabatur ſexum; ſed ea contemplata ſpecie, tentationis incurrere metuebat vitium. Quod quædam mulier audiens, audacter aſcendit montem, uſque ad ejus ſpecum impudenter prorupit. At ille paulo longius intuens, & venientis ad ſe muliebria indumenta conſpiciens, ſe ſe in orationem dedit, in terra faciem depreſſit, & eouſque proſtratus jacuit, quo impudens mulier a feneſtra cellulæ illius fatigata recederet. Quæ die eodem, mox ut de monte deſcendit, vitam finivit: ut ex mortis ejus ſententia daretur intelligi, quia valde omnipotenti Deo diſplicuit, quod ejus famulum auſu improbo contriſtavit.

Pœna impudentis feminæ.

4. Alio quoque tempore dum multi ad hunc religioſa devotione concurrerent, atque arta eſſet ſemita, quæ in devexo montis latere ad ejus cellulam properantes ducebat; puer parvulus incaute gradiens ex eodem monte cecidit, & uſque ad vallem corruit, quæ ſub monte eodem ſita quaſi in profundo conſpicitur. In loco quippe eodem tanta mons ipſe altitudine excrevit, ut arbuſta ingentia quæ ex eadem valle prodeunt, ex monte aſpicientibus quaſi frutecta eſſe videantur. Perturbati itaque ſunt cuncti qui veniebant, ſummaque cura quæſitum eſt, ſicubi corpus elapſi pueri potuiſſet inveniri. Quis enim aliud niſi extinctum crederet? Quis vel corpus ad terram integrum perveniſſe ſuſpicaretur, dum interpoſitis ubique ſcopulis in partibus diſcerpi potuiſſet? Sed requiſitus puer in valle, inventus eſt non ſolum vivus, ſed etiam incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit, quod ideo lædi non potuit, quia hunc in caſu ſuo MARTINI oratio portavit.

Puerum ex monte lapſum meritis ſervat incolumem

5. In ſpecu vero illius magnum deſuper rupis eminebat, quæ cum ex parte exigua monti videretur adfixa, Martini cellæ prominens caſum ſuum quotidie & illius interitum ruitura minabatur. Ad hunc MASCATOR illuſtris viri ARMENTARII nepos cum magna multitudine ruſticorum veniens precabatur, ut vir Dei de ſpecu eodem dignaretur exire, quatenus ipſe ruituram rupem ex monte potuiſſet evellere, atque in ſpecu ſuo Dei famulus jam ſecurus habitaret. Cumque hoc vir Domini nequaquam hoc adquieſceret, ei quod poſſet ut faceret præcepit, & ipſe in cellæ ſuæ remotiori parte ſe contulit. Si tamen moles rueret, dubium non erat, quod ſimul & ſpecum deſtrueret, & Martinum necaret. Itaque dum ea quæ venerat multitudo conaretur ſi poſſet ſine periculo viri Dei ingens illud quod deſuper incubuerat ſaxum levare, cunctis videntibus repente res valde admirabilis contigit: quia moles ipſa quam conabantur evellere, ſubito ab eiſdem laborantibus evulſa ne ſpeluncæ Martini tectum tangeret, ſaltum dedit, & quaſi ſervi Dei læſionem fugiens longius cecidit. Quod ad juſſum omnipotentis Dei Angelico miniſterio actum intelligit, qui divina providentia diſponi omnia fideliter credit.

Saxi lapſum ab ejus cella Deus avertit.

6. Hic cum prius in eodem monte ſe contulit, necdum clauſo ſpecu habitans, catena ſibi ferrea pedem ligavit, cumque ſaxo ex parte altera adfixit, ne ei ultra liceret progredi, quam catenæ ejuſdem quantitas tendebatur. Quod vir vitæ venerabilis BENEDICTUS audiens, cujus ſuperius memoriam feci, ei per diſcipulum ſuum mandare curavit: „Si „ſervus Dei es, non te teneat catena ferrea, ſed catena Chriſti. Ad quam vocem MARTINUS „protinus eamdem compedem ſolvit, ſed numquam poſtmodum ſolutum tetendit pedem ultra locum, quo hunc tendere ligatum conſueverat: atque in tanto ſe ſpatio ſine catena coercuit, in quanto & ante ligatus manſit.

S. Benedicti monitu catenam deponit.

7. Qui dum ſe poſtmodum in ejuſdem loci ſpecu concluſit, cœpit etiam diſcipulos habere, qui ab ejus ſpecu ſeorſum habitantes ad uſum vitæ aquam de puteo haurire conſueverant. Sed funis in quo ad hauriendam aquam ſitula dependebat, crebro rumpebatur. Unde factum eſt, ut eamdem catenam quam ex pede ſuo vir Domini ſolverat, ejus diſcipuli peterent, eamque funi adjungerent, atque in illam ſitulam ligarent. Ex quo jam tempore contigit, ut iſdem funis & quotidie tingeretur aqua, & nullo modo rumperetur. Quia enim catenam viri Dei funis ille contigit, ipſe quoque ad tolerandam aquam ferri in ſe fortitudinem traxit.

Catenæ contactu funis in aqua non corrumpitur.

DE S. TURIBIO MONACHO PALENTINO,

CIRCA AN. 565 12. Nov.

ELOGIUM HISTORICUM.

1. *QUAMVIS in Martyrologio Benedictino nullius* TURIBII *mentio fiat; non tamen prætermittenda ſunt, quæ a recentioribus Hiſpaniæ Scriptoribus de* TURIBIO *Palentino circumferuntur. Nam Bivarius in Maximi Cæſaraugustani Chronicon, Joannes Tamayus in Martyrol. Hiſpan. ad 12. Novem. aliique commemorant, Turibium Palentia ortum (quæ Urbs eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis in Regno Legionenſi apud Vaccæos) Catholicæ veritatis ſtudio Romam adiiſſe, ut Summum Pontificem de extinguenda Priſcillianiſtarum ſecta conſuleret, in eaque Urbe a S. P.* BENEDICTO *Monaſticum accepiſſe pallium cum Regula, quam primus in Hiſpaniam detulerit; & poſt reditum hæreticorum dogmata ſubegiſſe: poſtea vero Sedi Palentinæ impoſitum, cum renaſcentem hæreſim reprimere non valeret, Palentia diris ſuppoſita ſe in montem Lybanenſem recepiſſe: ubi vita Mo-*

Hiſpanorum recentiorum ſententia de Turibio Palentino.

Digitized by Google

CIRCA AN. 565

Monaſtica totum ſe reddens, ad extremum uſque ſpiritum multis ſecum ſociis adnatis perſmanſerit.

22. Nov.

2. *His quadam addit, nonnulla detrahit Antonius Yepez in Chron. Bened. ad ann.* 537. *cap.* 3. *Nempe Turibium relicto magiſtratu, quem Palentia agebat, S. P. Benedicti inſtitutum ab aliis in Hiſpania jam propagatum arripuiſſe, quod Monaſterio Lobanenſi a ſe ſub S. Martini patrocinio & nomine condito praſcripſerit: cui Monaſterio ex S. Turibii Aſturicenſis Epiſcopi Reliquiis inibi ab Alfonſo I. Rege depoſitis S. Turibii vocabulum acceſſit. Sed jam antiquorum Scriptorum de Turibio ſententias rogemus.*

Turibii duo.

3. *Principio duos diſtinguere* TURIBIOS *neceſſe eſt, quibus eadem patria, ſimiles adverſus Priſcillianiſtas pugna, eadem ab Alfonſi I. tempore ſepultura, ſed atas ac profeſſio diverſa. Alter quippe Saculo V. Leoni Magno coatanens vixit, hic Montano Epiſcopo Toletano, qui teſte S. Ildefonſo in lib. de Viris illuſt. cap.* 3. temporibus Amalarici Regis annis novem, *hoc eſt ab anno circa* 530. *ad* 539. Pontificatus tenuit dignitatem. *Porro alter Epiſcopus Aſturicenſis, hic Monachus fuit, & poſtea (ut quibuſdam videtur) Epiſcopus Palentinus, quod infra diſcutiemus. Sed S. Ildefonſum juvat audire eodem loci, de Montano Toletano ſic diſſerentem.* Amatores quoque Priſcillianæ ſectæ, licet non operarentur eadem, quia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat & exprobrat, commemorans quod in libris beatiſſimi TURIBII Epiſcopi ad LEONEM Papam miſſis eadem Priſcillianorum hæreſis detecta, convicta, atque decenter maneat abdicata. Aliam vero Epiſtolam ad TURIBIUM Religioſum, in qua collaudans eum quod culturam deſtruxerit idolorum, committit ei Sacerdotalis auctoritatem vigoris, per quam Presbyteros chriſma conficere, & Epiſcopos alienæ ſortis alterius diœceſis Eccleſias conſecrare magna compeſcat invectione. *En Turibii duo, Epiſcopus alter Leoni coavus, alter* Religioſus *Montano aqualis, cui Montanus* committit Sacerdotalis auctoritatem vigoris, *& quidem in diœceſim Palentinam, in qua amplius hareſis fervebat. Quis ergo tum Epiſcopum Palentinum fuiſſe credat?*

Turibius junior an Palentinus Epiſcopus?

4. *Sed attendamus, an Epiſcopus cenſeri poſſit ex Montani Epiſtola ad ipſum directa, cujus en inſcriptio & contextus.* Domino eximio præcipuoque Chriſticolæ D. & filio TURIBIO MONTANUS Epiſcopus. Alumnum te fidei Catholicæ & ſanctæ religionis amicum etiam in actis mundialibus converſantem valde & novimus & probavimus. Cum enim adhuc floreres in ſæculo, ita claritatis tuæ vita perpatuit, ut ſecundum ſententiam Domini & quæ ſunt Cæſaris Cæſari non negares, & Deo quæ ſua ſunt, debita mente perſolveres. Jure enim te Divini cultus *.... in hac præſertim provincia nominabo. Putaſne quanta tibi apud Deum maneat merces, cujus ſollertia atque inſtinctu & idololatriæ error abſceſſit, & Priſcillianiſtarum deteſtabilis ac pudibunda ſecta contabuit, ſi tandem adhuc & in nomine honorare deſiſtunt, cujus poſt tuam admonitionem collapſa eſſe opera non ignorant? Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendiſti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad ſalubrem Regulam & normam regularis diſciplinæ reduceres. Præſtabit Divina clementia, quia id quod ſummo labore conatus es, precibus & oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino Conventu ad nos pervenerint, Celſitudini * tuæ indicare curavi, quo facilius per veſtram increpationem nefanda præſumptio in poſterum conquieſcat. Quidam, ut ad nos perlatum eſt, Presbyteri auſu temerario res ſacras non tam conſecrare quam violare præſumunt, & cunctis ab initio fidei Catholicæ ſæculis inuſitatam ſummis ſui Ordinis hominibus, niſi notum Pontificibus, debitum jus conſecrationis chriſmæ, neſcio quo typho an dementia dicam, indubitanter adſumunt. Quod quam ſcelegum ſit, piiſſimam conſcientiam tuam latere non credo: & ideo ſpero ut pro enervanda hac ipſa ſuperfluitate ſeveriſſimi Sacerdotis auctoritate utaris, & tantæ rei temeratores diſtrictiori increpatione coerceas, &c.

Exſtat in collect. Conc. Hiſpan.

* Supple aſſertorem.

* ſ. charitati.

Monachus fuit.

5. *Heic obſervare convenit, diœceſim Palentinam nunc Compoſtellano, olim vero Toletano Metropolita ſubjectam fuiſſe, ne quis miretur quod Montanus Toletanus de cauſis Palentinis curam gerat. Qui cum Turibium in inſcriptione* filium *appellet, ſatis apparet eum tum temporis Epiſcopum non fuiſſe. Immo nec poſtea illam dignitatem videtur aſſecutus, alias S. Ildefonſus, qui hoc neſcire nec potuit, nec debuit praterire, eum unde* Religioſi *nomine non deſignaſſet.*

6. *Unde dubium prorſus efficitur, utrum Turibius Palentia Sedem aliquando tenuerit: At vero Monaſtica diſciplina addictum fuiſſe conſtat tum ex Ildefonſo tum pracipue ex Montano qui in relata epiſtola priſtinam Turibii in ſaculo converſationem praſenti opponit. Verum nequidquam diſſimulemus, incredibile certe videtur quod in vulgato Maximi Chronico nonnulli probant* Turibium Palentinum a S. Benedicto Romæ accepiſſe habitum. *Quis enim exiſtimet S. P. Benedictum Romam ſemel dimiſſam unquam repetiiſſe? Et ſi ad breve tempus id feciſſe dicatur, quis putet Turibio nulla facta probatione ſtatim Monaſticum conceſſiſſe habitum, quem nonniſi poſt unius anni experimentum in Regula ſua cap.* 58. *dari pracipit? Potuit quidem Turibius, ſi forſitan in Italiam aliquando profectus eſt, S. P. Benedicti Regulam exinde retuliſſe, ac deinde Monachis Hiſpanicis propoſuiſſe. At rem incertam aliorum arbitrio relinquimus.*

7. *Hac igitur in S. Turibii Vita explorata arbitramur, nempe eum origine Palentinum dignitate & moribus in ſaculo floruiſſe, deinde vero ſpretis mundi illecebris in perfectum virum apud Lybanenſe Monaſterium evaſiſſe, ex quo prodierit adverſus Priſcillianiſtas, quos valida Catholica veritatis aſſertione repreſſerit. Illa vero omnia geſta eſſe, antequam S. P. Benedicti Regula per orbem vulgata eſſet. Nam Montanus Epiſcopus qui de Turibii in hareticos victoria ad*

ipſum

ipſum ſcripſit, Toletano Concilio II. anno 531. præfuit, & ante annum 540. mortem ſubiit. Quo tempore Sanctam Regulam in Hiſpania jam viguiſſe, ſane affirmare non audemus. Quamquam non eamus inficias, S. Turibium qui Montano diu ſupervixiſſe videtur, in S. ipſam Regulam poſtmodum ubivis notam jurare potuiſſe. Qua de re amplius in Præfatione noſtra tractavimus. CIRCA AN. 565 12. Nov.

VITA S. MACLOVII EPISCOPI
ALETENSIS IN ARMORICA, NUNC MACLOVIENSIS.

AN. CHR. 565 15. Nov.

Ex MS. cod. V. C. D. d'Herouval. Hæc Vita *poſt S. Turibium pag.* 189. *addenda eſt.*

Maclovii patria. * al. Machutea S. Malo. * al. Maglorii.

1. GLORIOSUS Chriſti Confeſſor MACLOVIUS * Britannica proſapia generoſus, generoſior ſanctis extitit moribus. Cujus parentes *a* jam provectæ ætatis dum ſpe ſobolis defeciſſent, rerum ſuarum certum heredem futurum jam deſperantes, hunc tamen divina clementia genuerunt. Religioſa ſiquidem parentela clariſſimorum fratrum, ſcilicet patris S. SAMSONIS atque MACLOVII * ſorore progenitus, parili conſanguinitatis linea horum duorum procerum tertius enituit. Qui dum a pueritia litteratoriæ traderetur diſciplinæ ſub BRANDANO *b* eo tempore viro ſanctitate & ſcientia famoſiſſimo, & ſuperiores induſtria & inferiores ſe humilitate ſuperabat. Ita enim teneros adhuc annos omni hominum ætati coaptabat, ut puer pueris, juvenis adultis, ſenibus jam ſenex videretur. Innocentis etenim vitæ puritatem amplexus non ſuperiorem non æquam inter condiſcipulos, ſed ſolam aliis ſerviendi retinebat vicem. Et ne rerum affluentia, ut fit, vel ætatis levitate aliquatenus teneretur, omni ſtudio ſeſe tradidit abſtinentiæ. Nihil quippe voluptati corporeæ conſentiens, creber in vigiliis, aſſiduus in orationibus, in jejuniis præcipuus perſiſtebat. Vix intra Eccleſiam niſi orantem, vix extra niſi legentem deprehenderas, ſi non impoſita neceſſarii uſus utilitas impediret. Ad indicium etiam charitatis ejus in pectore flagrantis dum coævi illius in hyemali bruma vi frigoris fere rigeſcerent, tam ex vultu pueri, quam ea ſingulis membris abundantiſſimus ſudor emanabat.

A S. Brendano pie educatur. Quibus virtutibus præditus.

Ab undis illæſus ſervatur.

2. Denique quantum illum Dominus fecerit dignum ſua dilectione, in ipſis puerilibus auſpiciis cœpit aperire. Locus etenim ille in quo cum pluribus docendus morabatur, lingua patriæ *Carvanna* dictus eſt & maritimus: in quo ſupradictus Abbas Brendanus regebat Monaſterium, non cum minima multitudine Fratrum. De cujus Clauſtro dum quadam die adveſperaſcente ſcholaſtica turba quaſi ad relevandam ſtudii gravitatem procederet, contigit ſanctum puerum non laſcivienti ætate, ſed ſociali habitudine inter ceteros exire. Qui dum ad litus maris uſque quod non longe aberat perveniſſent, ludentibus aliis pudica innocentia ſuper algam ſeſe collocans obdormivit. Interea marina refuſio ſolito & naturali more exundans vigilantes procul a periculo tremendo impetu removet ſervulumque Dei dormientem occupat. Quem mirum in modum cum aggere terræ in quo jacebat extollens, ac veluti interminata ne divinum depoſitum læderet, ſalvum atque incolumem ſuper tumentes fluctus in altum aſportat. Quod cum compertum magiſtro fuiſſet, videlicet dilectum puerum cum ſociis non remeaſſe, ſed in crepidine ripæ obdormiſſe, feſtino curſu euſque properat, & Maclovium ſæpe & ſæpius vocitans, litorea ſpatia clamoribus implet. Cui dum non eſt qui reſpondeat, merſum credens triſtis ad Monaſterium rediit, totamque noctem in exequiis veluti extincti pueri continuavit. Mane autem facto non recuperandi ſpe, ſed impellenti amore litora reviſens & eminus proſpiciens, videt inter tumidos fluctus ſiccum ceſpitem & in ceſpite puerum ſtantem, atque Creatorem ſuum laudantem: tantumque erat inter eos ſpatii ut amborum voces poſſent ab invicem audiri. Concionabantur magiſter & diſcipulus, alter interrogans rei qualitatem, alter reſpondens circa ſe divinam factam pietatem. Docetur magiſter a diſcipulo inſolitos uſus naturæ, ut ſcilicet pondus terræ profundiſſimis aquis fluctuet, & liquida ponderoſa ſuſtentent, & homo circumſeptus fluctibus ſive navigio proſperos habeat maritimos curſus. O merita puræ vitæ per quam elementa famulantur innocentiæ! O innocentem puerum, cui brevis gleba eſt pro latitudine terrarum, quæ etiam ad facti teſtimonium uſque hodie ſtat immobile argumentum.

a Duo alii Auctores S. Maclovii vitam ſcripſere, nimirum Sigebertus Monachus Gemblacenſis, & alter anonymus. Sigebertus apud Surium de S. Maclovii parentibus ita loquitur. *Pater ejus* GUENT *nomine, Comes fuit, qui urbis Gimicaſtrum nec ætæ conditor extitit; matrem ipſius* DARVAL *appellatam accepimus.* Albertus in Armorica ſacra, Gimicaſtrum VVintoniam interpretatur, priſcis Britonibus *Guic-Kaſtel*, modernis *VVincheſter*. Paullo aliter ſcribit Auctor anonymus apud Boſcium in Bibliotheca Floriacenſi. *In Britannia quadrangula, quæ regio VVenti dicitur, matre (ut fertur) jam decrepita nomine* DERIVVELA *natus, quæ erat ſoror Ammonis patris S. Samſonis, & Umbrafel patris S. Maglorii; ex patre nobiliſſimo virorum regionis illius, nomine* VVENTO *oriundus fuit.* Proſequitur Sigebertus. *Natus eſt in die ſancto quo omnis mundus Paſchalis ſolemnitatis celebrabat gaudia ... In hujus articulo diei nati ſunt in ipſa vicinia etiam triginta tres pueri ... omnes ſimul cum S. Maclovio Scholaribus ſtudiis eruditi, omnes ſimul divinæ ſervituti ſunt mancipati.*

b De S. Brendano agitur in Vita S. Columbæ Abbatis num. 7. In propria ipſius Vita MS. quæ tota fabulis referta eſt, dicitur etiam fere millium Monachorum Pater.

AN CHR. 565 25. Nov.

Librum Pſalterii aqua deferente accipit.

3. Mirandis plus miranda ſuccedunt. Rogatur aamque magiſter a diſcipulo; ut pſalterium ſuum undis committat, in quo legeret Davidicum curſum. Non dubitat magiſter parere diſcipulo, quem videt quaſi imperare pelago. Jam pſalterium undis committitur & illis famulantibus ad Maclovium uſque pervehitur. Cui aſcribemus talia? Natant Davidica verba, & volumen in quo ſcripta ſunt non tingitur aqua. Quid plura? Sanctum quod geritur, & Sanctus ad quem pervehitur. Sed omnipotenti Deo qui in terra & in mari quæcumque voluit fecit, gratiæ referantur.

In continentem redditur.

4. Auditis itaque vicinia tam ſtupendis miraculis lætabundo ſtrepitu affluit, navigium colligit, atque cum eximiis laudibus glorioſo flucticolæ occurrit. Reducitur ad terram navibus, qui nocte ac die inter tumentia freta perſtiterat illæſus. Redditur itaque ſanctus puer parentibus & amicis; non de ſama virtutis, vel ad modicum intrinſecus elatus eſt, ſed de humili humilior factus cunctis ſa publicis converſationibus abdicavit, atque Deo cui probavit placere cupiens, Monarhicam tam vitam quam habitum aggreſſus eſt. Cui deinde dum adoleſcentia annis aucta accederet, talem ſe inter Fratres exhibere conatus eſt, ut non unus ex Fratsibus ſed quaſi omnium Fratrum appareret ſervus.

Fit Monachus.

Invidos patitur.

5. Sed invidia qua ſiculi non invenere tyranni majus tormentum, & per quam mors introivit in orbem terrarum, non eſt verita ſeſe ingerere gregi Monachorum. Nam dum juveni ſorte vicaria ſtatutum eſſet, ut nocturnis horis Abbati ſuo de præferendo lumine deſerviſſet, male invida adverſus eum conſpiratio ignem unde lucerna ſolebat accendi extinguit, ne dum Sanctus innocens offirium ſuum implere vellet, unde lumen accenderet inveniret. Facto itaque matutinali ſigno non de lecto, ſed ab oratione vir beatus ſurgens, cognitum locum repetit, & ubi ignem extinctum invenit, fraude factum intelleuit. Quod tamen nihil ægre ferens, utpote ſummæ deditus patientiæ, ad coquorum officinam feſtinat, & ab uno clientum ignem dari poſtulat. Cui protervus cliens proterve reſpondens aliter omnino ſibi ignem concedere denegat, niſi vivos carbones in gremium ſuſcipiat. Quod vir ſimplex nihil dubitans, ardentes prunas in gremium ſuſcepit, quas ad ſeſe aſtringens, atque in conclavi ante lectum Abbatis veniens, & lumen ibi cœlitus accenſum & veſtimentum ab ardentibus prunis reperit illæſum. Quæ duo miracula uno momento facta magiſter aſpiciens provolutus genibus diſcipuli erupit voces in laudem Chriſti. Cui diſcipulus e contra contendit non debere ſuo tirocinio imputari, quæ tanti Patris ſe manifeſtabant meritis impleſi. Sicque religioſa altercatione facta matutinalia officia incipiunt. Quibus finitis ad mutuam collocutionem ſerreto ſeſe recipiunt. Gaudent de conceſſa ſibi divina largitate, dolent de invida Fratrum ſubverſione. Tacent interim unanimes, de miraculis ſermonem faciunt ad Fratres de invidiæ ſtimulis.

Carbones in veſtibus illæſis gerit.

Cum Brendano ſolitudinem petit.

6. Sed dum tali peſte male infectos ſentiunt non poſſe corrigi, decernunt ab his omnimodo ſeparari. Quid amplius? navim inſtruunt, & cum pluralitate ultro ſeſe ſequentium nauticam peregrinationem invadunt. Quærunt ſolitarias inſulas [a], eligentes potius atrocibus undis & ventorum impulſione jactari, quam inter falſos Fratres invidiæ inſidiis agitari. Sed ecce dum humana fugiunt vitia, multa ſunt perpeſſi pericula, multaque horrida ſuſtinuerunt portenta, contra quæ innumera fecere miracula. Quæ ſi quis indagare velit, in libro Brendanicæ peregrinationis invenire poterit. In qua, inquam, peregrinatione legitur mortuum ſuſcitaſſe, ut jam poſſet facile deprehendi, quam fidelis cultor eſſet ſummæ & individuæ Trinitatis, cujus virtus poſtea mirabilius oſtenſa eſt duobus aliis ſuſcitatis. Nos vero ſuppreſſis his quæ omnino extra uſum videntur, vel humanæ converſationi ſunt incognita, quia inacceſſibilia; ad ea quæ de Sancto noſtro ſpecialiter deſcribenda cœpimus, & quæ certis argumentis facta probantur, ſtilum vertamus.

Sed divinitus revocatur.

7. Beati igitur viri longa navigatione fatigati, Angelica viſitatione ſunt admoniti, *ne* quod ubique eſſet, longo maris circuitu, longiſque terrarum ſpatiis quærerent, cum ubique præſens Deus non extra cordis hoſpitium in hac mortali vita ſit quærendus. Recordati ſunt etiam optimi commilitones Chriſti, quod deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem, & quod pax integra & ſecuritas perfecta a nullo hominum dum in corpore vivitur ſit obtinenda. Qua admonitione correpti ad priſtinum unde abierant Monaſterium ſunt reverſi. Quod quidem divina clementia & a malivolis mundatum inveniunt, & a benivolis veluti cives Angelici ſuſcepti ſunt.

Epiſcopus ordinatur invitus.

8. Interea defuncto illius regionis Epiſcopo, audita Maclovii ſama populi undique confluunt, Maclovium rapiunt & licet nolentem, licet obnixe reclamantem, licet ſeſe ad hoc opus indignum & inutilem dicentem, Gummi-caſtri tamen urbis in qua pater ejus Comes fuerat, Epiſcopum faciunt. Quod pondus, ut dictum eſt, invitus ſuſcipiens talem honorem dicit eſſe contumeliam & ſublimitate Cathedræ violentiam ſibi factam. Videt enim de quanta ſecuritate ad quantam curioſitatem adductus ſit, dum clamationes pauperum, afflictiones miſerorum, ſtipendia famulantium, publica judicia, forenſes querimoniæ, cognatorum & conſan-

---

[a] Anonymus apud Beſcium: *Inſulam*, inquit, *in illis partibus famoſiſſimam, in Oceano videlicet poſitam, vocabulo Imam, cum magiſtro & ſociis navigando diſpoſuit ire. Dicebatur autem non minimam paradiſiacarum habere ſimilitudinem deliciarum.* Albertus hunc locum de Inſulis fortunatis interpretatur viderit quam bene.

AN.CHR. 565 15. Nov.

ſanguineorum eccurſus, & cetera quæ per ſingula narrare longum aſt, urationem inteteumpunt, lectionem anfernnt, & de poetu tranquillitatis in præcipitium mundanæ voraginis impellunt. Meminit & quam proaime ſecretis cœleſtibus adhæteae, & quam loogiſſime ab his mundanis implicationibus repulſns eaiſtat *a*.

In Armoricam ad Aaronem Abbatem fugit.

9. Adſcitis itaque pancis ſecretorum conſcius navim ſurtim aſcendit, & ventis ſe pelagoque committens, pront nutui divino placeret, navigavit. Sed mox dum in altum tollitue, Angelica legatio occurrit, & quo tendat, quemve portum teneat, & a quo portu ſuſcipi debeat indicavit. Monſtrat eoim cum fines Gallicanæ Britaoniæ petore, & ad inſulam in qua Aaron vir Angelicæ vitæ erat applicare, & cum eo sliquandin manſionem habere. Quibus incunctanter ut indicata ſunt adimpletis lætatur Aaron de tanto hoſpite, Maclovins de amica ſocietate. O quam bonam & qaam jucundum convenire fratres in unum! O quam ſanctiſſima concubernia, ubi non purpara, non aurum eatenditur, ſed divina colloquia & charitatis ſtudia calebrantne. Felia domus, felia illa habitatio in qua terrigenæ cœleſtem ducant vitam, quam oallus tumultos dirimic, non iovidia ſubripir, non ſuperflua rerum cupiditas tangit: ſummæ epulæ, ſimplex panis & radices herbarum; pto vino & pigmento pura aqua non tamen ſine menſura ſumitne. Illa vero inſula de qua loquimue undique marioa circumſuſiune cingitar præter unum qnaſi elevatæ arenæ tumulum, qui ad ceetam tecram uſque continuus utrimque commeantibus patet pervius.

* Aleth urbs Epiſc. in Armorica.
* la Rance.

10. Huic autem communis eſt vicina quaſi altera inſula, non tamen a teeris tam longe ſemota ſed ſpatio latioe, rupibus altior, in qua antiquiſſima civitas Aletis * eſt ſita. Quæ a meridiana paete Rinctio * fluvio illic mari inflocnti labitue, ab Aquilooe freto interrumpente a prius dicta Inſula ſepatatuc. Civitas ergo illa eo tempore populis & navalibus commerciis frequentata, ſed Chriſtiana fide erat vacua. Panci tameu Chriſtiani qui in ea latitabant ad Maclovinm ſæpe veoicotes frequenti oratione poſcebant, ne diutius pateretur tantam plebem in infidelitatis errore jacere, quam verbo & eaemplo facile poſſet ad Chriſtianitatis fidem adducere. Sed vie Sanctus dum veeetuc, dum dubitat ne laqueos ſæcularitatis quos ante fugeeat denuo incureat, Angelica perſuaſione docetur ne quærentibus petitionem ſuam deneget, ſed ad prædicandum verbum Dei ſe cingat, quia plebs illa eſt quam Deus ſibi guberoandam præparaverat. His ita concurrentibus vigiliarum Paſchalis feſtivitatis adeſt terminus. Noo anſus ergo ſervus Dei Dominicis juſſionibus longius contra ſtare fiducialiter ad urbem accedis, Oratoriolum quod Chriſtiani pro poſſe conſteuxerant inteat, Miſſam facit, verbum Dei annuntiate incipit, vulat ſama pee urbem, fit concurſus populi novum hominem viſnri, nova verba audituri.

Aletenſes convertit ad fidem.

Mortuum ſuſcitat.

11. Sed dum ſermo prædicationis protenditar, ecce quidam defunctus ante introitum Eccleſiæ pee plateam deportatur. Quem vir Dei aſpiciens, & ædificandæ fidei materiam eſſe agnoſcens, portantes illic præcepit ſtare & defunctum eumdem in locum deponera. Qui facto fine loqnendi ad locum ubi cuepus jacet accelerat, flexiſque genibus & ea toto corde cunctis attendentibus & eventam rei expectantibus orat. Qua oratione finita ſimul ſurgnnt & Sanctus de pulvere, & mortuus de morte. Qua admiratione perterriti qui infideles hactenus aderaut, Chriſtum filium Dei ſe cerdere clamant. Ille vero qui ad hanc vitam reſuſcitatus eſt, dixit ſe ſitiee & vinum deſideeare. Vas autem & vinum unde tam cito potari poſſet præſentia non erant. Sed forte cavus lapis ibi jacet, in quem vir Sanctus infundi aquam juber: ſupee quem manu eatenta, & benedictione facta lapis mutatue in vas vitreum, & aqua conveetitue in vinum. O virum ineffabili potentia, cujus virtute tot modis mutatur natura, lapis vitrum, aqua vinum, cadaver mortui redditur vivum. Quæ tria miracnla tam celeriter facta admirati qui aderant, omnes quaſi unanimes ad baptiſmi ſacramentum convolant.

Aquam in vinum mutat.

Fit Epiſcopus Aletenſis.

12. Baptiſatis igitue & in fide confirmatis, jam converſæ urbis B. Maclovius velit nolit Antiſtes factus pee populos junioris Britanniæ ſpargit ſemina doctrinæ. Sed nemo contra Angelicum virum inſurgat, videlicet eo quod in duabus civitatibus factus ſit Epiſcopus, & de mutatione Sedium quæ quaſi contra auctoritatem facta videatur, nemo illum remordeat. Non enim mutavit Sedem qui non auxit cupiditatem, non ambiendo de minoribus ad majora proſiliit, ſed de opulentiſſimis ad penurioſa deſcendit. Ceterum fugit cognatorum & conſenguineorum pompoſam familiaritatem, & ſeſe dedit exilio in exteram nationem. Denique quis audeat mutire adverſus ea quæ ordinata ſunt divina perſuaſione? Quamquem temerarium & ſuperfluum ſit illum defendere verbis, qui ſe defendit virtute & miraculis. De quibus innumeris quia pauca poſt facta tegimus, ad quædam ordine ſequentia veniamus. Non enim eſt poſſibilitatis noſtræ omnia quæ de eo referenda eſſent evolvere, cum tota illius vita nihil aliud fuerit quam corporum ſanitates & animarum ſalutem quærere.

Excuſatur de mutata Sede.

Arreptitiam mulierem curat.

13. In territorio igituc jamdictæ urbis quidam vir locuples erat habens filiam dæmoniacam, & omnimodo intractabilem & in homines irruentem: ad quam comprimendam via ferrea vincula ſatis eraot. Quam patee oneratam catenis ad pedes Sancti adduxit, & ut a peſſima infirmitate liberaretur poſtulavit. Cujus miſeriæ vir ſanctus compatiens, atque ſuper eam aquam benedictam ſpargens, & a dæmonio liberavit & ſanatam patri reddidit.

Acta SS. O. B. Tom. I. M ij 14. Qua-

a Nihil heic de gigante illo ſuſcitato, apud Surium & Boſcium memorato.

AN.CHR. 565 15. Nov.

14. Quadam deinde die dum viſitando parochiam viam carperet, invenit ſecus viam puerum porcos paſcentem, perfuſum lacrymis, ac miſerabili voce lugentem. Ad quem divertens quid haberet quod ita plangeret inquiſivit. Cui cum reſpondiſſet quod unam de porcis quos ſervabat occiſam habebat, & timere ſe ne iracundus dominus proinde ab eo pœnas exigat: non tulit ulterius vir pius pueri durare mœſtitiam, ſed accedens ad porcam baculo ſuo eam tangit & reviviſcere facit. O compatientem virum, qui ne homo doleat animalia ſuſcitat. Ne putet aliquis vili pendendum quod a tanto viro vile animal ſit ſuſcitatum. Non enim erat cura Sancto de vita porcina, ſed de hominis mœſtitia. Apoſtolica enim auctoritate cum gaudentibus gaudebat, & cum flentibus flebat, & quod proprium charitatis eſt, omnium dolores in ſe portabat.

Haylocum bonis Eccleſiæ inhiantem duplici cæcitate liberat.

15. Ea autem tempeſtate erat quidam dux Britanniæ nomine HAYLOGUS, qui audiens quod multa prædia pro virtutum reverentia condonabantur, invidia ductus ad quoddam prædiolum venit, & Eccleſiam quam ſanctus Confeſſor in eo fundaverat, evertere præſumpſit. Cui vir beatus occurrens deprecabatur ne perficeret quod cœperat, ſed impetrare non potuit. Mox vero ut impudens homo inde receſſit, cæcitate percuſſus videre perdidit. Qui tandem pœnitentia coactus & ad pedes Sancti adductus deprecabatur ut lumen reciperet quod amiſit, ſtatimque vir miſericors oleum ſuperimponens & oculorum officium capiti reddidit, & oculos cordis ab infidelitatis errore liberavit.

Canonicos 70. inſtituit totidemque Monachos.

16. Cœpit deinde vir prudentiſſimus de collatis ſibi prædiis Epiſcopalem Eccleſiam amplificare, atque ſeptuaginta Fratres canonicam vitam tenentes ibidem ſtatuit deſervire. AARON vero amico ſuo ad cœlica translato Cœnobium illius regendum ſuſcepit, totidemque Monachos ibi aluit. Quarum congregationum Abbas & Epiſcopus utramque ſine difficultate regebat, & de acquiſitis ſufficienter miniſtrabat. Et quia pauca de ſtrenuitate illius perſtrinximus, de ſimplicitate aliquid dicamus. Competenti enim tempore cum ad putandum vineam cum Fratribus exiret, & operi extiageretur, cappam exuens humi eam depoſuit. Sed dum terminato opere cappam vellet recipere, bitriſci ovum inventum eſt ſuper eam jacere. Quo cooperto præcepit vir ſimplex nullatenus inde eam moveri, donec parva avicula pullos ſuos ibidem habeat excluſos & nutritos. Quo temporis ſpatio tranſacto, ita ab omni importunitate aeris vel loci invenitur illæſa, ac ſi in ſecretorio jacuiſſet complicata.

Multa patitur ab improbis.

17. Interea malignus humani generis inimicus dum Sancti ſtudia videt circumquaque florere, & ad uberrimos ſalutis fructus pervenire, quamdam parentelam pravæ generationis adverſus eum incitat, & ad perturbanda illius ſeria qualibet occaſione inſtigat. Cauſantur homines perditiſſimi, quod totam terram ille, ut ajunt, captator poſſideat, & nihil relinqui ſibi unde ſucceſſores eorum valeant hæreditare. Qui quidem inter plurimas contumelias quas Sancto inferunt, piſtorem ſuum capiunt & omnia membra ejus ligaturis conſtrictum in arenæ medio contra influum mare ponunt, videlicet ut ſupervenientibus aquis dum non poſſet fugere, neceſſe eſſet eum interire. Sed mirum in modum ſupervenientes fluctus circa cum gurgite aquarum quaſi profundiſſimam foſſam faciunt, & acceſſione & receſſione ſui prorſus intactum relinquunt. Sed nefarii homines nulla pœnitentia proinde compuncti malo malum addunt, atque Sancto Epiſcopo equos ſuos furati ſunt. Qui dum aliquando equitare vellet, ad deriſionem ſui equam deſpicabilem ſuper quam aſcendat adduxerunt. His & aliis infeſtationibus vir innocens commotus navali fuga peſſimam gentem deſerens, maledictionemque illis deferens abſceſſit.

In Aquitaniam ſe recipit.

* Saintes.

18. Conſuetum itaque aggreſſus viaticum, tamdiu velivola æquora tenuit, donec Aquitanicis finibus applicatus in portu Sanctonico * anchoram fixit. Qui ſciſcitatus patriam & morem, ubi audivit gentem Catholicam, & B. LEONTIUM Sanctonicæ Sedis eſſe rectorem a, fiducialiter ad eum venit, & ab eo devotiſſime ſuſceptus eſt. Cui etiam ad petitionem ſuam ſecretarium locum conceſſit, & ſufficientiam miniſtravit. Sed vir beatus celare ſe cupiens, diu latere non potuit: nam aſellum qui ad deferenda ligna ſibi conceſſus fuerat more ſuo lupus occidit & comedit. Quo dum a famulo qui illum ad conſuetum opus ducebat nunciaretur, imperat vir ſanctus potenti virtute, ut voratrix illa beſtia veniat & aſelli ſui miniſterium adimpleat. Mirabili modo videres quotidie lupum ad horam venire, & cum clitellis quas aſinus portare ſolebat prout ſuſtinere poterat ligna deferre. Quem laboris uſum ideo vir ſanctus ceſſare imperat, ut ceſſaret turba quæ ad hoc miraculum veniebat.

Lupum in ſui famulitium ſubigit.

Varia miracula patrat.

19. Sanctoniti vero Comitis filia erat, quæ in viridarium patris ingreſſa a ſerpente mordetur & vita periclitatur. Sed dum ad pedes Sancti adduceretur, & virus a ſerpente infuſum a ſeſe ejecit, & ſanata ad patrem rediit. In ipſis etiam partibus quædam vidua cæca erat, quæ cum ſe feciſſet ad pedes Sancti adducere, receſſit videns nullo egens ductore. Factum eſt dum S. Leontius parochiam viſitaret, & B. Maclovium charitate coactum ſecum duceret, ad vicum qui dicitur Briage veniunt, & ſinguli ſingula Oratoria quæ forte ibi ade-

a Qui hunc locum explicant de Leontio Epiſcopo Santonenſi, S. Maclovii obitum differre coguntur ad annum circiter 620. quo Leontius Santonibus præerat. Leontium hic interpretamur Antiſtitem Burdegalenſem, Juniorem dictum, qui apud Santones urbem ſibi Metropolitæ jure ſubjectam ſæpius agebat. De quo inter alia Fortunatus in lib. 1. Carm. 15.
Nec ſolum hic, ſed ubique micant tua Templa, Sacerdos,
Inter quæ plaudens Santonus illa decet.

aderant, capiunt. Quidam vero puer ſancti Leontii ad hauriendam aquam miſſus, dum incaute innititur in puteum cecidit & vitam expiravit. Cujus corpus patri & matri plorantibus præcepit S. Leontius ut ad B. Maclovii Oratorium deferrent, & ibi illud dimitterent. Quod vir Sanctus aſpiciens ac proinde id factum eſſe intelligens, juxta corpus flexis ſepties genibus oravit, & puerum parentibus vivum remiſit. Santonicæ ergo patriæ populus cognita miraculorum fama plurima afferebat donaria. Quibus vir Sanctus dicebat nihil ſibi talia opus eſſe, ſed ad beatum Leontium referri debere, cujus meritis illa agebantur, & de cujus charitate ipſe hoſpes & adventitius fovebatur. AN.CHR. 565 15. Nov. Ea S. Leontio adſcribit.

20. Interea luget Britannia exulem, quem Sanctonia gaudet habere hoſpitem. Illi namque inſectatores qui illum inde expulerant, alii claudi, alii leproſi, alii cæci facti, ubique exprobrabiles damnatione ſui apparent infames. Terra quoque ipſa omni fertilitate privata proventuum denegat germina. Gens denique fame & mortalitate oppreſſa clamat ſe merito perire, quia neſcivit ſanctiſſimum patronum retinere. Tanta igitur neceſſitate compulſi quidam quibus mens ſanior videbatur, ex aliis ſeſe eligunt & ad inquirendum tantæ miſeriæ medicum proficiſci diſponunt. Qui quidem fama virtutum indicante ad Sanctum uſque perveniunt, & coram eo proſtrati infortunii ſui querelam depromunt, culpas confitentur, lacrymas fundunt, & ut ſui miſereretur gemitibus & ſuſpiriis expoſcunt. Vir ergo plenus pietate horum precibus flexus ſeniles artus ad laborem viæ reparat, & ad abſolvendam jugo damnationis parrochiam quantocius feſtinat. Quo facto redditur terræ ubertas, populo ſanitas, & totius proſperitatis reformatur integritas. Lætantur oves de recepta ſoſpitate, ſed magis gaudent de ſuſcepto paſtore: quem omni conamine efflagitant ne amplius velit ab eis divelli, cum ſe ſe credant ejus patrocinio ab omni incommoditate liberari. A Britonibus revocatur.

21. Ille ſemper ſolitudinis amator & ſecretarum orationum infatigabilis cultor reſpondet pia ut erat voce, nequaquam cum illis longius poſſe manere, divinitus inſuper ſibi eſſe oſtenſum, quod in terra in qua peregrinatus eſt debeat expectare finem vitæ ſuæ & oſſibus ſepulcrum. Receſſit itaque ſpontanee invitus, & nolens ultroneus: retardant enim lacrymas eum precantum. Cui jam ad locum peregrinæ habitationis properanti, audito adventu illius occurrit S. Leontius in vico qui dicitur Archambiaco, ubi ambo de mutuo ad invicem oſculo & amplexu lætificati per aliquot dies ſe ſe in divinis laudibus & colloquiis recrearunt. Sed Domno Leontio ad Sedem ſuam abeunte ille amœnus locus & orationi congruus peregrino noſtro eſt derelictus. Ubi cum ſummæ diſpoſitioni placeret quod pro tot & tantis laboribus remunerari deberet, triduo antequam homo Sanctus de hoc mundo exiret, febre correptus eſt. Quo interim ſpatio in cinere & cilicio ut ſolebat jacens, nulla parte corporis aliquatenus ſe paſſus eſt ſuſtentare, nullumque in latus inclinare, ſed cœlo manibus, cœlo ore, cœlo totis oculis inhiabat. Taliter ergo militantem ſuſceperunt cives Angelici ſeptimo-decimo Kalendas Decembris ſuum commilitonem. Sic ſenex & plenus dierum & centum triginta trium erat annorum [a], quando terra terram petiit, & cœlum ſpiritus ſuperavit ad laudem & gloriam omnipotentis Dei cui eſt poteſtas honor & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. In Aquitaniam redit. Moritur in cinere & cilicio.

Fragmentum ex Auctore anonymo apud Boſcium.

22. TUM denique tam Princeps regni illius, quam Optimates vel Epiſcopi convenerunt, obſecrantes S. Machutem, ne unquam ab eis recederet: ſed jugiter ut jam olim diſpoſuerat, inter eos vitam degeret. Quibus ille miti affatu tranquille reſpondit, nullatenus ſe poſſe Angelicam prænunciationem tranſgrediendo offendere, quæ eum apud Xantonas prædixerat obiturum fore: ſicque cunctis valde mœrentibus & lugentibus abſceſſit, rediturus Xantonicam civitatem. Ad quam feliciter & cum Dei gratia reverſus, degenſque in ea per aliquod tempus, jam, jamque tamen cœleſti vocatione dignus, feliciſſima & Deo placentiſſima multorum temporum animoſitate longævus, & omnium virtutum copioſitate ditiſſimus, Angelorum officiis ad cœlorum intima ſuſtollendum Deo reddidit ſpiritum 17. Kalendas Decembris, Dominicæ quidem diei conticinio noctis, adſtantibus ſibi cunctis Fratribus, & devotiſſime ſacras vigilias dependentibus. Vixit autem centum triginta tribus annis, per omne tempus tantæ longævitatis ab ipſis infantiæ auſpiciis, ut ſupra pro poſſe expedivimus, de bono in melius, de melioribus in optima quæque virtutum emolumenta conſcendens: donec omnem ſupergreſſus humanitatem, ipſi Divinitati indiſſociabiliter adnexus, totius mundanæ creationis vel immenſitatis fieret ſupremus, immo cœligenarum civium, Angelorum utique pneumatum, vel ſanctorum cœlicolarum omnium divinitus adſciſceretur æternaliter exiturus contubernalis ac ſocius.

---

[a] Sigebertus apud Surium habet *centum triginta*. Hæc ætatum monſtra tam frequenter de Sanctis Britannicis lectitantur, ut de illis merito dubitare liceat. Certe ſi Gudvalus Maclovii condiſcipulus ſub S. Brendani diſciplina fuit, ut ſcribit Albertus de Monte-Relaxo in utriuſque vita; etiam Maclovii ætatem ſupergreſſus eſt S. Gudvalus, qui poſt eum ſedem Aletenſem occupavit. Quod cum incredibile videatur, S. Maclovii obitus ſtatuendus eſt ad annum 565. quo dies quinta-decima Novembris in Dominicam incidebat, non ſub Leontii Santonenſis, ſed Burdagalenſis Antiſtitis præſulatu, ut ſupra dictum eſt. Lege Tom. 2. Annal. Eccleſ. Caroli le Cointe ad annum 565. num. 7. & 8. S. Maclovii corpus anno 975. Lutetiam Pariſiorum delatum Lothario Rege, qui illud in Capella ſua, nunc S. Michaelis ad Palatium dicta repoſuit. Inde vero in S. Maglorii Baſilicam illatum eſt.

AN.CHR. 565 15. Nov.

23. Cujus ſacratiſſimi Epiſcopi pretioſiſſimum pignus omni auro & lapide pretioſo commodius & carius atque honoratius, Domnus ſumma præſtans probitate Præſul LEONTIUS, reverenter & condigne officioſiſſimæ tradidit & decentiſſimæ ſepulturæ. Abditum quidem manſurum tumulo, ſed virtutum fragrantia enitendo, toto deinceps profuturum ſæculo.

A S. Leontio ſepelitur.

Nam eodem plane die quo mauſoleum ſubiit, duobus cæcis lumen oculorum integerrime reſtituit. Dæmonem peſſimum nec minus ab energumeno propulit: tertia vero nihilominus

Miracula patrata.

poſt ſacram & honorificam tumulationem ejus die, contracto reſtituit agile & ſtabile gradiendi officium, mutoque cuidam nil fari valenti Divinitatis gratia reformavit dicacem & facundam loquelam.

Leontius in ejus honorem Eccleſiam ædificat.

24. Diligens autem Epiſcopus Leontius amplius & decentius ſacratiſſimi Præſulis Machutis beatiſſimum honorare corpus, novam & elegantem fecit ædificare Eccleſiam, inibi utique ubi eum inſepeliverat, extra murorXantonicæ urbis: ubi extunc & de cetero tot & tanta Divinitatis omnipotentia oſtendit declaratque miracula: quanta nec hominum memoria, nec ſcriptorum valet comprehendere induſtria vel ſollertia. Non ſolum autem illic, verum ubicumque aliæ vel ſacrarum Reliquiarum ejus præſentia, ſive Eccleſiarum altariumve fuerint monumenta, ibi profecto affectuoſe orantibus præſto adeſt divina clementia, ut in omnibus paſſim cordibus fidelium ſanctitatis ejus præſentiam experientium præcordiali intentione, vel jugi devotione maneat ſemper laus tanti Confeſſoris, omnibus ſe invocantibus potentiſſime & piiſſime ſubvenientis, Amen.

AN.CHR. 566 12. Januar.

DE S. VICTORIANO ABBATE ASANENSI,

ELOGIUM HISTORICUM.

* Hueſca.

1. *OSCA *, Ilergetum in Hiſpania citeriori oppidum, memoriam veneratur S. Victoriani Abbatis, cujus Vitam nuper a Franciſco Didaco Hiſpanice ſcriptam Joannes Bollandus Latine vertit, & Joannes Tamayus in Martyrol. Hiſpan. ex variis recentiorum auctorum ſcriptis compoſuit. At cum id omnino ſit nobis in votis, ut Sanctorum acta ex antiquis, quoad ejus fieri poteſt, Scriptoribus repræſentemus, aliunde nobis ſuppetias conquirendas duximus, ſi quo modo aliquid ex vetuſtis monumentis, quod ad S. V*ICTORIANUM *Abbatem illuſtrandum pertineret, eruere poſſimus.*

2. *Variis itaque Hiſpanicis Auctoribus perluſtratis, nullus qui S. Victoriani meminerit, cer-*

Victorianus in Mauros pugnat.

tior & antiquior occurrit Roderico Archiepiſcopo Toletano a, qui in lib. 6. de Reb. Hiſp. cap. 1. victoriam Alcoratenſem anno circiter 1095. a Petro Aragonia Rege adverſus Mauros reportatam S. Victoriano acceptam refert in hæc verba. Hic SANCIUS obſedit Oſcam, & ſagitta percuſſus ſenſit ſe letaliter vulneratum, adjuravit filios ſuos PETRUM & ALDEFONSUM; quod numquam ab obſidione recederent, donec civitas caperetur: & ipſo vitam ea vulnere finiente corpus ejus inhumatum tamdiu ſervaverunt, donec civitas fuit capta. Cumque ad ſolvendam obſidionem multitudo Arabum adveniſſet, Petrus qui inter filios major erat, & ibidem mortuo patre in Regem fuerat elevatus, a Monaſterio S. VICTORIANI Martyris fecit afferri corpus, & ejus orationibus ſe commendans cum Arabibus concertavit, & Martyris oraculo confortatus pugnæ inſtitit, adeo quod & fugavit Arabes, & de eorum ſpoliis exercitui inopia laboranti copiam miniſtravit. *Pugna illa in planitie, cui Alcoratio nomen, commiſſa, Alcoratenſi victoria nomen dedit.*

Quis fuerit.

3. *In fragmentis ad Lucii Dextri Chronicon a Joanne Calderone adjectis, ſub finem ita legimus.* Anno Domini 520. venit in Hiſpaniam de receſſibus Italiæ progrediens S. VICTORIANUS,

* l'Aragon.

& in Monaſterio Aſanii in Celtiberia * Hiſpaniæ conſtitit, vitam ibidem Eremiticam primum inſtituit, & poſt crebeſcente fama virtutum ac miraculorum, S. BENEDICTI cucullum jam ſenior induit, plurima per Hiſpanias Monaſteria fundat, more Benedictinorum nobilium filios, & in iis S. GAUDIOSUM moribus, & doctrinis luculenter imbuit. Plenus dierum & meritorum 11. Januarii moritur, vivus & mortuus plurimis miraculis claret. Obiit autem anno 7. Regis Gothorum ATHANAGILDI, cui apprime carus fuit, & ejus Ordini profuſe favit. *Iſtis verbis, quæ non certum habere videntur auctorem, tametſi Heleca Epiſcopo Cæſarauguſtano homini 9. Sæculi (quippe qui ſub Alfonſo Magno anno 990. floruit) tribuuntur a nonnullis, integram fidem imperare nolumus.*

Fortunati de illo elogium.

4. *Verum enimvero nullus æque Victorianum commendat, prodit & illuſtrat, quam Venantius Fortunatus, qui ejus Epitaphium luculento carmine ſcripſit. Quæ res a nemine hactenus obſervata, viris eruditis haud ingrata, ut quidem credimus, futura eſt, nec parum Hiſpanis profutura, quibus Victorianus antehac inter adventitios habitus, inter populares aſſeretur. Nam Epitaphium illud, quod in vulgatis Fortunati libris de Victoriano Abbate Agaunenſi inſcribitur, in MSS. codicibus Victorianum Abbatem Aſanenſem prefert cum hac epigraphe:* Epitaphium VI-

a Rodericus Tolet. obiit anno 1247 qui S. Victorianum perperam Martyrem appellat.

VICTORIANI Abbatis de Monaſterio Aſanæ. *Haſit quidem animus in vocabulo Aſanæ*, AN.CHR.
cum primum hanc diſcrepantiam in membranaceis Fortunati exemplaribus obſervare licuit. Sed 566
nodum illum explicavit Philippus Ferrarius, in Catal. generali SS. de Victoriano ita agens. 12 Januar.
Pridie Idus Januarii apud Cæſarauguſtam in Hiſpania S. Victoriani primi Abbatis Aſanenſis.
Porro Aſana ſeu Aſanio vicus eſt Aragonia juxta flumen Cinga, qui per montium anguſtias Fortunatus emendatur.
rapido impetu decurrens, tandem aliquibus ſibi rivis adjunctis in Iberum influit, ut in S. Victoriani Actis a Bollando Latine redditis legitur. Jam vero proferamus integrum Fortunati Epitaphium, quod in lib. 4. Carm. 11. reperitur cum hac inſcriptione,

EPITAPHIUM VICTORIANI ABBATIS DE MONASTERIO ASANÆ,

Quiſquis ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,
Munus in hoc tumulo quod venereris habes;
Reſpice ditatum cœleſti dote talentum,
Cujus ſemper habet pectoris arca Deum.
Relligionis apex, vitæ decus, arma ſalutis,
Eximius meritis VICTORIANUS adeſt:
Dignum opus exercens, qui fructificante labore
Cunctis non ſoli vixit in urbe ſibi.
Plurima per patriam Monachorum examina fundens;
Floribus æternis mellificavit apes.
Lingua potens, pietas præſens, oratio jugis
Sic fuit ut jam tum totus ad aſtra foret;
Plura ſalutiferis tribuens oracula rebus
Sæpe dedit ſignis vita beata fidem:
Bis ſenis rexit patrio moderamine luſtris *a* Annis 60. fuit Abbas.
Rite Deo placitas Paſtor opimus oves:
Calle ſequens recto ſacra per veſtigia Chriſtum
Nunc fruitur vultum *b*, quem cupiebat amor.

5. *En quem Hiſpani hucuſque Italum exiſtimavere, Fortunatus utique Italus Hiſpanum ſatis declarat; dum eum quem Monaſterii Aſana in Hiſpania Abbatem dicit* plurima per patriam Monachorum examina ſudiſſe *, & oves patrio moderamine rexiſſe *commemorat. Quamobrem vero S. Victorianus ab Hiſpanis Italus hactenus creditus ſit, & ex Italia per Galliam profectus in Hiſpanias, inde forte accidit, quod eumdem eſſe putaverint cum Victorino Monacho illo Italo, quem Gregorius Magnus Homil. 34. in Evang. commendat. Nec inſolens cuiquam videatur, Fortunatum in laudes hominis Celtiberi devenisſe, cum S. Martinum Dumienſem in Callacia Epiſcopum longius ſummotum epiſtola & elogio convenerit. Atque ut omnis dubitatio tollatur, nulla Victoriani Abbatis mentio eſt in Abbatum Agaunenſium Indice, quem ex tabulis Agaunenſibus Sammarthani deſcripſerunt.* Hiſpanus fuit. * an fundaſſe?

6. *Supereſt diſcutiendum, an Victorianus fuerit primus Abbas Aſanenſis; tum an S. P. Benedicti inſtitutum aliquando ſectatus ſit. Primum Aſanenſi Monaſterio præfuiſſe negant ſcriptores Hiſpanici recentiores fere omnes, quod hoc Cœnobium a Geſaleico Gothorum Rege, vocabulo S. Martini de Saraza, nunc S. Victoriani, anno 506. conditum ante c Victoriani in Hiſpaniam acceſſum putent. Aſt cum ex Fortunato habeamus, Victorianum genere Hiſpanum annis 60. Monaſterium ſuum rexiſſe, facile adducimur in ſententiam Philippi Ferrarii, qui eum primum Abbatem Aſanenſem vocat.* Verum id patet ex vetuſtiſſimo Fortunati apographo Bibliothecæ Corbejenſis, in quo S. Victoriani Epitaphium hunc præfert titulum: EPITAPHIUM DOMNI VICTORIANI PRIMI ABBATIS DE MONASTERIO ASANI IN SPANIA. *Et quidem ſi certum eſt Monaſterium ipſum anno 506. conditum fuiſſe, cum 60. annos Victorianus illi præfuerit, is anno 566. obiiſſe omnino dicendus eſt. Ceterum an Victorianus nomen dederit in S. Benedicti Regulam, cum primum in Hiſpania vulgari cœpit, ſicut probare in promptu non eſt, ita facile inficiari non licet, quandoquidem Hiſpanici Scriptores hujus ætatis non pauci illud affirmant. Mortuus eſt S. Victorianus die 12. Januarii, quo die Natalis ejus dies celebratur, & 7. Id. Aprilis ejus Tranſlatio, de qua etiam pauca dicendum.* An primus Abbas Aſanenſis?

7. *In Breviariis Oſcana & Jacenſis diœceſeon ſic de S. Victoriani Reliquiis ſcribitur.* Reliquiæ ejus timore ABDERRHAMAN Regis Paganorum fuerunt tranſlatæ ad S. Rufinam ſupra Ainſam, ubi per ducentos & ſexaginta annos manſerunt. Sed divina miſericordia operante timore Paganorum ſublato Dominus SANCTIUS Rex Aragonum & Pampilunen- Tranſlationes.

a Concordat hic calculus cum actis S. Victoriani a Bollando relatis, in quibus Victorianus *duodecim luſtris* Monaſterio præfuiſſe legitur.

b Ita ſcribunt MSS. codd. & recte quidem. Nam apud probos auctores *fruor* cum quarto caſu non raro conjungitur.

c Turpiter hallucinantur, qui hoc Monaſterium anno 442. exſtructum dicunt a Geſaleico Rege, qui ab anno dumtaxat 506. ad 510. Viſigothis imperavit.

AN. CHR. 566 13. Januar.

ſis ad Caſtrum Alquezar poſuit 6. Id. Aprilis in Octava Paſchæ anno ab Incarnatione 1088. Inde translatæ ſunt ad Monaſterium Montis Aragonum *a* prope Oſcam, ubi nunc capue cum tota corpore, dempto brachio, honorifice habetur. *Hæc ſi vera ſunt, quomodo Petrus Aragonum Rex corpus S. Victoriani ex Monaſterio Aſanenſi deferri præcepit anno circiter 1095. ut ſupra ex Roderico retulimus? Certe Monachi S. Victoriani Aſanenſis Patroni ſui Reliquias arca argentea antiquiſſima incluſas penes ſe habere gloriantur. Ipſi litem ſuam dirimant. Vero tamen ſimile eſt, Sanctium Aragonia Regem, qui anno 1089. Mont-Aragonii Cœnobium erexit dotavitque, cum ſe ad Oſcana urbis obſidionem pararet, S. Victoriani partem Reliquiarum illo tranſtuliſſe, partem in Monaſterio Aſanenſi reliquiſſe: niſi dicere mavis, integrum corpus a Petro Sanctii filio poſt victoriam S. Victoriani præſidio in Mauros reportatam in Mont-Aragonium fuiſſe translatum.*

CIRCA AN. 566 5. Decemb.

VITA S. NICETII EPISCOPI TREVERENSIS.

Auctore Gregorio Turon. *de Vitis Patr. cap. 17.*

Quorumdam moroſitas erga pios auctores arguitur.

1. Si fides dictis adhibetur, relatoribus ſacrorum operam pro fidei merito fideliter arbitror eſſe credendum: quia non omnia quæ in ſcripturis leguntur, obtutibus propriis cerni potuerunt, ſed quædam ipſius ſcripturæ relatione firmata, quædam aliorum auctorum teſtimonio comprobata, quædam vero proprii intuitus auctoritate creduntur. Sed ſunt, quod pejus eſt, qui perverſo ſenſu ut ſcripta non credunt, ita teſtificata reprehendunt, viſa vero tamquam conficta faſtidiunt, non habentes illud in ſua credulitate, quod Thomas Apoſtolus geſtabat in corde dicens: *Niſi videro, non credam*. Beati quidem qui non viderunt & crediderunt, ſed iſte ut vidit, ſtatim credidit. Nam, ut diximus, multi videntes non modo non credunt, ſed & deridene. Unde & ego aliqua de ſancti Nicetii Treverici Sacerdotis virtutibus, virilitate, magnanimitate, ſanctitate ſcripturus, reprehendi ab aliquibus vereor dicentibus mihi: Tu cum ſis junior, quomodo ſeniorum geſta poteris ſcire? qualiter ad te eorum facta venerunt? nempe non aliud niſi conficta a te hæc quæ ſcripta ſunt decernuntur. Qua de cauſa relatorem hujus operis in medio ponere neceſſe eſt, ut hi qui veritati derogant confundantur. Noverint igitur a beato ARADIO Abbate

Joan. 20. 25.

Fides eorum quæ heic ſcribuntur.

urbis Lemovicinæ qui ab ipſo NICETIO Antiſtite enutritus, & Clericatus Ordinem ſortitus eſt, hæc quæ ſubjecta ſunt me audiſſe; quem in hoc non credo feſelliſſe, cum per eum Deus eo tempore quando mihi iſta retulit, & cæcorum oculos illuminavit, & paralyticis greſſum præſtitit, & energumenos ejectis dæmonibus ſanæ menti reſtituit: nec credendum eſt eum mendacii nube obumbrari poſſe, quem Deus ſæpius ab imbrium nube obtectum ita protegit, ut imbutis ſociis ipſe nulla ſtillarum cadentium infuſione madeſceret. Denique ſi de tali re dubitat, de beneficiis Dei diffiditur.

Relatio S. Aredii de S. Niceti vita.

2. Ajebat ergo memoratus Sacerdos de antedicto Antiſtite: Multa quidem, dulciſſime frater, de ſancto NICETIO bonorum virorum teſtimonio divulgata cognovi: ſed plura meis oculis propriis inſpexi, vel etiam ab eo vix elicita cognovi. Et cum mihi quæpiam de his quæ per illum Deus operatus eſt explanaret, non cothurno jactantiæ tumeſcebat, ſed compunctus corde cum lacrymis ajebat: Ideo tibi hæc, fili cariſſime, pandere volo, ut & tu cum ſumma converſans innocentia cordis ſimilia mediteris? non enim ad excelſa virtutum Dei contendere quis poterit, niſi fuerit innocens manibus & mundo corde, ſicut canna Davidici carminis canit. Hæc ergo de eo præfatus relator exorſus eſt. Igitur ſanctus NICETIUS Epiſcopus ab ipſo ortus ſui tempore Clericus deſignatus eſt. Nam cum partu fuiſſet effuſus, omne caput ejus, ut eſt conſuetudo naſcentium infantum, a capillis nudum cernebatur: in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares ab eiſdem coronam Clerici fuiſſe ſignatam. Exinde a ſtudioſiſſimis enutritus parentibus, litteris inſtitutus, Abbati cuidam in Monaſterio commendatur: in quo loco ita ſe devotum Deo exhibuit, ut migrante Abbate ipſe ſuccederet. Jam vero aſſumpto Abbatis officio tantum ſe talemque ad inſtructionem atque diſtrictionem Fratrum exhibuit, ut non modo agere, verumetiam nulli liceret aliquid „ vel loqui perverſe, dicens: Cavenda eſt ſcurrilitas, Dilectiſſimi, & omne verbum otioſum, „ ut ſicut corpus omne purum exhibere debemus Deo, ita etiam & os non ad aliud aperi- „ re, niſi ad laudem Dei: quia tria ſunt in quibus genus dilabatur humanum, aut enim „ cogitat, aut loquitur, aut agit: ergo vos dilectiſſimi, oportet vitare ſcurrilitatem, ma- „ litiam, & omne opus peſſimum. Multa & alia exhortabatur Fratres, ut eos dignos Domino exhiberet ac mundos.

Nicetius cum corona clericali ex utero prodit.

Fit Monachus & Abbas.

Ejus monita ad Monachos.

A Theoderico Treverorum Epiſcopus deſignatur.

3. Venerabatur autem eum & Rex THEODERICUS magno honore, eo quod ſæpius vitia ejus

a Hoc Monaſterium una leuca diſſitum ab urbe Oſca, nunc eſt Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ut Martinus Carillo iſtius Monaſterii Abbas ſcribit.

CIRCA AN. 566

5. Decemb.

ejus nudaret ac crimina; caſtigatus emendatior redderetur: & ob hanc gratiam decedente Trevericæ urbis Sacerdote *, eum ad Epiſcopatum juſſit accerſiri, cumque dato conſenſu populi ac decreto Regis ad ordinandum a viris ſummis cum Rege honore præditis adducebatur. Verumtamen cum propinqui ad urbem cadente ſole fixis tentoriis manſionem pararent, illi confeſtim laxatos equos per ſegetes pauperum dimiſerunt. Quod cernens beatus Nicetius miſericordia motus ait: Expellite quantocius equos veſtros a ſegete pauperis: alioquin removebo vos a communione mea. At illi indignantes dixerunt: Quænam eſt hæc cauſa quam loqueris? adhuc enim Epiſcopalem apicem non es adeptus, & jam excommunionem minaris? At ille: Vere, inquit, dico vobis, quia deſtinavit Rex, ut me avulſum a Monaſterio huic oneri conſecrari juberet: fiat quidem voluntas Dei, nam Regis voluntas in omnibus malis me obſiſtente non adimplebitur. Tunc curſu rapido abiens ejecit equos a ſegete, & ſic cum admiratione hominum illorum ad urbem deductus eſt: non enim honorabat perſonam potentis, ſed Deum tantum & in corde & in operibus metuebat.

* 1. Epiſcopo.

4. Impoſitus itaque in cathedra *a* dum lectionum ſeriem auſcultaret, ſenſit neſcio quid grave ſuper cervicem ſuam: cumque bis aut ter manum clam ad tentandum injeciſſet, nullius rei cauſam invenire potuit, quæ hoc pondus inferret: diverteuſque caput ad dexteram & lævam odoratus eſt odorem ſuavitatis. Intellexit quoque hoc onus eſſe Sacerdotii ipſius dignitatem. Aſſumpto vero Epiſcopatu tam terribilem ſe præbuit omnibus ſi Dei mandata non ſervarent, ut imminere mortem proximam voce præconis teſtaretur. Quibus de cauſis pauca loqui placet ad roborandam Sacerdotum cenſuram, vel ad inſtructionem populi, ſive etiam ad ipſorum Regum præſentium emendationem.

Onus Epiſcopale ſentit Nicetius

Qualem in Epiſcopatu ſe geſſerit.

5. Nam cum Theoderico decedente Theodebertus filius ejus regnum ambiiſſet, ac multa inique exerceret *b*, & ab eodem plerumque corriperetur, quod vel ipſe perpetraret, vel perpetrantes non argueret, Eccleſiam eſt ingreſſus. Lectis igitur lectionibus quas canon ſanxit antiquus, oblatis muneribus ſuper altare Dei, ait Sacerdos: Non hic hodie Miſſarum ſolemnia conſummabuntur, niſi communione privati prius abſcedant. At Rege reniteute ſubito exclamat unus de populo arreptus a dæmone puer juvenis, cœpitque voce valida inter ſupplicia torturæ ſuæ & Sancti virtutes & Regis crimina confiteri, dicebatque Epiſcopum caſtum, Regem adulterum; hunc timore Chriſti humilem, illum gloria regni ſuperbum; illum Sacerdotio impollutum a Deo impoſterum præferendum, hunc ab auctore ſceleris ſui velociter elidendum. Cumque Rex timore concuſſus peteret ut hic energumenus ab Eccleſia ejiceretur, dixit Epiſcopus: Prius illi qui te ſecuti ſunt, id eſt inceſtuoſi, homicidæ, adulteri, ab hac Eccleſia extrudantur, & hunc Deus ſilere jubebit. Et ſtatim Rex juſſit Sacerdoti dæmoniacum foras extrahi; ſed cum apprehenſa columna evelli a decem viris non poſſet, Sanctus Dei ſub veſtimento ſuo propter jactantiam faciens crucem Chriſti contra dæmonem, relaxari præcepit; qui protinus corruens cum his qui eum trahere nitebantur, poſt paullulum ſanus erectus eſt: deinde poſt acta ſolemnia requiſitus numquam reperiri potuit, nec ullus ſcivit, unde venerit, vel quo abierit. Conjiciebatur tamen a plurimis eum a Deo miſſum, qui Regis Sacerdotiſque opera non taceret. Unde factum eſt ut Sacerdote orante Rex mitior fieret, Paſtor a Domino remunerandus digne propheticum illud audiret: quia qui reddiderit pretioſum de vili, tamquam os meum erit.

Theodeberto Regi quam ſeverus.

Jerem. 15.

6. Quotidie autem prædicabat Sacerdos populis, denudans crimina ſingulorum, & pro remiſſione deprecans aſſidua confitentium. Unde adverſus eum ſæpius odii virus exarſit, quod tam veraciter multorum facinora publicaret. Nam plerumque ſe perſecutoribus ultro obtulit, & gladio exerto cervicem præbuit: ſed nocere ei Dominus non permiſit. Voluit enim pro juſtitia mori, ſi perſecutor fuiſſet infeſtior. Ajebat enim: Libenter moriar pro juſtitia. Sed & Chlotharium Regem pro injuſtis operibus ſæpius excommunicavit, exiliumque eo minitante numquam eſt territus. Quodam vero tempore cum jam in exilium ductus ab Epiſcopis reliquis, qui adulatores Regis effecti fuerant, removeretur, atque a ſuis omnibus derelictus uni Diacono qui adhuc perſtabat in fide ait: Quid tu nunc agis? quare non ſequeris fratres tuos, ut eas quo volueris ſicut illi fecerunt? Qui ait, Vivit Dominus Deus meus quia uſquequo ſpiritus meus intra hos artus contentus fuerit, numquam derelinquam te. Et ille, Quia, inquit, hæc dixiſti, dicam tibi quæ Domino revelante cognovi. Cras enim in hac hora & honorem recipiam, & Eccleſiæ meæ reſtituar: hi autem qui me reliquerunt, cum magno pudore ad me confugient. Præſtolabatur itaque Diaconus rem promiſſam attonitus, quod poſtea eſt expertus. Illuceſcente autem die craſtina ſubito advenit Legatus Sigiberti Regis cum litteris, nuntians Regem Chlotharium eſſe defunctum, ſeque regnum debitum cum Epiſcopi charitate debere percipere. Hæc ille audiens ad Eccleſiam regreſſus poteſtati reſtituitur, confuſiſque his a quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit.

Nicetius cupit mori pro juſtitia.

Chlotharium excommunicat.

Mittitur in exilium anno 561.

Revocatur a Sigiberto.

7. Jam vero quam fortis fuerit ad prædicandum, quam conſtans ad ſuſtinendum, quam prudens ad docendum, quis evolvere queat? Unus enim ei ſemper rigor in proſperis & adverſis: nec minantem timuit nec a blandiente deluſus eſt. Nam vere (ut ajebat relator ille memoratus) parum fuit quin juxta Paulum Apoſtolum non fuiſſet injuriatus periculis fluminum,

Infractus fuit in adverſis.

2. Cor. 11.

a S. Nicetius anno 527. ordinatus Epiſcopus juxta calculum doctiſſimi Caroli le Cointe Oratorii Presbyteri in To. 1. Annal. Eccleſ. Franc. Baronio anno 529.

b Et tamen Gregorius Turon. Theodebertum Regem non modice laudat in Hiſtoriæ lib. 3. cap. 25.

CIRCA AN. 566 5. Decemb. num, periculis latronum, periculis in civitate, periculis in falſis fratribus, & reliqua. Nam quadam die dum Moſellam * fluvium navigio tranſmearet, inter pilas pontis fluctuumque actus impulſu, palmis tantum pilæ adhæſit, pede continens navem, & ſic ab intuentibus jam ad demerſionem paratus ereptus eſt, quod non ſine tentatoris inſidiis ſe pertuliſſe ferebat. Sed & ipſe auctor criminis plerumque ſe obtutibus ejus nociturus oſtendit. Denique dum quadam die iter ageret, deſcendens ab equo inter vepres condenſas ventris purgandi gratia eſt ingreſſus; & ecce aſſiſtit ei umbra teterrima ſtatu procera, craſſitudine valida, colore tetra, oculorum ſcintillantium immenſitatem in modum tauri petulantis habebat; ore patulo quaſi ad deglutiendum virum Dei parata. At illo faciente ſignum Crucis econtra, in modum fumi aſcendentis evanuit; quo non ambigitur ipſum ei ſceleris principem fuiſſe monſtratum.

* la Moſelle.

Crucis ſigno dæmonum larvas fugat.

8. In jejuniis autem valde (ut diximus) fortis erat, nam ceteris eſurientibus ſæpe ipſe contecto capite a cucullo ne agnoſceretur in publico, cum uno tantum puero Sanctorum Baſilicas circuibat. Sed & curationum gratia data eſt ei a Deo. Dum autem ille hæc in illo (ut ſupra diximus) habitu Sanctorum habitacula circuiret, ad templum S. Maximini Antiſtitis in cujus atrio poſt multas debacchationes tres energumeni preſſi ſopore quieſcebant; cernenſque eos ſomno deditos, fecit ſignum Crucis econtra, ſtatimque expergefacti elevantes in ſublime voces dato impetu ad vomitum emundati ſunt. Cum autem lues inguinaria Trevericum populum in circuitu civitatis valde vaſtaret, & Sacerdos Dei pro ovibus commiſſis Dei miſericordiam imploraret aſſidue, factus eſt ſonus de nocte magnus tamquam tonitruum validum ſuper pontem amnis, ita ut putaretur urbs ipſa abſorberi. Cumque omnis populus exterritus in lectulis reſediſſet, letiferum ſibi interitum opperiens, audita eſt in medio rumoris vox una ceteris clarior dicens: Et quid hic, o ſocii faciemus? ad unam enim portam EUCHARIUS Sacerdos obſervat, ad aliam MAXIMINUS excubat, in medio verſatur NICETIUS, nihil hic ultra prævalere poſſumus, niſi ſinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac voce audita, ſtatim morbus quievit, nulluſque ab eo ultra defunctus eſt. Unde non ambigitur virtute memorati Antiſtitis fuiſſe defenſam.

Jejunia ejus.

Trevirenſes a lue inguinaria liberat.

Miraculum

9. Invitatus autem quodam tempore Sacerdos a Rege, dicit ſuis: Quærite nobis piſcium multitudinem in abundantia, ut euntes ad occurſum Regis, & noſtrum expleatur opus, & amicis miniſtretur affatim. Dixerunt ei: Lapſus noſter in quem piſces decidere ſoliti ſunt, prorſus deſertus habetur: ſed & maceriæ ipſæ de locis ſuis amnis impetu evolſæ naſcuntur: non eſt qualiter juſſio veſtra adimpleatur, dum non eſt in promptu qualiter capiantur, quæ præcipis. Et ille hæc audiens ingreſſus in cellulam ſuam vocavit puerum, & ait: Vade & dic coquorum præpoſito ut exhibeat piſces ab amne. Qui juſſa referens, deriſus eſt ab homine. Reverſoque ait Sacerdos: Scio quia locutus ei ea quæ præcepi, ſed audire noluerunt: vade rurſus & dic eis ut eant. Cumque bis aut tertio hanc ordinationem dure ſuſciperent, commoti tandem abierunt ad lapſum, & aſpicientes invenerunt eum ita refertum piſcibus, ut decem viri quæ repererant vix exhibere potuiſſent. Oſtendebat enim ei virtus divina ſæpius quæ ei opportuna erant.

10. Sed nec hoc ſilendum putavi, quod eidem de Regibus Francorum a Domino fuit oſtenſum. Vidit enim in viſu noctis turrem magnam tanta celſitudine præditam, ut polo propinqua ſuſciperent habentem feneſtras multas, Dominumque ſtantem ſuper cacumen ejus & Angelos Dei per ſpecula illas poſitos. Unus autem ex eis tenebat librum magnum in manu dicens: Tantum temporis Rex ille & ille victurus eſt in ſæculo. Nominavitque omnes viritim, vel qui eo tempore erant vel deinceps nati ſunt: dixitque & qualitatem regni & quantitatem vitæ eorum. Sed poſt uniuſcujuſque nomen, ſemper Amen ceteri Angeli reſpondebant: ſicque de his impoſterum impletum eſt, ſicut Sanctus per præfatam revelationem annuntiavit.

Regum ſortes in viſione diſcit.

11. Regreſſus autem a Rege evectu navali, obdormivit: & ecce commotus vento fluvius cœpit fluctus in excelſa porrigere, ita ut putaretur navis ipſa demergi. Sacerdos autem, ut præfati ſumus, dormiens ſomno neſcio quo, ut plerumque dormientibus, quaſi ab aliquo oppreſſus eſt. Excitatus quoque a ſuis fecit ſignum Crucis ſuper aquas, & ceſſavit procella: deinde ſuſpirans crebrius interrogatus a ſuis eſt quid vidiſſet. Qui ait: Silere quidem decreveram, ſed tamen dicam. Vidi enim me quaſi per univerſum orbem retia ad capiendum extendere, & nullus erat adjutor meus niſi tantum hic puer ARADIUS. Et merito cum Dominus retificem oſtendere voluit, qui quotidie populos ad divinum officium capiebat.

Signo Crucis ſedat procellam.

12. Venit autem ad eum homo quidam cæſariem barbamque prolixam efferens, proſtratuſque ad pedes ejus ait: Ego ſum, Domine, qui in maris periculo poſitus, tuo adjutorio ſum ſalvatus. At ille objurgans hominem cur de eo laudationis hujus proferret gloriam, ait: Dic qualiter te Deus ab hac neceſſitate eripuit: nam virtus mea nullum juvare poteſt. Qui ait: Nuperrimo tempore cum navem aſcendens Italiam peterem, multitudo paganorum mecum ingreſſa eſt, inter quos & ego tantum ſolus eram inter illam ruſticorum multitudinem Chriſtianus. Orta autem tempeſtate cœpi invocare nomen Domini, atque ut me interceſſio tua eriperet flagitare: pagani vero invocabant Deos ſuos, & ille Jovem, iſte Mercurium proclamabat, alius Minervam, alius Veneris auxilium flagitabat. Cumque jam in diſcrimine mortis eſſemus, ajo ad eos: O viri nolite Deos veſtros invocare: non enim ſunt Dii iſti, ſed dæmones. Nam ſi vultis de præſenti interitu erui, invocate Sanctum NICETIUM, ut ipſe obti-

Nicetius adhuc vivens a naufragantibus invocatur.

tineat cum Dei miſericordia vos ſalvari. Cumque una voce elevata in hujuſcemodi clamore CIRCA AN.
diruſſent: Deus Nicetii eripe nos: protinus mare mitigatum eſt, cecideque ventus, ac ſole 566
reducto eo quo voluntas noſtra fuit, navis acceſſit. Ego autem vovi ne prius comam capi- 5. Decemb.
tis tonderem, quam tuis obtutibus præſentarer. Tunc juſſu Epiſcopi tonſuratus homo Arvernum adiit, unde ſe eſſe confeſſus eſt.

13. Innumera ſunt etiam quæ de hoc viro relata a memorato Abbate cognovimus: ſed fi- Ad cœle-
niendum libellum puto. Cum autem propinquum tranſitus tempus migrationis ſuæ cogno- ſtia in vi-
viſſet, Fratribus retulit dicens: Vidi Paulum Apoſtolum cum Joanne Baptiſta invitantem me ſione invi-
ad requiem ſempiternam, atque exhibentem mihi coronam cœleſtibus margaritis ornatam, tatur.
ac dicentibus mihi viris: Talibus ſpeciebus perfrueris in regno Dei. Hæc quibuſdam fidelibus referens poſt paucos dies modica febre pulſatus ſpiritum præmiſit ad Dominum *a*, Sepultuſque eſt in Baſilica ſancti Maximini Antiſtitis, cujus nunc tumulus plerumque divinis virtutibus illuſtratur.

S. NICETII EPISCOPI ELOGIUM,

Auctore Venantio Fortunato *in lib. 3. cap. 9.*

SPlendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
 Totius orbis amor, Pontificumque caput:
Summus Apoſtolico præcellens paſtor ovili,
 Auxiſti meritis quicquid honoris habes.
Divino inſiſtens operi terrena relinquis,
 Cui moritur mundus, non moriture manes.
Vita brevis cunctis, ſed non brevis illa Beatis:
 Cum bona non pereant, jure perennis erit.
Dum tibi reſtrictus maneas, & largus egenis,
 Quod facis in minimis, te dare crede Deo.
Captivus quicumque redit ſua limina cernens,
 Ille lares proprios, tu capis inde polos.
Hic habet exul opem, jejunans invenit eſcas,
 Qui venit eſuriens, hinc ſatiatus abit.
Triſtibus imponis curas purgando querelas,
 Et ſanat cunctos una medela viros.
Pauperis hinc lacrymas deſiccas, gaudia præſtans;
 Qui prius ingemuit, vota ſalutis habet.
Te paſcente greges, numquam lupus abripit agnos,
 Sunt bene ſecuri quos tua caula tegit.
Templa vetuſta Dei revocaſti in lumine priſco,
 Et floret ſenior te reparante domus.
Hinc populis longos tribuas pia vota per annos;
 Et maneas Paſtor, ne lacerentur oves, *&c.*

S. SIMPLICII ABBATIS TERTII CASSINENSIS,

CIRCA AN. 570 29. Martii.

ELOGIUM HISTORICUM.

1. *DUOS eodem tempore* SIMPLICIOS *ſanctitate claros apud Caſſinum ſub S. P.* BENEDICTI *magiſterio coaluiſſe, plures e noſtris hoc ævo adverſus Gallonium obſervarunt: alterum Abbatem Caſſinenſem, qui poſt* CONSTANTINUM *S. P.* BENEDICTI *ſucceſſorem Monaſterium Caſſinenſe rexit; alterum S.* MAURI *in Gallias comitem, qui eo mortuo in Italiam cum* FAUSTO *reverſus eſt. De poſteriore cetera cum nos lateant, id unum advertere licet, eum a Gallonio in Apolog. de S. Gregorii Monach. pag. 88. perperam fingi ter-* Duo Simplicii.

a Nicetius obiit circa annum 566. poſteaquam Clotſindam Reginam de curanda mariti ſui Alboini Langobardorum Ducis converſione monuit, ac Juſtiniano Imperatori ſub extremum principatus ſui tempus in hæreſim lapſo ſcripſit. De Sancto Nicetio cui Magnericus ſucceſſit, ita ſcribit Gregorius Turon. cap. 94. de Gloria Confeſſ. *Ad cujus nunc tumulum vinctorum catenæ franguntur; energiam incurſionis diabolicæ patientes, extruſis dæmonibus liberantur; cæcorum oculi plerumque, remotis tenebris, lumine infunduntur. Nam de perjuris quid dicam? Si quis enim ibi falſum juramentum proferre auſus fuerit, illico divina ultione corrigitur: nec quiſquam hoc vel loqui audet, ſi conſcientia torquente reum ſe eſſe cognoverit, quod ibi ſacramentum præſumat exſolvere.*

CIRCA AN. 570 29. Martii.

tertium Lateranenſis Monaſterii Abbatem. Gallonium in errorem induxit locus male intellectus Gregorii Magni, in principio lib. 2. Dial. ſcribentis, ſe ea quæ de S. Benedicto narraturus eſt, quatuor diſcipulis illius referentibus agnoviſſe, Conſtantino ſcilicet reverendiſſimo valde viro, qui ei in Monaſterii regimine ſucceſſit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit; SIMPLICIO, qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit, *&c. ubi τὸ* illius *Gallonius retulit ad Valentinianum, cum ad S. Benedictum reſpiciat, quemadmodum ex Paulo Diacono in Vita S. P. Benedicti probavimus.*

Simplicius Abbas 3. Caſſin.

2. *His ita commemoratis, quæ ad Simplicium Abbatem tertium Caſſinenſem pertinent proſequamur. Hunc ſeptemdecim tantum poſt Benedictum annis Caſſini ſediſſe affirmat Angelus de Nuce Abbas itidem Caſſin. in nupero Comment. in Chron. Caſſin. cap. 29. Odo Glannafolienſis in Epiſtola S. Mauri Actis præfixa Simplicii Vitam aſſerit a ſe viſam, quam periiſſe graviter ferimus. De eo quidem Petrus Diaconus breviter ſcripſit tum in libro de Ortu & Vita Juſtor. Caſſin. cap. 10. tum in lib. de Viris illuſt. Caſſin. cap. 5. At quandoquidem prius Opuſculum nanciſci nobis non licuit, ex poſteriori depromemus quæ ſequuntur.*

3. SIMPLICIUS ſanctiſſimi BENEDICTI diſcipulus, ac poſt eum in Caſſino Abbas effectus, Regulam quam ſuus Magiſter ediderat, publice legendam omnibus Monachis tradidit. Verſus quoque nonnullos de eadem re deſcripſit. Fuit vero temporibus Juſtini ſenioris, ſepultus autem in Caſſino juxta corpus B. Benedicti.

4. *Verſus a Petro deſignatos eruit ex Bibliotheca Vaticana Gallonius, & in Apologia ſua inſeruit; poſtmodumque vir non vulgaris eruditionis Lucas Holſtenius in Cod. Regul. quos verſus iratis licet Muſis fabricatos hæc repræſentamus utpote breves, eoſque Lectoris ſtomacho ac cenſuræ committimus.*

Qui leni jugo Chriſti colla ſubmittere cupis,
Regulæ ſponte da mentem, dulcia ut capias mella.
Hic Teſtamenti veteris novique mandata,
Hic ordo divinus, hicque caſtiſſima vita.
Hoc BENEDICTUS Pater conſtituit ſacrum volumen,
Suiſque mandavit hæc ſervanda alumnis.
SIMPLICIUS famulus Chriſtique miniſter
Magiſtri latens opus propagavit in omnes:
Una tamen merces utriſque manet in ævum.

5. *Ex his verſibus claudicante Minerva compoſitis duo argumenta æque claudicantia producit Gallonius, nimirum S. Benedictum dum adhuc in vivis eſſet, Regulam ſuam non evulgaſſe, ſed abſcondiſſe; ac Gregorium Magnum a S. Benedicti Inſtituto fuiſſe alienum: ſiquidem Simplicius qui S. Benedicti Regulam (ut ex his verſibus ſuadere conatur) propagavit, nondum Abbas erat Lateranenſis, cum Gregorius Monachus eſſe deſiit. Iſta ſufficiat tetigiſſe, quibus impugnandis, cum jam refutata ſint a multis, lubenter ſuperſedemus. Ceterum ſi quis ea volet indagare, adeat Antonium Yepez in Chron. ad ann. 576. cap. 7. Hugonem Menardum ad Orig. & increm. Ord. S. Bened. pag. 870. Haeſtenum Diſquiſ. Monaſt. lib. 2. Tract. 6. Diſq. 1.*

6. *Neque his ullo modo detractum imus S. Simplicii laudibus, a quo S. Benedicti Regulam diffuſius propagatam non inficiamur. Non enim uno momento illa omnium regionum Clauſtra omnia penetravit: ſed poſtquam variis Italiæ & Galliæ Monaſteriis per S. Benedictum propoſita eſt, magnum acceſſum per Simplicium cepit. Teſtis eſt Epiſtola Simplicio jam Abbati ſcripta a Fundano Abbate, qui cum* omnia Monaſteria Campaniæ, Samniæ, Valeriæ, Tuſciæ, Liguriæ, & aliarum provinciarum Italiæ *S. Benedicti Regulam ſervare decreviſſent, hanc ipſe in ſuo Cœnobio ſervare propoſuit, ac duos e ſuis Monachis apud Caſſinum informandos ad Simplicium direxit. Epiſtolam integram in noſtra Præfatione retulimus.*

7. *Quo die vel anno S. Simplicius in cœlos migraverit, incompertum eſt. Poſt eum uſque ad Langobardorum cladem Caſſino illatam circa annum 580. duos Caſſinenſi Monaſterio præfuiſſe Abbates*, VITALEM & BONITUM, *docet Paulus*

Diac.

Diac. in lib. 4. cap. 18. proinde Simplicius annum Chriſti 570. exceſſiſſe non videtur. Hujus corpus a Deſiderio Abbate, poſtea Victore Papa III. una cum ſacris cineribus Conſtantini ejus deceſſoris ac Carolomanni Regis ac Monachi inventa ſunt anno Domini 1071. ut ex Petro Diacono in ſermone MS. de Octava S. Bened. probat Joannes Bapt. Marus in Notis ad lib. de Viris illuſt. Caſſin. cap. 5. Inventionis dies 4. Kal. Aprilis in Martyrolog. Bened. conſignatur, obitus vero diem antiqua Kalendaria non produnt.

CIRCA AN. 570 29. Mart.

V I T A
S. FIDOLI ABBATIS TRECENSIS

CIRCA AN. 570 16. Maji.

Eruta ex codicibus MSS.

P R O L O G U S.

1. VENERANDI Patris FIDOLI * vitam ad laudem nominis Chriſti, cujus divina ſunt merita Electorum, notitiæ fidelium pandere cupientes, primum quæ illi patria, quæve morum a puero inſtitutio fuerit, paucis prælibare operæpretium duximus, ut admiranda tanti viri converſatio ſubſequentibus ſignis, quæ per eum ſuperna dignata eſt operari majeſtas, adſtipuletur, quamvis multa plura eſſe quæ nulla teſte egerit, quæque laudem vitans humanam ſub ſilentio abſconderit, legentium nemo cunctetur. Enimvero licet ſanum ſapientibus luce clarius conſtet in ſignorum exhibitione merita cujuſquam, utpote quæ & malis plerumque communia ſunt, nequaquam debere penſari, tamen ſibi adhærentes devotius divina diſpoſitio perſæpe exterioribus miraculis illuſtrando glorificat, ut dum ſolis exterioribus intendentia corda mortalium in eis viderint quod admirentur, bonorum operum exempla conſequenter in illis conſpiciant quæ imitentur. Quod profecto in dilecto ſuo FIDOLO gratia Dei evidentiſſime declaravit: cujus vitam omnibus proponens admirabilem, innumeros de tenebris veræ luci reſtituit. Hoc ſane omnes admoneo, in quorum forte manus hæc venerint, ut non ex dictionis qualitate velint compenſare materiam, ſed veniam apud eos obtineat dictionis tenuitas, cum noverint quam ſit alta materiæ dignitas.

* S. Fale.

Miracula non ſunt certa ſanctitatis ſigna.

V I T A I N C I P I T.

2. VIR igitur vitæ venerabilis FIDOLUS ex præclara Arvernorum urbe progenitus traditur, ex illuſtri quadam proſapia trahens originem: ſed hanc ille virtutum ſplendore cœlitus decoratus haud ſegniter reddere ſtuduit clariorem. Denique adhuc dum tenerrima teneretur ætate, ſuperna ſibi cooperante gratia, quæ eum jam vas electionis futurum præviderat, morum ſublimari tetendit perfectione.

Fidoli patria.

Pueritia.

3. Tranſcurſo vero pueritiæ tempore, cum jam annos pubertatis attigiſſet, cœpit egregiæ indolis adoleſcens ſæculi hujus labentis fugitiva gaudia tota mente reſpuere, ut ſecundum Apoſtolum in altiora ſe extendens, ad ſupernæ vocationis bravium omni cordis alacritate feſtinare. Cernere erat Chriſti famulum velut apem ſagaciſſimam virtutum mella undique congerere: & cum ceteros morum ſublimitate tranſcenderet, nulli unquam nec cogitatione quidem ſeſe præponere; ſed humilitatem, quæ virtutum eſt cuſtos, in verbo & in actu, certatim cunctis præmonſtrare, coævorum mores minus compoſitos admirabili patientia refrænare. His atque aliis virtutum floribus inſignitus dilectus Domini Fidolus, tam Deo quam hominibus complacebat, ac quotidianis incrementis in melius proficiens magis ac magis ad ſuperna animo ſuſpirabat.

Adoleſcens virtuti ſtudet.

Mentis damna cavens, Domini mandata revolvens.

4. Contigit ſub eodem tempore quorumdam inſolentia, ſicut ex geſtis Francorum comperimus, Arvernos atque Bituricos odium Regis THEODERICI *a*, qui tunc cum fratre THEODEBERTO, ſimulque avia BRUNECHILDA Regnum Francorum ſtrenue gubernabat, incurrere, eamdemque gentem bellorum, incendiorum, ſimulque rapinarum diſcrimini ſubjacere. Præfatus enim Rex fratrem Theodebertum in auxilium evocans cum finitimis regni ſui gentibus tanta calamitate eamdem gentem attrivit, ut præclaros quoſque gentis illius, & om-

Bellum Arvernicum.

a Vir doctiſſimus Hadrianus Valeſius in Rerum Francicarum lib. 7. hoc loco Theodericum majorem, Clodovei Magni filium reſtituendum probat: tum quia Hiſtoricorum noſtrorum nemo Theoderici minoris adverſus Arvernos expeditionis meminit; tum etiam quia Camilianus ſeu Camelianus Epiſcopus Eccleſiæ Tricaſſinæ (de quo infra agitur) Concilio Aurelianenſi 1. anno Chriſti 511. interfuit, nec pervenire potuit uſque ad tempus Theoderici junioris, qui unicum Theodeberto fratre anno 596. regnare cœpit. Itaque hic locus interpretandus eſt de expeditione quam deſcribit Gregorius Turonicus Epiſcopus in libri tertii capitibus 14. & 15. quem heic nomine libri de geſtis Francorum deſignari exiſtimamus. Hoc bellum Arvernenſe referunt nonnulli ad annum 532. alii ad 534. alii ad annum 525.

CIRCA AN. 570 26. Maji.

omni prius rerum affluentia exuberantes, publice mendicare compelleret, pleroſque etiam ſtipis quærendæ gratia ad extraneas nationes tranſire perurgeret. Sed nec hoc quidem hoſtibus ſatis eſſe videbatur. Pueros enim quoſque atque adoleſcentes venuſtioris formæ, ſcitiſque vultibus puellas exercitus adventitias vinctis poſt terga manibus ſecum ducens, per diverſa loca pretio accepto diſtrahebat, nulli compatiens nec remeare ſinens.

Fidolus captivus abducitur. * Troyes.

5. Dum ergo hujuſmodi clade gens illa premeretur, & non ſexui, non ætati ab hoſtibus parceretur; contigit venerabilem quoque FIDOLUM capi cum ceteris, atque in modum alterius Joſeph duris irretitum ligaminibus abſtractum patria duci a Barbaris. Neceſſe vero erat eos, in quorum ſorte vir Domini præda factus devenerat, per Trecarum * confinia iter habere, ubi poſt beatum LUPUM vicem Apoſtolicam eo tempore adminiſtrabat CAMELIANUS omnimoda bonorum actuum claritate conſpicuus, nonus ab AMATORE qui primus illius ordinatus eſt Pontifex civitatis Epiſcopus. In hujus autem urbis territorio *a* quidam Dei ſervus AVENTINUS nomine ſuper ſubditum ſibi Monachorum gregem pii Patris ſollicitudinem impendebat, multis miraculis amicus Dei olim declaratus, ſicut eſt in promptu cuique volenti cognoſcere, ſi quis ejus geſta quæ hactenus habentur, attentius velit revolvere. Is vero revelatione admonitus jubetur redeuntibus Barbaris ire obviam, ac pro redimendo viro Dei quam poſcerent dare pecuniam.

Ab Aventino redimitur.

6. Famulus itaque Chriſti AVENTINUS viſionem ſecum retractans crebrius; ac divinis juſſis obſecundare ſatagens ocius obviam proceſſit illis advenientibus. Qui cum longe adhuc poſiti eſſent, venerabilem FIDOLUM inter ceteros recognovit tam ex divina revelatione, quam ex ſpeciali quadam gratia quæ illius refulgebat in facie: quos ſic intrepidus collaudat vir venerandus: Ad vos non uſibus hominum neceſſaria mercimonia quæſiturus advenio, ſed unius tantum redemptione captivi, ut deſiderio ſatisfaciat cordis mei. Cumque eis, quis ille eſſet deſignaſſet, tantam gratiam ipſius ſermonibus conferri placuit divinæ pietati, ut abſque ulla refragatione quod petebatur devotiſſime annuerent. Perceptiſque a viro Dei duodecim tantum aureis, philochriſtum Fidolum nexibus abſolverunt captivitatis; quem agnum Chriſti manſuetiſſimum vir eximiæ ſanctitatis Aventinus de raptorum manibus exemptum ſecum ducens, ſancto illi gregi quem regebat ſine mora inſeruit. Ac non multo poſthæc dietum labente curriculo Clericatus ei impoſito onere divinis officiis arctius mancipare curavit.

ac Monachis aggregatur.

7. Tunc vero, licet anteriori tempore plantaria in ſe virtutum non mediocri ſtudio excolere laboraſſet; poſtquam illius ſanctæ Congregationis adeptus eſt conſortium, nullum ſibi in regularis vitæ tramite paſſus eſt eſſe ſecundum. Virtutum ſiquidem ſuarum non leve diſpendium reputabat, ſi quid ab aliis boni fieri cerneret, quod non ipſe ferventiori animo devotus adimpleret. Illius perſeverantiam in vigiliis & orationibus, illius inſtantiam in Divinis lectionibus ſectabatur. Hujus in cibo & potu parcimoniam, alterius ſuper illata convicia patientiam mirabatur. Alium oris ſui ad cuſtodiendum ſilentium cuſtodem, alium vero obedientiæ bono viriliter inſudantem plurimum prædicabat. At vero iſtum ſimplicitatis miræ dono præditum, iſtum nihilominus miſericordiæ viſceribus affluentem plurimis laudum præconiis attollebat. Porro in omnibus his bonis ſic ipſe indeſeſſus præpollebat, ut quis difficile adverterit in quo ille excellentius emicaret. Nec tamen ei tam deſiderabilis divitiarum ſpiritualium poſſeſſio (ut pleriſque contigit) alicujus excellentiæ nævum infligere potuit: ſed ſemper memoria retinens quod per quemdam ſapientem dicitur: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*, necnon & hoc quod in Evangelio Veritas dicit: *Si quis vult inter vos major eſſe, ſit omnium ſervus*; ita ſeſe cunctis in eadem Congregatione ſubjiciebat, ut vix reperiri quis poſſet qui non eum ex intimo cordis affectu diligeret. Tantam enim illi omnes impendebant benevolentiam, ut ſi quid ab eo patrari præclarius contigiſſet, hoc eorum quiſquam non minus quam a ſe factum amplecti ſatageret.

Perfectiores æmulatur.

Eccl. 3. 20. Matth. 20. 44.

Ab omnibus amatur.

8. Cernens itaque vir venerabilis AVENTINUS egregium juvenem in dies magis ac magis ad virtutum alta conſcendere, unanimi Fratrum conſilio Præpoſituræ ei locum delegavit, ut tanto ſecurius orationi & divinæ contemplationi poſſet inſiſtere, quanto ſciret eum nihil extra communis Regulæ ordinem agere vel jubere. Cum vero ſuperna pietas & beatum Aventinum propter innumeros agones, quos ut miles Domini invictus fortiter ſuperaverat, de hujus ſæculi peregrinatione vellet eruere, & fidelis ſui Fidoli vitam ad exemplum mortalibus monſtrare, quatenus lucerna ſuper candelabrum poſita omnibus in domo Domini luminis ſui radios oſtenderet; ſæpememoratus ſervus Dei gratia inſpirante Anachoreticæ vitæ accenſus eſt deſiderio, ut curis omnibus abſolutus liberius adhærere poſſet Deo.

Monaſterii Præpoſitus renunciatur.

Abbas ab Aventino ſubſtituitur.

9. Vocatis ergo extemplo diſcipulis, cum deſiderium quo flagrabat aperuiſſet, concordi omnium aſſenſu ſanctum FIDOLUM licet multum renuentem, licet admodum reclamantem, ætatiſque ſuæ cauſam humiliter prætendentem, pro ſe illis ordinavit Abbatem *b*. Deinde ſece-

---

a Camuzatus in Notis ad Hiſtoriam S. Fidoli locum Monaſterii de quo heic agitur, cenſet fuiſſe opidulum cui nomen Inſula, duabus leucis ab urbe Tricaſſina diſparatum ad Ozam fluvium, ubi nunc ſitus eſt Prioratus Cœnobio Moliſmenſi ſubjectus. Bollandus ad vitam S. Aventini 4. Februarii locum intra muros Tricaſſinos indicat, ubi nunc viſitur S. Aventini Eccleſia. Carolus le Cointe To. 2. Annal. illum cenſet eſſe locum extra ſuburbium Tricaſſinum, ubi poſtmodum a Vincentio Epiſcopo condita eſt in Aventini honorem Eccleſia.

b Fidolum mortuo jam Aventino ſuffectum a Monachis Abbatem legimus in Sermone de S. Fidolo, quem Camuzatus in Promptuario Tricaſſino primus edidit, his verbis: *Eo itaque tempore Aventino Abbate ipſius Cellulæ decedente fraterna aſpiratione B. Fidolum aſſenſu Monachorum omnes unanimes in loco eodem elegerunt in Abbatem.*

CIRCA AN. 570
26. Maji.

cedens ad locum quemdam juxta vicum, cui antiquitas *Inſula* nomen dedit ſuper ripam Sequanæ ſitum, ab Urbe Trecaſſina ſex fere diſtantem paſſuum millibus, uſque ad vitæ ſuæ terminum in eodem manſit ſolitarius: qui quantis ibidem miraculis refulſerit, libellus geſtorum ejus *a* plenius judicat, ad quem lectorem mittimus, ne narrationis noſtræ ordinem poſtponentes, atque ad alia demigrantes, auditoribus faſtidioſi ſimus.

Quomodo in hac dignitate ſe geſſerit.

10. Impoſita ergo ſibi tanti oneris ſarcina, vir beatus ſuper ſubditos Fratres tanta ſagacitate intendebat, ut & in exhibitione diſciplinæ modum non excederet, vel e contrario omnia reſolutione vitia pullulare permitteret, cupiens plus amari quam timeri, plus prodeſſe quam præeſſe. Ita omnium animos ſibi in charitate devinxerat, ut ſe paternitati ejus per omnia ſubderent, ac boni magiſtri informati exemplo, plus amore juſtitiæ quam timore diſciplinæ a vitiis abſtinerent. Sciens enim nequaquam ſibi ſolam verborum admonitionem ſufficere, in ſeipſo bonorum operum executionem monſtrabat, vel quid quiſquis ageret, vel a quibus omnimodis præcaveret. Ipſe vero idem qui prius orationibus ac vigiliis jugiter inſiſtebat, compunctioni ac lacrymis, acſi gravioribus eſſet obnoxius culpis, more pœnitentium ſedulus incumbebat. Nullus eo in cibo & potu parcior, nullus in Divini verbi tam frequenti quam aſſidua meditatione ſtudioſior, nullus in infirmitatum ſuarum tolerantia animæquior, nullus in omni ſuo opere diſcretior reperiebatur. Nemo in eleemoſynis largior, nemo in conſiliis cautior, in exhortatione fidelium illo quis ferventior, vel in redargutione indiſciplinatorum ſeverior habebatur. Lectus illi omni ſuæ vitæ tempore cilicium, quod non aliqua ſtramenti fultura molliebatur, ſed ſuppoſiti cineres terræ qui duritiem præferebant. Sanctæ vero Quadrageſimæ tempore, tantam ſibi corporis ſui perſecutor abſtinentiæ auſteritatem ſemper indixit, ut hanc trium panum tantum edulio plerumque tranſigeret, ſæpe quoque ex his ipſis panis unus ſupereſſet. Potus vero in hujuſmodi refectione non alius quam lixivia ſumebatur, ſcilicet ut & naturæ corruptibilis fragilitati conſuleret, atque potus dulcedinem permixtione cinerum evitaret.

Ejus virtutes.

Lectus.

Auſteritas in Quadrageſima.

Duobus cæcis lumen reſtituit.

11. Opinio ergo ſanctitatis ejus circumquaque brevi diffunditur, atque a longinquis quoque regionibus illius ſuffragia ab ægrotantibus plurimis requiruntur. Duo interea cæci diutina oculorum deſtitutione damnati, ſpe luminis recuperandi expetere decreverunt virum Domini; quem cum obnixius ut ſui miſereretur, querulis vocibus inclinarent, ſuper eorum calamitate toto corde condoluit, ac propius accedens ſignum Crucis ſuper eorum oculos cum Chriſti nominis invocatione expreſſit.

Quos mox diſcuſſa liquerunt noctæ tenebræ.

Luminibus prior rediit vigor, ſanguinis inſuper eruptio non modica inſecuta eſt. Poſt duarum vero horarum plus minuſve ſpatium lucis ſibi diu negatæ adepti ſolatia, qui alieno ducatu venerant, omnipotentem Deum in ſamulo ſuo operantem prædicantes, jam nullius indigentes adminiculo, loca ad propria remearunt.

Puerum omnium membrorum impotem ſanat.

12. Subſequenti quoque tempore puer quidam, OCTAVIANUS nomine, ad eum perlatus eſt, quem a nativitate omnium membrorum uſu ita natura damnaverat, ut aliis plantis nec valeret incedere, nec a loco ut inſerretur ab aliquo ſe movere; quem parentes anxii viro Dei præſentare deliberant, confidentes quod nihil ſervo ſuo Deus denegaret, & ſcientes quod præ cunctis pietate plenus eſſet. Ab his ergo delatus ante pedes illius projicitur, atque ut infelici orando ſubveniat ab omnibus exoratur. Qui tam miſerandi pueri diutina calamitate, quam parentum illius indefeſſa vociferatione corde compunctus, ad lacrymas uſque perducitur, puerumque ſuper cilicium quo cubare conſueverat, per ſe ferens, per triduum prece continua Deum invocat, donec voti compos & quod precabatur acciperet, & perfecte ſoſpitati reſtitutum firmum greſſum parentibus aſſignaret. Novum principis Apoſtolorum Petri miraculum, ac per omnia ſimile, niſi quod ille ſola manus allevatione claudum natum mox ſanavit; beatus vero FIDOLUS Trinitatis ſervato Sacramento poſt triduum hunc curavit.

Hominem furioſum curat.

13. Illis diebus contigit virum quemdam ob ſcelerum immanitatem a dæmonio invadi, qui in omnes qui accedere ad ſe forte voluiſſent, hiante ore rabidiſque dentibus ferebatur nullum ſinens abire illæſum, quicumque obviaſſet, inſtigante illo a quo poſſidebatur. Currens itaque totius pene populi turba, triplicatis quadruplicatiſve vinculis hunc ligavit, ac ſalubri tandem reperto conſilio venerabili Fidolo quantocius adducere feſtinavit. Ante cujus ille præſentiam dum ſtetiſſet, magna voce malignus ſpiritus per os infelicis illius virum Dei ſæpius illum nomine vocans precabatur, ne vas ſuum quod peccatis exigentibus Dei nutu invaſerat, ſibi præriperet, cum vel ſuos vel ſe unquam nihil læſiſſet. Triduano ergo ſibi vir beatus indicto jejunio cinere & cilicio obvolvitur, dato prius mandato ut interim dæmonioſus intra unam cellularum ſollicite recludatur. Noctibus ergo diebuſque in oratione continuans, toto corpore coram Deo proſternitur, illum rogans ut quem ſui ſanguinis pretio redemiſſet, peſſimi dæmonis infeſtatione diutius fatigari non pateretur. Mox Deus humanæ Plaſmator materiei a dæmone poſſeſſi finem poſuit rabiei. Sancti quippe orationibus quas cum tanta ſui afflictione indefinenter profuderat, victus atque coactus diabolus poſt tres dies nunquam comparuit, ac familiare linquens domicilium malus hoſpes abſceſſit. JESU-CHRISTI er-

a Extant apud Bollandum ad diem 4. Februarii geſta S. Aventini, quæ conſulto prætermittimus, ne externis hiſtoriis paginas oneremus.

CIRCA AN. 570 26. Maji.

ergo Domini & fidelis ejus Fidoli aſſidua prædicatione perſectæ incolumitsti redditus, ut deinceps vitiis parceret acrius admonetur, nequando malis ejus iteratis exaſperatus Deus graviores illi pœnas immittere compellatur. At ille, tanto liber exactore innumeras Deo grates ac ſancto Fidolo referens, reverti quantocius properavit, ſatiſque conſtitit eum extunc tam timore pœnæ, quam beati viri exhortatione vixiſſe cautius.

Furem a duplici pœna liberat.

14. Alio itidem tempore latro quidam equum ejus, quem pro Monaſterii utilitatibus proceſſurus inſidere conſueverat, furto ſubducere non timuit. Cumque aſcenſo caballo huc illucque capi timens diffugeret, Arcejas * Caſtrum (ſic nominatum antiquitus ob mœnium celſa faſtigia ibidem conſtructa olim, nunc diſrupta) vacabundus applicuit. Superna vero diſpenſatione tanta eum mentis alienatio corripuit, ut eodem quo venerat itinere regreſſus ante viri Dei cellulam mane facto conſiſteret, omnibuſque ſeſe videntibus non modicæ admirationis ſtuporem incuteret. Hinc ergo datur intelligi, quantam Deus curam obnixius ſibi famulantium ſemper gerat, cum nec in rebus exterioribus eos ſupernis contriſtari permittat. Ecce enim fidelem famulum Deo inhærere bonum reputantem excellentius, dum cœleſtia præfert tranſitoriis, non eſt paſſus rebus defraudari terreſtribus. Infelix autem ille dum ex ejuſdem equi dorſo deſcendere voluiſſet, ita ſeſe illi videbatur inhæſiſſe, ac ſi corpus unum facti eſſent caballus & ipſe. Proinde tremore ac pavore grandi corripitur, ac intimis medullis ejus infuſa febre mirabiliter caſtigatur. Ad beatum Fidolum concurrentes qui ad hujuſmodi ſpectaculum convenerant, & furem eum caballo præſto eſſe nuntiant, & ut reo ſuo quantocius ſubveniat, ſervum Dei ſimul omnes exorant. Vir autem Domini plus latronis cruciatu, quam equi ſui recuperatione motus ac feſtinus advenit, & oratione facta ut improbus aſcenſor deſcendere poſſet obtinuit, & a febris infeſtatione liberavit.

* Arcy.

Dolium ſua benedictione ſignatum pereffluere impedit.

15. Ad ſanctitatis ejus cumulum ſubnectamus quæ de ejus ad nos uſque pervenerunt operibus. Homo quidam FREDULPHUS nomine, cujus filium Sanctus de Baptiſmate ſuſceperat, ut domum ſuam viſitare debuiſſet, cibumque in ea ſumere attentius ſupplicabat: credens illam ex adventu viri Dei multiplicari, ac deinceps bonis omnibus ſi id obtinere mereretur nullatenus indignam fieri. At ille tum Fidoli ſui charitate, tum etiam venerabilis compatris ſui invitatione crebra compulſus venire non diſtulit, ut dum eorum carnalia meteret, ſpiritalia in eorum cordibus ſeminaret. Mos quippe fuerat viro ſanctiſſimo ubicumque loci forte eſſet, numquam a prædicatione ceſſare, ut ſpiritale ſal factus, ſicut in Evangelio diſcipulis Veritas dicit: *Vos eſtis ſal terræ*, mentes ſeſe audientium divini Verbi ſapore condiret, & talenti ſibi crediti lucra tanto ſecurius quanto multiplicius reportaret.

Matth. 5. 13.

16. Idem autem Fredulphus vas quoddam vino plenum illibatum apud ſe donec ſervus Dei adveniret ſervaverat, ut manus illius benedictione ſignatum & potationis diutius uſui poſſet eſſe, & guſtantes uberius lætificare. Cumque diſcumbentes præmiſſa gratiarum actione cibum ſimul ſumerent, ſuper idem vas a prædicta conjuge ſibi delatum vir Domini ſignum dedit, deprecans ut qui vinum in Cana Galileæ de aquis fecerat, ipſe eidem vaſculo abundantiam liquoris, ſimulque jocunditatem infunderet: quatenus quiſquis ex eo biberet, laudes ei atque grates dare poſſet. Cumque ex eodem vino qui aderant parum quid potaviſſent, minus caute collocatum alteram in partem ruit, lignumque quo foramen infuſorium claudebatur, ſicut in hujuſmodi vaſis fieri ſolet, impetus vini ſuperveniens diſpulit. Tunc vero convivæ omnino non modice vaſis caſu conterriti, ſimul omnes conclamant, niſi per Sanctum Domini collata benedictio fuiſſet, dæmonis impulſu totum periiſſet. Sed Deus volens cunctis oſtendere quantus eſſet qui vas idem ſignaſſet, ita ſua virtute foramina obturavit, ut ne una quidem ex eo vini gutta decurreret, ſed ſublatum longo poſt tempore pocula largiora profunderet. Intueamur ergo, ſi placet, cujus vir iſte quantive fuerit meriti, cui dono ſupernæ gratiæ præſtitum eſt, ut cum omni liquori naturale ſit proclive decurrere vel defluere, hujus tamen benedictione ſanctificatum vinum patulis licet meatibus non quiverit emanare. Ipſe nimirum pro fideli ſervo ſuo fecit vinum hoc quodammodo obduruiſſe, qui quondam populo Iſrael per medium Jordanis ſicco tranſeunte veſtigio ſuperioribus ejus aquis imperavit ne incurrerent, quoad arcæ bajuli Sacerdotes noviſſimi pertranſiſſent.

Mulierem cæcam & ſurdam curat.

17. Haud multo poſt tranſacto tempore mulier quædam auditus ſimul & viſus incurrit diſpendium. Cui procul dubio ad miſeriam cæcitas ſatis eſſet, etiamſi ſurditas addita non fuiſſet. Hujuſmodi ergo calamitati dicta mulier miſerabilis lacrymis tantum ac planctibus jugiter intendebat, ita ut nullis conſolationibus unquam acquieſceret, quia illius miſeriæ medicator nullus eſſet. Interea famam ſanctitatis eximii Patris Fidoli parentes ejus aure captantes, ſuam ſecum ducentes filiam ad ſervi Dei Monaſterium ſumma cum celeritate venerunt, pietatem illius lacrymis ac ſingultibus exorantes, ut cujus beneficia ſuper variis calamitatibus auriti cognoverant, quod aliis Sanctus non denegaſſet, hoc & ſibi propter Deum impendere non differet. Motus his precibus vir Domini, ut ſemper in hujuſmodi mos illi erat, Chriſtum Dominum rogaturus terræ provolvitur, ac finita oratione ægram propius accedere jubens, cum ſuper illius oculos ſignum ſalutiferum Crucis expreſſiſſet, aurium quoque foramina digitos infigendo rimatur. Vix autem unius horæ ſpatium intereſſerat, cum propria uſus lumina ſuſcipiunt, atque ſonos aures interius rapiunt. Potita ergo diu ablata ſalute, quantas Deo ac dilecto ejus Fidolo gratias, ſuis vero quantum præſtiterit gaudium, lectorum relinquimus judicio: quia plus plenius in talibus admirationis habet res commiſſa ſilentio, quam ſi eam alicujus explicaret oratio. Jam vero quod omnium ejus operum ſummam ſuper-

pergreditur attingere teutabimus; ut quem per hæc quæ diaimus Sanctum vere cugnovimus, æque per ſuccedentia Sanctiſſimum comprobemus. CIRCA AN. 570

18. Cuntigit aliquando ob multarum culparum perpetrationem ſervulum quemdam Domini ſui, qui judicis ſungebatur officiu, animos commoviſſe, adeu ur obſcuriſſimi carceris cuſtodiæ mancipatum corpori illius nollam dari alimoniam permitteret, ut famis tabefactam miſeria, tormentis eaquiſitis poſtmodum mulctatum, morti ignominioſæ traderet. Cujus pater infelicis filii perturbatus infortunio, lacrymarum imbre perfuſus virum Dei celeri curſu expetiit, ac ſingula verba interrumpente ſingultu, ut miſeræ proli intercesſionis opem impendat, obniaius flagitare cœpit. At ille per ſe quidem ire nolens, quod prædictum virum utpote plenum flagitiis minus diligeret, baculum quo ſeniles artus ſuſtentare erat ſolitus uni diſcipulorum ſuurum ÆMILIANO nomine tradidit, cui etiam itinrris comites ejuſdem congregationis Fratrrs quoſdam ſociatus, ut petitionem ſuam pro pueri liberatione Dominu ejus deferrent, quantocius imperavit. Monachi proinde ſenis ſuncti legatione cum ad viri dumum perveniſſent, quid ipſi pius eorum pater mandaverit per ordinem ſuggeſſerunt, ſimul etiam baculum illius babenres præ manibus, ne viri Dei mandatum ſpernrret, immu in illo habitantis Dei ſedolo bortabantur. 16. Maji. Pro ſervo in carcere detento judici ſupplicat.

19. Audita vero beati Fidoli per Monachos illius ſupplicatione, vir ille iniquus illi pea umnia comparandus, de quo Veritas ait, quod nec Deum metueret nec hominem vareretur, iracundiæ majoris furore ſuccenditur, ac ſpreta ſervorum Dei poſtulatione reo mortem celerius ſe acceleraturum intermiuatur. Nec diſtulit crudelis qualem ſibi furoris immanitas dictaverat, eitius mortis dare ſententiam. Accitis enim his quorum erat officium punire damnatos, ad inſtar aculei ligneam machinam fiari juſſit, mandans ut raturra ſorti gurruris intercluſo ſpiramine infelicem illum iu eadem ſuſpenderent, data ſimul legu ut ſi quis eam intra trium dierum ſpatium tollere niteretur, ſimili quoque pœna comprehenſus & ipſe plecteretur. Tunc miſerandus homo per ſetvos impietatis, e carcere ſecundum judicis juſſionem educitur, atque ad pœnam ſibi præparatam a lictoribus fune ſuperrabitur manibus poſt terga ligatis. Dei autem miſeratio ſervi ſui Fidoli preces pru illu benigne ſuſcipiens, ita gutturis ejus ligamina ralaxavit, ut nullam omninu ſuſpenſionis paeretur moleſtiam, & haberet abundanter reſpirandi copiam. Videbatur autem illi per tres illos dies continuos quemdam iu ſpecie ſancti viri ſub ſe conſiſtere, qui ſcapulas ſuas pedibus illius ſubmitteret, quibus ille ſorti velut innixus ſcalæ ſuſpendii periculum devitarrt. Eum ſuſpenſum oratione ſervat incolumen.

20. Tranſacta demum die tertia deponendi corporis ejus pater nactus licentiam, lugubres filio redditurus eaequias ad locam properar; præciſaque rerona quæ collo circumdata erar, depoſitum ſepulturæ parat tradrre. Cumque ſolatis manuum neaibus pannum quoque obductum oculis abſtuliſſet, qui putabatur ne momento quidem in ſuſpenſione vivere potuiſſe, repente ſaper pedes conſtitit, tamque patrem quam ceteros qui intererant ſtuporis ſimul & admirationis immenſitate replevit. Earemplo tanti miraculi ſama eiet cunctos per proxima quæque murantes, ut veniant: virum imitaotur ovaotes. Audiens itaque judea improbus geſta, pluſquam dici poſſit confunditur, ſimul quia viro Dei denegarat quod petiiſſet, & quod ſalvus aſſeratur quem necari præcepiſſet: evidentiſſimeque compertum babuit; quia cum pro Deo in mundo hoc Electi a reprobis habeutur contemptui, Majeſtatis Dei noſtri plus placent aſpectui.

21. Sed diſſimile ſuit illud, quod cum illuſtris quidam ſecundum ſæculum compatriſque ſancti viri ſervus pro quibuſdam inſolentiis Monaſterium ejus ſuga lapſus irrupiſſet, pedibus illius provolutus eam lacrymis precabatur, ut ipſius interceſſione accenſam contra ſe Domini ſui deliniret iracundiam. Tunc Beatus ille etiam potiora præſtari ſibi ab eu poſſe utpote ſuu cumpatri nihil hæſitans, ut fugitivu veniam dare deberet, virum commonuit; adjungens quod in vanum peccatis ſuis Deum fieri propitium eaoraret, niſi ipſe quoque in ſe peccantibas indulgere quantocius feſtinaret. Qui virum doloſa circumveniens Domini ſponſione quæcumque petebaotur ſe præbiturum libentiſſime repromittit, ſine mora tantum poer ad ſolita revertebatur officia vel obſequia. Hac fretus pollicitatione de Monaſteriu Sanctus producens purrum illi commendat, utque in illu clemrutius ageret ſæpius idem repetens ammooere curat. Servum domino ſuo infenſum mitius excipi rogat.

22. Ille vrro poſtquam ab eo digreſſus domum venit, eumdem ſervulum aſſumens Tornodorenſe * oppidum petiit, utque res itineris longinquitate viro Dei minus poſſet innoteſcere, ibidem conjectum in vincula teterrimo carcere clauſit. Quod beatus vir ſpiritu revelante cognoſcens, ab intimu corde longa trahens ſuſpiria admodum utriſque condoluit, tam colligati pueri miſeratus afflictionem, quam compatris ſui doloſam reperiens pollicitationem. Ad familiaria ergo ſibi orationum arma recurrens, Deum, in cujus manu ſunt conſilia hominum ſive bona ſint ſive mala, magna cordis contritione cœpir depoſcere, ut & fraudulentam viri contumaciam in melius ſicut noſſet dignaretur convertere, & priuſquam moreretur ſalubriter caſtigatus hujus facti judicium vel ſic poſſet evadere. Quod quidem ſicut petierat contigiſſe manifeſtum eſt. Nam illius in quo miſer truſus eſt ergaſtuli a fundamentis ſubito parietes quatiuntur, quique diligentius muniti ſuerant, Divina virtute disjectis peſſulis aditus reſerantur. Subſequitur catenarum, quibus ille vinctus erat, ſine mo- * Tonnerre in Burgundia ad Armentionem fl. A carcere recluſum liberat.

CIRCA AN. 570 moenia diſruptio, ac oblata ſibi fugiendi copia retrogradum iter arripiens, ſancti viri lætabundus ſe recipit Monaſterio.

26. Maji.

Dominum vero in hac vita caſtigari impetrat.

23. Nec diſtulit Omnipotens juxta ſervi ſui petitionem fallaciæ pœnas a viro ſuperius memorato quantocius expetere, ut & cui intuliſſet injuriam caſtigatus cogeretur agnoſcere, & poſtmodum tale quidquam formidaret incurrere. Nam cum caſu inter ejus domum ignis quodam modo excitatus ventorum flabris majores vires, ſicut eſt illi propriam, percepiſſet, ac ſublimius volantibus flammarum globis jam nec aquis nec aliquorum poſſet virtute ſopiri, ita quæ illius erant univerſa conſumpſit, ut omnium rerum factus inops, illis quoque qui ejus prius poterant invidere ſucceſſibus miſerabilis appareret, ac propriæ calamitatis ad virum Dei non jam falſus, imo verus nuncius exiſteret. Evidentiſſimum ergo in ſeipſo cunctis mortalibus præbuit documentum, quia cum ad iram juſtos quiſque a reprobis provocatur, Deus ipſius, cujus ſedes mens eſt, exaſperatur. Hoc interim ut ad quantum ſanctitatis cumulum Sanctus iſte excreverit illis palam ſit, qui in ſignorum tantum exhibitione meritorum ſummam perpendere noverunt, de pluribus pauca ſufficiant. Quod vero plura his geſſerit non ambigimus, ut & ea ille, ut eſt proprium Electorum, non eſt paſſus diffamari propter jactantiam, ac per temporis illius ſcriptorum ſunt prætermiſſa negligentiam.

Fidoli virtutes.

24. Ceterum ſi quis omiſſis exterioribus puræ mentis oculum ad interiora convertat, quod majoris plane admirationis ac ſtuporis plenum ſit in vita illius reperiet; conſtantiam ſcilicet animi contra carnis oblectamenta, crebras de antiquo ſerpente victorias, reſurgentes ſtimulos repreſſos, æquanimitate invidiam & odium viciſſe charitate. Sciens quippe non ſibi cum carne & ſanguine eſſe pugnam, ſed adverſus principatus & poteſtates, & rectores tenebrarum harum, contra ſpiritales nequitias in cœleſtibus, ſemper Propheticum illud ore verſans: *Dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelſi.*

Pſal. 76. 11.

Moriturus ſuis verba facit.

25. Perſentiens autem ſibi diem ſupremum appropinquare, quos prius erudierat Pater alloquitur, ut quæ docuerat ſuis pro viribus adimplerent, poſt præſentis vitæ curſum cum illo præmia digna percepturi ſuperno lumine ſine fine gauderent. Dæmonum inſidias ante oculos cordis ſemper reducite, impetuſque eorum ſcuto fidei repellite, ſupernam patriam toto affectu concupiſcite, ſpe illius quæcumque contraria vobis acciderint, viriliter ſuperare. Alter alterius onera portate, & odiorum ſemina & diſſenſiones celerius extirpare ſatagite. Utque omnia brevi concludam ſermone, quæ audiſtis, & vidiſtis in me, hoc agite, ut Deus pacis ſemper poſſit vobiſcum eſſe. His aliiſque documentis diſcipulos invitabat. Nullum periculum perditionis fuit paſſus in ſe de commiſſo grege, ut diſtricto Judici poſſet præſentari mundus a ſanguine omnium. Deinde languore correptus, jamque ſibi imminentem vitæ terminum cernens, orationum tempus omne dedit inſtantiæ, Deum rogans quod ſi errores ſuos digne non defleviſſet, Deus ſolita bonitate remitteret, ac clemens ſibi condonaret. Superveniente itaque ſeptimo-decimo Kalendarum Juniarum die *a* felix anima terrenam linquens habitationem, Angelorum comitata cœtibus Creatoris ſui præſentiæ ſiſtitur, ubi nullo fine claudenda requie hucuſque perfruitur. Illic nacta ſui mercedem læta laboris, nos ſibi conceſſi ſocios aſſiſtat honoris, largiente ipſius miſericordia, qui vivit & regnat per omnia ſæculorum ſæcula. Amen.

In cœlum migrat.

CIRCA AN. 570

2. Julii.

VITA
S. MONEGUNDIS MONIALIS.

Auctore Gregorio Turon. Epiſc. *in lib. de Vita Patr. cap. 19. qui iterum de ea agit de Gloria Conf. cap. 24.*

Deus ſalutem noſtram multimodis curat.

1. INSIGNIA divinorum beneficiorum chariſmata, quæ humano generi cœlitus ſunt indulta, nec ſenſu concipi, nec verbis proferri, nec ſcriptoris poterunt comprehendi: cum ipſe Salvator mundi ab illo rudis ſæculi exordio Patriarchis ſe præſtat videri, Prophetis annunciari, ad extremum ſemper Virginis intactæque MARIÆ dignatus utero ſuſcipi, & præpotens immortaliſque creator, mortalis carnis patitur amictu veſtiri, mortem pro hominis ob peccatum mortui reparatione adire, victorque reſurgere. Qui nos gravium facinorum ſpiculis ſauciatos, ac latronum inſidiantium vulneribus affectos, infuſo meri oleique liquore, ad ſtabulum medicinæ cœleſtis, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ dogma perduxit; qui nos exemplis Sanctorum vivere, inceſſabili præceptionis ſuæ munere cohortatur, nobiſque non modo viros, ſed ipſum etiam inferiorem ſexum, non

a Quo anno obierit, incertum. Adoleſcens erat cum e Theoderici Regis exercitu Trecas abductus eſt: Rexit Aventini Monaſterium ad ſenilem uſque ætatem, ideoque annum 570. facile attigiſſe videtur. Sacræ ejus Reliquiæ in Monaſterio Cellenſi ad muros Tricaſſinos religioſe aſſervantur.

non ſequitur, ſed viriliter agonizantium præbet exemplum; quæ non ſolum viris legitime decertantibus, verumetiam feminis, in his præliis favorabiliter deſudantibus ſiderea regna confert; ſicut beatæ MONAGUNDI, quæ relicto genitali ſolo, tamquam regina prudens, quæ audire ſapientiam Salomonis adivit, beati Martini Baſilicam, ut ejus miracula quotidianis momentis miraretur, expetiit, hauriretque de fonte Sacerdotali, quo poſſet aditum nemoris paradiſiaci recludere.

CIRCA AN. 570 2. Julii.

Monegundis venit Turones.

Ejus patria.

De duarum filiarum obitu ultra modum triſtatur.

2. Igitur beatiſſima Monegundis, Carnotenæ urbis indigena, parentum ad votum copulata conjugio, duas filias habuit, ſuper quibus valde gaviſa lætabatur, dicens: Quia propagavit Deus generationem meam, ut mihi duæ filiæ naſcerentur. Sed hoc mundiale gaudium intercepit ſæculi hujus amaritudo, dum puellæ modica febre pulſatæ metam naturæ debitam concluſerant. Ex hoc genitrix mœſta deplorans, orbatamque ſe lugens, non diebus, non noctibus a fletu ceſſabat, quam non vir, non amicus, non ullus propinquorum poterat conſolari. Tandem vero in ſe converſa, ait: Si nullam conſolationem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc lædam Dominum meum JESUM-CHRISTUM. Sed nunc hæc lamenta linquens, cum beato Job conſolata, decantabo: *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum.* Et hæc dicens, exuta veſte lugubri, juſſit ſibi cellulam parvulam præparari, in qua tantummodo feneſtellam, per quam modicum lumen poſſet cernere, præcepit aptari; ibique contempto mundi ambitu, ſpreto viri conſortio, ſoli Deo, in quo erat confiſa, vacabat. Fundenſque orationem pro ſuis ac populi delictis, habens puellulam unam, cujus ei famulatu miniſtrabatur aquæ neceſſitas, accipiebat etiam farinam hordeaceam, infuſoſque limphis cineres diligenter colans, ex ea aqua mixturam maſſæ conficiebat, formatoſque propriis manibus panes ipſa coquens, poſt longa jejunia reficiebatur. Reliquum domus ſuæ cibum pauperibus diſpenſabat.

Job. 1.

Recluditur.

Ejus victus.

A famula relicta miro modo paſcitur.

3. Factum eſt autem quadam die, ut memorata puella, quæ ei conſueverat famulari, & credo inimici aſtu ſeducta, cui ſemper bonis injurias irrogare mos eſt, ſe ab ejus famulatu ſubtraheret, dicens: Non potero ego cum hac domina permanere, quæ in tali abſtinentia commoratur; ſed potius utar ſæculo, ac cibum potumque in abundantia ſumam. Quintus autem jam fluxerat abſceſſionis ejus dies, quod hæc religioſa neque farinam conſuetam, neque aquam acceperat, ſed perſtabat immobilis, & fixa manens in Chriſto; in quo quiſque locatus vel fundatus, nec venti turbine, nec fluctuum impulſione dilabitur; nec enim ſibi illa de mortali cibo vitam, ſed de verbo Dei (ſicut ſcriptum eſt) putabat inferri, commemorans illud ſapientiæ Salomoniacæ proverbium; *Quia non necabit Dominus fame animam Juſti.* Et illud, *Quia Juſtus ex fide vivit.* Sed quoniam corpus humanum abſque eſu terreno ſuſtentari nequit, proſtrata in orationem petiit, ut qui manna populo eſurienti de cœlo, limphaſque ſitienti produxit e ſaxo, ipſe quoque alimentum, quo parumper corpuſculum feſſum confortaretur, dignaretur indulgere. Protinuſque ad ejus orationem nix de cœlo decidua humum operuit. Quod illa cum gratiarum actione cernens, educta manu per feneſtram, quod circa parietem erat, ea ipſa nive collegit, de qua aquam exprimens, panem ſolitum formavit, quouſque ad alios quinque dies victum corporeum miniſtravit.

Deut. 8. Prov. 10. Habac. 2.

Mulierem cæcam ſanat.

4. Habebat autem contiguum cellulæ parvulum viridarium, in quod pro quadam relevatione prodire erat ſolita. In illud igitur cum ingreſſa eſſet, intuens herbas loci ac deambulans, mulier quæ triticum ſupra tectum ſuum ſiccandum poſuerat, quaſi de eminentiori loco curis oppleta mundanis, importune proſpexit, moxque oculis clauſis lumine caruit. Cognoſcens autem reatum ſuum, ad eam accedit, rem ut geſta fuerat pandens. At illa dejiciens ſe in orationibus, ait: Væ mihi, quia pro parvitatis meæ perſona peccatrice, aliorum clauſi ſunt oculi. Et conſummata oratione, impoſuit manum mulieri. Confeſtim autem, ut ſignum Crucis expreſſit, mulier viſum recepit. Homo ex pago illo, qui olim auditum perdiderat, ad hanc cellulam devotus advenit, pro quo deprecati ſunt parentes ejus, ut ei manus hæc benedicta dignaretur imponere. Sed illa indignam ſe proclamans, per quam Chriſtus operari dignaretur, ſolo proſtrata, & quaſi ipſa Dominicorum pedum veſtigia lambens humiliter, pro eo divinam clementiam ſupplicavit; illaque adhuc ſolo decumbente, aures ſurdi apertæ ſunt, redditque ad domum propriam mœrore ablato cum gaudio.

Item hominem ſurdum.

Relicto conjuge ad S. Martini Baſilicam ſe recipit.

5. His ſignis glorificata inter ſuos, ne vanæ gloriæ lapſum incurreret, ſancti Martini Antiſtitis Baſilicam relicto conjuge cum familia & omni domo ſua fideliter expetivit. Cumque iter cœptum carperet, venit ad vicum urbis Turonicæ cui nomen eſt Evena, in quo Medardi Sueſſionici *a* Confeſſoris Reliquiæ continentur, cujus & vigiliæ ea nocte celebrabantur. Ibi igitur illa attente excubans in oratione, hora debita cum reliquo populo ad Miſſarum acceſſit ſolemnia. Quæ dum a Sacerdotibus Dei celebrarentur, advenit quædam puella puſtula mala veneno conflata, prociditque ad pedes ejus, dicens: Subveni mihi, quia mors iniqua vitam conatur eripere. At illa more ſolito in oratione proſtrata, ſupplicavit pro ea Deo omnium creatori, erectaque ſignum Crucis impoſuit, ſicque in quatuor partes vulnere excrepante, puellam, pure decurrente, mors importuna reliquit.

Puellam ſanat a puſtula.

a Medardus Sueſſionicus vocatur, non quod territorio Sueſſionico ortus ſit, ut quoſdam hic textus fefellit, ſed quod apud Sueſſiones ſepultus ſit. Porro Evenam, cujus heic mentio, S. Medardi vicum vernacule *S. Mars* interpretamur, quatuor leucis infra Turones Ligeri impoſitum, quo Monegundis ob proximam ſolemnitatem tantiſper deflexerat.

CIRCA AN. 570 2. Julii.

6. Poſthæc ad Baſilicam ſancti Martini MONAGUNDIS beata pervenit, ibique proſtrata coram ſepulchro gratias agens, quod tumulum ſanctum oculis propriis contemplari meruerat, in cellula parva conſiſtens, quotidie orationi ac jejuniis vigiliiſque vacabat. Sed nec ille locus ab ejus virtute fuit inglorius. Nam viduæ cujuſdam filia manus contractas detulit,

Aliam a manuum contractione.

cui ut illa exorata ſignum ſalutis impoſuit, manibus ſuis digitos puellæ contrectare cœpit. Extenſis vero digitis, nerviſque directis, volas laxavit incolumes. Dum autem hæc agerentur, audita vir illius fama Beatæ, convocavit amicos vicinoſque ſuos, perrexit poſt eam, ac

Carnotum revocata, iterum ad S. Martinum regreditur.

reduxit ad propria, & eam in cellulam in qua prius habitaverat intromiſit. At illa non ceſſabat ab opere quo conſueverat, ſed exercebatur in jejuniis & obſecrationibus, ut tandem locum in quo habitare deſiderabat, poſſet acquirere. Inchoat iterum iter deſideratum, implorans beati Martini auxilium, ut qui dederat deſiderium, tribueret & affectum perveniendi ad Baſilicam. Revertitur ad cellulam illam in qua prius fuerat commorata, in eaque perſi-

Moniales congregat ac rigide vivit.

ſtit inconcuſſa; nec enim eſt amplius a viro ſuo quæſita. Ibi vero paucas colligens Monachas, cum fide integra & oratione degebat, non ſumens panem niſi hordeaceum, non vinum, niſi parum in diebus feſtis, & hoc ipſum aqua nimia temperatum, nullum habens ſtratum ſeni, paleæque mollimen, niſi tantum illud, quod intextis junci virgulis fieri ſolet, quas vulgo mattas vocant. Hoc ſuperponebat formulæ, hoc ſolo ſuperſternebat, hoc erat quotidianum ſcamnum, hoc culcitra, hoc plumella, hoc erat ſtragulum, hoc omnis lectuli commoditas; ſic docens eaſdem facere, quas ſecum adſcivit. Ibique in Dei laudibus degens, multis infirmis, oratione facta, ſalutaria impartiebat medicamenta.

Puerum ac puellam ſaliva ſanat.

7. Mulier quædam filiam ſuam exhibuit vulneribus plenam, & pus eadem generant. Tunc illa, facta oratione, ſalivam ex ore ſuſcipiens, vulnera ſæva perunxit, puellamque reddidit ſanam, opitulante ejus virtute, qui cæci nati oculos ſputo formavit. Puer vero incola loci, maleficium in potione hauſit, de quo, ut aſſerunt, ſerpentes generati in intraneis pueri, magnum dolorem ſuis morſibus excitabant, ita ut nulla quieſcendi mora vel in modicum momentum indulgeretur, ſed neque cibum aut potum capere poterat; & ſi quando aliquid accipiebat, protinus rejiciebat. Hic adductus ad beatam feminam, petiit ſe ejus virtute mundari. Cumque illa reclamaret, indignam ſe eſſe quæ hæc agere poſſet; implicita precatu ſuorum, ventrem pueri palpabat palma demulcens, ſenſitque ibi anguium venenatorum nequitiam latitare. Tunc accepto pampini viridis folio, ſaliva linivit, fixitque ſuper eum Crucis beatæ ſignaculum. Quo poſito ſuper alvum juvenculi, dolore paululum ſedato obdormivit in ſcamno, qui olim doloribus inſiſtentibus, caruerat ſomno. Poſt unius vero horæ momentum conſurgens, & ad purgandum ventrem egreſſus, peſtiferæ generationis germen effudit, gratiaſque referens ancillæ Dei, ſanus abſceſſit.

Item paralyticum & cæcam.

8. Alius vero puer paralytica ægritudine contractus, ante eam inter manus delatus eſt aliorum, deprecans a Beata ſanari. At illa in oratione proſtrata, precem pro eo effudit ad Dominum? Conſummata vero oratione conſurgens, apprehenſa manu pueri, erexit eum, ſoſpitemque abire permiſit. Mulier erat cæca, quæ adducta ad eam, deprecata eſt, ut ei manus imponeret. At illa reſpondit: Quid vobis & mihi, homines Dei? Nonne ſanctus Martinus hic habitat, qui quotidie illuſtrium opere virtutum refulget? Illuc accedite, ibi obſecrate, ut ipſe vos viſitare dignetur; nam ego peccatrix quid faciam? Illa vero in ſua petitione perdurans, ajebat: Deus per omnes timentes nomen ſuum, quotidie opus exercet egregium; ideoque ſupplex ad te confugio, cui præſtita eſt divinitus gratia curationum. Tunc commota Dei famula, luminibus ſepultis manus impoſuit; ſtatimque reſeratis cataractis, mundum late patentem, quæ fuerat cæca, proſpexit. Multiſque etiam energumenis ad eam ingreſſis ut manus impoſuit, fugato hoſte nequam, ſoſpitatem reſtituit. Nec morabatur ea his curari, quos ad ſe Sancta permiſiſſet accedere.

Moritura ſuas conſolatur.

9. Jam autem tempus vocationis ejus appropinquabat, & defeſſa corpore ſolvebatur. Quod cum viderent Sanctimoniales, quas ſecum habebat, flebant valde dicentes: Et cui nos, Mater ſancta, relinquis? vel cui commendas filias, quas in locum hunc pro Dei intuitu congregaſti? At illa parumper lacrymans, ait: Si pacem ſanctificationemque ſequamini, Deus erit protectio veſtra, habebitiſque ſanctum Martinum Antiſtitem Paſtorem magnum. Ego quoque non diſcedam a vobis; ſed invocata adero in medio charitatis veſtræ. Ac illæ rogabant, dicentes: Venturi ſunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem a te accipere;

Oleum & ſal pro infirmis benedicit.

& quid faciemus, cum te non viderint eſſe ſuperſtitem? Confuſæ enim eos foras emittemus, cum tuam faciem non contemplabimur. Rogamus autem, ut quia hæc ab oculis noſtris abſconditur, ſaltem digneris oleum ſalemque benedicere, de quo poſſimus ægrotis benedictionem flagitantibus miniſtrare. Tunc illa, benedicto oleo ac ſale, tradidit eis, quæ ſuſcipientes, diligentiſſime ſervaverunt. Sicque Beatiſſima obiit in pace [a], & ſepulta eſt in ipſa cellula,

Moritur & ſepelitur.

multis ſe in poſterum virtutibus repræſentans. Nam de memorata benedictione multi poſt ejus tranſitum ægroti incolumitatis beneficia ſunt experti.

10. Bo-

[a] Nempe 6. Nonas Julii, quo die in ſincero Uſuardi Martyrologio MS, quod penes nos eſt, Monegundis memoria ita conſignatur. *Turonis depoſitio S. Monegundis Deo ſacratæ.* Ex quo videas imponi Uſuardo in libris editis, in quibus legitur, *Monegundis Virginis*. Qui quidem error in Adonis Martyrologio primo die Julii quo de S. Monegunde agit reperitur. Ceterum quo Monegundis anno mortua ſit, non facile eſt definire. Certum eſt obiiſſe longe poſt S. Medardum ex num 5 ideoque anno circiter 570. ejus obitum conſignamus.

CIRCA AN. 570 2. Julii.

10. Bosonio denique Diaconi pes unus a puſtula mala intumuerat, ita ut greſſum facere non valeret, deportatuſque ad ejus Templum, orationem fudit. Puellæ vero accipientes ex oleo memorato, quod ſancta reliquerat, poſuerunt ſuper pedem ejus, & extemplo aperto vulnere, defluente veneno, ſanatus eſt. Cæcus quidam adductus ad ejus tumulum, in oratione proſternitur: irruente autem in eum ſopore, obdormivit, apparuitque ei Beata, dicens: Indignam quidem me judico coæquari Sanctis; ſed tamen unius hic oculi recipies lumen; deinceps autem propera quantocius ad pedes Beati Martini, & proſternere in compunctione animi coram eo, ipſe enim tibi reſtituit alterius oculi viſum. Expergeſactus homo, unius oculi recepto lumine, abiit quo juſſio impulit imperantis, ibique iterum obſecrans beati Confeſſoris virtutem, depulſa cæci oculi nocte, videns abſceſſit. Mutus etiam ad hunc Beatæ tumulum proſtratus decubuit: qui intantum fide compunctus eſt, ut rivis lacrymarum cellulæ inficeret pavimentum: qui conſurgens, abſoluta lingua virtute divina, regreſſus eſt. Alius denique mutus veniens & decumbens, corde tantum implorabat, & non voce ſolubili beatæ feminæ auxilium, in cujus ore de memorata benedictione parte infuſa, erumpente ſanguine mixto cum pure, vocis officium meruit adipiſci. Frigoriticus quoque accedens ad hoc monumentum, ut pallam tegentem attigit, reſtincta contagionis febre convaluit. Contractus vero Marcus nomine, manibus deportatus aliorum ad ſepulchrum Beatæ, orationem diutiſſime fudit; hora autem nona pedibus propriis ſtetit, domumque regreſſus eſt. Laodinus puer cum in valitudinem gravem irruens, quarto ægrotaret menſe, & non ſolum greſſuum, verumetiam jam ciborum uſum, inſiſtente febre nimia, perdidiſſet, ad ejus deportatus ſepulchrum præmortuus, accepta ſalute ſurrexit e tumulo redivivus. Quid de frigoriticis reliquis loquar, cum pleriſque hoc fuerat beneficium remedii, dum pallam tumuli ſunt fideliter oſculati? Quid etiam de energumenis? qui adducti ad cellulam Beatæ, cum limen ſanctum fuerint ingreſſi, integræ menti reſtituuntur. Nec enim moratur larva egredi e corpore, cum Sanctæ hujus ſenſerit adeſſe virtutem, operante hoc Domino noſtro Jesu Christo, qui timentibus nomen ſuum præmia largitur æterna.

Ad ejus ſepulchrum multi ſanantur.

VITA S. ÆMILIANI CONFESSORIS, COGNOMENTO CUCULLATI.

AN. CHR. 574 12. Nov.

Auctore S. Braulione Epiſc. Cæſarauguſtano, qui ſæculo 7. floruit.

Ex Martyrologio Hiſpanico.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Præter* Æmilianum *Martyrem, quem 12. Kalend. Octob. urbs Caraca veneratur, uti & Corduba ſuum 15. Kalend. Octob. duos Sanctos Hiſpania æque populares ac fere coætaneos agnoſcit cognomines, nempe* Æmilianum *Vercellenſem Epiſcopum III. Id. Septem. & alterum* Æmilianum * *cognomento Cucullatum, de quo ita ſcribit Uſuardus in Martyrolog.* Pridie Id. Novemb. apud Hiſpaniam Tarraconenſem civitate Tyraſſona B. Æmiliani Presbyteri & Confeſſoris, cujus admirabilem vitam Braulio Cæſarauguſtanus Epiſcopus ſimplici ſermone deſcripſit. *Iiſdem verbis ipſo die utitur Ado.*

* S. Milan de la Cuculle.

2. *Huncce poſteriorem* Æmilianum, *cujus acta ſubjicimus, Abbatem vocant Scriptores plerique recentiores, eumque primum in Hiſpanias S. P.* Benedicti *Regulam invexiſſe, aut certe inter primos eam profeſſum eſſe exiſtimant. Utrumque approbat vulgatum Maximi Cæſarauguſtani Chronicon: at profecto piget ex tali auctore vel ficto, vel ita ut eſt depravato rem noſtram agere. Sane Æmilianum conſtat primum Eremitam egiſſe ex Vita cap. 2. deinde vero Parochum ex cap. 5. nuſquam vero a Braulione Abbatem diſerte appellatum reperies. Hoc tamen munere functum eſſe ſatis innuit in cap. 27. ubi cum* Asello *Presbytero* Collegium *habuiſſe ſcribit, haud dubie Monachorum, uti probant verba ſubſequentia:* Corpus ejus deportatum cum multo Religioſorum obſequio, depoſitumque eſt, ubi & manet, in ſuo Oratorio. *Porro Sanctum Æmilianum Benedictina Regulæ addictum fuiſſe affirmant vetus ipſius Epitaphium Gothicis litteris antiquitus exaratum, quod in Notulis referemus; at Breviarium Monaſticum juſſu Pauli V. Summi Pontificis reſtitutum. Sed hac de re in Præfatione noſtra uberius.*

3. *Æmiliani Cucullati patriam atque Corpus Aragonenſibus aſſerere nititur Michael Martinez de Villars in lib. de Antiq. civitatis Catalayuda. Verum Tarraconenſibus Hiſpanis Æmilianum vindicant Uſuardus & Ado cum S. Braulione, qui Sancti Viri Corpus in ſuo ipſius Oratorio remanſiſſe dicit. Habent quidem Aragonenſes S. Æmiliani, aſt Vercellenſis Epiſcopi partem Reliquiarum, quas in Caſtro Lybico ſeu Turri-Palearum aſſervari, ex Philippo Ferrario Joannes Tamayus in Martyrol. Hiſp. III. Id. Septemb. adnotavit.*

4. *Denique S. Braulionem eſſe hujus Vitæ auctorem teſtatur S. Ildefonſus in lib. de Viris illuſt. cap. 12. his Verbis.* Braulio frater Joannis in Cæſarauguſta decedentis adeptus eſt locum, vir ſicut germanitate conjunctus, ita non minimum ingenio minoratur ... Scripſit Vitam Æmilia-

AN.CHR. 574 12. Nov.

LIANI cujuſdam Monachi; qui & memoriam hujus & virtutem illius S. Viri ſuo tenore commendat pariter & illuſtrat. Habuit Sacerdotium ferme viginti annis, quibus expletis clauſit diem vitæ præſentis, *nimirum circa ann. 646. Scripſit etiam idem Auctor Hymnum de S. Æmiliano in Epiſtola ſua nuncupatoria memoratum, quem Hymnum ob Scriptoris reverentiam omittere nefas eſſe duximus.*

EPISTOLA BRAULIONIS AD FRONIMIANUM Presbyterum.

S. Braulio quo hortante hanc Vitam ſcripſerit.

1. DEI *Viro dominoque meo & germano* FRONIMIANO *Presbytero*, BRAULIO *immeritus Epiſcopus Cæſarauguſtanus Salutem.* Tempore piæ recordationis domini mei, & germani majoris natu, communis ac ſanctæ vitæ, doctrinæque inſtitutoris JOANNIS Epiſcopi *a*, tam ejus juſſis, quam tuis obediens præceptis, intenderam juxta fidem notitiæ, quam ſub teſtificatione CITONATI Abbatis venerabilis *b*, SOFRONII, & GERONTII Presbyterorum, atque ſanctæ memoriæ POTAMIÆ Religioſæ feminæ collectam non ambiguam Vitam unici Patris, Patronique, & ſingulariter Chriſto noſtris temporibus electi B. ÆMILIANI Presbyteri, ut inſcitiæ meæ vires valetudoque ſinebat, ſtilo perſtringere. Sed quia plena pagina inter ipſa initia molienti mihi quid dicerem, negligentia adminiſtrantium intercepta fuerat, ipſa ſub notatione ejus virtutum & variis dein ſuccedentibus caſibus & rerum nutantium temporibus occupatus, prope elapſum etiam a voluntate fuerat, ut quamvis ipſe cogeres, non ibi animum darem. Nunc autem nutu, ut reor, divino, cum quemdam codicem pro hoc quod animo occurrerat, vellem inſpicere, juſſiſſemque perquirere, ac revolveretur ſtrues librorum, notitia illa diu prodita, ſubito inventa eſt, non quæſita: jam enim ceſſaverat intentio perquirentium, cum eſſet uſpiam inveniendi deſperatio. Sed quia, ut ait Propheta, inventus ſum a non quærentibus me; non quidem ſtudio accenſæ lucernæ, gaudio tamen inventæ drachmæ lætatum eſt cor meum, & exultaverunt interiora mea. Demumque non ſine ſuperna diſpenſatione hoc ipſum eſſe credens, armavi animum, ut & obedientiæ fructum caperem, & tam crebræ petitioni veſtræ parerem.

NOTA.

2. Quocirca dictavi ut potui, & plano, apertoque ſermone, ut talibus decet habere, Libellum de ejus Sancti Vita brevem conſcripſi, ut poſſit in Miſſæ ejus celebritate quantocius legi: & Tibi domino meo deſtinatum miſi, & hanc ipſam Epiſtolam meam capiti ejus præponere curavi, judicioque tuo probandum committens, ut ad ſingulare cognitum, ſi in aliquo diſplicuerit, aut emendes, aut reprobes. Si vero placuerit, & ipſe habeas, & cui voluntas permiſerit, dari concedas, atque pro me Creatori noſtro, cujus ſunt bona omnia, grates rependas. Volo autem, ut quia ſanctiſſimus Vir CITONATUS Presbyter, atque GERONTIUS adhuc in corpore degunt, omnia quæ in eo ſcripſi, ante recognoſcant, & eorum diſcuſſione ventilata, ſi nec nominum nec rerum me feſellit ſententia, habeantur confirmata. Sane illa quæ anno præterito a vobis ibidem divinitus operata didici, in finem Libelli iſtius, ut a vobis accepi, adjeci. Hymnum quoque de feſtivitate ipſius Sancti, ut juſſiſti, Jambico ſenario metro compoſitum, tranſmiſi. Sermonem autem de eodem die ſuperfluum dictare putavi, cum nulla major mihi eſſe videatur exhortatio, quam virtutum ejus narratio; & tantam horam occupet, ut ſi hoc adlectum fuerit, audientium animos oneret.

Corrigi eam poſtulat Braulio.

Hymnum de eodem S. compoſuit.

3. Quapropter obſecro, ut ſint iſta quæ feci accepta, tam tibi cujus mandatis parui, quam ipſi, cujus virtutum amore excitati, & antefati viri ſunt iſta teſtificati, & non diſſimilia quotidie vos experti, ut a me perſtringi deberent, eſtis impetrati, atque ego ut facerem, quæ juſſeratis, ſum accinctus mercedis percipiendæ cupiditate. De eadem quoque ſolemnitate, ut Miſſa recitaretur com-

Miſſam communem de Sancto dici vult.

---

a De JOANNE Epiſcopo Cæſarauguſtano S. Braulionis fratre ac prædeceſſore honorifice agit S. Ildefonſus in lib. de Viris illuſt. cap 6.

b S. CITONATUS ſeu Zitonatus S. Æmiliano in Monaſterii ſui regimen ſucceſſit, ut in tabulis Abbatum iſtius Monaſterii ſcribit Antonius Yepez in Chron. Bened. an. 574. cap. 1.

communis, injunxi dilecto filio meo EUGENIO Diacono, non putans a me diverſum, ſi ejus lingua, cujus in omnibus conſiliis cogitationibuſque meis teneo, animum miniſtret ob hujus Beatiſſimi Viri honorem, meum officium: ſimulque conſiderans, ut quo in ceteris rebus utor participe, in his etiam mercedis ſruar conſorte. Incolumen B. V. & mei memorem, Chriſti gratia cuſtodire dignetur.

AN.CHR. 574 12. Nov.

PRÆFATIO.

4. INSIGNIA miraculorum Apoſtolici purgatiſſimique Viri ÆMILIANI Presbyteri, noſtris ſere temporibus geſta, ut ſuadet ad narrandum rei novitas, ita terret ipſius narrationis immenſitas. Cujus enim queat ſtilus terrenis dediti rebus cœleſtis Viri digne promere actus, qui præteritis ſæculis conlatus, uti maximum ſidus apparet fulgidus, præſentibus autem inimitabili virtute præclarus? Neque, ut ego puto, fontes ſi Tulliani enarrarent, & ſcaturientibus eloquentiæ venis impenſiſſime redundarent, copiamque verborum multiplicitas ſententiarum denſaret, cuncta poterant explicari, quæ a Mundi contemptu non modo uſque ad corporis ſui, ſed etiam ſæculi exceſſum Chriſtus qui agit mirabilia ſolus, fuerit, ſitque per eum chariſmata operatus. Quod cum inſpicio, timor apponitur animo, cum ſit mihi ſcientiæ non copia, ſed inopia; verborum autem ſterilitas, non ubertas: neque enim meæ imperitiæ ſum imperitus. Propellit tamen timorem promiſſionis Chriſti veritas, ita videlicet promittentis, talique nos alloquio adſtruentis: *Aperi os tuum, & Ego adimplebo illud*. Et ibi: *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa*. Sed & illud: *Non eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Huic rei decentiſſime ſatis aptatur, ac ſic erigitur animus repulſo formidinis telo: & ecce jam quod pavebat, plano nititur ingredi pede, blandiens ſibi de tua magna potentia Chriſte; quia qui dediſti jumento humanis verbis effari, potes concedere homini, vocibus congruentibus loqui. His additur, quod arcem mentis meæ, ſpeique anchoram, quam maximam tenere videtur, niſi perceptione hujus Operis laboriſque mercede non alias me adepturum credam, quo vitam meam inquinatiſſimam, pollutamque quaſi nitro quodam poſſim eluere; ſecundum quod elegantiſſime quidam veterum Poetarum, ait:

Materiæ gravitatem & ſuam imperitiam exagerat.

Hoc opus, hoc etenim forſan me ſubtrahet igni.

5. Supereſt quod & ultimum, quia ſchedulis hæc vilibus malui tradere, quam lento ſilentio tegere; ne veritatis longinqua præcedentium taciturnitas derogaret poſteris fidem. Sed & ut pauca his qui eloquentiam ſuam nituntur oſtentare, reſpondeam; noverint quod parvipenditur detractorum ſcurrilitas; quando humilibus, parviſque Chriſtianis Eccleſiaſtico jure non opponitur ſequenda vana verboſitas, non humanæ inquietudinis levitas, non denique oſtentationis ventoſitas, ſed ſobria, modeſta, ponderataque veritatis gravitas. Melius ſiquidem eſt, ut vera minus erudite, quam ut ficta enarrentur eloquenter: quod in Evangeliis Salvatoris perſacile intelligitur, quæ populis ſermone ſimplici prædicantur. Non ergo pro mea imperitia in ſugillationem mitto virorum prudentium eloquentiam: ſed minime levitatem mordacium improbo caducam. Nam nec puto mihi ſuccenſeri poſſe ob hujus Operis appetitum honeſtos, prudentes, maturoſque viros, nequaquam ignaros in domo Domini offerri debere, ut cuique vires miniſtrant, uſque ad caprarum pilos: cum & ipſi ſi hic dicere velint, ut præmiſi, non ſolum illis non deerit materia, ſed minime poterint explicare cuncta. Quamobrem diſciplinarum ſæcularium ſtudium etſi ex parte adtigi, omnino hic ſervare contempſi: ne & intelligentiæ difficultatem minus eruditis facerem, & Hiericontina lingua conturbarem Iſraelitica caſtra.

Detractoribus reſpondet.

6. DICTURUS igitur ea, quæ inſtitui dicere, volo lectorem auditoremque monere, ut non hic verborum avidum, ſed religione plenum præbeat auditum: ſin autem illuc ſpectat, jam hinc diſcedat, ne moras infructuoſas expendat.

Quædam heic omitanda, quædam vero non, proponit.

AN. CHR. 574 12. Nov.

dat. At ſi ea quæ ſequuntur noſſe deſiderat, devotus ad percipiendum accedat; atque hoc primum noverit, quædam hic eſſe narrationis geſta, quæ a nobis, vel a quolibet oppido debeant eſſe ſequenda: quædam vero ita illi probatiſſimo Viro ſingulariter conlata, ut nequeant ſine ſui pernicie a quoquam imitationis contingi cauſa, quæ tamen ſic nos admiratione debent afficere intentos in Dei laudem. Nam generi generalia convenit præcepta ſervare, ſpecialibus vero donis illi tantum debent potiri, quibus omnipotens Deus ea juſſit conferri. Hoc quidem cenſent & Juriſperiti, ſuorum Principum in beneficiis decreto perceptis.

Æmiliani parentes obſcuri.

7. Ego autem non altius repetam, neque avorum, & proavorum ejus juxta Rhetores proſequar laudes: cum juxta eoſdem, ſi ignobilibus ortus ſit natalibus, magis efferendus eſt laudibus, quod ſui ignobilitatem generis morum dignitate ornaverit. Igitur a converſionis ejus principio nos quoque dicendi Chriſto favente, ejuſque B. Viri oratione conatus noſtros adjuvante, ſumamus exordium, qualis extitit a vigeſimo ætatis ſuæ anno. Venerabiles namque Eccleſiarum Chriſti Sacerdotes CITONATUS ſanctæ, puriſſimæque vitæ, SOFRONIUS & GERONTIUS Presbyteri, quibus non modicam fidem habet Eccleſia, *Teſtes eorum quæ hic dicuntur.* nobiſque quod ipſi viderunt fideli relatione narrarunt. Additur his probatiſſimis teſtibus teſtimonium beatæ memoriæ, religioſiſſimæ POTAMIÆ, cujus nobilem ortum nobilior vitæ nobilitavit curſus. Hos ego quatuor de miraculis in corpore geſtis habere elegi teſtes, citra populorum, provinciarumque de hujuſmodi rebus teſtimonia, quæ pene cuncta teſtatur Hiſpania. Nam illa quæ uſu frequentata jam pene effecta ſunt quotidiana. Nobis neceſſario ſunt prætermiſſa; dum nequeunt, ut ſupra dictum eſt, comprehendi tota; & ſi quis ea noſſe deſiderat, melius utique crederet viſa.

V I T A   I N C I P I T.

CAP. I. De S. Viri converſionis initio.

8. Ergo, ut dicere cœperam, ſic eum fuiſſe converſum atque converſatum, præfati teſtes narrarunt. Futurus paſtor hominum, erat paſtor ovium, minabatque oves ad interiora montium; & ut mos eſſe ſolet paſtorum, citharam vehebat ſecum, ne ad gregis cuſtodiam torpor impediret mentem otioſam, minuſque exercitatione ſuſpenſam. Cumque ad diſpoſitum cœlitus perveniſſet locum, divinitus in eum irruit ſopor. Etenim ille Opifex mundorum cordium, conſueto ſtudio præbet artificii ſui officium, vertitque citharæ materiam in litterarum inſtrumenta, animumque opilionis in compunctionem ſupernæ contemplationis. Expergefactus cœleſtem meditatur vitam; relinquenſque rura tetendit ad Eremi loca.

CAP. II. Pergit ad quemdam Monachum in Caſtro Bilibienſi.

9. Dictaverat ei fama, eſſe quendam Eremitam, nomine FELICEM Virum ſanctiſſimum, cui ſe non immerito præberet Diſcipulum, qui tunc morabatur in Caſtello BILIBIO a. Arripiens iter pervenit ad eum, cujus ſe famulatui cum ſubjicit promptum, inſtituitur ab eo, quo pacto innutabundum poſſit ad ſupernum Regnum dirigere greſſum. Hoc, credo, nos facto inſtruens, neminem ſine Magiſtrorum inſtitutione recte ad beatam vitam tendere poſſe. Quod neque Vir iſte fecit, neque Paulum Chriſtus inſtruxit, neque Samuelem, ut faceret divina potentia permiſit: cum hunc ad Eremitam, & Paulum ad Ananiam, & Samuelem recurrere juſſit ad Heli; quos tamen jam ſignis, alloquioque animaverat ſuo.

CAP. III. Venit ad locum in quo ſitum eſt ejus Oratorium.

10. Poſteaquam ab eo eſt optime vias vitæ edoctus, ac diſciplinæ divitiis aſſatim, theſauriſque ſalutis ditatus, remeat ad ſua, doctrinæ gratia copioſus,

Sed

a Bilbilim Aragoniæ celebre olim Oppidum hoc loco interpretatur Michael Martinez de Villars; legendum Bilibium, quod Caſtrum eſt Najaræ urbi proximum ad Hiſpaniam Tarraconenſem pertinens, ſicut & S. Æmiliani corpus, quod in Monaſterio S. Æmiliani Cucullati aſſervari ſupra diximus. Hoc Monaſterium tota Hiſpania celeberrimum a Sancto Æmiliano conditum Riojam veteris Cantabriæ partem tenet, tribus fere leucis Najara, ſex autem Logronno ſummotum. Excipitur appendice Jubedarum montium, quibus ardua Sancti Laurentii juga adhærent. Illa vero pars rupium, quæ ſe Valvaneram tendentibus objicit, montium Diſterciorum nomen habet. Legeſis Yepez in Chron. Bened. an. Chr. 574. cap. 2.

ſus; ac ſic venit non procul a Villa VERGEGIO *a*, ubi nunc ejus habetur Corpuſculum glorioſum : ibique non multo moratus tempore, vidit impedimento ſibi fore, hominum ad ſe concurrentium multitudinem. ANCHR. 574 12. Nov.

11. Celſiora petit, leveſque per ardua greſſus agebat ſpiritus promptus, ut non ſolum corde ſed etiam corpore in plorationis valle gradiens de virtute in virtutem, videretur Jacob quodam modo ſcalam conſcendere. Hic ubi pervenit ad remotiora Diſtertii montis ſecreta, culminique ejus, quantum qualitas cœli ſilvæque ſinebant, propinquus, ac collibus hoſpes effectus, conſortio hominum privatus, Angelorum ſolummodo fungebatur conſolationibus, quadragenis ibi habitans annorum recurſibus. Quas ibi ille inviſibiles, quaſque pugnas viſibiles, quas vario, callidoque modo tentationes, quaſque nebulonis antiquiſſimi ludificationes fuerit expertus, hi ſoli optime norunt, qui ea in ſemetipſis experiri contendunt : dum illic omnem affectum, illic omne deſiderium, illic omne incitamentum, illic denique omnem omnino dirigebat curſum, quo ſemel arripuerat irreparabile devotionis ſanctæ propoſitum. O ingens donum! O ſingularem Virum! O præſtantiſſimum animum! Ita divinæ contemplationi deditum, ut nihil ſibi in eo vindicare videretur hoc ſæculum. Quoties, ut conjicio, afflatus ardore divino inter denſiſſimas, altiſſimaſque ſilvas, excelſoſque vertices collium, promontoriaque petentia cœlum, voce elata ajebat ad Chriſtum : *Heu me, quod peregrinatio mea prolongata eſt!* Quoties ſuſpiriis ingemiſcens clamabat : *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto!* Quoties vehementiſſime viſceribus commotis, ejulabat dicens : *Quamdiu ſum in hoc corpore, peregrinor a Domino!* Interea frigore quatiebatur, ſolitudine deſtituebatur, inclementi imbre inficiebatur, ventorum flamine vexabatur : & vim frigoris, ſqualorem ſolitudinis, ingruentiam imbris, auſteritatem flaminis, amore Dei, contemplatione Chriſti, gratia Spiritus Sancti, non modo tolerabiliter, ſed etiam libenter, deſideranterque ſuſcipiebat. Sed quoniam civitas ſupra montem poſita diu latere non potuit, euſque fama ſanctitatis ejus percrebuit, ut in notitiam pene omnium perveniret.

CAP. IV. Hinc Eremum expetit, ibique 40. ann. moratur.

Pſ. 119. 5. Philip. 1. 23. 2. Cor. 5. 6.

12. DIDYMO etiam, qui tunc Pontificatus gerebat in Tyraſſona *b* miniſterium, cum hoc quoque fuiſſet delatum, inſequitur hominem, Ordini Eccleſiaſtico volens inſerere, ejus quippe erat in diœceſi. Durum illi primum videri, ac grave refugere, ac reniti, & quaſi de cœlo traduci ad Mundum, de quiete jam pene nacta ad officia laborioſa, vitamque contemplativam transferri ad activam. Tandem coactus eſt invitus obedire : quapropter in Eccleſia Vergegii Presbyteri eſt functus officio. Tunc relictis quibus dediti eſſe ſolent iſtius Ordinis, noſtri quidem homines temporis, ſanctam impertiebatur curam; in hanc, inquam, retractus erat vitam. In quo tamen continuatæ preces, hebdomadarum inedia, jugis vigilia, diſcretio vera, ſpes certa, frugalitas magna, juſtitia blanda, patientia ſolida, & ut breviter dicam, ab omni omnino re mala indefeſſe perſiſtebat parcimonia maxima. Sapientiæ etiam flores ita de pratis decerpſerat ineffabilis Divinitatis, ut is qui aduſque octavum memoriæ vix commendaverat Pſalmum, incomparabiliter, longeque præſtaret peritia, prudentia, acutia, qua Mundi vetuſtos anteiret Philoſophos. Nec immerito ſane, quia quod illis ſæcularis induſtria, iſti divinitus ſuperna conceſſerat gratia : vere, ut conjicio, cœlicolis Antonio, Martinoque vocatione, educatione, atque miraculis per omnia ſimilis. Sed, ut multa prætereą, inter cetera Eccleſiaſtica ſtudia, hæc maxima erat induſtria, ut ſtrenue, ſolerterque, quantocius

CAP. V. Didymus Epiſcopus ei Eccleſiam delegat.

a Titulus ſepulcralis minor ab Yepez ann. Chr. 569. relatus hæc habet. *Natus eſt* ÆMILIANUS *devotis parentibus in Opido Vergegii, & cum vigeſimum annum attigiſſet, relictis ovibus patris ſui, Spiritu ſancto eum inſpirante ac dirigente, ad Caſtellum Bilibienſe, quod decem & quinque milliaria a ſuprà nominato Opido diſtat, & duodecim a Tritio, adiit, ut magiſterio* FELICIS *Confeſſoris uteretur.* Quod intervallum plane Vereeo convenit, quarta leucæ parte a S. Æmiliano diſſito, & radici Diſtertii montis incumbenti; neque hæc ullo pacto trahi poſſunt (uti Michael Martinez conatur) ad urbem Catalayudam, quæ amplius quinquaginta millibus ab iſtis locis diſtat.

b Locus in quo S. Æmiliani Cœnobium conditum eſt, olim Diœceſi Tariaſonenſi, *Tarazone*, nunc Calaguritanæ ſubeſt, *Calghora*.

AN.CHR. 574 22. Nov. tocius poſſet, inquam, de Templo Domini pelleret mammonam. Quocirca Chriſti ſubſtantiam, Chriſti viſceribus impertiebat, locupletem reddens Eccleſiam Chriſti virtutibus, non opibus; religione, non redditibus; Chriſtianis, non rebus. Noverat Chriſto, non pro jactura temporalium rerum, ſed fore pro hominibus ſe poſſe reum.

CAP. VI. Clerici accuſant S. Virum coram Epiſcopo. 13. Ob hanc rem, ut mos ſolet eſſe peſſimorum Clericorum, adſtiterunt quidam e Clericis ſuis coram præfato Epiſcopo, ad eum videlicet ob damna rei familiaris laceſſendum: jurganteſque ajunt, patere Eccleſiæ detrimenta, res ſuſceptas uſquequaque imminutas. Jam dictus Antiſtes facibus iræ accenditur, & invidia ob ejus virtutes terebratur. Intuens, in Virum Dei vehementer invehitur: cumque (ut ſe habet animus furia ebrius) iracundiæ crapulam eſſet ructatus, Vir Dei egregius ſanctitate munitus, patientia tutus tranquillitate conſueta perſiſtebat immotus. Tunc a ſuſcepto dudum miniſterio relaxatus, ubi tunc vocatur ejus Oratorium, reliquum vitæ tempus peregit innoxius. Hactenus converſio, atque converſatio ejus. Et quamvis pulchriora fuerint illa chariſmata, quæ latuerunt (quæ Dominus in bella conſtituit nova, & a Paulo Magiſtro Gentium in fide, & veritate habemus inſtituta) quam iſta, quæ variis virtutum donis ſe in lucem protulerunt; hæc ipſa vero plura ſunt geſta, quam poſſint eſſe conſcripta: tamen deinceps quibus idem ſignis effulſerit glorioſus, acſi ignobili proſequamur ſtilo.

CAP. VII. Luctatur cum dæmone. 14. Accidit quadam die, ut Palæſtritæ Regis æterni occurrerit in via hoſtis generis humani, talibuſque verbis eum affatur: Si vis, ut quid uterque poſſit, experiamur viribus, certamen adgrediamur. Necdum hæc dicendo compleverat, & eum viſibili, corporalique adtrectatione adierat, diuque pene luctantem vexabat. At ille mox, ut JESUM precibus efflagitavit, trepidum greſſum opitulatio divina confirmavit: & illico refugam, deſertoremque ſpiritum liquefactum in auras vertit. Si cui hoc fortaſſe videtur incredibile, inviſibilem nimirum ſpiritum eſſe attrectabilem, ſalvo myſtico intellectu aperiatur, quomodo Jacob Divinæ paginæ narrent cum Angelo, quamvis bono, fuiſſe luctatum? Ego tamen hoc dixerim, minori audacia Satan tentaſſe ſervum, quam Dominum; ÆMILIANUM, quam Chriſtum; hominem, quam Deum; creaturam, quam Creatorem.

CAP. VIII. Monachum curat. 15. Verum, ut inſtitueram narrare, Monachus quidam ARMENTARIUS nomine, duritia ventris tumoreque afflictus, medelæ cauſa ad eumdem venit devotus. Cui dum manum ad ſtrumam admovit, ſignumque Crucis depinxit, protinus ab eo ægritudo receſſit, recuperataque ſalute Dominum benedixit.

CAP. IX. Mulier paralytica ſanatur. 16. Nomine autem BARBARA mulier quædam, a finibus Amayæ adducta, paralyſi morbo contracta, atque vehementer vexata, ſaluti dudum amiſſæ ejus. Sancti oratione eſt reſtituta.

CAP. X. Mulier clauda ambulat. 17. Sed & alia de eodem territorio plauſtro advecta ac deportata, quoniam carens pedum officiis olim extiterat clauda, Quadrageſimæ diebus ab eo efflagitatur curanda. Quam cum nollet dierum inviſere ob reverentiam, (mos quippe erat ei his diebus ſolum cellula eſſe contentum, nec quemquam videre ſolitum, niſi unum e ſuis, qui propter vitæ hujus ſubſidium, ei pauciſſimum ac vilem miniſtrabat cibum:) cumque, ut dixi, videre eam contemneret, inſtat illa ardenter indulgeri ſibi ſaltem ejus baculum oſculari. Quod Vir Dei clementer ut audivit, illico direxit: illa directum ut vidit, oſculata eſt; firmatis ſolidatiſque plantis, incolumis adſtitit, ac muneri congratulata Divino, læta protinus diſcurrit.

CAP. XI. Ancillam ſenatoris illuminat. 18. SICORII quoque Senatoris ancilla lumine per tempora longa privata, poſtulat ab eo oculorum ſibi reſtaurari officia. Tunc Vir Dei, verbo tactuque Chriſto duce ſanitatem impetrat; protinus obſequitur imperata, receptiſque viſibus, formas rerum luce luſtrat clariſſima.

CAP. XII. Diaconum energumenum ſanat. 19. Quidam vero Diaconii miniſterio delectus, a procaciſſimo dæmone vehementer obſeſſus, ab aliis arctatus, ejus ſiſtitur vultibus emundandus. Qui dum more

more lymphatico amentia ageretur furens graſſatus, indicitur a beatiſſimo Vi- ANCHR.
ro, ut reſiliat ab eo ſpiritus immundus. Nec mora, inobediens diſcit obedire, 574
inviſibilibuſque pœnis afflictus a ſuſcepto ſuo domicilio efficitur alienus, relicto- 12. Nov.
que homine, ſermone is perſtrepit laudes Deo,

Cap. XIII. Item alium ſervum.

20. TUENTII cujuſdam SIBILA nomine ſervus ab impuris ſpiritibus fuerat captus, & ad Virum beatum a ſuis eſt adtractus, quem ut vidit ſciſcitatus eſt a quantis eſſet obſeſſus. Illi ſe eſſe indicant quinque; ſinguli quique ſuis ſe nominibus produnt. Quibus cum JESU-CHRISTI imperaſſet virtute, illico omnes cum ingenti terrore & ſtrepitu diſceſſere, & ille curatus ad ſua repedavit proſpere.

Cap. XIV. Item alium Comitis.

21. Sed & EUGENII Comitis ſervum a dæmone infectum atque afflictum, cum jam diutina invaſione ſibi eum haberet mancipatum, incomparabili virtute Divinæ omnipotentiæ reddidit ſanum, & incolumem.

Cap. XV. Item alios conjuges.

22. Jam quid de Senatoribus NEPOTIANO, & PROSERIA, dicam? Niſi quod ita concreti conjugio, concreti quoque erant dæmonio, ut corpus effectum uxori vinculum, unus ab uno crederetur incoli ſpiritu; geminaque poſſeſſione perſunctus, jus ſibi videbatur habere perverſus: quorum quam manifeſta extiterit, hinc datur intelligi, quod ſic eſt ubique promulgatum, ut niſi ſuccedentibus ſæculis laberetur ab animis, hic ſupervacanee videretut intexi, eo quod nemo ſit Cantabrorum, qui hoc non aut videre, aut audire potuerit. Sed cum ventum eſſet ad noſtrum ÆMILIANUM, imperat hoſtem immundum relinquere corpora hominum præfatorum, cujus nequaquam valens ferre imperium, effectui mancipat juſſum. Utrique liberati laudem perſonant Regi cœlorum.

Cap. XVI. Item aliam feminam.

23. Item Curialis MAXIMI filiam, nomine COLUMBAM, dæmon invaſerat congreſſione dira, & membrorum inſtabilitate incauta. Siſtitur coram Servo Dei cum magna expectatione ſananda: cumque in frontis illius limen Crucis impreſſiſſet veſtigia, mox depulſo extruſoque dæmone nacta eſt ſalutis medelam.

Cap. XVII. Ejicit dæmonem e domo Senatoris.

24. Sceleratiſſimum, ſeditionariumque domus HONORII Senatoris dæmonem ſuſtinebat, qui eouſque monſtroſiſſime domui illius incubabat, ut fœdiſſima quædam, turpiſſimaque quotidie inferret, nec dæmonicolam quiſque ſuſtinere poterat. Denique ſæpe dominus domus cum cauſa convivii fuiſſet accubitatus, ferculis ejus animalium oſſa mortuorum, & plerumque ſtercora inſerebat ſpiritus impurus. Sæpe vero nocturno tempore (datis hominibus in quiete) veſtimenta virorum ac mulierum ſubtrahens, veluti quædam velamina fœditatis ſuſpendebat e tectis. Anxius nibilominus, & quid ageret Honorius neſcius; inter anguſtias ſpiritus regebat animum, fide certus de iſtius Viri virtutibus, ac ſpe animatus mittit ad eum accerſendum, & dirigens ſubſidia vehiculorum. Veniunt nuntii, implorant ut accedat, & qua ope poſſet dæmonem pellat. Tandem fatigatus precibus, ad oſtendendam Dei noſtri virtutem, pedibus ſuis, non vehiculo eſt profectus. At ubi Parpalines * venit (ibi enim res agebatur) invenit cuncta ut ei fuerant ordine narrata. Sed & ipſe aliqua perpetitur inibi ſeditioſa. Indicit jejunium, colligit ad ſe illic habitantium ordinem Presbyterorum. Tertia die, expleto voto indicti jejunii, ſalem exorcizat, & aquæ commiſcet more Eccleſiaſtico, ac domum ipſam aſpergere cœpit. Tunc ex inteſtino domus prorupit invidus, & ejici ac deturbari e ſuis ſe videns ſedibus, lapidum contra eum vertit ictus: ſed munitus ille inexpugnabili clypeo permanſit tutus. Poſtremo in fugam verſus flammaſque evomens cum odore teterrimo perrexit ad eremum: ac ſic incolæ domus illius gaviſi ſunt ejus oratione ſe fuiſſe ſalvatos.

* al. Pampilom.

NOTA.

Cap. XVIII. Divina protectio cuſtodit eum.

25. Quid plura? Tanta illi Viro erat copia ſanctitatis, tanta cuſtodia divinæ virtutis, tantumque imperium ſupernæ auctoritatis, ut cum multitudo concurreret energumenorum, non modo vel levi quidem veſtigio pateret pavidus, ſed etiam ſe concluderet cum illis omnibus ſolus, ubi eos erat per divinam gratiam curaturus. Sed & plerumque cum lectulo membra dediſſet, geſtiebant

eum

AN.CHR. 574 12. Nov.

eum ignibus concremare, incenſamque ſtipulam deportabant uſque ad ejus lectulum, quam illic applicantes, vim amittebat ardoris. Identidem hoc ipſum molientes pernoctabant incaſſum laborantes. Itaque ubi ille hoc perſentiebat, ad imperium illius amentes ſe invicem vinculis conligabant, eorumque manus dabant ſalutis adjumentum, cum cor eorum inſania eſſet plenum. Nam illud reticere non debeo, quod per ſe Mundo patere jam video.

Cap. XIX. Lignum ejus oratione creſcit.

26. De ligno dico, quod manu artificum fabreſactum deportavit uſque ad conſtruendum horreum, quod dimenſum, ceteris lignis illi operi coaptatis extitit brevius. Quod ut ſenſit, jubet artificibus æquiori animo ſumere cibos, atque ille recedit ad Creatoris oculos implorandos. Cumque peculiari conſuetoque modo ſynaxin hora Sexta compleſſet, intellexit quod volebat eſſe impetratum, rediensque ad mercenarios: Nolite vos putare, ait, mercede operis fuiſſe fruſtratos: ponite lignum ſuo in ordine. Qui elevantes, ponentesque juxta præceptum, reperiunt plus ceteris eſſe longum, creviſſe etiam palmo amplius. Quo in loco facit ſignum, quod uſque hodie claret in apertum: ac per hoc ejus oratione, nec laborem inaniter conducti exhauriunt, nec operis mercede fraudantur. Lignum quoque ipſum remediabile devotis uſque in præſens extitit ægrotis, tantiſque virtutibus celebratum habetur, ut pene quotidianum obtinuerit languentibus præbendæ ſanitatis uſum. Unde in immenſum ſermo procederet, ſi univerſa ſigna ſanitatum, quæ inde conlata pateſcunt, replicare voluerim. Sed jam operæpretium judico de liberalitate atque caſtitate ejus pauca perſtringere.

Cap. XX. Pauperibus tunicæ manicas erogat.

27. Cum quodam tempore egentium ad eum conveniſſent turbæ, petentes conſuetam ſubſidii ſtipem, ipſe ſeu deficiente, ſeu non occurrente quod prærogari deberet, ab ingenita non deficiens pietate, præcidens manicas ſuæ tunicæ, cum pallio quo utebatur, obtulit benigne. Tunc unus ex cunctis importunior, ut mos eſt mendicantium, ceteros alios præveniens accepit, accepta induit. O alterum Martinum, qui in paupere veſtivit Chriſtum! nec immerito unum conſecuti præmium, qui unum habuere liberalitatis ſpiritum. Et tamen ne importunitas notata ante tantum Virum eſſet inulta, reliqui collegæ videntes invident, & unius præſumptioni indignantes, baculis ſuis armati conſurgunt, catervatimque in eum irruerunt, & ut quemque ira ferebat, paſſim corripiunt, ut plane incautelæ ſuæ ipſe mereretur peſtem.

Cap. XXI.

28. Dicam & aliud, quod mallem ut ita audirent tenaces, ut non eſſent de craſtino cogitantes. Contigit convenire frequentiam populi, quando parum B. Viro eſſet vini. Sed quia inquirentes Dominum non deficient omni bono, vix, ut ajunt, ex ſextario affatim ſatiata eſt ingens multitudo. Majus quidem vice alia accidiſſe fatentur.

Cap. XXII. Succurrit dapibus venientibus ad eum.

29. Fama ſanctitatis illius divulgante, non deerant quotidie adventantium turbæ, jute ſuo compulit oppido hoſpites moras nectere, & charitatis intuitu ſemetipſos reficere. Cum hoc miniſter ejus ex evidenti cognoviſſet, nuntiat nihil ſupereſſe, quod poſſint prandere. At ille miti offenſione miniſtrum objurgat, modicæque fidei inclamat, & ut victus neceſſaria præbeat, Chriſtum implorat. Necdum intentionem finierat, & ecce ſubito vehicula copioſe onuſta ab HONORIO Senatore directa januam intrant. Dilectus Dei directa ſuſcipit, & gratias rerum Creatori exauditus perſolvit: invitatis ſufficientes cibos adponit, reliquam conſervari ſupervenientibus præcepit. Ita enim inter officia humanitatis, ſuæque continentiæ medius verſabatur, ut menſæ adpoſitio, ne ad horam quidem diei, minus de hoſpitum convivio inveniretur. Et rurſus ita parcimonia arctabatur, ut numquam niſi ſobrius mente & confectus corpore cemeretur. Sed & convenientium reficiebat corpora cibo, & animas verbo. Tam elegans enim erat in comparationibus, & tam ſubtilis in ſpiritualis vitæ ſuaſionibus, ut quiſquis ad eum quolibet caſu accederet, melior ac delectatus recederet: cum numquam ipſe nec vita, nec lingua a doctrina vacaret. Et ne in longum traham, ſic carne devicta victoriæ tulit palmam, ut ejus Aquilo numquam devictus accenderet ollam, nec Nabuchodonoſor ignium miniſtraverit pabula.

30. Ipſi

AN.CHR. 574

22. Nov.

Cap. xxvii. Exprobratur a Dæmone, quod cum feminis habitet.

30. Ipſi quoque deſertores ſpiritus, cum conviciis eum malitiæ ſuæ calliditate per energumenos vellent laceſſere, quia nihil erat quod Chriſti ſervo poſſent objicere: ſolum ei cur cum Virginibus Chriſti cohabitaret, nitebantur exprobrare: antiqua ſua inimicus arte eludens, quoniam quem opere non poteſt dejicere, ſaltem fama inſtat polluere: & cujus non prævalet conſcientiam, infamat vitam; videlicet irretitis ſuis illecebris offerens exempla conſolationis, dum eſſe bonum neminem putant: & quem imitari in bonis debeant, invenire deſperant: ac per hoc penes ſe remedium arbitrantur, ſi nemo innocens inveniatur, & damnationem ſuam multitudine pereuntium conſolantur. Quid tibi repertor malorum prodeſſe poteſt infamia Chriſti ſervorum, cum eis Dominus Redemptorque ſuus per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam promittat regna cœlorum? Sed Vir iſte ſanctus abſtinentiæ & humanitati etiam in ſenectute deditus, utique habitabat cum ſacris Virginibus, & cum eſſet ab octuageſimo vitæ ſuæ & deinceps anno, labore ſancto, doloreque conſtrictus, omnia officia, ut Pater poterat, ancillarum Dei miniſterio ſuſcipiebat blandus. Sed jam, ut præmiſi, ita a nefandis incitamentis erat extraneus, ut ne veſtigium quidem inhoneſti motus in illa ætate fuerit expertus. Nam quia in tanta pervenerat longa ætate, eo pervenit neceſſitatis, ut cum hydropis laboraret invaletudine, ab eiſdem ſanctis feminis corpus ſuum lavare ſinerent, & ipſe ab omni illicito ſenſu alienus eſſet. Hoc certe illud eſt ſpeciale beneficium, quod paucis invenimus fuiſſe conlatum, & a nullo debeat experiri, ne ſuccedat periculum temeritati. Unuſquiſque enim in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat apud Deum. David enim dicit: *Quia non ambulavi in magnis, nec in mirabilibus ſuper me.* Ille quippe in mirabilibus ſuper ſe ambulat, qui ea quæ divinitus illi non ſunt conlata, agere pertentat.

Pſ. 130.

Cap. xxiv. Reſtituitur equus a latronibus furatus.

Pſ. 90.

31. Sed referam quod etiam latrones pertimeſcant, & fures cautos efficiat. SEMPRONIUS quidam & THURIBIUS nominibus, inſtinctu Diaboli & provocatione veniunt cauſa latrocinandi ad hominis Dei habitationem. Et quoniam de Juſto ſcriptum eſt: *Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*; iſti tamen pro ſuo flagello vel exemplo accedere ſunt permiſſi, ſed flagellare prohibiti, immo flagellum in ſe divinitus ſenſere correpti. Hi nempe fures cum ad S. Hominis habitaculum perveniſſent, animal quo vehi uſque ad Eccleſiam ſolitus erat, foris repertum furtim abigunt. Nec diu fraude lætantur. Nam non poſt multum temporis veniunt, ſingulis amiſſis oculis, veniam petentes, atque animal reducentes. At Sanctus Dei caballum excepit, cur habuerit, ſemetipſum reprehendit, atque illico vendidit, pretiumque ejus pauperibus erogavit. Illis enim lumen nequaquam reddidit, ſpiritu, ut æſtimo, diſcretionis inſtructus, ne forte non ceſſarent ab hujuſmodi facinoribus, niſi eſſent privati luminibus: & cum ſimile quid agere vellent, cito eos proderet a latibulis & nota corporis, & fama nominis. Nam quis putaverit hoc eum a Domino impetrare non potuiſſe, quem vita functum & defunctum ſæpe cæcis ſciat viſum reddidiſſe? Sed & leviusеis fuit in vita, quam poſt vitam facti luere pœnam, juxta illud: *Melius eſt cum uno oculo in regna cœlorum intrare, quam cum duobus gehennam ſortiri.*

Matth. 18.

Cap. xxv. Tranſitus diem prænovit.

32. Ante annum fere migrationis ſuæ, centeſimum vero vitæ, cum ei revelatum eſſet humanos ſe finiturum labores, & omnipotentis percepturum ſacratiſſimas promiſſiones, ad vitam convertitur diſtrictiorem: & qui jam vigiliis & jejuniis defecaverat membra, denuo veteranus miles militiam adgreditur novam, ut finis eſſet præſtantior, qui apud Chriſtum laudabilior ſemper habetur & melior, dicente eo: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Matth. 24. 13.

Cap. xxvi. Prædicit excidium Cantabriæ.

33. Eodem igitur anno, Quadrageſimæ diebus revelatur ei excidium Cantabriæ *a*. Unde nuntio miſſo, jubet ad diem feſtum Paſchæ, Senatum ejus præſto

a Joannes Biclarenſis in Chron. iſthæc ad annum Juſtini Imperatoris octavum, Leuvigildi 6. id eſt ann. Chr. 574 geſta refert. *His diebus*, inquit, *Leovegildus Rex Cantabriam ingreſſus, provinciæ pervaſores interficit, Amajam occupat, opes eorum pervadit, & provinciam in ſuam revocat ditionem.* Quo anno S. Æmiliani obitum reponitur in Epitaphio Gothicis litteris exarato, quod Yepez ad ann. Chr. 569 ita refert. *Purgatiſſimi Apoſtolicique viri* ÆMILIANI *corpus hic humatum jacet, qui poſtquam Eremiticam vitam multis annis egit & Clericalem, tandem Monaſticam profeſſus ſub Regula admirabilis* BENEDICTI, *curam gerens Abbatialem obiit in Domino clarus miraculis & prophetiæ ſpiritu, Era 612.* quæ Eræ Chriſtianæ 574. reſpondet.

AN.CHR. 574 12.Nov. ſto eſſe. Ad præſtitum conveniunt tempus. Narrat ille quod viderat : ſcelera eorum, cædes, furta, inceſta, violentias, ac cetera vitia increpat : pœnitentiam ut agant pro his omnibus prædicat. Cumque omnes reverenter auditum præberent, (nam erat omnibus venerabilis, quaſi unus de D. N. JESU-CHRISTI Diſcipulis) ABUNDANTIUS quidam nomine, præ ſenectute eum dixit deſipere. At ille denunciat ei rem per ſemetipſum experiri. Quod poſt probavit eventus : nam gladio vindice LEOVIGILDI eſt interemptus. Ceteros quoque cum non reſipiſcerent ab antiquis operibus, ira pendente divinitus, pari modo perjurio, doloque adgrediens, ſanguine eſt ipſorum graſſatus.

Cap. XXVII. Ejus obitus & ſepultura.

34. Sane adpropinquante mortis tempore, acceſſivit ſanctiſſimum ASELLUM Presbyterum, cum quo habebat Collegium, in cujus præſentia feliciſſima illa anima corpore ſoluta, cœlo eſt reddita. Tunc ejus beatiſſimi Viri ſtudio corpus ejus deportatum cum multo Religioſorum obſequio, depoſitumque eſt, ubi & manet, in ſuo Oratorio. Vale, vale ÆMILIANE Beate, & mortalium carens labore, in ſocietate piorum bono tuo potire, ac Relatoris tui BRAULIONIS inutilis memor ſuccurre interceſſor, ut per te inveniam veniam, qui mea nequeo effugere mala : & hanc merear mercedem vicariam, ut cujus exaravi ſtilo virtutes, ejus favore pro peccatorum meorum indulgentia meæ audiantur preces, atque cum his, quibus indignus cura Paſtorali præſideo, dignus inveniar in extremo judicio. Sentio me ſine Libelli urgeri; ſed qui diximus de viventis mirabilibus, cur taceamus de defuncti chariſmatibus? Duo, vel tria adducam in medium miracula, ut iſta, quæ aliorum teſtimonio nobis fuerunt narrata & ſub adnotatione teſtificata, effici poſſint credibiliora.

Cap. XXVIII. Cæci ad ejus tumulum illuminantur.

35. A tempore obitus hujus Sancti, uſque ad noſtram memoriam, quot fuerunt cæci ad ejus ſepulchrum illuminati, quanti etiam vexatitii purgati, vel diverſis ægritudinibus laborantes curati, huic Libello promulgatum eſt adjungere. Sed hoc ſolum dignum putavi ſcriptis tradere, quod illico poſt ejus tranſitum duo oculis orbati redditi ſunt lumini.

Cap. XXIX. Candela divinitus accenditur.

36. Anno autem ex hoc præterito, cum S. Juliani Martyris feſtivitas immineret, & oleum ad concinnanda luminaria deeſſet, candela minime eſt accenſa : quam ad vigilias ſurgentes, tam plenam oleo, ardentemque repererunt, ut non ſolum uſque mane officium luminis miniſtraret, ſed etiam ex abundantia reliquiarum virtus virtutem pareret.

Cap. XXX. Mulier cæca, & clauda ſanatur.

37. Deportata eſt ſcilicet ibi quædam mulier, nomine EUFRASIA de loco Banonico, clauda & cæca, fide tamen, in qua tantum ex hoc colligitur, erecta atque illuſtrata. Oculis, pedibuſque inuncta, ſtatim propitia divinitate lumen greſſumque eſt conſecuta. Credant illa, quæ relatione teſtium ſunt prolata, qui vident iſta noſtris temporibus acta. Denique & locus, quo degit, & perſona dudum infirma, & nunc ſanata eſt.

Cap. XXXI. Puella exanimis ſuſcitatur.

38. Sed & alia quædam iterum puella, annorum circiter quatuor, de loco Prato, quod non longe eſt ab ejus Oratorio, infirmitate adprehenſa, deducta eſt uſque ad vitæ extrema. Cujus parentes pietate permoti, & timentes orbari, ineunt conſilium, ut ad memoriam B. Viri Dei debeat deferri : quam tollentes, in itinere viſa eſt expiraſſe, fide tamen non deficiente, deferunt exanimem, & projiciunt ad Altare, jam die veſperaſcente ſecedunt inde, relinquentes neminem. Poſt trium vero horarum ſpatium, viſitant curioſiſſime, mœroreque tabidi, quid placuerit de ea efficere Creatori, reperiunt vivam, quam reliquerunt mortuam, & non ſolum viventem, ſed & ad Altaris tunicam ludentem. Magnificant Chriſtum omnium conditorem, qui reſpexit eorum devotam contritionem. En alterum noviſſimis temporibus noſtraque ætate Eliſæum, cujus mortua oſſa, exanimata viviſicant membra : niſi quod illi fugientes timidi, hi autem deferentes projiciunt fiducia pleni. Eſt quidem in hoc conſiderandum, quod unus idemque veteris & novi Teſtamenti Deus, Dominus Noſter JESUS-CHRISTUS, qui facit mirabilia ſolus, tunc ſub lege timore pavidis, necdum charitate firmatis, quæ foras mittit timorem, quia timor pœnam habet,

bet, abſcondit ſpem dulcedinis timentibus ſe : hic autem ſub gratia fidei, confidentia frutis perficit ſperantibus in ſe. Virtus quidem, quæ ſuſcitat mortuos, una; ſed diſpar ſicut temporis, ita & deferentium cauſa : illi autem deferebant, ut ſepelirent; iſti autem, ut viventem reciperent. Hinc datur intelligi, quanta illic ſancti Viri requie beatitudinis potiantur, quorum per memorias omnipotens Dominus tam mira operatur. Reddidimus promiſſum, ſupereſt ut claudamus ſermonis curſum, pandamuſque actiones gratiarum Chriſto Regi cœlorum, cujus ope & inſpiratione & cœptum hoc Opuſculum cernimus, & conſummatum, quique tribuit nobis ad ſolatia præſentium miſeriarum contemplationem vitæ Virorum ſanctorum; Qui vivit cum Deo Patre, & Spiritu-Sancto unus per omnia ſæculorum ſæcula, Amen. AN.CHR. 574 12. Nov.

HYMNUS S. BRAULIONIS
DE SANCTO ÆMILIANO.

O Magne rerum Chriſte Rector inclite,
Parent Olympi perpetim cui ſidera;
Et vota feſtis annuis faventia,
Largire nobis caſta, præbe & ſobria,
Placare poſſint quæ tuam clementiam.
Plebs ecce cuncta debitum recurſibus
Solvit dierum, prona corde, & corpore;
Confiſa mente deprecans ſuffragia,
Ut ſingulorum ponderata queſtibus,
Suſtollat alma pectora indulgentia.
Lætum rependit carminum concentibus
Cantum ſonoro pangit ore, faucibus;
Tua potenter ſupplices ut dextera,
Probroſa tollens acta noſtra corrigas,
Sis & malorum fautor intus flentium.
Semper petentes impetrare poſſumus
Noſtris medelam expiatos moribus;
Si nos benignus, & pius reſpexeris,
Qui tanta tantis contuliſti ſervulis,
Ut nil Patrono iſti deſit gratiæ.
Culpas gementes pandimus miſerrimi,
Non obſequelam perdituri credimus;
Cum copioſa paſcitur potentia
Regis; & adſtat ſupplicator optimus,
Qui flectere iram poteratque noxiam.
Ne quod beatis ſentiat cohortibus,
Hoſtis duellis pullulare caſibus:
Ne vel caducum germinare & odia,
Fraudem, dolumve permoveri machinis,
Flamma pudicis conflagare liliis.
Hæc mente fixa clara dum revolvimus,
Libet dicatum prædicare ſervulum;
Tuum miniſtrum Chriſte JESU vernulum;
Et feſta mixtis gaudiis cum pangimus
Sequatur inde tota te laudatio.
Tu ſacra Templa, tu, Pater, cœleſtia
Habes ſacrata tu, Deus, per ſæcula:
Regno potiris, & Regis præſentia

In

AN.CHR. 574 12.Nov.

In Sanctos Sanctis cerneris mirabilis,
Regnanſque ſolus mira factis exeris.
Hinc obſecramus expiari munera,
Redire prorſus per ſynaxin perditos,
Cœli receptes colloceſque in Regia:
Qui das reſurgant ut perempta corpora,
Concede corda ut convaleſcant gratia.
Noſtrum reatum confitentes prodimus,
Frenatus ictus occidat, ſententia
Quæ reddit atram dira conſcientiam:
Rogare donat cum voluntas proſpera
Tua patentem proditos, ac januam.
Momenta nulla tranſvolant in tempora.
Quæ non ſint noſtri ſordidata criminis:
Succedat ante, quæſumus, contagia,
Sic digna noſtris peſſimis purgatio,
Quam reddat ultor pœnam factis debitam.
Videmus orbes reſtitutos lumini,
Claudoſque plantis exilire tumidis;
Conſumpta tabe membra convaleſcere,
Mortis ſopore preſſa: demum ſurgere,
Lætos deinde convenire ſoſpites.
Repelli torvos & fugari dæmones,
Tormenta pœnis ejulantes Tartari:
Adire & cœlum verſipellis Angeli,
Suo latenter confodique vulnere,
Suiſque telis ſauciatum conteri.
Ut Conditoris hæc patent miracula,
Sic claudicantes mentis ægritudine
Serpens repulſus deſerat nequiſſimus;
Sic nigra corda nubilo ſocordiæ
Fulgore ſuo præmicent clariſſima.
Hæc nempe virtus Chriſtus eſt tutiſſima,
ÆMILIANUM quæ tulit per ardua
Vitæ trophæa, quæ coronat præmio,
Noſtris ut eſſet ſæculis ſectabilis;
Floretque fortis advocatus infimis.
Inite mecum conſonantes carmina,
Narrate cuncta, prædicate, & pſallite
Regi perenni, cujus hæc ſunt omnia,
Noſtri clamoris & reſultent cantica,
Polique templa reſonent concentibus.
Offerte Summo gloriam & Sublimi,
Offerte honorem Trinitati maximum,
Offerte grates ſæculorum Principi,
Offerte pſalmum vocibus, vel actibus,
Offerte laudem ſempiterna in ſæcula, Amen.

DE

DE S. SURANO ABBATE.

CIRCA AN. 575 24. Januar.

Ex Gregorio M. *lib.* 4. *Dial. cap.* 23.

1. QUIBUSDAM religioſis quoque viris atteſtantibus adhue in Monaſterio poſitus agnovi, quod hoc Langobardorum tempore juata in hae provineia quæ Sura *a* nominatur, quidam Monaſterii Pater vitæ venerabilis SURANUS nomine fuerit, qui captivis advenientibos atque a Langobardorum deprædatione fugientibus, cuncta quæ in Monaſterio videbatur habera, largitus eſt. Cumque in eleemoſynis veſtimenta ſua ac Fratrum omnia & cellarium conſumpſiſſet, quidquid habere in horto potuit, eapendit.

Surani chaitas.

2. Eapenſis vero rebus omnibus, Langobardi ad eum ſubito venerunt, eumque tenuerunt, & aurum petere cœperunt. Quibus eum ille diceret ſe omnimodo nihil habere, in viciuum moutem ab eis ductus eſt, in quo ſilva immenſæ magnitudinis ſtabat. Ibi captivus quidam ſugiens iu eava arbore latebat, ubi nnus ex Langobardis educto gladio prædictum venerabilem occidit virum. Cujus corpore iu terram cadente mons omnis protinus & ſilva concuſſa eſt, ac ſi ſe ferre non poſſe pondus ſanctitatis ejus diceret terra, quæ tremuiſſet.

Eo a Langobardis cæſo terra tremlt.

VITA S. MAGLORII EPISCOPI DOLENSIS IN ARMORICA.

CIRCA AN. 575 24. Octobr.

Reſtituta ad MS. cod. S. Germani Pratenſis.

1. MAGNIFICÆ ſanctitatis vir Domini MAGLORIUS trans maritimas partes oriundus fuit, ducens originem ea Britannisrum ſtirpe nationum. MAGLORIUS autem per interpretationem Magnus gloria dici poteſt. Et merito tali fulget nomine, quod acquiſivit opere. Hauſit etiam ſpeciem carnis ab arce alti ſanguinis. Cujus ſpectabilis genitor UMARAFAL, mater vero AFFRELLA vocabatur. Præclaræ etiam conſanguinitatis ſancti ac beatiſſimi SAMSONIS extitit conſors. Qui uterque Monachicæ normam habentes religionis quodam egregii GARMANI Autiſſiodorenſis Eccleſiæ Præſulis diſcipulo, nomine HELTUTO *b*, tam artium liberalium quam & Divinorum eloquiorum inſtantiſſima eruditione fuerunt edocti. Qui ſcilicet Præſul Germanus commemoratam ſuperius Britannorum nationem ad terebrandam pravi dogmatis hæreticorum fallaciam, quæ in ea jam adeo pullulaverat, olim expetiit. Teſtabantur autam ipſi docentes liberos ea patribus & matribus baptizatis procreatos ſine Baptiſmi gratia poſſe ſalvari, eum dominus dicat: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*. Quo prærogativa Catholicæ fidei errore depreſſo ad Sedem propriam remeavit. Poſt cujus abſceſſum in progreſſu temporum præmiſſus SAMSON beatiſſimus, pro eo quod ſemper Divinis cultibus mancipatus ſummæque religioni deditus extiterat, a Clero & plebe ejuſdem gentis, dignus honore acclamatur, & ut gregem Domini Pontificali prælatione regeret, ab omnibus eligitur, atque eo adunato Epiſcoporum comitatu juxta Sanctorum Patrum inſtitutionem in Archipræſulatus ſolium ſublimis licet iuvitus attollitur.

Maglorii patria & parentes.

Præceptor.

Hæreſis Pelagianorum.

Joan. 3. 5.

S. Samſon fit Epiſcopus.

2. Cum vero jam per gratiam Domini aſſumpta ſarcinæ paſtoralis ſollicitudine aidem plebi præeſſet, viro ſanctiſſimo Maglorio, quem moribus honeſtis, videlicet jejuniis, vigiliis, & orationibus continuis, elemoſynarum largitatibus, immo etiam ſanctæ caſtitatis obſervantiæ inſiſtere cernebat, ad inferendam Menſæ Domini & ad diſpenſandam vivifici Corporis & Sanguinis ejus conſecrationem Diaconii officium impoſuit, eique pro ſuæ ſanctitatis merito piæ devotionis reverentiam exhibuit: ſuper plebem autem ſuam ad diſtribuendam ei in tempore verbi divini menſuram diſpenſatorem conſtituit. Cum qua plebe idem Confeſſor Chriſti diu pernoa exiſtens, innumeris claruit exemplis & documentis, inſuper & miraculis.

Maglorius ab eo Diaconus ordinatur.

3. Tandem vero percurrentibus quibuſdam annis, tactus rore cœleſti, non immemor verborum Domini dicentis: *Euntes per univerſum mundum docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, valefaciens plebi ſuæ, inde ſimul eum beato Maglorio & quorumdam tam Clericorum quam Laicorum collegio receſſit, & ad prædicandum populo ejoſdem linguæ in Occidente conſiſtenti mare transfretavit, properans filiobus

In Armoricam trajicit cum S. Samſone.

Matth. 28. 19.

a In Umbriæ provincia Suanenſes populi memorantur a Plinio in lib. 3. cap. 5.

b Ex hoc corrigendus Alberti de Monte-Relaxo calculus, qui S. Maglorium an. 535. natum ſcribit. Nam cum S. Germanus Autiſſiodorenſis vix ad annum 450. pervenerit, Elturus ejus diſcipulus centum poſt annis vivere non potuit.

CIRCA AN. 575 24. Octobr. bus territorii Dolenſis *a*: Ubi a ſtrenuiſſimo Rege Francorum CHILDEBERTO accepto Archipræſulatus regimine non ſolum inibi, verum etiam in omnem Britannorum regionem ſeu in circuitu ejus longe lateque celebre nomen ejus exiit, ita ut multo plura atque majora quam prius, ut in geſtis ejus legitur, exerceret miracula. Quid diutius immorari videmur? qualia autem quantave in prioribus qui trans mare morabantur litoribus & in occiduis reſidebant populis ipſe fecerit, litteraria nequaquam valent aſſertione comprehendi.

Samſon Dolenſis Archiepiſcopus inſtituitur. Morti proximus Maglorium deſignat ſucceſſorem. 4. His modo interim omiſſis ad glorioſum ipſius ſancti Confeſſoris finem tranſeamus. Qui expleto multorum annorum curriculo, in quo ei ſemper Chriſtus vivere fuit, & finis initium vivendi dedit, cum jam in lecto decidens vi febrium laboraret, & jam vicinam ſibi mortem adeſſe ſentiret, longe ſuperius memoratum beatum Maglorium ſimul cum Fratribus Eccleſiæ ſuæ præcepit ſibi advenire. Quibus accerſitis dixit eis diſſolutionem ſui corporis imminere. Reſpiciens ad beatum Maglorium cum Fratribus ait illi: Scito te, Frater Cariſſime, poſt ſolutionem carnis meæ in hac Eccleſia, cui huc uſque præſui, paſtorale magiſterium ſuſcepturum. Ideo tibi ſuggerere cupio, ut in cultu propoſitoque ſancti amoris, ſicut cœpiſti, magis magiſque deinceps inardeſcere videaris; ac lumen quod a Domino percipere meruiſti, ne juxta vocem Domini ſub modio abſcondas, ſed ſuper candelabrum, & ut videant hi qui in domo Domini ſunt conſerva: in quo ſiquidem ego hactenus ipſius Domini ordinante pietate prout potui laboravi. Tu autem ſuper caulas dominici gregis jam tibi commiſſas pervigil & ſollicitus eſto, ut ab ipſo inde recompenſatore bonorum omnium Domino cum eodem in cœleſtibus merearis audire: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ante conſtitutionem mundi.* Tunc vero ſanctus Maglorius & omnes qui illic aderant, cum audiſſent dixiſſe ſe e vicino ſubire mortis diſpendium, cum ejulatu & fletu magno dicebant: Cur nos, pater, deſeris? aut quare nos dereliquis? Quibus ipſe ait: Nolite, Fratres, talia agere; nolite contriſtari, quoniam ſicut Helyas bonum poſt ſe diſcipulum, videlicet Heliſeum reliquit: ita & ego vobis a Deo datum, qui a primævo ſummæ religionis ſanctæque operationis exhibitionibus illuſtris fuit, Maglorium ſuperſtitem relinquo miniſtrum. Poſt hanc vocem idem in præſentia omnium ſancta ſanctorum ſumens, coronam juſtitiæ quæ ei repoſita erat, percepturus, ad ſiderea mundus perrexit habitacula, ubi cum Domino ſine fine victurus lætatur.

Math. 25. 34.

Maglorius Samſoni ſuccedit. 5. Beatiſſimus igitur Maglorius poſt exceſſum glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Samſonis juxta ſermonem ejus Pontificali honore Dolenſis Eccleſiæ ſublimatus, regimen eſt adeptus: ubi ejuſdem Chriſti clementia, qui dat multa & non improperat, & ſemper bona largitur, auxiliatus, magnarum virtutum inſignia operatus eſt, ut Dominus ad diſcipulos ait: *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra opera bona & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt*; quarum hujuſmodi rudimenta fuerunt.

Math. 5.

Qualiter litteras didicerit. 6. Cum beatus Maglorius puerili deſerviret ætati, in ſchola a parentibus traditur erudiendus. Cui cœlitus tanta ad diſcendum inerat gratia, ut omnes condiſcipulos ejus, qui ad hanc eruditionem pari voto, parique affectu reſidebant, inſertis tabulæ ejus apicibus multimodæ capacitatis ſenſu excederet. Unde non ſolum magiſtrum, verumetiam quoſdam qui audierant, admirantes reddebat. Factum eſt autem cum quadam die a magiſtro lectionem reddere rogatus eſſet, inventa eſt in tabula ejus amplior quam ipſe deſcripſiſſet litterarum inſertio. Quam cum idem magiſter inveniſſet, & inde hæſitaret, inter cordis arcana ſilentio abſcondit, donec experimento didiciſſet ſi ita res ſe haberet, an non. Confeſtim autem tabulam iterum accipiens, lectionem puero, ut ante conſueverat, eodem libramine edidit, & ipſam in quodam conclavi clauſo oſtio ac diligenter obſerato occultavit. In craſtinum autem repetens illam, triſariam magis, quam ipſe inſeruerat, per manum Angelicam exarationem reperit. Qui vero cum jam rem ſic evidenter digeſtam comperiſſet, palam Domini (quam revelari dignum eſt) virtutem omnibus evangelizare decrevit. Unde ſuper hunc puerum cuncti qui aderant, ſumma alacritate congratulantes, multiplices una voce Domino reddiderunt laudes, qui non ſolum magnis ſed etiam copioſum munus gratiæ ſuæ impertiri dignatur parvulis. Quem etiam in ſuccedentibus temporibus micæ ſanctitatis habitum adepturum & ſigna magna facturum (quod poſtea probavit eventus) prædixerunt. Ad cujus ſanctiſſimi Confeſſoris merita modo mentem revolventes, totis Præcordiorum niſibus ejus glorioſam hodie recolamus ſolemnitatem, ac piis precibus patrocinia imploremus: quia adeo dignus eſt venerari laudarique, qui talem ac tantum meruit habere præceptorem & magiſtrum.

De abdicanda Prælatura cœlitus admonetur. 7. Cum igitur glorioſus Confeſſor Chriſti MAGLORIUS ſummæ devotionis certamine ſublimem Archiepiſcopii obtineret arcem, in qua (ut præmiſſum eſt) ſpectabilibus documentis ſimul & exemplis, inſuper & virtutibus luculenter eniteſceret; nocte quadam Angelus Domini in ſomnis apparuit ei dicens: Hactenus quidem, Maglori, ad regendum gregem Domini ſub Epiſcopatus regimine publica habitatione converſatus, nunc autem ut ſimplici oculo totum corpus tuum lucidum exiſtens indeſeſſas Domini laudes licentius celebrare queas, hinc egredere & ad quædam remotioris loci latibula ſolitariam vitam ducens proficiſcere. Hunc vero locum, in quo hactenus bonum certamen

a Hinc refellitur Albertus de Monte-Relaxo, qui Maglorium & Samſonem in Armorica natos ſcribit.

CIRCA AN. 575 24. Octobr.

men certaſti & gregi dominico pendeſſe ſtuduiſti, gloriæ ſancti Samſonis prædeceſſoris tui ſcito eſſe a Deo deſtinatum. Tibi autem omnipotens Deus tuus ſpecialiter alium præparavit locum, in quo oves proprias ſub Monachica religione Paſtor bonus gubernans innumeris virtutibus ſublimari mereberis. Mane igitur viſionem Confeſſor Chriſti valde admirans, a ſomno expergefactus dixit: Gratias tibi ago Domine, qui per ſalutaria ſancti Angeli tui affamina, ea quæ longe ante æſtuanti deſiderio mente optaveram, ut opere exercere decertarem, indigno ſervo tuo pietatis tuæ ſuggeſtione notum facere dignatus es.

Budocum Dolenſi Eccleſiæ præficit.

8. Protinus autem cui ad alendos ſibi olim commiſſos relinqueret greges, quaſque ad commorandum, ut verbis Angelicis didicerat, partes eligeret, tacite in radice cordis indagare cœpit. Inter quæ cum eainde hæſitaret, memoriæ tradidit quod in quadam terra quam aliquando Rex Raddualus in augmentum Epiſcopatus ſui dederat, commoratio ejus fieri poſſet. His autem taliter apud ſe recenſitis, non multo poſt quemdam virum nomine Budocum, qoem a primævæ ætatis rudimentis ſancte & religioſe ſecum vivere cognovit, in ordine vices ſuæ Dolrofis Eccleſiæ Epiſcopum conſecravit.

Secedit in ſolitudinem.

9. Quo huic Eccleſiæ in Paſtorem mancipato, terram ſuperius cummemoratam, quam idem ſanctus Maglorius diſpoſuerat, tam Clero quam plebi valeſaciens expetere agonizavit. In cujus abſceſſu quantus luctus omnium, quanta vox plangenſium inibi exitit, impoſſibile eſt lingua enarrari. Quam ingreſſus in divini amoris cultibus videlicet creberrimis jejuniorum vigiliarumque atque orationum exhibitionibus intantum ferventius exarſit, ut velut aliquantiſper ſpiritum exhalaret, & ab aliquo ipſo auditu auris vix capi poſſet. Quoniam quidem, cum fama ejuſdem ſancti viri huc illucque peragrans crebreſceret, nonnolli ex diverſis regionibus diverſos languores habentes, ſcilicet cæci, claudi, leproſi, & a dæmonibus obſeſſi ut ſanarentur ad eum confluebant. Multi namque ut audirent ſapientiam ejus qua ſalutis ſuæ medicamina adipiſci poſſent, ejus præſentiam inviſere applaudebant. Plerique etiam non minima theſaurorum munuſcula, videlicet auri argentique & cetera donaria acſi pro gratiarum actione illi ufferebant: ſed idem velut ſtercore ſtercora parvipendens, indigentibus, viduis, orphanis, captivis, penuria famis laborantibus confeſtim erogabat.

A pluribus frequentatur.

Opes ſibi oblatas egentibus diſtribuit.

A turba ſecedere meditatur.

10. Cum autem in his omnes perſeverarent donariis, & immenſus circumvallaret eum concurſus populorum, cœpit contriſtari dicens ſibi: Væ mihi! Quid profuit propria deſerere & aliena petere, ubi multo magis me plebeii tegminis coadunatio & immaniſſima divitiarum redundat amplificatio? Cum enim dudum a mundi hujus deſideriis arbitrarer exſpoliari, his nunc magis incipio veſtiri. Vel cum eſſem terrenarum rerum expers, proh dolor! divrs factus ſum. Qui cum talia ſecum revolverer & ingenti coarraretur anxierate, menti ejus accidit ut prædictum quem ordinavit Epiſcopum ſoæ juberet advenire præſentiæ, ad quem mox legatum direxit. Qui videlicet Epiſcopus jamdictus ruptis horarum morulis celerrime occurrit ei. Cui beatus Maglorius irrigata facie lacrymis, qualis & quanta a multitudine vulgi perpeſſus eſt retulit. Ubi ſtatim addidit: Pro certo noveris me hinc impromptu egreſſurum, & ad locum ubi nulla exiſtunt hominis indicia profecturum. Quem idem Epiſcopus vehementer cernens mœſtitiæ dari, ad excipiendam doloris ejus compaſſionem quodam protraxit ſilentium.

Conſulit Budocum Dolenſem Epiſcopum.

Saluti proximi vacare ſuadetur.

11. Sed interpoſito quodam horarum curriculo, dulci jam cum illo cœpit fari colloquio, Scio, inquiens, Domine, ob confluentium ad te populorum excitationem, qui pro ſpe ſalutis a mercede tua expoſcunt ſuffragia, valida te labefactari fatigatione. Audivi enim quod tibi velle adjacet hinc recedere, & abrupta expetere. Verum ſi id exequi agonizaveris, pater, valde cavendum eſt, ne dum ſpiritualis alimoniæ pauperibus Chriſti qua illis vivere eſt triticum ſubtraxeris, cujuslibet incidas laqueum diſcriminis. Melius enim eſt oves Domini colligere quam diſpergere: Melius eſt contritos corde ſanare, quam infirmos relinquere. Olim vero in propriam laboraſti meſſem, nunc autem in alienam & copioſam id exercere ut bonus paſtor decerne, ut ad horreum Chriſti utraſque recum perducas, & ea bis duplicia poſſideas. In quo ipſius Chriſti imitator factus es, qui plebi ſuæ, ſcilicet Judaico populo per ſe primum & poſtmodum per Apoſtolos gentibus doctrinam inſeruit. Horum ſiquidem populorum moleſtias circa te exagitatas perſpicere debes onus leve; quod etiam recompenſabitur tibi in magna retributione. Quod ut te minime latet, ipſe Chriſtus Dominus noſter, dum in ſinu Patris quieſceret, huic mundo ad ſanandos infirmorum languores ſe contulit. Unde ipſe ait: Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Quos etiam non refugit, ſed clementer dare animam ſuam pro eis cenſuit. Hinc namque idem in quodam Evangelio ex libro Iſaiæ de ſeipſo ait: *Spiritus Domini ſuper me eo quod unxit me evangelizare pauperibus miſit me: ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, cæcis viſum; dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum & diem retributionis.* Cujus Sanctus Domini Maglorius hæc ſaluberrima libenter obaudivit monita, verborum Domini recordatus, quibus ad Apoſtolos ait: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.*

Math. 9. 12

Iſa. 61.

Luc. 10. 16.

Comitem leproſum ſanat.

12. Factum eſt autem non poſt multum temporis jam ſæpedicto Epiſcopo ad propria reverſo, quidam Comes nomine Loiescon valde divitiarum opibus obſitus, ſed ſeptenis annis leproſus; & qui multam in medicos erogaverat ſubſtantiam, ſed a nullo potuit curari; qui etiam in quamdam inſulam in ſinu maris ſitam degens, cum celeberrimam ſancti-

CIRCA AN. 575 24. Octob.

ctiſſimi viri Meglorii audivit famam huc illucque longe diffuſam cum quibuſdam ſibi aſſiſtentibus ſupplex ad eum venit, & tumentem exhibens vulnerum ſuorum putredinem, qua graviter detinebatur, procidens ad pedes ejus efflagitans ut ſui miſereretur. Quem intuens ait, Quid queris? Aut quæ eſt veniendi ad me petitio tua? Reſpondit ei languidus: Ut ſacris precum tuarum auxiliis fretus a lepra quam vides, mundari merear. Ait autem ſanctus Maglorius: Quomodo poteſt fieri, cum ſim immundus mente & tu immundus corpore, immundus immundum curare valeam? Tunc vero triduanum beatus Maglorius ei indixit jejunium, quod ipſe cum quibuſdam Sacerdotibus & Levitis pariter & devotis viris Christo Domino conſuete famulantibus pie exercuit. Quo peracto cum letaniarum obſecratione in balnearium dolium juſſit imponi. Super quem manus imponens elevatis oculis in cœlum dixit: Domine Jesu-Christe per quem omnia creata ſunt, qui Naamam per Prophetam in Jordanis flumine a lepra ſua mundaſti, & pro peccatoribus ſalvandis a ſupernis ad infima deſcendiſti; qui etiam in fine ſæculi in prædicto flumine Jordanis generis humani crimina per baptiſmi tui lavacrum contrito inibi hoſtis antiqui capite diluiſti, & Mariæ Magdalenæ facinora miſericorditer amputaſti; non in juſtificationibus noſtris, ſed in miſerationibus tuis multis, precor Domine, ut hunc hominem qui ad clementiam tuam exquirens me venit, ad laudem & gloriam nominis tui digneris a lepra quam habet mundare, ut omnes qui viderint glorificent te. His dictis beato Maglorio manu totum corpus ejus tangente, non ſolum lepra ab eo receſſit, verumetiam nec cicatrix in eo uſque apparuit; ſed facta eſt caro ejus ſicut caro parvuli. Quanta igitur de hac celerrima & admiranda emundatione dixerint qui viderunt & audierunt, non eſt noſtræ facultatis evolvere.

Prædii cujuſdam medietatem a Comite oblatam recipit.

13. Poſt hujus lepræ emundationem prædictus Comes Loieſcon ſancti Maglorii pedibus provolutus, laudes de tanto munere percepto lacrymabili affectu Domino ipſique retulit. Erat autem idem Comes, ut ſuperius dictum eſt copioſarum rerum, videlicet auri & argenti, ſervorum & ancillarum, jumentorum quoque ac diverſorum pecorum vinearumque inſuper & optimarum terrarum poſſeſſionibus locupletatus. Cujus vero terrarum magnitudo in quibuſdam locis ſparſim ſita, triplici continebatur diviſione: quarum utique unam ſcilicet diviſionem non integram ſed dimidiam idem Comes beato Maglorio in munere contulit: quam beatus Confeſſor excipere, & ſuo dominio ſubdere non reſpuit. Has etiam terrarum diviſiones, multitudo copioſa avium, quæ miræ magnitudinis & pulchræ erant, conſuete frequentabant. Captura quoque piſcium ingens in ſinu maris e contra vehementiſſime pullulabat.

Aliam partem non ſine miraculo obtinet.

14. Contigit autem cum beatus Maglorius ſuæ medietatis, quam Comes ei dederat, portionem penetraſſet, omnis avium ſimulque piſcium congeries, quæ alteri inerat medietati Comitis, velut perterrita expavit, & fugam iniit, partemque ſancti Maglorii, ipſius præſentiæ acſi Domino ſuo debitæ ſervitutis obſequium præſtans, expetiit. Quam rem uxor ejuſdem Comitis graviter ferens ſuaſit ei, ut illam ſibi excipiendo vendicaret, & quam atroque genere orbatam tenebat, beato Maglorio erogaret. Cujus nequam ſuggeſtionem maritus confeſtim ſuſcipiens, quod non debuit, explere decrevit. Facta autem hac nefandæ commutationis controverſia, ſubito eadem medietas terræ Comitis, quam avara a ſancto Maglorio ſubripuere, avibus pariter & piſcibus aliena facta eſt. qui omnes infinitæ multitudinis prædicti generis velut mutuatim inito conſilio mox ad Dominum ſuum Maglorium reverſi ſunt. Qua de re idem Comes apud ſe, eo quod taliter egiſſet pœnitentia ductus, utramque terram perpetim habendam, id eſt, medietatem quam tenebat & quam dederat ſancto Maglorio conceſſit. Qua ſibi collata, avium, & piſcium agmina omnem utriuſque partis terram, ſicuti antea conſueverunt, repleverunt. Quæ res ſic digeſta non ſolum his qui circa mare morabantur, verumetiam in diuturnis terrarum ſpatiis in admiratione ſuſcepta innotuit.

Cœnobium conſtruxit 82. Monachis.

15. In quo ſiquidem loco idem vir beatiſſimus Maglorius ſub ſanctæ converſationis habitu, quam velut theſauros abſconditos in animo gerebat, ſemperque ad exemplum hominum foras exhibebat, degens, Eccleſiam ædificavit, ibique Monachorum ſexaginta duorum collegium, quos vitæ ſuæ eruditione inſtruxit, ad explendum Deo Sanctiſque ejus debitæ ſervitutis officium collocavit. Ubi etiam qualis quantave, ut ſuperius relata ſunt, fecerit & docuerit, quibus virtutibus enituerit, non humana comprehenſio, ſed qui micantes ſtellas numerat novit. De cujus ſanctiſſima converſatione quiddam breviter intermiſcere volumus.

Ejus caſtitas.

16. In primo omnium non ſolum in eo ſummæ caſtitatis, ſed etiam virginitatis ab utero matris lumen refulſit. Panem quoque hordeaceum, & quæ viliora ſunt leguminis, etiam parce in cibum ſumpſit; in quarta autem feria & ſexta ab omnium ciborum pabulo extitit alienus. Quam obſervationem jejunii in quarta feria explevit, eo quod in ea ſacrilegi & rei ſcti Judæi ſanguinum, ut auctorem ſuum Dominum morti traderent, pactum ſtatuerunt: ſexta autem feria, quia id quod de corde conceperant, ipſum cruci affigentes, in hac opere compleverunt. Corpus vero ejus jugiter cilicio tegebatur: veſtimentis quoque a foris nec multimodis vilibus, nec pretioſis ſed mediocribus (ne forte humanarum laudum blandiretur fomentis, quod eſt muſcipula æternæ damnationis) induebatur.

Jejunia.

Ratio jejunii feriæ 4. & 6.

Ejus veſtes.

Abſtinentia.

17. Poſtquam autem per Angelicam ſuggeſtionem ab arca propriæ Sedis ſuæ, videlicet Dolenſis

lenſis Eccleſiæ, digreſſus loca deſerta requiſivit, nec vinum nec ſiceram bibit; perpaucis CIRCA AN.
denique piſciculis tantum in ſacris ſolemniis, quos pro egregiis reputabat deliciis, coactus a 575
religioſis Deum vita contemplantibus Monachis utebatur. Excubias autem noctis, cum 24. Octob.
Fratres ſe ſopori darent, clandeſtina remotione ab eis ſequeſtratus, ſuper crepidinem al-
vei maris uſque ad Matutinarum celebrationem pervigil atque inſomnis ducebat. Hoſpi- Vigiliæ.
talitatis receptionem non ſolum indigentibus, verumetiam aliis quampluribus, qui hujus Hoſpitalitas.
rei neceſſitate ad ſe venerant, ut ſcriptum eſt: *Hilarem enim datorem diligit Deus*, ul-
tro exhibebat. Quid diutius immorari videmur? Omnes quas vas electionis Paulus Apo-
ſtolus virtutes enumerat, ei adhibitæ videbantur: quod eſt charitas, gaudium, pax, pa-
tientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia, & ut dictum eſt,
caſtitas.

18. Libet adhuc de quibuſdam virtutum ſuarum, excepta ejus admirabili vita, quas ſu-
perius commemoratis addidit, hoc loco ſummatim aliquid perſtringere. Quadam vero die Piſcatorem
eum ab aliquibus ſibi ſervientibus famulis ad refocillanda Monachorum quodammodo piſci- undis ab-
bus corpora in mari diluculo retia mitterentur, contigit ut unus ex his caſu repentino ab ſorptum re-
eodem abſorberetur. Cujus mors violenta beatum virum minime latuit, qui mox flens, & vocat ad vi-
ejulans ſe reum hujus hominis affirmavit eſſe mortis. Unde indefeſſis tota die efflagitationi- tam.
bus conglobatis ſibi Monachis in Eccleſia coram Sancto Altari ſe abjiciens clamavit ad Domi-
num, ut non ſuper interitum præcipitati iraſceretur furor ejus contra eum. Adveſperaſcen-
te autem die cum jam ſol ad occaſum occubuiſſet, adhibitis ſibi eiſdem Monachis cum Pſal-
morum Letaniarumque decantationibus litus maris e contra expetiit, terræque ſe ſtravit,
& profuſus lacrymis in cœlum reſpexit, & ut vel mortuum torrens inundans maris ſibi
redderet, clementiam Domini peroravit. Qua oratione expleta, mare tumidum quem de-
glutierat & ante morti iuſſum tenuerat, jam jubente Domino precibus Sancti Confeſſoris ad
litora Jonæ Prophetæ hominem evomuit vivum. Super quem ſcilicet redivivum; dum jam
Domini gratiam ſibi adeſſe, & quia non eſt aſpernatus preces ejus cognovit, ſacra exinde Piſcium abſtinentiam
Divini muneris libamina Domino obtulit, & quod deinceps pro lapſu olim mortui nullo pi- Deo vovet.
ſcium genimine deguſtaret, votum ei vovere cenſuit.

19. Profecuta autem ſeptem dierum revolutione, cum more ſolito nocturnis temporibus
ſacras vigilias celebraret, iterum Angelus Domini apparuit ei dicens: Piſciculis, quos an-
tea eſſe conſueſcebas, quoſque voto abjeciſti, perpaucis veſcere. Ubi quoque addidit: Abſolvitur a voto.
Spretis ceteris argumentis, quibus genus piſcium irretiri dinoſcitur, cuidam ex famulis
tuis præcipe ut altum mare adeat, primumque piſcem quem invenerit tollat, & caudæ
ejus pinnulas ferro abſcidat, hamum quoque manu tenens in hoc projiciat. Hoc igitur
erit ei in ſignum quod quotieſcumque eumdem piſcem repererit, piſcatio ceſſabit. Quæ et-
iam, ut evidenter, oſtenditur, juxta dictum Angelicum tantam horarum prolixitatem pro-
trahebat, donec idem piſcis ab aquis denuo amoveretur. Nam quanto major circa bea-
tum virum inerat hominum coadunatio, tanto diutius habebatur piſcis occultatio; & quan-
to eorum minoratio, tanto exigua ejuſdem piſcis exiſtebat commoratio. Piſcis autem iſte
(ut ſub ridiculo dicamus) fidelis ſervus Domini ſui invenitur: qui cum pro quantitate
& neceſſaria eſurie ſupradictorum hominum conſocios ſuos eidem Domino, ut nullo ho-
rum indigeat, colligit, quid aliud niſi habile debitæ ſervitutis obſequium impendit? cum
idem vero ad primam apparitionem juſſu Sancti aquis ſummittitur & ad ſodalium ſuorum
agmina revertitur, quid aliud (ut diximus) niſi quaſi diſcrete quales ex his quantique ad men-
ſam Domini ſui venire debeant convocat, & convocando invitat: Ad quem poſt invitationem
& adinventionem eorum ultimus vadit & ipſe: ac ſi ad eos loquens dicat: Si hinc non
acquieſcentes mihi exire renueritis, vel inciſionis ſignum quod a Domino accepi, aſpi-
cite.

20. His quoque jocundati dictis ad piſcationem primam redeamus: quæ vita comite
ipſius Confeſſoris, eumdem, ſicut digeſtum eſt, ſine mutabilitate indiſtanter ritum obti-
nuit. Poſt cujus glorioſum, ut fertur, exceſſum omnibus artis piſcatoriæ peritis ſe inda-
gantibus antiquum morem reſtituit, hunc quoque denegavit. In qua piſcatione (quod
retro obliti ſumus) quodam tempore accidit quod famulus qui aſſuete piſces aquis exhau-
ſerat & menſæ deferebat, cum olim eis hamum ad piſcandum ſubponeret, ferrumque
(quod vulgi vocabulo cultellus nuncupatur) manu teneret, utrumque inibi projecit.
De quo ipſe cœpit valde contriſtari: Quod mox in notitiam ſancti viri a quibuſdam
relatum eſt. Qui hoc audiens, ipſum ad ſe accerſiri juſſit. Ad quem, Noli, inquit,
ulla coarctari moleſtia, quia craſtina die illud reperies. Unde famulus eo quod in profun-
dam maris abyſſum jecerat, verba ejus deliramenta reputavit, & omne quod Confeſſor ei
dixerat, impoſſibile credidit. Cum vero ex more inorbita diei revoluta ſolitam piſcium
requireret capturam: eoſque caperet & ad domum referret; confeſtim beatus Maglo-
rius quoſdam illorum intuens, cœlica inſpiratione quis eorum eſſet quo ferrum illud de-
tinebatur intellexit. Quem baculo tangens ſuper hunc hæſitanti famulo dixit: Hunc exen-
tera piſcem, quia in eo ferrum quod amiſiſti, invenietur tibi. Quæ res, ut Sanctus fu-
turorum præſcius prophetaverat, eſt publice inventa, & ambiguitas famuli oblivioni tra-
dita. Quod valde omnes qui hoc & multa alia quæ fecit, quæ etiam libris comprehen-
di non poſſunt audiere, mirati ſunt. Quis enim beatum Maglorium condigne venerari

CIRCA AN. 575 24. Octobr.

Pſal. 8.9.

queat, cum non ſolum homines verumetiam irrationalis creatura; videlicet juxta tonitruum Pſalmiſtæ dicentis: Volucres cœli, & piſces maris qui perambulant ſemitas maris, dum veſtigia ejus ſubſequuntur, dumque ipſi ad veſcendum mirabiliter parant eſcas, obediunt imperio? Quis namque eum rite laudare valeat ad cujus vocem mare contremuit, hominemque cui olim vitam abſtulit ad litus beatiſſimo eidem Conſeſſori vivum reddidit? Unde laus ſit & gloria Chriſto Domino qui operatur omnia in omnibus.

Famiſ ſpirituali & corporali ſubvenit.

21. Aliarum quoque virtutum inſignia quæ per eumdem Archipræſulem divinæ pietatis immenſitas quaſi quodam jubare terris emergere voluit, lenta ſilentii torpedine arbitror non eſſe prætermittenda. Igitur Fratres dilectiſſimi, quia tempus & res exigit, ut veridicus ſermo capiat exordium, pauca quæ de illius virtutum pelago quorumdam Religioſorum attigi relatu, prout divina largitas imperitiæ meæ vires adminiſtraverit, lembum exiguum ſcandens humili charactere breviter expedire non differam. Itaque cum præfati viri Maglorii volatilis fama regiones & urbes longe lateque circa utramque alvei maris crepidinem ſitam celeri volatu perluſtrare cœpiſſet; Britannia, olim fertilis regio, diræ famis acerbitate, negantibus ſulcis ſemina ſibi credita reddere, vehementiſſime cœpit urgeri. Cumque fames oppido inolevit, & inter finitimos nulla commercia poſſent inveniri unde fames poſſet adimi, multi nobilium diræ peſtis novitate perculſi, paterna linquentes magnalia ut turpe famis periculum poſſent evadere, beati viri præſentiam catervatim adire cœperunt. Cumque a beatiſſimo viro paſtum corporalem anxie appeterent, ipſe de animarum lucris plus ſollicitus, æternæ vitæ præmium, ſi a vitiis tranſactis reſipiſcerent, paterno pollicebatur affectu. Nam præfatus vir inter ceteras virtutes, quibus aliis imminebat, litteralibus ſtudiis ſatis erat imbutus. Ergo vir doctiloquus ex veteri & novo ut doctus ſcriba poteſtative dogmatizans, illorum mentes in ſcientiam primitus divinis ſuſtentabat adjumentis, deinde corpoream fragilitatem carnis neceſſariis ſuſtentabat alimentis: ſicque gemino paſtu refocillati precibus indefeſſis, vocibus aſſiduis Deo omnipotenti innumeras referebant grates, qui tantæ ſcientiæ virum ſibi & Deo deliteſcere cupientem & familiæ ſuæ præeſſe & illorum neceſſitati ſubvenire ſuo ineffabili conſilio modernis temporibus ſubrogaſſet.

* Jarſay

Fratres de Monaſterii penuria turbatos ſolatur.

22. Interea dum apud Sargiam * hæc agerentur, ob multitudinem confluentium magnum penus Monaſterii parvo ſpatio viſum eſt conſummari. Quod œconomus & Decanus conſenſu Fratrum Monaſterio condolentes, quadam die finito Curſu matutinali beato viro intimare voce lugubri aggreſſi ſunt dicentes: Pater ſancte, ovilis tibi commiſſi grex devotiſſimus, qui ſub tuo regimine jugum Chriſti ferentes monaſtice vivunt, conſilium vivendi a te expetunt, veſtræ notitiæ humiliter intimantes cerealia dona necnon & bacchica in hoc Monaſterio jam jamque deficere. His auditis vir beatiſſimus nullo mœrore dejectus vel quid animi Fratres haberent vel quid agendum decernerent, ſagaci inveſtigatione diſquirit. Tunc œconomus cum Decano Monaſterii velle Fratrum tale eſſe intulerunt, ut paucis ſecum remanentibus ceteri Fratres accepta illius licentia, ut inopem vitam a periculo famis eripere poſſent, longinquas adirent regiones, & ſedata fame vitaque conſervata ad eumdem Patrem Chriſto militatori incolumes quandoque redirent. Sanctus vero Maglorius audita Fratrum diſperſione longa ſuſpiria imo pectore trahens ſingultu quatiente, & lacrymis obortis aliquantiſper obmutuit. Sed tranſacto tempore lacrymarum reſipiſcens Prophetica & Evangelica voce reſpondit: O Fratres minimæ fidei, quare eſtis tam timidi? Nonne potens eſt Deus parare menſam in deſerto? Quis enorme virorum agmen temporibus priſcis Angelicis paſtibus ſatiavit? Quis illorum veſtimenta quinis annorum decurſibus octies labentibus ab omni integra vetuſtate reſervavit? Quis petram ſiccam atque duriſſimam, ut populus biberet & jumenta, largiſſimas fundere juſſit aquas? Nempe virtus Domini noſtri Jesu-Christi (de quo legitur: Chriſtus erat panis, Chriſtus petra, Chriſtus in undis, qui panibus quinis & gemellis piſcibus quinquies millenos præter matres & infantes ſatiavit) hæc omnia potenter eſt operata.

Omnes divinitus paſcit.

23. Interea dum ſanctus vir vellet talem protelare locutionem, hora prandii affuit. Cumque ab œconomo fuiſſet interrogatus quinam ſecum pranſuri eſſent; hilari vultu reſpondiſſe fertur: Infantes ſugentes ubera, puer imberbis, adoleſcens prima lanugine gaudens ephebi juvenes, ſenes delirantes, advena ſicut & indigena ad noſtram pauperem menſam cum omni fiducia nullo prohibente feſtinantes accedant. Sed ecce nos dum ſancti viri mira charitas & affabilitas erga cunctos qualis fuerit monſtrare conati ſumus, ab ordine narrationis noſtræ deflexo tramite aliquantulum evagati ſumus. Ergo ad ejuſdem narrationis ſeriem recto tramite redeundum eſt.

Monaſterii diſciplina.

24. Finito autem convivio, poſtquam eſt epulando fames exempta, quidam Monachorum more ſolito orandi vel legendi ſeu etiam quieſcendi gratia ſecreta latibula, quidam vero, quiſque prout ſibi injunctum erat diverſa petiere negotia. Tunc parvuli Monachi nobili proſapia editi, qui inter Clauſtra Monaſterii rigore diſciplinæ conſtringebantur, terra tenus provoluti, ſancti Maglorii pedes amplexati ſunt, dicentes: Beatiſſime Pater, permitte nobis portum atque litus adire, ut garrulitas noſtræ vocis Monachis quieſcentibus ſomnum non poſſit eripere, & ut ſecurius alta voce legentes noſtras lectiones valeamus commendare. Quam petitionem ſanctus vir gratanter accipiens dixit: In nomine Jesu-Christi qui parvulos ad ſe venientes nec ad modicum paſſus

CIRCA AN. 575 24. Octob.

ſus eſt contriſtari, cum omni ſobrietato nihil pueriliter agentes pergire, congruo tempore iterum incolumas ad Monaſterium reverſuri. At illi ſuſcepta benedictione & licentia beatiſſimi viri ultra quam credi poteſt hilares effecti per deveaa montis latera & ſcopuloſa ad loca maritima, quæ Græco vocabulo ἀντὶ vocitantur, inoffenſo pede deſcenderunt.

Maglorius juniores Monachos in nave remigii experte periclitantes ſervat.

25. Forte in litoris eatremitate, ubi nullus ſervoe maritimus obſtante crepidinis altitudine accedere poterat, navis erat emerita, & multo tampore neglecta, cujus juncturæ compago jam jamqua carie & putredine conſumi videbatur. Quam parvuli videntes, (nam iu tuto loco ab acceſſu marino ſedebant,) jocaturi vel lecturi mora inſantili intraverunt. Cumque navis magnitudinem huc illucqua, (nam pro ſui magnitudine triremie vocitari poterat) abſque prora donec ventum eſt ad puppim legentes vel jocantes diſcurrerent, malina incredibilis ſubito acceſſit, & parvulos cum navi citiſſima portavit. Cumqua parvuli navigatione timida, & poſt Petrum Apoſtolum inuſitata (nam nullo remige navis ducebatur) quaſi maris medietarem eſſent emenſi, ſanctam Maglorium querulis vocibae invocare cœpeeunt. Cumque ejulatu magno flerent, ſanctus Maglorius lacrymis illorum commotus quaſi corporaliter illis apparuit, & illorum mœſtitiam paterno more conſolatus; navamqua baculo gubernans, ad atterius ripæ marginem (ut illie videbatur) Divino nutu ſalvos & incolumes perduxit.

Incolis de hoc contendentibus res ad Regem defertur.

26. Sed inter hæc incolæ maritimi navem tantæ magnitudinis iotuentes, inæſtimabili gaudio concuſſi, diverſa negotia more ſolito peregrino litore adducta captaturos ſe penſantes, cum incredibili pondeee auri & argenti catervatim illis obviam occurrerunt. Cumque navem miræ magnitudinie expertem totius negotii, & (quod magis exſpaveſceres) nauclerі totiuſque navalis iuſtrumenti juvamine deſtitutam torvis luminibus intuerentur, nacta occaſione altercatio non minima orta eſt in populo, quibuſdam aſſerentibus diabolicum hoc eſſe phantaſma, aliis varo contradicentibus divina eſſe magnalia, obſtinato animo intee ſe contendebant. Non paevam populo dedit admirationem, quod in eadem navi nulla carbaſa, nullum apluſtre, nulla etiam artemonis adminicula, & ut apilogum breviter concladam, nulla navalia apparebant iuſtrumenta. Cumque tali obſtinatione detenti eſſent, & nulla pars alteri cederet, altiori conſilio viſum eſt veridicos regiæ ſublimitati nuntios dirigere, ut ad tantam litem dirimendam & ſpectaculum tam inopinatum cum ſummæ peritiæ viris accedere non tardaret. Quod ita & factum eſt. Rex autem cum audiſſet, vehementer admirans, ſumma cum feſtinatione coadunato exercitu hujuſcemodi miraculum viſurus perrexit ad litus. Cumque navem nullo apparatu inſtructam, & parvulos quaſi ſemihomines aſpexiſſet, ſedilia ſibi regalia in loco editiore primitus fieri juſſit, deinde parvulos ante præſentiam totius Senatus accerſiri præcepit. Tunc parvoli ante Regem aſtantes intrepidi, inquiſiri per interpretem, quanam occaſione hæc ree tam ſpectabilis orta aſſet; primitue de ſame terram conſtringente & de Sancto viro apud Sargiam cum ſuis Monachis converſaute, & de ſui navigatione præſentia ſancti Maglorii ſuffulta, omnia per ordinem retulerunt.

Rex navem annona & opibus inſtructam ad Maglorium remittit.

27. Itaqua Rex audita fama beatiſſimi viri, ut ajunt, pene lacrymans, multum indoluit tantæ ſanctitatis virum & tantis virtutibus pollentem hactenus ſibi latuiſſe. Tandem uſus conſilio majorum & maxime Epiſcoporum, intelligens Divino inſtincta ad ſe navem deſtinatam ut Sancti viri inopia regali abundantia suppleretur, eamdam navim frumento & farina, veſtimentis & lana & bonis omnibus ab imo ſummotenus onerari præcapit; inſuper etiam ignotum pondue auri & argenti cum litteris ſigillatis ſancto Maglorio tranſmiſit, in quibus litteris inſertum erat, ut ſingulis annis viros induſtrios peritos navigandi mitteret ad Regem, qui cuncta Fratribue neceſſaria ex regali fiſco ſuſciperent, & Monaſterio deferrent, ita tamen ut pro Regis incolumitate & regni ſtabilitate & peccaminum abſolutione illorum cura in perpetuum pervigil excubaret. Repleta autem navi tanta ubertate na tanto oneri victa ſuccumberet, Regi ſuadebanc ut viros ſtrenuiſſimos navigandi peritos ſtudioſiſſima inquireret, qui eamdam navem cum tantis epimeniis [a] B. Maglorio incolumam præſentarent. Quo audito Rex majorum conſilio & maxima Epiſcoporum uſus ſapienter reſpondiſſe fertur: Si divina virtute noſtri litoris portum nullo ducente ſine ullo phantaſmate tetigit, ſalva fide credimus ad eumdem portum, unda digreſſa eſt, eadem potentia, qua delata fuit, mox eſſe reverſuram. Quod ita & factum eſt. Nam finito ſermone regali, zephirus ratem ſuſcipiens non præcipitem Africam decertantem Aquilonibus, nec triſtes Hiadas, nec rabiam Nothi, nec fratris Helanæ lucida ſidera pertimeſcens, eamdem navem æquoreas findentem aquas ad eumdem portum, unde digreſſa fuerat, remeante tertia luce cum parvulis & cum omnium admiratione & ingenti alacritate incolumem reduxit. Interea beneficia Dei erga ſe parvulis recitantibus, & quomodo ſanctus Maglorius in eundo & in redeundo baculo navem gubernans illis apparuerit atteſtantibus, omnis inſula una cum Monachis incredibili lætitia lacrymas præ gaudio fundebant.

28. Tunc œconomue jubente Epiſcopo ut navem alleviaret, ad litus perrexit; onerato plauſtro ſena boum juga qui plauſtrum traherent, ſecum adhibuit. Sed ut ſolent ſemper creſcere erga pios & ſubjectos Dei magnalia, ex victure exoritur virtus altera. Nam cum per devea montis plauſtrum minare cœpiſſent, quoddam obſtaculum rota-

[a] Epimenia, a Græco μὴν, *menſis*, proprie dona ſunt in ſingulos menſes poſt novilunium.

CIRCA AN. 575 24. Octobr.

rum volubilitatem in modum ſufflaminis retardans in medio itinere offenderunt. Cumque magno conamine bubulci plauſtrum impingerent, & illata injuſta vulnera bovinas infligerent coſtas, ſolutis decem anterioribus volubile plauſtrum cum geminis bobus temoni inhærentibus ad navem uſque deſcendit. Cumque hi qui aderant pene lacrymantes plauſtrum inſequerentur, nullam fracturam plauſtri, nullam læſionem boum deprehendere poſſent, quid actum eſſet Epiſcopo nunciaverunt. At ille immenſas Deo omnipotenti gratias referens; Nolita, inquit, animo contriſtari; antiquus hoſtis invidia tabeſcens, dum vincere cupit, virtute JESU-CHRISTI victus ſuccumbit. Sed ite potius ad navem & plauſtrum melius onerate, & neglectis decem qui evaſerunt geminis bobus præcipite ut plauſtrum cum duplici onere ad Monaſterium ſine ullo impedimento illorum geſtamine reportetur. Illi autem profecti plauſtrum onerantes, boves minantes ad Clauſtra Monaſterii Deo ducente pervenerunt incolumes.

Puella muta curatur.

29. His ita dimiſſis, alia ejuſdem viri miracula breviter exequamur. Sub ejuſdem quoque temporis articulo quo SARGIA miraculis & virtutibus beati Maglorii celebris habebatur: Biſſargia inſula eidem Sargiæ vicina, dives opum atque frugum, a quodam viro nobili, qui vocabatur NIVO jure hereditario tenebatur. Qui præfatus vir licet terram, ut ajunt, centum pene verteret aratris, æquoreos meatus innumeris ſolitus ſulcare carinis; uno tamen infortunio laborabat. Nam expers maſculæ prolis divitem cenſum non ſine magno dolore alieno ſervabat heredi. Huic forte unica filia jam nubilis & nimia pulcritudine laudabilis habebatur: ſed quia officio linguæ, fortuna invidente erat deſtituta, licet eſſet nobilis, a nullo procorum ſub nomine dotis expetebatur. Quadam vero die pater illius rogaturus pro filia ad ſanctum Maglorium acceſſit, magna beneficia promittens ſi puella ſancto viro opem ferente ſanitati redderetur. Tunc ſanctus Maglorius humiliter ſe excuſans reſpondit dicens: Fili, noli mihi moleſtus eſſe, nam hoc quod requiris non eſt noſtræ fragilitatis. Nam quando aliqua infirmitate nos ipſi detinemur, incertum habemus utrum ſubitanea morte prærupto ſtamine Parcarum vita careamus, an iterum finita paſſione redivivi Deo jubente ad vitam redeamus. Ergo qui propria poteſtate corporis caremus, quomodo de alieno peſtes a Deo permiſſas expellere valemus? His & aliis argumentis virum a ſe repellere cupiens, ſuadebat illi domum reverti, & copiam eleemoſynarum pro filiæ ſanitate Deo omnipotenti (qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit) citiſſime largiri. Quo audito ſuus preces ad ſanctum Maglorium nihil valuiſſe cognoſcens, triſtis effectus domum redit, & cuncta per ordinem ſuæ conjugi replicavit.

30. Quibus auditis mulier ad horam pauliſper obticuit. Sed poſtquam virum ſuum paſſis viſceribus agnovit exhilaratum, familiaribus dictis illum aggreditur dicens: Domine, quid nobis proderunt poſt obitum divitiæ quandoque perituræ, ſi liberis orbati nulla poſteritatis indicia relinquamus? Ergo pecuniam in tres partes cum ipſa terra ſuadeo dividendam, & duabus partibus ad noſtrum opus reſervatis, tertiam ſine aliqua dilatione pro puellæ ſanitate Deo omnipotenti & ſancto Maglorio offerendam. Cujus ſermo cum in oculis omnium placuiſſet, facta diviſione terræ & pecuniæ una ſecum puellam adducentes, quadam die ad ſanctum Maglorium perrexerunt. Cumque Sanctum virum orantem inter cubiculum offendiſſent, terram cum pecunia ſimul offerentes indefeſſi pro filiæ ſanitate rogare cœperunt. Quorum petitionem vel donationem vir Sanctus humiliter reſpuens, ultra ſuas vires hoc negotium eſſe obſtinato animo aſſeverabat. Tandem coactus a Fratribus, parentum puellæ quoque fidem & devotionem aſpiciens, humi proſtratus una cum omnibus qui aderant lacrymis ubertim obortis orationem diutiſſime fudit. Cumque ab oratione ſurrexiſſet, ſacratiſſimi olei liquorem accepit, & in os puellæ cum aqua benedicta immiſit dicens: Domine JESU-CHRISTE qui condolens humanæ conditioni ex ſinu paterno deſcendens hominem diabolica fraude deceptum proprio cruore ad propriam dignitatem reduxiſti, peccata quæ noſtra fragilitate contraximus poſt tergum projice, & aſtantium fidei, & maxime puellæ parentum devotioni clementer annuens, illius linguæ vinculum miſeratus abſolve, ut poſteritas ab illa naſcitura nomen gloriæ tuæ ſanctum benedicat in ſæcula ſæculorum. Ad hanc vocem beatiſſimi Maglorii reſpondentibus cunctis, Amen, ruptis retinaculis linguæ verbimoroſæ, apertum eſt illico os ejus, & more Zachariæ Prophetæ ad propria cum parentibus remeans loquebatur recte, benedicens Deum.

Maglorius de inſtante obitu ab Angelo admonetur.

31. Poſtquam ſanctus Maglorius innumeris ſignorum atque miraculorum titulis inſtar Phœbeæ lampadis non ſolum Sargiam, ſed & ceteras provincias circa utramque maris crepidinem illuminaſſet, cœleſti quoque revelatione illuſtratus obitum ſuum imminere longe præſcivit. Nam in vigilia Paſchalis ſacroſanctæ feſtivitatis, cum in Eccleſia more ſolito pernox excubaret, Angelus Domini nimia venuſtate coruſcans ante faciam illius aſtitit, & dictis familiaribus illum admonuit dicens: Sancte Maglori age quod agis, operare quod operaris, nomenque tuum in albo militiæ cœleſtis ſcriptum eſſe noveris. Placuit enim Altiſſimo, cujus præceptis ab ineunte ætate fideliter obtemperaſti, dignam mercedem tui certaminis in cœleſti curia tibi reſtituere. Quo audito ſanctus Maglorius lætus de promiſſione, incertus de viſione, ne Angelus ſatanæ in Angelum lucis ſe transfiguraret, orationem diutiſſime protelavit. Completa autem oratione Angelus Domini ſanctum Maglorium de viſione certum reddere cupiens, bis & ter eumdem ſermonem repetebat, dicens: Sancte Maglori, de hac viſione Angelica noli eſſe dubius: quia ſicut ego ſum aſſiduus miniſter ſummæ Veritatis, ita

Digitized by Google

ita noſtra legatio expers eſt totius falſitatis. Veriſſime ergo & ſine ullo phantaſmate miſſus ab aſtris vera tibi refero, quod in proximo, finito agone carnali, cum victoria & triumpho de hoſte generis humani in ſidereo ſenatu receptus, divinæ majeſtatis indefecturam gloriam inter cœleſtes turmas ſine fine poſſidebis. Tunc ſanctus Maglorius omni dubietate exutus, Angelico affamine ſolidatus reſpondit, dicens: Si a Domino meo JESU CHRISTO, ut aſſeris, miſſus es, rogo te ut uberrimis tuis benedictionibus in illius nomine, antequam recedat, mihi benedicas. Angelus Domini humiliter econtra reſpondit: Quomodo tibi benedicere poſſum qui benedictus es, & benedictus eris a quo omnia ſunt benedicta? Tunc mutuo ſe invicem ſalutantes atque benedicentes, Angelus cum magna claritate celſa petiit; Sanctus vero Maglorius noctem pervigilem, ut cœperat, duxit.

CIRCA AN. 575 24. Octob.

32. Evolutis autem paucis diebus idem Angelus nimio ſplendore coruſcus ſancto Maglorio apparuit dicens: Sancte Maglori, omni dubietate poſtpoſita de tuo obitu eſto ſecurus: quia terdenis ornamentis quoſdam ſerta coronant; quidam vero ſexagenarii numeri honore duplicata præmia ſecundæ caſtitatis obtinent; te autem corona centeno cumulata fructu ob corporis integritatem & ſervatam virginitatem inter choros virgineos facee ornabit. His dictis Viaticum de manu Angeli in proximo moriturus viſibiliter accepit. Ab illo ergo die de obitu ſuo valde ſollicitus, niſi cauſa inevitabilis & multis profutura extitiſſet, uſque ad diem vocationis ſuæ hunc verſiculum in ore ſemper repetens: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*, numquam ab Eccleſia viſus eſt recedere. Poſtea finito curſu labentis vitæ, quando illi placuit cui ab initio famulatum præbuit, Fratribus valedicens, inter verba ſanctæ exhortationis animam exhalans, felici tranſmigratione nono Kalendas Novembris pervenit ad Chriſtum *a*. Cujus interceſſio glorioſa nobis obtineat veniam peccatorum, cujus mors pretioſa eſt ante Deum qui vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Ad mortem ſe præparat. Pſal. 26.

VITA S. THEUDERII ABBATIS
VIENNÆ IN GALLIA.

CIRCA AN. 575 29. Octob.

Auctore ADONE ejuſdem urbis Epiſcopo, qui exeunte ſæculo 9. floruit.

Ex MSS. codd. quorum fragmenta Benedictus Gononus in Append. ad Vit. PP. Occid. retulit.

1. ADO *Viennenſis Epiſcopus fratribus in Cœnobio ſancti* THEUDERII *b conſiſtentibus in Domino* JESU CHRISTO *æternam ſalutem*. Patris veſtri Vitam, id eſt Beati THEUDERII, idcirco veſtræ Sanctitati ſcriptis meis commendare diſpoſui, ut vos ſuis exemplis ad amorem vitæ æternæ amplius invitarem. Cupio enim ejus imitatores & æmulatores vos exſiſtere, cujus patrocinium Dei munere acquiſiviſſe plurimum gaudeo. Hujus igitur viri primus ortus & vitæ proceſſus taliter ſe habet.

2. Hic Beatus Vir provincia Viennenſi ortus, parentibus ſecundum ſæculi dignitatem clarus, facultatibus mundi honorabilis extitit. Qui cum adhuc puer eſſet, ad amorem vitæ æternæ anhelare piis ſtudiis cœpit: & quia parentibus claris ortus pecuniam non parvam ex cenſu patrimonii acquiſierat, ut perfectus Chriſti diſcipulus exſiſteret, eam dare pauperibus ut centuplum reciperet, & in futuro vitam æternam poſſideret non diſtulit. Sarcina igitur temporali exoneratus ac ſæculi veſte ad plenum nudatus, ut perfectius Domino Deo ſerviret, Lirinenſe Cœnobium expetere cogitavit.

Theuderius Viennenſis facultatibus diſtributis Lerinum petit.

3. Parentibus itaque derelictis, ac Deo totum ſe committens ſub hoc deſiderio Arelatenſem civitatem expetiit, ubi tunc ſanctus CAESARIUS Pontifex habebatur, ut ſolatio Pontificis adjutus, per ipſum facilius iter ad inſulam Monachorum capeſſaret. Sed ſummi Dei omnipotentis diſpoſitione actum eſt, ut conſiliis ſanctis ſancti Pontificis aliquantulum ibi retardaretur. Ferunt namque quia primo cum ſe proſpexiſſent, propriis vocabulis ſe ſalutaverunt, atque omnipotentis Dei virtus pariter utrumque dono gratiæ ita inſpiraverit, ut qui ante notitiam ſui non habuerant, mox corpore ſe videntes, quod vere ſervi Dei eſſent, compellatione mutua foris neſcientibus manifeſtarent. Vera inſtar illius beatitudinis, ubi erit plena cognitio veritatis, ubi unus integre & veraciter ab alio cognoſcetur: quando non per ſpeculum aut in ænigmate, ſed facie ad faciem Deus videbitur, qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. Reſcitis itaque B. Cæſarius deſiderii ipſius ardoribus,

A S. Cæſario detinetur.

a Corpus Sancti Maglorii primo quidem in Monaſterio Sargienſi, *Jarſay*, ſepultum, deinde in Prioratum Lehonium, *Lehon*, a Neomeno Armoricæ Duce anno 857 tranſlatum, poſtmodum graſſante Normannorum furore Lutetiam Pariſiorum delatum eſt, ubi nunc in Eccleſia Monaſterii San-Magloriani ejus Reliquiæ aſſervantur: quod Monaſterium Patribus Oratorii nuper conceſſum eſt, Abbatia menſæ Epiſcopi Pariſienſis unita.

b Abbatia S. Theuderii, vernacule *Saint Chef*, olim Ord. S. Bened. nunc in Eccleſiam Collegiatam converſa, & menſæ Archiepiſcopali Viennæ Allobrogum unita eſt.

CIRCA AN. 575 29. Octob.

bus, congaudens, Deoque omnipotenti gatias referens, ſic beatum Theuderium alloquitur: O ſamule Dei, ſi verbis meis aſſeuſum dederis, erir Dominus tecum, & conſilium cordis tui corroborabit. Maneto rantiſper nobiſeum Eccleſiaſtico ordioi ſubditus. Quod Dei munere tibi impoſuerimus humiliter ſuſtine, ut ſicur Scriptura docet, cum manſuetudine & humilitate opera tua perſeceris, ſuper omnem gloriam dirigaris. Cui B. Theuderius: Scio, Pater beatiſſime, a Domino ſuis dictum: *Qui vos odit, me odit, & qui vos ſpernit, me ſpernit*. Idcirro tuis monitis ur Domini juſſionibus parere nou differam. Subſtitit itaque ibi Beatus Theuderius ſerundum voluntatem Beati Cæſarii, & die noctequé jejuniis, vigiliis, & orationibus vocem animi ſui Deo committens, non parvam lætitiam proferens ſui tam Pontifici, quam Deo contulit.

Luc. 10.16.

Presbyter factus redit in patriam.

4. Convoluto autem tempore cogitans B. Cæſarius divinis eum amplius vinrire Miniſteriis, illo diu reluctante & reclamante Diaconi officium impoſuit, ac ſi ei non poſt longum tempus Presbyteri dignitatem cuncto Clero & populo acclamante largitur. Quod offirium ita S. Theuderius reverenter amplexus eſt, ut videret eum meritis & gratia ceteros præeuntem, offirio mirabilem, humilitate etiam minoribus ſe ſubmittentem, cogitans illud Domini dictum: *Qui ſe humiliat exaltabitur*; & Scripturæ dicentis: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*. Curriculo autem temporum evoluto cogitavit vir Dei reviſere provinciam nativitatis ſuæ, & parentes ſuos conſolari. Itaque voluntatem ſuam ſancto Epiſcopo aperiens, ab ipſoque benedictionem eundi & redeundi expoſtulans, grandi mœrore primo eum affecit. Deinde S. Viri animo ſe non poſſe contraire cernens, aſſenſum licer triſtis dedit, cumque benedictionibus diſceſſit ab urbe Arelatenſi proſecutus Clero & populo flente quod vir Dei ab eis recederet, tandem abire permiſit.

Luc. 18.14. Eccl. 3.20.

Viennæ deſcriptio.

5. Veniens itaque Sanctus Theuderius non longe ab Urbe Viennenſium, perquirere inſtanter cœpir, ubinam cellulam habitationis ſuæ perficeret. Ut igitur paululum articulum ſeſibentis ad Viennenſem Urbem deflectam; Vienna urbs eſt Galliarum nobiliſſima ad Occidentem & propter Aquilonarem partem caſtris præeminentibus munita ut non facilis ſit acceſſus ad mœnia civitatis. Caſtrum primum ad meridiem vergens CAPPRO. Cui virinum eſt EUMANIUS, proxime QUSRIACUS. Cui muro per vallem protenſo jungitur PROPSESACUS & POMPEJACUS centum Diis apud cultores Dæmonum quondam celebris. Non longe quintum caſtrum adnectitur, cui nomen vetuſtas SUSPOLI dedir: ipſaque tota civitas cum ſuis caſtris a fluvio * uſque ad ipſum fluvium Rodanum protenſo per colles uſque ad planum muro cingitur, Metropolis illuſtriſſima, & inter Galliarum Urbes inſigniſſima.

* deeſt forte Jaira.

Theuderius cellam ædificat facto miraculo.

6. Cum igitur vir Dei locum ſeſſionis ſuæ requireret, pervenit tandem ad locum ſuæ ſolitudini aptum non minus procul ab urbe: ibique in bonore Domini noſtri JESU CHRISTI ſub veneratione beati EUSEBII Vercelleoſis Epiſcopi & Martyris domunculam ædificare cœpit. Contigit autem fundamentis jactis in collis propter eminens grandi prærupto ſcinderetur, ac ruinam loco prætenderet. Sed oratione viri Dei ab illo qui ſuis dixit: *Si haberetis fidem tamquam granum ſinapis diceretis monti huic, Tranſi hinc in mare, & tranſiret*; mirabile dictu! in parte alia nihil ædificationi nociturus ſubſedit. Exin ædificata domo, Reliquiiſque ſanctorum Altari impoſitis iterum vir Dei circum ambulans juxta Jairam fluvium ubi cellulam ſervorum Dei fundaret, ſecum in cordis ſecreto volvebat. Arripitur propterea ſomno, moneturque per viſum ut ſuper ipſam aquam B. Martyris Symphoriani Baſilicam conſtrueret. Factumque eſt: ac exornato loco Monachos ibi ſervire Deo delegit. Creſcebat autem fama viri Dei, ac longe lateque ſpargebatur. Nec enim patiebatur Chriſtus Deus noſter Lucernam ſub modio celari.

Luc. 13.6.

Varias cellas conſtruit.

7. Accurrentibus ergo plurimis ad notitiam viri Dei, frater ejus ARVUS, ſed & propinqui alii viſendi gratia inter ceteros quadam die advenerunt: quos ille blande & paterne amplexatus, de ſpe vitæ æternæ & remuneratione Sanctorum eos pie monebat. Inflammatus vero nimium & ardore Spiritus-ſancti accenſus, venit ad caſtrum nuncupatum AZARONA, ibique Monaſterium Monachorum inſtituere cupiens, Oratorium Beati Petri Apoſtolorum Principis conſtruxit, ibique orationibus & vigiliis Deo vacans per aliquod tempus reſedit. Poſtmodum veniens ad virum & villam parentum ſuorum, cui vocabulum eſt ASSICSA, ubi Oratorium in honore Beati Mauricii Martyris parentes ejus conſtruxerant; proſternens ſe in oratione, continuis diebus & noctibus rogabat Dei omnipotentis miſericordiam, ut condignum locum ſervorum Dei habitationi ei demonſtrare dignetur. Cum autem ſe ſopori dediſſet, viſus eſt ei Angelus Dei, qui & locum ſecretum in colle RUPSANO ſignavit, & ut ibi Monaſterium quod ardebat * conſtruere præmonuit. Erat tunc temporis hic locus utpote ſilveſtris feris ac ſerpentibus plenus. Evigilans vir Dei venit ad locum ſibi divinitus monſtratum, ibique aliquantulum Deo orationem fudit. Sed invidus omnis boni diabolus, ut ſanctum Virum Dei ab intentione cœpta retraheret, ſicut per ſerpentem primis parentibus venena ſuæ perfidiæ propinavit, iterum ſerpentem ingreſſus, & ferarum iras movens appetere tentavit. Cujus verſutias vir Dei prænoſcens armis orationum ſe muniens intrepidus ſtetit, ac frans diaboli victa evaneſcendo ſuccubuit. Annuente itaque Vienneoſium Epiſcopo conſtructa eſt Baſilica celeri opere in veneratione ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, atque de facultatibus tam parentum quam propinquorum ſuorum Monaſteriolum dotatum, & Monachi juxta REGULAM SANCTORUM PATRUM ſunt inſtituti.

* id eſt, deſiderabat.

8. Eo-

Digitized by Google

CIRCA AN. 575
29. Octobr.

8. Eodem tempore PHILIPPUS a venerabilis Epiſcopus Viennenſis viceſimus primus habebatur. Conſuetudinis erat in eadem Urbe, unum de pluribus electum ſanctioris vitæ in remoto infra eamdem urbem ponere, qui vota populi, contemplativæ vitæ ſolum deſerviens, Deo familiarius allegaret. Pontifex itaque cum ex Diœceſi virum plenum virtutis requireret, cui & populus imperio ipſius quod ad ſalutem pertinet ſecreta ſua committeret; beatum Theuderium jam Monachorum Patrem exiſtentem ſe habere tantopere gaviſus eſt. Itaque eum acceſſiri juſſit. Sciens vero beatus vir quo tenore a Pontifice quæreretur, gratiæ Dei ſe totum committens, Præpoſito ſuo SAVERIANO nomine curam Monaſterii ſui ſuperpoſuit, & exhortans atque valedicens Fratribus, commendans illos Domino cui ſpem ſuam commiſerat, ad Pontificem perrexit. Quem iſdem Pontifex venerabiliter ſuſcipiens, congregato Clero omnique plebe ſanctum Virum Fratribus de miſericordia Dei Eccleſiæ filiis aſſignavit, ut oratione B. Viri ipſe lucrum de grege ſibi commiſſo ad Dominum reportaret. Elegit itaque ſibi vir beatus in monte Quirinali locum & Baſilicam B. Martyris Laurentii, ubi die noctuque orationi Deo vacaret.

NOTA. Eligitur Orator populi ad Deum.

9. Quantæ autem diſtrictionis quantæque humilitatis hic vir fuerit, non facile quavis lingua explicabitur. Lacrymis profuſus, oratione cautus, corde totus in Domino fixus, de paucitate vero cibi & potus ac vilitate habitus quod dignum exprimere poſſim non video: quando in ciſicio recombens, noctes dieſque ſine cibo & potu continuaverit. Quia ergo populi undique ad eum confluebant, ipſe ſub ſecreto quantum poterat ſe occultans feneſtram permodicam aperiens, advenientibus monita dabat. Contulerat autem ei Chriſti gratia cordis ſapientiam & oris gratioſam facundiam, ut ſciret quod ſingulis ſalubriter panderet. Quis vulnere diaboli percuſſus ad eum venit & non continuo medicatus ſanuſque receſſit? Quis mœſtus de pondere peccatorum ſuorum non ſtatim de miſericordia Dei conſolatus ſecurior & lætior rediit? Quem ſæculi preſſura triſtiorem reddiderat, ejus hortatu ad ſpem gaudii ſempiterni animum illico erexit. Ut dictis Apoſtoli concludam totum, *Omnibus omnia factus eſt ut faceret omnes ſalvos*. Miraculis etiam Dominus ſervum ſuum familiarius adhærentem clarificavit, itaut plures a malignis ſpiritibus vexati, & variis languoribus detenti ejus orationibus ſanarentur.

Ejus virtutes & commendatio.

1. Cor. 9. 19.

10. Manſit autem iſdem ſanctus vir duodennio in loco prælecto & ſibi dulciſſimo: Deo ſemper ardentiſſima contritione ſpiritus ac corporis totum ſe mactavit. Cum autem tempus ſuæ reſolutionis inſtare cerneret, ferventius in alta mentis contemplatione perdurans, quaſi vicinior januis cœleſtis vitæ, oculum mentis ad alia deflectere ægre ferebat. Intererat amore Conditoris ſui viſioni, aderant deſideriis ejus agmina cœleſtium Spirituum chori, Apoſtolorum multiplicia tropæa, Martyrum Sanctorum in cœlis inenarrabilis lætitia. Non ſonus, non cibus ullus præter Chriſtum ſuavis. Inter tam felices & beatos labores cum aliquantulum vir Dei corpore langueſceret, plenus & conſummatus piis operibus migravit ad Dominum. O virum beatum poſt tot labores gaudiis Sanctorum ſpiritum in ſocietate Sanctorum annumeratum, & viſione Domini ſui quem ſemper amavit æterne conſolatum & feliciter lætificatum!

Morti proximus, Deo ferventius vacat.

11. Poſtquam obitus ſancti viri Civitati eſt nuntiatus, ivit tota Civitas in obſequium funeris, Sacerdotes, reliquuſque Clerus, & populi innumera multitudo. Compoſitum ex more corpus in feretro cooperitur: cumque a circumſtantibus Presbyteris poſt officia reddita ut ad ſepulchrum ferretur ſanctum feretrum fuiſſet apprehenſum, moveri a loco non potuit, mirantibus & ſtupentibus omnibus qui aderant, & ſollicito quid facto opus ſit quærentibus. Ut S. Pontificis decreto definitum eſt, (quamvis populus contrairet) quatenus ad Monaſterium ſuum portaretur; (quod eſt mirabile) illico tanta facilitate eſt motum, ut nullius ponderis eſſe putaretur. Pervenitur in ſuburbio Civitatis ad Baſilicam S. ROMANI Martyris in vico BRANNIACO, ibique paululum repauſatur: quod ſupererat noctis, pervigilem duxerunt. Quid autem miraculi contigerit non prætereundum puto.

Sepelitur.

Corpus immobile redditur.

12. Sanctimonialium feminarum Deo in Monaſteriis Viennæ ſervientium charitate & obſequio curatum eſt, ut fatigatio præcedentium & ſubſequentium Fratrum aliquantulum relevaretur. Hæc Ancilla Dei quæ Congregationi præerat in ſuperiori Monaſterio, tria vaſcula vino plena poſt ſanctum funus miſit, unde ſitientes refocillari potuiſſent, & hi qui vigilias agerent recrearentur. Bibitum eſt quouſque vaſcula exhauſta fuerint. Aderat tunc ibi SAVARIANUS olim viri Dei Præpoſitus cum Fratribus qui ſancto obviam venerant. Quidam ex eis unde biberent cum quæſiſſent non invenerunt. Sed quid divina virtus per Sanctos ſuos non operatur? Ancillæ Dei quæ vaſcula plena vino detulerant, cum diluculo ad Monaſterium reverti vellent, ſua vaſcula repetentes quaſi nihil inde hauſerint plena repererunt. Vere tunc iſdem operatus eſt, ut ſervum ſuum magnificaret in vaſculis qui in Cana Galilææ ſaporem aquæ convertit in vinum. Suffecit bibentibus liquor divinæ virtutis, ut etiam ad Monaſteria urbis ſatis inde referretur, & ad laudem Domini noſtri JESU-CHRISTI publicum miraculum fieret.

Vinum multiplicatur in gratiam bajulorum ſacri corporis.

13. Ferebatur autem corpus ſanctum humeris procerum, qui viciſſim ſibi deſiderio pio ſuccedebant. Et cum eſſet cœlum nubilum & aer ſudus, omneſque timerent tempeſtatem adventuram eſſe; ſubito ſerenitas B. Viri meritis reddita eſt. Delatum eſt ſanctum corpus in locum

Cæcus illuminatur.

a Philippus Conc. Lugdunenſi II. anno 567. & Pariſienſi IV. anno 573. præſedit.

Digitized by Google

CIRCA AN. 575 29. Octobr.

Contractus erigitur.

cum Duodecimum nuncupatum, ubi tale miraculum divina virtus præſtitit : Cæcus quidam ita natus per triduum ſauctas turbas cum funere B. Viris venturas ſuſtinuit. Ut potuit tetigit velamen feretri, & continuo ab oculis ejus ſanguis profluxit, ac ſtatim inexpertum lumen recepit. Ut autem ad locum ſepulturæ perventum eſt, quidam homines pleni fide detulerunt ibi debilem membris contractum, ita ut natibus ipſius plantæ inhærerent. Affuit ſancti viri meritum: ſanus enim pedibus a ſepulchro ſancto rediit. Quod ne alicui commentitium & non vere actum videretur, ipſi ambo, ſive qui cæcus fuerat, ſive qui greſſum negatum receperat, in Monaſterio viri Dei uſque ad mortem devoti perſtiterunt, atque viva voce divina in ſe facta miracula promulgaverunt.

14. Ad tenebras noctis fugandas cera defuiſſe putabatur. Triſtati Fratres quo ſe verterent non habebant; ſed timorem illorum depulit ille qui in dentibus manducantium quinque panes in ſolitudine accreſcere dedit. Nam cera inter manus eorum ita creverat, ut de parva quantitate plurima luminaria accreverint. Curatum eſt ergo ſanctum corpus digna veneratione & in ſepultura quam olim ſibi ipſe præviderat venerabiliter celatum, ubi ſe cum Deo vivere crebris miraculis ad laudem Domini Jesu-Christi manifeſtat. Quem ſi Patronum apud ipſum, Filii & Fratres mei, habere deſideratis, vitam ejus imitari plenam amore concupiſcite. Deſiderabat enim hic ſanctus vir lucra ſemper Domini ſui, & de veſtra corona & ipſe in Chriſto gratulari. Numquam a vobis aberit, ſi vos de converſatione ejus vitæ animam & vitam non elongaveritis. Dominus autem qui illi meritum gratis & præmium æternum contulit, vobis & deſiderium omnis boni augeat, & obedientiam ſibi gratam & perfectionem plenam juſtitiæ donet.

AN.CHR. 576 3. Februar.

VITA S. LAURENTII EPISCOPI SPOLETANI, COGNOMENTO ILLUMINATORIS.

Ex Vita Italica Ludovici Jacobilli a Joanne Bollando Latine reddita, ipſiuſque Bollandi obſervationibus.

Laurentius Syrus Romam venit.

1. *HORMISDA Summo Pontifice Sedem Romanam adminiſtrante, cum* SEVERUS *Antiocheni Patriarchatus invaſor, defenſorque acerrimus Eutychianæ hæreſis, favente Anaſtaſio Imperatore in Catholicos deſæviret: plurimi Chriſtiani e Syria, numero fere trecenti, perſecutionis declinandæ gratia Romam tamquam in aſilum coierunt: in his* LAURENTIUS, *ut erat ſingulari virtute præditus, gratiam facile apud Hormiſdam iniit.*

Ex Clerico fit Epiſc. Spoletanus.

2. *In Clericorum numerum deinde cooptatus, quibus Patris loco erat,* JOANNI *Epiſcopo Spoletano ad Superos tranſlato totius Cleri calculo, non quidem plebi, ſed* VIGILIO *Papæ accepto ſubrogatur. Huic in Urbem adventanti Spoletani promiſcui cives, exteri hominis promotionem indigne ferentes, portas occludunt, ſed Divina benignitas, cui rata erat ipſa electio, miraculo aperuit, ac ſummum apud omnes honorem & auctoritatem conciliavit. Eo in munere Laurentius nullam plane Pontificalis officii partem prætermiſit, tantaque fuit in omnes humanitate, ut nemo ab illo triſtis recederet.*

Farfenſe Monaſterium condit & Monachum induit.

3. *Poſteaquam vero annos* XI. *menſes* IV. *dies* VIII. *Eccleſiæ ſuæ præfuit, curarum humanarum pertæſus, ſolitariam vitam anhelare cœpit, & Petro in locum ſuum ſubſtituto ad Fundum Acutianum in Sabinos ſe recepit. Illic piorum hominum largitionibus adjutus, Templum ac Monaſterium conſtruxit Deiparæ Virgini dicatum, quod à vicino flumine, vocabulo* FARFARO, *Farfarenſe, vulgo di* FARFA, *nomen traxit. In eo ipſe Monaſticum habitum induit cum aliis non paucis, qui eum Abbatem elegere, & S.P. Benedicti Regulam late jam per Italiam aliaſque provincias celebratam incunctanter uſurparunt.*

Veterum de eo teſtimonia.

4. *Pauca equidem ſuppetunt antiquorum Scriptorum teſtimonia, quibus hæc hiſtoria ſtabiliatur: potiora heic accipe. Joannes Papa VI. cum Eccleſiam Parfarenſem anno 707. dedicaſſet, in peculiari diplomate, quo Monaſterii cenſus confirmavit, S. Laurentium Epiſcopum dicti* Monaſterii Farfenſis in fundo Acutiano Fundatorem *appellat. S.Petrus Damiani in Epiſtola* 9. *ad Nicolaum Papam II. ſeu Opuſculo* 19. *de abdicatione Epiſcopatus, cap.* 1. *ita ſcribit.* Epiſcopus etiam ille Sabinenſis, qui ſolium Pontificale deſeruit, & Farfenſe Monaſterium contempta Sacerdotali dignitate conſtruxit, quam nobilis in Chriſto vir fuerit, teſtis eſt antiqua traditio; quæ ſanctitatis ejus inſignia celebrat; teſtis moderna devotio, quæ piam ejus memoriam in devotione frequentat.

5. *Lau-*

AN.CHR. 576

3. Februar.

An Epiſc. Sabinenſis.

5. *Laurentius noſter , quem tacito nomine Petrus Damiani exprimit, & Sabinenſem Epiſcopum vocat, dictus eſt etiam Sabinenſis Antiſtes a Gregorio Romano S. Matthæi Abbate, qui Farfenſe Chronicon anno* 1643. *ſcribebat . Is duo ſe ſequi Gregorios profitetur, qui ejuſdem Cœnobii hiſtoriam concinnarunt, primus anno* 860. *alter cognomento Catinenſis anno* 1090. *Compilatorem legit Jacobillus, atque ejus ſententiam de adventu Laurentii in Italiam ſub extremo tempore Juliani Apoſtatæ , temporis rationi contrariam merito explodit Bollandus in Addendis ad diem* 3. *Feb. Compilatorem illud in errorem induxit, quod Laurentium exiſtimet in Italiam veniſſe cum Iſaac , qui teſte Gregorio M. in lib.* 3. *Dial. c.*14. prioribus Gothorum temporibus de Syriæ partibus ad Spoletanam urbem venit, & uſque ad exttema pene Gothorum tempora pervenit. *Verum etſi Laurentium Iſaac ſocium admittamus , priora tamen Gothorum tempora, non a tempore quo Alaricus in Italiam irrupit, ſed a Theodorici Regis auſpiciis , qui anno* 493. *regnare incepit ,* 526. *deſiit , numeranda ſunt . Ceterum quod ad dignitatem Sabinenſem pertinet, etſi Jacobillus Laurentium Epiſcopum aſſerat Spoletanis, qui ejus Reliquias ſervant, & diem feſtum magno cum honore celebrant; utrique tamen Sedi viciſſim præfuiſſe non omnino repugnat.*

6. *His ita obſervatis, non abs re erit, ipſius Gregorii Romani Abb. verba a Joanne Bollando in Addendis ad diem* 3. *Febr. relata heic attexere*. Cum aliquando , *inquit*, ſuam diœceſim inviſeret, pervenit ad Caſalem Turrianum ſic a fluviolo dictum, qui nunc prope Monaſterium Farſenſe fluit, Rianus nuncupatus: & in fundo Acutiano ſub Monte Murella (ubi tunc erat immenſa ſilva nemini pervia, & a teterrimo dracone euſtodita) delectatus tanta ſolitudine, ſe dedit contemplationi & orationi. Inde ſuis orationibus dracone fugato parvum Oratorium conſtruxit in honorem beatiſſimæ Virginis MARIÆ, cujus imaginem (quæ nunc exſtat in tabula lignea depicta, &, ut creditur ex continuata traditione, a S. Luca Evangeliſta) ſecum e Syria portaverat: & ædificatis aliquot cellulis prima hujus Cœnobii fundamenta jecit. Hic ergo per annos circiter xxv. ſanctiſſime vivens, Monaſterium auxit, non ſolum ſpiritualiter, multis ad Divinum ſervitium ſub ejus magiſterio conſugientibus, ſed etiam temporaliter , pluribus acquiſitis tam emptu, quam ſub pia largitione fidelium. Ubi ergo dæmon ſub ſpecie draconis habitabat, Virgo quæ caput draconis contrivit, honorari cœpit.

Moritur.

7. Interim SUSANNA obeunte (*eam hic auctor Laurentii ſororem itinerisque comitem vocat*) & in dicto Oratorio a Laurentio ſepulta, paullo poſt idem Laurentius meritis clarus obdormivit in Domino, & prope ſororem ſuam a diſcipulis fuit ſepulturæ traditus. De S. Laurentio hæc habentur in Bulla Joannis VI.
„ Papæ: Laurentius quondam Epiſcopus venerabilis memoriæ, de peregrinis ve-
„ niens, in fundo qui dicitur Aeutianus, territorii Sabinenſis, venerabile Mo-
„ naſterium ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ conſtituit, & pro-
„ pter religioſam ejus converſationem & Divini ſervitii ſedulitatem ibidem ſe-
„ cum converſantium loca quædam tam emptu , quam ex oblatione fidelium
„ acquiſivit, *&c.*

8. *Paucis vero interjectis idem Auctor* . Quod autem Laurentius Fundator, ſicut & Thomas Reſtaurator fuerint Sancti, apparet ex antiquiſſima traditione, & ex quibuſdam fragmentis antiquiſſimi Breviarii manu Longobardica deſcripti. Inſuper uſque ad annum 1636. nos celebravimus dies feſtos dictorum Sanctorum, recitantes eorum Officium. Sed cum quidam Prior, nomine Gregorius a Peruſio, tuliſſet dictum Officium , aſſerendo non eſſe ex Apoſtolica auctoritate; rurſum illud reaſſumere non valuimus , reſpondente ſacra Rituum Congregatione , nos non debuiſſe iſtud dimittere: cum autem dimiſſum ſit, non eſſe reaſſumendum.

Quo die & anno.

9. *Hæc paullo fuſius ex Auctore recentiori protulimus , tum quod ea ex vetuſtis Scriptoribus a ſe deprompta aſſirmat, tum quod certiora nobis deſunt argumenta*. THOMAS *a Gregorio ſupra memoratus Monaſterium Farfenſe collapſum reſtituere cœpit anno* 680. *& cum annis* 26. *ei præfuiſſet, ſanctitatis merito locum in cœlo atque nomen in Martyrologio Benedictino & in Catalogo Sanctorum Italiæ meruit* IV. *Id. Septemb. ut ſuo tempore demonſtrabimus, Laurentius vero in Eccleſia Spoletana, ubi aſſervantur*

ejus

AN.CHR. 576 3. Februar.

ejus Reliquiæ, præcipue colitur 4. die Febr. (etſi in diem tertium ejus obitus inciderit) ob feſtum S. Blaſii quod ibi ſolemnius celebratur. Multis miraculis vivens ac mortuus claruit Laurentius, potiſſimum in cæcis illuminandis, unde & ILLUMINATORIS *cognomen conſecutus videtur. Ejus obitum referunt ad annum 576.*

Monaſterii Farfenſis ſtatus.

10. *Unum ex Jacobillo addendum ſupereſt de Cœnobii Farfenſis ſtatu, quem Joannes Bollandus Latine expreſſit in hunc modum.* Cum S. Laurentii diſcipuli, ipſeque poſtea S. Thomas & alii Abbates ac Monachi magna vigerent vitæ ſanctitate, ex eo Cœnobio plures ductæ coloniæ, multa, inquam, per Italiam ab iis fundata Monaſteria, Farfarenſibus adſtricta Statutis. Multi quoque Spoletini Duces, Summi Pontifices, aliique potentes viri multas ac magnas ei Cœnobio donarunt poſſeſſiones. Exſtant vetera monumenta quæ fidem faciant, poſſediſſe Farſarenſes in variis provinciis Eccleſias & Cœnobia 683. urbes duas, Centumcellas cum ſuo portu & Alatrium; caſtaldatus 5. Caſtella 132. opida 16. portus 7. ſalinas 8. fundos 38. villas 14. molendina 82. pagos 315. complures lacus, paſcua, decimas, portoria atque alia bona. Multa ei in Umbria ſuberant Monaſteria & Eccleſiæ, in diœceſi Spoletina Monaſteria duo, decem Eccleſiæ; in Aſiſienſi Monaſterium unum, Eccleſiæ quatuor, duæ in Interamnenſi. Data deinde Abbatia Farfarenſis anno 1388. ſæcularibus Clericis in Commendam, ut vocant; eoque introducti Monachi Benedictini Germanicæ nationis. Verum anno 1567. amotis Germanis alios e Congregatione Caſſinenſi illic conſtituit Pius V. Pont. Max. quibus præeſt Abbas Clauſtralis, huic alter Commendatarius, qui in octo caſtella ac plures pagos temporalem ac ſpiritualem juriſdictionem obtinet ampliſſimis aliis poſſeſſionibus Sedi Apoſtolicæ reſtitutis. *Sic ex Jacobillo Bollandus.*

AN.CHR. 576 28. Maji.

VITA S. GERMANI EPISCOPI URBIS PARISIACÆ,

Auctore VENANTIO FORTUNATO Epiſc. Pictav.

Ad MSS. codd. diligenter recognita.

I. Germanus in utero matris divina conatus divinitus vincit.

BEATUS igitur GERMANUS Pariſiorum Pontifex, territorii Auguſtudonenſis indigena, patre ELEUTERIO, matre quoque EUSEBIA, honeſtis honoratiſque parentibus procreatus eſt. Cujus genitrix pro eo quod hunc poſt alterum intra breve ſpatium concepiſſet in utero, pudore mota muliebri cupiebat ante partum infantem extinguere: & accepta potione ut abortivum projiceret, dum nocere non poſſet, incubabat in ventre, ut pondere præfocaret, quem venena lædere non valerent. Certabat mater cum parvulo, reſultabat infans in utero: erat ergo pugna inter mulierem & viſcera. Lædebatur matrona, nec nocebatur infantia: obluctabatur ſarcina, ne genitrix fieret parricida. Id actum eſt, ut ſervatus incolumis, ipſe illæſus procederet, & matrem redderet innocentem. Erat hinc futura prænoſcere, ante feciſſe * virtutem, quam naſci contigerit.

* al. factam pro eo.

II. A veneno ſibi parato ſervatur.

Deinde cum Avallone caſtro *a* cum STRATIDIO propinquo puer ſcholis excurreret, mater parentis *b* ut ejus hereditatem adquireret, de adoleſcentis ſallitura nece tractavit. Quæ temperatam potionem in ampollola condidit, vinum quoque in altera, præcipiens puellæ ut venientibus ambobus illi porrigeret de vino: iſti de maleficio. Sed ignorans miniſtra ampullulam mutat & pocula; vinum S. Germano, venenum dat Stratidio: & dum inſonti præparatur interitus, auctor cadit in laqueum. Quo mater ejus cognito puellam increpat cum fletu, extinxiſſe ſe filium. Cui Stratidio ſollicite impenſo ſtudio, facto de ipſis maleficiis vario, etſi mors vitam non abſtulit, tamen ſignum mortis inſixit.

III. Pia educatur, fit Diaconus, tum Presbyter, & Abbas.

Hinc ad parentem ſuum ſanctum SCOPILIONEM Lauſia *c* ſe conferens, moribus honeſtis alitus & inſtitutus eſt. Qui cum fere mille paſſus longe a vico conſiſterent, jugiter ad Matutinos currebant docti fidei calore per tempeſtatem, per hiemem. Qui intra terni luſtri ſpatium *d* a B. Agripino Diaconus inſtituitur, & ſequente triennio Presbyter ordinatur.

a Avallo ſeu Aballo, *Avalon*, oppidum in Ducatu Burgundiæ inter Auguſtodunum & Autiſſiodorum.

b Alia exemplaria habent, *propinqui*, ſed utraque vox, *parens & propinquus*, Fortunato ſynonima eſt. *Hinc ad parentem ſuum, S. Scopilionem*, &c. hic n. 3.

c Lauſia ſeu Lauſea, *Lucy*, oppidulum inter Auguſtodunum & Ligerim medio fere intervallo poſitum.

d Dubium eſt, an ſpatium iſtud quindecim annorum a S. Germani nativitate, an a tempore quo Scopilionis diſciplinam ſubiit, ſit metiendum. Poſterius magis arridet: nam Agrippinus Æduenſis Epiſcopus, qui Germanum ordinavit Diaconum, nondum Sedem obtinebat anno 517. quo Pragmatius ipſius Agrippini deceſſor Epaonenſi Concilio ſubſcripſit. At vero S. Germanus anno citato, viginti minimum annos jam attigerat, ſiquidem *fere octogenarius evolavit ad cælos* (ex Fortunato n. 76.) anno 576.

Google

Dehine à Pontifice NECTARIO Abbas ad S.Symphorianum merito dignus adſciſcitur. Quanta vero inibi abſtinentia vixerit, quantis quoque vigiliis continuando duraverit, quibus eleemoſynis profuſus extiterit, illa res una teſtis eſt: cum jam rebus reliquis pauperibus erogatis nec panis ipſe reſideret, quatenus Fratres reficerentur. Qua de re inſurgentibus adverſum ſe Monachis, retrudens ſe in cellula, amare flevit & doluit. Inter hæc ipſo orante quædam ANNA matrona duorum ſaumariorum *a* cum pane dirigit onera. Sequenti etiam die cum annona deſtinavit plena carpenti vehicula: itaut exinde Monachi cum ſaturarentur cibo, terrerentur miraculo *b*. His itaque celeber intentus officiis, non deſut prædicandis manifeſtari miraculis.

AN.CHR. 576 28. Maji. Charitas ejus in pauperes miraculo ditatur.

IV. Incendium reſtingnit.

Igitur quadam vice dum cibum feſſus acciperet, ingrediente AMANDO Monacho in fœnile cum lumine, carbone decidente flamma fœnum corripuit, & arida nutrimenta vorax ignis adlambit. Concurrentibus reliquis, nec tamen ſuccurrentibus, tardius ipſe proſiliens, rupta de foco cucuma aſcendens ſupra fabricam conciuens Alleluja, fundens paululum aquæ in Crucis imaginem reſtinxit incendia: ac de manu Sancti imbre ſedata eſt ignis unda, quam vix extinguerent flumina. Quod tamen poſtero die cujus inſidiis actum eſt, hoſtis ipſe confeſſus eſt.

V.

CHARIULFUS quidam Francus partim villæ Baſilicæ res obſtinatus invaſerat. Quem cum Vir Dei ad reddendum aliquatenus commoneret, nec tamen proficeret, ad orationem ſe convertit, nec fides vindictam deſtulit. Statim ex vicino ferus urſus exſiliens tres illius equos interfecit, nec ſic a duritia reſipiſcit. Sequenti vero nocte duplicavit ultor perniciem. Sex jumenta interemit, nec ſic quoque pœna ſuffecit. Tertia idem nocte novem vehicula proſternit, triplicato cadavere: ſic labor creſcebat in cladem. Dehinc ad B. Virum tardius dirigit puerum, agrum reformat invaſum, calamitas compeſcitur. Id actum eſt, ut beſtia caſtigante homo ſenſum acciperet, & daret non intelligenti bellua rationem.

VI. * Chalon Sur Saone. Febricitantem ſanat.

Dehinc beatus AGRICOLA Cabillonenſis * Epiſcopus habens Cubicularium graviter vi febrium feſſum, qui deſtinato animo totus pendebat in tranſitu, dirigit ad ſanctum virum intercedendi ſuffragium. Tunc perceptis apicibus Baſilicæ ſub porticu ad ſancti Symphoriani ſepulchrum progreditur. Interea vir juſtus orationi incubuit, terram corpore premens & ſidera mente tranſcendens; & quaſi ante ſe habens præſentiam Domini, pro voto ſupplicis obſecrator accedit. Nam mox vicinus Redemptoris auribus exauditur, & adhuc iſtu recubante in pulvere, ægrotum medicina perfudit: ac Juſto jacente in pavimento, languidus ſurgit de lectulo, ante currentem medelam *, quam peroret qui ſupplicat: itaut portitori redeunti obviam puer occurreret cui parabantur exequiæ: ut non eſſet ambiguum eadem hora languidum ſaluti fuiſſe redditum, qua vir beatiſſimus fuſus oraſſe comperitur.

* pro currente medela.

VII. Cornuta facie apparet.

Nec illud omitti convenit, quod ad domum EARONIS pro fide Juſti collatum eſt. Cujus ingrediente domum ANNA matrona proclamat rem mirabilem ſe vidiſſe. Inquiſita a conjuge, quid eſſet quod inſpiceret, ait: Ecce beatus Germanus cornuta facie mihi videtur ingredere: quod pene vix valeo aut intueri lumine, aut ſermone conferre ſanctam virum novo more cornibus radiantem. Conſternataque mirabatur mulier hominem noſtro tempore in figura Moyſi potuiſſe conſpicere. Credendum quod & iſte poſt colloquium Domini potuit a muliere cornu exaltatus agnoſci. Cujus cauſæ pavore Ebro eadem die juxta Sanctum ſedere nullatenus præſumpſit duplici pro metitu, mœrore pariter & terrore.

VIII. Theodeberto mortem prædicit.

Contigit ut pro villis Auguſtodunenſis Eccleſiæ THEODEBERTO Regi Cabillone occurreret. Memor ſancti Symphoriani in ingreſſu Palatii, ita Spiritu Dei redundante locutus eſt, ut ante Rex annueret, quam verba petitor explicaret. Cui & ore prophetico finem dixit de tranſitu. Quod paucis interim diebus *c* dum ad Remus remeavit, in ipſo itinere Rex extrema forte defecit, quaſi ſancti viri ſermo dictus fuiſſet ab Angelo.

IX. In Eccleſia ſolus vigilias ducit.

Et quoniam Beatiſſimo erat familiare in Baſilica ſancti Symphoriani ſoli vigilias ducere, euntem eum Monachus SILVASTER proſequitur. Et ingreſſi pariter ad ſancti Martyris tumulum, circa noctis medium ab altari tumultum frequentantem tumores accipiunt, tanquam ſi ad rapinam collecta curreret multitudo. Credens enim vir Dei verſari latronum incurſum, imperat Monacho ante ſepulchrum pſallere. Ipſe vero accedit ad altare. Dehinc illa turba ad Monachum quo pſallebat alacriter properat. Quo mactato graviter & in terram projecta ac ſemivivo relicto veloces effugiunt. Qui vix voce flebili cladem ſuam replicans, a dœmonibus ſe cæſum gravi congreſſu confeſſus eſt.

X. Servos redimit.

Accidit ut SABARICI famulus ÆSARIUS nomine, ad virum de quo loquimur injuriam paſſus confugeret, ſupplicans ut quolibet pretio eum de inſolentis domini ſervitio liberaret. Quod indignatus Sabaricus pro Æſario & conjuge vel unico ejus filio, octoginta ſolidos pretii nomen petiit, quominus famulos ſervili ditione laxaret. Tamen hoc non dubitavit miſericordia Juſti vel perquirere vel donare. Quo pretio perſoluto, contigit ut ante Baſilicam ſæpe-

a Saumarii, equi Sarcinarii Gallis *Sommiers*, a σαγμα, ſarcina.

b Poſt hæc verba apud Surium & in nonnullis apographis poſterioris ætatis inſeruntur hi verſus. *Cujus bonis operibus inflammatus Epiſcopus, S. Virum neque adhuc iſta recuſantem, quem etiam prædicabant dæmonia, in cuſtodiam truſit. Cui fateor nutu Divino aperiebatur ergaſtulum, ſed non hinc egrediebatur, niſi ſupplex & Epiſcopalis daretur præceptio.* At cum iſta in antiquioribus ſincerioribuſque membranis non legantur, hæc revocanda in ſeceſſum duximus.

c Et tamen Gregorius Turon. in lib. 3. Hiſt. cap. 36. ſcribit Theodobertum *diutiſſime ægrotaſſe*, & cap. 37 anno poſt Chlodovei obitum triceſimo ſeptimo, regni ſui 14. Chriſti ſcilicet 548. obiiſſe.

AN.CHR. 576 28. Maji.

ſæpedictus Sabaricus præteriret, nec tamen orationi quoque occurreret? Qui domum ſuam ingrediens, ſtatim affligitur, ligatur, & catenis revinctus ad Sanctum perducitur. Neque ſic a pio viro miſericordia tollitur, ſed ſtatim miſſa prece ejus obtinente fide purgatur. Tunc adjecit Sabaricus adhuc viginti aureos ad pretium quod acceperat, & de centum ſolidis crux ad ſepulchrum beati Symphoriani ab ipſo ſuſpenſa eſt: quæ uſque hodie res eſt in teſtimonio. Qua occaſione filii vel filiæ ita ſancte converſati ſunt, ut per Monaſteria nunc regant agmina Monachorum. Quæ cauſa modo mirabili profuit patri vel germini, ut parvum genitoris flagitium poſteris tranſiret in luctum.

XI. Morib. dam ſanat.

In pago Aliſienſe *a* res geſta eſt. Conjux inluſtris viri Vulfarii, Dastasia nomine, vitalis ſpei deſtituta ſolatiis, linguæ carens officiis per biduum jam muta, ſpiritu deficiente decumbens, apparatis exequiis jam palpitabat exanimis. Cui eulogiis per Presbyterum ſuum directis & violenter adapertis præmortuæ dentibus in ore tranſjectis, mox ut fauces ſemivivæ liquor benedictionis introiit, ſtatim incipit præmortua vitæ flatibus anhelare, oculi nece præcluſi lumen diei requirere, ut poſt funerum pallorem facies in ruborem tranſiret, donec cunctis ſtupentibus vivificata conſurgeret, & circumſtantes auctorem muneris gratiam prædicarent. Quæ ſingulis annis tributum vitæ ſolvit pro pretio.

XII. Epiſcopum ſe fore prævidet.

Ceterum revelationum ſuarum quis ſcrutator introeat, cui ante quatuor annorum curricula, ipſa Epiſcopatus ſui cauſa non eſt abſcondita? Itaque poſitus in ſopore, inſpicit a quodam ſene claves ſibi portæ Pariſiacæ porrigi. Interrogans quid hoc fieret, accepit reſponſum, ut ſalvas eas faceret. Quod poſt civitatis ejus Epiſcopo *b* decedente dum præcellentiſſimo Regi Childebarto occurreret, in ejus electione effectum illa vox promeruit. Ordinatuſque Pontifex qualis quantuſque ſe geſſerit, hoc expedire lingua mortalis non ſufficit: quoniam ſupra hominem fuit omne quod edidit. Denique adeptus gradum curæ Paſtoralis, de reliquo Monachus perſiſtebat. Hinc ſe frequentibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis. Pernoctabat algida ſenectus per hiemem ſuſtinens dupliciter frigus, ætatis & temporis, quod nec tolerare poſſint potulenti juvenes: ſeipſum pene obliviſcens pro victoria corporis, tamquam ſi ſimul acceſſiſſent dignitas & neceſſitas. Quæ vero eleemoſynæ tam de rebus Eccleſiæ quam populi oblatione vel Regio munere per manus Sancti factæ ſunt, ſolus ille qui omnia ſcit, novit & numerat.

Epiſcopus factus Monachi vitam retinet.

XIII. Nota Childeberti in pauperes munificentiam.

Denique quadam vice præcellentiſſimus Childebartus Rex cum ei direxiſſet ſex millia ſolidorum pauperibus eroganda, expendens tria millia revertitur ad Palatium: interrogatus a Rege ſi adhuc deſideret quod egenis tribueret, reſpondit medietatem reſediſſe, nec inveniſſe inopes, quibus totum expenderet. Cui Rex inquit, Domine, dona quod reſtitit: nam Chriſto largiente quod donetur non deficiet. Incidens aurata miſſoria, argentea vaſa comminuens, quidquid primum habuit dans Sacerdoti ne pœderet. Erat ergo expectanda contentio inter Sacerdotem & Principem. Faciebant apud ſe de miſericordia pugnam & de pietate certamen, theſauros ut ſpargerent, & de ſuis talentis egeni diteſcerent, feſtint ad futura lucra, ut bratheum ſemen *c* ſererent, & poſt meſſores accederent aurolentam per ſegetem: ut Sacerdos locupletaretur Regalibus theſauris, & in Regem floreret gratia Sacerdotis, qui ſuum ſolum hoc credidit, quod nudus aut egenus accepit.

XIV. Dominica die laborans punitur.

Sed revertamur ad ordinem. Quidam in Exona * vico de fiſcalibus famulis Gildomeris nomine, cum die Dominico quiddam operatus fir, ita contrahitur digitis, ut unguium acumen partem tranſiret in alteram. Qui Pariſius ſancto viro occurrit in Oratorio: & oratione data, manuque peruncta oleo, ungues de palma retractæ ſunt. Digitis redditur organum & in antiquo officio nervorum tela retexitur. Quem Clericum poſt effectum, & ut integrum ſalvum faceret, peſte liberavit & crimine.

* Eſſone prope Corbolium.

A S. Germano ſanatur.

XV.

Rurſus quædam mulier nomine Favonia in urbe Pariſiaca per novem dies percipiens nihil præter pulticulam, ore aperto inhians ſancto viro oblata eſt. Quæ velut ferro oppoſito nulla lege poterat jungere dentes aut labia. Quam in Oratorio ſacro perungens oleo, palpato undique capite ſine tarditate ſaluti reſtituit.

XVI. Item mulier.

Accidit ut puella quædam de Madardi Meglidunenſis *d* familia filans die Dominico, contracta manu damnaretur ſupplicio. Quæ contacta oleo virtus infudit remedium. Hinc ſtupentes digiti vigorem priſtinum reſipiſcunt, oblitum artis officium reducti articuli meditantur, manus ramoſa diſtenditur, & purgata vitio dextera ſaluti reducitur.

XVII. Alia miracula.

* Noyon in Picardia

Recte creditur inferendum illud quoque miraculum. Bobolenus quidam de vico Noviomo * vehementer inimici pervaſus inſidiis, ad hominem Dei vinculis nexus adducitur, rebelli ſpiritu rotatus excutitur nec laſſatur. Qui exorante ſancto viro quaſi de longo itinere ad ſe ſuamque mentem ſeptimo die revertitur. Sic dupliciter liberatus, dum fugit umbra de ſenſibus, catena cadit de manibus, & ſanus redditur & ſolutus.

Hoc

a Alexia, *Aliſe*, oppidum quondam validiſſimum in colle apud Mandubios in Burgundia ſitum, Cæſari notiſſimum lib. 7. de Bello Gall. nunc vicus eſt colli declivi impoſitus.

b Euſebio S. Germanus ſucceſſit in Sedem Pariſiacam ante Concilium Pariſienſe III. anno 557. celebratum, cui Germanus ſubſcripſit.

c Ita MSS. codd. ubi legendum videtur *bractheum ſemen*, hoc eſt aureum vel argenteum: nam bractea eſt auri vel argenti lamina ſubtilior. Cui interpretationi favet quod ſequitur de *aurolenta ſegete*.

d Melodunum *Melun* ad Sequanam decem leucis ſupra Lutetiam Pariſiorum. In quibuſd. MSS. legitur *de domo Madardi Meglidunenſis familia*.

Hoc autem memoriæ jure perpetuo eſt tradendum. Quidam ex NANTHARICI * familia ſeparatis ab invicem maxillarum juncturis ore aperto ad ſanctum virum perducitur. Quem ſigno Crucis impreſſo ſanitati redditum vetuit ne acciperet vini potum aut carnis edulium *a*. AN.CHR. 576 28. Maji.
Qui præcepta poſtpoſita ad normam ſui languoris ſtatim reductus eſt. Sed ne prævaricantis negligentia Juſtu ſubtraheret gloriam, in Spedoteno *b* villa rurſus ei oblatus eſt. Cajus loca XVIII.
maxillarum ſancto perungens oleo, ac beatis manibus mentum aſtringens & labia Chriſti nomine invocato, concuſſa ſanctis digitis ad ſe junctura revertitur, & ſuæ fidei merito ſalvus dumum reducitur. * an Nemptodori? Nanterre. NOTA.

Item faber, LEGARDUS nomine, turbulenti dæmonis arreptus inſania, ita beſtiali feritate proruperat, ut catenis collo manibuſque revinctus via ad beati viri traheretur præſentiam. Inde miſerabilior, ut qui ſuſtinebat ab hoſte violentiam, ipſi adderetur altera pœna per vincula. Quem tamen Sacerdos apud ſe imperat detineri: & ſicut ſeptimo die Deus quievit ab opere, ita & opera Dei tranſacta hebdumada eripitur a dæmone: ſicque in propria redire ſecurus meruit liberatus ab hoſte. XIX.

WADDO vir inluſter conſiliis Regis particeps typum dupliciter incurrens febris & frigoris, expurgandus ſancti viri præſentatur obtutibus. Interea hora ſolita febre concuſſus graviſſima, ut refrigeraretur vel aquam inſtanter expoſtulat. Qua ſibi denegata in ſancti Pontificis inſoleſcit injuriam. Vir tamen Dei contentus, ut obtineret victoriam, oratione explicata, potum ei donans in calida, hominem revocavit ſalutem ad priſtinam, & imminens periculum tali curavit antidoto, febrem curans per calidam. XX.

Nec illud eſt prætereundum ſimilis cauſæ miraculum. Reginæ CHLODOSINTHAE *c* XXI.
miniſter ULFUS nomine, typo * vexabatur graviſſime. Poſcens ſuffragia medelæ pertrahit ad Pontificem. Quem vir Dei conſtanter ducit ad Baptiſterium. Sed exorante Sancto cœpit affligi gravius in proximo liberandus. Poſtulat ardens & æſtuans aquæ modicum, ſed negatur. Qui fellis amaritudine ſuſcitatus acerrime, balteum ſuum ad Sancti veſtigia projecit clamans: Tu me Domine interficis, cum ſanare debueras. Sed hoc tibi notum ſit, quia per te morior. Vita mea a te erit requirenda a Rege vel a parentibus. Interdum præ calore per Baptiſterii pavimentum volutatur. Orante beato viro in ſoporem convertitur, & aliquantulum poſt ſomnum excitatus, ab ipſo in omnem incolumitatem languidus reformatur. Inquiſitus a Pontifice cur tantum locutus ſit ad injuriam Sacerdotis, reſpondit ſolum ei gratias referens, nihil ſe de ſuis verbis recordari confeſſus eſt. * id eſt febri periodica.

Præcellentiſſimus CHILDEBERTUS Rex cum equum neceſſarium ad ſellam beati viri donaſſet vehiculum, rogat ipſe qui dederat, ut eum ſibi retineret, nec cuiquam tribueret. XXII.
Interim beatus vir poſtulante captivo equum donat in pretio, quoniam apud Pontificem plus fuit quam illa Regis, vox pauperis. Jubet igitur ut quindecim eum venundaret ſolidis: NOTA.
quem pauper ipſe cum duceret, negotiator occurrit, emitque prædictum equum duodecim aureis. Quo empto negotiator adducit ad ſtabulum. Sed quoniam minus dederat quam vir Dei præceperat, equus ſub nocte moritur, ne ſancti verbum iret incaſſum. Unde ſequenti die ſellarem de ſtabulo junctis bobus extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum. Qui verſa vice capiſtro non capite ſed pedibus adligatus educitur.

Eſt operæpretium illud memoriæ tradere, qualiter Sacerdos Chriſti ſolitus erat de ipſis quoque Regibus triumphare. Igitur cum glorioſo CHLODCHARIO Regi occurriſſet ex ſolito, nec tamen de ſancto viro ſtante ante Palatium ei ſuerit nunciatum, mora facta ante veſtibulum non repræſentatus inde domum revertitur. Sequens nox in Oratorio vigiliis ducitur, Rex dolore atque febris infeſtatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum Eccleſiæ a Proceribus concurſatur: pœna Regis exponitur, ut ſua viſitatione Regis doloris vim mitiget Optimates deprecantur. Mora apud pietatem injuriæ cauſa poſtponitur, qui ante non nunciabatur, intrat honoratus & exoratus Palatium. Rex vix adſurgit de lectulo, cæſum ſe divino flagello conqueritur. Adlambit Sancti palliolum, veſtem Sacerdotis deducit per loca doloris. Culpam confeſſus criminis, mox dolor omnis fugatur: idque actum eſt, ut cujus incurrerat de contempto periculum, ſentiret tactu remedium. XXIII. Chlotharius ſanatur.

In pago Pariſiaco Vico-Novo * res geſta eſt. Quidam in eodem loco impetu lupi rabidi laceratus & extra ſenſum effectus beato Sacerdoti miſeranter oblatus eſt. Hic ad illa ſuæ artis recurrens ſuffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito & ſacris eo digitis medicabiliter attrectato, peſtis illa quæ viſcera dolore graſſante pervaſerat, loca fugit obſeſſa, & jam putredine reſoluta, vigore priſtino reſtituto, ſine cunctatione velut expergefacto de ſopore dolor receſſit, mens redit. XXIV. * infra num. 40.

Item de vico Mantola *d* WALDULFI cujuſdem ancilla, anno & novem menſibus gravi cæcitate percuſſa, per ſoporem admonita ut fimbriam Sancti ſi tangeret, mox viſum reciperet; die quadam Sacerdoti occurrit; ſed multa nocte circumdata ita conſtrictis luminibus, XXV.

a Simile quid de S. P. Benedicto legitur in lib. 2. Dial. Greg. M. cap. 16.

b Al. Spedenoto, *Eſpone*, vicus prope Meduntam Caſtrum, *Mante*, decem leucis infra Lutetiam Pariſiorum non longe a confluente Mandræ in Sequanam.

c Gregorio Turon. in lib. 4. cap. 3. CHLOTSINDA vocatur, Chlotharii Regis filia, quæ Alboino Langobardorum Regi poſtea nupſit. Ex hoc loco videas, Regum Francorum filias in paterna domo adhuc degentes Reginas appellari.

d An Caſtrum, Medunta aliis appellatum? Certe vernaculum nomen *Mante*, ſatis accedit. Vide ſupra n. 18.

AN.CHR. 576 28. Maji. ut unde uleum benedictum injiceret, luminis aditum non præſtaret. Tamen perunctis palpebris deſuper & locis reliquis capitis, oratione data, pane & ſale ſignato, mulieri præcepit ad manſionem ſe condere. Ipſe a primo ſomno in Oratorio pervigil, circa medium noctis mulier clamat hoſpitem ſe lacrymare profuſe. Tum accenſo lumine ab oculorum compage cernit manare ſanguinem. Quæ cum eodem cruore mane ad Sanctum rediit, ſed ipſe cum aqua palpebras fovens & abluens, orationibus additis, oculus unus apertus eſt: deinde altero perunctu mulier domum revertitur. Dehinc eadem ſub nocte nimium fuſo ſanguine adpropinquante die Sacerdoti ſe obtulit. Qui cum de Regis occurſu domum reverteretur, ingreſſus in Oratorium ſtatim mulieri alter oculus aperitur, & præſtante Domino gemello ſe videre lumine gratulatur.

XXVI. * al. Ranneſidis. * al. hoſtis. Magnofledia * puella cum talibus decepta illuderetur inſidiis, ut quoties ad Eccleſiam voluiſſet accedere, greſſum facere non valeret; Servo Dei in villa Savata *a* præſentata eſt. Confeſtim ut Sancti manus ſuper caput puellæ titubantis imponitur, tali inveſtigatione occultus * hoſpes detegitur, & ſe diu latuiſſe multo gemitu confitetur, nec in Beati præſentia clamat propria ſe poſſe celare præſtigio. Ergo ita ſe proditum & egreſſurum gravi ardore conqueritur. Interim non ceſſante Sacerdote manu Crucis ſignum depingere, expectantibus omnibus in muſcæ ſimilitudinem prorumpens, cum ſanguine de naribus mulieris inimicus egreſſus eſt. Quam ſanitati reſtitutam Monachali veſte mutatam Dei ſervitio traditam bis triumphare fecit, hoſte victo vel ſæculo.

XXVII. Quid illud quod me mora curavit debilem dexteram? Cum ad feſtivitatem Sancti Martini Turonis acceſſiſſet, egreſſo de Monaſterio offert ſe mulier barbara, manu nervis contracta, poſtulans medicinam. Quam ſub caſula receptam ſuo ſputo inlitam velut ſparſum farinæ collectum commacerat. Hinc reſudante dextera digitos tendit & replicat, torporem veteratum ad vivacitatem reſuſcitat. Et priuſquam veniret ad beati Martini januam, digitis ſuis extenſam reddidit incolumem dexteram. Quam mox ſentiens eſſe directam, mulierem a

* pro repulit. ſe repulſus eſt *, ingreſſus Baſilicam.

XXVIII. Deinde egrediente de prædicta Baſilica cum ſe ad manſionem ſervus Dei reciperet, offert ſe manca alteri palma digitis affixa, quæ prius tacta de ſaliva, dehinc oleo perunctu, priſtinæ ſanitati de præſenti eſt reddita. Nam cauſas infirmitatis hoc erat ſancto viro curare quod tangere.

XXIX. * num. 32. Erat ſane mirabile, quoties famulus Dei ad Auguſtodunum voluiſſet accedere, mox ad ſanctum Symphorianum dæmones nunciabant. Et occurrentes per Murvinum * fletu gemituque clamabant: Vir ſancte, ſi de locis cultis nos inconſideranter repellis, vel habitare concede ſilvarum per ſolitudinem, ut liceat miſeris per deſerta ſecuros errare. Ante tuos oculos nec corpora nos celant, nec nemora. Qui deflentes & Sancti non tolerantes præſentiam, admota ejus dextera de obſeſſis corporibus paſſim vertebantur in fugam, & de ſalute populi projecta dæmonia lamentabantur.

XXX. * Supra num. 2. Producatur in medium nobile illud miraculum. Cum regrederetur Pontifex de ſancto Symphoriano, Caſtello Avallono * iter agens ingreditur, ubi reorum multitudo tenebatur ergaſtulo. Hinc a Nicasio Comite invitatus ad prandium, vir Dei cœpit de miſericordia habere colloquium: ut datis fidejuſſoribus laxarentur de vinculo, & partem culpæ cederet pietatis intuitu. Quod ille facere diſtulit obſtinato ſpiritu. Unde antequam perprandere, ſe de menſa Sanctus proripuit, & carceri ſubterraneo ſuperjectus diutius oravit cum fletu, ut divinu conferretur auxilio, quod a temporali judice non eſſet obtentum. Sic auſus ille lacrymarum per aera ſurgit in cœlum, & gemitus pervenit ad votum. Itaque deputatur Angelus ad effectum. Dehinc vir venerabilis ſpem promittens incluſos hortatur. Nec perdit ſermo quod loquitur: Fides geſtis impletur. Eo diſcedente mox catenarum baccæ *b* franguntur, vinctæ januæ reſerantur, dies in carcerem reducitur, damnati de tenebris in lucem procedunt, nec diutius pœna tenuit quos torqueret. Sic erepti, Pariſius occurrunt Pontifici, qui periclitabantur incluſi. Sed ut culpabilibus aliquid plus conferret, a Rege quidquid fiſco pro his debebatur obtinuit.

XXXI. Dehinc ad ſanctum virum Nicasius cum vellet occurrere, & jam præſentatus mox graviſſimo caſu in terram proſtratus eſt, & pene omnibus ſalutis deſtituto ſolatiis, ipſo Sancto intercedente homini deſperato virtus & ſenſus regreſſus eſt. Mox balteum quo cingebatur & ſpatam pro munere beato Germano contradidit: quod ipſe Comes dato pretio poſt redemit. Id actum eſt ut quod prius incarceratis concedere diſtulit, hic duplicato fœnore debitor compenſaret, & aucta dote damna ſarciret, prius pro eis differens poſt & ſe ipſum redimens. Nunc non illis pius, modo & de ſe trepidus, didicit caſu proprio ne timuis ſuccurrere alienis.

XXXII. * an Piſtaricia? Prorſus illud ſtuporis retexatur in pagina. Eunte ſancto viro ad beati Martyris Symphoriani occurſum, dum de vico Cervadone in Murvino *c* progreditur, habitatores loci occurrentes ſuggerunt, ut ſegetem Panitiæ * mulieris viduæ nihil habentis reſidui, quæ ab urſis vaſtabatur, viſitare præciperet, & ſancto ſuo adventu repelleretur incurſio. Qui concitus miniſtris irri-

a Savara, *Sevre*, duabus leucis infra Pariſios, prope Meudonis caſtellum, *Meudon*.

b Baccæ ſeu Baccæ Lauri vel Juniperi fructus, item gemmas, & mortuorum capulum ſignificat, heic inſolitos quidem catenarum annulos.

c Cervedu, *Cervon*, vicus prope Corbiniacum, vulgo *S. Leonard de Corbigny*, in tractu Murvinenſi, *le Morvans*, qui tractus Burgundiam a Niverum dirimit.

Digitized by Google

irridentibus ad locum perducitur, & oratione data deſuper fecit ſignaculum. Hinc inſtinctu Divino in parentales beſtias feralis ira ſuccenditur, odium naſcitur in affectu, in pace pugna committitur. Furore beſtiæ bis armantur, ſtatim præfocatur unus urſus ab altero, & ipſe qui reſtiterat dum vellet foras egredi, ſepis palo transfoditur. Sic utrique vaſtatores uno momento perimuntur & ipſi ſibi confeſtim arma mortis effecti ſunt. Poſt ipſi redeunti mulier pelles urſorum obtulit ex ſtudio, & quaſi victori ſuo repræſentat ſpolium, quod tamen omnino ipſe recuſavit accipere: & qui prius riſerant, pœnitere cœperunt videntes miraculum. AN. CHR. 576 28. Maji.

Et quoniam de Dei dono non debet eſſe faſtidium, illud etiam breviter ducimus explicandum. BEATRUDIS quædam mulier MUNTUNTHI * matrona, dum tempora Letaniarum præcæcatis oculis non poſſet ire cum populo, audiens chorum pſallentium cum lacrymis Domni Germani implorat auxilium. Tertia ſequenti nocte per ſoporem viſus eſt ei vir beatiſſimus adſtare prope lectulum & quaſi cæcis oculis feciſſe ſignaculum. Evigilans mulier macito narrat quæ geſta ſunt. Mox ſtillante ſanguine dies oculis redditur, & diuturnum poſt nubilum lumina ſereno radio micuerunt. Clareſcente quoque die ad Miſſam cum populo progreditur mulier in proceſſu, itaut ſancti viri ſic viſa per ſomnium eſſet imago remedium. XXXIII. * al. Munſuinthi.

Adeſt nec minus laudabile reddita vita infantulæ. Cum in Turonico illuſtris viri PIENTI matrona expoſitæ filiæ lamentaret extrema, & obſeratis oculis nec anhelitu mobili reſpiraret infantula, ad ſancti viri præſentiam tota committit præſidia. Qui per Miſſum invitatus quantum valet ad conclamatæ puellæ cadaver * properat. Exceptus multis fletibus deplorante familia appropinquat ſubſellio, quo jam rigebat infantula. Cœlo vim facit queſtibus. Fere tranſacto inter hæc unius horæ ſpatio, mobili ſingultu flatus puellæ reducitur; viſcerum vitalis calor per membra diffunditur. Dehinc paulatim animata potum popoſcit ut biberet. Tunc a Beato viro pane ſignato vel calice deguſtato infantulæ revocatæ de funere totum vertitur in ſalutem. Quæ poſt in Monaſterio beatæ Radegundis felicioris vitæ terminum conſummavit. XXXIV. * antiq. codd. cadaverem.

Quidam Clericus de juxta Monaſterio beati SILVESTRI in Ternodorinſe *a*, cum die Dominico, ut loquimur ex conſuetudine, caligas circinaſſet, debilitatem manuum vel pedum incurrit. Sed de beato Silveſtro greſſus recepit officium, per ſoporem admonitus occurrit ſancto Germano poſcens ſalutis compendium. A quo interrogatus cauſam culpæ confeſſus eſt. Tum imperat Clerico ut clamaret per populum, nec quis temere die operaretur Dominico. Quo quinto diu tranſacto ſuperfuſo oleo debilis palma dirigitur, & ad propria eundi cum libertate dimittitur. XXXV.

In pago Amonienſe * quod geſtum eſt replicetur: Rotegiaco * villa Pariſiacæ Eccleſiæ ſeptem ei viri debacchantes oblati ſunt. Quibus curantis unus qui graviore vexabatur ſpiritu cum exire cogeretur, homini Dei profeſſus eſt, expulſo ſe de illo loco gravem lamentationem Pariſiacis facere. Tunc fugata peſtis de ſancti viri Germani tranſitu famam ſudit per populos, & Paſtoris pro obitu gregem movit in fletum. Qui tamen energumenus etſi ſeminavit mendacium, expulſus non defendit obſeſſum. XXXVI. * Moſny in Bria. * Rozoy.

Et quia Juſti opera creſcere cogebant miracula, item in prædicto loco offertur ei paralyticus membris diſſolutus carpento ſubvectus, greſſu deſtituitur & actu. Quo ſanctificati olei liquore perfuſo cum cutis ſumma tetigiſſet, vigor medullas intrant. Dehinc redivivæ manus ad uſum mobilem redeunt: thorace pectoris vitali appulſus fit fortior, genua columnaris imbecillitas roboratur *b*, plantæ ſolidatis baſibus ſubriguntur. Inter hæc tota membrorum fabrica reparatur: qui ſanitate recepta, redeunte ſancto viro occurrit in itinere præparato exenio gratias Chriſto referens de reddito corpuſculo. XXXVII.

Nec hoc prætereundum eſt, qualiter ſimili merito claruit virtus in altero. Igitur EMMEGETTLUS de vico Bucciaco *c*, quidam puer admodum parvulus membris paralyticus in ſella Pariſius ad ſanctum virum manibus bajulantium delatus eſt *d*. Nec dextra vigens mobilis, nec planta ſurgens ſtabili, nec lingua ſonans volubili, totius debilitatis marcore captivus, quodammodo ſine naturæ ordine in rerum natura præfuſus. Quem ſanctus continuatim per triduum ſacro liniens oleo ſanitati reſtituens uno ſub momento voce, manu, veſtigio. Cunctos ſtupor amplectitur, clamor in cœlum educitur omnem artem medicorum ſanctum ſuperaſſe Germanum. XXXVIII

Item de eodem vico Bucciaco quædam occurrit Pariſius ita manu contracta, ut unguium acumen palmam foraret in intimam. Qui tantum oris ſui ducta ſaliva pollice, nervorum diſtentionem, manus reformat imaginem. XXXIX.

Retinet ejus laureas & pagus Bituricus. Igitur Paſtor bonus cum de vico Novigento ad XL.

a Ternodorenſis tractus, cujus caput Ternodorum ſeu Tornodorum, *Tonnerre*, in Burgundiæ Ducatu, extenditur uſque ad Monaſterium Reomaenſe, vulgo *Mouſtier S. Jean*, cui tum S. Silveſter Abbas præerat. Lege infra Vitam S. Joannis Reomaenſis.

b Ita MSS. codd. Legendum tamen videtur: *thorax pectoris vitali pulſu fit fortior, genuum columnaris imbecillitas*, &c. niſi forte *genua* adjective ſumatur.

c Bucciacus, *Boiſſy*, paullo ſupra Lutetiam, inter Sequanam & Matronam.

d In pluribus MSS. hic inſeruntur iſta verba. *Per triduum voce, manu veſtigio, pudore concutitur, rumor in partes tollitur, gratias Creatori referentes, hominem a quo morbis jugiter & moribus imperetur.* Sed cum textu non bene cohærere videntur.

ANCHR. 576. 28. Maji. ad Vicum-Novum *a* viſitandi gregis cura ſolita perveniſſet, offert ſe quædam vetula annorum bis quaterna gerens in cæcitate curricula. Cujus ſuper oculos ſignum noſtræ redemptionis Sacerdos imponens, imperat ut ſequens iret qua Pontifex pergeret. Altera quoque die cum prædicto occurreret ei ex improviſo, ſanguinem manantem de lumine largo fonte ſalutem ſuam oculi lacrymabant. Quæ inter reliquos adſtante ſancto viro conſpicitur. Qui tollens ſe de conſeſſu, mulierem utpote cæcam trahit in diverſorium, quo ſibi erat cubiculum. Cujus lumina aqua tepida ſuis manibus abluens diem refudit in oculis. Quæ mox lucem inſpicit, ſancti viri digitos inſatiata gaudio ſuis immerſit faucibus, pariterque miniſtris compunctione deflentibus videre ſe hominem qui cæcis pro pecunia in domo lumina diſpenſaret. Sed hæc in cubiculo præſente me geſta ſunt.

Fortunatus miraculi teſtis.

XLI. * al. in Æthe. Cum ad poſſeſſionem Eccleſiæ quæ dicitur Inethe *, Sacerdos accederet, quidam ei fit obvius, conquerens de quadam villa ſe ſolum incolumem eſſe, univerſos vero accolas gravi tædio laborare. Cujus eulogiis ad infirmos portatis ſtatim ab ægrotis languor omnis fugatus eſt, & primo guſtu eulogiarum morbus cum pane conſumptus eſt. Sic fuit ab illa turba cum eſca ſanitas manducata.

XLII. Item cum Pariſius ad Baſilicam beatæ Crucis *b* vir Dei procederet, mulier parvulum in albis ultimo flatu palpitantem & jam migraturum ante Sanctum expoſuit dicens: Pie pater ſi velles ad lamentantem reſpicere, mater flebilis non orbarer. Neque hinc diſcedere mallem plenam gemitu vacuatam de fructu. Et niſi feſtines ſuccurrere, vides infelicem extorquente morte rapi natum ab ubere. Aut filium reſtitue, aut pariter cum ipſo funeraturam me obtine. Indulge Paſtor miſeræ quam ſuus dolor facit audacem. Qua flebiliter poſcente, mox ut Beati dextera ſupra exſpirantem ſignum Crucis impreſſit, quaſi vigil de ſopore lac matris expetiit, qui jam frigebat in funere. Ita momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mœrore. Hinc circumſtans populus ſtupore concutitur, fragor in partes attollitur, gratias Creatori referentes de præmio tempore Sacerdotis præcipuo, a quo morbis jugiter & mortibus imperetur.

XLIII. * Brie-conte-Robert in Bria. Deinde accedente in Bradeja vico * pagi Pariſiaci Miſſa celebrata ei in ſacrario cathedra deportata offertur paralytica, univerſorum membrorum damnata gerens officia, nullum vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Mox habens in eo fiduciam, qui dona ſibi larga præſtabat, eam ut vitalis olei benedictione ſuperlinivit, ſtatim morbus excluditur, ſalubris vigor illabitur: recreatiſque viſceribus melius renaſcitur ſaluti, quam germini, plus adquirens ex munere, quam ſumpſiſſet origine. Itaut ſuis poſtea manibus tunicam Sancto faceret quaſi adquiſitæ tributaria medicinæ.

XLIV. Tradidit memoriæ quod juvat in laude. Itaque AUDACISILUS Major domus Regiæ cum quartano typo graviter ageretur, occurrit beato viro, fidens de beneficio. Homo Dei in ſua cella deputat, & cum uno Diacono reſidere jubet incluſum. Tum anxius & jejunans miniſter quid faceret, excogitat trepidus, unde curaretur infirmus. Idcirco febricitantem virum, Dei ſervi rachena *c* undique obvolutum componit ejus in lectulo. Eadem quoque die tactu veſtis nobilis quaſi impetu fluminis, ita quartanæ febris ignis omnis extinctus eſt. Et redeunte de prandio, reſerato cubiculo, ſanus ſurrexit e lectulo, exultante miniſtro pro ſanitatis præmio, tunc ſibi reſoluto jejunio. Sic tactu Beati veſtis ſalutem operatus eſt abſens.

XLV. * Poictiers. * Secoby. Exequamur itineris accepti viaticum. Itaque cum Pictavis * vir Dei ad beatum Confeſſorem proficiſceretur Hilarium, quædam BAUDOFAIFA de Sene-Corbiaco * villa inter duos vix advecta ei repræſentata eſt quæ erat muta, clauda vel manca. Lingua rigebat immobilis, anhelitu palpitante pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum eſſet cadaveris. Super quam miſericorditer ut ſignum ſacræ Crucis expreſſit, confeſtim omnis vigor per membra diffunditur, venarum ſinuoſi rivuli ſuſcitantur, nervorum imbecillis ſtupor excutitur, naturalibus motibus ad vitalem uſum tota fabrica renovatur. Mox linguæ plectrum reſolvitur, digitorum glomi tenduntur, pedum baſes ſolidantur, totamque viſcerum molem hoc fuit apud Sanctum vivificare, quod tangere. Quæ convaleſcente medela tertia die ad civitatem Sancto gratias referens ſuis occurrit veſtigiis.

XLVI. * le Vendoſmois. * Raaſce. Operæpretium creditur etiam illud inſerere curationis præconium. Pago Vindocinenſi * vir beatus dum prætetiret, in Ranſidonem * manendi gratia declinavit, ubi tanti robur benedictionis invaluit, ut ſtipulam lectuli in quo vir ſanctus requievit, quiſquis fideliter abſtulit, donum medelæ portaverit, & de ſemine paleæ frugem meteret medicinæ.

Red-

a Fortunatus ſupra num. 26. mentionem fecit Vici Novi quem juxta Pariſios locat. Hic idem omnino eſſe videtur, apud Bituricas a quodam Gallico Paraphraſte perperam quæſitus, cum *ſolita cura* a Sancto Germano viſitaretur. Fuerit proinde mulier illa Bituricenſis Diœceſis, ſed nequaquam Novigentum, vel Vicusnovus. Sancti Clodoaldi vicus, vulgo *S. Clou*, olim Novigentum dicebatur. Vero tamen ſimile eſt hunc locum interpretandum de Novigento Silvæ Vincenenſi (*Vincennes*) proximo, a quo non longe diſtat Villa-Nova S. Georgii communiter appellata.

b Baſilica S. Crucis, elias S. Vincentii, nunc S. Germani Pratenſis in ſuburbio Pariſienſi. Lege vitam S. Droctovei Abbatis num. 13. Amanuenſium interpretatio eſt id quod in nonnullis MSS. editiſque libris additur, *in ſuburbio ejuſdem civitatis poſitam*.

c Alii ſcribunt Rachanæ, ſed utrumque recte a verbo Græco ῥάχη quod divulſiones ſignificat. Unde Rachana, vilis & lacera veſtis Voſſio de vitiis Serm. videtur. Sed aptior huic loco Menardi noſtri interpretatio in Concord. Regul. pag. 922. ubi rachanæ pro lectorum operimentis uſurpat. Alibi tamen Voſſii expoſitio quadrat, ut in lib. 2. Vitæ S. Radegundis num. 4.

Reddat hic teſtimonium nobilis facti urbs Namnetom *. Quo vir Dei cedens, religioſo AN CHR.
admodum exceptus obſequio, occurrit ei THECLA DAMIANI matrona hominis prompti 576
negotiis, ſupplicans ut virum ſuum aut ipſe Paſtor, aut Miſſi ſui requirerent. Quo quia ipſi
fuit acceſſus difficilis, cum Chriſmariis [a] ſuis Diaconum direxit. Qui percurrens ad hominem 28. Maji.
ut ſibi juſſum fuerat, infirmi viſcera tangit. Altera die cauratus ipſe Sacerdos accedit ad de- * Rauſce.
bilem, qui duplici ſub tortore, hinc preſſus valetudine, inde podagræ vulnere, cruciabatur NOTA.
homo miſerandus procaciter. Tum Sacerdos altiſſimi infirmum oleo benedicto perunxit. Eo XLVII.
momento debilis ſtatim manibus directis longinquo de languore greſſu ſolidatu proſilivit. * Nantes in Armorica.

Sed ut duplicaretur in una domo myſterium, & quæ præceſſit in patre medela, perveni-
ret ad prolem; habentes filiam offerunt ei nomine MARIAM cæcam, ſurdam, & mutam. XLVIII.
Exponunt vivum cadaver * ante Sancti veſtigia dicentes: Bone Paſtor, adhuc quod huic lan- * al. cadaverem.
guidæ medicinæ reſtat impende. Nam tibi credimus reſervatum, unde teneres præconium,
ut reſtituta familia adquirat a Sacerdote quod amiſit de germine. Tunc pietas inſignis advo-
catus in lacrymas: mox ad militiæ ſuæ belliger arma convertitur, & ad obtinendam victo-
riam preces offert fortis orator. Tunc vir beatus ſurgens ab oratione, oleo benedicto loca
perungens capitis in Trinitatis nomine trino depulſo languore, ſtatim patefactis aurium ocu-
lorumque meatibus, plaudentibus univerſis muta loquax effecta eſt. Quo facto negotiatores
civitatis Namneticæ quiſque ſui remedium, pecuniam, ut potuit, ſancto viro diſpenſandam
pauperibus devote vel obtulit vel direxit.

LAUDEGISILUS vir inluſter juxta quod ipſe profeſſus eſt, cum aliquis ex familia ſua XLIX.
domus incurreret typum cujuſcumque febris aut aliquid frigoris, lavans illas literas quas in
ſubſcriptione manus Sancti depinxerat, quamplures ſuos hac medela ſaluti reſtituit.

Breviter his perſtrictis proſequamur ex reliquis. CHUSENUS quidam incongrue dum die L.
Dominico equo curam impenderet, miſſa manu in vulnere digitus ejus intumuit. Hinc graſ- Divina ultio in violatores diei Dominicæ.
ſante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per Belſam * Sancto itinerante, ut
ad domum ſuam diverteret precibus fuſis obtinuit. Mox ejus brachium vir Dei aqua calida
conſovit: inſuper oleo benedicto perungens ſuperpoſitis caulis foliis mirificus medicus alliga-
vit. Sic quidquid inerat ulceris, pretioſa cura reſtrinxit. Poſt ipſe gratias referens ſancto vi- * la Beauſſe
ro occurrit tali curatus malagmate.

Item ſervus Eccleſiæ LIBANIUS nomine die Dominico ſepem inconſulte dum clauderet, LI.
manus ei contractæ ſunt ultione præſenti: qui ad ſanctum virum Pariſius morbo caſtigante
percurrit. Quem olei benedicti liquore perfuſum ac myſterii potius unguento reſperſum, ad-
dita oratione incolomitati reſtituit.

Per ſingulorum compendia currant rerum miracula. Namque ANDULFUS Eccleſiæ Pa- LII.
ciſiacæ Clericus dum die Reſurrectionis * in vineola ſua nuces ab arbore excuteret, pro eo * id eſt die Dominico.
quod operatus eſt in die illuminationis, cæcitate percuſſus eſt, & vultu tenebroſo perſtitit
anni ſpatio. Dehinc Pontifici oblatus, & ſancto unguine perfuſus, diei rurſus reditus,
& Sacerdotis ſerenum purgavit Clerici nubilum. Sic quidquid miniſter amiſit medicabilis
Præſul obtinuit.

Et quia creſcunt genera miraculorum per tempora; cum Regi præſentandus vir beatus LIII.
occurreret villa Roteiaco, Clericus ei nequitiæ ſpiritu vexatus adducitur. Unde expulſo ad-
verſario videntibus circumſtantibus, velut avis parvula de capite energumeni, umbra fuga-
ta egreditur: Quam dum reliqui per domum volitantem inſequerentur, ipſe Sanctus ſuis
eam contrivit veſtigiis: & cum pede comprimeretur, converſa eſt repente fallax in ſangui-
nem, geminato præconio, ut nec calcaretur, & ſui caſus indicio multifarius artifex fieret
ſanguis, reus ſanguinum.

Producat pagus Oximenſis [b] inter noſtra quod ſuum eſt, ne teneatur in obſcuro poſterita- LIV.
ti res luminis. Siquidem vir ſanctiſſimus ad villam Taſiliacum * cum declinaſſet itinere, * Ville-Taillac.
offertur ei mulier cui duplex morbus erat, inde vetuſtas, hinc cæcitas. Salutem deprecari
verbis trementibus incepit: qua ſupplicatione motus ſenis mulieris & debilis oratione præce-
dente oleo ſuperfuſo, lucernæ oculorum reddunt luminis radios, & datis ſpecularibus tene-
bræ fugerunt. Qua illuminata Deo reddentes gloriam per quem Chriſtus operatur, adſtan-
tes S. Germani præconati ſunt merita.

Dinumerandi ſunt morbi ut prædicetur fons medici. DANINGUS ARDULFI filius ita LV.
capite oculis & totis hydropis morbo tenſus erat viſceribus, ut in utris ſimilitudinem quaſi
totus venter eſſet, penetratis vitalibus velut vitrum perluceret infecta cutis intrinſecus. Qui
a medicis deſperatus, ad Beati confugit extrema ſorte remedium. Quem mox veſtibus exu-
tum & ſacris manibus perunctum, hydropis incluſus liquor liquore conſumitur, & aqua in-
fuſione olei deſiccatur. Sic modo admirabili nec humor foris egreſſus eſt, nec intus languor
retentus eſt, arte prædicabili humorem ex humore ſiccari.

Item cum ad Baſilicam beatiſſimorum Gervaſii & Protaſii vigilaturus accederet, quidam LVI.
cæcus inſtitit miſericordiam poſtulans. Cui vir Dei præcepit inter altare & Sanctorum Reli-
quias ut jaceret. Quo peracto primo diluculo mox ſuper oculos ſignum Crucis intulit, lux
effulſit. Et totus labor medici curam virtute crucis impendit.

[a] Chriſmaria vaſa erant ad recipiendum chriſma. Lege Præfationem noſtram.
[b] Vicus Oximenſis, *Hyeſme*, in Normannia, ex S. Ebrulfi Monaſterio nomen accepit, vernacule *S. Eurul*.

AN.CHR. 576 28. Maji. Mulier de Oſimenſe petens redemptionem a ſancto viro, qua ſorte, nihil accipere meruit. Dehinc Britannum Preſbyterum pro infirmitate Rectoris patriæ ſuæ benedictionem prædicti & Reliquias expetiit. Qui iter ſuum egrediens, manſionem in villa qua prædicta mulier habitabat obtinuit. Quam maritus allocutus ut ſicut alii & ipſi ad Reliquias domni Germani

LVII. occurrerent. Quæ deſpexit pro eo quod ei ſanctus vir redemptionem non dederat. Sed ſtatim in loco, quo ſtetit, velut fixa ſtipite greſſum movere non potuit: manibuſque contractis ad Reliquias Sancti, manu mariti portata eſt. Inter hæc dicti pœnitens, miſerante pio viro ſaluti reducta eſt, confitens ejus deſpectu ſibi repentinum acceſſiſſe periculum.

LVIII. * Chinon ſupra Ligerim. Et quoniam ſuo merito ſemina ſalutis per quæque loca diſperſa ſunt, contigit ut venerabilis FLAMERIS Abba de Canone * Turonico, manu beati Germani ſubſcriptam accepiſſet epiſtolam. Qui cum ſuum Monachum per duos annos febribus decubantem ad lectulum viſitaret, requirit infirmus unde veniſſet pagina. Reſpondit Abba a Domno Germano ſibi fuiſſe directam. Quam petiit ſibi porrigi. Qui de ſubſcriptione ejus lingua detergens litteram, ſalus deſcendit in viſcera, & attramenti pictura cuncta vicit unguenta. Unde approbatum eſt languido recuperato ut dicamus communiter, de Sancti ſubſcriptione ſibi ſalutem linxiſſe.

LIX. * Charuy in tracto Waſtinenſi. * Chevry. Dehinc cum ad Carnonam * Caſtellum accederet quidam ſe ei ingerit manu contracta debilis pro eo quod die Dominico aliquid operatus ſit. Quem præcepit in villa Cariaco poſt ſe feſtinum occurrere. Quo accedente dum digitos ejus ſacro perungeret oleo, ſubito ſicca palma revireſcit ex altera. Adſtricta cutis oſſibus intercurrente humore relaxavit articulos. Juncturæ pene disjunctæ revocantur in digitos, ariditas diuturna ſuffuſa refloreſcit in vena, ſtatimque vulnere clauſa dextera inter manus medici ſana redditur & diſtenſa.

LX. * al. inlester. * incurrens. Accidit ut ſanctus vir remeans de Namnetico, domum NUNNICHI inluſtris * illuſtraret veſtigia. De cujus veſte matrona rapto fideliter filo recondit in Oratorio, quæ valetudinem irruens.* Vigiliis in honore ſancti ſolemniter celebratis ac Miſſa revocata *a* de præſenti curata eſt. Ita Beatiſſimus non ſolum manu ſanavit quod tetigit, ſed nominatus curas ſparſit.

LXI. ATTILA vir inluſter ac Regalis aulæ domeſticus corruens in balneo, læſo graviter brachio computruerat ipſa tota manus ab humero. Qui medico adhibito dum curam vellet impendere, rupta vena viſcerum pene omnis in momento vitæ ſanguis effuſus eſt. Nuntiatur Pontifici, hominem eſſe in funere, pietatis impulſu occurrit ſenior: quem lacrymis conclamantum ſine ulla ſpe oculis clauſis oppreſſum invenit expoſitum. Cujus vix adaperit fauces cum cultelli manubrio, oratione prius data intulit ei in ore paululum aquæ frigidæ ſemel, ſecundo vel tertio. Interim expectans quis eſſet rei exitus, adſedit circa lectulum. Tranſacta fere hora redivivo ſingultu exanimatus concutitur, ac mollis motu anhelitus evocatus reducitur. Faucium meatus relaxatis viſceribus ſpiritu intercurrente reducitur, paulatim convaleſcens, vita de morte revertitur. Dehinc quaſi de ſopore expergefactus interrogat ad caput ejus quis fuit. Adeſſe Domnum Germanum a circumſtantibus dicitur. Poſtulat manum Sancti ſibi dignanter porrigi, ita incipiens alloqui: Domne, tu me revocaſti longe euntem itinere. Statimque obtulit ſacculum plenum pecunia & baltheum ampli ponderis, quos pauperibus erogaret mercedem vitæ vel gratiæ.

LXII. * Ruzoy in Brie. Pergens Auguſtodunum vir ſanctus Rotagiacu * dum pervenit, comperit ab ABBONE, quoſdam retruſos in carcere. Igitur pro abſolvendis ſupplex Tribuno ſuggerit, ſed ille durus non annuit. Hinc ipſe cauto conſilio dum dicit ſe campum circumire, currit devotus ad carcerem. Itaque ad exorandum provolutus ſternitur, ibique tempore nocturno catenæ diſcuſſæ ſunt, validus tormenti rigor ad fragmenta redigitur. Sera gravis illiditur, poſtis cardine vellitur, feralis carcer recluditur, damnati ad vitales auras quaſi redeunt de ſepulchro. Ita fit ut ei Rotagiaco matutino tempore ingreſſi occurrerent: & qui Sancto non præſtitit pro abſolutis reis, Tribunus reus effectus eſt.

LXIII. Bituricis convertit Judæos. * Bourges. Felicis Epiſc. Bituric. ordinatio. Igitur cunctorum ſaluti ſemper inſtans ſollicitus, cum Bituricas * acceſſiſſet pro ordinatione FELICIS Epiſcopi, prædicante Sacerdote SIGARICUS quidam Judæus fidei ſacramento percepto converſus eſt, habens in Judaiſmo MAMMONAM nomine conjugem. Quæ cum de converſione nec mentionem reciperet, & per Miſſos Beati admonita refugeret, facta ab eo vigilia Doctor ipſe profectus eſt. Quæ cum beatum virum nec viſu vellet intendere, cantato Curſu Tertiæ, manum ſuam Pontifex ad mulieris frontem dignanter admovit, pietatis ex opere. Statim a circumſtantibus de mulieris naribus ſcintillante igne fumus egredi viſus eſt, ut cunctis clareſceret, ejecto inſidiatore mulierem uſque tunc illum ſalu-

a Phraſis inuſitata & Fortunato peculiaris, ab eo iterum in lib. de Vita S. Radegundis num. 24. uſurpata, ſed utrobique in libris editis depravata fœdiſſime. Hunc locum Surius recentiorum exemplarium fidem ſecutus ita exhibet, *Vigiliis in honore Sancti eodem in Oratorio devote celebratis ac Miſſa, de præſenti curata eſt.* Omnino vero exemplaribus veteribus in noſtram lectionem coeuntibus ſubſcribendum. Quid ergo *Miſſa revocata?* Nempe dies feſtus annua vertigine recurrens. Patet ex Conc. Piſtenſis cap. 3. *Communi placita conſtituimus, ut uſque ad Miſſam S. Remigii, hoc eſt Kalendas Octob. ſpatium habeant illi, qui in iſtis temporibus iſtas deprædationes & alia malefacta criminaliter & publice fecerunt, ut inde apud Dominum & apud eos, quibus malefecerunt, ſe pacificent.* In Capitul. lib. 2. cap. 20. Carolus M. monera emendandæ concedit *ſpatium uſque ad Miſſam S. Martini*: & cap. 20. pontibus reſarciendis *ad Miſſam S. Andreæ*. Si igitur Miſſa S. Remigii, S. Martini, S. Andreæ pro die ipſis dicato ſumitur, ut ex locis adductis manifeſtum eſt; recte & ad textum oppoſite Fortunatum heic de anniverſario (ut loquuntur) feſti S. Germani recurſu interpretari licet, nec aliter fortaſſe licet. Cum enim de ſacro-ſancto Miſſæ Sacrificio is Auctor agit, non recedit ab uſitato loquendi more, ſupra num. 43.

luti ſuæ repugnaſſe per obſidem. Tunc exonerata Inimici ſaſce reſpirans confeſſa eſt numquam ſe prius faciem beati viri potniſſe conſpicere. Qua peccute ac precante effici Chriſtiana cum propria domo promeruit, & quaſi capite ſubdito exemplo ejus multi Judæorum converſi ſunt. AN.CHR. 576 28. Maji.

Decet hic illud inſeri, qualiter peregrinula ſic revocata lux oculi. Itaque pergens Augnſtodunum pro ordinatione SYAGRII Epiſcopi, huc inter reliquos cives FLORENTINUS ſoluſter pro conſenſu delatus eſt habens nævum in oculo ſpecioſitati derogans aliquantulum, ne florens haberetur in vultu. Interea dum laudes adclamantur Epiſcopo, a quodam ignorante eximproviſo percutitur eodem in oculo, evulſoque de loco cœpit ſupra maxillam dubio pendere cum viſu. Qui curſu præpropero ad beatum Germanum cum clamore proſequitur multa ipſe concrepitans, ut loqui ſoler calamitas. Tunc ſancti Germani manu lumen in locum reducitur, & ab eo ad beatum Symphorianum dirigitur. Qui pro ipſo tamdiu vigiliis inſtitit, donec amiſſus oculus purgata priſtina macula addito beneficio integrior redditur, & melius redit poſt vulnera, quam quod natus fuerat per naturam. Qui Flurentinus deinceps Mataſcone * urdinatus eſt Epiſcopus. LXIV. Syagrii Epiſc. Æduenſis ordinatio. Florentinus Epiſc. Matiſcon. * Maſcon.

Quanta vero fuerit virtus ejus ſignaculi, adeſt inter reliqua res iſta teſtimonii quæ producitur in ſequenti. Cum de Baſilica ſancti Martini ad villam S. Eccleſiæ Severiaco * recurreret, adjungit in itinere quemdam AMANTIUM juvenem, quem deprehendit a Judæis duci nexum in ferreis. Requiritur quid fecerit. Puer reſpondit veraciter ob hoc duci in vinculis, quia ſe recuſaret legibus ſubdi Judaicis. Tunc diſſimulabant cum clave Judæi vincula ferri reſerare. Facto a ſancto viro deſuper Crucis ſignaculo mox ferri ſera revellitur. LXV. * Sivray apud Turones.

Itidem cum Pariſius ad Baſilicam ſanctorum Gervaſii & Protaſii orandi cauſa procederet, januis obſeratis ingreſſus illi negatus eſt. Tunc requiſitis clavibus, nec ipſis aperientibus, ſic reſeravit peſſulum, facto Crucis ſignaculo. Stupor animos invaſit præſenti miraculo, aperiri de virtute quod clave duce non potuit. Hæc quoque veneranda præſente me geſta ſunt. LXVI. Captivi liberati. Fortunatus teſtis.

Et quia beato viro nullum obſtitit metallum, cum ligna, ſaxa, ferramenta ante ipſum ſoluta ſunt: accidit una dierum Pariſius orationem cum daret ad oſtium carceris, ſequenti nocte truſis apparet lumen in carcere. Viſus eſt eis admonere quod ſoderent ut foris procederent. Qui dicentes ad invicem Domnum Germanum ſe vidiſſe, & ſigna ſinguli referunt. Inventa coſta de pecude ſodientes amovent lapidem, & prædicto amico Dei occurrunt ad Eccleſiam matutino tempore cum rediret ad requiem. Sic multis cauſa ſalutis fuit imago Pontificis, & ad vicem beati Petri dedit noſtri Sacerdotis ipſa figura remedia. LXVII.

Dehinc illis ereptis, Tribunus civitatis ſævire cœpit in milites, deputans eorum fuiſſe negligentiam, quod viro ſanctiſſimo deputatur ad gloriam. Converſa in cuſtodes iracundia judicis, qui ſolebant adſervare, tradidit ſervandos in carcere, & ablatis clavibus judex fit cuſtos cuſtodibus. Interim vir beatus Tribunum vocat ad prandium. Ac dum pariter ſederent in eodem convivio, ad menſam ſancti viri occurrunt & ipſi qui fuerant miſſi pro reis in compedo. Claves habens in manibus cum Tribonus de ereptis vix crederet quod videret, agnoſcens ſe ſic cuſtodiſſe ſimiliter ſicut & milites carcerem, data viciſſim venia, culpa tranſit in gratiam. LXVIII.

Inferat Aurelianis * nobile viri præconium. Qua de civitate vir ſanctus progrediens damnatorum voces exaudivit in carcere, quo certe ſubterraneum habebatur ergaſtulum. Quo ſuper aſcendens & proſtratus accubans orationem dedit amicus Chriſti cum lacrymis. Prorſus obtentu oraculi inſequenti nocte carcere pateſacto ad Baſilicam ſancti Aniani confugiunt. Et ita beatus Pontifex quamvis prætereundo poſt ſe reliquit ſuffragium. LXIX. * Orleans.

Non faſtidium ſit audire quod Chriſtus præſtat fidelibus, dum miraculorum ſimul virtus creſcit & numerus. Itaque Sanctiſſimo occurrit quidam Pariſius, cujus quaſi pugnus exruberaverat oculus, ut etiam dictus vergeret in ruina poſt vulnera. Quo rogante vir Dei de ſaliva oris ſui oculum illiniens medelam lumini revocavit & gratiam. LXX.

MOVARTA * quædam Pariſius puſtulam habens in brachio cruciata doloribus occurrens beato viro, pari medicamine tactu ſalivæ curata eſt. LXXI. * al. Nuverca.

Sed ſi exſequamur miraculorum ſingula quæ ſuis geſtis præſenti floruerunt in vita, hæc ſine fine ſunt cœpta, non erit modus in pagina. Quia quacumque Pontificis ſe convertit præſentia, nulla morborum generibus defuit medicina: & quanta ſe obtulerunt languentium vulnera, ſalutis fudit tot ſemina. Namque prima Pontificis exſequamur vel ultima, cum per ſalivam oris ſui multa curata fuerint ulcera, purgata ſiunt energumina. Ante quem quamvis occulto veniſſet hoſtis nequitia, ſtatim ſe manifeſtavit fraudulenta fallacia: ac de conſpectu ſancti viri quia celari non poterant, nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſſim per loca vulitantia exponebant & crimina, ſuſpenſi per aera: frequenter nec interrogati confitebantur & nomina. Cum ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum virum crucianda dæmonia. Cujus miniſter quo loco Sancti tenebat baculum, illic energumenus pendebat religatus aereo vinculo, & quaſi clavis adfixo tenebatur veſtigio. LXXII. Virtus Sancti præcipue in dæmones.

Et quia ſancto viro ſæpe inimici tendebantur inſidiæ, ut aut equus lapſum incurreret, vel ramus arboris caugeret, aut aqua vallis vel glacies periculum generaret; mox qui aut quanti aut qualiter totum energumina factum omne confitebantur & numerum. Cum vero pedem efferret de domo vel Eccleſia, videres ſtrages dæmonum ante tanti Pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa Sancti catervatim veſtigia diverſis modis effuſa. Hæc mu- LXXIII.

ANCHR. 576 28. Maji.

muta, illa clamantia; illa fixa, hæc lubrica. Et velut ad Judicem dum geſta referrent propria, non effugiebant tormenta. Sed ad Sancti præconium quanta eſt hæc laudatio, cum ineffabiliter multa & ſtupenda ab eo fierent ſub momento?

LXXIV. *Eleemoſyna.* Ceterum eleemoſynis quantum fuerit prodigus, explicari non poterit, nec ſi totius populi vox in uno ſe glutinet. Qui frequenter contentus una caſula vel tunica, quidquid erat reſidui, nudum pauperem veſtiebat, ut inops calefieret largitore algente. Quanta etiam fuerit redemptionis effuſio, nullatenus explicabitur vel loco vel numero. Unde ſunt contiguæ gentes in teſtimonium, *Miſericordia erga captivos & pauperes.* Hiſpanus Scottus, Britto, Waſco, Saxo, Burgundio, cum ad nomen Beati concurrerent, undique liberandi jugo ſervitii. Cum vero aliquatenus nihil eſſet præ manibus, triſtis ſedens & anxius ſeverior in vultu, auſterus erat alloquio. Tunc ſi fortaſſis ab aliquo invitaretur ad prandium, compellebat convivas aut miniſtros proprios, ut conferentes pariter unde vel unum captivum ſervitio liberarent: & ſic aliquantulum Sacerdotis reſpiraret animus ex mœrore. Quod ſi Dominus aliquid per manus Sancti diſpenſandum alicunde dirigeret, mox in ſpiritu prævidens ſolitus erat dicere: Gratias agamus Divinæ clementiæ: nam unde fiat redemptio appropinquavit. Continuo ſine ambiguitate præſens probabatur effectus. Quod dum accepiſſet in manibus, reſoluta ruga frontis vultu florebat ſenior, greſſu pergebat alacrior, lingua fluebat jocundior: ut crederes hominem pro redimendis aliis ſe ipſum ſervitutis vinculo liberandum.

LXXV. *Eloquentia Angelica in concionibus.* Quis vero digne reperat, quanta virtus verborum ab ore rotabatur cum prædicaret in populum, ut omni litteraturæ naſceretur ſtupor, & fieret in commune generalis compunctio, atque ex ore dicentis crederes ut verba formarentur ab Angelo, duo pluſquam homo loqueretur tranſlatus in mentis exceſſu, cum abraſis miraculis ſinceritatis dogmatis pectora plebis cogeret Divinis effragrare pigmentis.

LXXVI. *Recitatio officii nudo capite. Lectio ad menſam.* Qui equitans in itinere, ſemper de Deo aliquid aut verbo contulit aut cantavit, Curſum *a* nudo capite dicens, etſi nix aut imber urgeret. Cum vero venit ad menſam, confeſtim recitans affuit miniſter Divina colloquia, ut inter cibi fercula animi paſtus alimento plus ſaturaretur conviva. Nullum tempus interpolans, quo non aut aliis prodeſſet, aut non ipſe proficeret.

LXXVII. *Vigiliæ.* Quantam vero vigiliarum curam ſemper impenderet quis enarret? aut toleratos algores ardore fidei prædicet? cum frequenter in lectulo antequam reliquos de ſopore commoneret adſurgere, quinquaginta Pſalmos vel amplius, indefeſſus in templo ſui pectoris Domino decantaret. Sed quis illud furtum felix * vel auditu ſenſerit vel viſu deprehenderit, cum ipſe de lectulo frequenter ſine caligis, ne ſentiretur ab aliquo, perrexit in Oratorium, nullum ſibi cupiens teſtem in illud * furtum præter Chriſtum occurrere. Qui celebrata vigilia remeans ad lectulum quaſi nihil egerit, tunc primum reliquos excitaret. *Pſalmodiæ jugitas.* Quanta vero ad pſallendum fuit conſtantia, dum velut ferri rigore induta caro ſubſiſteret, cum ſaxa frigus decruſtaret, & aquas in cruſtam verteret? Qui cum ſuis viſceribus dimicaret & vinceret, pene ſeipſum obliviſcens, ut domeſtico tormento ſuperato corpore de ſe triumphum in pace factus Martyr adquireret: ut ſe mutantibus Clericis, ſine viciſſitudine ipſe decantandi modulamina non finiret. Cum pene hoc incredibiliter dicitur quod ſcitur: quia tertia noctis hora ingrediens in Eccleſiam, non eſt egreſſus alterius pſallentium ab ordine, donec clareſcente *Somni parcitas.* die, decantatus ſolemniter Curſus univerſus conſummaretur ex canone. Cum vero domum regrederetur fatigatus ætate vel frigore, aut inlata diverſorum inquietabat ſuggeſtio, aut ab ipſo requirebatur ubi præberet ſuffragium: at etiam ad requiem reclinanti, vel paululum querelis occurrentium afflictorum vel pauperum, crux pararetur in lectulo; poſtponens ſuas *Cauſas aliorum ut ſuas habet.* injurias, ne ſuggerentem premeret illata neceſſitas. Paratus pro miſericordia, ſemper currens pro venia, Pater & Paſtor populi ad ſe alienas cauſas transferens & querelas, aut pro parte mitigabat, dolores compatiens, aut quantum poſſet ex toto curabat corde ſubveniens.

** al. felicem.*

** al. illum.*

NOTA.

LXXVIII. *Obitum præſcit.* Intantum quoque ſacris amplificatus provectibus, etiam diem beati ſui tranſitus ita prædixit ut ſubdimus. Ante aliquos dies nam vocans ad ſe Notarium ſuum imperat in cubiculum ſupra lectum ſuum ſcribere hoc tantummodo, ſed neſcientibus (*quinto Kalendas Junias*) omnibus quid hoc eſſet; poſt ejus ſanctus diſceſſus manifeſtavit de ſeculo. Nam neque hoc Dominus familiari animæ abſcondere pertulit. Denique eadem die poſt peractum prælium beatus migravit ad Chriſtum. His & conſimilibus ſtudiis occupatus ac ſemper intentus fere octogenarius per orbem mirandis actibus adſciſcendus Martyribus, Apoſtolis adgregandus, glorificandus meritis, coronandus in populis, ereptus corporeo vinculo, immaculato ſpiritu beatis fidei dotibus perpetualiter victurus, victor evolavit ad cœ-

---

a Scriptores antiqui *Curſus* ſeu *Decurſus* nomine Divina Officia, ſive Horas (ut vocant) Canonicas intelligebant, quod perſolvantur quotidie ac decurrantur. Regula S. Macarii cap. 9. *Curſum Monaſterii ſuper omnia diligat: qui vero ſæpius orare voluerit, uberiorem inveniet miſericordiam Chriſti.* In Vita MS. S. Serenici Abbatis, quam proximo ſeculo proferemus in lucem, hæc leguntur. *In orationis autem ſtudio tantus illum fervor accenderat, ut abſque peculiari ſupplicatione Romanum ſeu Gallicanum, & ſanctorum Patrum* BENEDICTI *ſeu* COLUMBANI *Curſum horis ſingulis Domino decantaret.* Ubi particula, *ſeu*, utrobique copulativa eſt, nec Curſus Romanus hic alius eſt a Gallicano. Nam Gallos olim Romanos appellatos in Vita S. Samſonis Epiſc. Præfat. pag. 165. obſervavimus. De Curſu Gallico iterum mentio fit in Vita S. Valarici Abb. apud Surium 1. April. num. 14. Porro nihil hac voce uſitatius apud Gregorium Turon. qui librum unum de Curſibus Eccleſiaſticis a ſe compoſitum in lib. 10. Hiſt. commemorat.

cœlos *a*, regnante Domiuo noſtro JESU-CHRISTO, cui eſt gluria, honor & poteſtas in ſæcula ſæculurum. Amen. AN.CHR. 576 28. Maji.

EPITAPHIUM S. GERMANI PER CHILPERICUM REGEM.

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum
 Et Pater & Medicus, Paſtor amorque gregis;
Germanus virtute, fide, corde, ore beatus,
 Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepolchri:
 Vivit enim, nam mors quem tulit ipſa timet.
Crevit adhuc potius Juſtus poſt funera: nam qui
 Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat.
Hujus opem ac meritum muris data verba loquuntur;
 Redditus & cæcis prædicat ore dies.
Nunc vir Apoſtolicus capiens de carne trophæum,
 Jure triumphali conſidet arce poli.

M O N I T U M.

Translationem corporis Sancti Germani ex Sacello Sancti Symphoriani in B. Vincentii Baſilicam tempore Pipini Regis factam, tertio Sæculo Benedictino referemus. S. Germani elogium a Fortunato in lib. 2. Carm. 10. editum hic non adduximus, quod facile apud ipſum Auctorem cunctis obvium legi poſſit.

DE S. NONNOSO PRÆPOSITO SORACTENSIS MONASTERII.

CIRCA AN 576 13. Sept.

Ex Gregorio Magno *in lib. 1. Dial. cap. 7.*

1. DE vicino nunc loco tibi aliquid narrabo, quod & viri venerabilis MAXIMIANI Epiſcopi *, & LAURIONIS quem noſti veterani Monachi, qui uterque nuncuſque ſupereſt, relatione cognovi. Qui ſcilicet Laurio in eo Monaſterio quod juxta Nepeſinam urbem Subpentonia vocatur, ab ANASTASIO * ſanctiſſimo viro nutritus eſt. Qui nimirum Anaſtaſius vitæ venerabilis viro NONNOSO Præpoſito Monaſterii quod in Soractis monte *b* ſitum eſt, & propinquitate loci & morum magnitudine & virtutum ſtudiis aſſidue jungebatur. Iſdem vero Nonnoſus ſub aſperrimo ſui Monaſterii degebat Patre, ſed ejus mores mira ſemper æquanimitate tolerabat: ſicque Fratribus in manſuetudine præerat, ſicut crebro Patris iracundiam ex humilitate mitigabat.

* Syracuſani.

* de eo infra.

Nonnoſi patientia.

2. Quia vero ejus Monaſterium in ſummo montis cacumine ſitum eſt, ad quamlibet parvum hortum Fratribus excolendum nulla planities patebat. Unus autem breviſſimus locus in latere montis excreverat, quam ingentis ſaxi naturaliter egrediens moles occupabat. Quadam die dum Nonnoſus vir venerabilis cogitaret, quod ſaltem ad condimenta olerum nutrienda locus iſdem aptus potuiſſet exiſtere, ſi hunc moles ſaxi illius non teneret; occurrit animo, quia eamdem molem quinquaginta boum paria movere non poſſent. Cumque de humano labore eſſet facta deſperatio, ad divinum ſe ſolatium contulit, ſeque illic nocturno ſilentio in orationem dedit. Cum mane facto ad eumdem locum Fratres venerunt, atque invenerunt molem tantæ magnitudinis ab eodem loco longius receſſiſſe, ſuoque receſſu largum Fratribus ſpatium dediſſe.

Saxi molem oratione transfert.

3. Alio quoque tempore cum iſdem venerabilis vir lampades vitreas in Oraturio lavaret,

 una

a De S. Germani obitu Gregorius Turon in lib. 5. cap. 8. ita ſcribit. *Eo anno* (primo ſcilicet Childeberti Junioris, Chriſti 576.) *& B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit: in cujus exſequiis multis virtutibus, quas in corpore geſſerat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis adclamantibus Corpus in platea adgravatum eſt, ſolutiſque eis rurſus ſine labore levatur: ipſi quoque qui ſoluti fuerant in obſequium funeris uſque ad Baſilicam, in qua ſepultus eſt, liberi pervenerunt. Ad ſepulcbrum autem ejus multas virtutes Domino tribuente credentes experiuntur: ita ut quiſque ſi juſta petierit, velociter exoptata reportet. Si quis tamen ſtrenuas virtutes illius, quas in corpore fecit, ſollicite vult inquirere, librum Vitæ illius qui a* FORTUNATO *Presbytero compoſitus eſt, legens, cuncta reperiet.* Ex lib. de Glor. Conf. cap. 90. *Ingrediente*, inquit, *Chilperico Rege in Urbem Pariſiacam, poſtridie quam Rex ingreſſus eſt Civitatem, paralyticus qui in portica* BASILICÆ S. VINCENTII, in qua B. GERMANUS *requieſcit in Corpore, reſidebat, dirigitur.* Addit Aimoinus in lib. 3. de Geſt. Franc. cap. 16. *Quod cum Regi nunciatum foret, magna cum devotione illuc adveniens & tanto gaviſus miraculo ejus Epitaphium his diſtichis rhythmicis compoſuit*, ab Aimoino fortaſſe expolitis.

b Mons Hetruriæ ad Tiberim, aliis dictus Mons Faliſcorum, ſeu S. Silveſtri, quo in loco *Carlomannus Monaſterium in honorem S. Silveſtri ædificavit, ubi quondam tempore perſecutionis quæ ſub Conſtantino Imperatore facta eſt, S. Silveſter latuiſſe fertur*, inquit Aimoinus in lib. 4. Hiſt. Franc. cap. 60.

CIRCA AN. 576 22. Sept.

Fractum vitrum redintegrat.

una ex ejus manibus cecidit, quæ per innumeras partes fracta deſiliit. Qui vehementiſſime Patris Monaſterii furorem timens, lampadis protinus omnia fragmenta collegit, atque ante altare poſuit, ſeque cum gravi gemitu in orationem dedit. Cumque ab oratione caput levaſſet, ſanam lampadam reperit, quam timens per fragmenta collegerat. Sicque in duobus miraculis duorum Patrum eſt virtute ſimulatus, in mole ſcilicet ſaxi factum Gregorii *a* qui montem movit; in reparatione vero lampadis virtutem Donati, qui fractum calicem incolumitati dedit.

PETRUS. Habemus, ut video, de exemplis veteribus nova miracula.

4. GREGORIUS. Viſne aliquid in operatione NONNOSI de imitatione quoque Heliſæi cognoſcere?

PETRUS. Volo, atque inhianter cupio.

Monachorum laborem extra Monaſterium improbat.

GREGORIUS. Dum quadam die in Monaſterio vetus oleum deeſſet, jamque colligendæ olivæ tempus incumberet, ſed fructus in oleis nullus appareret; viſum Patri Monaſterii fuerat, ut circumquaque Fratres in colligendis olivis ad exhibenda extraneis opera pergerent, quatenus ea mercede ſui operis aliquantulum Monaſterio oleum deportarent. Quod vir Domini Nonnoſus fieri cum magna humilitate prohibuit, ne exeuntes Fratres ex Monaſterio, dum lucra olei quærerent, animarum damna paterentur. Sed quia in Monaſterii arboribus olivæ paucæ ineſſe videbantur, eas colligi præcepit, illi prælum mitti, & quamlibet parum oleum exire potuiſſet, ſibimet deferri. Factumque eſt & ſuſceptum in parvo vaſculo oleum Fratres Nonnoſo Dei famulo detulerunt. Quod ipſe protinus ante altare poſuit, cunctiſque egredientibus oravit, atque arceſſitis poſtmodum Fratribus præcepit, ut hoc quod detulerant oleum levarent, & per cuncta vaſa Monaſterii exigue fundendo dividerent, quatenus benedictione ejuſdem olei omnia infuſa viderentur. Quæ protinus ut erant vacua, claudi fecit, die vero alio aperta omnia plena reperta ſunt.

Oleum multiplicat.

Jo: 5.

PETRUS. Probamus quotidie impleri verba veritatis quæ ait: *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor.*

CIRCA AN. 777 21. Januat.

DE S. ANASTASIO ABBATE SUPPENTONIÆ.

Ex Gregorio Magno *lib. 1. Dial. cap. 8.*

Anaſtaſius ex Notario Monachus & Abbas.

1. EODEM quoque tempore venerandus vir ANASTASIUS, cujus ſuperius memoriam feci, S. Romanæ Eccleſiæ cui Deo auctore deſervio, Notarius fuit. Qui ſoli Deo vacare deſiderans, ſcrinium deſeruit, Monaſterium elegit, atque in eo loco quem præfatus ſum, qui SUPPENTONIA *b* vocatur, per annos multos in ſanctis actibus vitam duxit, eique Monaſterio ſolerti cuſtodia præfuit. Quo videlicet in loco ingens deſuper rupes eminet, & profundum ſubter præcipitium patet.

A Deo cum aliis octo in cœlum vocantur.

2. Quadam vero nocte cum jam omnipotens Deus ejuſdem venerabilis viri Anaſtaſii labores remunerare decreviſſet, ab alta rupe vox facta eſt, quæ producto ſonitu clamaret, dicens: ANASTASI, veni. Quo vocato alii quoque ſeptem Fratres ex nomine ſunt vocati. Parvo autem momento ea quæ fuerat emiſſa vox, ſiluit, & octavum Fratrem vocavit. Quas dum aperte voces Congregatio audiſſet, dubium non fuit, quin eorum qui vocati fuerant, obitus propinquaſſet. Intra paucos igitur dies prius venerandus vir Anaſtaſius, ceteri autem in eo ordine ex carne educti ſunt, qua de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocandum vox parum ſiluit atque eum ita nominavit, morientibus aliis paucis diebus vixit, & tunc vitam finivit: ut aperte monſtraretur, quia interjectum vocis ſilentium parvum ſpatium vivendi ſignificaverit.

Fratris alterius obitum obtinet.

3. Sed mira res contigit: quia dum venerabilis vir Anaſtaſius de corpore exiret, erat quidam Frater in Monaſterio, qui ſuper eum vivere nolebat. Provolutus vero ejus pedibus cœpit ab eo cum lacrymis poſtulare, dicens: Per illum te adjuro ad quem vadis, ne ſeptem dies ſuper te in hoc mundo faciam. Ante cujus ſeptimum diem, etiam ipſe defunctus eſt, qui tamen in illa nocte inter cæteros non fuerat vocatus: ut aperte clareſceret, quia ejus obitum ſola venerabilis Anaſtaſii interceſſio obtinere potuiſſet.

An Sancti impetrent, quæ prædeſtinata a Deo non ſunt.

4. PETRUS. Dum iſdem Frater evocatus inter ceteros non eſt, & tamen ſancti viri interceſſionibus ex hac luce ſubtractus eſt, quid aliud datur intelligi, niſi quod hi qui apud Dominum magni ſunt meriti, obtinere aliquando poſſunt ea etiam quæ non ſunt prædeſtinata?

Prædeſtinatio precibus implentur.

GREGORIUS. Obtinere nequaquam poſſunt quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precibus obtineantur. Nam ipſa quoque perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, ut ad hoc electi ex labo-

a Intelligit Gregorium Epiſcopum Neocæſatienſem, cognomento Thaumaturgum, & Donatum Epiſcopum Aretinum & Martyrem ſub Juliano Apoſtata.

b Suppentonia, *Caſtel di S. Helia* teſte Baronio, caſtrum Hetruriæ cum Cœnobio in finibus Faliſcorum inter Nepetam & Soracteum montem. Ita Ferrarius in Lexico.

bore perveniant, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæcula diſpoſuit dare. CIRCA AN. 577 11. Januar.

PETRUS. Probari mihi apertius vellem, ſi poteſt prædeſtinatio precibus juvari.

GREGORIUS. Hoc quod ego, Petre, intuli, concita valet probari. Certe etenim noſti, quia ad Abraham Dominus dixit: *In Iſaac vocabitur tibi ſemen*; cui etiam dixerat: *Patrem multarum gentium conſtitui te*; cui rurſum promiſit, dicens: *Benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quæ eſt in littore maris*. Ex qua re aperte conſtat, quia omnipotens Deus ſemen Abrahæ multiplicare per Iſaac prædeſtinaverat, & tamen ſcriptum eſt: *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua eo quod eſſet ſterilis, qui exaudivit eum & dedit conceptum Rebeccæ*. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Iſaac prædeſtinata fuit, cur conjugem ſterilem accepit? Sed nimirum conſtat, quia prædeſtinatio precibus impletur, quando is in quo Deus multiplicare ſemen Abrahæ prædeſtinaverat, oratione obtinuit, ut filium habere potuiſſet. Gen. 21. 17. 22. & 26. Gen. 25.

VITA S. CONSORTIÆ VIRGINIS, CIRCA AN. 578 22. Junii.

Et Converſio B. EUCHERII Lugdunenſis Epiſcopi & GALLÆ uxoris ejus.

Auctore anonymo coætaneo, ut ex num. 11. conſtat.

Ex MSS. codicibus.

1. FUIT quidam vir ex ordine Senatorio EUCHERIUS [a] nomine habens uxorem nobilibus ortam natalibus nomine GALLAM, quos quidem ampla poſſeſſio, & numeroſa familia, theſaurorumque copia claros in ſæculo fecerat; ſed timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ, in conſpectu Conditoris omnium clarius exornabat. Cumque liberos non haberent, deprecati ſunt Dominum, & exaudivit deprecationem eorum dans eis filiam quam votivo nomine CONSORTIAM vocaverunt, heredem videlicet illam & propagatricem ſui ſanguinis habere cupientes. Cumque eam in timore Domini educarent, & illa in annis puerilibus poſita religioſum animum habere cœpiſſet, nimirum Domino eam ad conſortium regni cœleſtis ſecundum præſagium vocaboli ejus occulta inſpiratione vocante, aucta eſt ſpes illorum accepta alia filia, quam TULLIAM vocaverunt, dixeruntque: Multiplicabit Dominus per CONSORTIAM & TULLIAM ſemen noſtrum, ſicut multiplicavit per Liam & Rachel in domo Jacob futuræ repromiſſionis heredes. Eucherii conjux & filiæ.

2. Poſthæc quod multo tempore moliebatur animo EUCHERIUS opere geſtiens adimplere, ait uxori ſuæ: Audiſti, credo, dulciſſima, & fideli animo retines Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM per Evangelium ſuum ſalubriter admonentem, ubi ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris*. Quapropter tam dulcibus promiſſis ejus religioſum admoventes auditum, cur non obſervamus præcepta ejus, præſertim cum ille nobis dederit quæ poſſunt jure noſtras facultatulas regere ac poſſidere? Si ergo tibi non diſplicet, comam capitis mei tondere decrevi, & vitam ducere ſolitariam in ſpecu, quam juxta voluntatem meam Dominus oſtendit mihi, ſitam in territorio Aquenſi * in agro noſtro, quem Montem-Martium * appellamus, fluvio Durantiæ * imminentem. Matth. 11. 29. Eucherius a conjuge diſceſſum petit. * Aix in Provincia. * Mont-Maur. * la Durance.

3. Galla hæc audiens in corde bono & optimo ſpiritale ſemen devota ſuſcipiens, projecit ſe ad pedes ejus gratias agens, roganſque per Dominum qui tanti conſilii auctor eſſet, ne ſe deſereret deſolatam, ſed ageret potius ut poſt conjugale vinculum, quo fuerant duo in carne una, pari ſtudio atque propoſito uno in Dominum ſpiritu necterentur, dicens: Si tu in ſpecu te cupis retrudere, permitte quæſo, ut mutato habitu ego tibi ad vicem ancillæ deſerviam. Conjunx propoſiti ejus ſocia eſſe cupit.

4. Acceleratur igitur votum, paratoque magno convivio, vocantur affines & amici; manifeſtat cauſam B. EUCHERIUS, contradicunt illi, ſed Sanctorum animus in ſuo propoſito perſeverans nequaquam conſentit manu ſemel in aratrum miſſa retro reſpicere. Quid plura? De omnibus quæ poſſederant tres partes efficiunt, quarum unam pauperibus erogant, alteram famulis ſuis dividunt, tertiam filiabus relinquunt. Ambo facultates diſtribuunt.

5. Ingreſſus itaque præfatam ſpecum S. Eucherius ſic undique locum obſtruxit, ut nullus ad eum valeret ingredi, beata ei Galla per feneſtellam quotidie cibos ad veſperam miniſtrante, ut Eucherius in ſpecu ſe recludit, uxore miniſtrante.

---

[a] Unicum Eucherium Epiſcopum Lugdunenſem agnoverunt Uſuardus, Ado, Surius ad diem 16. Novembris, quos multi hactenus ſecuti ſunt. At duos eſſe diſtinguendos egregie probat Theophilus Raynaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium, advertitque Tomo 7 Annal. ad annum 529. Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, qui priorem ſententiam de unico Eucherio ibidem retractavit. Duo igitur fuere Eucherii, alter Senior ſuis ſcriptis celeberrimus, a Gennadio laudatus, Junior alter: uterque ordinis Senatorii & Epiſcopus Lugdunenſis, uterque poſt conjugium Monachus, uterque Sanctus, quamvis unius dumtaxat mentio fiat in Martyrologiis ad diem prædictum, ſi Gallicanum excipias, qui eodem die utrumque commemorat. Eucherius Senior æqualis fuit S. Hilario Arelatenſi, Junior Cæſario, ut in iſtius vita legitur num. 25. Prior Valentiniano & Marciano regnantibus mortuus eſt, ut ſcribit Gennadius, hoc eſt juxta Adonem anno Chriſti 454. Poſterior poſt Concilium II. Arauſicanum anno 529. celebratum, cui ſubſcripſit: & de iſto heic agitur.

Post non multos vero dies converſionis illorum, filia eorum TULLSA in
CIRCA AN. 578 — ut ipſa petierat. Poſt nou multor vero dies converſionis illorum, filia eorum TULLSA in virginitate permanens migravit ad Dominum, ſepultaque eſt in agro ſuo, qui dicitur TETRA
22. Junii. in ſpelunca duplici. Quo audito ſanctus Eucherius ait: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum: ſicut Domino placuit ita factum eſt*: Exhortabaturque Gal-
Job 1. lam ne ſuper hac re contriſtaretur.

Filiæ mortem patienter fert.

6. Cumque illa nullo modo conſolationem reciperet, una die cum poſt matutinos hymnos membra ſopori dediſſet, vidit in ſomnis beatam Tulliam ſtola candida & chlamyde aurea fulgente indutam adſtare ſibi ac dicere: Cur me velut amiſſam luges, quam Dominus in Conſortium ſanctarum Virginum introduxit? Te quoque me ad Dominum ſecuturam ſcito, præparavit enim tibi coronam, quoniam impleſti mandata ejus. Meus etiam genitor Pontificali Cathedra ſublimatus poſt nos veniet & erit magnus in conſpectu Dei. Porro ſoror mea CONSORTIA manebit in virginitate, pro qua multa paſſura eſt, donec & ipſa coronam vitæ percipiat. Quæ cum poſt quietam S. Eucherio retuliſſet, ille in voce exultationis & confeſſionis erumpens ait: Gratias tibi ago Paſtor bone, quia non eſt ſimilis tui conſolator, qui dignatus es conſolari ſervos tuos, & reddere gaudium poſt lamentum; & ultra noluerunt tam flere.

Tullis poſt mortem apparet matri, multa prædicens.

7. Factum eſt autem poſt hæc verba, ut quidam juvenis AURELIUS nomine pergens ad ſanctum EUCHERIUM peteret ab eo filiam ejus Conſortiam in uxorem. Quod ille audiens, timenſque de revelatione quam per ſanctam GALLAM compererat, & cum tacitus conſiderans, Puella, inquit, quam ſponſam petis, ætatem habet, ipſa pro ſe loquatur: in ejus quippe dimiſi poteſtate, ut vel nubat, vel in virginitate permaneat. Cumque in conſpectu eorum adducta ſancta Conſortia ſuper hoc interrogaretur: Nec promittendi, ait, mihi facultas eſt, nec negandi poteſtas: ſed omnia in manu Dei ſunt; unam ſponſum habeo Chriſtum, qui me non derelinquet, donec introducat in talamum ſuum. Quod juvenis ille audiens, ad præſens quidem ſiluit, poſtea vero miſit ad eam matronas nobiles affines ejus, ut eam blandis ſermonibus ad jucundam conjugii copulam promoverent. Quæ cum ei eſſent moleſtæ, popoſcit ſeptem dierum inducias, ut Dei conſuleret voluntatem.

Conſortia virum recuſat.

8. Abeuntibus ergo illis, ſancta Conſortia orationibus, jejuniis & vigiliis vacans cum lacrymis Dominum deprecabatur, ut eam voluntate ſua dirigeret. Inter hæc venerant in manus ejus geſta beatæ EUGENIAE virginis, in quibus cum legiſſet, quod illa de paganis parentibus procreata fugiens ab eis, & ad Chriſtum converſa, tonſis crinibus multo tempore in habitu virili inter Dei ſervos fuiſſet in Monaſterio converſata, dixit in corde ſuo: Si illa paganos parentes abjiciens ad Deum converſa in virginitate permanſit, atque ad Martyrii palmam pervenit: quanto magis ego de Chriſtianis parentibus orta & ſanguine Chriſti redempta, debeo in eo quod propoſui perdurare? Orabat etiam dicens: Domine qui illam ab idolorum cultu ad te converTiſti, fac me, quam ab incunabulis ſalutari lavacro conſecraſti, ad ejus pervenire conſortium. Et confortabatur cor ejus in Domino.

S. Eugeniæ exemplo.

9. Die autem ſeptimo veniente ad ſe AURELIO juvene illuſtriſſimo cum matronis, quas pridem ad illiciendum ejus animum deſtinaverat, & interrogantibus quid intra indultas deliberaſſet inducias, reſpondit: Dixi vobis jam, nec promittendi mihi facultas eſt, nec negandi poteſtas, ſed omnia mea in manu Dei ſunt. Sed ſi vultis pergamus pariter ad Eccleſiam: Agatur Miſſa, ponatur Evangelium ſuper altare, & communi oratione præmiſſa codice patefacto, inſpiciamur Domini voluntatem *a* ex illo capitulo quod primum occurrerit. Quod ut factum eſt, revoluto codice, Dei famula cœpit legere: *Dixit Dominus* JESUS *diſcipulis ſuis: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus*. Et magno impleta gaudio gratias Deo agens dixit ad juvenem: Tu tibi quære ſponſam ſecundum voluntatem tuam; nam ſponſus meus Chriſtus eſt, qui non me vult derelinquere. Quo ille audito triſtis una cum evocatis matronis abiit in domum ſuam: Sancta vero Conſortia ſacro velamine ſuſcepto perrexit ad ſpecum, in qua erant genitores ejus, & una cum eis orationi vacabat.

Nova induſtria fugit nuptias.

Matth. 10.

Velam ſuſcipit.

10. Accidit eo tempore ut Pontifex Eccleſiæ Lugdunenſis * migraret ad Dominum. Mos autem erat præfatæ Eccleſiæ, ut quoties lege cunctis mortalibus debita, ſuo viduaretur Epiſcopo, in eligendo ſucceſſore revelationem Domini expectaret. Tunc ergo triduano a cunctis præmiſſo jejunio, cuidam puerulo apparens in viſu Angelus Domini, Eſt, inquit, Senator quidam EUCHERIUS nomine ſuper fluvium Durentiam retruſus in ſpecu, qui relictis omnibus quæ poſſidebat, ſecutus eſt Dominum: ad hunc adducendum pergite, & vobis Paſtorem illum conſtituite, quoniam a Domino eſt electus. Quod cum puer ſenioribus diluculo retuliſſet, omnipotenti Domino cunctis Fratribus convocatis gratias egerunt, miſſoque cum Clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Eccleſiæ curam gerebat, invenerunt eum ſicut eis Dominus revelarat. Cumque illi Archidiaconus rem propter quam venerat indicaſſet, cœpit cum juramento dicere ſe voluntarium de ſpecu non egreſſurum, nec cum eo niſi ligatus duceretur iturum. Cumque talia diu repeteret, Archidiaconus effracto muro ſpe-

* Viventiolus.

Mos Lugdunenſium in electione Epiſcopi.

Eucherius eligitur Epiſcopus Lugdunenſis.

---

a Solemne temporibus illis erat ex Evangelio ſive Scriptura ſacra ſic obſervata res futuras vel faciendas explorare. In Vita S. Martini Epiſc. Turon. a Severo Scripta cap. 7. *Cum forte lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuiſſet, turbatis miniſtris quia non aderat, unus e circumſtantibus ſumpto Pſalterio quem primum verſum invenit arripuit, Pſalmus autem hic erat: Ex ore infantium ... ut deſtruas inimicum & defenſorem. Quo lecto clamor populi tollitur*, nempe adverſus Defenſorem quemdam, qui S. Martini electioni reſiſtebat. Eſt & alter locus inſignis de Chlodoveo apud Greg. Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 37.

ſpeluncæ eduxit eum & juxta quod ipſe juraverat vinctum perduxit Lugdunum. Quem pari animo unoque conſenſu Clerus & populus ſibi eligens Sacerdotem, in Pontificali Cathedra ſolemniter collocavit. GALLA vero uxor ejus eum locum ſpeluncæ ingreſſa, in quo vir Dei latuerat, reliquum vitæ ſuæ tempus ut cœperat religioſe peregit, filia ejus CONSORTIA quotidianum victum ei ſubminiſtrante, ſicut ipſa prius fecerat viro ſuo. CIRCA AN. 578 22. Junii. Gallæ in ſpecum ſuccedenti Conſtantia miniſtrat.

11. Et quoniam longum eſt narrare omnia, quæ per ſervos ſuos Eucherium & Gallam & filiam eorum Tulliam Dominus mirabiliter operatus eſt, pauca de geſtis beatæ Conſortiæ referam, quæ a Sanctis Fratribus URANIO Presbytero, & CALSO Subdiacono qui ei dum adviveret adhæſerunt, necnon & AURELIANO Presbytero, qui uſque nunc ad ſepulchrum ejus Deo ſervit, referentibus audivi. Auctoris ætas.

12. Cum igitur defunctis genitoribus ſuis ſancta Conſortia in ſua poteſtate eſſe cœpiſſet, conſtruxit Eccleſiam in agro ſuo, qui vocatur Mocton vicus, in honore ſancti Stephani Protomartyris, & Xenodochium ibi de rebus ſuis inſtituit. Quod vero ſuperfuit pauperibus erogans theſaurum ſibi collocavit in cœlo; familiam vero ſuam liberam eſſe conſtituit. His ita diſpoſitis, ad CHLOTHARIUM [a] Regem Francorum iter perrexit, petitura ab eo ut per juſſionem ejus quieta in Regno illius manere poſſet, & in Virginitate Domino deſervire. Constantia Eccleſiam & Xenodochium conſtruit. Chlotharium adit.
Cumque illa Palatio poſt multos viæ labores appropinquaſſet, Dominus per viſum præfato Regi, cujus filia multo jam tempore ægrotabat, apparere dignatus eſt, dicens: Quare triſtaris ſuper filia tua? Ecce una ex famulabus meis ad te venit, cujus nomen vocatur CONSORTIA, quæ filiæ tuæ reddet priſtinam ſanitatem; vide tamen ut libenter ei præſtes quidquid a te petierit. Cum ergo Rex evigilaſſet a ſomno, vocatis fidelibus ſuis, cuncta quæ per viſum audierat, narravit, & ait: Ite & perquirite præoſtenſam mihi famulam Dei, ſicubi eam forte reperiatis, & adducite eam ad me. Quæ cum ab eis eſſet inventa, & interrogantibus nomen ſuum & patriam indicaſſet, illi feſtinato introduxerunt illam ad Regem. Quæ flebat dum duceretur, & orabat, metuens ne concupiſceretur a Rege, qui eam tam ſollicite præcepiſſet inquiri. Sed cum veniſſet in palatium, ſurrexit Rex de ſolio ſuo, & pergens ei obviam ait: Ora pro me famula Dei, & redde filiæ meæ priſtinam ſanitatem, ſicut mihi hac nocte Dominus revelare dignatus eſt. Cumque illa diceret ſe nihil tale mereri, cum talia agere Sanctorum ſit: nihilominus Rex certus de promiſſione Domini, cubiculum fecit eam intrare, ubi puella febribus correpta jacebat.

13. Compulſa igitur poſitis genibus oravit cum lacrymis, inde conſurgens ſalutavit puellam dicens, Pax tecum. Cui illa, quæ jam ſermonis officium viſa fuerat amiſiſſe, reſumpto ſpiritu reſpondit: Scio quia pax mecum eſt, quoniam videre te merui: ſtatim quippe ut tu in palatium introiſti, me febris dimiſit qua torquebar, & ecce ſana effecta ſum. Precor itaque ut benedicas mihi, & recrees me cibis tuis quibus tu quotidie veſceris. Dedit ergo ei ancilla Chriſti fragmen panis hordeacei, & nuces amigdalinas: hic enim erat quotidianus cibus ejus. Ejus filiam ſanat. Cibus ejus qualis.

14. Rex vero audiens quod convaluiſſet filia ſua, velociter ad eam intravit, dixitque Sanctæ Conſortiæ: Quidquid in regno meo a me petieris, fiet tibi. Aurum quoque vel argentum quantum volueris libens tribuo. Illa autem ejus genibus provoluta: Obſecro, ait, Domine mi rex, ut ea quæ mihi promittis pauperibus eroges, mihique permittas, quod vel maxime peto, abſque ullius inquietudine in cœpto Virginitatis propoſito permanere; & quidquid in loca Deo ſacrata, vel in meos famulos contuli vel contulero, per veſtram munificentiam ſatum permaneat. Cujus petitioni Rex libenter annuens, præſtitit quæ voluerat, epiſtolas per ſuos fideles dirigens, ut cuncti cognoſcerent quod ſi quis contra eam mali aliquid moliretur, tanti Principis offenſam incurreret; ſi quid autem de ſuis vellet agere facultatibus, inconvulſum omni tempore perduraret. Et ſic Dei famula ad propria remeavit. Quid a Rege petierit.

15. Non poſt multos dies mortuo Rege Chlothario, miſſus eſt unus ex primoribus palatii HECCA nomine a SIGIBERTO [b] qui patri ſuo in Regnum ſucceſſerat, ut Provinciam Maſſiliæ diſponeret. Qui dum hoc ageret, quemdam ex loci incolis diabolus in organum ſuæ fraudis aſſumens, dixit ei: Eſt in his locis puella quædam ſpecioſa nimis nomine CONSORTIA nobilibus orta parentibus, quibus unica ſupereſt, habens poſſeſſiones multas ac pecunias innumerabiles & miniſteria copioſa, virumque non novit. Quod audiens Hecca, præmiſſo puero qui eum venturum nunciaret, concitus ad Dei famulam venit. Cumque eam verbis ſimplicibus ſalutaſſet, poſt collocutionem ſumpſerunt cibum. Inter hæc autem intuens eam curioſius, admiratus ejus pulcritudinem & ſermonum prudentiam, tantus in corde ejus concupiſcentiæ ignis exarſit, ut vix ſemetipſum poſſet reprimere. Nullatenus vero ei ſuum animum patefaciens feſtinus ad Regem regreſſus eſt. Cui cum omnia propter quæ miſſus fuerat, proſpere acta renuntiaſſet, adjecit: Domine mi Rex, eſt in illis partibus puella abſque viro, quæ amiſſis parentibus unica in eorum prædiis habitat, quam obſecro ſi inveni gratiam in oculis tuis, permittas mihi accipere in uxorem. In matrimonium iterum expetitur.

16. Quod cum ſicut petierat impetraſſet, miſit ad ſanctam Conſortiam nuntium cum uno de

[a] Clodovei I. filium hujus nominis itidem primum.

[b] Phocenſis provincia (quæ Theudeberto Auſtraſiorum Regi e Vitige Oſtrogotorum Rege data fuerat anno Chriſti 537.) etiam partim Sigeberto & Childeberto ejus filio paruit, non vero tota ſoli Guntramno Burgundionum Regi, ut patet ex Gregorio Turonenſi *lib.* 4. *cap.* 30. & *lib.* 8. *cap.* 12. quamvis poſtea ad Burgundiæ Regnum in ſolidum pertinuerit.

Digitized by Google

CIRCA AN. 578 | 22. Junii. de pueris qui aſſiſtebant Regi, ut indicaret illi quod ſibi eſſet a Rege conceſſa; quatenus præpararet ſe ad nuptias die triceſima celebrandas. Illa, his auditis, affatim contriſtata reſpondit: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Ego Regis ancilla ſum, poteſtati ejus reſiſtere nequeo: ſed quidquid juſſerit implere ſtudebo. Dicebat autem hæc de vero Rege Domino, ſcilicet JESU-CHRISTO. Nuntii vero exiſtimantes quod de SIGEBERTO Rege diceret, revertentes narraverunt quæ audierant illi qui miſerat eos; qui gaudio multo repletus præparavit ſe, ut ad eam citius perveniret.

Quid illa reſponſi dederit. Rom. 13. 2.

Angelus eam jubet eſſe ſecuram.

16. Interea famula Dei jejuniis & vigiliis vacans orabat dicens: Domine JESU-CHRISTE qui me hucuſque immunem ab omni pollutione ſervaſti; Domine cui ab adoleſcentia mea tota devotione deſervio, ne derelinquas me, ut non prævaleat adverſus ancillam tuam ſerpens ille antiquus, qui Evam verborum blanditiis & pulcritudine ac ſuavitate ligni vetiti decepit: quoniam non derelinquis ſperantes in te, ſed fac me immaculatam ad Sanctorum tuorum conſortium pervenire. Tantaque inerat famulæ Dei triſtitia, ut præ anguſtia ſpiritus pene exanimaretur. Cum igitur tali tædio afflicta, quadam die cum una ancillula ingreſſa ſupra memoratum S. Stephani Oratorium ſe ſe in orationem cum fletu proſtraſſet, contigit ut obdormiret: & ecce Angelus Domini apparuit ei in ſomnis, dicens: Conſortia cur affligeris? non te derelinquet Dominus cui ſervis, nam ſponſus quem tibi Rex mittit, ad te non perveniet. Parato itaque convivio voca pauperes, & jube in iſto quo occumbis loco ſepulturam parari, in qua eum defodias qui ſponſam Chriſti ſibi vult uſurpare. Tres enim dies ſunt, & nuntiabitur tibi venire. Tu itaque audito nuntio egredieris ei obviam cum pauperibus pſallens. Quod cum aſpexerit ille, gladio proprio præ gaudio interibit.

Pauperibus convivium parat.

17. Evigilans Chriſti famula dicit ancillæ ſuæ: Non ſenſiſti aliquem loquentem mihi cum ſopore deprimerer? Cui illa: Vidi, ait, hominem incognitum veſtibus albis indutum, cujus vox tecum loquentis non motis labiis, meis auribus ſonuit, ſed eum nullatenus intellexi. Intellexit illico ſancta Conſortia Angelum Dei ſibi apparuiſſe, & præ gaudio ait: Gratias tibi ago Paſtor bone, quia non derelinquis ancillam tuam, ſed liberas eam a perſequentibus ſe. Fecit itaque cuncta quæ præceperat ei Angelus Domini. Jam advenerat dies tertia, & ecce præcurrens quidam nuntiat in ulteriore ripa Durentiæ ſponſum conſiſtere. Egreditur ei obviam induta feſtivo habitu, pauperum pſallentium agmine conſtipata. HECCA hæc videns, navim præ gaudio incautus egreditur, ſublapſiſque pedibus, lancea quam forte manu tenebat confoſſus, corruens expiravit. Quod cernens famula Dei ita impletum eſſe ut ab Angelo audierat, cum lacrymis agens gratias Deo, levavit corpus ejus, & involutum linteaminibus in loco quem ei paraverat ſepelivit. Pueri namque ejus inhumatum corpus relinquentes, ad Regem feſtinato regreſſi, nuntiaverunt quæ viderant.

Hecca ejus nuptias ambiens interit.

18. Erat ille dies natalis Regis, & germana ejus, quam ſancta Conſortia ab infirmitate curaverat, circa Regem diſcumbens, cum videret eum de nuntio contriſtari, inquirit ab eo cauſam. Cui cum Rex narraſſet quæ audierat, illa reſpondit: Puto quod puella pro qua, ut audio, tam ſubita morte Hecca interiit, ipſa ſit Conſortia virgo ſacra, quæ de Provincia Maſſilienſi genitore noſtro vivente huc veniens, me per orationes ſuas a febribus liberavit. Vide ergo ne propter eam fiat in Regno tuo ruina, ſi contra illam temere aliquid permiſeris fieri: Pater enim tuus valde diligebat eam. Cum ergo reſciſſet Rex, & inveniſſet quod ipſa erat, miſit epiſtolas ad Principem præfatæ provinciæ, præcipiens ne nullus moleſtus eſſet ſanctæ Conſortiæ: ſed liceret ei uti privilegio, quod illi pater ejus indulſerat.

Rex eam jubet eſſe a connubio liberam.

19. Ab illo ergo die tantam famulæ ſuæ gratiam coram hominibus Dominus dedit, ut quaſi unum ex Angelis eam cuncti haberent. Erat enim vultu placida, ſuavis alloquio, & omnium virtutum gemmis ornata, iraſcentes uno ſermone mitigabat, diſcordantes ad concordiam revocabat. Creverat etiam in illa ſuperni muneris largitas in oſtenſione ſignorum; fugabat dæmones ex obſeſſis corporibus, cæcos illuminabat, reddebat languidis priſtinam ſanitatem, multaque alia per eam Dominus mirabilia operatus eſt, quæ longum eſt narrare.

Conſortia omnibus gratioſa.

20. Verum cum Dominus eam vellet a laboribus transferre ad requiem, apparuit ei per viſum dicens: Conſortia fideliſſima diſpenſatrix, ſuper pauca fuiſti fidelis, veni ut ſuper multa te conſtituam. Tempus eſt ut requieſcas a labore tuo, & accipias coronam quam ab adoleſcentia per multas tribulationes adquiſiſti; die autem octava venies ad me, occurret tibi chorus Virginum cum multitudine Angelorum, obviis manibus te excipiens intrantem in gaudium Domini tui. Cumque evigilaſſet, gratias Deo agens per triduum facto convivio vocavit Sacerdotes & pauperes. Affuerant etiam vicini fideles, & omnem ſubſtantiam ſuam diſtribuens ait: Scitote, patres & fratres mei, imminere obitum meum; quinta enim die, ſecundum quod Dominus ſignificavit mihi, egrediar de corpore: orate quæſo pro me, ne occurrat mihi poteſtas tenebrarum, ſed ab Angelis lucis ſuſcepta in Sanctorum requiem introducar; corpuſculum vero meum in Oratorio Sancti Stephani ſepelite. Poſthæc correpta febribus, die qua ei prædixerat Dominus migravit ad cœlos, ſepultaque eſt a, ut petiit, in Oratorio quod ipſa conſtruxerat.

Cœlitus monetur de morte inſtante.

Moritur & ſepelitur.

VI-

a In Martyrol. Romano & Gall. S. Conſortiæ memoria 10. Kalend. Julii conſignatur: at vero in Gallicano 3. Id. Martii exceptio ejus Reliquiarum in Monaſterio Cluniacenſi, cujus Translationis tempus ignoratur. S. Conſortia Monialis non fuit, eamque ex Martyrologio Benedictino (in quo locum ei Wion dederat 10. Kalend. Julii) Menardus noſter merito expunxit, quamvis in unico Eucherio & Conſortiæ ætate lapſus ſit Obſervat. lib. 1. ad 22. Junii.

VITA S. DROCTOVEI ABBATIS BASILICÆ S. VINCENTII IN SUBURBIO PARISIACO, QUÆ MODO S. GERMANI DICITUR.

CIRCA AN. 580. 10. Martii.

Auctore Monacho anonymo, qui ibidem Sæculo 9. vixiſſe videtur ex n. 9.

Ex MS. cod. ejuſdem Monaſterii.

PRÆFATIO AUCTORIS.

1. PRISCORUM permaxima ſemper cura fuit & intentio, ne ſui ingenii ſagacitas ac facundiæ claritudo omnino deperiret inertia vel ſilentio. Unde monimentum ſui reliquere poſteris non moribus vel operibus probis, ſed potius rerum figmentis & ſcriptis. Si ergo hos fingere falſa non puduit, cur veridica Chriſti fidelium monimenta nos litteris mandare pigebit? Vitam igitur ſanctiſſimi DROCTOVEI Abbatis, diſcipoli ſcilicet beatiſſimi GERMANI Patroni noſtri, quæ in everſione noſtræ Eccleſiæ tempore Danorum *a* cum aliis Bibliothecæ libris incendio diſperiit, ne aliquatenus mentio ejuſdem almifici viri in reliquum ævum obliteraretur, ſtilo digeſſi, illius devotione magis inſtigatus, quam præſumptionis ſupercilio niſus: & inſuper operam dedi ejus laudem quibuſdam deflorare virtutibus. Et hoc quidem non puto fore indignum. Si enim laus Sanctorum Deus eſt, Deum vero laudare dignum eſt, Sanctos igitur laudare non indignum eſt. Dum enim ſanctus vir laudatur, Deus utique laudatur; quia juxta Pſalmiſtam, ſemper laus Chriſti fuit in ore ejus.

Vita S. Droctovei & Monaſterii S. Germani Bibliotheca a Normannis incenſa.

Pſ. 33. 2.

2. Sed ne quiſpiam refragetur huic noſtro Operi, cum non perpendit ibidem digeſta miracula Sancti; quia cum liber vitæ ejus, ut dixi, incendio crematus ſit, longo ſenio ævi ejus geſta tradita oblivioni, nullum penitus memoriale ſui noſtræ mandavere ætati: Extant tamen quidam de eo verſiculi a beato FORTUNATO editi, ſibique ab eodem directi, quos in calce hujus operis annotare curavi. Porro haud dubium conſtat, illum ſanctimoniæ dictum munere, quem peritorum peritiſſimus ſtuduit in ſuis opuſculis commendare. Addidi propterea etiam illud, quo videlicet inſtinctu noſtrum a glorioſiſſimo Rege CHILDEBERTO ſit fundatum Cœnobium, quia hoc reperitur in Geſtis Francorum. Nec vero illud omiſi, qualiter idem piiſſimus vir DROCTOVEUS a Beato Germano primus Abbas *b* delectus ſit ibi, ſicut in tomis reperitur antiquiſſimis, qui ſervantur in archivis noſtri Monaſterii. Juvat autem prius in Chriſti laude paucis præludere verſibus, ſanctumque virum obnixis depoſcere precibus, quatenus operi de ſe cœpto pedem * ferat propitius, noſtrumque memoriale commendetur in futuris generationibus, ſicque finiatur hujus operis prologus,

Fortunatus verſus condit de S. Droctoveo.

Droctoveus I. Abbas Monaſterii S. Vincentii Pariſienſis.

* f. opem.

Gloria, vita, ſalus, Sanctorum ſpes, bonitas, lux
In Genitore pio, Genito vel Flamine ſacro
Subſiſtit, trinus colitur qui ſemper & unus.
Laus cujus ſuperis ſimul & celebratur in imis,
Et ſceptrum regni retinet ſine fine perenni.
Magnificat proprios hic cœli dote miniſtros,
Aurea pro meritis concedens præmia Juſtis.
Reddere nunc decet his ſed in ipſo munia laudis;
Virtutis ſpecimen quia Sanctis contulit idem.
Sanxit quippe ſuis: Sine me nihil eſſe poteſtis.
Ergo laudandi pauli problemate Sancti,
Dum divina manus cunctorum vendicat actus,
Illorumque ſibi laudes laudabilis addit.
De quibus excolimus, veneramur pectore, cultu;
Inter præcipuos, te DROCTOVAE, patronos.
Te flagrant animi calamis extollere noſtri.
Haud ſibi digna meis referam præconia verbis.
Agnoſcis fragiles, quas noli ſpernere, vires.
Exiguos apices, exiles accipe laudes.
Commendans Domino * qui te commendat in arvo.
Pars horum prima præſignat vatis onoma.

Auctoris invocatio.

Joan. 15. 5.

* ſupple, illum.

VI.

a Danorum nomine Normannos intellige ex Dania ortos, vide infra.

b Aimoinus contra in libri 2. cap. 20. Scribit Autharium Abbatem primum fuiſſe, ipſique Droctoveum proxime ſucceſſiſſe in ejuſdem libri cap. 36.

CIRCA AN. 580

VITA INCIPIT.

10. Martii.

S. Droctoveus Gallus.

3. Intet agmina Chriſticolarum, quorom dogmate edocta & pio exemplo illuſtrata fulget, ot ſol & luna, ſancta marer Eccleſia, conſpicuus uitet beatiſſimus DRUCTOVAUS velut clariſſima ſtella, cujos juhare obumbrantur cetera aſtra. Qui vir pietatis eximiæ occiduas partes, ſcilicet Galliæ, ſuo exortu irradiavit divino munere: reſperſuſque vitali lavacro, linitus etiam Chriſti olivo flagrabat vittutum nectare ſacro. Nam bene eacolens hortulum ſuæ mentis, ſtudebat illuc ſerere multimoda ſemina virtutis, unde eatirpabat noaia quæque germina carnis. Hic igitur tantus ac talis, meruit ſecus decurſus aquarum tranſplantari, ot velut palma floreret in domo Domini, & fructum ſoum daret in tempore ſuo lu atriis Dei noſtri.

S. Germanus Abbas S. Symphoriani Ædoenſis.
* Autun.

4. Nam ea tempeſtata utbs Ædoa * ſpeciali nitebat decore, redimita viro ſanctitatis præcipuæ, GERMANO ſcilicet, pollenti nobilitatis ſtemmate, qui veluti cedrus in libano, & quaſi eypreſſus in monte Sinu, infima ſpernendo, cœleſtia amplectendo tendebat ad alta virtutom augmenta. Cumqua foiia ejus, ſcilicet verba ſemper veritate virentia, cunctis ferrent medelam; & fructus ejus, opera videlicet, ſatietati forent ſame periclitantibus non modica, inſonait auribus NECTARII prædictæ civitatis Antiſtitis tanti viri excellentia. Eſt in eadem urbe Chriſti teſtis Symphoriani martyrium inſigne, qui olim ſub perſecutionis rabie martyrium paſſus eſt ſub Aureliano Principe, qui ceu roſa decoris & præcipui odoris purpureo ſanguine tinctus, cœlumque meritis uactus, in eadem Eccleſia jacet humatus. Hujus anima felix eivibus juncta æthereis com una concrepet alalagma *a* Tonanti, ſuprema diſpoſitione, quæ Sanctos ſuos & iu hac vita mirificat meritorum titulis, jugiter turba Fratrum Monaſtici Ordinis ante ejus mauſoleum concinit æterno Regi dulciſona carmina laudis. Horum itaque Fratrum a Pontifice jam dicto Germanus præficitur Paſtor, ſacraturque Abbas nomine dignus & merito.

Droctoveum habuit diſcipulum.

5. Sanctitatis igitur præconio venerandus paſtor oves ſibi commiſſas monebat ſagaciter; corrigebat prodenter, tolerabat patienter, & ad paſcua vitæ æternæ invitabat alacriter. Qui inter reliquos quos hortatu ſimul & exemplo Chriſti mancipavit tirocinio, beatiſſimum DROCTOVEUM inſignire ſtuduit ſchemate Monaſtico, atque adſcivit diſcipulatui ſuo. Quem pie, ot vere piiſſimos aluit, & juxta normam ſanctorum Patrum ANTONII ſcilicet & BASILII, (nam ſceptriger hujus Ordinis beatus ſcilicet BENEDICTUS necdum his erat iu partibus notos) vivere inſtituit. Tradenſque ſibi jura obedientiæ, inculcans lenitatem patientiæ, replicans munditiam continentiæ, hortans ſectari iter juſtitiæ, edocens amplecti virtutem prudentiæ, jubens inſigniri ſtabilimento conſtantiæ, ſuadens moderari pacore temperantiæ, inter omnia etiam monebat viam humilitatis tenere. Quæ omnia aure ſedula percipiebat vir ſanctiſſimus, atque animo ruminabat freqoentius, necnon opere complebat attentius.

Eum juxta normam SS. Antonii & Baſilii informavit.

Droctovei virtutes.

6. Erat igitur flos candens innocentiæ, pollens aſtuta ſimplicitate, vigenſque animi ſinceritate. Præceptoris vero ſui exiſtens imitator ſedulus carnem jejuniis attenuabat, crebrius corpus domabat pernoctationibus, nimiiſque afficiebat algoribus. Cujus plectum linguæ organa Davidica ſemper reſonabat, & infatigabiliter Chriſti præcepta relegebat, ſicque Divino munere ditatus virtutibus, ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus odore Sancto fragrabat omnibus.

Childeberti Regis elogium.
Prov. 13.8.

7. Porro illo tempore Francigenum Regnum CHILDEBERTUS Rex inclitus ſua teoebat ditione, qui torrens pulcritodinis fonſqua præcipuæ ubertatis, ſpeculom etiam extitit pietatis & æquitatis. Recolens etenim viri ſapientis dictum, quod *redemptio viri propria divitiæ ſunt*, non pluris habuit theſaurizare copioſum cenſum gazarum, quam illud diſtribuere in uſus egenorum. Chriſto igitor erat ſubditus, hoſtibus crectus, Chriſticolis carus, perfidis invisus: humiles autem ſibique parentes eaaltabat, protervos atque rebelles forti dextra proterebat. Religioſis etiam Chriſtoque ſinceriter famolantibus, non ſe ut Principem & dominum, qoin magis eahibebat ceu fideliſſimum ſamulum. Huic itaque eum non fortuitu, ſed ut creditur, potius ſuperno nutu GERMANUS beatiſſimus occurriſſet aliquando, ejuſque ſanctitatis præconium attolleret populi multitudo, Princeps ſereniſſimus jocundatus in Domino ſanctum virum præſulatu Pariſiacæ Sedis ſublimavit illico. Deceſſerat enim nuperrime EUSEBIUS Epiſcopus civitatis prædictæ. Fit inde permaximum tripudium Eccleſiæ, quæ tali ſe cernebat donatam Antiſtite: gratulabatur plebeja turba, quæ tali Rectori fuerat commiſſa. Felix plane Lutetia, quæ dum nites Dionyſii macharii gloria, hac etiam ditaris pretioſiſſima gemma.

Rex S. Germanum Euſebio ſufficit in ſede Pariſiaca.

Childebertus Cæſaraugustam obſidet anno 543.
* Saragos.
Pſ. 49. 15.
Cives precibus, jejuniis ac S. Vincentii meritis ſe tutantur.

8. Procedente igitor tempore, CHILDEBERTUS Hiberorum Regnum petiit cum valida expeditione juncto ſibi CHLOTHARIO fratre. Qui Cæſarauguſtam * civitatem aggreſſi, undiqua eam vallarunt valida manu militari. At cives orbis obſeſſi, cum non quirent reſiſtere tantæ moltitudini, ei qui oraculo Prophetico hortatur unumquemque, inquiens: *Invoca me in die tribulationis tuæ, eripiam te & magnificabis me*, ſpem ſuæ commiſere ſalutis. Nam converſi ad Dominom, indictoque jejunio ſibi, induti etiam ciliciis, cum tunica Beati Vincentii Martyris ejuſdem civitatis olim Archidiaconi, cum hymnodiis circuibant muros civitatis. Mulieres quoqoe pullis amictæ palliis, cinerem imponentes capiti, ſparſiſqoe crinibus ſequebantur reliquum vulgus, ejulando planctibus nimiis. Enimvero ita ſpem ſuam omnino in Domino ſtatuerant, ot diceretor ibi Ninivitarum jejunium celebrari; nec dubium foret uli-

a Alalagma, lætus clamor militum, ante pugnam, vel poſt victoriam.

Digitized by Google

CIRCA AN. 580 10. Martii.

alicui, quia eorum precibus interventu ſancti Martyris Dominus miſertus, eos ab imminenti exitio liberaret quantocius. Quæ res nequaquam eos feſellit. Nam hoſtes ignari quid obſeſſi agerent, dum eos civitatis muros proceſſionaliter circuire viderent, putabant quod aliquid maleficii perpetraret. Apprehenſumque unum de civibus cœperunt quid hoc eſſet perquirere attentius. Qui ait: Tunicam beati Vincentii, inquit, deportamus, & ut nobis ſancti Martyris precibus miſereatur Dominus, flagitamus. Quod cum relatum eſſet Regi piiſſimo, flexus ad miſericordiam pectore mitiſſimo, a Cæſaraoguſtanis accipiens Stolam ſancti Levitæ & Martyris in munere gratiſſimo; una cum fratre ſe reddidit genitivo ſolo *a*.

Childebertus accepta S. Vincentii ſtola obſidionem ſolvit.

9. Veniens igitur Pariſius, in ſuburbii loco, qui olim nuncupabatur Lucotitius, in honore beati VINCENTII Eccleſiam acceleravit conſtruere propenſius. Oppreſſerat vero idem Rex inclitus dudum AMALRICUM Regem Gothorum cauſa ſororis, quam iſdem Amalricus cum conſenſu amborum fratrum Childeberti videlicet & Chlotharii in matrimonium junxerat ſibi. Sed cum eſſet Arianæ ſectæ, dum Regina venerabilis frequentaret limina Catholicæ Eccleſiæ, eam vir ſuus diverſis contumeliis afficiebat quotidie. Quem, ut prælibavimus, Rex Chriſtianiſſimus opprimens bellico jure, recepta ſorore, ex Toletana urbe, qua iſdem Amalricus ſedem habebat, aſportavit Crucem auream pretioſis gemmis redimitam, necnon ex opere Salomonis, ut fertur; triginta calices, quindecim patenas, viginti quoque Evangeliorum capſas *b*. Quæ omnia ut vere Princeps Chriſto omnino devotus maluit diſtribuere potius quam retinere in proprios uſus.

Eccleſiam in honorem S. Vincentii conſtruit & ditat.

10. Gratia igitur vivificæ Crucis Eccleſiam ſanctiſſimi Martyris, ubi ipſam cum aliis pretioſiſſimis ornamentis delegavit, in modum Crucis ædificare diſpoſuit. Cujus Baſilicæ opus mirificum deſcribere nobis videtur ſuperfluum, qualiter ſcilicet diſtincta feneſtris, quibus pretioſiſſimis marmorum fulta columnis, quove modo criſpante camera compta auratis laquearis: necnon parietes, ut Chriſti decebat aulam, quo decore nitebant pictura aurei coloris, ſtrato inferius pulchro emblemate pavimenti. Tectum vero ipſius Baſilicæ coopertum adprime deaurato [*] cupro ære, repercuſſum ſolis jubare ſic flammigero rutilabat fulgore, quatenus intuentium aciem reverberaret nimia claritudine. Unde præ nimio decore non immerito olim ipſa domus per metaphoram *Iauarati Germani aula* vocabatur vulgi ore.

Crucem ex Toleta allatam eidem Eccleſiæ confert.

** Ideſt, Cyprio.*

11. Sed ne quis incredulus exiſtat noſtræ aſſertioni, proferamus in medium quid de hac domu *c* diſertiſſimus vir FORTUNATUS in ſuis opuſculis ediderit. Ait enim:

Fortunati carmen ex lib. 2. c. 11.

Si Salomoniaci memoretur machina templi,
Arte licet par ſit, pulchrior iſta fide.
Nam quæcumque illic veteris velamine legis
Clauſa fuere prius, hic reſerata patent.
Floruit illa quidem vario intertexta metallo,
Clarius hæc Chriſti ſanguine tincta nitens:
Illa aurum, lapides, ornarunt cedrina ligna:
Huic venerabilior de cruce fulget honor.
Conſtitit illa vetus ruituro ſulta metallo:
Hæc pretio mundi ſtat ſolidata domus,
Splendida marmoreis attollitur aula columnis:
Et quia pura manet; gratia major ineſt.
Prima capit radios vitreis oculata feneſtris,
Artificiſque manu clauſit in arce diem.
Curſibus auroræ vaga lux laquearia complet,
Atque ſuis radiis & ſine ſole micat
Hic pius egregio Rex CHILDEBERTUS honore
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectum divini cultus inhærens
Eccleſiæ vires amplificavit opes.
Melchiſedech noſter merito Rex atque Sacerdos
Complevit laicus religionis opus,
Publica jura regens ac celſa palatia ſervans,
Unica Pontificum gloria, norma fuit:
Hinc abiens, illic meritorum vivit honore,
Hic quoque geſtorum laude perennis erit.

His ita prælibatis, videlicet de pulchritudine miri operis Eccleſiæ noſtræ quæ poſtea peccatis exigentibus non ſemel, ſed bis incendio pene diſperiit Danorum *d* tempore, proſequamur reliqua cœpto ordine.

a De hac obſidione lege Gregorium Toron. lib. 3. cap. 29. Auctorem geſtorum Regum Franc. cap. 26. & Aimoinum lib. 2. cap. 19. qui S. Vincentii Stolam, Tunicam interpretatus.

b In Vita S. Chrothildis Reginæ num. 9. legitur, *Sexaginta calices*.

c Fortunatus hos verſus inſcripſit *de Eccleſia Pariſiaca*, quo nomine primariam ſeu matricem Eccleſiam plerique deſignatam volunt.

d Hoc S. Vincentii Monaſterium a Normannis tertium uſque direptum eſt. Primo quidem anno 845. Secundo anno 853. poſtremo anno 886. Secunda & tertia direptio cum incendio conjuncta eſt, poſt utramque hujus vitæ ſcriptor floruit, ut hic ipſe innuit.

CIRCA AN. 580. 10. Martii.

12. Hunc itaque Princeps ſereniſſimus ditatum plurimis pretioſiſſimiſque ornamentis, affluentiſſimis quoque villarum copiis beatiſſimo GERMANO Pariſiacæ urbis Antiſtiti delegavit: ſupplicanſque oboixe ſanctiſſimum Præſulem gregem Monaſtice Ordinis *a* ibidem inſtitui. Poſt regni gubernaculum, quod adminiſtraverat, heu! parvo tempore, diu vexatus incommodo febris, Pariſius civitate decimo Kalendas Januarii feliciter migravit regnaturus cum cœleſti Principe. Quam beata Reſpublica foret, ſi tantæ pietatis Principem adbuc ſervare valuiſſet! Sed quia vita Juſtorum in terris non eſt ſed in cœlo, (Sanctis enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum) dolendum eſt quod cito terris raptus ſit, conſolandum eſt quod ad meliora tranſierit. Ad ejus itaque exequias funeris non ſolum vicina urbanitas utriuſque ordinis, verum etiam limitanei & extimi undique innumeri affuere populi. Inſtabat quippe Natalis Domini dies ſacratiſſima, & ad Regis præſentiam, quem adbuc vita exceſſiſſe ignorabant, tam Epiſcoporum quam Principum & Procerum occurrerat multitudo quamplurima.

Childebertus Monachos in Æde S. Vincentii collocat. Moritur anno 559. NOTA.

*S. Germanus Eccleſiam in honorem S. Crucis & S. Vincentii dedicat. Nomina Epiſcoporum qui dedicationi interfuerunt. Hujus Baſilicæ altaria quibus SS. dicata. * Brioude. S. Germanus in S. Symphoriani Oratorio ſepultus. NOTA.*

13. Cernens igitur beatus Germanus tantam multitudinem populi, ſatius duxit ſub eadem dia Eccleſiam dedicare commiſſam ſibi. Cumque prius pateſeciſſet cunctis hujus cauſam negotii, dumque exultantibus animis univerſos conſpiceret annuere ſuæ benigniſſimæ voluntati: adminiculantibus ſibi ſanctis Præſulibus, videlicet NICETIO Lugdunenſi Archipræſule, PRAETEXTATO Cabillonenſi Antiſtite, EUFRONIO Nivernenſi Epiſcopo, FELICE Aurelianenſi, DOMITIANO Carnotino, VICTORIO *b* Cinomannico, anno incarnati Verbi quingenteſimo quinquageſimo nono in honorem vivificæ Crucis almique Vincentii Levitæ & Martyris prædictam Eccleſiam conſecravit. Et quia, ut prætaxatum eſt, eadem Baſilica in modum Crucis ædificata fuerat; quatuor altaria continebat. Ex quibus principalem aram in honore ſanctæ Crucis ſanctique Vincentii Martyris, ubi etiam ipſius Stolam, quam glorioſus Rex Childebertus aſportaverat ab Hiſpaniis, recondidit; eam vero quæ ad Aquilonem in veneratione ſanctorum Martyrum Ferreoli & Ferrutionis, porro illam quæ ad Meridiem ſub titulo ſancti Martyris Juliani Brivatenſis *; necnon illam quæ ad Occidentem Domino in honore ſanctorum Gervaſii & Protaſii & Celſi pueri ſanctique Georgii Martyris conſecravit. Ad Meridiem quoque plagam ædificatum fuerat quoddam Oratorium in honore ſancti Symphoriani Martyris, ubi idem Dei ſacer GERMANUS poſtmodum ſepeliri ſe mandavit. Necnon ad Aquilonis partem erat Oratorium Domino in veneratione ſancti Petri Apoſtoli conſecratum, ubi (ſicut declarabitur in ſequentibus) quoddam Dominus ſingulis noctibus ob ſpeciale meritum ſancti Apoſtoli inuſitatum patrabat miraculum *c*. Expletis igitur ſolemnis dedicationis, apparatu Regi congruo, aſtante univerſo populo, complentur a Pontifice & reliquis Præſulibus funeris exequiæ, omni ætate & ſexu fletui indulgente. Sed ne forte demus triſtia funebria glorioſo Principi, quem divitum & pauperum ſemul vox deplangebat debilis, ſuperſedendum eſt univerſorum lamentationi.

Privilegium immunitatis Monaſterio S. Vincentii concedit.

14. Quamvis igitur longa ſerie orationis, neceſſaria tamen huic operi, a propoſito cœpto digreſſi, jam nunc ad idem reflectamus intentionem ſermonis. Beatus ergo GERMANUS locum ſibi delegatum a præfato Rege non ſegni ſtuduit ordinare diſpoſitione. Inſtituens enim ſibi gregem Monachorum Deo jugiter famulantium, Patrem eis inſtituit ex ſuis diſcipulis unum, de quo in principio ſermonis cœpimus exordium, beatum ſcilicet DROCTOVEUM. Sed ne forte aliis Præſulibus ipſius urbis in hac re daretur occaſio, quo ſcilicet per ſuccedentia temporum curricula ibi Abbatem quem vellent inſtituere, aut aliquid vel ipſi vel cujuslibet alterius dignitatis præter Regiam Majeſtatem ibi præſumant diſponere, Privilegium immunitatis procuravit manu propria deſcribere, & Regis CHLOTHARII *d* authoritate, Epiſcoporum vel nobilium virorum, qui interfuerant Eccleſiæ dedicationis ſolemnitati .... ſtuduit corroborari ſtipulatione.

Droctoveus qualem in paſtorali officio ſe geſſerit.

15. Venerandus itaque vir DROCTOVEUS gregis ſibi commiſſi curam pervigili procurabat ſollertia. Nam veluti paradiſus fructibus lætitiæ ac variis floribus gratus ita cumulo virtutum refertus pabulum doctrinæ miniſtrabat omnibus, exemplumque præbebat piis operibus. In ejus quippe ſacro pectore ſapientia ſibi ſedem locaverat, & ideo onde proferret nova & vetera ſciebat. Unguine etiam Spiritus ſancti delibutus, cujus unctio (ut ait Apoſtolus) docet nos de omnibus, dulcedine alloquii ſui ſolabatur mœſtos, firmabat dubios, relevabat

1. Joan. 2. 27. profligatos, pacabat inimicos, tolerabat improbos, de virtute in virtutem ſedulo commonebat conſcendere pios. Munitus necnon dilectione Dei & proximi, quaſi fons perlucidus & aquis exundantibus multitudinem arborum irrigans, ita auditorum corda rigabat, & ne a mandatis Dei non declinarent docebat, ſed potius legem ejus ſibi in corde retinerent ſuadebat. Avaritiam omnino vitabat, & dapſiliter miſerorum inopiæ ſubveniebat. Hilaris

2. Cor. 9. 7. erat in dando, reminiſcens illud Apoſtolicum, quia *hilarem datorem diligit Deus.*

16. Sta-

a Hadrianus Valeſius in Diſſertatione de Baſilicis cap. 5. doctiſſime, ut ſolet, Recentiores quoſdam revincit, pernegantes, Monachos in S. Vincentii Æde a primævo conditu extitiſſe.

b In vulgato S. Germani Privilegio, quod noſter Robertus Quatremarius validiſſime propugnavit, ſubſcriptus legitur VICTURIUS abſque ulla mentione dignitatis aut Sedis, quam iſte Auctor non bene adſignavit: cum diu ante annum 559. Victurius Cenomannicæ Eccleſiæ præeſſe deſierit.

c Hoc miraculum in exemplari mutilo deſideratur.

d An forte legendum CHARIBERTI? qui anno Regni ſui quinto huic Privilegio ſubſcripſiſſe reperitur? An iſtud idem Privilegium Chlotharii Regis auctoritate primo munitum, poſtea a filio Chariberto confirmatum eſt?

16. Stabilitus igitur hic vir beatus a Domino ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædi- CIRCA AN.
cabat omnibus (ut jam tetigimus) præceptum ejus. Perque iter juſtitiæ gradiens, necnon 580
offendiculum iniquitatis cavens; Lux enim Dei (ut ait Job) in tabernaculo mentis ejus, 10. Martii.
ſcilicet, reſplendebat, Pſalmographi oraculum pio animo revolvebat, *Lucerna*, inquit, *pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. Nec ſoli ſibi utilis exiſtebat, ſed quibuſ- Pſ. 118.
cumque poterat prodeſſe ſatagebat. Erat enim quaſi civitas ſuper montem poſita & veluti lucerna non ſub modio ſed ſuper candelabrum conſtituta. Fratres ſibi commiſſos non ut alienos, ſed potius procurabat ut filios. Delinquentes corrigebat ſagaciter, rectum autem tenentes callem ne declinarent, hortabatur alacriter. Obedientiam ſubjectis imperans, prius idem ſtudebat opere perficere quæ juſſerat. Inobedientiæ malum, quod cunctis mortalibus intulit mortis diſpendium, propellebat monitis & correptionibus a cœtu ſuorum. Superbiam vitare mandans, humilitatis in ſe exemplum prætendebat. Continentiæ munditiam ſubditis amplecti imperans, in ſe omnem motum carnis ſuperno auxilio refrænabat. Semper enim verebatur ne aliis prædicans ipſe reprobus efficeretur. Parcus erat ſibi, largus vero aliis, non quærens ſua, magis autem aliorum utilia. Internorum curam gerebat, exteriorum etiam ſollicitudinem non negligebat.

17. Patientiæ quoque quantæ fuerit, non eſt noſtræ exponere poſſibilitatis. Nulli unquam machinabatur malum, ſed enim cunctis exhibebat prout poterat bonum. Nec vero ullis frangebatur adverſis, nec extollebatur proſperis. Unus idemque ſemper erat qui uni Deo
ſemper adhærere gaudebat, canens cum Pſalmiſta: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino ſpem meam*. Legem profecto Dei in corde retinebat, & idcirco greſſus Pſ. 72. 28.
ejus ſupplantari nequibant. Inſpector gregis erat ſedulus, ne quem . . . .
. . . .

Vir venerande, ſacer meritis & honore colende, Droctovei elogium, auctore Fortunato lib. 9. Car. 11.
DROCTOVAEE, mihi ſemper amore Pater;
Qui de diſcipulis GERMANI jure beati
Norma Magiſterii factus es ipſe tui.
Cujus Pontificis ſacra per veſtigia currens,
Deſpicis hunc mundum, dum cupis ire polo.
Perge libenter iter cœli manſurus in orbem,
Et pro me famulo quæſo precare Deum.

18. Beatus porro Germanus. . . . . Moritur.
. . . . ſuavitatis. Ad poſtremum dignus repræſentari in convivio æternæ felicitatis 6. Idus Martii ab hujus ſæculi cœno manibus Angelorum vectus in Aſtris, cum Chriſto regnat ſine meta pro certo felix. Cujus o-
pem interceſſionis piis precibus depoſcamus, ut qui jam tripudiat æthereo Regi conjunctus, Auctoris
noſtri ſit ſemper miſeratus. Funde igitur, Pater Sanctiſſime, preces votum pro tuis ſupplici- invocatio.
bus ad Regem cœli pro nobis, quatenus deleat tua ſancta prece reatum noſtri criminis, vitamque & mores corrigat & compeſcat ab omni opere pravitatis. Tui etiam inutiliſſimi quæſo miſerere ſervuli, qui tuæ affectu dilectionis memoriam litteris tradidit tuæ ſanctitatis. Peto itaque, Sacer beatiſſime, quatenus tuo interventu ſolutus peccati compede, nanciſcar præmium æternæ vitæ: & ſicut memoriale tuum notitiæ poſterorum tradidi inſtructus amoris tui voto, ſic quæſo nomen meum impetres adſcribi cœleſti albo.

19. Sepultus eſt autem idem glorioſus Dei ſacer DROCTOVEUS ad Occidentalem pla- Sepulchrum
gam Baſilicæ, retro ſcilicet S. Germani altare. Qui quantum vivens terrena ſpreverit ac & miraculum.
æterna concupierit, poſt mortem quoque claruit. Nam urna ejus tumuli per aliquot annos commota paulatim, ſuper terram exegit altare. Habitationem *a* quippe in terra viventium adeptus fuerat, & morari inter ambitum terræ morientium penitus (*ſupple*) non debebat. *Cetera deſunt*.

a Hæc verba, *exegit altare*, *Habitationem*, omnino fere exeſa quaſi divinando legimus. Simile quid refert Gregorius Turon. de Gloria Conf. cap. 52. de ſepulchris trium Sacerdotum his verbis. *Sub termino vici Julienſis ſunt tres Presbyteri conſepulti . . . . qui cum multorum annorum curricula ubi ſepulti ſunt loculis quieſcerent, ſciſſum nuper pavimentum, quod calce atque comminuta teſta quaſi ſilex duriſſima fuſum erat, unius ſepulchri cacumen apparuit. Quo paululum elevato tellus ſciſſa apicem alterius patefecit: illoque emicante ſecutus eſt tertius tumulus, qui nunc juxta initium oſtenſionis ſuæ gradatim elevatur ſuper terram. Sed nunc jam primus liber a mole terrena liberum ſe viſibus præſtat humanis; duo adhuc ſequuntur, ſed annis ſingulis proficiunt ad egreſſum.* S. Droctoveum Uſuardus ſuis Faſtis 6. Idus Martii ita inſeruit. *Pariſius Depoſitio S. Droctovei Abbatis diſcipuli B. Germani.*

AN.CHR. 580 20. Martii.

S. MARTINI EPISCOPI
ET ABBATIS DUMIENSIS PRIMI,
ELOGIUM HISTORICUM.

1. MAGNOS *quidem viros Hiſpania tulit, magnos etiam aliunde profectos excepit : at, quod ſummopere dolendum eſt, eorum geſta vel omnino exciderunt, vel brevius quam par eſſet ab ætatis ſuæ hominibus exarata, nudum fere nomen poſteris tranſmiſerunt. Hoc ſi in quovis alio, certe in* MARTINO, *quem præ manibus habemus, magno Reip. Chriſtianæ detrimento accidit : de quo licet multa eaque eximia apud veteres, longe tamen minora quam quæ geſſit proferuntur. Quamobrem quod jam in nonnullis ſanctis viris ad Hiſpaniam pertinentibus, quorum acta propria deſiderantur, exſequi tentavimus, illudipſum erga S. Martinum quam maxima poterimus diligentia præſtare conabimur, nempe ut egregia ipſius facinora a priſcis auctoribus ſparſim delibata in unum congeramus. Utemur autem præcipue Gregorio Turonenſi Epiſcopo, Venantio Fortunato, & Iſidoro Hiſpalenſi Antiſtite, qui uni de Martino plurimum ſcriptis ſuis meruerunt.*

Martini elogium. 2. *Martinum, quem alii Pannonium a patria, alii Gallicienſem a provincia Hiſpanica in qua degit, Dumienſem & Braccarenſem alii a Sedibus quibus Epiſcopus præfuit, cognominant, S. Iſidorus Hiſpalenſis ejus ſubæqualis in lib. de Viris illuſt. cap. 35. hoc elogio exornavit.* MARTINUS Dumienſis Monaſterii ſanctiſſimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans in Callæciam venit : ibique converſis ab Ariana impietate ad fidem Catholicam Svevorum populis regulam Fidei & ſanctæ religionis conſtituit, Eccleſias confirmavit, Monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. Cujus quidem ego ipſe legi librum de differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen Epiſtolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem & converſationem fidei, orationis inſtantiam & eleemoſynarum diſtributionem, & ſuper omnia cultum virtutum omnium, & pietatem. Floruit regnante THEODEMIRO Rege Svevorum, temporibus illis quibus JUSTINIANUS in Rep. & ATHANAGILDUS in Hiſpaniis Imperium tenuerunt. *Hactenus Iſidorus.*

Patria. 3. *In hiſce verbis cum legis Martinum ex Orientis partibus in Callæciam adnavigaſſe, cave in Oriente natum eſſe putes. Nam Pannonia ortum eſſe, uti & magnum ſuum cognominem Epiſcopum Turonenſem, ex Gregorio & Fortunato manifeſtum eſt. Atqui in Orientem diſcendarum litterarum & religionis gratia peregrinatus, inde in Callæciam eo appulſus eſt tempore, quo S. Martini Epiſcopi Turonenſis Reliquiæ ad Theodemirum Svevorum Regem deferebantur. Rem ita narrat Gregorius & ipſe Turonicus Epiſcopus in lib. 5. Hiſt. cap. 37.* Martinus Gallicienſis Epiſcopus Pannoniæ ortus fuit, & exinde ad viſitanda loca ſancta in Orientem properans, intantum ſe litteris imbuit, ut nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, ubi cum B. Martini Reliquiæ portarentur, Epiſcopus ordinatur.

Miraculum S. Martini Turon. Epiſcopi. 4. *Quid autem S. Martini Reliquiarum nomine intelligat, non abs re fuerit paullo fuſius repetere ex lib. 1. Mirac. S. Martini cap. 11. in quo Gregorius Svevorum in Callæcia converſionem deſcribit his verbis.* CHARRARICI cujuſdam Regis Galliciæ filius graviter ægrotabat, qui tale tædium incurrerat, ut ſolo ſpiritu palpitaret. Pater ejus fœtidæ ſe illi Arianæ Sectæ una cum incolis loci illius ſubdiderat, ſed & regio illa plus ſolito, quam aliæ provinciæ, lepra ſordebat. Cumque Rex videret urgeri filium in extremis, dicit ſuis: Martinus ille quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cujus, quæſo, religionis fuerit enarrate. Cui ajunt : Catholicæ fidei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernavit, aſſerens Filium cum Patre & Spiritu ſancto æquali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere. Sed & nunc cœli ſede locatus, aſſiduis bene-

beneficiis non ceſſat plebi propriæ providere. Qui ait : Si vera ſunt quæ proferentis, diſcurrant uſque ad ejus Templum fideles amici mei multa munera deportantes : & ſi obtineant mei filii medicinam, inquiſita fide Catholica quam ille credidit, credam. Penſato ergo auro argentoque ad filii pondus, tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulchri. AN. CHR. 580 20. Martii.

5. Sed inſidente adhuc in patris ejus pectore ſecta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reverſi autem nuncii narraverunt Regi, ſe multas virtutes ad Beati tumulum vidiſſe, dicentes : Cur non ſanatus fuerit filius tuus, ignoramus. At ille intelligens non ante ſanari poſſe Filium, niſi æqualem cum Patre crederet Chriſtum; in honorem B. Martini fabricavit Eccleſiam : miroque opere ea expedita proclamat : Si ſuſcipere mereor Viri juſti Reliquias, quodcumque Sacerdotes prædicaverint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit majori cum munere : qui venientes ad beatum locum Reliquias poſtulabant. Cumque eis offerrentur ex conſuetudine, dixerunt : Non ita faciemus : ſed nobis, quæſumus, licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum aſſumamus. Tunc partem pallii ſerici penſatam ſuper beatum ſepulchrum poſuerunt, dicentes : Si invenimus gratiam coram expetito Patrono, quæ poſuimus, plus inſequenti penſabunt, eruntque nobis in benedictionem poſita, quæſita per fidem. Vigilata ergo una nocte, facto mane quæ poſuerant penſitabant. In quibus tanta B. Viri infuſa eſt gratia, ut tamdiu elevarent in ſublime æream libram, quantum habere poterat quo aſcenderet momentana.

6. *Deinde quibuſdam miraculis interpoſitis proſequitur.* Et gratias agentes, proſpero proſequente Patroni præſidio navigio, undis levibus, temperatis flatibus, velo pendulo, mari tranquillo velociter ad portum Gallieiæ pervenerunt. Tunc commonitus a Deo quidam nomine MARTINUS, de regione longinqua, qui ibidem nunc Sacerdos habetur, advenit. Sed nec hoc credo ſine Divina fuiſſe providentia, quod eo die ſe commoveret de patria, quo beatæ Reliquiæ de loco levatæ ſunt : & ſic ſimul cum ipſis pignoribus Galliciæ portum ingreſſus ſit. Quæ pignora cum ſumma veneratione ſuſcipientes fidem miraculis firmant. Nam filius Regis dimiſſa omni ægritudine ſanus properat ad occurſum. Beatus autem MARTINUS Sacerdotalis gratiæ accepit principatum. Rex unitatem Patris & Filii & Spiritus-ſancti confeſſus cum omni domo ſua chriſmatus eſt. Squalor lepræ a populo pellitur, & omnes infirmi ſalvantur : nec unquam ſibi uſquenunc ſuper aliquem lepræ morbus apparuit. Talemque gratiam ibi in adventu pignorum B. Patroni Dominus tribuit, ut virtutes quæ ibidem illa die factæ ſunt, enarrare perlongum ſit. Nam tantum in Chriſti amore populus ille promptus eſt, ut omnes Martyrium libentiſſime ſuſciperent, ſi tempus perſecutionis adeſſet.

7. *Hæc ex Gregorio latius. In cujus verbis quædam veniunt obſervanda. Primum, S. Martini Reliquias cenſeri illa vel lintea vel pannos, quæ ejus tumulo fuiſſent impoſita, eum in modum quo Gregorius Magnus brandea ſacrare ſolitus erat. Alterum, Arianos chriſmatis unctione fuiſſe Eccleſiæ reconciliatos juxta can. 7. Concilii Conſtantinopolitani : cui unctioni nonnumquam manuum impoſitionem adjungebant.* Hæretici, *inquit Iſidorus lib. 2. de Eccleſ. offic. c. 24.* ſi tamen in Patris & Filii & Spiritus-ſancti atteſtatione docentur baptiſma ſuſcepiſſe, non iterum baptiſandi, ſed ſolo chriſmate & manus impoſitione purgandi ſunt. *Nam* manus impoſitio ſi non adhiberetur ab hæreſi venienti, *docet S. Aug. de Bapt. contra Donat. lib. 5. c. 23.* tamquam extra omnem culpam eſſe judicaretur. *Lege Morinum in Comment. de Pœnit. lib. 9. cap. 10. Tertium in Gregorio advertendum eſt, Martinum Dumienſem ex Oriente in patriam jam regreſſum, eodem tempore in Callæciam iter ſuſcepiſſe, quo S. Martini Reliquiæ ex Urbe Turonica levari aſportarique cœperunt. Poſtremum, Regem Suevorum* CHARRARICUM *a Gregorio appellatum, ab aliis* THEODEMIRUM *nominari, infra.*

8. *Quibus ita obiter commemoratis, ad Martinum recurrat oratio. Is occaſione reſtitutæ filio Regio ſanitatis Catholicam fidem Theodemiro facile perſuadet, inſtat Suevorum gentis converſioni, qui fide ad Regis ſui exemplum compoſita Ariam abjurant, & ad Chriſtum integro animo ad Martyrium uſque prompto revertuntur. Cujus* Martinus Suevos ad Eccleſiam reducit.

AN.CHR. 580 20. Martii.

facinoris gloriam Martino quidem utrique debitam, Venantius Fortunatus Martino Juniori tribuit, dum in Epiſtola ad lib. 5. Carm. præmiſſa eum Apoſtolicum & in Chriſti Regis exercitu poſt ducem Paulum Primipilum *ſalutat, & Carmine* 1. *ſic in ipſius laudes excurrit.*

MARTINO ſervata novo, Gallæcia, plaude,
Sortis Apoſtolicæ vir tuus iſte fuit.
Qui virtute Petrum præbet tibi, dogmate Paulum,
Hinc Jacobi tribuens, inde Joannis opem.
Pannoniæ, ut perhibent, veniens e parte Quiritum
Eſt magis effectus Galli-Sueva * ſalus.
In ſulcum ſterilem vitæ plantaria ſevit,
Quo matura ſeges fertilitate placet.

* id eſt, Svevis in Gallæcia degentibus.

Et poſt pauca :

In ramis hæreſis fidei pia germina fixit :
Quodque oleaſter erat, pinguis oliva viret.

Quo anno?

9. *Tempus quo Martini induſtria Svevi ad Eccleſiam rediere, Baronius aliique anno Chriſti* 560. *conſignant. Sane id contigiſſe ſub regni Theodemiri exordium, perſuaſum habetur ex Synodis Lucenſi & Bracarenſi I. quæ Theodemiro jam Catholico facto & vix tertium principatus annum agente celebratæ ſunt. Cum ergo ex Roderico Toletano Epiſc. in lib.* 9. *de Reb. Hiſpan. cap.* 20. *Theodemirus annis dumtaxat decem regnaverit, conſtetque ex Joannis Biclarenſis Chronico Juſtini Imp. anno* 4. *Leuvigildi Veſigothorum Regis II. hoc eſt anno Chriſti* 570. *excunte Mironem filium Theodemiro ſæpe jam dicto ſucceſſiſſe; ad annum circa* 560. *Svevorum converſio referenda eſt. Nec obſtat quod Gregorius Turon. in lib.* 1. *de Mirac. S. Mart. cap.* 11. *ſupra deſcripto Svevorum Regem iſtius converſionis auctorem* CHARARICUM *vocet. Nam ſi Gregorius in nomine lapſus non eſt,* CHARARICUS *haud alius dicendus eſt a* THEODEMIRO, *de quo Iſidorus in Chronico Svevorum ſub finem ita ſcribit:* Poſt multos deinde Reges Regnum Svevorum ſuſcepit THEODEMIRUS, qui fidem Catholicam adeptus, Arianæ impietatis errore deſtructo, Svevos unitati fidei reddidit. Hujus tempore MARTINUS Dumienſis Monaſterii Epiſcopus fide & ſcientia claruit, cujus ſtudio pax Eccleſiæ reddita eſt, & multa Monaſteria condita.

10. *Non itaque immerito Hiſpani Martinum Callæciæ Apoſtolum nuncupant, quamvis Joannes Biclarenſis perfectam Svevorum in fide reſtitutionem Reccaredo Veſigothorum Regi deferat his verbis.* RECCAREDUS primo Regni ſui anno, menſe 10. Catholicus Deo juvante efficitur, & Sacerdotes ſectæ Arianæ ſapienti colloquio aggreſſus, ratione potius quam imperio converti ad Catholicam fidem facit, gentemque omnium Gothorum & Svevorum ad unitatem & pacem revocat Catholicæ Eccleſiæ.

11. *Dum Martinus revocandis ad ſalutis viam Svevis incumbit, res etiam Monaſticas in Dumio præſertim mirifice promovet. Dumium ſeu Dumio locus eſt vix uno milliari diſtans a Bracara *, nobili Hiſpaniæ Tarraconenſis Oppido, quod tamen ad Regnum Portugallicum pertinet. Eo in loco Martinus Cœnobium Dumienſe Martino magno ſacrum Rege opitulante condit illuſtre ſeminarium Inſtituti Benedictini, cujus ſigniferum in Callæcia Martinum ferunt. Non heic ſtetit dignitas Monaſterii Dumienſis, quod in Concilio Lucenſi I. in Sedem Epiſcopalem erectum eſt, ſicut Sedes Bracarenſis in Metropolitanam.* In hac Synodo *(loquuntur Acta Concilii)* elegerunt Epiſcopi, ut ſedes Lucenſis eſſet Metropolitana, ſicut & Bracara, quia ibi erat terminus de confinitimis Epiſcopis, & ad ipſum locum Lucenſem grandis ſemper erat conjunctio Svevorum. Etiam in ipſo Concilio alias Sedes elegerunt, ubi Epiſcopi ordinarentur : Sicque poſthæc pro unaquaque Cathedra diœceſes & parrochias diviſerunt, ne inter Epiſcopos contentio aliquatenus fieret. *Deinde vero plurium Epiſcopatuum terminis deſignatis, Sedi Dumienſi* Familia ſervorum 6. *ſeu ut in aliis exemplaribus*, Familia Regia attribuitur. *Acta illa ſi conferamus cum Synodo Bracarenſi I. anno tertio Regis Theodemiri habita, cui Martinus jam Epiſcopus Dumienſis ſubſcripſit ; facile intelligemus, Concilium Bracarenſe I. eſſe* po-

* Bragues.

poſterius Lucenſi itidem I. in quo Martino Abbati Dumienſi Epiſcopalis dignitas & ditio conceſſa eſt. AN.CHR. 580

12. *Verum* LUCRETIO *Metropolita Bracarenſi decedente Martinus ab ipſo inauguratus utrique Cathedræ, Dumienſi nimirum & Bracarenſi imponitur : qui non multo poſt, id eſt, Mironis Regis anno II. Chriſti* 572. *Synodum Bracarenſem II. indixit, & eodem anno* NITIGESIO *aliiſque Patribus apud Lucum * iterum congregatis Orientalium Canonum collectionem Latine redditam obtulit dedicavitque.* 20. Martii.

* Lugo

Scripta ejus.

13. *Plura alia circumferuntur ipſius ingenii monimenta*, Tractatus de fugienda jactantia, de Superbia, de Humilitate, de Ira ad Vitimirum Epiſcopum, de Paſchate, *quo in Tractatu non eſt prætereundum quod memorat*, a pleriſque Gallicanis Epiſcopis ad ſuum fere tempus id cuſtoditum, ut ſemper 8. Kal. April. diem Paſchæ celebrarent, in quo facta Chriſti reſurrectio traditur. *Ipſi inſuper S. Iſidorus ſupra relatus tribuit* librum de Differentiis quatuor virtutum, & volumen Epiſtolarum, *quas nobis ſubtractas impenſius dolemus. Addit Gregorius Turon. in lib. 5. Hiſt. cap.* 37. verſiculos qui ſuper oſtium ſunt a parte meridiana in Baſilica S. Martini *(haud dubium quin Dumienſi)* ipſe compoſuit. *Iſti verſus a Jacobo Sirmondo primum editi, reperiuntur in Bibliotheca PP. aliique ab eodem Martino pro Refectorio ſcripti cum proprio Epitaphio, quod ſtatim referemus.*

14. *Nec ſcribendo tantum, ſed etiam operando Eccleſiam egregie locupletavit. Nam multa Monachorum Aſceteria, veluti totidem religionis plantaria, per Calleciam ædificavit. Duodecim ab ipſo conſtructa recenſet Joannes Tamayus ad 20. Martii, penes quem ſit fides. Qualem vero fortunam Dumienſe Monaſterium ſortitum ſit, ex Joanne Vaſæo in Hiſpan. Chron. cap. 20. accipe.* Sunt qui hunc Epiſcopatum fuiſſe arbitrentur eum, qui hodie Mindonieoſis dicitur : ſed hi tota errant via. Dumienſe Monaſterium prope Bracaram erat, cujus Eccleſia etiam hodie exſtat * antiquitatem ſuam referens. Hujus Monaſterii conditor & primus Epiſcopus fuit S. Martinus, quem Bracari adhuc cognominant Dumienſem, ut ex decimo Concilio Toletano patet. Hujus etiam mentio fit in III. Concilio Toletano. Hoc Monaſterium adhuc tempore Gothorum unitum fuit Bracarenſi Eccleſiæ. Nam in 16. Concilio Tolet. ſubſcripſit Felix, qui ſe Bracarenſem & Dumienſem Epiſcopum appellavit, ut ex libro Canonum annotatum reperi in Roderico Archiepiſcopo Toletano MS.

Dumienſis Monaſterii fortuna.

* Eſt Parœcialis Eccleſia.

15. *In his porro actibus vir Sanctus cumglorioſe conſenuiſſet, mercedem percepturus in cælum evolavit, cujus obitum Gregorius Turon. in lib. 5. cap. 37. anno quinto Childeberti ſtatuit.* Hoc tempore, *inquit*, & B. MARTINUS Gallicienſis Epiſcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum ... Cum B. Martini Reliquiæ portarentur, Epiſcopus ordinatur : in quo Sacerdotio impletis plus minus triginta annis plenus virtutibus migravit ad Dominum. *Ex his Gregorii verbis nec plane conſtat quo anno S. Martinus in cælos migraverit, nec quantum temporis Epiſcopatum tenuerit. Hi etenim loquendi modi*, hoc tempore, & plus minus triginta annis, *hominem incertum & fluctuantem produnt. Quod ſi Gregorii calculo, dum certior non ſuppetit, ſtandum videtur ; dicere neceſſe eſt Martinum obiiſſe anno* 580. *in quem juxta receptiorem ſententiam incidit annus Childeberti junioris quintus, cum ipſe Martinus vix in Epiſcopatu annos viginti tranſegiſſet. In X. Concilio Tolet. mentio fit Teſtamenti quod ſcripſit in gratiam Monaſterii Dumienſis, in quo ſepeliri voluit cum hoc Epitaphio a ſe, ut ajunt, compoſito.*

Martini obitus.

Pannoniis genitus, tranſcendens æquora vaſta,
Galliciæ in gremium Divinis nutibus actus,
Confeſſor Martine, tua hae dicatur in aula :
Antiſtes cultum inſtituit ritumque ſacrorum,
Teque Patrone ſequens famulus MARTINUS eodem
Nomine, non merito, hic in Chriſti pace quieſco.

Anno Servatoris 1590. *Corpus ejus effoſſa humo ſub quadam veteris Templi Ara ab Auguſtino de Caſtro Archiepiſcopo repertum ſcribit. Antonius Yepez in Chron. Bened. ad ann.* 563. *cap.* 1. *Ejus feſtus dies præcipue in Callæcia* 20. *Martii quotannis recolitur.*

AN. CHR. 580 20. Martii.

S. Benedicti Regulam ſervavit.

* lectio mendoſa.

16. *Martinum vota Monaſtica nuncupaſſe, ratum exploratumque eſt: nec minus certum videtur, S. P. Benedicti Regulæ fuiſſe addictum. Huic rei confirmandæ ſufficiunt verba Bonifacii Papæ IV. in quodam prolata Concilio, uti ab Ivone in Dec. parte 7. cap. 22. referuntur. Nonnullis enim qui Monachis Sacerdotalia munia invidebant, S. Pontifex ita reponit.* Si ex hac cauſa veteres æmuli vera prædicarent, Apoſtolicæ Sedis compar B. Gregorius Monachico cultu pollens ad ſummum nullatenus apicem conſcenderet: cui quidem oſtiatim * fungendi, ligandi, ſolvendique officio poteſtas ſumma conceditur. Auguſtinus quoque ejuſdem ſanctiſſimi Gregorii diſcipulus, Anglorum prædicator egregius; ac Pannonienſis B. Martinus, aliique quamplurimi viri ſanctiſſimi pretioſorum Monachorum habitu fulgentes, nequaquam annulo Pontificali ſubarrharentur. Sed quia Monachi fuerunt, prædictis uti perhibentur. Neque enim Benedictus Monachorum Præceptor hujuſcemodi rei aliquomodo fuit interdictor, &c. *Hoc in loco Martini Pannonienſis nomine, non Turonicum Epiſcopum, (ut Gallonius belle ſomniavit) ſed Dumienſem intellige. Martinum enim Seniorem, Pannonienſem nuſquam, ſæpius Juniorem a Scriptoribus appellatum offendes. Quid autem conſequentiæ eſſet, Martino (ut de aliis interim taceamus) Eccleſiaſticas occupare dignitates licuiſſe per S. Benedictum, ſi ipſius Regulam non ſervaſſet? De hoc pluribus alias.*

CIRCA AN. 580 24. Junii.

DE S. ROMULA MONIALI ROMANA.

Ex Gregorio Magno *in lib. 4. Dial. cap. 16.*

Greg. homil. 40.

1. In eiſdem quoque homiliis rem narraſſe me recolo, cui Spaciosus compresbyter meus qui bene noverat, me narrante atteſtatus eſt. Eo namque tempore quo Monaſterium petii, anus quædam, Redempta nomine, in Sanctimoniali habitu conſtituta, in urbe hac juxta B. Mariæ ſemper Virginis Eccleſiam manebat. Hæc illius Herundinis diſcipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, ſuper Præneſtinos montes vitam duxiſſe ferebatur. Huic autem Redemptæ duæ in eodem habitu diſcipulæ aderant: Una nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc supereſt, quam quidem facie ſcio, ſed nomine neſcio.

Romulæ virtutes.

2. Tres itaque hæ in uno habitaculo commanentes, morum quidem divitiis plenam, ſed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus ſum Romula aliam quam prædixi condiſcipulam ſuam magnis vitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, ſummæ obedientiæ, cuſtos oris ſui ad ſilentium, ſtudioſa valde ad continuæ orationis uſum. Sed quia plerumque hi quos jam perfectos homines æſtimant, adhuc in oculis ſummi Opificis aliquid imperfectionis habent; ſicut ſæpe imperiti homines necdum perfecte ſculpta ſigilla conſpicimus, & jam quaſi perfecta laudamus, quæ tamen adhuc artifex conſiderat & limat, laudari jam audit, & tamen ea tendere ad meliora non deſinit; hæc quam prædiximus Romula ea quam Græco vocabulo paralyſin vocant, moleſtia corporali percuſſa eſt: multiſque annis in lectulo decubans, pene omni jacebat membrorum officio deſtituta, nec tamen hæc eadem ejus mentem ad impatientiam flagella perduxerunt. Nam ipſa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: tantoque ſollicitius ad uſum orationis excreverat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat.

Patientia in paralyſi.

Quid moribundæ acciderit.

3. Nocte igitur quadam eamdem Redemptam, quam præfatus ſum, quæ utraſque diſcipulas ſuas filiarum loco nutriebat, vocavit, dicens: Mater veni, Mater veni. Quæ mox cum alia ejus condiſcipula ſurrexit, ſicut utriſque referentibus & multis res eadem claruit, & ego quoque in eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio lectulo jacentis aſſiſterent, ſubito cœlitus lux emiſſa omne illius cellulæ ſpatium implevit, & ſplendor tantæ claritatis emicuit, ut corda adſiſtentium inæſtimabili pavore perſtringeret, atque (ut poſt ipſæ referebant) omne in eis corpus obrigeſceret, & in ſubito ſtupore remanerent. Cœpit namque quaſi cujuſdam magnæ multitudinis ingredientis ſonitus audiri, oſtium cellulæ concuti, acſi ingredientium turba premeretur; atque (ut dicebant) intrantium multitudinem ſentiebant, ſed nimietate timoris & luminis videre nil poterant: quia earum oculos & pavor depreſſerat, & ipſa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri aſt odoris fragrantia ſubſecuta, ita ut earum animum quia lux emiſſa terruerat, odoris ſuavitas refoveret.

Viaticum petit.

4. Sed cum vim claritatis illius ferre non poſſent, cœpit eadem Romula adſiſtentem & trementem Redemptam ſuorum morum magiſtram blanda voce conſolari, dicens: Noli timere, Mater, non morior modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux quæ fuerat emiſſa, ſubtracta eſt, ſed is qui ſubſecutus eſt odor remanſit: Sicque

dies

dies ſecundus & tertius tranſiit, ut aſperſa fragrantia odoris maneret. Nocte igitur quarta eamdem Magiſtram ſuam iterum vocavit; qua veniente Viaticum petiit & accepit.. Necdum vero eadem Redempta vel alia ejus diſcipula e lectulo jacentis abſceſſerant, & ecce ſubito in platea ante ejuſdem cellulæ oſtium duo chori pſallentium conſtiterunt: & ſicut ſe dicebant ſexus ea vocibus diſcreviſſe, pſalmodiæ cantus dicebant viri, & feminæ reſpondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur cœleſtes exequiæ, ſancta illa anima carne ſoluta eſt *a*: qua ad cœlum ducta quanto chori pſallentium altius aſcendebant, tanto cœpit pſalmodia lenius audiri, quouſque & ejus pſalmodiæ ſonitus, & odoris ſuavitas elongata fieretur.

CIRCA AN. 580 24. Junii.

Cœleſti pſalmodia honoratur. Moritur.

VITA S. SEQUANI ABBATIS
IN BURGUNDIA.

CIRCA AN. 580 19. Sept.

Ex MSS. & Petro Roverio, a quo nonnihil textus MSS. diſcrepat.

PROLOGUS.

QUAMQUAM beatiſſimorum vita virorum, quæ atteſtante Domino ſpiritali articulo immortali libro conſcribitur, mortalium monimentis non eget litterarum; eſt tamen operæpretium voluminibus eam quoque commendare chartarum. Jucundiſſimum enim vetuſtatis inventum eſt ſtilo & opere litterarum actus prætereuntium perſonarum oculis neſcientium offerre ut ſi fides adſit ſcriptis, id ſit legere quod videre.

VITA INCIPIT.

1. Sequanus *a* itaque vir moribus probatiſſimus, Dei gratia priuſquam in materno utero formaretur eſt præventus. Ab ipſis autem cunabulis pene univerſis populis fructuoſis operibus cognitus, Magnimontenſi oppido ortus, atque ibidem Chriſtianis eſt parentibus educatus. Divina ergo providentia religioſis * inflammatus ardore, infantili adhuc impeditus ætate, robuſtiſſime intra ſui receſſus pectoris præcepta Domini complebat Salvatoris. Poſtquam autem infantiles annos excedens ad puerilem gradum profectus eſt, ſic Pſalterium omne ſubſequente ei memoria tenaciſſime adeptus eſt, ut ſimilis ei in recitatione poſſet quiſpiam minime reperiri.

* S. Seine, S. Sequani ortus & educatio.
* al. Spiritus ſancti.

2. Parentes vero ejus eoquod unicum eum haberent, tenere eum diligebant, & ſperantes per illum ſuæ ſtirpis mortalis germina pullulare, a Clericatus officio prohibebant. Verum ille per quem ſplendidiſſimus ſobolis palmes propagandus fuerat ſpiritalis, videns ſuis vota parentum oppoſita, ſecedens paululum a communi habitatione in villa cui nomen eſt Valcriaco *b*, ſepta etſi viliſſima, ſanctitati tamen atque utilitati ejus congrua manu propria conſtruxit; cœpitque in prædicto loco continuatis momentis devota orationum libamina Chriſto offerre, & abſtinentiis impuberes artus & molle adhuc corpuſculum mactare. Neque enim prius cibum ſumebat, quam Pſalterium totum in oratione perſeverans recitaſſet. Gerebat autem ſub ipſo habitu laici mores Monachi lectiſſimi, & ſub intonſi capitis crine tonſi pectoris frugem. Cum ſe ergo ſaluberrimis jejuniis & fructuoſis parcitatibus per tres fere annos oblectaret, ad tantam corporis tabe & fœditatis macie perductus eſt necem, ut contracta atque arida cutis ejus oſſibus inhæreret.

Seceſſus in ſolitudinem.

Qualiter in ea ſe geſſerit.

3. Quodam die dum eum parentes ejus viribus effetum, atque mortali pallore aſpicerent circumſeptum, cum ejulatu nimio prorumpentes dixerunt: Si tonſuram deſideras & ob hanc tui vigorem corporis amiſiſti, ipſi te nunc horum crinium (ut putas) onere ſublevamus. Tunc quidam ex vicinis qui eorum comitatui adhærebat, procax ac temerarius, forcipem arripiens nitebatur cæſariem ſacratiſſimi viri reſecare: ſed cum vibratis forcipibus ſuæ palmæ digitos ſuper verticem antefati viri extenderet, illico ſinuoſis anfractibus in præcordiis ejus gelidus timor illapſus, tremore quodam forcipes de manu ejus excuſſit; & factum eſt primum claritatis ejus miraculum chalibs de manu diligentis excuſſus. Tunc vero parentes illius

Tonſuram aſſumit.

a De Romula agit Martyrologium Monaſticum die 24. Junii, iterumque de ea ac de Herundine atque Redempta 23. Junii his verbis. *Romæ SS. Virginum Romulæ, Redemptæ & Herundinis, de quibus ſcribit S. Gregorius Papa, quarum corpora ad civitatem Tiburtinam delata ſunt, ubi earum memoria hac ipſa die ſolemniter agitur*. Ferrarius tamen ad diem 23. Julii partem Reliquiarum earumdem Sanctarum in æde S. Mariæ majoris aſſervari ſcribit.

b Hujus loci notitia ex veteri charta Monaſterii S. Sequani illuſtratur, cujus hæc verba. *Godefridus Epiſcopus &c. Diu habita eſt controverſia inter Monachos S. Sequani & Albertum dominum villæ, quæ Dreet dicitur, ad cujus bonum reformata eſt. Eſt in Magnimontenſi Comitatu multæ antiquitatis poſſeſſio, Valeriacus nomine, & in ea Beati Sequani Eccleſia & nomini dicata, & juri ſubdita. Intra fines hujus, villam ſuperius nominatam, Dreet videlicet, cum Capella ædificavit dictus Albertus. Hanc Capellam ut in finibus parochiæ ſuæ ſitam a nobis Monachi repetebant, Albertus autem contra nitebatur* &c. Hinc intelligitur, Valeriacum eſſe vicum illum, qui vernacule *Verrey ſous Dreet* appellatur, a quo uno tantum milliari Gallico diſtat pagus Magnimontenſis, vulgo *Marmont*, tribus leucis a S. Sequani Monaſterio ſummotus. Porro Magnimontenſis pagus, Oppidi & Comitatus titulo quondam inſignis, ut ex hac Vita & charta jam relata colligitur, nunc Clariſſimæ Brulartiorum familiæ ſubjectus eſt, ſervatque etiamnum aliqua priſtinæ nobilitatis veſtigia, Caſtri videlicet disjecti rudera & priſca Nobilium virorum ſepulchra, quæ cum antiquis numiſmatibus inibi reperiuntur. Hanc obſervationem R. P. Nicolai de Salle S. Sequani Prioris humanitati debemus.

CIRCA AN. 580 19. Sept.

lius novo ſtupore attoniti, Sacerdotem devoverunt acceſſiri, qui præmiſſa benedictione cæſariem reverentiſſimi juvenis incideret. Erat autem tunc temporis in Magnimontenſi oppido Presbyter moribus & ætate nomine EUSTADIUS vir Deo dignus atque ſanctiſſimus, ad quem parentes beatiſſimi Sequani ad tondendum eum cum lætitia adduxerunt. Qui cum veniſſet, precibus Deo profuſis ejus capitis verticem Dominico charactere ſignatum totondit *a*, & poſt detonſionem caſta oſcula capiti atque labiis ejus inſigens benedixit eum dicens: Adſit tibi fili noſtri potentia Salvatoris *, cujus te jam video præventum munere Majeſtatis. Admoneo te, dilectiſſime, ut paululum abſtinentiæ parcas, & obediens Apoſtolicis præceptis, modico vino propter ſtomachum & propter frequentes tuas infirmitates utaris, cibis quoque qui poſſunt exile corpus tuum reparare indulgere.

* al. Creatoris.

Euſtadio Presbytero adhæret.

4. Ex eo itaque tempore cœpit religioſiſſimus Sequanus Euſtadio Presbytero morigerari; & pediſſequus ejus in Dei gratia fieri. Inſiſtentibus ergo illis frequentiſſime in excubiis Domini & orationibus atque jejuniis, revelatum eſt ſanctiſſimo Euſtadio quod pater futurus eſſet Sequanus populorum multorum ad requiem prædeſtinatorum. Denique convocatis populis ejuſdem Eccleſiæ, quoniam & ipſi experti fuerant tantæ ſanctitatis atque abſtinentiæ fructus in Sequano, cum Levitico miniſterio ante annos ætatis ſuæ conſecraverunt apud Epiſcopum teſtimoniis *b*. Erat autem beatiſſimus Sequanus quando Leviticam gratiam eſt adeptus, annorum fere quindecim, qui ita honoris ſui diſpenſare cœpit ſine offenſione dignitatem, ut nullarum querimoniarum ætatis immaturæ occaſionem quærentibus hominibus præſtaret, ſenioribus reverenter obſequium ſui gradus, ſodalibus charitatis affectum, populis vero devotiſſimæ humilitatis reddere non deſinebat officium. Ita igitur omnibus ſe omnia exhibebat, ut ſe ſanctitatis reſpectu ornaret, & ad exemplum ſui, totius ordinis atque ætatis pectora provocaret. In quem proculdubio ille ſermo prophetæ impletus eſt dicentis: *Ut erudiret principes ſicut ſe, & ſeniores ſuos prudentiam doceret*. Geſſit autem Leviticum officium annis quinque: Deinde peracto quinquennio propter ſuæ humilitatis & continentiæ fulgidum ad Presbyterii gratiam promovetur.

Ad Diaconatum promovetur.

Pſal. 104. 22.

Deinde ad Sacerdotium.

5. Tunc quidam Clericorum Magnimontenſis oppidi, ætate primi, moribus tamen ultimi, videntes ſibi proponi Sequanum ſecundi Ordinis Sacerdotii honore, contra muſſitare cœperant & obliquis eum obtutibus intuentes quaſi Canonum tranſgreſſorem redarguere nitebantur. Sed ille vir bonus atque ſinceræ charitatis doctrina cœlitus eruditus non ſolum illis mala pro malis non reddidit, verumetiam pro malis bona retribuit.

Clericorum patitur invidiam.

6. Fere in diebus illis quibus hæc acta ſunt, beatus EUSTADIUS de terris migravit ad cœlum. Tunc Deo placitus Sequanus decrevit Eccleſiaſticum officium relinquere, & Monachicam vitam ſilentio amicam arripere. Sed quoniam Monaſticarum expers fuerat Regularum *, vota ipſius ſunt paulisper a propria diſpoſitione demorata. Per dies itaque ſingulos ſagaci indagatione Archimandritam quærebat, qui eum vitam Monaſterii doceret, & ſanctiſſimorum Patrum Collationibus erudiret & Inſtitutionibus. Erat autem in diebus illis in Ternodorenſi Monaſterio cognominato Reomaus Abbas JOANNES *c* vocabulo, cujus ſingularis ſanctitas univerſas provincias peragrarat. Ad eum ergo Sequanus declinavit: quo eum ſumma lætitia ſuſcepto regulari ſollertia ita brevi tempore imbuit, ut ſpeculum eſſet cunctis bene viventibus.

* Rovermale Monachorum regularium.

Adit S. Joannem Reomaenſem.

7. Sequanus ergo poſtquam ſe vidit omnium Divinarum ſcripturarum dogmatibus inſtitutum & Monaſterii laudabili diligentia eruditum, locum ſibi fabricandi Monaſterium aptum ſerutabatur. Cumque per ſingula confinia loca circuiret, & ad amicorum ſuorum notitiam voluntatis ſuæ decretum produceret; quidam propinquorum ſuorum THSOLAIFUS * nomine dixit ei: Quia ſciſcitatus es me, pandam tibi certiſſime locum in quo poteris conſiſtere, ſi Dei ardore initiata ſunt quæ præparas adimplere. Eſt denique locus hæreditario, ni fallor, jure perdebitus, ſed loci illius finitimi beſtiarum more carnibus humanis ac cruoribus de-

Ab eo recedit.

* al. Hulaiſus.

a Quatuor Tonſuræ genera in uſu apud Græcos fuiſſe docet Joannes Morinus antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus in Exercit. 15. de Sacris Ordinat. cap. 4. Prima eſt infantium collata a Sacerdote paullo poſt Baptiſmum; ſecunda grandiorum, quos parentes Ordinibus Eccleſiaſticis conſecrabant: tertia Monachorum, quarta Clericorum. Una vero apud Latinos, præſertim in Gallia, ſæculo ſexto recepta fuiſſe videtur, quam legitime conferebant præter Epiſcopos & Chorepiſcopos Presbyteri & Abbates, cenſebanturque Clerici qui ab his Tonſura inſigniti erant. Res eſt ex Gregorio Turon. & hiſce Sanctorum Actis notiſſima. Gregorius de Vitis Patr. cap. 6. *Tunc Abbas nonnulli iſta referentibus puerum Clericum fecit*. Unde Monachos paſſim Clericos vocat, in lib. 2. Mirac. cap 18. *Clericus Aredii Lemovicini Abbatis*: de glor. Conf. *Habebant Clerici ejus* (nempe Euſicii Recluſi) *duo vaſa apum*. Nonnunquam vero Laici tondendi miniſterium uſurpabant, quod ad ſæculum uſque nonum exemplo non caruit. Nam in Miraculis S. Maximini Abbatis Miciacenſis in Appendice referendis, ita num. 30. legitur. *Cui miniſterio præfuit venerabilis Simon nomine, a Laico quidem tonſuratus, ſed modeſtia & gravitatis moribus non improbabiliter adornatus*. Immo nonnulli ſibiipſis capillos præcidentes in Clerum adlegabantur. Gregorius Turon. de S. Chlodoaldo agens in lib. 3. Hiſt. cap. 28. *Is* (inquit) *poſtpoſitum Regnum terrenum, ad Dominum tranſiit, & ſibi manu propria capillos incidens Clericus factus eſt*. Etiam S. Sigirannus *ſui capitis comam totondit*, licet poſtea ab Epiſcopo Turonenſi Clericus factus dicatur.

b Oratio contorta, etſi ſenſus pervius. Ad Diaconatum antiqui Canones annum 25. ad Presbyteratum 30. requirebant. Nonnumquam ob feſtinatam vitæ laudabilis maturitatem Ordinandos (ut heic S. Sequanum) a lege communi eximebant Epiſcopi, qui etiam non raro, minoribus gradibus omiſſis, poſt Tonſuram Diaconatum conferebant. Patet in SS. Martino Turon. Cæſario Arelat. Leobino Carnut. Epiſcopis, in SS. Maximino. Liſardo & Patroclo Abbatibus. Qua de re legendus Roverius in Hiſt. Reomaenſi pag. 515. præcipue vero Morinus ſupra laudatus de Sacr. Ordinat. Exercit. 15. cap. 2.

c Joannis Abbatis Reomaenſis in tractu Ternodorenſi, *Tonnerre*, Vitam in Appendice hujus Tomi referemus

depaſcuntur: ita ut nulli ſit facilis trames per eos, niſi multitudine ſit ſtipatus armatorum. Ad quem beatus SEQUANUS: Mihi locum cognitum monſtra, ut ſi Divinitatis inſtinctu mea ſunt vota concepta, omnis ferocitas eorum in columbæ ſimplicitatem delinita convertatur. Aſſumptis ergo ſecum comitibus pervenerunt ad locum, de quo concionati fuerant. Erat autem ſilva longum numquam violata per ævum, cujus arborum ſummitas pene nubes pulſabat. Tunc requirentibus illis qua poſſent ſilvam penetrare, callis quidam artuoſus eorum refulſit obtutibus tantum anguſtus atque ſentuoſus, ut difficile poſſent plantæ uniuſcujuſque per eum æquipero gradu incedere, ſed prælatum via pedem pes ſequebatur impediente denſitate ramorum. Attamen licet non ſine ſuo labore neque veſtimentorum diſcerptione in aſperrimæ ſilvæ penetralia pervenerunt. Tunc ſe curvantes ſolotenus, perſpicuo viſu tenebroſa latibula inveſtigare cœperunt.

CIRCA AN. 580

19. Sept.

Silvam abſtruſiſſimam petit.

8. Fixo ergo in uno obtutu diutius inhærentes aſpexerunt ſpelæi cujuſdam anguſtiſſimas fauces labruſcis ac ſilicibus obumbratas: deſuper autem ita implicitæ inter ſe ramorum frondes tenebroſum reddiderant ſpelæum, ut illius etiam feræ formidarent acceſſum.[a] Erat quippe ſpelunca latronum, & latibulum ſpirituum immundorum. Cumque ad eam appropiarent, Sequanus vir Deo amabilis in ejus ingreſſum curvatis poplitibus toto ſe corpore vepribus ſuperjaciens, lacrymabiles preces Domino effudit dicens: Domine qui feciſti cœlum & terram, qui das votum optandi, a quo eſt omne boni principium, & ſine quo vacua ſunt quæ humana temeritas nititur, ſi jubes me in hac eremo converſari, oſtende quæſo obtutibus famuli tui, & effectui mancipa devotionis meæ a te mihi conceſſum exordium. Perfecta autem oratione ſurrexit & oculorum aciem lacrymis humectatam cum palmis ad cœlum tetendit. Et cognoſcens ſe duce potentia Salvatoris ad ſqualidam ſilvam fuiſſe delatum, benedictione præmiſſa, extemplo parvæ cellulæ, in quo loco a genua ad orationem fixerat, fundamenta molitus eſt. Cujus adventus rumore ad aures eſt delatus circumhabitantium poſſeſſorum, qui adhortantes ſe certatim, nutu Divino compulſi profecti ſunt ad eum. Quo viſo cominus ita ex lupis acſi oves effecti ſunt, ut qui erant dudum cauſa terroris, illico fierent miniſtri juvaminis. Factus eſt ille locus ex eo tempore habitaculum innocentum, qui fuerat diverſorium ſævientium dæmonum atque latronum.

9. Inſtabant autem ſtructores operis ii qui advenerant finitimi, pars fundaminis conſolidare juncturas, pars parietes erigere, pars autem umbroſæ ſilvæ nemora detruncare, & futuris Monachis habitaculum præparare. Et poſt conſtructionem Monaſterii, non poſt multum temporis ſpatium multitudo ad locum congregata eſt Monachorum opinione Sequani viri prudentiſſimi a quatuor elicita partibus mundi. Ille autem probatiſſimus vir ita eo tempore venientem ad ſe Monachorum multitudinem erudivit, ut propoſiti eorum continentiam atque obedientiam ſacrarumque litterarum augmentum cetera in ejus Cœnobio Monaſteria mirarentur. Facta eſt igitur celeberrima in omni Gallia viri ſanctiſſimi fama. Omnes autem qui vario morbo vel languoribus tenebantur afflicti, aut pedibus ſe ſuis portantes, aut aliorum vectati cervicibus viri beatiſſimi Monaſterium appetebant: quos fructuoſis * gemitibus nomine Domini invocato & vexillo Crucis fronti eorum impoſito, oleo ſanctificato perungens ſanitati priſtinæ reformabat. Si quando ad eum ſpiritibus vexati immundis veniebant, uſque adeo ſe cum eis ſaluberrimis jejuniis & orationibus affligebat, quouſque inventorem malorum excluderet. Quidam autem eorum qui ſanitatem recipiebant regrediebantur, quidam vero orationi inſtantes ibidem Chriſto per cujus gratiam ſanabantur, perpetuo ſervituri, Monachorum conſortio jungebantur.

Monaſterium condit.

Fama ſua multos ad ſe trahit.

* al. luctuoſis.

Infirmos ſanat.

10. Quidam igitur temporali quaſſatus lumine illius præſentatur obtutibus: quo viſo interrogavit eum dicens: Quid vis ut faciam tibi? Cæcus autem reſpondit: Bonæ opinionis tuæ odor meis auribus fragravit; ideo huc delatus ſum, ut per tuas orationes lumen recipiam. His auditis ſe illico vir beatiſſimus ſolo proſternens, his verbis Chriſto orationem effudit: Deus qui ob hoc te mundo aſpiciendum viſibiliter præbuiſti ut aperires oculos cæcorum, da quæſo huic lumine privato per invocationem nominis tui viſum recipere. Cumque hæc & his ſimilia die ac nocte jugiter Domino effudiſſet, infra breviſſimum tempus viſum qui non videbat recepit, decrevitque pro tanti luminis munere in eodem Monaſterio Deo ſervitium exhibere. Tunc Laici habitu cum moribus commutato catervæ Monachorum eſt ſociatus.

Cæco lumen reſtituit.

11. Paralyticus quoque quidam comperta fama beati Sequani, & ſanitatum miraculis, quæ per eum Dominus noſter JESUS-CHRISTUS frequentiſſime operabatur, deprecatus eſt eos quibus conſanguinitate propinquus erat, ut eum ad Sequanum ſanctiſſimum deportarent. Qui adquieſcentes precibus ejus ad præfatum virum eum adduxerunt. Erat autem quando delatus eſt, ſanctus dies vigiliarum Paſchæ. Vir autem beatiſſimus Sequanus tam pro ſolemnitate diei quam pro paralytico ſibi fidentiſſime allato, in orationibus atque carminibus Domini tota nocte pervigilans perſeveravit: & quemadmodum in Deo fretus ceterorum languentium ſanctificati olei liquore ad ſecludendam valetudinem perungebat, paralytici quoque artus ſingulos invocato Chriſti nomine perunxit. Perfecta autem nocturna vigiliarum ce-

Paralyticum curat.

[a] In Præcepto Caroli Craſſi apud Robertum in Gallia Chriſt. *Abbatiam S. Mariæ & S. Sequani Confeſſoris in pago Magnimontenſi, & in loco qui Sicaſter antiquitus appellatus eſt* &c. ducta nimirum denominatione (ut quibuſdam placet) ex ſegetibus, quibus tellus ſilvæ vicina valde erat, hodieque eſt idonea. Nunc Monaſterium S. Sequani retinet vocabulum, quinque leucis infra Divionem poſitum.

Digitized by Google

CIRCA AN. 580 19. Sept. celebritate & diei feſti radiante fulgore vir beatiſſimus libamina certo diei tempore obtulit Deo. Erat autem coram altaribus toto ſacrificii tempore hic, quem dixi, paralyticus ſupplici mente proſtratus. Conſummato itaque ſacrificiorum officio Euchariſtiam Dominici corporis atque cruoris laticem ori jacentis paralytici Sequanus prærogavit. Poſt perceptionem ſanguinis & cruoris Domini noſtri JESU-CHRISTI ſurſum vir ſanctiſſimus oculos erigens, Signum Crucis impoſuit ſuper membra jacentis, cujus vigor ita in ejus oſſibus penetravit ut ſe numquam putaſſet morboſæ ægritudinis impeditum fuiſſe prolixitate. Statim autem ut Crucis ſignaculum ægrotus recepit, feſſo vires, medullæ oſſibus, nervis conjunctio reſtituitur, contracta cutis extenditur, & membrorum omnium vis ad antiqua reparatur officia, & qui portitorum manibus ad ſanctum delatus fuerat Sequanum, veſtigiis propriis nitens cum Dei laudibus ad ſuos tripudians penates revertitur.

12. Sed nec illud juſtum eſſe reor præterire miraculum, quod non impari eſt Dei munere ceteris muneribus propagatum. Cum jam temporis qualitate fœnum in pratis matureſceret, & ad metendum paratum eſſet, proficiſcitur una cum ſuis Monachis ad metendum illud vir laudabilis Sequanus. Pariter ergo pergentes ad pratum, quo tendebant pervenerunt. Tunc de more laborantium extenſis uncis falcibus cum rotato ictu fœni ſegetem ad terram dejicerent, ecce ſubito acta modo tempeſtas irruit, & fœni manipulos per aerem ſpargens cominus meſſores poſitos exanimavit, & ad nimiam vitæ deſperationem perduxit. Cum autem ad locum procellæ procacitas deveniſſet, in quo Monachi pariter cum præfato viro labori operam dabant, ſicco aere nubibus deſiſtentibus, mirabile dictu! in imbrem tempeſtas converſa eſt. Qui vero adfuerunt vicini pectora tundentes videntes hæc ſigna obſtupuerunt admirantes, poſtea autem in ſe converſi dixerunt: Hic vere eſt ſanctiſſimus vir: cui enim aliquando talia conceſſa ſunt, ut ſævientium tempeſtatum vertigines in liquidiſſimam pluviam commutaret? Tempeſtatem ſedat.

13. Cœpit ex illo famoſiſſimus eſſe, & divulgari celeberrime miraculis magis quam fuerat. Multa quidem innumerabilia in conſpectu populi ſui ſanitatum perfecit miracula: Sed quæ vidimus ſuccinctæ brevitati ſufficere, ea in hoc curavimus digerere volumine. Præ cunctis vero quæ ad Monaſterii uſum atque utilitatem Sequanus vir ſanctiſſimus inſtituit, Eccleſiam quoque laboribus propriis fabricatus eſt, in qua nunc ejus oſſa pacifice requieſcunt *a*, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

AN. CHR. 581 1. Julii.

VITA S. EPARCHII ABBATIS INCULISMENSIS.

Auctore anonymo coætaneo, ut patet ex num. 9.

Exſtat apud Surium ſtilo immutato.

PROLOGUS.

1. POTISSIMUM eſt illas enarrare virtutes, quæ veraces eſſe noſcuntur. In hac ergo ſancti EPARCHII * vita, nulla a me ſuperflua aliquis putet eſſe adjecta, cum hæc quæ dixero, ſub oculis omnium fuerint peracta, etſi non urbanitate ſermonum, ſaltem rudimento verborum in hoc loco conſcripta. Unde precor ut a quocumque ſapientiſſimo viro fuerint prolata, placita bonitate emendet, & ut legentes potius fidem adhibeant factis, quam reprehenſionem inferant dictis. Ergo quid per ipſum in hoc ſæculo, auxiliante Domino, geſtum ſit referemus.

* S. Cibar.

VITA INCIPIT.

2. Eparchius igitur Petragoricæ * urbis genitus fuit: cujus pater FELIX ſive ORIOLUS nomine, mater vero PRINCIPIA *b* vocabatur. Cum vero ipſum felix partus expoſuit, in Deo jugiter lætabatur innocens infantia. Cum autem annos ageret circiter ſeptem, in urbe præ-

* Perigueux.

a Quo anno S. Sequanus in cœlum migraverit, difficile eſt attingere. Adhuc juvenis Joannis Abbatis Reomaenſis diſciplinæ ſe tradidit num. 6. *Plenus dierum quievit in pace*, ut legitur in cod. MS. Cœnobii Cheminonenſis O. Ciſt. in quo S. Sequani Vita num. 12. & 13. omiſſis ſic deſinit. *Cum Dei laudibus ad ſuos tripudians penates revertitur. His & aliis multis miraculis & virtutibus B. Sequanus fulſit in ſæculo dum viveret, & poſt mortem etiam multa miracula fecit Chriſtus per famulum ſuum: & plenus dierum quievit in pace, & ſepultus eſt cum gloria & honore in Eccleſia quam fundaverat.* Cum ergo S. Joannes Reomaenſis vel annum Chriſti 540. prope acceſſerit, ut in ejus vita dicemus, S. Sequanum quadraginta circa annis ſuperfuiſſe conjicimus. Certe Gregor. Turon. de gl. Conf. cap. 88. multis jam miraculis S. Sequanum poſt mortem claruiſſe aſſerit. Hunc autem librum ſcribebat poſt annum 587. quo S. Radegundis in cap. 106. memorata obiit. Tabulæ Eccleſiaſticæ 13. Kal. Octob. conſignant S. Sequani obitum, quem Beda & Ado SEGONUM vocant. Adonis Martyrologium apud nos manu antiqua deſcriptum ita habet. *In territorio Lingonicæ civitatis Monaſterio Segeſtro depoſitio* S. SEGONI *Presbyteri & Monachi, qui mira abſtinentia & Monaſticæ perfectionis atque Eremiticæ ſolitudinis ſectator, virtutum & miraculorum gratia illuſtrem converſationem duxit.* Ejus Reliquiæ in proprio Monaſterio religioſe coluntur.

b Uterque parens colitur apud Petragoricenſes in vico Themolaco, vernacule *Témolac*, in quo Eparchius natus dicitur a Joanne Puteano Recollecto, in lib. de Epiſc. Petragoric. pag. 116.

AN.CHR. 581
1. Julii.

præſata litteris traditur edocendus, & cum inſpirante Domino plenius eas didicit, exinde ab avo ſuo Felicissimo tunc temporis Comite eſt receptus, quem ille Cancellarium ſibi inſtituit. Quam rem magis adoleſcentiæ cauſa detentus exercuit, quam animi voluntas permitteret: & cum apud ipſum ter quinos ageret annos, relicta ſæculari militia inſciis omnibus Sedaciacum expetiit Monaſterium, ſeque pedibus Abbatis Martini proſtravit & ſe Monachum fieri poſtulavit. Et cum intercedente Dei miſericordia, licet invitis parentibus, eſt impletum quod petiit, injunctum eſt ei ut vineam coleret, terram proſcinderet, & omne ſervitium, ut moris eſt, adimpleret. Quod ille ſuſcipiens benigne, & cuncta ad perfectum perducens, indicabat cjus habitus pauper, ubi Chriſtus proficiebatur dives. Jejunabat quotidie; vigilabat & orabat aſſidue, perſeverabat in miſericordiæ opere, multos quidem languidos, vel a dæmonio vexatos ſua purgabat oratio.

Eparchii patria, parentes & educatio.
Ex Cancellario fit Monachus.
Ejus exercitia & virtutes.

3. Cum eodem fere tempore Lemojalo agello Monaſterii cum Victuriano Monacho juſſus carperet iter, vidit capreolam ſumma velocitate currentem, ſetum ſuum quem reliquerat lactare feſtinabat, orans ſecum vir beatus ut eum expectaret. At illa non ſolum expectandi præbuit officium, ſed etiam humiliato capite ipſum adorare occurrit, & ejus manus oſculari: quam ille tactu ſuæ manus leniit, & ſigno Crucis armavit, atque eundi licentiam permiſit in pace.

4. Alio namque tempore ad Senocellam * cauſa orationis, vel ad occurſum ſancti Aquilini cum Mandarico Monacho properabat: invenit avem ſuper pullos ſuos ſedentem, ſimili modo ad illius orationem immobilis perſtitit, & ipſam vel pullos ſuos cum benedictionis alloquio pavit, propria perluſtravit & reliquit illæſam.

* Sanſac.

5. Dum hæc quæ diximus vel alia multa Domino jubente perficeret, cœpit ipſi publicatio ſæculi eſſe horribilis, ſicque occulte ſuum deſerens Monaſterium, totum ſe Chriſti miſericordiæ jure committens, perrexit locum incluſionis requirere. Et dum circumiret, in pago Equoliſmenſe * puerum nomine Graaulfum morte peremptum in villa Angleſis ad ſupplicationem Monachorum reſtituit vitæ, & alium in Burdegalinſe ſua revocavit oratio.

Laudes fugit.
* Le Païs d'Angoulême.
Mortuus ſuſcitat.

6. Cum loca ſingula peragravit, & Equoliſma duce Domino pervenit, ſecretius voluit pertranſire. Agnitus a civibus, indicatum eſt Aathonio * ipſius urbis Antiſtiti. Quem ille, ut de ipſo præcellens fama jactaverat, plenius recognoſcens, gaviſus factus, eum cum maxima exultatione ſuſcepit: & cum cauſam ejus devotionis ſollicitus intellexiſſet, ire eum longius non permiſit, ſed ipſum cum pleno cordis amore ſecum adſtrinxit, atque locum quem deſiderabat tamquam eremi ſolitudinem deſertum oſtendit: quo viſo vir beatus non tantum loquebatur ea ore, quantum gaudebat ea corde: eo quod locus eſſet remotus & propinquus & deſuper de latere montis fons aquæ perennis manaret, & Carantonus * fluvius ab alio excluderet latere.

* Apronio.
Sedem figit ad Carantonum.
* la Charente.

7. Poſthæc dum proferret ea ore, quod exul cœpiſſet eſſe in terris, & valde nimia vicinitate eſſet detentus, noluit abſque nutu ſui Pontificis vel Abbatis deberi recludi. Sic ipſum vir ſacratiſſimus Aathonius Epiſcopus cum Miſſis ſuis, id eſt Frontonio Archipresbytero qui poſtea Epiſcopatus meruit accipere dignitatem, Arthamium Archidiaconum verum per omnia Chriſti famulum, & iterum Arthamium Defenſorem ad Sabaudem *a* Epiſcopum, vel ad ſuum Abbatem ad pacem percipiendam, vel ad obtinendum quod voverat, deſtinavit. Qui regreſſi, etſi vix tandem obtenta, cuncta nuntiant benigne permiſſa. Cum autem in civitatem oraret, & ei manſio fuit præparata condigna, cum omnes intra domus ſepta ſomnum ceperunt, ille ſingularis nullo ſciente, relicto ſtrato, ad locum qui ei oſtendebatur, recludi ambulavit per noctem. Cumque Curſum vel orationem peregit, ſublato lapide ad caput ſuum diſpoſuit. Et cum ſe in eodem loco ſopori dediſſet, vox Chriſti ad eum facta eſt deſuper dicens: Eparci, hic permane, jam amplius noli vacare *; quam ordinationem Fratribus ore proprio conferebat.

Recluditur cum licentia.
* vagari.

8. Cum in civitate fuiſſet regreſſus, ſub hora diei tertia venit ad carcerem, in quo vincti plurimi tenebantur. Et cum cuſtos carceris ibidem eſſet, emiſit aforis aptiſſimam precem; nec multum defuit quod receſſit, oſtia carceris ſub arduo ſunt aperta imperio, & virga ferrea foras fuit ejecta, & per plurima loca quaſſata, ut confugium daret. Cunctus populus hoc per Eparcium factum fuiſſe clamabat, & laudem Domini manibus adplaudebat.

Carcere detentos ſolvit.

9. Cum jam gradum Presbyterii Aathonio tradente accepit, & in recluſione poſitus eſſet, referam pauca de pluribus. Quidam reſtitutus * ipſius vocabatur Radamptus, habebat vas cum melle repoſitum, & a quodam fuit ſublatum. Sollicitus perquirens, cum cum ipſo manifeſtus invenit. Et cum Chramnulfo Comiti ab ipſo fuit ſuggeſtum in ſua præſentia, omnia manifeſtius fuerunt inducta, & ultro ipſe graviſſimis tormentis adplicatur: & hæc & alia majora confeſſus, ſuſpendi eum omnimodis ordinavit. Pro cujus vitæ obtentu vir beatiſſimus deprecatus eſt, dum diceret pro cauſa mori non oportere, ſed nulla ratione apud ipſum obtinere potuit quod plurimum poſtulavit. Sic vocatum unum * de Fratribus, Gratiano Presbytero (hæc geſta de ejus ore cognovimus) juſſit ei collectis infirmis & matriculis * ad portam civitatis, rei expectare eventum. Cumque miſer fuiſſet ſuſpen-

* Suſio, ruſticus.
Furem a fune liberat.
* pro vocato uni.
* id eſt pauperibus in matricula recenſitis.

a Reſtituendus itaque in Indice Petragoricenſium Antiſtitum Sabaudis poſt Chronopium a nonnullis omiſſus.

Digitized by Google

AN.CHR. 581 · 1. Julii.

ſpenſus, & eum morti tradese reliquesunt, ſurca ipſa tota eumminuit, & de impedimentis ligationum abſolutus, ad eivitatem reverſus validiſſimum asripuit curſum. Videns hæc Comes militibus juſſit equos aſcenſos antequam Eccleſiæ attingeset limina, eum præoccupasent. Cumque ad osdinationem ejus non minima multitudo poſt eum cœpit æquitase, mieum adſuit uti omnes ante conſpectum Comitis in medio tabeſcerent iter *: & ille occupatas a matsieulis, vitam habuit ad ejus orationem ereptam.

* itinere.

Item aliom.

10. Idemque alio inſequente Comite pso alicujus vita ſupplicites exoravit. Quod nou ſolum non præſtavit, ſed inverſis eum pedibus pependit, ſimili modo ad ejus osationem in veſperum de longinquo ſpatio ad ipſius pervenie præſentiam.

Contractam curat.

11. Clara vern ſibi ARANIOLA ex genese nobili procseata toto corpore evenit contracta, ad ſamam beatiſſimi viri in carruca pervenie. Cum in ejus psæſentia introivit, magna voce rogavit, ut ei ejut pietat ſubveniret. Cum apud ipſum ſepeimana una fuit commemorata, pes ejus orationsm priſtinam ſaintatem reeepit. Quanta fides nulla invaluit, ut eum litteris ejus recepta, quaſi munus setinesst abſconſa. Dom in domo ſua ſupes litus maris aderat, vidit nautam graviſſimum perferre periculom, ſie eurrens accepta epiſtola feſtinanter ad ripam maris adveuit, porrectis manibut eam econtra eatendit, & alta voca exclamavie dicens: Serve Dsi EPARCI, ſalueem Chsiſti pes hæc pignora litterarum ad libesandos nautas ſobvenire dignate. Nee hæc ſine Divino adſuit nutu, quod navis ipſa omnibus portis * relictis, fluctibus valde oppreſſa, ubi adſtabat, ad ejus peevenit præſentiam.

Nautas a naufragio liberat.

* portubus.

Plures ſanat.

12. GENESIAM ſeminam lepra pescuſſam mundavit, tres eæcos illuminavit, de GAUDEMIA ſemina dæmonum legionem ejecit. Qoidam vis ARTHEMIUS nomine de parentibus non infimis, eum Scripturas ſanctas tractaret, & ſervus Dei *a* eſſe cupeset, nec Clesicus osdinatut, in Sanctonico * ſe seeluſit. Cum non minima annorum eurrieula in ipſa recluſione conſiſteret, & esines ei longiſſimi propagasent; a dæmonio correpeus quondam exinde sgreſſus, dicens ſe ad CHILDEBERTUM Regem iturum, & quod minus facultas ei donateius, ejus Regni vires eaplosaret. Cum hæc pareutes ſui viderent non ſanis mentibus mediari, iter aſſumptum quaſi eum ipſo ad Regis properasent præſentiam, per viam aliam ad Eparcium eum cœperunt adducere. Cum autem adproximaset urbi, secoguoſcens ſe a domna GENESIA victum, quod Equoliſma ducebatur nec tardas erumpit in voces, ad Eparcium aſpectut noo velle adire. Cum hæc minime retieeret, manibus injectis occupaverunt eum qui eum ipſo aderant, ſuper equo poſitum, manibus ligatis, & pedibus ſub ventre poſitis perſtrictis, ad Epascium eum perduaerunt invitum. Quo intromiſſo esinibus cœpit concuti, & plurimom plaudere ſe ſanctitatis comparem non habere. Cum hæc & eouvicia peſſima ab ose proſesret, digiti ſui palmis nimium dure ſuerunt adfixi.

* le Xaintonge.

Dæmoniacum liberat.

NOTA.

13. Cum hæc ſanctus Eparcius ad feneſtram aceedens eerneset, manut ejut ad ſignandum intulit, quas eum ſignaſſet, ad ſanitatem reduait. Die ſequente ordinavie eum more laico eoudere. Ille elamabat quis audax eſſet, qui ejus erines amputaret: attamen vix tandem fuesunt inciſi. Die alia Clericum illum osdinavit. Cum hoc fuiſſet impletum, ſtatim obmutuit, & pes dies multot nullum appellavit, nullus de ejus ose interim ſesmo proceſſit; nec multo poſt eum ſanum reſtituit, & poſtea Diaconus effectus uſque ad obitum ſuum ſanus perſeveravit.

* Sur. Ebrulfi.

14. SALOMON unus ea ſuis nomine, caballum ipſius tempore hiemali dirigendum aeceperat. Veniens ſervus * EARULFI quem præ omnibus diligebat, ſartim abſtulit. Et eum ab ipſo fuiſſet pesductus, dæmonio correptus, cœpit miſes voce valida clamare quod ſecesat. Sic ſimulata peticione, quaſi languore aliquo dstineretus, eulogias ſancti Epascii petiesunt. At ubi progreſſus eſt ſervus qui venesat, poſt datam ſuggeſtionem ſtatim eis dedit reſponſum quod fallaciter hujus munia poſtularent. Nam ipſe ſesvus & memosati, caballum ipſum ad ejus sduaesunt præſentiam: Obſtupefacti autem ad invicem loquebantur, quomodo omnia potuiſſet cognoſcere: eulogias tamen non negavit, ſed infelix ille antequam eas acciperet, in ſuo ſcelere ipſo dæmone perpetrante intesiit. Et quantumeumque aliquis ſive bene ſive male in ejus ſamam jactabat, omnia psæſcius ejus auribus intimabat.

Furis infelix interitus.

Sanctus vir compeditum ſolvit.

Pſal. 145.

15. Servus quondam LEONTIAE ex urbe Sanctonica pro ſuo facinore boja *b* graviſſima fuit impeditus. Et cum jam diutina maceratione ipſius pedes defieeerat, audiens laudem beati visi, ad eum ſecit confugium: projectus in faciem obſecrabat eum, ut ipſum ſua libesaret osatio. Videns hæc ſanctut Eparcius, quod eſſet arctiore conſtrictus ingenio, licet non deſperaret de Divino artifice, tamen ut videsetus ſe ab humine poſſe exſolvi, convocavit ſabros ut eam ſuo eiperent magiſtesio. Cumque exundique percutesent, & infelix ille voces emiſiſſet intolerabiles, dicens plus ſe nequiter impedimentum ſeciſſe, nec eum a ſe libesari poſſe; Eparcius ait, Date malleum in manibus ipſius. Et proſtratut in oratione cum lacrymis, ſurrexit dicens: Dominus ſolvit compeditot; & præcepit ei ut feriret. Et quis æſtimare poteſt, quem tam grandis dolor veaabat, quam levem ſibi intulit colaphum? & ſtatim ut feriit, in tribus locis confregit & a pedibus ejus ſalivit.

16. Dum

a Id eſt Monachus: nam Monachos olim ſervos Dei appellari ſolitos diſerte probavit Hadrianus Valeſius in Diſceptat. de Baſilicis cap. 5.

b Boja, torques ſeu compedes reorum.

AN. CHR. 581
1. Julii.

16. Dum Prœliator Chriſti ſemper contra dæmones dimicaſſet, compellebat neceſſitas ut ad inerguminos cathethizandum ampullam cum oleo de loco quo eam poſuerat, accipere deberet. Feſtinus adſuit nuntius: cumque ille manum ad ipſam accipiendam extendiſſet, ſerpens immaniſſimus ipſum in manu percuſſit. Et cum intelligeret multa fieri figmenta diaboli, non ſe carminibus ſanum effici poſtulavit, ſed ad ſuam orationem continuo cucurrit, nec intumuit, ſic eum Domini pietas incolumen reſervavit.

Serpentis morſui oratione medetur.

17. Cum autem pervigil non diebus, non noctibus a Curſu *a* ceſſaret, Monachis ſuis non ſolum laborare, ſed nec panem etiam coquere unquam permiſit, niſi tantum orationi inſiſtere. Ac ubi non ſolum victum, ſed nec panem ad veſcendum ſe habere conſpicerent, vultu triſti adclamabant ei, dicentes quod periclitarentur a fame. At ille læta facie ſedula prædicatione monebat eos dicens: Fides famem non timet. Et fabulas * Eremitarum ei ſæpius exponebat, qui etiam cum eorum diſſimulaverit colloquia, & Curſu incœpto pſalleret jugiter, numquam defuit quod undecumque non veniret cænium, unde & ipſi reficerent, & egenis ſubſtantiam tribuerent. Inquantum per chartarum volumina facta oratione ſubtraximus, duo millia populi de conlatis muneribus noſcitur redemiſſe.

Monachos ſuos ſoli orationi vacare jubet.
* id eſt collationes.

18. Declarationem ſignorum voluimus extendere præ deſiderio, nec * cetera quæ facta ſunt prætermittimus, ne ipſa prolixitate in faſtidium lector incurrat. Nam quantis vicibus carcerem rupit, aut quantos ab immundis ſpiritibus vel a diverſis infirmitatibus liberavit, longum eſt ire per ſingula. Veſtitus quoque ejus & victus aſperrimus fuit, vinum vero & reliqua potus genera reſutavit, & nullus ex ſuis nec ſecretiſſimus miniſter eum unquam vidit edentem uſque ad ſatietatem. Sub quanta vero afflictione Quadrageſimæ diebus erat, quam creber in orationibus, quam humilis in ſuſcipiendis Fratribus ſimul & in corripiendis, quam alacer in exhortandis eſſet, non eſt noſtri poſſe evolvi, ita ut continentiam cibi ejus nulla unquam infirmitas frangeret.

* l. ſed.
Quales ejus veſtes & victus.

19. Et ut ad exttemum veniamus, cum annos triginta novem *b* in recluſione expleſſet, nullo tædio fatigatus die Kal. Jul. emiſit ſpiritum. Grande hoc adſtitit ſpectaculum ut in triginta & amplius eiode millibus vico Inegio * hora diei tertia dum Callet puella a dæmonio torqueretur, tranſitum ipſius narravit in voce; & relictis omnibus iter quo numquam fuerat, tam avidiſſimo arrepto curſu, ut ea die veſperi in ejus Eccleſia capectaret, die ſubſequente a nequiſſimo eſt mundata ſpiritu.

Moritur.
* Sur. Viegin.
Dæmoniacam liberat.

20. Convenerant enim cives ad beatiſſimi viri funus: & dum ejus planctum lugerent, ſimul etiam quo ſepeliretur tractarent, dum multi multa conferrent, & Baſilitarum eligerent loca; unus e ceteris vir clariſſimus ALEXANDER nomine, ingreſſus Baſilicam locum quo jacet oſtendit. Sed inquantum ad rei veritatem pervenimus, eumdem locum prædixerat, quando Chriſti vocem audierat. Hæc & alia quamplura ab ipſo noſcuntor eſſe peracta, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

DE S. MENA EREMITA IN SAMNITIBUS.

AN. CHR. 583
11. Nov.

Ex Gregorio Magno *in lib.* 3. *Dial. cap.* 26.

1. NUPER in Samnii provincia *c* quidam venerandus vir, MENAS nomine, ſolitariam vitam ducebat, qui noſtrorum multis cognitus, ante hoc fere eſt decennium defunctus. De cujus operis narratione unum auctorem non inſeru, quia pene tot mihi in ejus vita teſtes ſunt, quot Samnii provinciam noverunt. Hic itaque nihil ad uſum ſuum aliud habuit, niſi pauca apium vaſcula poſſidebat. Huic cum Langobardus quidam in eiſdem apibus rapinam voluiſſet ingerere, prius ab eodem viro verbo correptus eſt, & mox per malignum ſpiritum ante ejus veſtigia vexatus. Qua ex re factum eſt, ut ſicut apud omnes incolas, ita etiam apud eamdem barbaram gentem celebre ejus nomen haberetur, nulluſque ultra præſumerat ejus cellulam niſi humilis intrare.

Fur ejus apes tollere volens punitur.

2. Sæpe vero ex vicina ſilva venientes urſi apes ejus comedere conabantur: quos ille de-

Menas urſos ferula e ſuis apibus fugat.

---

a Id eſt officiis Divinis. Lege adnotata ad Vitam S. Germani num. 75.

b Si textus S. Gregorii Turonenſis lib. 6. cap. 8. interpolatione vacat, Eparchius obiit anno 6. Childeberti junioris, qui anno 581. reſpondet, non poſt annos recluſionis 44. ut ibi legitur, ſed triginta novem ut bene hic, cum Aptonius quo ſedente recluſit ſe Eparchius, poſt annum 541. Sedem Inculiſmenſem obtinuerit. Lege Gregor. Turon. de gl. Conf. cap. 101. qui ubique Eparchium Recluſum appellat. Extat Monaſterium prope urbem Inculiſmam S. Eparchii nomine celebratum; corpus vero S. Confeſſoris a Calviniſtis anno 1558. in favillas redactum eſt.

c Samnites populi Italiæ, ita dicti a Samnio præcipua regionis civitate, inter Latium, Campaniam, Caracenos, Pelignos, Veſtinos & Sabinos continentur, Samnitum provinciam Leander Albertus in Deſcript. Italiæ vult eſſe eam quam nunc Aprutium vocamus: cui Ferrarius in Lexico contradicit.

AN.CHR. 583 11.Nov. deprehenſos ferula quam portare manu conſueverat, cædebat. Ante cujus verbera immaniſſimæ beſtiæ rugiebant & fugiebant: & quæ gladios formidare via poterant, ea ejus manu ictus ferulæ pertimeſcebant.

Virtutes ejus. 3. Hujus ſtudium fuit nihil in hoc mundo habere, nihil quærere, omnes qui ad ſe charitatis cauſa veniebant, ad æternæ vitæ deſideria accendere. Si quando autem quorumlibet culpas agnoſceret, numquam ab increpatione parceret, ſed amoris igne ſuccenſus ſtudebat in eis vehementer per linguam ſævire. Conſuetudinem vero vicini, vel longe poſiti ejuſdem loci accolæ ſecerant, ut diebus ſingulis per hebdomadem unuſquiſque ei oblationes ſuas tranſmitteret, ut eſſet quod ipſe ad ſe venientibus offerre potuiſſet.

Oblationem hominis inceſtuoſi repudiat. 4. Quodam vero tempore poſſeſſor quidam, CARTERIUS nomine, immundo deſiderio devictus quamdam Sanctimonialem feminam rapuit, ſibique illicito matrimonio conjunxit. Quod mox ut vir Dei cognovit, ei per quos potuit quæ ſuerat dignus audire mandavit. Cumque ille ſceleris ſui conſcius timeret, atque ad virum Dei accedere nequaquam præſumeret, ne forte hunc aſpere, ut delinquentes ſolebat, increparet; fecit oblationes ſuas, eaſque inter aliorum oblationes miſit, ut ejus munera ſaltem neſciendo ſuſciperet. Sed cum coram eo fuiſſent oblationes omnium deportatæ, vir Dei tacitus ſedit, ſingillatim omnes conſiderare ſtuduit, & omnes alias eligens atque ſeorſum ponens, oblationes quas iſdem Carterius tranſmiſerat, per ſpiritum cognovit, ſprevit & abjecit dicens: Ite & dicite ei, Oblationem ſuam omnipotenti Domino tuliſti, & mihi oblationes tuas tranſmittis? Ego tuam oblationem non accipio, quia ſuam abſtuliſti Deo. Qua ex re actum eſt, ut præſentes quoque magnus timor invaderet, cum vir Dei tam ſcienter de abſentibus judicaret.

Martyrii duo genera. 5. PETRUS. Multos horum ſuſpicor martyrium ſubire potuiſſe, ſi eos tempus perſecutionis inveniſſet.

GREGORIUS. Duo ſunt, Petre, Martyrii genera: unum in occulto, alterum quoque in publico. Nam etſi perſecutio deſit exterius, Martyrii meritum in occulto eſt, cum virtus ad paſſionem prompta flagrat in animo. Quia enim eſſe poſſit & ſine aperta paſſione martyrium, teſtatur in Evangelio Dominus, qui Zebedæi filiis adhuc præ infirmitate mentis majora ſeſſionis loca quærentibus dicit: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* Cui videlicet cum reſpondiſſent, *Poſſumus*, utriſque ait: *Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis*. Quid autem calicis nomine niſi paſſionis poculum ſignat? Et cum nimirum conſtet quia in paſſione Jacobus occubuit, Joannes vero in pace Eccleſiæ quievit; incunctanter colligitur eſſe & ſine aperta paſſione martyrium, quando & ille calicem Domini bibere dictus eſt qui ex perſecutione mortuus non eſt. De his autem talibus tantiſque viris quorum ſuperius memoriam feci, cur dicamus quia ſi tempus perſecutionis exiſteret, Martyres eſſe potuiſſent, qui occulti hoſtis inſidias tolerantes ſuoſque in hoc mundo adverſarios diligentes, cunctis carnalibus deſideriis reſiſtentes, per hoc quod ſe omnipotenti Deo in corde mactaverant, etiam pacis tempore Martyres fuerunt: dum noſtris modo temporibus viles quoque & ſæcularis vitæ perſonas de quibus nil cœleſtis gloriæ præſumi poſſe videbatur, oborta occaſione contigit ad coronas martyrii perveniſſe.

CIRCA AN. 580 15.Nov.

VITA S. PADUINI ABBATIS
APUD CENOMANOS.

Ex cod. MS. Parœcia S. Paduini diœceſis Cenomanenſis.

* S. Pavin. Paduinus de ſæculi fuga cogitat. 1. PADUINUS * non exiguis parentibus oriundus, immo digni germinis digniſſima proles emergens, decus quod ſumpſit ex genere, felicis vitæ meritis ampliavit: dum in illo & quod glorificaret Chriſtus elegit, & quod univerſus veneraretur mundus effulſit. Qui inter ipſa novellæ juventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut jam parentes ad quorum deſiderium ſolet infantia feſtinanter recurrere, pro Chriſti charitate jam relinquere cogitaret: & velut hoſtes animæ carnales effectos effugere. Conſiderabat namque illud Sapientis, quam bonum eſt viro cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua: credens ſufficere ſi omnem dilectionem in ſolo cœleſti Patre plantaret. Thren. 3. 27.

2. Proficiebat denique in eo excitationis quotidianæ proceſſus ultra ſe ſemper aſcendens, ut meritis non ſolum reliquos vinceret, ſed edomito corpore de ſe ipſo

CIRCA AN. 580 15. Nov.

Hæc ex Fortunato ex vita S. Albini.

ipſo potius triumpharet. Quis enim expediet quam fuit in jejuniorum parcitate præcipuus, in vigiliarum delectatione propenſus, in orationum aſſiduitate laudabilis, in miſerationis opere ſingularis, ut hoſtem qui ſibi repugnabat, extingueret, & unde ſe ſolum affligeret, cunctis ſpes maxime ſubveniret? Erat enim ad perficienda bona promptus, ad vitia calcanda maturus: ita ut in ipſo juvenili tirocinio jam ſenibus eſſet exemplum: hoc ſolum habens commune cum homine quod natus eſt: ceterum totum voluit eſſe Chriſti quod vixit. Non oculum voluptati, non aurem ludibriis, non animum accommodans levitati: ſed ſemper ſe regens anchora gravitatis, taliter ſe cum hominibus habuit, ut vel ſi quando proceſſit ad publicum eſſet infra carcerem ſui cordis ſemper incluſus.

Relictis parentibus cellas plures exſtruit

3. Interea ne aliquo vitæ ſæcularis fraudaretur incommodo, quod jamdiu cogitabat, adimplere curavit. Nam patriam parenteſque pro Chriſti nomine relinquiens; ſpititualibuſque viris Dei voluntatem quærentibus atque agentibus ultro ſe conjungens loca ſancta frequentabat, diſſolutaque convivia ſugiebat; delicias contemnens, paupertatem diligebat. Minoribus, vilioribuſque ſemper cibis fruens, a delicatioribus omnino abſtinebat. Sæculum ejuſque illecebras deſpiciens, Deum quærebat. Vana vero hujus ſæculi ſub pedibus calcans, cœleſtia diu noctuque meditabatur. Ipſe autem quemdam locum ubi Cellam ad lucrandas Deo animas ædificaret, a beato DOMNOLO Cenomanicæ urbis Epiſcopo impetravit. Commotus namque prædictus ſanctus Domnolus quemdam locum inter fluvium Sartæ & montem Balgeti * cum quibuſdam ſamulis circummanentibus eidem aſſignavit, quo ſibi Monaſterium conſtrueret, ceteroſque Regulari vita informaret. Tunc memoratus ſanctus PADUINUS ibidem cœpit Cellulam ædificare, & adjutorio præfati ſancti Domnoli Eccleſiam in honore Beatæ MARIÆ Virginis, ſanctique Petri Apoſtolorum Principis conſtruxit: Fratreſque communem & Regularem vitam amantes congregare ſtuduit, eoſque juſte, pie, & regulariter vivere docuit: cujus exemplo multi etiam nobiles, atque ignobiles ſæculo & pompis ejus abrenunciantes, jugoque Domini colla ſubmittentes, Regulari vitæ ſe ſubmittere curaverunt. Quapropter amplius quam viginti quatuor Cellæ in pago Cenomanico ſunt ædificatæ, viriſque ſanctis & religioſis repletæ. Sanctus autem Paduinus ſollicite more optimi Magiſtri quotidie eos cœleſtibus informabat documentis, & proficere in ſanctitate hortabatur.

* vulgò le tertre de Baugè.

Ejus charitas erga proximum.

4. Præterea qualem putas eum fuiſſe in proximum, qui ſuarum immemor, inimici quoque doluit injurias? Quem enim verbo læſit aut facto, qui etiam læſus ultro ignovit, & iratus non vidit ſolem occidentem? Quid manſuetius anima illa, quæ nulli quærens obeſſe, immo omnibus prodeſſe, reclinatorium charitatis fuit & pacis? Hic itaque venerabilis vir ſacris addictus excubiis, Evangeliſtæ opus facere, ſuum implere miniſterium, diſpenſare cibaria familiæ Domini ſui in tempore ſtuduit opportuno. Inerat autem verbis ejus tantum ſaporis & gratiæ, ut auditoribus lacrymas & compunctionem facile provocarent. Ejus enim doctrina talis erat quæ ſingulis congrueret, ſufficeret univerſis. In ea ſe quiſque argui dicebat, doceri omnes: hinc ille dilectus Deo & hominibus memoriam in benedictione promeruit.

Verbum Dei recte prædicat.

Ejus virtutes.

5. Inter hæc homini Dei nulla fuit acceptio perſonarum: nullus eorum quos mundus contemnit, contempſit. In omnibus hominem amplexatus eſt, in omnibus hominis vitia perſecutus. In his autem corrigendis nec remiſſa uſus eſt miſericordia, nec excedente diſciplina: utramque metiri charitas docuit, utriuſque penſare cauſas, utriuſque tempus attendere. Porro in omnibus humilis & ſimiliter conſtans permanſit: adverſus omnia pervigil & erectus, quæ ſurari ſolent animi bene compoſiti puritatem. Æquo enim vultu atque eodem pectore & proſperis uſus eſt, & adverſa calcavit. Inſuper cum Paulo Apoſtolo caſtigationem corporis aſſumens, illud ne forte aliis prædicans, ipſe reprobus inveniretur, jejuniis & multifaria perſecutus eſt diſciplina, quibus & roborari ſpiritus aſſueſceret, & caro carnis oblivisci. His etiam ſacras addidit vigilias, quarum ſemper fuere comites & alti gemitus & ſecundarum gratia lacrymarum.

1. Cor. 9. 27.

CIRCA AN. 580 25. Nov. Talibus ille ſtudiis potiorem noctis partem aſſignans, in ſpiritu humilitatis & animo contrito pinguiſſimum Deo cremabat holocauſtum: utrumque enim tempus in obſequium Creatoris temporum expendit. Nihil in ejus actibus non Dei, nihil in verbis inventum eſt otioſum: omnia in charitate agebat diſcipulus charitatis. His gradibus vir Dei per ſcalam quam vidit Jacob aſcendens, illud jam Philip. 3. 20. Apoſtoli cantabat: *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt*.

6. His igitur ſtudiis occupatus ad tantam vitæ claritatem pervenit, ut ejus devotum ſervitium mundi Dominus per miracula teſtaretur. Quadam namque Cæco lumen reddit. die dum venerabilis Pater ad menſam pranſurus accederet, cæcus quidam limpham quæ de lotis manibus ſtillaverat, darI ſibi poſtulavit. Exauditur clamor ſupplicantis, & accepta aqua lucis expertes lavantur oculi, ſortitur ablutio vires efficacis collyrii: & quæ jam caligaverant, viſum lumina receperunt. Revertitur proprio ductu qui venerat alieno: quantum poſſit apud Deum Juſti juſtitia, experientia potius acclamans quam lingua. Diſcurrit facti fama per populum, & in ſervo ſuo univerſalis Dominus honoratur. Ipſum tamen Dei famulum nulla ex hoc pulſat elatio, ſed ut per eum ſimilia Dominus operari dignaretur, & incremento virtutum & humilitatis cuſtodia promeruit. O beatum virum, meritis cujus mirandis miraoda ſucceſſerunt.

Alia Miracula. 7. Sequenti deinceps tempore puer quidam a dæmonio arreptus, ſancto viro præſentatur. Tunc vir Dei ſignum Crucis faciens in frontem pueri, increpavit dæmonem dicens: Inimice totius humani generis, creaturam quam non plaſmaſti, nec tu deſtruere potes. Mox ad hanc increpationem ſine pueri læſione immundus ſpiritus evanuit, puerque incolumis ſigno Crucis imperante evaſit. Quædam etiam mulier ſterilis diu permanens ad ſanctum virum acceſſit, humiliter poſtulans ut pro ea orare dignaretur, quatenus condignis ſuis precibus prolem a Domino ei impetraret: adjiciens etiam quod eam in domo Domini more Annæ Matris Samuelis offerret ibi Domino die noctuque ſerrituram. Mira res! oratione completa concepit mater filium, quem ſancto viro ut ſpoponderat ſacris tradidit documentis imbuendum. O Beatiſſime Chriſti Confeſſor Paduine, plus mirari quam imitari vales, tam ſermone ſplendens quam operibus fulgens, plus tamen opere (quamvis ex utroque) quam verbo ædificas.

8. Hoc iterum non minus eſt prædicandum miraculum. Cum quadam die Dominica ſacra celebraret Myſteria, quidam cæcus jam fide illuminatus exclamat: Adjuva me domine Pater & Sacerdos ſanctiſſime, ut jubar oculorum meorum recipere merear, quoniam tuis credo precibus ſalvari poſſe. Cui vir Dei in Eccleſia præcepit excubare, noctemque cum ſancta oratione pervigilem ducere. Mane autem facto vir venerabilis poſtquam diutiſſime oravit, totus ut ille erat pius, perſuſus lacrymis cæcum de pavimento ſurgere præcepit, cunctiſque audientibus dixit: Domine JESU-CHRISTE qui Diſcipulis tuis pollicitus ri dignatus es dicens: *Amen dico vobis quia quæcumque orantes petieritis, credite* Matth. 21. 34. *quia accipietis & evenient vobis*: oſtende etiam quia & nos ſervi tui exigui videlicet & peccatores io te & in operibus tuis, pro ut ipſe largiri dignaris eamdem fidem habemus. Et hæc dicens ſputo ſuo linivit oculos cæci; moxque venerabile vivificumque Crucis vexillum ſupra ejus palpebras extendens, velut baliſta for-Moritur. tiſſima penetratis tenebris crux poſt ſe cæco lumen invexit. Superſunt alia etiam multa miracula, quæ nos exarare longum ducentes, ad clauſulam vitæ ſimul & paginæ ſtilum duximus convertendum.

9. Plantata igitur in pago Cenomanico divini cultus vinea, imminebat tempus quo beatus ille agricola fructum pii laboris a Domino percepturus ab iſtis præſentis vitæ laqueis ad æterna felix deberet conſcendere regna. Qui cum jam meritis & ætate floruiſſet, diem beatæ diſſolutionis ſuæ convocatis Fratribus indicavit, a ſalutaribus monitis interim non deſiſtens. Inſtante autem ſupremo carnis incommodo cum omnia peregiſſet quæ in tali vocatione Chriſtiana Religio poſtulat, feſſos artus & naturam profitentes cilicio & cinere commendavit. Dehinc erectis in cœlum manibus & oculis anima felix & conſtipata virtutum conventu, de exilio evaſit ad patriam, de carcere ad libertatem,

tem, de morte ad vitam *a*. Beati porro viri corpus humanæ conditionis lege ſe- CIRCA AN.
pultum vere in Chriſto ſe vivere demonſtrat frequentiſſima viventium conſola- 580.
tione. Nam ibi recipit cœcitas viſum, ſurditas auditum, debilitas greſſum, ef- 15. Nov.
fugantur dæmonia, donantur cum fide petentibus congrua vota, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO qui cum Patre & Spiritu ſancto paraclito vivit & regnat in Trinitate perfecta, nunc & ſemper per infinita ſæculorum ſæcula.

VITA S. MAURI ABBATIS
S. P. BENEDICTI DISCIPULI.

AN. CHR. 584. 15. Januar.

Auctore FAUSTO ipſius ſocio, Interpolatore ODONE Abbate Glannafolienſi, qui ſæculo 9. vixit.

Ex MSS. codd. Jacobo Brulio, & Joanne Bollando.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. PRÆCLARA S. MAURI *geſtorum primordia* GREGORIUS *Magnus in lib. 2. Dial. capp. 2. 3. 6. 7. & 8. delibavit, integra vero* FAUSTUS *ipſius S. Mauri peregrinationis comes litteris commendavit,* THEODORO *Abbate Lateranenſi poſtulante, approbante* BONIFACIO *Papa, ut in Epiſtola prævia num. 5. teſtatur. Eam lucubrationem Fauſto adſcribunt Leo Marſicanus Card. Oſtienſis in lib. 1. Chron. Caſſin. cap. 3. Sigebertus de Script. Eccleſ. cap. 32. & Petrus Diaconus Caſſin. de Viris illuſt. Caſſin. cap. 2. Rara tamen admodum fuere iſtius Vitæ a Fauſto ſcriptæ exemplaria ad ſæculi 9. initium in Gallia, tametſi ad eam ut pote S. Mauri corporis cuſtodem potiſſimum ſpectare videbatur. Nam Uſuardus qui Martyrologium ſuum Carolo Calvo Imperatori nuncupavit, jejune omnino S. Mauri in ſuis Faſtis meminit his verbis:* 18. Kal. Januarii in territorio Andegavenſi S. MAURI Abbatis. *Quod enim inſuper in editis legitur, a poſterioribus librariis adjectum eſt.*

2. *Verum poſteaquam Odo Abbas Glannafolienſis, ea quam in ſubjecta Epiſtola refert occaſione, S. Mauri Acta a ſe inventa expolivit evulgavitque, exinde omnibus nota eſſe cœperunt. Nec dubium, quin majorem apud poſteros laudem meruiſſet, ſi ea illibata, & itaut erant a Fauſto exarata, ad nos tranſmiſiſſet. Sed quoniam, ut ipſe in Epiſtola ſua fatetur, Acta illa adhibita* viginti dierum *ſtudio*, prout potuit, correxit *limavitque*, ſalva tamen fide dictorum ac miraculorum; *ipſe in nonnulla errata imprudens lapſus eſt, quæ ob antiquorum Scriptorum inopiam facile reſarciri non poſſunt.*

3. *Hæc dum animo verſarentur, occurrit in Notis Joannis Bapt. Mari in Petri Diac. de Viris illuſt. Caſſ. cap. 8. Vitam S. Mauri a* PAULO *Diacono verſibus conditam fuiſſe, atque a Proſpero Martinengio in Tomo 3. Poëmatum in lucem editam. Illud eo lubentius excepimus, quod Vitam ab Odone interpolatam Pauli Diaconi Odone ſuperioris beneficio reſtituendam ſperáremus. Martinengium ſollicite perquiſitum reperimus tandem, in eoque Carmen de S. Mauri geſtis Paulo adſcriptum: quod quidem etſi Pauli Diaconi fœtus nobis haudquaquam videatur, ſapit tamen vetuſtum auctorem, Monachum Caſſinenſem, qui genuinam Fauſti lucubrationem videre potuit.*

4. *Ut vere Poëma iſtud Paulo Diacono abjudicamus, his potiſſimum rationibus adducimur. I. Auctor num. 10. meminit Anaguareth, alias Anavvareth, Britonis, qui teſte oculato Odone Glannafolienſis in Hiſt. Reſtaurationis Monaſterii ſui, anno 845. peregrinationis ergo Glannafolium venit: II. Auctor ſatis innuit ſe ſcripſiſſe poſt Brachii S. Mauri conceſſionem a S. Odilone Monaſterio Caſſinenſi factam, dum num. 35. ita canit:* Chron. Caſſin. lib. 2. cap. 53.

> Ipſe Caſinus ovat potiens magnalibus ejus,
> Ejus & exuviis ipſe Caſinus ovat.

At Paulus Diaconus Alboini Langobardorum Regis Notarius primum & Carolo Magno carus deinde ac familiaris, poſtea Monachus Caſſinenſis, ad annum 832. non pervenit. Nam Hildericus ejus Auditor, qui Magiſtri ſui Epitaphium ſcripſit, anno 832. Abbas Caſſinenſis creatus, poſt ſeptemdecim dies in Chron. Caſſin. lib. 1. cap. 22. morte correptus legitur. Unde prædictos verſus tribuendos arbitramur vel Laurentio Monacho Caſſinenſi, qui auctore Petro Diac. de Viris illuſt. Caſſin.

a S. Paduinus memoratur in Martyrologio Gallicano decimo-ſeptimo Kalendas Decembris. De eo ita legitur in Vita S. Domnoli Epiſcopi Cenomanenſis apud Surium 16. Maji *Aliud quoque Monaſteriolum & Xenodochium ultra Sartam fluvium in honorem beatiſſimæ Matris Dei & Virginis* MARIÆ *ſapienter ædificavit, atque ſuæ Eccleſiæ rebus ditavit, accurate conſtituens, ut illic pauperes & peregrini egenoſque omnes qui intra urbem propter jugem ejus cuſtodiam admitti non poſſent, reciperentur. Porro Monachos viginti quatuor illic ad Regulæ Monaſticæ præſcriptum vivere voluit, qui & perpetim ſervirent Deo, & advenientes pauperes recrearent, atque hoſpites comiter & congruenter acciperent. Iis autem Monachis quemdam eſſe probatiſſimæ vitæ virum,* PADUINUM *nomine, Eccleſiæ beatorum Martyrum Vincentii & Laurentii per id tempus Præpoſitum, Abbatem præfecit, locumque ipſum & ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſubditum eſſe debere decrevit, adhibita etiam adjuratione & obteſtatione, ut Hoſpitale ejus urbis perpetuis temporibus in Pontificum ditione eſſet.* Cum vero S Vincentii Monaſterium in ſuburbio Cenomanenſi a S. Domnolo Epiſcopo ædificatum Regulæ Benedictinæ a primo conditu addictum fuiſſe videatur; idcirco S. Paduinum noſtris accenſuimus.

AN.CHR. 584 15. Januar.

Caſſin. cap. 6. Vitam S. Mauri verſibus *compoſuit, vixitque circa annum Chriſti* 1000. *vel Rainaldo Subdiacono itidem Caſſinenſi, qui in ejuſdem lib. cap.* 44. verſus de B. Mauro *ſcripſiſſe, nimirum ſaeculo* 12. *legitur.*

5. *Praeter hoc Carmen Pauli Diac. nomine falſo inſcriptum, referemus* ALFANI *Archiepiſcopi primi Salernitani metrum duplex, quod Petrus ſupra laudatus in cap.* 19. *ipſi tribuit; addito hymno ex Breviario Caſſinenſi ante quingentos annos manu deſcripto: ut perſpicuum ſit, jam inde a pluribus ſaeculis ſolemni cultu celebratum fuiſſe feſtum diem S. Mauri, cui Manſo Abbas Caſſin. Eccleſiam in Caſale circa annum* 990. *conſecraſſe in Chron. Caſſin. lib.* 2. *cap.* 16. *proditur.*

6. *Ceterum ne quis Odonis Glannafol. auctoritatem elevandam putet ob errores nonnullos in hac Vita admixtos; probare nos convenit eum non tantum fuiſſe virum (prout illa ferebant tempora) eruditum, quod ex ſtilo ſatis apparet; ſed apprime ſincerum & a fuco alienum. Principio enim id Epiſtola ſua lectorem monet num.* 3. *de ſtili emendatione a ſe facta. Deinde num.* 4. in veritate quae JESUS eſt, *ſe vera ſcribere proteſtatur. Poſtremo in Hiſtoria Reſtaurat. Glannafol. apud Bollandum* 15. *Januarii ſollicite omnino inculcat viros graves, a quibus ea quae narrat acceperit. Ea vero indicia eſſe hominis, qui verax eſſe cupit & videri, nemo candida mentis negaverit. Et certe ſi qua ſunt in his actis errata, ea fere procedunt ex propriorum nominum deſignatione: qui cum fortaſſe omiſſa a Fauſto fuiſſent, ab Odone non ſatis accurate diſtincta ſunt.*

EPISTOLA ODONIS ABBATIS GLANNAFOLIENSIS, ad ADELMODUM Cenomanicae Eccleſiae Archidiac.

De Vitae S. MAURI *inventione.*

* al. Almodo. * Glanfeuil infra n. 39.

VINCULO ſanctae dilectionis viſceraliter nexo reverendo viro ADALMODO * ſanctae Cenomanicae matris Eccleſiae Archidiacono ODO Abbas Monaſterii, quod in praeripio *a* ripae Ligeris fluminis ſitum, Glannafolium * ex antiquo appellatur, munuſculum.

1. De repertione Vitae S. MAURI, nobiliſque ejus converſationis, morum & actuum perfectione, unde frequens (ut recolis) inter nos ſermo habitus eſt, certam cupiens reddere tuam Fraternitatem, ſicut te crebro popoſciſſe reminiſcor: ne petitionis tuae fruſtrari videaris effectu, ſcripto tandem plena fide percurrere diſpoſui, qua occaſione indaginem hujus rei eatenus & a nobis & a noſtris penitus ignotae ac inauditae conſecutus ſim. Valde ſiquidem tuis etiam in hac re congratulor ſtudiis, dum ſollicite perquirere te perpendo, qualiter & quomodo nobis comperta exiſtant, quae de hoc ſanctiſſimo viro in manibus habentes, Patrem luminum, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum deſcendit, collaudamus, quem a Pontifice ſanctae Sedis, cui Deo auctore deſervis, beato ſcilicet BERTICHRANNO *b* totius ſanctitatis decus inſigne noſtris (ut noſti) adſcitum gaudemus provinciis.

Corpus S. Mauri ob metum Normannorum transfertur anno 863.

2. Cum circumcirca cuncta pene loca nobis contigua effera natio Normannorum ferali rabie populans, incendioque concremans vaſtaret, noſque vis & atrocitas barbarica optata pepuliſſet tellure, ac priſtinis miſerabiliter privaſſet ſedibus, nec ullus uſpiam refugii nobis tutus ſupereſſet locus; conſilio tandem ſervandae vitae cum corpore ejuſdem S. Mauri partes Burgundiae petere decrevimus. Cumque in praedium illuſtris viri AUDONIS Comitis circa fluvium, quem Ararim * vocant, deveniſſemus, quod nobis ob reverentiam & amorem ſancti corporis, ſive etiam pro aeterna remuneratione aliquamdiu ad habitandum conceſſerat, benigno favore ibidem commorantium ac munifica largitate excepti anno Dominicae Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo tertio, Indictione decima *, digno cum honore congruo in apto condidimus loco.

* la Saone. * lege 11.

S. Mauri Vitam Odo a quibus acceperit.

3. Ordinatis igitur Fratribus, prout rei ſuppetebat opportunitas, qui ſacro theſauro inhaerentes debito famulatu inſervirent, liberi & expediti paternum cenſuimus repetendum ſolum. Et cum jam propinqua litora praefati fluminis legeremus, offendimus frequentiam virorum non ignobilium, qui dudum Romam petentes ſancta loca gratia orationis peragrantes, genuinam revi-

a Praeripia, loca ripis vicina appellant.
b Verius INNOCENTIO, qua de re in Praefatione noſtra uberius.

AN.CHR. 584 15. Januar.

viſere feſtinanter accelerabant glebam. Cumque ob laborem tanti itineris ſarcinula animalia relevantes, ac feſſi in litore nobiſcum navigium opperientes reſediſſent, amica quadam deſiderabilique curioſitate de ſanctorum locorum poſitione & ornatu ſanctitatis ac religionis cuſtodia, Divinorum etiam cultuum aſſiduitate atque Eccleſiaſticorum frequentatione officiorum, Catholicorumque ſtudio & elucidatione dogmatum plurima ab eis ſciſcitans, atque (ut a talibus moris eſt) pluriora audiens, reperi in ſportula cujuſdam Clerici, qui PETRUS (ut aſſerebat) vocabatur, quique (ut fatebatur) ante biennium illuc ex pago Abrincatino, de loco S. Angeli Michaelis qui ad duas vocatur Tumbas *a*, perrexerat, quaterniunculos nimis pene vetuſtate conſumptos, antiquaria & obtunſa olim conſcriptos manu, Vitam B. BENEDICTI ac quinque diſcipulorum ejus *b* continentes, HONORATI videlicet, SIMPLICII, THEODORI, VALENTINIANI atque MAURI, quos vix emerui datis non paucis redimere nummis. Et quia tam inculto ſermone quam vitio ſcriptorum depravati videbantur, Vitam B. Mauri prout potui corrigere ſatagens, viginti dierum plus minus labore conſumpto, ſalva fide dictorum ac miraculorum inibi repertorum, ſicut nunc habetur apertiorem eam legentibus reddidi & expreſſi.

Vitam Sancti Mauri expolivit.

4. Cui etiam ſicut tua poſtulavit induſtria, libellum ſubindere cupio de reſtauratione jamdicti Cœnobii *c*, regulariſque in eo reparatione religionis, ſive etiam de mirabilibus quæ ibidem oſtenſa ſunt, & quæ adhuc ſuperſtites ac non minimum reverendæ adſtipulantur perſonæ; de viſionibus quoque cœlitus ibi per Angelicam adminiſtrationem demonſtratis; necnon & de his quæ a die Tranſlationis ejus uſque nunc tam in itinere, quam in diverſoriis multiplicium repauſationum per eumdem ſervum ſuum ad laudem & gloriam nominis ſui Divina operari dignata eſt majeſtas. Hæc omnia tuo dicans nomini, utilia legentibus foxe, noſtriſque potiſſimum arbitratus ſum, quos per eam quæ eſt in JESU deprecor veritatem, ut veris & abſque fuco a me prolatis fidem adhibentes, religioſioris vitæ ſtudiis ſollicite operam dare non negligant: quatenus fructum laborum ſuorum in die retributionis a pio Domino recipientes, perennis vitæ præmiis cum eo, cujus & audiunt & legunt virtutes, participari mereantur. Amen.

Librum quoque edidit de Reſtauratione Cœnobii & Miraculis S. Mauri.

EPISTOLA FAUSTI MONACHI
Diſcipuli S. P. Benedicti.

1. FAUSTUS famulorum Chriſti famulus omnibus Monachis, qui ſunt in Oriente & Occidente, Septentrione & Meridie, & fidem, quæ ſecundum pietatem eſt, una nobiſcum in Domino retinent, gratia, miſericordia, pax, & propitiatio a Domino Patre omnipotente, conditore omnium; & ab JESU-CHRISTO unico filio ejus Domino & Redemptore ac Salvatore noſtro; atque ab Spiritu ſancto illumioatore ac vivificatore animarum noſtrarum.

2. Cum a parentibus meis omnipotentis Domini ſervitio outriendus ſecundum regularis inſtitutionis normam ſeptennis beato BENEDICTO in ejus ſanctiſſimo Cœnobio, quod iſdem totius ſanctitatis vir in Caſſino ædificaverat caſtro, traditus fuiſſem, juxta miſerantis Domini pietatem, qua & velle & operari perficit pro bona voluntate, gratuita nos & omnipotentiſſima miſeratione ut velimus præveniens, ac miſericordiſſima gratia ne fruſtra bona quæ inſpirare dignatur aggredi conemur ſubſequens, quin magis ut recta fide in eum credentes, atque in bonitate & ſimplicitate cordis de illo ſentientes,

Fauſtus ſeptennis B. Benedicto inſtituendus traditur.

a Mons Tumba, S Michaelis apparitione conſecratus, ſic dictus a rupe inter Oceani reciprocantis undas inſtar tumuli aſſurgente, nuſquam alibi fortaſſis *ad duas Tumbas* appellatum reperias. Eſt quidem mons in mari alter huic vicinus, vocabulo Tumbellula, vulgo *Tombelaine*: ad utrumque forte alluſit Auctor. Porro in monte Tumba diœceſis Abrincenſis, *Avranches*, in Normannia, exſtat inſigne Monaſterium Ord. S. Bened alias *in periculo maris* dictum, labente ſæculo 10. a Richardo I. Normannorum Duce in S. Michaelis honorem conditum, Fidelium concurſu maxime celebratum.

b Utinam Odo illa Acta ad nos uſque tranſmiſiſſet, de quorum jactura impenſius Dolemus. De Simplicio ad annum 570. pag. 194. egimus.

c Libellum Odonis de Reſtauratione Glannafolienſis Monaſterii ac Tranſlatione S. Mauri quarto Sæculo Benedictino exhibebimus.

AN CHR. 584 25. Januar.

pro his quæ ipſe tribuit & immittit, præmia nos æternorum ab eo recipere ſperemus gaudiorum, ſi tamen propoſiti noſtri & fidei rigorem ad finem uſque firmum ac inconvulſum ſervemus. Poſtquam, ut ipſi ſuperno placuit opifici, annos puerilis ætatis emenſus ſum, & uti jam liberæ facultatis cœpi permiſſione, ex integro me pro viribus & ſcire Monaſticæ mancipavi obſervationi, adeo ut nec momento quidem viſione beatiſſimi & ſanctiſſimi Benedicti disjungi ullo modo vellem, ſed ſemper ejus Domino placita & hominibus imitanda doctrina inſtrui ac radiantibus ædificari exemplis ardentiſſimo deſiderabam amore.

S. Benedicto varie probatus ac dilectus.

3. Cernens itaque deſiderabilis Pater me per omnia ſaluti propriæ & regulari inſtitutioni operam dare, multis ſæpe argumentationibus propoſitum animi mei niſus eſt experiri, etiam quæ ipſe impoſſibilia homini ac importabilia eſſe ſciebat; ſed ubi per gratiam omnipotentis Dei, qui omnes homines vult ſalvos fieri, me paratiſſimum atque promptiſſimum ad omne quidquid illud erat aggrediendum, ac ad tentandum ſive etiam perſerendum eſſe pervidit, illico ſpecialius præ ceteris obſequiorum meorum uti cœpit ſervitiis, meque arcanis quibuſque, & nulli pene ab eo, ut aſſerebat, antea prorſus creditis, paterno affectu inſtruere, ac contra temperamenta præmunire vitiorum. Unde factum eſt, ut cum beato MAURO diſcipulo ſuo, qui ab eo religioſiſſime nutritus fuerat, quique vitæ merito & perfectione virtutum, Magiſtri cooperator exſtiterat, me ad partes dirigeret Gallicanas, quo illi aliquod ſolatium mea præberet cohabitatio: (ego quippe ex prioribus qui ab eo primi educati fuerant tironibus, ſolus ſuperſtes eram) gratia ſiquidem fundandæ Cœnobialis Religionis ad tam longiſſimas exteraſque ab eo tranſmiſſus eſt regiones.

S. Benedictus quæ in Galliis eventura ſont, edocet.

4. Denique Divinitatis Majeſtas omnipotentiſſima, quæ omnia circumplectens & penetrans intelligit cogitationes a longe, & novit omnia noviſſima & antiqua, & vias ſingulorum prævidet, cum eidem ſanctiſſimo Patri ſuum Monaſterium in loco ſuperius jamdicto ab ipſo conſtructum, occulto ſuo judicio deſtruendum evertendumque prodidiſſet, & vir Domini inconſolabili pro hoc afflictione, fletuque indeſinenter afficeretur, revelatio illum cœleſtis tali relevare ac conſortare dignata eſt oraculo: Noli, ait, probatiſſime ac dilectiſſime Benedicte pro his, quæ huic eventura didiciſti loco, mœſtum ullo modo gerere animum; quoniam quod ſemel præfixum atque decretum inſcrutabili ſummæ Divinitatis conſilio eſt, intranſibile atque inrevocabile ſine dubio patrabitur, ſolis tibi tuo merito cunctorum conceſſis habitantium animabus. Sed aderit Omnipotentis quam nuperrime propitia conſolatio, quæ & locum hunc in priſtinum, immo in ampliorem, quam nunc videtur, tuis nihilominus meritis reſtituat gradum; & aliis nationibus perinde * hujus lumen religioſitatis de hoc eodem irradiabit loco: pro quo ut interpellatus, vel etiam efflagitatus fueris, extemplo quos probabiliores in hujus ſanctæ Congregationis grege habes, quo depoſceris mittere maturato, ſciens procul dubio quoniam laboris eorum uberrimus fructus, & tibi ad cumulum recipiendorum augmentabitur præmiorum, & illos ad habitationem perennis introducet beatitudinis. Hoc igitur ſanctiſſimus Pater certus factus reſponſo, mox ut legatione Cenomanici Antiſtitis conventus exoratus * eſt, continuo ſummæ religionis virum evocans MAURUM, cum conſilio totius Congregationis, ut infra ſcriptum eſt, Legatis eum ipſius adſignat Præſulis.

* al. proinde.

* al. exhortatus.

Fauſtus in Italiam reverſus vitam Sancti Mauri ſcribit.

5. Ego itaque dum longe poſt tranſitum egregii Confeſſoris Chriſti BENEDICTI Magiſtri noſtri, operum mirabilium patratoris, ſepulto jam beatiſſimo MAURO & duobus comitibus noſtris CONSTANTINIANO ſcilicet & ANTONIO, ad noſtrum Monaſterium a ultimam pene jam agens ætatem, una cum SIMPLICIO juxta mandatum beati Mauri fuiſſem regreſſus, compulſus ab omnibus Fratribus Caſſinenſis Cœnobii, de quo profecti fueramus, & præcipue a religioſiſſimo ac cum honore nominando THEODORO, qui

a Lateranenſe ſcilicet, Monachis Caſſinatibus poſt ſui Cœnobii deſtructionem conceſſum. Id ex conſequentibus perſpicuum. Nam Theodorus jam tertio vel quarto loco Abbas Lateranenſi Baſilicæ præerat tum, cum Fauſtus in Italiam ſe revocavit. Primus Valentinianus annis multis (loquitur Gregorius M. initio lib. 2. Dial.) Lateranenſe Monaſterium rexit, etſi Antonius Yepez ad an. 526. cap. 4. Bonitum anteponat. Secundus Gregorius, cui Theodorus ſucceſſit. Lege adnotationem ad num. 50.

qui tertius poſt ſanctæ memoriæ VALENTINIANUM prolixiori tempore Lateranenſis Monaſterii Congregationem rexit; hiſtoriam de vita & converſatione, ſive etiam de profectione ejuſdem beati MAURI, necnon etiam de conſtructione Cœnobii quod Deo ſe juvante ſtrenue atque comptiſſime ædificavit; quin & de miraculis, quæ per illum Dominus ad gloriam oominis ſui operari dignatus eſt, & quæ nos ipſi poſiti oculis noſtris inſpeximus, ab ipſa ejus infantia repetens, ſcribere ſum aggreſſus ad omnium ædificationem Monachorum. De veritate autem ſermonum neminem ambigere ſuadeo: quia multo melius ex toto ſilere ſcio, quam aliquid frivolum confictumque narrare. Denique hoc Opuſculum beatiſſimo BONIFACIO Papæ *a* oſtendi: quod ipſe ſanctiſſimus Pontifex approbans dignum laude duxit, ſuaque auctoritate roboravit.

AN. CHR. 584

15. Januar.

Probatum Bonifacio Papæ.

6. Deprecor autem eos, qui hoc ad legendum ſumpſerint, ne ruſtico incultoque conſcripta ſtilo faſtidiant, ſed potius veniam mihi tribuant: qui quamvis imperitus exiſterem, & nullius prærogativa litterariæ artis, qua inniti valerem, eſſem inſtructus; ea tamen quæ per ſervum ſuum Dominus operari voluit, & quibus interfui, ſilentio non ſum paſſus abſcondi: præſertim cum ad hæc exaranda quoquo modo poſſem, tam fraterna charitate & deprecatione, quam non parvipendendo ſanctorum virorum ſum provocatus imperio.

VITA INCIPIT.

7. Poſtquam Divinitas Domini & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI, quæ miraculis per carnem coruſcans, ſalvationem humani generis procurare eſt dignata, univerſo orbi Apoſtolorum innotuit prædicatione; & Eccleſia Catholica ipſius ſui Domini piiſſimo redempta cruore, innumerabilium eſt conſecrata ſanguine Martyrum, qui victrici coronati patientia, infirmioribus quibuſque proximis planiorem viam * fidei reliquere; ſublimitaſque ac celſitudo quondam illa terrena & ſuperba, in ipſo Imperiali faſtigio, jugo Divinæ credulitatis & fidei, per benignitatem & miſericordiam Conditoris & Liberatoris clementiſſimo ac rationabili æquitatis jure eſt ſubdita; diverſi longe lateque per Dei providentiam ſancti extitere viri, qui adverſus mundi principem divino vallati adjutorio viriliter decertantes, corporiſque illecebras & voluptates carnis, deſiderio æternorum abdicantes præmiorum; tam virtute ſignorum potentiſſimi, quam doctrinæ ſpiritualis ſcientia clariſſimi, quamque etiam bonorum omnium operum executores effecti ardentiſſimi, & ſua viſione, & noſtra adhuc ætate, recordatione ſimul & veterum micant lectione monimentorum. Inter quos velut clariſſimum ſidus inter aſtra reliqua lucidius rutilans, tempore JUSTINI ſenioris & ELDERICI * Regis Wandalorum beatus ac egregius vir BENEDICTUS, facundiſſimus & luculentiſſimus Cœnobialis Regulæ ſcriptor, totiuſque Monaſticæ religionis diſcretus Inſtitutor effulſit. Quo etiam tempore ſanctus Papa JOANNES; qui tunc ſanctæ & Apoſtolicæ Sedi in Romana urbe præſidebat, a THEODERICO Rege Ariano ſæviſſimo Orthodoxorum perſecutore fame peremptus eſt: SYMMACHUS quoque Patricius ab ipſo Arianæ perverſitatis fautore ferro trucidatus eſt. Hujus igitur ſanctiſſimi Benedicti vitam quicumque pleniter noſſe deſiderat, ſecundum Dialogorum beati Gregorii librum legat: ibique & qualis ei a puero inſtitutio & converſatio fuerit, ſed & miraculorum ejus opera inſignia, quibus præ omnibus quos noſtri recolit memoria, clarior & ſublimior habetur, lucide ſatis & ordinate deſcripta inveniet. Nos autem ea tantum ex ipſo aſſumpſimus, quæ huic noſtro Opuſculo inſerere dignum duximus; & ut noſtra legentibus, in quorum forte manus Liber iſte non venit, panderemus; quod perfecti Magiſtri diſcipulus, tanto liberius Deo opitulante perfectionis peragere opera valuit, ejuſdem ſui Magiſtri comitatus & roboratus orationibus & meritis, quanto ab ipſis, ut ita dictum ſit, cunabulis, cum lacte carnis in ejus ſancta adolevit doctrina & eruditione.

* al. planius jam iter.

* Hilderici Quo tempore S. Benedictus floruerit.

a Leo Marſicanus in Chron. Caſſin. lib. 1. cap. 3. hunc locum de Bonifacio tertio interpretatur, qui anno 606. Eccleſiæ Romanæ præeſſe cœpit, & poſt menſes octo deſiit. Lubentius in Bonifacium IV. ejus Succeſſorem propendemus, qui diutius ſedit, & Regulæ Benedictinæ profeſſores egregie fovit in Concilio Romano apud Ivonem in Decr. lib. 7. cap. 22. Confer adnotanda infra ad num. 50.

AN.CHR. 584 15 Januar.

* Ejus inſtitutioni S. Maurus duodennis traditur.

* al. Evitio, & Eutychio.

Maurus S. Benedicto per quam charus.

Ejus abſtinentia & auſteritas, maxime in Quadrageſima.

8. Beatus igitur Maurus clariſſimo Senatorum genere, patre ÆQUITIO *, matre vero JULIA exortus, duodennis ſanctiſſimo BENEDICTO omnipotenti Deo, ſub Regulari nutriendus inſtitutione, a parentibus eſt traditus. Qui cum adhue junior bonis polleret moribus, (ſicut etiam ipſi vidimus & frequenter experti ſumus) Magiſtri cœpit adjutor exiſtere, ac ejus miraculorum cooperator eſſe. Hunc ſanctiſſimus Benedictus præ omnibus ſemper artius dilexit & inſtruxit, atque ita in omnipotentis Dei informavit ſervitio, ut nemini poſt eum in Cœnobiali ſacroſancta obſervatione fuerit ſecundus. Quis enim unquam auſterius corpus proprium jejuniis, abſtinentia ac vigiliis, ſqualoribus quoque & nimiis domuit frigoribus? Frequenter enim eum in diebus ſanctæ Quadrageſimæ vidimus nec tunica, nec cuculla, niſi ſolummodo ſacco uti cilicino, & duabus tantum vicibus in hebdomada parviſſimum potius prægustare quam ſumere cibum. Iſte quippe mos in omni vita ſanctiſſimo fuit Benedicto, cujus ille exemplo provocatus, afflictione pervalida carnem macerabat, inquantum illi ejuſdem Patris ſui permittebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore, ſub Monachili tunica ſemper aſperrimo a ſcapulis uſque ad renes induebatur trogulo *a*, ejuſdem ſubtegminis inſtratu ſuper aggeſtum calcis & ſabuli, tantummodo excepto Quadrageſimali tempore, ſemper uſus cilicio. Tunc enim inquantum poterat ſollicite ſatagebat, ne jacendo, ſed potius ſtando, vel etiam cum nimia eum laſſitudo compuliſſet, ſedendo ſomnum caperet. Nemo unquam illum vidit de lectulo cum ceteris ſurgere Fratribus, ſed ſemper nocturnos vigilando prævenire hymnos attentius procurabat: plerumque quinquagenos, ſæpe etiam centenos Pſalmos, nonnumquam vero totum ex ordine Pſalterium ante nocturnalem conſummans ſynaxim, exceptis dumtaxat horarum ſpatiis, quibus orationum, lacrymarum, ac ereberrimorum profundebat preces ſingultum. Silentio vero ac lectioni ita aſſidue vacabat, ut pro hoc etiam ipſi ſanctiſſimo Benedicto admirabilis haberetur.

Orationi, lectioni, & ſilentio mire deditus.

Proponitur ceteris in exemplum.

9. His ergo atque aliis, quas enumerare longus eſſem, ſuccreſcens virtutibus, beatus Benedictus de illo plerumque in conventu Fratrum, ſuppreſſo ejus nomine, quaſi de alio loquebatur, junioribus & negligentioribus illum proponens ſequendum. Vidimus, ajebat, noſtra ætate quemdam ſtrenuiſſimæ nobilitatis Juvenem, infra annos adoleſcentiæ ita omnis Monaſticæ religionis ſubito arripuiſſe perfectionem, ut alicui ex prioribus ſimilis, immo æqualis per omnia digniſſime judicetur. Sed licet hæc beatus Deoque dilectus Maurus ac nonnulli ex Fratribus, de eo ſanctiſſimi ore Benedicti proferri ſcirent, numquam tamen pro hoc vitio ſuccubuit jactantiæ, ardua ſemper & ſanctiora appetens, & toto conamine de virtute in virtutem proficiens.

Monachum vagantem tempore orationis foras a dæmone protractum cernit. Hæc ex lib. 2. Dial. Greg. M. c. 4.

10. In uno ergo ex Monaſteriis, quæ Beatus Benedictus ædificaverat, quidam Monachus erat qui ad orationem ſtare non poterat; ſed mox ut ſe Fratres, in orationem dediſſent, ille continuo mente cæca Oratorium egreſſus, terrena quælibet & vana meditabatur; vanitati & levitati operam dans, inſtinctu dæmoniis quem ſequebatur. Et cum ab Abbate ſuo ſæpe fuiſſet admonitus, nec ſe vellet ab hac corrigere vanitate, ab eodem Abbate beato Benedicto adductus eſt. Cumque ab eo vehementer increpatus fuiſſet, ad Monaſterium regreſſus vix biduo Viri Domini admonitionem tenuit: nam die tertia ad uſum proprium reverſus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum iterum Viro Dei nunciatum fuiſſet, dixit: Ego veniam, & per memetipſum eum emendabo. Cum veniſſet, & ſe Fratres orationi dediſſent, aſpexit quod ille Monachus, qui ad orationem ſtare non poterat, a quodam nigro puero per fimbriam veſtimenti foras trahebatur. Tunc venerabilis Pater Mauro Dei famulo, & POMPEJANO ipſius Monaſterii dixit Patri: Numquid non aſpicitis, quis eſt qui iſtum Monachum

a Troguli nomine intellige quoddam Cilicii oblongioris genus, quod S. Mauro ſingulare mortificationis eſſet inſtrumentum; non veſtem omnibus aliis Monachis communem, Scapulare videlicet aut Cucullam, ut ex Papia quidam interpretantur. In vita Sancti Genulfi in lib. 2. cap. 1. num. 2. apud Bolland. 17. Januarii: *Præcepit deinde ne linteaminibus corpus ejus obvolverent, ſed aſperrimo Cilicii trogulo nuditatem corporeæ fragilitatis velarent.* Quid? quod Fauſtus heic ſubdit, trogulum ejuſdem fuiſſe *ſubtegminis* ut cilicium, quod ad ſomnum captandum S. Maurus ſibi ſubſternebat.

AN.CHR. 584
15. Januar.

nachum foras trahit? Qui dixere, Non. Et ait: Oremus etiam, ut vos videatis quem iſte Monachus ſequitur. Cumque biduo fuiſſet oratum, MAURUS monachus vidit; POMPEJANUS autem videre non potuit. Vir autem Domini altera die Oratorium egreſſus, ſtantem foras Monachum reperit; & eum pro cæcitate cordis ſui, virga percuſſit: qui ex illo die nil perſuaſionis a nigro puerulo pertulit, acſi ipſe antiquus hoſtis eodem verbere percuſſus fuiſſet. Nemo igitur dubitet, S. Maurum, hujus miraculi participem extitiſſe, quem beatus Magiſter ſuus teſtem & conſortem talis viſionis & virtutis voluit demonſtrare.

S Placidum naufragio ſuper aquas incedens liberat. ex lib. 2. Dial. c. 5.

11. Per idem quoque tempus, dum Pater Benedictus in cella conſiſteret, PLACIDUS puer ſancti Viri & Monachus, filius TERTULLI Patricii, ad hauriendam de lacu aquam eſt egreſſus: qui dum vas quod tenebat incaute in aquam miſiſſet, cadendo ſecutus eſt. Quem continuo unda rapuit, & pene in unius ſagittæ curſum introrſus traxit. Quod protinus Vir Dei in cella poſitus agnoſcens, dilectiſſimum diſcipulum ſuum Maurum vocavit, dicens: Frater Maure curre velociter, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque longius jam unda protrahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolum inuſitata ſequuta eſt: benedictione etenim poſtulata atque percepta ad Patris ſui imperium concitus perrexit, atque uſque ad eumdem locum, quo ab unda ducebatur puer, per terram ſe ire exiſtimans ſuper aquam cucurrit, eumque per capillos tenuit, rapidoque curſu rediit: qui mox ut terram tetigit, ad ſe reverſus poſt terga reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet agnovit, & quod præſumere non potuiſſet ut fieret, miratus extremuit factum. Reverſus ad Patrem rem geſtam retulit.

Id S. Benedicti adſcribit meritis.

12. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non ſuis meritis, ſed obedientiæ illius deputare cœpit. At contra Maurus pro ſolo ejus imperio factum dicebat, ſeque conſcium in illa virtute non eſſe, quam neſciens feciſſet. Sed in hac mutuæ humilitatis amica contentione acceſſit arbiter puer, qui ereptus fuerat. Nam dicebat: Ego cum de aqua traherer, ſuper caput meum Abbatis melotem videbam, atque ipſum me ex aqua reducere conſiderabam. O Beatiſſimi viri admiranda ſanctitas! qui quod ſanctis meritis obtinebat, diſcipuli potius obedientiæ adſcribendum cenſebat; licet eum etiam ad majora operandum pro ſanctiſſima & ſpectabili ſui religione, utpote a ſe educatum, omnimodis idoneum ſciret. Sed quia charitas, quæ in Sanctorum cordibus principalem obtinet locum, non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum; pretioſiſſimus & Deo acceptus Benedictus, ea etiam quæ ſuis effici non dubitabat meritis, ſuo magis ſanctiſſimo deputare volebat diſcipulo, quo ejus ſanctitas hominibus nota fieret etiam in virtute ſignorum, quem jam Deo chariſſimum ac perfectiſſimum in omni effecerat Divina obſervatione.

Alia de S. Mauro ex lib. 2. Dial. c. 6. & 7.

13. Alio itidem tempore iſdem præcipuus Pater ferramentum, quod Falcaſtrum vocatur, quodque cuidam Gotho ſuo Monacho materiam vepri um excidenti de manobrio in lacum ceciderat, hoc prius comperto per B. Maurum, manubrio de quo lapſum fuerat reſtituit. Eidem quoque diſcipulo ſuperius nominato pœnitentiam aliquando indixit, pro eo ſcilicet quod de morte cujuſdam Presbyteri perſecutoris ſui, quem omnipotens Deus terribiliter occidit, hanc illi nuntians gaudere præſumpſiſſet; ſeque poſtmodum in gravibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de ejus morte diſcipulus exultavit.

S. Benedicto cooperatur in miraculis.

14. Ex his ergo & aliis argumentandi materies datur, quod poſtquam beati viri magiſterio traditus eſt, omnibus pene ejus virtutibus aut interfuit, aut cooperator exſtitit. Nobis vero qui hæc certiſſime ſcimus, nulla dubietas de his ineſſe valet: præſertim cum grande miraculum per eum Dominus abſente tunc beatiſſimo Patre noſtro Benedicto, in ipſo noſtro Monaſtrio efficere ſit dignatus; quod prætermiſſum a beato Gregorio non minime miramur, & innumera ſignorum mirabilia, tam in itinere per quod ſimul cum eo perreximus, quam etiam in loco, quo Deo ordinante requieſcit, operari voluerit.

15. Cum quodam tempore ſanctiſſimus Benedictus a quodam nobiliſſimo ſecundum ſæculi dignitatem viro exoratus fuiſſet, ut ad domum ejus dignaretur

R iiiij per

AN CHR. 584 25. Januar.

Præpoſiti ac Procuratoris fungebatur officio.

per ſemetipſum accedere, quo uxorem ejus ac filium, quem nuper enixa fuerat, a dæmonio, quo graviſſime pariter vexabantur, ſuis ſanctis meritis & orationibus liberaret; & Sanctus Domini pro eo quod ei familiaris pro aliquibus operibus ab eo religioſe geſtis exiſteret, ire non diſtuliſſet; Beatus Maurus, qui imperio Patris noſtri in noſtro Monaſterio tunc Præpoſiti ac totius Cœnobii Procuratoris poſt ipſum fungebatur officio, cum Fratribus ad fruges colligendas longiuſcule a Monaſterio eſt egreſſus: a quo opere dum ad ſextam refectionis horam cum eiſdem rediret Fratribus, antequam ad portam ventum fuiſſet Monaſterii, claudum quemdam & mutum puerum invenit in itinere. Cumque pater & mater pueri ejus pedibus provoluti, & cum clamore valido & lacrymis terribile Dei nomen obteſtantes, ut filium ſuum eis ſanum redderet, genua ejus firmiſſime utrique conſtringentes manibus precarentur: refugit pavore nimio tale attentare miraculum, ſe peccatorem eſſe, nec talis ullo modo operis effectorem vociferans poſſe fieri; Maxime, inquit, cum hæc ſanctorum ſint opera Apoſtolorum aliorumque perfectorum, qui eorum exempla credendo & imitando ſequuntur. Nos ergo hæc ab eo dici audientes, ſimul & perfectam, Deoque acceptam ad talia peragenda ejus vitam & meritum ſufficere cognoſcentes, juncti parentibus pueri pro reſtitutione ægroti eum rogare cœpimus. At ille, ut erat piiſſimus, lacrymis perfuſus atque in oratione proſtratus, poſtquam diutiſſime oravit, ſtolam cum qua eodem anno jubente beato Magiſtro ſuo ordinatus ad miniſterium fuerat Leviticum, & quam juxta morem, ſanctitatis gratia, primo indeſinenter ferebat anno, de collo ſuo protulit, & ſuper caput infirmi Crucis ſignum faciens, poſuit, atque ad cœlum oculos erigens, dixit: Domine JESU-CHRISTE qui Diſcipulis tuis polliceri dignatus es dicens: *Amen dico vobis, quia omnia quæcumque orantes petieritis, credite quia accipietis, & evenient vobis*; oſtende etiam nunc, quia & nos ſervi tui exigui videlicet & peccatores in te & in verbis tuis ſanctis, prout ipſe largiri dignaris, eamdem fidem habemus. Et hæc dicens, ait ad debilem; In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, adjutus meritis ſanctiſſimi Magiſtri noſtri; ſta ſanus & incolumis ſuper pedes tuos rectus. Et continuo ſoſpitati redditus cœpit rectiſſime ante nos pergere, ac Dominum voce exultationis ac laudis benedicere dicens: Benedictus Dominus creator omnium, qui me redintegrare dignatus eſt meritis ſanctiſſimi ſui Benedicti per beatum diſcipulum ejus Maurum. Perfectiſſimus ergo Benedictus cum reverſus ad Monaſterium, ſanatis pro quibus ierat, fuiſſet, nobiſque narrantibus ac laudantibus Dominum ea quæ contigerant comperiſſet, in magna deinceps admiratione ac veneratione habere cœpit beatiſſimum Maurum; nec jam loco diſcipuli cenſebat æſtimandum, quem Deo ita proximum jam videbat effectum.

Claudum & mutum, ſtola & ſigno Crucis ſanat.

NOTA & vide Præfat. noſtram.

Marc. 11. 24.

26. Per idem tempus Legati ad noſtrum venerunt Monaſterium, miſſi a beato BERTICHRANNO * Cenomanicæ urbis Epiſcopo. Nam iſdem ſanctiſſimus Pontifex, audita fama ſanctitatis eximii Patris noſtri, FLODEGARIUM Archidiaconum, & HARDERADUM Vice-Dominum ſuum, ſtrenuiſſimos ſcilicet atque clariſſimos viros, cum magnis exeniis ad eumdem Patrem noſtrum tranſmiſit, omnibus exorans precibus, ut illi perfectiſſimos dirigeret Fratres, qui Monaſterium illi ſecundum Regularis ordinis obſervationis in fundo Eccleſiæ quam regebat ædificare deberent. Perfectiſſimus vero Pater noſter juxta rationem & revelationem, quæ in præfatione hujus Operis a nobis pleniter eſt expoſita, quamquam finem dierum ſuorum jamjamque ſciret imminere, ſecundum quod Spiritu-ſancto didicerat revelante; Legatis ſupradicti Antiſtitis tam beatiſſimum Maurum, quam nos quatuor, quorum nomina proœmio inſeruimus, aſſignavit: præcipiens nobis, ut non minus ipſi beatiſſimo Mauro, quem nobis Magiſtrum conſtituebat, quam ei eatenus in omnibus pareremus.

* Innocentio.

Cenomanenſi Epiſcopo petente mittitur in Gallias cum 4. aliis.

27. Jam vero quis digne explicet quantus mœror quantuſque luctus totam ſanctiſſimam noſtram ſubito corripuit Congregationem? Quia enim ſanctus Pater eis jam obitus ſui reſeraverat diem, ſpes & conſolatio totius Congregationis in beatiſſimo pendebat Mauro, illum ſe Patrem, illum ſe gaudentes poſt ejus tranſitum

De S. Mauri diſceſſu mœſtos fratres ſolatur S. Benedictus.

ſitum

ſitum habere Rectorem. Sanctiſſimus autem Pater noſter tantis fletibus & ſuſpiriis motus talem ad eos protulit orationem. AN CHR. 584

„ 18. Si triſtandum, dilectiſſimi Fratres ac filii, pro tali eſſet negotio, mi- 15. Januar.
„ hi magis quam vobis hinc eſſet mœrendum, qui quantum ad præſens ma-
„ gnis videor deſtitui ſolatiis: ſed quia dicente Apoſtolo, *Charitas benigna eſt*,
„ benignitatem charitatis noſtræ omnimodis impendere debemus his quos aliquo- 1.Cor.13.4.
„ modo ea indigere cognoſcimus; nec noſtra tantum quam aliorum quærere.
„ Quapropter vos amoris paterni ſollicitudine a fletibus & mœrore tempera-
„ re depoſcimus: quia potens eſt Deus meliores nobis poſt hujus depoſitio-
„ nem corporis, huic ſanctæ immittere Congregationi, quorum meritis & exem-
„ plis longe præſtantius quam noſtris ædificabimini. Sed & illud ſummopere
„ nobis eſt procurandum, ne verſutia antiqui hoſtis, unde aliis ſalus acqui-
„ ritur, inde nobis triſtitiæ malo detrimentum in aliquo ingeratur. Nos et-
„ enim quos unitatis ſemel in ſancta charitate junxit concordia, numquam vel
„ longiſſima divident terrarum ſpatia: quoniam ſemper interioris hominis aſpe-
„ ctu, qui renovatur ſecundum imaginem ejus qui creavit illum, nos quo
„ advixerimus tempore, invicem intuebimur. Vos autem, Fratres chariſſimi,
„ quos ad opus Domini conſtruendum ad illas dirigimus partes, viriliter agi-
„ te, & confortetur cor veſtrum in ſancto propoſito & religione: proculdu-
„ bio ſcientes, quia quanto auſteriora cauſa ſalutis aliorum in hujus ſæculi
„ vita pertuleritis, tanto majora a Deo recipietis cœleſtium gaudia præmiorum.
„ Nec vos ullomodo reſolutio hujus noſtri mœſtificet corpuſculi; quoniam præ-
„ ſentior vobis carnis depoſito ero onere, veſtrique per Dei gratiam coopera-
„ tor exiſtam aſſiduus.

19. Et hæc dicens, dans oſculum nobis, proſecutuſque cum omni Congregatione uſque oſtium Monaſterii, oſculatis iterum nobis ac benedictione ſuper nos data, dedit ſanctiſſimo diſcipulo ſuo Mauro Librum Regulæ quam ipſe Sanctus manu ſua ſcripſerat, proferrique juſſit pondus libræ panis & vaſculum æreum vini bæminam capientem: & ita nos ſivit abire, dans mandatum Miſſis ſupradicti Præſulis ad eumdem Pontificem, ut ſua vice paterno affectu nos ſuſcipiens tractaret, ac nobis aptum locum ad ædificandum (ſicut pollicebatur) Cœnobium traderet. Dat S. Mauro Librum Regulæ manu ſua exaratum a &c.

20. Igitur nos quinta Epiphaniorum Sabbati iter *a* arripientes, primam manſionem in poſſeſſione noſtri Monaſterii habuimus in villa, quæ Enchelia * nuncupabatur, quo advenientes honorifice ſatis a duobus Fratribus noſtris PROBO ſcilicet & AQUINO ſuſcepti ſumus; quos ſanctus Pater noſter hujus rei gratia pridie illuc direxerat. Ea nocte celebrantibus nobis Nocturnale officium, advenerunt illuc duo nihilominus ex Fratribus noſtris, HONORATUS beatæ recordationis vir, ac FELICISSIMUS egregiæ indolis adoleſcens, conſobrinus Beati Mauri, miſſi a ſanctiſſimo Patre noſtro Benedicto, quos ut vidimus, gaudio magno gaviſi ſumus, certum tenentes apud nos aliquid magni de parte ejuſdem Patris noſtri nos ab eis vel auditoros vel percepturos. Nec noſtra fruſtrati ſumus æſtimatione. Nam ut completis hymnis Matutinalibus in unum convenimus, Honoratus Monachus magnifica a pectore ſuo Beato Mauro protulit munera, capſulam ſcilicet Reliquiarum eburneam, & paginolam epiſtolæ, brevia quidem continentem verba, ſed amore prophetiæ, & charitate ſanctæ dilectionis gravida ſatis ac deſiderabilia, quæ idem ſanctiſſimus Benedictus ipſi deportari, antequam de loco egrederemur, perniciter juſſerat. Siquidem tres portiunculas Ligni ſalutiferæ Crucis *b*, & Reliquias ſanctæ Dei Genitricis, ſanctique Michaelis Archangeli, ex palliolo rubeo ſanctæ ſcilicet ejus Memoriæ *c*, Stephani quoque Protomartyris, ac beati Confeſſoris Chri- ſti

In villa Monaſterii pernoctat.

* al Enchelia, & Velelia.

Reliquias a S. Benedicto miſſas accipit.

a Non quod Sabbato iter cœperint, ſed quod prima die tantum confecerint itineris, quantum Judæis Sabbato licebat. At vero *Sabbato juxta legem pluſquam mille paſſus incedere non licebat*, inquit Beda in Act c.1.

b Tres illæ ſanctæ Crucis particulæ in Monaſterio Glannafolienſi etiamnum aſſervantur cum Brachio altero S. Mauri nonnulliſque Reliquiis ſubductæ Calviniſtarum furori, qui cetera Sanctorum pignora in profluentem Ligerim anno 1595. projecerant.

c Memoria nonnumquam ſumitur pro Eccleſia vel altari cuivis Sancto conſecratis, infra nu.44.

AN.CHR. 584 ſti Martini, in ipſa poſuerat capſula. Textus vero epiſtolæ, quam & conſepeliri ſibi amore Patris ſui beatus juſſit Maurus, hæc continebat.

25. Januar. Epiſtola S. Benedicti ad B. Maurum.

,, 21. Accipe, dilectiſſime, extrema Inſtitutoris tui dona, quæ & longum no-
,, ſtrum teſtentur amorem, tibique & commilitonibus tuis contra omnium per-
,, petim munimen præbeant impedimenta malorum. Poſt expletam enim to-
,, tam trinam vicenorum decurſionem annorum, ex quo Monaſterialem adiſti
,, perfectionem, in gaudium Domini tui es introducendus, ut nobis Dominus
,, heſterno die, poſtquam a nobis digreſſus es, oſtendere eſt dignatus. Prædico
,, etiam tibi moram vos in eundo eſſe paſſuros, ac cum difficultate habilem lo-
,, cum inventuros, pro his quæ & Deo ordinante perficientur, & quæ inimi-
,, cus humani generis molimine calliditatis ſuæ in vos concitabit. Nuſquam ta-
,, men benignitas miſericordis Dei vobis deerit, ſed potius, differendo licet, ac
,, deſiderium animi veſtri in longum experiendo, aliorſus quam ſperavimus ap-
,, tiſſimam largiri dignabitur mutationem. Jamque valeas felix in profectione,
,, felicior futurus in perventione.

* al. præmonebantur.

22. His beatus Maurus recitatis, & abundantiſſime pro his, quæ merebatur & præmuniebatur *, hilaris effectus, ad Patris Benedicti præſentiam eoſdem cum gratiarum actione remittit Fratres; adoleſcenti jam dicto Feliciſſimo quinquies ſive ſepties perfectioris normæ Religionis operam dare inculcans.

Harderadum ex lapſu graviter læſum ſanat Beatus Maurus.

23. Porro nos cœptum iter carpentes, quinquageſimo quinto die a Vercellis advenimus; quo in loco dum biduo ab ipſius civitatis Clericis detenti fuiſſemus, qui nos pleniſſima receperant charitate, prophetia ſanctiſſimi Patris noſtri impleri jam in nobis cœpit. Supra enim dictus HARDERADUS per gradus cujuſdam altiſſimæ ac mirificæ turris deambulans, ac impediente Satana deorſum præceps ruens, ita toto corpore, immo pene exanimis, ad noſtrum non aliter quam in linteo deportatus eſt diverſorium, ut omnes de ejus vita deſperare cogeremur: quæ res graviſſimam nobis, & precipue FLODEGARIO Archidiacono triſtitiam intulit. Nam quatuordecim dies ibi morati ſumus, in quibus irremediabili ac deteriori ſemper iſdem vir attritus eſt dolore, adeout dextera ſcapula ejus cum brachio & manu, inflatione nimia intumeſceret, & Medicus jam ad ſecandum eum ſollicite inquireretur.

24. Illuceſcente ergo crepuſculo, tertiodecimo die quo ibidem adveneramus, Flodegarius nullomodo ſe ferre poſſe ut ſecaretur affirmans, Oratorium in quo beatus Maurus orationi vacabat concitus irrupit, pedeſque ejus utraque conſtringens manu ac lacrymis ubertim perfundens, oſculaque figens frequentia, deprecari eum & obteſtari cœpit, ut ſuis precibus infirmo ſubveniret, opem ſui adjutorii illi ferendo; nec ſineret eum ferro ſectionis & igne uſtionis acerbiſſimo cruciatu tormentari, quem ſciebat ejus interventu facile poſſe ſalvari. Beatus vero Maurus tam miſeratione infirmi quam profuſione deprecantis lacrymarum, quamque etiam itineris recordatione ad fletum uſque permotus, ante altare ſe in orationem dedit, & diutiſſime orationum precibus, ſuſpiriis ac ſingultibus aures vicinæ ſibi ſupernæ pulſans pietatis, cum a loco, quo io modum Crucis proſtratus jacuerat, ſurrexiſſet, accipiens deſuper altare capſulam Reliquiarum, quam illi Beatus Magiſter ſuus direxerat, aſſumptis etiam nobis ad lectum pergit ægroti: Ibique rurſum oratione præmiſſa, ſalutiferum retegit Lignum, & de eo a ſcapula uſque ad ungulas, ex omni parte ſignum Crucis faciens, dixit: Deus omnium conditor creaturarum, qui ad reſtaurationem humani generis unicum Filium ſuum, operante Spirituſancto, ex MARIA ſemper Virgine incarnari conſtituit, qui per hoc ſacroſanctum ac glorioſum Lignum vivificæ Crucis, vulneribus ac languoribus animarum ooſtrarum nos redimendo ſubvenire dignatus eſt, ipſe te per virtutem hujus vitalis Ligni ad priſtinam redu-

ce-

a Omnino claudicat hic calculus. Maurus quinto Epiphaniorum die, id eſt Januarii decimo, itineri ſe committit, ſupra num. 19. Apud Fontem-Rogi a Sancto Romano excipitur die Paraſceves, ſeu juxta Auctoris mentem viceſimo Martii die, infra num. 31. His intervallis dies 69. dumtaxat comprehenduntur. Et tamen Vercellas uſque, dies totidem inſumptos legimus, nimirum in acceſſu dies 55. in mora 14. Exiſtimamus Sanctum Maurum quinto Epiphaniorum die Caſſino progreſſum, Martii viceſimo Fontem-Rogi appuliſſe: cetera Prudentum calculo relinquimus.

cere dignetur ſanitatem. Hæc cum peroraſſet B. Maurus, continuo per tria lo- ca omnis excoctio ſanguinis, qua brachium totum intumuerat, vehementer de- currere cœpit. Erat enim * ipſe HARDERADUS nobilis quidem ſecundum ſæculi dignitatem, ſed nobilior prout ſæculari poſſibile erat in omni religione. AN.CHR. 584 15. Januar. * f. autem

25. FLODEGARIUS denique viſo tanto miraculo, nullomodo ſe a fletibus præ gaudio poterat temperare, Deum aſſidua magnificans collaudatione; & ſanctiſſimum Patrem noſtrum Benedictum frequentiſſima extollens veneratio- ne, qui tales habere ac nutrire dignus fuerit Diſcipulos, per quos talia Domino operari ſit placitum. Fit continuo concurſus totius ſuburbani populi, felicem ſe unuſquiſque fore exiſtimans, ſi beatum Maurum vel videre contigiſſet. Ipſe vero non ſuam, ſed Patris qui in cœlis eſt ſemper gloriam quærens, aſpectus ſe videre quærentium ſugiebat dicens: Hoc quod per Lignum redemptionis no- ſtræ divina perficere voluit majeſtas, Redemptori magis omnium eſt adſcriben- dum quam homini, quamquam ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti merita, ut id efficeretur, obtinuiſſe, nulli dubium eſſe poſſit. Æger igitur noſter pene jam incolumis effectus beatum deprecatus eſt Maurum, ut ſequenti etiam die ab ipſa non egrederemur urbe, quouſque ille per omnes orationum domos, quæ ibidem conſtructæ erant, vota piæ laudationis & ſacrificium veræ confeſſionis pro reddita ſibi perſolvere Domino poſſet ſoſpitate. Quod beatus libentiſſime annuit Maurus: valde enim eum diligebat, pro eo maxime quia religionem Ordinis noſtri ab eo præſerri videbat.

26. Quinto decimo demum die, urbem illam relinquentes, ac diſpoſitum iter accelerantes, cum juga Alpium media ſere tranſiremus die, famulus no- ſter, nomine SERGIUS, de equo cui inſederat ſupra immane ſiniſtrorſus ca- dens ſaxum, pedem ſibi concite reſurgere volens ita atterens extorſit, ut oſſa omnia in unum coadunata non jam ſpeciem pedis, ſed alicujus ſimilitudinem præfigurarent teretis. Qui nimio affectus cruciatu, cum frequenter vitali quaſi carere videretur flatu, beatiſſimus ad eum accedens Maurus, ſiniſtraque manu colliſum ejus apprehendens pedem, & dextera ſuper eum ſignum Crucis fa- ciens, dixit: In nomine Dei Patris omnipotentis, qui ſua virtute ſolvit com- peditos, ſurge ſanus, & provide miniſterium obſequii ſervorum Dei, ad quod peragendum a beatiſſimo Patre noſtro nobis es aſſignatus. Qui illico ſaniſſimus effectus, gaudium nobis lætitiamque ſuſcitavit non modicam. Confra- ctum fa- muli pe- dem ſigno Crucis ſa- nat.

27. Exinde cum Eccleſiam pretioſorum Martyrum Chriſti Mauritii ac ſocio- rum ejus *a*, gratia orationis omnes ſimul fuiſſemus ingreſſi, cæcus quidam ex matris utero pro foribus ejuſdem Baſilicæ ſedens, & ab intrantibus ac egredien- tibus quotidianum mendicando victum depoſcens, comperit a ſociis itineris no- ſtri illic Maurum adveniſſe, diſcipulum beatiſſimi Benedicti, cujus fama ſan- ctitatis jam ubique percrebuerat. Cumque oratione completa oſtium Baſilicæ fuiſſemus egreſſi, cæcus iſdem in pavimento toto proſtratus corpore deprecari & obteſtari beatum Maurum cœpit dicens: Adjuro te, Maure ſerve Dei, per hos pretioſiſſimos Thebaidæ * Legionis venerabiles Martyres, & per Ma- giſtri tui venerabile nomen Benedicti, ut tuis ſanctis precibus lumen oculorum mihi conferri obtineas a Domino. Sanctus ergo Domini hoc audito, parumper figens gradum ſubſtitit, eumque de pavimento ſurgere præcepit. Cumque ſte- tiſſet ante illum, interrogavit illum dicens: Dic mihi, homo, quantum tem- poris jam emenſum eſt, ex quo hæc ſancta Sanctorum adiſti limina? Cui re- ſpondit dicens: Undecimus pene jam elabitur annus. Et Sanctus Domini ad hæc ait: Numquid ſi voluiſſent hi ſanctiſſimi ac Domino cariſſimi Martyres, qui corpora ſua ſancta pro Chriſto gladiatoribus perimenda expoſuerunt ut a- nimas pro ipſo ponerent, lumen oculorum tibi a Domino dari impetrare non potuiſſent? Iſtos itaque attentius exorando deprecare, quorum magis hæc quam noſtra ſunt opera, & quorum ipſi non minus ceteris indigemus ſuffragiis. Et hæc Cæco de- precanti, ſigno Cru- cis lumen reſtituit. * Thebea- næ.

a Locum Agaunum vocant, ac Monaſterium circumpoſitum, Agaunenſe, in agro Octodurenſi, nunc diœceſis Sedunenſis. De hoc Monaſterio in Vita S. Severini Abbatis, infra.

ANCHR. hæc dicens cœpit abire. Cæcus vero horrenda quædam & pavenda vociferando
584 inclamare ſacramenta non intermittebat, uſquequo ſanctus vir nobis etiam com-
15. Januar. pellentibus, ſedibus oculorum ejus, quibus eatenus lucicomi ſolis non ſplendue-
rat elaritas, lacrymis madefactos * dexteræ manus ſuæ impreſſit digitos, cœ-
* al. madefacti. loque aliquantiſper intendens, ae ſuper eos ſignum noſtræ redemptionis edens, Dominus, ait, & Salvator noſter JESUS-CHRISTUS, qui eſt vera lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ipſe te per invocationem ſancti ſui nominis & merita horum beatorum ſanctorum ac Magiſtri noſtri Benedicti illuminare dignetur, ut videns mirabilia opera Altiſſimi, quibus diſtinguere mundanæ voluit formam creationis, ipſum conditorem horum ae reſtauratorem noſtrum voce exultationis & opere veræ credulitatis collaudes.

28. Hæc Sanctus Vir cum oraſſet, ſtatim ſanguis ubertim ab oculis ejus defluere cœpit, & continuo clariſſimis luminibus ſphæram ſolis reſpectans, hymnum trium puerorum ex ordine decantare clara voce cœpit. Vocabatur autem vir ille LINUS; qui, ut ab ipſo comperimus, tam Pſalterium, quam omnia & diurna & nocturna audiendo didicerat officia. Habitatores autem loci illius videntes tale miraculum per beatum Maurum celebratum, ſimul in unum conglobati deprecabantur eum, ut benedictionem ſuam ſuper eos daret. Quibus ipſe hac tantum reſpondit voce: Benedicat vobis Dominus Deus noſter qui habitat in Sion, ut videatis quæ bona ſunt in Jeruſalem omnibus diebus vitæ veſtræ. Deditque mandatum illi qui illuminatus fuerat; ut numquam jam ab ipſa Eccleſia diſcederet, ſed jugiter ibi Domino & ſanctis Martyribus deſerviret: quod ipſe poſtea devotiſſime implevit. Cum enim poſt tranſitum beati Mauri ad noſtrum reverteremur Monaſterium, Clericatus eum functum officio in ipſa invenimus Eccleſia, & decrepitam jam agentem ſenectutem.

29. Inde igitur egreſſi cœptum iter exſequi attentius conabamur. Cumque nocte quadam juxta Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis & ſemper Virginis MARIAE, jam in locis hoſpitaremur Jurenſibus *a*, & mulier quædam vidua RE-
* al. Remeica. MEGIA * nomine, quæ in contigua nobis commanebat domo, filium ſuum jam
Viduæ filium moribundum ſanitati reſtituit. adoleſcentem, quem ex nuper defuncto viro ſuo ſuſceperat, quique jam ultimum trahens flatum, vicinam in lecto jacens opperiebatur mortem, inſomnem plangendo & ululando duceret noctem; Vir Dei Maurus, more ſibi ſolito, nobis quieſcentibus, ipſam Eccleſiam vota Domino precum ac ſupplicationum ut redderet, ingreſſus eſt. Cum vero jam vigilia propinquaret Matutina, & mulier nec momento quidem a plangoribus & ululatibus ceſſaret, Vir Dei tenerrime motus ad pietatem, ſe cum lacrymis Domino proſtravit, & ut miſeræ mulierculæ miſereri dignaretur, filium ſuum illi reſtituendo incolumem, precabatur. Cumque ab oratione ſurrexiſſet, cellulam, in qua dormiebamus, latenter introiens, SIMPLICIUM Monachum caute tetigit, annuens illi, ut cautius ſurgens ſe ſequeretur. Ille autem mox eum in Eccleſiam ſecutus, attonitus quid ei vellet jubere expectabat. Sanctus vero Domini accedens ad illum ait: Dolori hujus infelicis mulieris animus meus nimia compatitur teneritudine. Quapropter plena fide ad lectulum ſimul accedamus jacentis; forſitan recuperabit illum ſuperna dignatio.

30. Veniens ergo ante ſtratum pene jam exanimati corporis beatus Maurus una eum Simplicio, ait: Chriſtus Dominus & Salvator noſter, unica ſpes & conſolatio dolorem patientibus & perferentibus, qui miſericordia motus ſuper viduam, filium ejus extra portam elatum, intuentibus populorum reſuſcitavit turbis: eadem nunc pietate & huic adeſſe dignetur mulieri, filium ejus reſtituendo incolumem. Et hæc dicens abſceſſit. Ille vero qui duobus jam diebus ſine ſenſu & voce jacuerat, matrem ſuam vocare & conſolari cœpit dicens: Noli mater flere, quia lacrymis cujuſdam ſervi Dei quas fudit

a Mons Jura ſeu Juraſſus in Gallia, Sequanos ab Helvetiis dividens, inſigne habet S. Eugendi, modo S. Claudii Monaſterium Ord. S. B.

AN. CHR. 584

fudit tuo compatiens dolori, vitæ ac ſanitati ab ipſis Averni faucibus redditus ſum. Cui cum illa diceret : Ecce in hac noſtra Baſilica cum aliis ejuſdem habitus viris Matutinos decantat hymnos : ille acſi nihil incommodi pertuliſſet, de lectulo continuo ſurgens Eccleſiam intravit, & abſque hæſitatione ſanctiſſimum adiit Maurum, vociferans & dicens : Vere tu idem ipſe es, qui me tuis lacrymis & meritis a tribunali, de quo triſtem exceperam ſententiam, qua jam incendioſis deputatus eram locis, ſuperis revocaſti. Fama hujus facti continuo replevit regionem : ruunt continuo præcipites nobis obviam viri cum mulieribus, ſenes cum junioribus, laudes Deo undique concrepantes, qui taliter mirificat Sanctos ſuos. Vocabatur autem ELIGIUS idem adoleſcens ; qui poſtea, ut nobis relatum fuit, in Monaſterio Lirinenſi Monachus eſt effectus.

15. Januar.

Qui Monachus in Lirinenſi Cœnobio effectus.

31. Nos itaque cum jam appropinquante ſolemnitate Paſchali quotidie profectionem acceleraremus, eo die quo Dominica celebratur Cœna, in pagum devenimus Autiſiodorenſem. Audiens autem beatus Maurus opinionem ſancti ROMANI Monachi (qui beatiſſimo Patri noſtro Benedicto in initio adjutor & cooperator extitit, ſicut in hiſtoria vitæ ejus pleniſſime invenitur *; quique per revelationem Gallias petens Cœnobium in eodem pago, in loco qui Fons-Rogi *, nuncupatur ædificabat) petivit duces itineris noſtri, ut eo divertentes ibidem ſacro-ſanctum Paſcha celebraremus. Hoc autem beatus Maurus maxime idcirco expetebat, quia & ſequenti die tranſitum ſanctiſſimi Magiſtri noſtri complendum eſſe ſciebat, & colloquio beati Romani deſiderabiliter perfrui cupiebat. Ductores vero noſtri petitionibus Viri Dei libenter annuentes, concito greſſu illuc tendere feſtinarunt.

Ad S. Romanum divertit.

* ſupra pag. 81.

* Font-Rouge.

32. Die vero Paraſceve hora illic ſexta pervenientes, devotiſſime a beato Romano ſuſcepti ſumus. Cumque omnes nos qui cum beato Mauro pergebamus, ad ea quæ opus ad diem feſtum erant, præparanda vel emenda occupati eſſemus, ipſi ſanctiſſimi viri dulcis invicem perennis vitæ ſerebant colloquia. Et cum jam veſpertina hora poſt ſolemne officium, quod ſpecialiter utpote annuatim eo die celebrabatur, propinquaret, Vir Dei ſanctus Maurus beato Romano dixit : Craſtina die beatiſſimus Pater noſter BENEDICTUS terreni depoſito corporis onere cœlibem gaudens & hilaris ſcandet ad patriam. Quod audiens ſanctus Romanus illico in lacrymas reſolutus flere inconſolabiliter cœpit. Quem beatus Maurus conſolari cupiens ajebat : Gaudere potius quam flere ideo de ejus migratione debemus, quia & magnum Patronum præmittimus, & præſentiorem eum nunc, quam ſi carne viveret, ſumus habituri. Hæc tamen dicens nec ipſe a fletu poterat ſe cohibere. Noctem illam, quæ duodecimo Kalendas Aprilis habebatur, & qua ſacratiſſimum vigiliarum Paſchæ illuceſcebat ſabbatum, tam beatiſſimus Maurus ac nos qui cum eo ibamus, quam ſanctus Romanus cum aliquibus diſcipulis ſuis, jejuni pervigilem duximus; unuſquiſque noſtrum ſecreto apud ſe, ut illis diebus in Eccleſia Romana mos erat, Pſalmos & orationum preces devote pro exitu ejuſdem Patris noſtri Deo dilectiſſimi Benedicti conſummantes.

S. Benedicti tranſitum prænuntiat.

Preces pro exitu S. Benedicti funduntur.

33. Cum vero tranſacta jam hora quaſi tertia ipſius ſacratiſſimæ diei, beatiſſimus Maurus in Eccleſia conſiſtens tranſitum ejus qualicumque eveniret hora orando & pſallendo præmunire longe licet poſitus ſatageret, ſeque pavimento in orationem dediſſet, raptus in ſpiritu ſubito ſe tranſpoſitum in loco de quo egreſſi fueramus vidit, conſpexitque viam palliis ſtratam, ac innumeris coruſcam lampadibus, recto Orientis tramite ab ejus cella in cœlum uſque tendentem. In qua etiam viſione duos Congregationis noſtræ Fratres ſocios habuit, cum quibus ſimul eamdem viſionem conſpexit. Itaque cum viam quam cernebant mirarentur attentius, venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cujus eſſet via quam cernerent inquiſivit ; quod illi ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ille ait : Hæc eſt via, qua dilectus Deo cœlum Benedictus aſcendit. Hanc viſionem unus ex illis duobus Fratribus noſtris, qui eam ſimul cum beato Mauro viderat, in noſtro verſabatur Cœnobio; alter vero, ut ſcripſit beatus Gregorius, longius

S. Maurus videt viam radiantem, quo ad cœlum iterat.

AN.CHR. 584 15. Januar.

gius poſitus vidit. Mox vero ut beatus ad ſe reverſus eſt Maurus, ocius S. Romanum ac nos evocans, cuncta quæ viderat, lucide nobis per ordinem retulit.

2. Dialog. cap. 37. * al. triumphus Reſurrectionis Dominicæ. Diſcedit a S. Romano.

34. Diem illam, & ſequentem Dominicam, qua ſpecialiter Reſurrectionis Dominicæ * colitur dies, ſolemnem & celebrem omni gaudio & lætitia peregimus. Secunda autem feria feſtivitatis ipſius, antequam proficiſci cœpiſſemus,
„ ſanctus Romanus beato Mauro dixit: Si abſque animæ periculo locum hunc
„ deſerere potuiſſem, melius tecum, amantiſſime Frater, cuperem habitare,
„ quam alicubi vitæ finem terminare. Sed quia & hos deſerere periculoſum
„ eſt, & ultimus mihi jam jamque imminet dies, perge felix quo mitteris,
„ ac proſpere felici utere ſorte. Deus autem omnipotens ſemper ſit tecum &
„ cum Fratribus qui tecum pergunt: & recto itinere perducat vos ad veram
„ repromiſſionis terram; quam omnibus Electis ſuis polliceri eſt dignatus; ubi
„ præparavit eis quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis
„ aſcendere, niſi in illorum qui terrena omnia amore ejus proterentes ac deſide-
1. Cor. 2. 10. „ rio cœleſtium abdicantes, dicere cum Apoſtolo valent: *Nobis autem revela-*
„ *vit* ea Deus *per Spiritum ſuum*.

35. Ex eo ergo loco, recto calle Aurelianis cum veniſſemus, graviſſimus duces noſtri itineris mœror invaſit. Audierunt ſiquidem certis deferentibus nuntiis B. BERTICHRANNUM * Epiſcopum jam migraſſe ad Dominum, aliumque

Mortuo Cenomanenſi Epiſcopo, ſuos ſolatur.

in loco ejus jam ſubſtitutum Pontificem. Hoc ergo cum beato Mauro ac nobis intimaſſent, magno tædio deficere cœpimus, neſcientes quid facere deberemus. Sed B. Maurus memor prophetiæ ſanctiſſimi Patris noſtri, qua nos, cum difficultate licet aptum locum inventuros eſſe prædixit, dejectos animos blandis
„ conſolationibus ac promiſſionibus roborat dicens: Nolite, Fratres dilectiſſi-
„ mi, in præſenti afflictione animos ita triſtitiæ ſubdere; quoniam & Deus tri-
„ bulationem patientibus eos relevando præoccurrere conſuevit, & præcipue
„ precibus beatiſſimi Patris noſtri adjuvabimur, qui ſe nobis ſemper præſentem
„ & cooperatorem adeſſe pollicitus eſt. Nam & Abraham Patriarcha imperio
„ Dei egreſſus de domo & cognatione ſua, terram peregrinationis ſuæ poſtea
„ in poſteros accepit in hereditatem. Itaque & nos noſtram congaudentes pe-
„ regrinationem, expectemus ut devotiſſimi ſervi conſolationem Domini, &
„ per omnia veſtigia Patris noſtri ſanctiſſimi Benedicti imitari ſatagamus, qui
„ relicta domo & rebus patriis, & ad ultimum nutricem ſuam occulte fugiens
„ ac ſoli Deo placere deſiderans, tantam a Domino promeruit gratiam, ut ne-
„ mini poſt beatos & primos Apoſtolos unquam fuerit ſecundus; ſed potius,
„ Deo ſe juvante, tot ſanctorum extiterit fundator Cœnobiorum, tantaque
„ Domino adquiſierit millia perfectorum Monachorum.

Legatis Cenomanos profectis, cum ſociis ſubſiſtit Aureliæ.

36. Hac itaque exhortatione B. Mauri aliquo modo confortati, tractare ſimul cum ductoribus noſtris cœpimus, quid nobis potiſſimum eſſet agendum. Tunc nobiliſſimus vir Harderadus, cum ad latus beati reſideret Mauri, ita exorſus talia proferre cœpit: Dignum mihi atque conveniens, Pater ſancte, ac religioſi Fratres, eſſe videtur, ut nos qui legatione hujus rei functi ſumus, propter quam tot ac tanta perluſtrantes terrarum ſpatia laborem hunc juſſu noſtri Pontificis aſſumpſimus, iſtum novum atque nobis incognitum adeamus Pontificem, & cauſam itineris noſtri notam illi ex ordine facientes, voluntatem ejus ſuper tali negotio reſcire valeamus; ſimul etiam & noſtri ſollicirudinem apud eum gerere nos oportet. Tu vero, Pater venerande, cum Fratribus quos habes tecum noſtrum ad vos hic expectare reditum debes, qui infra octo, ut reor, conſummabitur dies. Etſi enim ille hoc quod bearus deceſſor ſuus implere cupiebat, facere renuerit, alia procul dubio reperietur via, quo id ad quod miſſi eſtis, cum ſuperno adjutorio perficere valeatis; ne fruſtra laborem tanti itineris aſſumpſiſſe videamini. Et his dictis aptiſſimam manſionem nobis in eadem urbe juxta Eccleſiam beati Petri Apoſtoli [a] aſſignavere, deputatis ad cuſto-

[a] Nunc S. Aniani Eccleſia dicitur, Monachis quondam, jampridem vero Canonicis ſubjecta.

AN. CHR. 584

15. Januar.

ſtodiam noſtri quos honoratiores in ſuo habebant famulatu: ſimul & præcipientes eis, ut non minus obſequiis tam B. Mauri ac noſtris, quam illorum ſollicite invigilarent. Hæc itaque honorifice cum ordinaſſent, cum benedictione S. Mauri profecti ſunt.

Noluit eos recipere Epiſcopus Cenoman.

37. Cumque Cenomannis veniſſent, & Epiſcopo nuntiati fuiſſent, honorifice ab eo ſuſcepti ſunt, atque in propriis reſtituti officiis, amplificatis ſibi etiam ab eodem Præſule priorum poſſeſſionum honoribus. Sed cum cauſam legationis ſuæ ei narraſſent, ac quid ipſe ſuper hac re vellet inquirerent, reſpondit, ſe propriis magis quam aliorum velle inſiſtere cœptis, ne ſupra alienum ædificare videretur fundamentum; Præſertim, inquit, cum incumbat nobis nunc ordinatio ac diſpoſitio tam propriorum negotiorum, quam & Eccleſiarum pervigil ſollicitudo. Hoc autem agebatur ſecundum diſpoſitionem occulti conſilii Dei, qui locum quem beati Mauri magiſterio atque inſtitutione doctrinæ Regularis ſublimandum eſſe decreverat, nullo modo obtentu alterius differri vel ad modicum loci volebat. Siquidem locus ille, qui a B. Bertichanno * ad conſtruendum Cœnobium proviſus ac delegatus fuerat, non admodum aptus vel congruus Regulari erat religioni, ut nobis noſtri dicebant ductores. Nam ex ipſo nomine, quo Rupiacus vocabatur, deformis a nobis & ſcabroſus æſtimabatur.

* Innocentio.

Evocatur S. Maurus in Andecavenſem ditionem.

* Verius, Scienfredus, de quo in noſtra Præfat.

38. HARDERADUS proinde certiſſime comperiens quod DOMNOLUS * Epiſcopus nihil de hac re facere vellet, lætiſſimus effectus, licentiam ab eo ad nos revertendi petiit: qua ſibi conceſſa nepotem ſuum ſtrenuæ juventutis virum, nomine HADEMARUM beato tranſmiſit Mauro, mandans illi ut nullomodo mœſtum gereret animum, ſed quantocius poſſet, cum omnibus quos cum eo dimiſerat, Andecavenſem adire feſtinaret regionem, quo ille nobis ſe occurrere prænuntium deſignaverat. Cum itaque tam B. Maurus quam & nos omnes qui cum eo remanſeramus, alacriores tali effecti nuntio fuiſſemus, decimo die poſtquam Aurelianis civitatem fueramus ingreſſi, iter arripientes, tendere quo juſſi fueramus ſummopere certabamus.

Honorifice ab Harderado excipitur.

39. Quinto tandem die ad locum, qui Reſtis nuncupatur, pervenientes, honorabilem virum HARDERADUM, & uxorem ejus ac filios adventum noſtrum jam per biduum ibi præſtolantes invenimus: qui cum honorifice nos recepiſſent, poſt abundantiſſimam quam nobis præparaverant refectionem, ſupradictus vir HARDERADUS cum conjuge ſua, CECILIA nomine, ſecretiorem expetens locum, adſcito B. Mauro omnia illi, quæ cum ſuo invenerat Epiſcopo, per ordinem nuntiavit. Et cum ei beatus diceret Maurus: Quid nobis nunc agendum, vir illuſtriſſime, vel potius eligendum eſſe decernis? Ille amabiliter, ut vir jocundiſſimi erat vultus, reſpondit: Eſt mihi conſobrinus, nomine FLORUS, magnis tam in his, quam in aliis regionibus pollens poſſeſſionibus; qui primus inter primos totius Regni Francorum Proceres decentiſſime omnia juſſus a Rege Palatina diſponit moderamina. Hic itaque ab ineunte ætate, in ſæculari licet habitu conſtitutus, omnipotenti Deo ſollicite placere ſemper ſtuduit. Cui ex amiſſa conjuge, quam ut acciperet, invitum eum tam Rex, quam noſtri coegere parentes, unus tantummodo ſupereſt filius, qui ſi alicubi perfectos in hac Religione poſſet invenire viros, in ſua propria poſſeſſione, quæ ei de paterna evenit hæreditate, Monaſterium conſtruere deſiderat, filiumque ſuum ibidem Deo offerre cupit: ac ſic demum relictis omnibus quæ ſunt hujus mundi negotiis, Deo in eodem deſervire liber ex omnibus exoptat Cœnobio. Ad hunc ergo Miſſum noſtrum directum habeo, qui illi adventus veſtri cauſam pleniter enarrare valeat, vel ſi in deliberatione animi ſui perſeverat explorare. Nos tamen, ſi placet, uſquedum aut ipſe, aut ille quem ei direximus revertatur, locum ipſum, de quo loquimur, inſpicere abeamus.

Florus vir nobilis, potens, & pius.

40. Hoc beatus Maurus audiens, gaudio gaviſus eſt magno, & ſtatim altera die cum eodem honorabili viro pergit ad conſiderandum locum. Eo tempore THEODEBERTUS Rex nobiliter Regni Francorum

AN.CHR. 584

15 Januar.

Florus Rege probante Monaſterium ædificat.

a apicem gubernabat, cui ſupradictus clariſſimus vir FLORUS ita familiaris & cariſſimus erat in omnibus, ut quidquid in omni ejus ditione facere vellet, abſque alicujus contradictione permiſſus a Rege obtineret. Qui cum relatu nuntii, quem ei Harderadus direxerat, tam B. Maurum, quam & nos adveniſſe cognoviſſet, & quia Cenomannicus Antiſtes recipere nos noluiſſet; illico accedens ad Regem cauſam ei adventus noſtri pleniter enarravit, ac voluntatem ſuam quam de ædificando Cœnobio habebat, ei aperuit, petiitque ab eo ut nos ejus permiſſu ſuſcipere mereretur, quatenus ei Monaſterium, ſicut deſiderabat, conſtrueremus. Cui Theodebertus Rex reſpondit, dicens: Non ita nobis hactenus ſerviſti, ut aliquid tibi negare aut contradicere poſſimus. Unde perge quantocius, & noſtra comitatus gratia ac roboratus auctoritate, eoſdem ſanctiſſimos viros omni ſuſcipe reverentia, peragens cum eis deſiderium, quod animo tuo ſuperna inſpiravit dignatio; ſimul & deprecare illos, ut pro nobis ac liberis noſtris populoque totius Regni a Deo nobis collati, ipſius aſſidue exorare dignentur miſericordiam. Paratiſſimos etenim nos atque promptiſſimos in omni ſuo invenient obſequio, ſi formam hujus religionis ita ab eis obſervari compererimus, ſicut jam fama vulgante ab eorum Magiſtro ardue ſatis eam traditam audivimus. Tuum vero erit artifices illuc ad operandum, ubicumque eos in omni noſtra inveneris poteſtate, adducere & adunare, ut opus ipſum celerius poſſit expleri. Nec noſtra, juxta voluntatem & conſilium tuum, Regia loco illi deerit largitas, ſi apte eum conſtructum & convenienter proſpexerimus ordinatum.

41. Talibus ac tantis promiſſionibus nobiliſſimus vir FLORUS roboratus, concitus ad prædium poſſeſſionis ſuæ, quod Glannafolium *b* dicitur, advenit, cujus adventu Harderadus audito, cum B. Mauro ante fores portarum in ejus pergit occurſum. Videns autem Florus B. Maurum humillimo Monachili indutum habitu ſtantem, de equo cujus tergo inſederat, perniciter diſſilivit; ac tertio antequam ei appropinquaret, toto corpore in terram ſe proſternens, cum ab eo humiliter receptus, ac modeſte, ut didicerat, elevatus fuiſſet, diutius ſe invicem complexantes ac alterutrum conſtringentes, lacrymas quoque præ gaudio invicem effundentes immorati ſunt. Tunc deinde prædictus vir, oſculatis nobis omnibus, apprehendens iterum dexteram beati Mauri & ſtrictim eam exoſculans ait ad eum: Bene te veniſſe gaudemus, ſerve Dei excelſi, & diſcipule ſancti viri Benedicti, cujus honor & nomen, quod in ſancta emeruit ſervitute, pene jam omni ſæculo innotuit, & benedictum nomen Domini glorioſum, qui te ac commilitones tuos iſtos reverendos viros ad adjutorium nobis in iſtam miſit provinciam. Et hæc dicens ducebat eum ad domum, præcedente nos Harderado & filiis ejus.

S. Maurum ac ſocios benigniſſime excipit.

Eis locum aptum ædificando Monaſterio concedit.

42. Die vero alia cum poſt Matutinale officium in unum conveniſſemus, aperuit B. Mauro voluntatem ſuam, quam de conſtructione Cœnobii habebat, ſimul & Regis referens promiſſionem ac deprecationem, qua eum pro ſe & pro filiis, omnique populo Dominum attentius implorare expetebat. Tunc
„ B. Maurus ait ad illum: Obſervatio Ordinis noſtri ſummam depoſcit quie-
„ tem & ſecuritatem; quapropter ſi nobilitati generoſitatis tuæ videtur non
„ eſſe contrarium, primum omnium res, quas Deo ejuſque famulis tradere
„ pro

a Vulgare fuit apud ſcriptores antiquos, ut cum res Francica penes plures Reges ſtaret, *Francorum Regem* abſolute unumquemque appellarent. Eam vero eſſe hoc in loco iſtius Auctoris mentem, ex num. 59. & 60. manifeſtum eſt. Unum hic viros doctos movet, nempe quid juris Theodeberto Auſtriæ Regi apud Andecaves fuerit, *ut* Florus ejus auctoritate Comitatum Andecavenſem adminiſtraret, reſque ſuas eo probante in Monaſterii fabricam impenderit. Res ſane obſcura eſt nec facile dirimenda, niſi dixerimus, provinciam Andecavenſem ex Chlodomiri Aurelianorum Regis hereditate Theoderico Theodeberti parenti in ſortem obtigiſſe, etſi a Gregorio Turon. in lib. 3. Hiſt. cap. 18. Childebertus & Chlotharius, Theoderico prætermiſſo, *fratris Regnum æqua lance diviſiſſe* dicantur. Et quidem apud Procopium in lib. 1. de bello Goth. cap. 13. legimus, quod Childebertus, Theodebertus & Chlotharius a Vitige Oſtrogothorum Rege *traditam ſibi Galliam ac pecuniam inter ſe pro cujuſque Regni portione diviſerint*. Cur ergo Theodericus Chlodomiri hereditatis exſors fuiſſet? id vero an impune vir ſtrenuus audaxque tuliſſet? Ideo enim excluſum fuiſſe, quod ex concubina ſuſceptus eſſet, hiſtoricæ veritati illiuſque temporum moribus repugnat.

b Glannafolium, *Glanfeuil*, edito in vineis loco ad Ligerim poſitum, nomen dedit Monaſterio, quod nunc S. Mauri nomine, vulgo *S. Maur ſur Loire* appellatum, cenſu quidem exiguum, ſed Abbate adhuc Regulari gaudet.

AN. CHR. 584

„ pro remedio, ut aſſeris, animæ tuæ deſideras, ſimul perluſtrantes inſpicere „ debemus. Inde vero facto teſtamento, te tradente nobis coram teſtibus, re- „ cipere eas in noſtram convenit dominationem. Cui cum aſſenſum ſuum Florus præbuiſſet, aſcenſis equis poſt diem tertium inſpectis omnibus ad ſupradictum reverſi ſunt locum.

15. Januar.

Deinde filium ſuum oſtennem Deo offert.

43. Tunc clariſſimus vir Florus, ſcripto juxta conſilium B. Mauri teſtamento, tradidit ei omnia, & de ſuo jure in ejus delegavit poteſtatem atque dominium. Obtulit etiam ipſo die Deo filium ſuum, nomine BERTULFUM, puerum octo circiter annorum, nutriendum & inſtituendum doctrina & magiſterio beatiſſimi Mauri, ſicut & ipſe a ſanctiſſimo Magiſtro ſuo Benedicto educatus in omni noſtra fuerat obſervatione. Poſt cujus oblationem ait beato Mauro: In hoc ſanctiſſime vir, & te, & qui tecum ſunt, certos tam de hoc loco, quam & de rebus ibi a me collatis eſſe convenit, cum & filium meum ſerviturum Deo per veſtrum obtulerim magiſterium; & me ipſum, ſi vita comes Deo propitio fuerit opuſque perfectum, relictis omnibus quæ ſunt hujus mundi, in hoc eodem Divinis mancipandum ſervitiis polliceor loco.

Monaſterium conſtruitur.

Oratorium B. Martino ſacrum.

44. Congregatis igitur plurimis artificibus & operariis, jactiſque fundamentis, opus cœptum quotidie certatim accelerabant. Sed quia parvus deorſum ſuper ripam fluminis erat locus (ex una enim parte objectu montis, ex altera vero alveo Ligeris anguſtabatur) in devexo ipſius montis latere fabrica omnis ædificari cœpta eſt. Primum ibi unam non admodum magnam ædificavere orationis domum, quam B. Maurus in honore ſancti Martini Confeſſoris Chriſti conſecrari fecit: in qua etiam Dei diſpoſitione, & ſua electione eum ſepelivimus. Nam ſicut ſanctiſſimus Benedictus in Oratorio ejuſdem beatiſſimi Martini, in quo, deſtructa ara Apollinis, ejus Memoriam poſuerat, ſe ſepeliri [a] juſſerat; ſic perfectiſſimus ejus Diſcipulus ne vel in ſepultura ab ejus videretur diſcrepare qualitate, in domo ejuſdem orationis ſe præcepit tumulari. Prædictus denique vir Florus cum in omni Regno Theodeberti Regis ſummam obtineret poteſtatem, ac vice Comitis in Andecavenſi eo tempore fungeretur pago, periſſimos undique illuc convenire fecit artifices, tam lignarios, quam cæmentarios, quam etiam in aliis doctos artibus.

S. Maurus quemdam lapſu exanimatum reſuſcitat.

45. Cumque die quadam cum beato Mauro operarios inſpiciens reſideret, & Vir Domini lectioni decontra operam daret, ac interdum ea quæ legebat ipſi Floro exponeret; quidam Clericus qui cæmentariæ arti præerat, & quem idem Florus de palatio Regis ob hoc adduxerat, de altiſſimis gradibus, in quibus operarii ſtantes altius jam porrectam ædificabant maceriam, retrorſum corruens, ſuper deportatum illic montem lapidum cecidit. Cumque omnes eum mortuum crederent, ac de ſola ejus ſepultura tractarent, pro eo maxime quia per omnes corporis meatus undatim ſanguis profluens egrederetur; Vir Dei cum Floro advenit, eumque continuo ad oſtium Eccleſiæ B. Martini deportari fecit. Cumque omnes abſceſſiſſent, ipſe in terram ſe ante altare orationi dedit. Qua completa egrediens, & ſuper colliſa membra ſignum Crucis faciens, ait: In ejus nomine qui corpus hominis de limo terræ formavit, & ſpiraculum vitæ ei inſpiravit, ſurge ſanus LANGISE, & perfice opus tuum, quod cœperas. At ille ſtatim velut a ſomno conſurgens, mirari cœpit quando illuc adveniſſet. Sanctus vero Domini ait ad illum: Non tuis huc pedibus, ſed aliorum delatus es manibus: ſed perge quantocius, ne forte tua abſentia opus intermittatur. Illo itaque egreſſo Florus qui in parte cum Simplicio Monacho ſtans cuncta quæ Vir Dei egerat vidit, concito curſu adveniens ſeque ad pedes ejus projiciens clamare cœpit: Vere Diſcipulus es, ſancte Maure, B. Benedicti, de quo talia frequenter nartari audivimus. Ex illo die iſdem Florus ita eum in maxima habuit admiratione, ut numquam ei propius accedere auderet.

46. Itaque cum Clericus qui ſanatus fuerat, ad opus ſuum fuiſſet rever-

[a] Errat Auctor vel Interpolator. Nam S. Benedictus *ſepultus eſt in Oratorio B. Joannis Baptiſtæ*, ut diſertis verbis S. Gregorius in lib. 2. Dial. cap. 37. teſtatur.

AN. CHR. 584 15 Januar.

Sibi detrahentes a dæmonio liberat.

ſus, quidam ex operariis B. Mauro detrahere cœperunt, dicentes eum non obtentu religionis, ſed gratia cupiditatis quo honoratior in aliis eſſet regionibus, ſuum reliquiſſe Monaſterium, & tam longas adiiſſe terras; & hæc quæ faciebat, non virtute Dei, ſed potius quibuſdam obtinere præcantaminibus. Cum ergo hæc inter ſe ſermocinarentur, malignus ſpiritus tres ex illis ſubito invaſit, ac ita graviſſima vexatione atterere cœpit, ut uni ex illis nomine FLODEGISO animam extorqueret. Quod ubi Vir Dei, ut quid eveniſſet agnovit, vehementer flere cœpit; iterumque Oratorium B. Martini ingreſſus, Dominum attentius tam pro his qui torquebantur, quam & pro illo qui mortuus fuerat, deprecabatur. Et cum per tres continuas horas orationi incubuiſſet, ad eos qui vexabantur, & ſe invicem dentibus lacerabant, acceſſit, & ſignum Crucis tertio contra eos faciens dixit: Filius Dei unigenitus Dominus noſter JESUS-CHRISTUS, qui Diſcipulis ſuis poteſtatem dedit calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones terræ & ſuper omnem virtutem inimici, ipſe vos ab hac ſolvat dæmonica vexatione. Et cum adhuc dentibus frenderent, pulvereque ſe ſpargerent, Vir Dei propius accedens, digitos utriuſque manus in ora miſit: ſpiritus vero immundi fœda relinquentes veſtigia, ventris egeſtione fugati ſunt.

Aliom a dæmone ſuffocatum vitæ reſtituit.

47. Juſſit deinde Vir Dei corpus defuncti tolli, ac in porticu Eccleſiæ deferri; noctemque illam jejunus totam duxit inſomnem, aſſiduis Dominum exorans gemitibus, ut animam defuncti in corpus reddere dignaretur, ne diutius de ea diabolus qui illam extorſerat triumpharet. Mane autem primo Simplicium Presbyterum adſciſcens, ut Sacrificium noſtræ redemptionis pro eadem Deo anima offerret, imperavit. Quod cum ille devotiſſime conſummaſſet, cum ipſo Simplicio Vir Domini ad locum in quo mortuus jacebat accedens, ait; Domine JESU-CHRISTE, qui quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitaſti, & ad preces ſervi tui Eliæ filium viduæ vitæ reſtituiſti, adeſto & nunc nobis famulis tuis, & redde in hoc defuncti corpore animam, quam te permittente hoſtis humani generis cruciando de eo effugavit. Et cum hoc dixiſſet, continuo corpus defuncti totum concuſſum eſt. Illico conſurgens ab eo mandatum accepit, ut ſi vivere vellet, quamdiu ipſe in hac vita eſſet, locum ipſum jam non introiret. Hoc autem Sanctus pro ſola imperavit humilitate, ne ſcilicet pro tali facto plauſum & favorem hominum quærere ac delectari videretur.

In hoc Monaſterio, 4. Eccleſiæ conſtitutæ.

48. Igitur octavo anno poſtquam ibi adveneramus, Monaſterium omne ſatis convenienter in omni conſtructione conſummatum, atque ab Epiſcopis provinciæ ipſius dedicatum eſt. Regebat per idem tempus Andeçavenſem Eccleſiam vir ſanctiſſimus EUTROPIUS *a*. Porro in ipſo Monaſterio Eccleſiæ quatuor ædificatæ fuerant: quarum major in quam Fratres tam ad diurnum, quam ad nocturnum conveniebant officium, conſecrata eſt in honore beati Petri Apoſtolorum Principis; ſecunda, ut dictum eſt jam ſuperius, in honore ſancti Martini: tertia vero, quæ & minor erat ceteris, in veneratione ſancti Severini *b*: quarta autem, quæ in modum turris quadrifidæ, in ingreſſu Monaſterii altiſſime ædificata eſt, in honore ſancti Archangeli Michaelis.

Florus iſt. hic habitum Monaſticum ſuſcipit.

49. His ita expletis, prædictus vir FLORUS non immemor promiſſionis quam Deo voverat, pergens ad THEODEBERTUM Regem, licentiam ab eo expetiit, ut ei Regularem liceret ſuſcipere habitum, & peccata ſua, quæ plurima in ſæculari contraxerat converſatione, jejuniis & orationibus, ceteriſque ſpiritalibus fructibus redimeret. Quam cum Rex negare nequiviſſet, triſtis licet & mœrens, pro eo quod ab eo ſeparari nollet, permiſit illi quæ depoſcebat implere, eumque aliquantis ſecum diebus in Palatio retinens, de virtutibus, quas per beatum Maurum fieri audiebat, interrogare cœpit, vel qualiter ipſe

a Nonnulli Eutropium e Syllabo Antiſtitum Andecavenſium expungunt, & S. Albino ſubſtituunt Domitianum. Sed huic commento refutando ſufficit id quod ſupra in Vita S. Albini num. 21. retulimus, Eutropium S. Albini deceſſoris corpus juvante Germano aliiſque Provincialibus Epiſcopis in S. Germani Antiſſiodorenſis Baſilicam tranſtuliſſe. Certe in vetuſto Epiſcoporum Andecavenſium Syllabo MS. Thuaneæ Bibliothecæ, Eutropius poſt Albinum numeratur.

b Nempe Severini Abbatis Noricorum Apoſtoli, cujus corpus in Italiam Sæculo 5. translatum magnam apud hoſpites venerationem habuit. Lege ejus Vitam variaſque Tranſlationes apud Bolland. 8. Januar.

ipſe cum diſcipulis ſuis in ſancta viveret Religione, ſeu quantus jam Fratrum numerus ibi adunatus eſſet. Quæ cum illi omnia Florus enarraſſet, prout ea ipſe certiſſime ſciebat, Rex dixit illi: Si placere hoc ipſi ſervo Dei ſcirem, multum tam eum, quam locum illum videre cuperem, eumque Regio noſtro honorare munere. Cui Florus reſpondit: Quæratur primum, ſi veſtræ placet Celſitudini, ſuper hoc Viri Dei voluntas, & tunc demum, ſicut ipſe ordinaverit, ea quæ vultis, implere poteritis. AN.CHR. 584 15. Januar.

50. Dimittens ergo eum Rex, cum in ejus oſculis diutius immoratus fuiſſet, dixit ad illum: Ea quæ cum Viro Dei de noſtra ad locum illum inveneris profectione, citius nobis remandare ſatage: multum enim vellem ſi poſſibile eſſet die quo capitis comam depoſueris, ibi præſens adeſſe. Veniens ergo ad Monaſterium *a* eum multis Optimatibus ac nobilibus viris, qui eum de palatio Regis fuerant ſecuti, viro Dei voluntatem Regis aperuit. Qui cum ei reſpondiſſet, nil loco officere, ſed potius in meliorationem ejus ipſius ad eum adventum, quantum ipſe intelligere poterat, proficere; certum diem Regi Florus, quo ad Monaſterium venire deberet, mandavit. Quo dum veniſſet, & magnifice, ut Regiam decebat ſublimitatem, a B. Mauro & Congregatione, cujus ſanctiſſimus grex jam quadragenarium exceſſerat numerum, ſuſceptus fuiſſet; poſt orationem in conventum Fratrum pergens, Regiamque dignitatem parvipendens, beato ſe Mauro ac Congregationi, Regali indutus purpura humiliter proſtravit: & ut pro illo Deum exorare dignarentur, lacrymis perfuſus precabatur. Cumque eum vir Dei a pavimento elevaſſet, Rex ait ad eum: Celebre nomen Magiſtri veſtri Benedicti ad noſtram olim delatum fuerat notitiam, cujus ſanctitatis & virtutis opera inſignia, quæ de illo audivimus, per vos quotidie fieri gaudio lætamur non modico. Rex S. Maurum inviſit.

51. Tunc beatum Maurum petiit, ut Fratres eum in ſuam recipere dignarentur ſocietatem, & nomen ejus inter ſua ſcribere nomina; filiumque ſuum THEODEBALDUM ſancto viro ac Fratribus commendabat attentius, præcipiens ipſi ut ſemper devotus erga locum illum eſſet, ac in omnibus ſanctæ illi Congregationi adjutor & deſenſor exiſteret. Interrogavitque Virum Dei quinam illi Fratres eſſent qui cum illo venerant. Qui cum nos digito deſignaſſet, in parte nos ſtare præcipiens, intuebatur attentius, nomen uniuſcujuſque ſciſcitans: quæ cum didiciſſet, oſculatus eſt nos, deinde omnem Congregationem. Videns BERTULFUM adoleſcentem inter reliquos Fratres ſtantem, interrogabat quis eſſet; cui beatus Maurus cum hunc eſſe Flori filium indicaſſet, vocans eum ad ſe Rex, atque ad pectus ſuum amplexando ſtringens, B. Mauro eum attentius amore patris ejus commendare cœpit, & ut cariſſime ab eo nutriretur depoſcere. Preces Monachorum humiliter depoſcit, ſeque in eorum admitti ſocietatem. Singulos præcipue Berthulfum benigne complexus.

52. Inde cum omnia habitacula Monachorum circumiens perluſtraſſet, ac convenienter inſtructa eſſe laudaſſet; ingreſſus iterum Eccleſiam B. Petri dedit ad ipſum locum fiſcum Regium, qui Boſcus vocatur, cum omnibus villis & redditibus, qui ad eum pertinebant: vocaniſque ANSEBALDUM, qui ſcriptoribus teſtamentorum Regalium præerat, præcepit ei, ut antequam de ipſo Monaſterio egrederetur, teſtamentum de eiſdem ſcriberet rebus, ac de ejus annulo Regali firmaret more: conceſſitque B. Mauro, ut ſi quid ex illo die apud eum obtinere, ipſumque ei adire placuiſſet, liberam habuiſſet facultatem introeundi, quocumque eum ſciret. Poſuit quoque ſuper altare B. Petri pallium pretioſiſſimum, & crucem auream cum lapidibus valde pretioſis. Monaſterio multa largitur.

53. FLORUS autem accedens ad Regem deprecatus eſt eum, ut præceptum

a Si poſt octo annos quam S. Maurus in Galliam, Theodebertus in Monaſterium Glannafolienſe acceſſit, ut ex num. 49. conſequi videtur; calculus hic cum Theodeberti ætate conciliari vix poterit. Si enim B. Maurus anno quo S. Benedictus obiit Chriſti 543 in Gallia exceptus eſt, Theodebertus eum ibibi jam annum octavum agentem non licuit inviſere, ſi quidem ipſe Theodebertus juxta Gregorium Turon. in lib. 3. cap. 37 anno a Chlodovei tranſitu 37. id eſt (ut receptior hodie fert ſententia) Chriſti 548. morte extinctus eſt. Aſt veri putamus ſimile, Monaſterium nondum conſummato Theodeberti in Glannafolium contigiſſe acceſſum, quem Fauſtus vel Odo inverſo rei geſtæ ordine recitaverit. Nam alius Auctor infra num. 59. Theodeberto tribuit Regni annos 14. qua in re bene cum Gregorio Turon. in loco citato conſentit.

AN.CHR. 584 15.Januar.

ptum Regiæ dignitatis facere juberet ſuper teſtamentum, quod ipſe de propriis rebus; quas loco illi tradiderat, ſcribere rogaret. Quod Rex libentiſſime annuit. Tunc in conſpectu Regis allata ſunt munera non modica in argento & auro, gemmis quoque & diverſarum veſtium multiplicitate, quæ iſdem vir eo die Domino & Sanctis ejus obtulit. Dimiſit etiam viginti ex ſervis ſuis liberos, prius eos ditans magnis donis. Deinde veniens ante ſacro-ſanctum altare, aſtante B. Mauro cum omni Congregatione, Rege quoque ex altera parte, cum populi numeroſitate quæ cum illo venerat, ac cingulum militiæ, quo eatenus uſus fuerat, deponens *a*, atque ſuper altare mittens; jubente viro Dei Rex primus poſt eum de coma capitis ejus totondit, deinde quicumque ex Optimatibus voluit. Rex quoque præ gaudio lacrymas fundebat, congaudens devotioni ejus animi: vocanſque ad ſe nepotem ipſius Flori, nomine RANDRAMNUM, dedit ei per Sceptrum Regale quod manu geſtabat, quæcumque Florus patruus ejus ex Regali poſſederat dono.

Confirmat Rex donata a Floro. *Florum ipſe & Beatus Maurus attondent.*

S. Mauro rogante Rex in monaſterio reficitur.

54. Poſthæc ſanctus Domini deprecatus eſt Regem, ut domum quæ hoſpitibus ſuſcipiendis aptiſſime omni compendio ac decore conſtructa fuerat, dignaretur intrare. Quam cum Rex ingreſſus fuiſſet, Vir Dei antequam pedibus ejus toto corpore proſtratus fuiſſet, ab eo cum nimio levatus pavore, ac inquiſitus quid vellet, reſpondit dicens: Hæc eſt petitio, quam a veſtra, vice omnium ſervorum Dei qui in hoc degunt Cœnobio, expoſco ſublimitate, ut veniat Rex cum ſervis ſuis, & alimenta cibi ac potus quæ ei devotione & ſervitute * ſunt præparata Monachorum, percipiat cum gratiarum actione. Quod cum Rex renuere cœpiſſet, ſeque ne id fieret, humiliter vellet excuſare, unus ex Conſiliariis ejus, vir ſapientiſſimus, EBBO nomine, dixit ei: Perpendere tibi, mi Domine Rex, convenit, quorum deprecatione iſtam ſumere depoſceris refectionem. Si enim hi qui ita Deo, ſicut tua conſpicit Celſitudo, deſerviunt, tua aliquomodo triſtes effecti fuerint contradictione; Deum propitium habere non poteris. Quod Rex audiens, illico quod petebatur annuens implevit.

** al. ſervitio.*

Florum ad perſeverantiam hortatur.

55. Cumque abundantiſſime cum ſuis omnibus qui cum eo venerant refectus fuiſſet, antequam egredi a Monaſterio cœpiſſet, Florum ſibi amantiſſimum virum ad ſe deduci præcepit; qui cum ei Monachili jam indutus habitu fuiſſet adductus, Rex uſque ad ſuffuſionem vultus lacrymis permotus ait illi: Gratias omnipotenti Deo pro tua referimus converſione: ſed tibi ſollicite procurandum ac ſummopere pervigilandum eſt, ut ſicut in ſæculari habitu conſtitutus, ſtrenue ſemper ac nobiliter abſque dedecore converſatus es; ita nunc quoque in hac ſanctiſſima quam expetiſti Religione ſine reprehenſione Deo ſemper placere ſatagens, proficias quotidie de virtute in virtutem, quouſque Deum deorum in Sion felici poſſis cernere exultatione. His dictis, diutius in oſculis ejus immoratus, ac benedictione quam expetierat, beati Mauri roboratus, Andecavis ipſo die reverſus eſt.

Benedictionem a S. Mauro petit.

S. Maurus paralyticum ſanitati reſtituit.

56. Beatus vero Maurus altera die ad inviſendum recipiendumque fiſcum, quem iſdem Rex ad ipſum contulerat Monaſterium, eſt egreſſus. Cumque per biduum ibi commoratus fuiſſet, paralyticus quidam qui in eadem villa per ſeptem annos toto corpore deſtitutus in lecto abſque ſenſu jacebat, deportatus atque oblatus eſt. Super quem cum Vir Dei benedictionem ſuam dediſſet, ita ſanus effectus eſt, ac ſi unquam nihil mali de ipſa pertuliſſet deſtitutione.

Multi ſæculo renunciantes ejus ſe ſubdunt magiſterio.

57. Inde reverſus ad Monaſterium, ſollicite more Magiſtri ſui ſingulorum ſecum habitantium mores & vitam perſcrutans, ac verbum vitæ publice & privatim eis annuntians, atque antiqui hoſtis verſutiſſimas & multiplices inſidias detegens, proficere eos ad meliora quotidie hortabatur. A ſecundo ſiquidem adventus noſtri ad eumdem locum anno, nobiles ad eum viri undique convenire cœperant, ac ſe omnipotentis Dei ſervitio tradentes ejus cohabitatio-

---

a An Florus annum probationis exegerat? Nam Novitius *nec tondetur nec veſtimenta priſtina immutat, priuſquam obedientiam promittat*, ut canon. 28. Conc. Aquiſgranenſis tempore Ludovici Pii ſtatuit juxta Regul. S. Bened. cap. 58. Lege Greg. Mag. lib. 8. Epiſt. 23.

AN. CHR. 584

tionem expetere, nonnulli vero filios ſuos Deo per magiſterium ejus inſtituendos offerre. Unde factum eſt, ut vigeſimo ſexto anno fundationis ipſius Cœnobii, Congregatio centum quadraginta Fratrum illic adunata eſſet. Qui numerus tunc a B. Mauro ſcriptus, & auctoritate tam ejus quam totius Congregationis præfixus atque ſtatutus eſt; ut nemo deinceps exiſteret, qui hunc numerum vel excedere, vel minuere unquam in ipſius Congregatione Cœnobii auſus fuiſſet: quoniam & res quæ ibi jam tunc delegatæ erant, tantorum Fratrum numero in his quæ neceſſaria erant, ſufficiebant: & ſi amplior eſſet numerus, occaſionem patiendæ neceſſitatis forte inſerre potuiſſet.

15. Januar. Statuit ut ſuo in Monaſterio ſint 140 Monachi.

58. Sed ut ad id redeam unde digreſſus ſum, cum prædictus FLORUS annis duodecim, menſibus tribus ac diebus totidem ſanctiſſime, ut nobiliorem decebat, nobiliſſimus vixiſſet in omni religione, duodecimo Kalendarum Septembrium *a* feliciter migrans ad Dominum, diem clauſit ultimum. Filius vero ejus BERTULFUS, quam perfectus fuerit in omni ſacroſancta obſervatione, ſequens lectio demonſtrabit.

Florus ſancte obiit die 21. Octobr.

59. THEODEBERTUS igitur Rex, cum quatuordecim annis ſtrenue ac nobiliter Francorum gubernaſſet Regnum, THEODEBALDO filio ſuo ſedem Regni poſt ſe dereliquit. Qui juxta patris ſui imperium, non minimum, quo advixit tempore, tam beatum Maurum, quam noſtram dilexit Congregationem. Hic itaque patris ſui ſequens veſtigia, qui nobiliter locum Congregationis ejus eum ibidem ordine quo ſupra inſeruimus adveniſſet, honoravit: cum & ipſe poſt mortem patris B. Maurum, ac ipſum locum, aliquando veniſſet inviſere, contulit & ipſe nihilominus, ut magnificentia Regia dignum erat, teſtamentaria auctoritate ibidem villas duas, quarum una vocabatur Villa Fabrenſis, altera vero Voſda.

Theodebaldus quædam donat S. Mauro.

60. Sed & hic cum parvo tempore Regni apicem honorifice cum pace obtinuiſſet, immatura præventus morte, CHLOTHARIO principatus dimiſit Monarchiam. Qui Chlotharius audita fama B. Mauri, frequenter eum ad ſe evocans, ejus ſapientiſſimis utebatur conſiliis. Denique cum aliquando B. Maurus duos ex Fratribus pro aliquibus neceſſitatibus ad eum tranſmiſiſſet, ab ipſo benigne omnia pro quibus ierant, annuiſſet; inquirere ab eis ſollicite cœpit, quid vel qualia deceſſores Reges ſui noſtro contuliſſent loco. Quæ cum ab eis reſciſſet; ait: Et noſtra Deo propitio largitas ipſi non deerit loco; præſertim cum ampliorem illis tam Regni quam divitiarum obtineamus poteſtatem, & bonam a Domino operandi percipimus voluntatem.

Clotarius I. S. Maurum ſæpe ad ſe evocat; ejuſque utitur conſiliis.

61. Hujus temporibus dum B. Maurus Villas ac prædia Monaſterii curam gerendo & diſponendo circumiret, quadam die in poſſeſſionem Monaſterii, cui Gaudiacus nomen, eſt ingreſſus, refrigerandi gratia ſecretiorem locum petiit. Quo cum ſederet, & cum duobus Monachis qui cum eo venerant, Pſalmos decantaret, nuntiatur ei, ANSEGARIUM Archidiaconum Eccleſiæ Andecavenſis ſtare pro foribus, eique colloqui deſiderare. Cumque Vir Dei, ut ingrederetur, juſſiſſet, & ille poſtquam ea pro quibus venerat peroraſſet, Vir Dei ſanctus Maurus Simplicium vocans Monachum, ait illi: Virum hunc, qui nobis pro ſua reverentia & affabilitate dudum familiaris effectus eſt, poculo charitatis potare ac vino ſanctæ dilectionis inebriare, ut ſpirituales ſpiritualiter debemus. Cui cum Simplicius dixiſſet, non eſt nobis quidquam vini, niſi tantum in uno parviſſimo vaſculo, quod ad ſellam pendere conſuevit; ſanctus Domini Maurus dixit illi: Defer illud huc. Cumque allatum fuiſſet, adjecit: Panem etiam huc deferte. Et cum coram eo panem quoque attuliſſent, ſignum Crucis contra parviſſimum vaſculum faciens dixit: Potens eſt Dominus qui menſam populo ſuo in eremo paravit, & aquam in abundantia de petra produxit, etiam & nobis ſervis ſuis de hoc parvulo vaſculo ſufficienter vini miniſtrare affluentiam. Mirum dictu, pene & incredibile facto opus eſt ſecutum. Cum enim ſeptuaginta * & eo amplius homines ibi adeſſent, qui tribus vici-

Signo Crucis vinum multiplicat.

* al. ſexaginta.

a Eo die in multis Martyrologiis ejus inſcriptum eſt nomen, inquit Bollandus.

AN.CHR. 584 — 15. Januar.

bus de ipſo biberent vaſculo, ita ſemper plenum repertum eſt, acſi intactum poſt primam permanſerit impletionem. Hoc miraculum nobis Simplicius cum ad Monaſterium eum ipſo B. Mauro reverſus enarraſſet, Heliſæo eum ſimilem decrevimus æſtimandum, qui paucis de cibariis plurimos in longum pavit artifices.

Cancro laborantem ſanat.

62. Ex eo loco cum ad Monaſterium reverteretur, obvium habuit in media via quemdam virum plebejum, cui cancri ulcus ſuperius occupans, tam labrum, quam naſum, quamque etiam majorem genarum aſſumpſerat partem. Cujus calamitatem Vir Dei miſeratus, decontra Crucis ſigno edito priſtinæ eum reſtituit ſanitati.

Chlotharius varia erogat.

63. Per idem tempus CHLOTHARIUS Andecavis veniens, Viro Dei ad Monaſterium ſe ire velle mandavit. Cui cum a Viro Dei ut veniret remandatum fuiſſet, paucis ſecum aſſumptis ire perrexit. Cumqne veniſſet, tradidit ad ipſum locum fiſcum Regium, qui Blazon * nuncupatur: villam etiam, quæ Longus-campus dicitur, auctoritate Regia ibidem delegavit. Quem etiam B. Maurus deprecatus eſt, ut Regali edicto firmare dignaretur, quatenus Congregationi loci ipſius electionem propriam per ſuccedentia liceret habere tempora. Quod cum præcepto Regiæ poteſtatis juxta petitionem Viri Dei Rex libenter annuiſſet, comitatus ejus benedictione, profectus eſt.

* al. Blanzon.

Electionem Abbatis liberam Rex Monachis relinquit.

S. Maurus deponit omnes rerum temporalium curas.

64. Eo tempore beatus Maurus non facile jam de Monaſterio egredi uſpiam volebat, ſed ordinatis Præpoſitis ac reliquis adminiſtratoribus, ipſe ſoli Deo, orationi quotidie ac lectioni vacans, ferventius multo quam cœperat, deſervire in ſancto procurabat propoſito. Cumque gregi ſuo de die in diem incrementa ſanctæ religionis augmentari in melius conſpiciens, omnipotenti Deo labiis exultationis ſacrificium offerret devotiſſimæ laudationis, trigeſimo octavo ipſius Monaſterii fundationis anno, cum ad perfectam jam veniſſet ætatem, & juxta prophetiam beatiſſimi Magiſtri ſui, qui eum poſt conſummatam trinam vicenorum annorum decurſionem, meredem operum ſuorum a Domino recompenſandam eſſe prædixerat, finem vitæ ſuæ jam propinquantem cognoſceret; ædificata ſibi domuncula juxta B. Martini Eccleſiam, remotiorem delegit vitam aſſumere.

Secedit ad Eccleſiam S. Martini. Bertulfum ſibi ſubſtituit.

65. Sed quia grex ſanctæ Congregationis ſine Rectore qui ſuper eum ſollicite intenderet, eſſe non poterat, omnem convocans Congregationem de ſubſtituendo ſibi Abbate ſollicitius pertractabat. Cumque omnis Congregatio Cœnobii hoc in ejus poſuiſſet deliberatione, utpote qui omnes melius quam ſe unuſquiſque eorum cognoſceret; ipſe Pater ſanctiſſimus BERTULFUM nobiliſſimum ac perfectiſſimum in omni religione virum, quem ipſe ſanctiſſimus edocuerat ad tale onus ſuſcipiendum, idoneum eſſe judicavit. Cui cum omnis Congregatio in tali electione aſſenſum præbuiſſet, ipſe Sanctiſſimus in loco eum ſeſſionis ſuæ ſedere conſtituens, ae ſingula ei in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno inſinuans amore, intra domum, quæ ei, ut diximus, prope Eccleſiam ſancti Martini conſtructa fuerat, ſe recepit, duobus tantum ad ſibi cohabitandum & ſerviendum ipſius Congregationis electis Fratribus, PRIMO ſcilicet atque ANIANO *; nobis enim qui cum eo veneramus, Bertulfo quem Abbatem conſtituerat, ſollicite adeſſe ac invigilare præcepit; ne forte in aliquo a rectitudine Regularis tramitis deviaret.

* al. Amando.

Dæmonem ſibi inſultantem abigit.

66. Cumque duos ac dimidium taliter in contritione ſpiritus & corporis maceratione complesſet annos, quadam nocte cum more ſibi ſolito Eccleſiam B. Martini intrare vellet, & vota precum ac lacrymarum Domino perſolvere, diabolus magna obſequentium conſtipatus caterva ab ingreſſu eum prohibuit Baſilicæ dicens: Eja Maure, qui nos a propriis deturbare ſperas ſedibus, tam longiſſimas tibique ac tuis incognitas adiſti regiones, nunc videndo ac experiendo noſtræ perferes immiſſionis deſtituentiſſimam depopulationem. Ego enim prout libuerit ſtrages diverſarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo: ita ut vix aliquis de tanta iſthic adunata remanere videatur Congregatione. Cui cum Vir Domini reſpondiſſet: Increpet Dominus in te Satan, & in verbis tuis, quibus mendax es, & pater ejus; inimi-

micus velut ſumus evaneſcens, ſtrepitum immaniſſimum ac terrificum dedit; AN.CHR.
ita ut etiam ipſi Viro Dei Monaſterium omne funditus contremuiſſe fuerit viſum. 584
Quo ſonitu Fratres expergefacti, ingentique pavore perculſi, ſtratis illico exſilientes, ſigna pulſare cœperunt, ac ſynaxim decantare nocturnam. 15. Januar.

67. Interea cum Vir Dei nimia afflictione ac tædio pro his quæ audierat, mœrens, ingreſſus Eccleſiam B. Martini Dominum deprecaretur, ut illi certius ea quæ malignus ei dixerat ſpiritus, revelare dignaretur; Angelus Domini ei „ continuo candidiſſimo amictus habitu aſtans dixit: Quid dilectiſſima Deo anima ita mœrore pro his quæ a Deo agi diſpoſita ſunt, afficeris? Nam diabolus, licet totius mendacii obtineat caput, multa tamen conjiciendo, de his præcipue quæ frequenter eſt expertus, prænoſcit. Unde ſcias eum, non ſua voluntate, ſed imperio Dei ea quæ tibi prodidit, reſeraſſe. Nam aliquo modo verum eſt quod audiſti. Pars enim maxima hujus Congregationis infra breve tempus colligetur ad Dominum, ut ab ipſo præfixum & ordinatum eſt: ſed non propter hoc ipſe, ut aſſerit, de aliquo iſtorum vel modicum triumphabit. Tuis enim admonitionibus & exhortationibus inſtructi, paratus unuſquiſque vocationis ſuæ diem expectabit gaudens. Quos cum omnes, qui moderno obibunt tempore, præmiſeris felix, ut promeruiſti felicior ſubſequeris.

Ab Angelo diſcit multos ſuorum brevi morituros.

68. His dictis, viſio Angeli adſtantis ac colloquentis ablata eſt. Sanctus autem Domini facto mane omni Congregationi cuncta quæ viderat per ordinem enarravit. Deinde paterna erga eos uſus ſollicitudine, taliter illos eſt allocutus: „ De his quæ ſervi Dominum velle cognoverint, ſi aliquo modo triſtari cœperint, voluntati Domini contra ire ipſa ſua videntur triſtitia. Et ideo quia ipſe mortalibus terminum finiendæ poſuit iſtius vitæ, qui præteriri a nullo natorum valet, ſed ex eo quo primis hominibus mortem minatus eſt, ira ejus in hac irrevocabili permanet ſententia; nos quibus voluit, & quo ordine decrevit, dies hujus vitæ in proximo finiendos eſſe pateſecit, maculas commiſſorum facinorum lacrymis pœnitentiæ & maceratione tergamus corporis; & ſicut Propheta admonet, ſcrutantes ſollicite vias atque opera noſtra, prævenimus faciem Domini in confeſſione, ut atria ſupernæ civitatis in hymnis valeamus intrare confeſſionum, ejuſque claritatem cum Sanctis omnibus revelata facie perpetuo contemplari digni inveniamur. Et quia, dilectiſſimi Fratres, nunc tempus adeſſe cognoſcimus, ut incipiat judicium de domo Domini, judicia ejus quæ aliquando quidem occulta, numquam tamen ſunt injuſta, reverenter, ut ſervos boni Domini decet, ſuſcipientes ac perferentes, ſurſum erectis cordibus adoremus: ſummopere procurantes, ne qua minus perfecta nos accuſet actio: ac attentius vigilantes, ne calcaneo noſtro tentator inſidians, muſcipula nos deceptionis in via hac, qua jam undecima ingredimur hora, illaqueare poſſit.

Eos hortatur ut ſe ad mortem parent.

69. Hac exhortatione & admonitione ſancti viri, ita omnis Congregatio ad horam ultimam libere expectandam præparare ſe cœpit, ut omnes, qui illo tempore ab hac vita de ipſo loco migravere, cœleſtem aſcendiſſe ad patriam nulli ſit dubium. Factum eſt enim ut infra quinque menſes centum ſedecim ibi morerentur Fratres, nec plus de tanto grege quam viginti quatuor remanerent Monachi, inter quos etiam tunc ANTONIUM & CONSTANTINIANUM [a] comites & ſocios noſtros ſepelivimus. Expleto autem tanto numero eo tempore in eodem loco mortuorum, dolor lateris graviter beatum invaſit Maurum, qui languore ingraveſcente, quadrageſimo primo adventus ſui ad eumdem locum anno, decimo octavo Kalendarum Februariarum die, ante altare B. Martini ſu-

Mortuis 116 Monachis, ipſe pleuritide correptus, ſupra cilicium ab humanis exceſſit.

Die 15. Januarii.

[a] De Antonio & Conſtantiniano nihil præterea legimus, quam quod in lib. 4. Chron. Caſſin. cap. 64. ſcribitur, Callixtum Papam II. primo ordinationis ſuæ anno, Chriſti 1119. ad Monaſterium S. Mauri in Glannafolio ſitum perveniſſe, rogatumque a Monachis Caſſinenſibus qui ſecum venerant, necnon a Girardo [illegible] loci Abbate, ejuſdem Confeſſoris Chriſti Mauri Eccleſiam ſolemniter dedicaſſe, & in ea corpora SS. ANTONII & CONSTANTINIANI, qui de Caſſinenſi Cœnobio ad Gallias cum B. Mauro perrexerant, cum maxima reverentia poſuiſſe. Quæ corpora in Monaſterio Glannafolienſi amplius non exſtant, ſive a Calviniſtis in Ligerim cum aliis Reliquiis projecta ſint, ſive humo defoſſa lateant.

AN. CHR. 584. 15. Januar.

Sepultus in Eccleſia S. Martini. Claret miraculis.

per cilicium ſtratus ſui decubans, cum exitum ſuum vivificorum muniſſet perceptione Sacramentorum, adſtantibus qui relicti erant diſcipulis feliciter migravit ad Dominum: ſepultuſque eſt in eadem Baſilica ad dexteram partem altaris: in quo loco meritis & orationibus ejus multa & magnifica & admiranda operatur Deus ad laudem & gloriam ſui nominis.

70. Poſt denique obitum ipſius ſancti viri, cum ego una cum SIMPLICIO, ſicut ipſe nobis ipſo die depoſitionis ſuæ præceperat, ad noſtrum reverti voluiſſemus Monaſterium, vir Domini BERTULFUS nos obteſtando deprecatus eſt, ne illum quo adviveret deſereremus tempore; quem cum offendere pro ſua ſanctitate auſi non fuiſſemus, per biennium *a*, quod ſupervixit, cum illo morati ſumus. Quo defuncto, cum FLORIANUS, vir totius religionis, filius ductoris noſtri Harderadi, qui a B. Mauro nutritus fuerat, ei in Monaſterii regimine ſucceſſiſſet, ac nos multis precibus retinere voluiſſet, reverſi ad vos, o ſanctiſſimi Patres, Deo gubernante ſumus; atque hæc veſtris obſecundantes imperiis, de vita & converſatione ſeu virtutibus B. Mauri, imperito licet ſermone conſcripſimus. Dies autem vitæ B. Mauri ita ſupputantur. Oblatus eſt Deo, ac traditus B. Benedicto cum duodecim eſſet annorum: habitavit cum eo viginti annis: commoratus eſt in Monaſterio ſuo, quod ipſe ædificavit, annis quadraginta, diebus quatuordecim: qui ſimul fiunt anni ſeptuaginta duo, & dies quatuordecim. Per omnia benedictus Deus, qui regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Rediere Caſſinum Fauſtus, & Simplicius.

Ætas S. Mauri.

ALIA VITA EJUSDEM

Paulo Diacono auctori perperam adſcripta.

Ex Proſperi Martinengii Tomo tertio.

I. Auctoris invocatio.

DUX, via, vita, tuis, decus & laus, gloria, virtus,
  JESU lux lucis, dux, via, vita tuis.
Tu facis omnipotens animalia muta profari,
  Quod tibi cumque placet, tu facis omnipotens.
Da precor ut referam ſancti magnalia MAURI,
  Quæ per te geſſit, da precor ut referam.
Cum duodennis erat, BENEDICTO eſt traditus almo,
  Contempſit mundum cum duodennis erat.
Deſinit eſſe puer, Monachus poſtquam incipit eſſe,
  Moribus, haud ævo, deſinit eſſe puer.
Quis rogo non ſtupeat jejunia continuata?
  Exſomnes noctes quis rogo non ſtupeat?
O lacrymas, gemitus, o longa ſilentia, frigus;
  Calcea ſtrata, ſagum, o lacrymas, gemitus;
Emicat a puero virtutum lumine Maurus,
  Eximiis ſignis emicat a puero.
Quis trahat æde vagum ſancta Pater aſpicit almus,
  Aſpicit & Maurus quis trahat æde vagum,
Puſio lapſus aquis Benedicto mente videtur,
  A Mauro eripitur Puſio lapſus aquis,

Maurus duodennis Monachus efficitur.

II. Virtutibus & ſignis clareſcit.

Ob-

a Si S. Maurus ineunte anno 584. mortuus eſt, (quod in Præfatione noſtra expendimus) Bertulfo biennio poſt defuncto Fauſtus in Italia regreſſus eſt, & quidem *ultimam pene jam agens ætatem*, ſupra num. 5. Quod ſi ita eſt, cur ad tempora Bonifacii Papæ tertii ſive quarti, nimirum poſt annos 20. Vitæ Sancti Mauri ſcriptionem diſtulit ſenex capularis? Et tamen Fauſtum poſt vulgatos Gregorii M. Dialogorum libros huic lucubrationi operam dediſſe conſtat ex iſtis Actis, in quibus Gregorii ejuſque Dialogorum frequenter meminit. Ne quis vero dicat locos illos ab Odone Abbate ſubornatos, occurrit illum miraculum a Gregorio Magno (ut num. 14. dicitur) prætermiſſum de puero claudo & muto per B. Maurum curato: quod ſane miraculum neſcio quo modo in Odonis venerit notitiam, ſi illud ex Fauſti lectione non didicit. Exiſtimamus igitur mendum in notas Chronologicas irrepſiſſe, ac Bertulfum pluſquam biennio, immo forte duodecennio ſuperfuiſſe Sancto Mauro, atque Fauſtum ſerius in Italiam reverti. Alias Fauſtus anno Chriſti 586. adeo ultimam nedum jam agebat ætatem, ut vix annus ſexagintaeſſe prætergreſſus, qui ſeptennis S. P. Benedicto in Monaſterio Caſſinenſi non ante annum 530. oblatus eſt, num. 2.

AN CHR. 584 15. Januar.

Obſtupeat ratio Maurus quod in amne cucurrit,
En Petrus alter adeſt, obſtupeat ratio.
Greſſibus, eloquio caſſum luxere parentes,
Hic prece donat eum greſſibus, eloquio.
Poſt Patris hunc obitum ſperabat habere Caſinus,
Optabat Patrem poſt Patris hunc obitum.

III. In Gallias mittitur.

Glannaſoli Pater eſt nimium mœrente Caſino,
Præcepto patris Glannaſoli Pater eſt.
O Benedicte tuus replet omnia rumor, alumnus
A Gallis petitur o Benedicte tuus.
Concio tota dolet quod Gallia poſtulet illum,
Quod ſe deſtituat concio tota dolet.
Dat Benedictus ei libram, vas, atque libellum,
Oſcula dant Fratres, dat Benedictus ei.
Proſequitur ſuper hæc ad portam digredientem,
Digreſſum donis proſequitur ſuper hæc.

IV. Reliquias & Epiſtolam a Sancto Benedicto accipit.

Deſtinat almus ei ſacra xenia Relliquiarum,
Hiſque docens verbis deſtinat almus ei.
Accipe, care mihi, nunc ultima dona Magiſtri,
Extremos apices accipe, care mihi.
Hæc tibi, mi ſoboles, noſtrum teſtentur amorem,
Munimen præſtent hæc tibi, mi ſoboles.
Octo decemque quater complebis tempora terris,
Aſtra petes actis octo decemque quater.
Jam valeas abiens, contraria perpetieris,
Proſper erit Dominus, jam valeas abiens.

V. Miracula in via facit.

Plurima dum graditur fiunt contraria Mauro,
Signa facit Maurus plurima dum graditur.
Fractus ab arce ruens nullo medicante valeſcit,
Hoc orante valet fractus ab arce ruens.
Oſſa pedis ſubito caſus diſtorſit equeſtris,
Torta regit Maurus oſſa pedis ſubito.
Luminis officium poſcit ſibi cæcus ab ortu,
Et recipit tactu luminis officium.
Seminecem puerum flet mater, & iſte dolens flet,
Mox prece dat vegetum ſeminecem puerum.

VI. S Benedicti felicem videt exitum.

Quod Pater aſtra petat, videt abſens, dixit ut ille,
Angelus huic monſtrat quod Pater aſtra petat.
O Benedicte via conſcendis ad æthera mira,
Fac iter hac nobis, o Benedicte, via.

Exanimi vitam reſtituit.

Corruit Æditυus ſtructo jam pariete quidam,
Pene obitis poſtquam corruit Æditυus.
Hunc Pater egregius deportat ad oſtia templi,
Soſpitat & precibus hunc Pater egregius.
Validus obſtupuit, qui venerit inſcius illuc,
Quod ſubito valeat validus obſtupuit.

VII. Alia ſigna patrat.

Spiritibus ſatanæ tres dat detractio ſabros,
Hos adimit Maurus ſpiritibus ſatanæ.
Ex tribus eripuit vitam malus Angelus uni,
Morti unum Maurus ex tribus eripuit.
Vir benedictus ab hoc ſeptenni ex clade valeſcit,
Mox ſurgit ſoſpes vir benedictus ab hoc.
Vaſe merum mageſit, manus hujus quod benedicit,
Quoque magis bibitur vaſe merum mageſit.
Canceris ulcus habens naſum labra perdiderat jam,
Hoc ſignante valet canceris ulcus habens.

Oſtia

AN.CHR.
584
15. Januar.

Oſtia Baſilicæ cum noctu intrare pararet,
Ante ſtetit ſatanas oſtia Baſilicæ.
Maure agedum propriis ſoliis nos pellere ſperas,
Conſule ſi valeas Maure agedum propriis.
Vix tibi, vix aliqui remanebunt ex grege tanto,
Omnes ſunt noſtri, vix tibi, vix aliqui.
Ut libitum fuerit, ducam de hac plebe triumphos,
Occidam, ſternam, ut libitum fuerit.

IX. Dæmonis terriculamenta ſuperat.

Increpet Omnipotens, inquit, ſatana, Deus in te,
Inque tuis verbis increpet Omnipotens.
Hæc ubi verba dedit, ſatanas velut aura recedit,
Introit ipſe domum hæc ubi verba dedit.

X. Ab Angelo futuram ſuorum mortem diſcit.

Dum rogitat Dominum, ſolatia cœlitus adſunt,
Angelus adſtat ei dum rogitat Dominum.
Deſere triſtitiam, Domini chariſſime, juſſus
Prodidit hæc ſatanas, deſere triſtitiam.
Tempore quippe brevi veſtrum pars major obibit,
Tu quoque ſumma petes tempore quippe brevi.
Ne metuas quod ait ſtraturum ſe fore cunctos,
Ejus nullus erit, ne metuas quod ait.
Hæc Pater eximius præſcivit munere Chriſti,
Fratribus exponit hæc Pater eximius.

XI. Moritur.

Aſtra petens obiit parvo pars maxima Fratrum,
Ipſeque poſt omnes aſtra petens obiit.
Conditus in tumulo ſignorum luce coruſcat,
In cœlis regnat conditus in tumulo.
Inde ſuos ſamulos Domino tribuente tuetur,
Viſitat, atque fovet inde ſuos famulos.

XII. Miracula poſt mortem.

Teſtis adeſt ſuper hoc eæſus per ſomnia JACOB *a*,
BILHEIL, ac RORIGO teſtis adeſt ſuper hoc.
Teſtis adeſt ſuper hoc GAIDULFI terribilis mors,
ANAGUARETH *b* viſus teſtis adeſt ſuper hoc.

* Gaidulfus.

Impius ille * ferox famulos diſtraxerat ejus,
Ejus calce perit impius ille ferox.

* Anaguareth.

Hic pius *, ac reverens ipſius adiverat ædes,
Ipſum ſpectat inus hic pius ac reverens.
Cantica, vota, preces tibi tunc dabat, Angele, Maurus,
Tuque dabas Domino cantica, vota, preces.
Sæpius, inquit, ego quid agam, ſpeculatus es iſthic,
Viſo meos famulos ſæpius, inquit, ego.
His ſua qui rapiunt inhibentur cœlitus hoſtes,
Amentes fiunt his ſua qui rapiunt.
Bis famulum perimens famulum vice reddidit ejus,
Sed miſere periit bis famulum perimens.
Ejus apud tumulum miracula plurima fiunt,
Cœlica turba canit ejus apud tumulum.
Ejus apud tumulum repetit pedis actio claudos,
Eſt data lux cæcis ejus apud tumulum.
Ejus apud tumulum valuit paralyticus una,
Eſt data vox mutis ejus apud tumulum.

Octo

---

a Glannafolienſe Monaſterium a Gaidolfo Ravennate, cui a Pipino commiſſum fuerat, miſere direptum Rorigo Andecavenſium Comes & Bilechildis ipſius uxor reſtaurare cœperant. Dum vero in cœpto opere aliquantiſper tepeſcerent, Jacob Abbas Cormaticenſis apud Turones ſemel iterumque cœlitus admonitus dum eos ad opus urgere diſſimulat, S. Mauro pœnas luit. Hæc repetenda ſunt ex hiſtoria everſionis ac reſtaurationis Glannafolienſis, quam Sæculo 4. Benedictino referemus.

b Anaguareth Brito mira ad S. Mauri ſepulchrum vidit, ex eadem Hiſtoria.

ANCHR. 584
15. Januar.

XII.
Auctor ſe Caſſinatem Monachum indicat.

Octo fuere ſimul vario languore gravati,
Incolumes illic octo fuere ſimul.
Omnia ſi referam tempus me deſeret ipſum,
Vox me deficiet, omnia ſi referam.
Ipſe Caſinus ovat potiens magnalibus ejus,
Ejus & exuviis *a* ipſe Caſinus ovat.
Ipſius hic meritis multis datur eſſe valentes,
Salvantur plures ipſius hic meritis.
Hic Pater alme tuis præſens famulantibus eſto,
Auxilium confer hic Pater alme tuis.
Hic Pater alme tui memor adſis diſcipulatus,
Patris adeſto comes hic Pater alme tui.
Fac prece, fac meritis hoſtem ſuperemus iniquum,
Nos vobis ſocios fac prece, fac meritis.
Te Patre noſtra cohors poſt Patrem caſſa dolebat,
Cum Patre lætetur te Patre noſtra cohors.
Sint ſuper aſtra poli grex cum Paſtoribus omnis,
Cum grege Paſtores ſint ſuper aſtra poli.

HYMNUS DUPLEX DE S. MAURO,

Auctore Alfano ex Monacho Caſſin. Archiepiſcopo I. Salernitano, qui anno 1060. floruit.

Ex Tomo ſecundo Italiæ ſacræ.

QUID tuo nobis potius placere
In die debet, tibi quam decoris
Fortius niti precibus vel hymnis,
Optime MAURE.
Tu ſacris quondam puer inſtitutis
Maximum vitæ ſtudium perennis,
Unde præclaris rutilas triumphis,
Hic didiciſti.
Es memor quantæ fidei fuiſti,
Cum tuos mollis tulit unda greſſus,
Excito curſu PLACIDUM profundo
Fonte levaſti.
Illud eſt inter tua ſigna valde
Dulcius nobis, quod & hac in arce
Languido greſſum ſimul & loquelam
Reſtituiſti.
Hic viam longe poſitus videbas
Palliis ſtratam, facibus coruſcam,
Quam Pater cœlum BENEDICTUS olim
Noſter adivit.
Quod tibi quondam fieri petebas,
Lege ſub qua nos modo Regulari
Graviter vivens, prece da perenne
Vivere nobis.
Ipſe fundator placidæ quietis
Hujus, hoc tecum faciat rogamus:
Nam quod optamus, benę ſi velitis
Ferre poteſtis.

Vel-

a Auctor agere videtur hic de Brachio S. Mauri a S. Odilone ad Caſſinates tranſmiſſo, ut Leo Marſicanus in lib. 2. Chron. Caſſin. cap. 53. ſcribit.

AN.CHR. 584 15. Januar.

Velle det vobis pietatis auctor
Rex Deus, cum quo ſine ſine regnet
Filius compar, ſed & utriuſque
Spiritus almus. Amen.

ALTER.

GAudere, Fratres, nos hodie decet,
Et quæque cordis triſtia ſpernere,
Summa Beati lætitia Viri
His cujus odas pangimus organis.
Hæc illa lux eſt qua ſubiit polum
MAURI ſolutus corpore ſpiritus:
Sic Regis acta militia ſui
Tantæ quietis præmia pertulit.
Cœleſtis aulæ factus œconomus
Præſtat benigne digna petentibus,
Qui noſtra ſumpto mox ſibi munere
Illuſtret almo pectora lumine.
Hic ARDERADI membra miſerrime
Colliſa caſu protinus integre
Sanavit olim, cum ſua ſæculo
Fulgebat omni mens ſimul & caro.
Fracto medelam de pede SERGIO,
Lumenque cæco præbuerat LINO,
Senſu carente ſubſtulit a nece,
Ejuſque vixit mortuus ad precem.
O MAURE felix, quæſumus utere
Quo jam ſolebas, & modo pleniter
Noſcat Caſſini dulce ſolum tibi
Quid tanta poſſit gloria quàm * cluis.
Fac quod rogatur nunc tua charitas,
Nam juris hoc dat legibus æquitas
Debere quemque pro patria mori.
Tu vive, ſed nos vivere fac tibi.

Quatuor ultimi verſiculi deſiderantur & Hymni concluſio.

* *f.* qua

ALIUS HYMNUS DE S. MAURO.

Ex Breviario Caſſinenſi a ſexcentis fere annis manu deſcripto, quod R. P. Paſchaſius Queſnel Oratorii Presbyter communicavit.

COnfeſſor Domini MAURE Paterni
Summi pro meritis Nominis hæres
Collibratus ades Regis amicis
Cunctis præcipuis Omnitenentis.
Clemens viſe locum quo puer olim
Obverſatus eras dogmate ſacro,
Oblatus Domino dote parentum,
Nutritore cluens jam duodennis.
Parens imperio curris in undis,
Erepto ſocio laude bearis,
Primum Diſcipulum ſic imitaris,
Qui primus liquidas preſſerat undas.
Claudus te querula voce perurgens
Exin nempe tua fert prece greſſum.

Vir-

Virtutum ſtudiis tantus haberis, AN.CHR. 584 15. Januar.
Quod magnis Patribus par videaris.
Te Dux eximius ac Pater almus
Gallis Archiatrum dat animarum:
Hinc jam collacrymant oſcula Fratrum,
Abſceſſumque tuum flendo ſuſurrant.
Annos jam tibi dat aurea libra,
Ad lucis patriam lux tua ſpirat,
Qua ſolis radiis cuncta videntis
Perfuſus placidis late coruſcas.
Te nunc ſuppliciter quæſumus una,
Ut nobis veniam rite preceris:
Evicto ſtadio quo mereamur
Tecum perpetua ſede locari.
Præſtet Altithroni ſumma poteſtas
Qui cœli ſolio regnat in alto,
Solo velle ſuo condita ſervans
Fixus Imperitans cuncta regendo. Amen.

M O N I T U M.

Hiſtoriam Translationis S. Mauri exhibebit Sæculum 4. Benedictinum, 6. vero ejuſdem Brachii in monte Caſſino exceptionem.

PASSIO S. VINCENTII

ABBATIS LEGIONENSIS, RAMIRI & Sociorum Martyrum.

CIRCA AN. 584 11. & 13. Martii.

Ex Vetuſto Breviario Valliſoletano.

1. HISPANIAM, ſive id ſoli metallorumque ubertas, ſeu domeſticæ ſeditiones, ſeu cœli temperies effecerit, exteræ nationes & pleræque barbaræ ſæpiſſime occuparunt. Nam & Carthaginenſes & Romani & Gothi & Machometani & Vandali & Alani illam nonnumquam poſſederunt. Inter quas Svevi Germaniæ populi in illam irrumpentes, Calliacos atque vicinos illis populos in ditionem ſuam redegerunt.

Hiſpania ſæpius a variis occupata.

2. Svevi igitur Ariana hæreſi infecti, variis dolis varioque cruciatuum genere ſubditos ſibi populos in ſuam hæreſim pertrahere conabantur. Quorum Rex RICILIANUS *a* VINCENTIUM Abbatem Cœnobii ſanctorum Martyrum Claudii Luperci & Victorici in ſuburbio Legionis * urbis ſub Divi BENEDICTI Regula, virum orthodoxæ fidei obſervantiſſimum, ad ſe in concilium quod congregaverat adductum graviſſima objurgatione increpuit, quod in Arianum dogma non conſentiret.

Svevi Vincentium ad hæreſim pertrahere fruſtra conantur.
* Leon.

3. At cum Vincentius reſpondiſſet præſtare mori quam Catholicam fidem deſerere, quam Nicæna Synodus ſua auctoritate approbaſſet; hujuſmodi reſponſo in iram verſus Ricilianus ſpoliatum Vincentium, in medio concilio flagris crudeliter cædi imperat. Sed dum ſanguis ex flagellorum vibicibus fluere cœpiſſet in terram, jubet illum Rex tenebroſo carcere aſſervari obſeratis anulo regio

Vincentius flagris cæſus, ab Angelo curatur.

a De Rege ac tempore quo Vincentius Martyrium ſubiit, tres legimus Auctorum ſententias. Prima id factum eſſe aſſerit ſub Riciliano Svevorum Rege hujus nominis ſecundo circa annum Chriſti 554. uti Yepez in Chronico Bened. refert. Altera eſt Baronii S. Vincentii Martyrium ad Regem Leuvigildum referentis anno 584. Poſtrema eſt Ambroſii Morales, Joannis Marianæ & aliorum, qui Eram 668. ſeu annum Chriſti 630. adſignant. At cum ſententia de duobus Ricilianis nullo veterum nitatur fundamento, & Svevorum in Callæcia imperium anno 586. extinctum penitus atque ſublatum jam eſſet, Baronio potius accedimus. Certe Joannes Biclarenſis in Chronico anno 4. Tiberii, qui eſt Leuvigildi 12. refert, *Leuvigildum in Urbem Toletanam Synodum Epiſcoporum ſectæ Arianæ congregaſſe, & antiquam hæreſim novello errore emendaſſe*. Quæ optime quadrant iis quæ hic de Synodo narrantur.

CIRCA AN. 584.

gio carceris ſoribus. Sed divinitus ab Angelo multa luce carcerem illuſtrante ſuæ integritati reſtitutus, laudes Deo canebat.

11. & 13. Martii. — Capitis damnatur.

4. Productus itaque poſtridie in concilium, altiſſima voce coram omnibus fidei Symbolum, quo Arianorum hæreſis damnata eſt, in concilio cum recitaſſet, ſcilicet, *Nil prius aut poſterius, nil majus aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales*, morti addicitur. Juſſit autem Ricilianus ut ante Cœnobii ſui ſores occideretur. Quem cum occidendum ducerent, & ipſe Chriſti in Cruce pendentis verba repeteret, *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*, quidam ex circumſtantibus gladio ingenti vulnere illius caput percuſſit, quo ictu corruens ſpiritum Domino tradidit.

Suus monet de clada futura.

5. Monachi Martyris corpus noctu rapientes juxta Eccleſiæ parietem ſepelierunt ad Occidentem, ſuperinjecto ſepulturæ marmore & inſculpto carmine *a*, quod martyrium, ætatem & mores complectebatur. Viſus eſt Monachis vigilantibus inter Martyrum choros, quibus prædixit adeſſe videlicet Martyrii tempus ſi qui cuperent, aut oportere illos relicto Cœnobio in abditiſſimis locis ſe occultare.

Ex novo Breviario Valliſoletano.

Monachi alio fugientes Cœnobium conſtruunt.

6. Monachi ergo fuga ſibi conſulentes, in Callæciam ſe contulerunt: ubi aliud Cœnobium ædificarunt, cui ex relicto nomenclaturam indiderunt, S. Claudii ſimiliter appellantes. Quod a nigris, quales erant primi illi conditores, longo tempore inhabitatum, hodie a Ciſtercienſibus Monachis, qui ab illis ſub eadem Regula originem ducunt, incolitur. Corpus vero S. Vincentii divino nutu poſtea repertum & Ovetum * deportatum, in Cathedrali Eccleſia argentea theca reconditum aſſervatur, quam illi ex voto ſuis impenſis conſtrui curavit Magiſter Garſias ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus anno Domini ducenteſimo ſexageſimo octavo: *

* Oviedo.

* ſupple ſupra M.

Ramirus Prior morti ultro cum 12. ſociis ſe exponit.

7. Ramirus Monaſterii S. Claudii Legionenſis Prior, licet a Divo Vincentio dudum pro fidei Catholicæ defenſione ab Arianis occiſo de inſtante perſecutione admonitus, in aliam poſſet civitatem juxta Evangelii licentiam effugere; maluit tamen vitam corporis quam animæ in periculum duci: & quam a Deo inſufflante acceperat in ſpiraculo vitæ, hanc ipſi in carne mortui ſed in gloria reſurgentis Agni ſtola reddere purpuratam. Quare cum forti animo Reciliano Gothorum * Regi Ariano pro fide Catholica reſtitiſſet, mortem non fugit, ſed libenter excepit, dum ſatellitibus iniquiſſimi Regis ad Monaſterii fores occurrit: ibique duodecim Monachis in Martyrii conſortium adjunctis, impio ferro caput præcidendum, animam Deo reddidit coronandam circa annum Domini quingenteſimum quinquageſimum quartum *b*.

* l. Svevorum.

Quo anno?

Horum ſepultura dudum ignota detegitur.

8. Horum SS. Martyrum corpora ab illo tempore in dicto Monaſterio Sancti Claudii ad præſens uſque tempus permanſerunt: locum tamen in quo ſacra pignora quieviſſent, ſucceſſiva & longa temporis ſeries paulatim dedit in oblivionem, uſque dum circa annum Domini milleſimum nonageſimum quartum, dum vetuſtiſſimi Templi parietes præ ſenio jam ruinam periculoſam minantes in auguſtiſſimum Templum, quale nunc conſpicitur, commutandos expediens viſum eſt deturbari: ecce ſub altari ante omnem antiquorum memoriam Divo Ramiro dicato, ex impolito lapide fabricatus loculus ubi ſacrum ejuſdem Martyris corpus aſſervatum erat. Qui ſub altari novo eodem quo prius nomine conſecrato poſitus eſt, ſacra vero oſſa in thecam argenteam denuo ſupra ipſum decentiſſime collocata. Ubi propter crebra miracula, quibus ſemper Deus in Sanctis ſuis mirabilis demonſtratur, magna illius populi religione coluntur.

a Hoc carmine ab annis dumtaxat trecentis in pariete exarato decepti ſunt Ambroſius Morales & alii, ut in annum 630. rejicerent S. Vincentii Martyrium, quod Era 668. contigiſſe præfata inſcriptio fallit. Iſthoc rude Epitaphium legant qui volent apud Yepez in Chron. ad ann. 554. cap. 2. & in Martyrol. Hiſp. ad diem 13. Martii; neque enim relatu dignum duximus.

b De anno dictum ſupra: dies S. Vincentii V. Idus Martias, S. Ramiro pridie Idus eaſdem in Martyrolog. Hiſp. & Breviariis aſſignatur.

DE S. ELEUTHERIO ABBATE SPOLETINO.

CIRCA AN. 586
18. Aprilis.

Ex Gregorio Magno *lib.* 3. *Dial. cap.* 33.

Eleutherius Abbas mortuum ſuſcitavit.

1. ELEUTHERIUS Pater Monaſterii beati Evangeliſtæ Marci, quod in Spoletanæ urbis pomæriis ſitum eſt, diu mecum eſt in hac urbe in meo Monaſterio converſatus, ibique defunctus eſt *a*: quem ſui diſcipuli referebant plorando mortuum ſuſcitaſſe. Vir autem tantæ ſimplicitatis erat & compunctionis, ut dubium non eſſet, quod illæ lacrymæ ex tam humili ſimplicique mente editæ, apud omnipotentem Deum multa obtinere potuiſſent. Hujus ergo aliquod miraculum narrabo, quod inquiſitus mihi ſimpliciter & ipſe fatebatur.

Puerum ſecum in lecto admiſſum a dæmonio liberat.

2. Quadam namque die dum iter caperet, facto veſpere cum ad ſecedendum locus deeſſet, in Monaſterium Virginum devenit, in quo quidam parvulus puer erat, quem malignus ſpiritus omni nocte vexare conſueverat. Sed Sanctimoniales feminæ ut virum Dei ſuſceperunt, eum rogaverunt, dicentes: Tecum Pater hac nocte puer iſte maneat. Quod ipſe benigne ſuſcepit, ſecumque eum nocte eadem jacere permiſit. Facto autem mane, cœperunt Sanctimoniales feminæ eumdem Patrem vigilanter inquirere, ſi quid puer, quem dederant, nocte eadem feciſſet. Qui miratus cur ita requirerent, reſpondit: Nil. Tunc illæ ejuſdem pueri innotuerunt cauſam, & quod malignus ſpiritus nulla ab eo nocte recederet, indicaverunt, ſummopere poſtulantes, ut hunc ſecum ad Monaſterium tolleret, quia jam vexationem illius videre ipſæ non poſſent. Conſenſit ſenex, puerum ad Monaſterium duxit. Qui cum multo tempore in Monaſterio fuiſſet, atque ad hunc antiquus hoſtis accedere minime præſumpſiſſet, ejuſdem ſenis animus de ſalute pueri immoderatius per lætitiam tactus eſt.

Sed eo immoderatius inde lætante puer iterum corripitur.

3. Nam coram poſitis Fratribus dixit: Fratres, diabolus ſibi cum illis ſororibus jocabatur: at vero ubi ad ſervos Dei ventum eſt, ad hunc puerum accedere non præſumpſit. Poſtquam vocem, hora eadem ac momento idem puer coram cunctis Fratribus diabolo ſe invadente vexatus eſt. Quo viſo, ſenex ſe protinus in lamentum dedit. Quem dum lugentem diu Fratres conſolari voluiſſent, reſpondit, dicens: Credite mihi, quia in nullius veſtrum ore hodie panis ingredietur, niſi puer iſte a dæmonio fuerit ereptus. Tunc ſe in orationem cum cunctis Fratribus ſtravit, & eouſque oratum eſt, quouſque puer a vexatione ſanaretur. Qui tam perfecte ſanatus eſt, ut ad hunc malignus ſpiritus accedendi auſum ulterius non haberet.

4. PETRUS. Credo, quod ei elatio parva ſubrepſerat, ejus diſcipulos omnipotens Deus facti illius eſſe voluit adjutores.

GREGORIUS. Ita eſt. Nam quia pondus miraculi ſolus portare non potuit, diviſit hoc cum Fratribus, & portavit.

Eleotherii meritis Gregorius virtutem jejunandi obtinet.

5. Hujus viri oratio quantæ virtutis eſſet, in memetipſo expertus ſum. Nam cum quodam tempore in Monaſterio poſitus inciſionem vitalium pateretur, crebriſque anguſtiis per horarum momenta ad exitum propinquarem, quam medici moleſtiam Græco eloquio ſyncopin vocant; & niſi me frequenter Fratres cibo reficerent, vitalis mihi ſpiritus funditus intercidi videretur; Paſchalis ſupervenit dies. Et cum ſacratiſſimo Sabbato, in quo omnes & parvuli pueri jejunant, ego jejunare non poſſem, cœpi plus mœrore, quam infirmitate deficere. Sed triſtis animus conſilium citius invenit, ut eumdem virum Dei ſecreto in Oratorium ducerem, eumque peterem, quatenus mihi ut die illo virtus ad jejunandum daretur, ſuis apud omnipotentem Dominum precibus obtineret. Quod & fa-

NOTA.

a Nempe Aprilis die 18. licet in Matyrologio Romano memoretur die 6. Septembris, quando ejus corpus in majorem Eccleſiam Spoletinam tranſlatum eſt, ut Ferrarius in Catal. SS. Ital. notavit.

CIRCA AN. 586 18. Aprilis. factum eſt. Nam mox ut Oratorium ingreſſi ſumus, a me humiliter poſtulatus ſeſe eum lacrymis in orationem dedit, & poſt paululum completa oratione exiit. Sed ad vocem benedictionis illius, virtutem tantam meus ſtomachus accepit, ut mihi funditus a memoria tolleretur cibus & ægritudo. Cœpi mirari quis eſſem, quis fuerim: quia & eum ad animum redibat infirmitas, nihil in me ex his quæ memineram, recognoſcebam. Cumque in diſpoſitione Monaſterii occupata mens eſſet, obliviſcebar funditus ægritudinis meæ. Si vero (ut prædixi) rediret ægritudo ad memoriam, cum tam fortem me eſſe ſentirem, mirabar ſi non comediſſem. Qui ad veſperum veniens, tantæ me fortitudinis inveni, ut ſi voluiſſem, jejunium uſque ad diem alterum transferre potuiſſem. Sicque factum eſt, ut in me probarem ea etiam de illo vera eſſe, quibus ipſe minime interfuiſſem.

6. PETRUS. Quia eumdem virum magnæ compunctionis fuiſſe dixiſti, ipſam lacrymarum vim largius addiſcere cupio. Unde quæſo, ut mihi quot ſunt genera compunctionis ediſſeras.

Compunctio duplex. Thren. 3. GREGORIUS. In multas ſpecies compunctio dividitur, quando ſingulæ quæque a pœnitentibus culpæ planguntur. Unde ex voce quoque pœnitentium Hieremias ait: *Diviſiones aquarum deduxit oculus meus*. Principaliter vero compunctionis genera duo ſunt: quia Deum ſitiens anima prius timore compungitur, poſt amore. Prius enim ſeſe in lacrymis afficit: quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At vero cum longa mœroris anxietudine fuerit formido conſumpta, quædam jam de præſumptione veniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cœleſtium gaudiorum animus inflammatur: & qui prius flebat ne duceretur ad ſupplicium, poſtmodum flere amariſſime incipit, quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui ſint illi Angelorum chori, quæ ipſa ſocietas beatorum ſpirituum, quæ majeſtas æternæ viſionis Dei: & amplius plangit, quia bonis perennibus deeſt, quam flebat prius, cum mala æterna metuebat; ſicque fit, ut perfecta compunctio formidinis, tradat animum compunctioni dilectionis.

7. Quod bene ſacra veracique hiſtoria figurata narratione deſcribitur, quæ Joſue 15 ait, quod Axa filia Caleph ſedens ſuper aſinum ſuſpiravit. Cui dixit pater ſuus: Quid habes? At illa reſpondit: Da mihi benedictionem. Terram Auſtralem & arentem dediſti mihi, junge & irriguam. Deditque ei pater ſuus irriguum ſuperius, & irriguum inferius. Axa quippe ſuper aſinum ſedet, cum irrationalibus carnis ſuæ motibus anima præſidet. Quæ ſuſpirans, a patre terram irriguam petit, quia a Creatore noſtro eum magno gemitu quærenda eſt lacrymarum gratia. Sunt namque nonnulli, qui jam in dono perceperunt libere pro juſtitia loqui, oppreſſos tueri, indigentibus poſſeſſa tribuere, ardorem fidei habere: ſed adhuc gratiam lacrymarum non habent. Hi nimirum terram Auſtralem & arentem habent, ſed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus poſiti, in quibus magni atque ferventes ſunt, oportet nimirum ut aut timore ſupplicii, aut amore regni cœleſtis mala etiam quæ antea perpetraverunt deplorent. Sed quia (ut dixi) duo ſunt compunctionis genera, dedit ei pater ſuus irriguum ſuperius, & irriguum inferius. Irriguum quippe ſuperius accipit anima, cum ſeſe in lacrymis cœleſtis regni deſiderio affligit: Irriguum vero inferius accipit, cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Et quidem prius inferius, ac poſt irriguum ſuperius datur. Sed quia compunctio amoris, dignitate præeminet, neceſſe fuit, ut prius irriguum ſuperius, & poſt irriguum inferius commemorari debuiſſet.

PETRUS. Placet quod dicis.

VITA S. JUNIANI ABBATIS MARIACENSIS,

AN. CHR. 587
13 Auguſti.

Auctore VULFINO BOETIO Epiſcopo Pictav. qui Ludovico Pio imperante floruit.

Eruta ex codd. MSS. S. Juniani Nobiliacenſis.

PROLOGUS AD GODOLENUM Abbatem Nobiliacenſem.

1. IN ſcribendis inluſtrium præclariſſimis virorum geſtis & nobiliſſimis triumphis, ut in futuro inviolabiliter ſciri poſſint, nec ulla temporum diuturnitate aboleri, illi maxime ſtilum adhibuerunt, quibus & facundia ſermonis & nitor eloquentiæ, ſenſuſque plenitudo exuberabat: maxime qui liberalibus artibus apprime eruditi, & Rhetoricæ facundiæ, & Dialecticæ diſpoſitionis congruentiſſima connexione pollebant, quibus non ſolum artis peritia & argumentorum ingenia, in quibus ab ipſis eunabulis nutriti fuerant ſuppeditabat, verumetiam genuini ſanguinis proſapies, & origo Romanæ gentis in Latina lingua acerrimos in explicando quæ vellenr, reddebat. At vero ego homo ab ſtirpe Romana penitus alienus, & Geticæ Sarmatum gentis originem trahens, quibus magis barbara initio ſermonis garrulitas extitit, quam Latinæ eloquentiæ notitia, quamvis ab ipſis infantiæ rudimentis inter Grammaticos, Rhetoricoſque non minime nutritus fuerim, ſed ingenii tarditas, & naturalis quodammodo ſegnities nequaquam eloquentem creavit. Unde penitus abnueram ſcribere aliquid quod in poſterum legentibus ridiculum foret. Sed quia tua me ſanctitas, Abba GODOLENE, cogit ut tibi inſignia miraculorum geſta tanti viri qua poſſim oratione ſcriptitando explicem, & ordinabiliter narrando quæ geſta ſunt eloquar, valde hinc inde angor, veritus ſi ſcribere recuſavero ne forte inobedientiæ reus judicer: ſi imperiis tuis paruero, legentibus quibuſque detractionibus pateam, maxime his qui magis aliorum reprehendere quam ſua proferre, & malint livore detrahere quam ſimplici mente condiſcere. *Auctoris patria & modeſtia.*

2. Quamobrem elegi tuæ ſanctitatis reverentia fretus & oratione, detrahentium patere inſidiis quam per inobedientiam tuis contraire imperiis. Aderit enim ille qui ait: *Aperi os tuum & implebo illud.* Qua de re obſecro Lectorem ne mentis acumen obmutilet * ineruditi ſermonis ruſticitas, cum mentis eſurient tanti viri ſanctitas internæ dulcedinis refectionem præſtet: ne faſtidium incompoſita oratio generet, cum miraculorum ejus inſignia facta veraciter relata adhibere poſſint æternæ beatitudinis paſcua. Nam cum ante mentis noſtræ oculos Sanctorum & virorum inluſtrium præclariſſimos, & antiqui hoſtis triumphos adhibemus, & terreni actus & carnis illecebra ſatiſcunt, & animus in ſuprema inardeſcit. Nam quid aliud ſancti viri in hoc ſæculo fuerunt niſi ſpectacula futurorum, & ſpeculum mentis ſecundum Apoſtolum: *Spectaculum facti ſumus Angelis, & hominibus?* Quod tale ſpectaculum unquam reges terræ reperire potuerunt, in quibus vaniſſimos dies ſuos conſumpſerunt, quale Martyrum victoria & Virginum inviolata corona? Quibus ſpectaculis mens a deſiderio terreno fit aliena, in amorem Dei ferventiſſima, in capeſſendam æternam felicitatem ſagaciſſima. Quod tale ſpectaculum quale ſane horum Patrum vita, in quo non veſtium ſordes abſterguntur, & crinium impexa temeritas corrigitur; Sed mentis vitia fugantur, virtutes adhibentur, ſponſo ſuo Chriſto ſine macula cohæretur, ut fiat mens abſque ruga & macula, caſta & mentis intuitu, & corporis integritate; ut digna fiat amplexibus ſponſi introducenda in cœleſtibus thalamis Angelorum choris hinc inde fulfulta. Quod ipſe præſtare dignetur, cujus regnum & imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 80. 11.
** al. obnubilet.*
1. Cor. 4. 9.
Spectaculum Sanctorum.

VITA INCIPIT.

AN.CHR. 587
13 Augusti 3. Beatiſſimi & virtutum miraculis præclariſſimi viri JUNIANI *a* * Monachi vitam pariterque inſignia geſta ſcripturus, valde me imparem ad illius inſi-
* S.Junien. gnia facta referenda judico. Quamobrem veſtræ ſanctitatis orationibus poſco adjuvari omni mentis obniſu, confidens in ſupernæ majeſtatis auxilio, ut ille qui mutorum linguas fecit diſertas, & ex ore infantium & lactentium perfecit ſibi laudem, qui etiam brutorum animalium humanas coegit proferre loquelas, adſpirabit cœptis noſtris, & calamum ipſe temperabit, quatenus Athletæ ſui certamina dignis valeam ſermonibus explicare, ut ea illius ſublimia facta ad multorum perveniant notitiam, & proficiant ſalubriter ad medelam. Unde illam individuam Trinitatem qui eſt Deus unus, Trinus in perſonis, unus in ſubſtantia, cui eſt ſumma poteſtas æternitas ſine fine, gloria ſine initio, nullius temporis excurſu initium ſumens, nullum habens finem, ſuppliciter adeſſe poſco. Cui hic Sacerdos venerabilis toto cordis deſiderio hæſit, nullis adverſitatibus cedens, nullis proſperitatibus ſui moderaminis vitam excedens, in proſperis humilis, in
Juniani virtutes. adverſis ſpe conſtantiſſimus. Cujus habitatio ab omnibus remota ſemper ſolitariam diligens vitam, ut certius mentis oculum inreverberata acie ad Solem juſtitiæ figeret. Cibus ei perexiguus corporis, potus naturalis aquæ liquor, veſtis viliſſima, coma intonſa & maxime impexa ſqualebat, balnea corpori vix in anno ſemel adhibebantur. Ita ſe in omnibus agebat, ut ſi quis eum cerneret, ſtatim veluti Baptiſtam Joannem ante oculos mentis haberet, quem Dominus Salvator noſter de veſtium vilitate laudavit, & de ciborum parcitate omnibus extulit. Nam ſicut Domini teſtimonio non erat arundo vento agitata, ita hic nullis adverſitatibus frangebatur, nec proſperitatibus elevabatur: nec laude ſuavior, nec vituperatione aſperior reddebatur. Secretorum nemorum opacitatem diligens, crebro nullo comitante ſocio ſolitarius gradiebatur. Declinans ſæcularium hominum conventus & tumultuantium procellas populorum, cœleſtium jam habitator effectus & incola adhuc terrenis artubus prægravatus. Nam etſi corpore terræ hærebat, mens in ſupernis civis Angelorum effecta, ſuavi modulatione
Pſal. 62. 9. interna cordis affectu ſemper meditabatur: *Adhæſit anima mea poſt te, me autem ſuſcepit dextera tua.*

Patria & parentes. 4. Igitur nativitatis ejus exortus extitit in pago Pictavenſi in ſibi ſubjecto territorio nuncupante Brinſſio *b* in prædio quodam vocabulo Campaniaco, nobiliſſimis ex progenitoribus originis proſapiem ducens, qui nobiliter ab iiſdem parentibus educatus & litteris inſtructus, quas ille adhuc puer omni mentis cona-
Tondetur & litteris inſtruitur. tu cum magno deſiderii fervore didicit, & in ventre memoriæ condidit. Cum vero a pueritia in adoleſcentiam feliciter tranſiiſſet, comam ob cultum religionis depoſuit, dans operam in diſcendo, & divinarum ſcripturarum notitiam incapeſſendam, quam tam efficaciter adeptus eſt, ut omnibus pateſceret a *Deo* ſibi collatam tanti muneris gratiam. Et cum eſſet adoleſcens, nihil puerile aliquando geſſit, nihil quod reprebenſioni pateret: honeſtum habens vultum, omnibus gratioſus, de ore ejus dulcia ſemper profluebant eloquia, paſcebat mentem ſpiritalibus litterarum ſenſibus, magis quam eſcarum apparatu. Cœpit a-
Anachoretas æmulatur. doleſcens tentare Anacboretarum veſtigia: nam ſæpe ſegregatus a coævis ſuis, ſolus meditabatur in lege Domini, & quaſi furtivas orationes & pſalmorum modulationes remotus exercebat, numquam otioſus: aut enim Domino preces fundebat, aut lectioni operam dabat, aut pſalmodiis indeſinenter inſtabat, re-
2. Theſſ. 3. 10. colens illud Apoſtolicum: *Qui non laborat, nec manducet.* Sed & illud Pſalmi-
Pſal. 127. 2. ſtæ: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Et quod ait Apoſtolus, Otioſitas & inſolentia ſemper inimica ſunt animæ. Legebat frequenter Canonicas & Apoſtolicas ſcripturas, etiam Sanctorum Patrum Vitas & Martyrum

a Cave eumdem eſſe putes cum Juniano S. Amandi ſocio, qui apud *Lemovices* regnante Chlodoveo M. ſanctitate floruit, miraculis etiam poſt obitum illuſtris; de quo agit Gregorius Turon. de gl. Conf. cap. 105. Ejus Vita extat apud Gononem in lib. 4. de Viris Patr. Occid. qui in utroque Juniano hallucinatus eſt.

„ *b* Henricus Caſtanæus Pictavorum Epiſcopus in Notis ad Litanias Pictonicas ita commentatur. Pagus
„ ille Brioſſius, vulgo *Brieu*, vicus eſt in parœcia de *Payre* ad amnem nuncupatum *la Clouere*, unoque tan-
„ tum diſtat milliario a Campaniaco, quod hodie *Champagne Saint Hilaire* dicitur.

rum victorias & cotonas Virginum, quorum exemplis mentem ſemper arma- AN.CHR.
bat, & ea agere tentabat, quæ viri ſanctiſſimi & fortiſſimi, victoriſſime, & 587
præclariſſime egerunt. Cum vero poſt aliquod temporis excurſum ab adoleſcen- 13.Auguſti
tiæ ætate ad juvenilem tranſiret vigorem, ſolitariam Anachoritarum arripuit vitam. Nec viſum eſt illi ſatis eſſe quod ſolitarius deſerti incola fieret, verumet- Recludi-
iam in artiſſimo propriis manibus conſtructo locello ſemetipſum veluti reum in tur.
ergaſtulo recluſit, ne oculis aliqua delectabilia cemeret, quæ mentis oculum a viſione Divinæ Majeſtatis averterent: hic modico terræ cœlique ſpatio fruens, ut in cœleſtibus latitudinem totius beatitudinis poſſideret.

5. Cum hæc ita agerentur, proceſſu temporis Beatiſſima RADEGUNDIS * *Vita in-
nobiliſſima, & orthodoxi glorioſiſſimi viri CHLOTHARII conjux ex partibus fra.
Germaniæ tranſiens Ligeris fluvium, Aquitaniæ telluris accola eſſe cœpit: cujus Digreſſio
tanta meritorum prærogativa extitit, ut toto orbe clarior haberetur, & in pago de S Radegunde.
Pictavenſium in ultimis quemadmodum terræ finibus poſita, uſque in Orientem ejus præclariſſimæ ſanctitatis lumen reſplenderet. Temporibus jam prædicti Principis & glorioſiſſimi CHLOTHARII Regis, cum propter ejus præclariſſimæ virtutis triumphos & animi prudentiſſimi diſpoſitione regnum ejus undique diffunderetur, & pluriniæ nationes dominatui illius colla ſubjacerent, inter ceteras famoſiſſimas & ferociſſimas nationes Totingorum valde nobiliſſimam gentem ſui imperii [a] ditionibus fecit eſſe ſubjectam. Nam cum contra eam arma corriperet, & viriliter dimicaret, adeptus eſt ex illa præclariſſimos triumphos, & cum in prædam gentis illius populi caderent, hæc ſanctiſſima puella regis neptis Brittarii filia capta eſt, quæ cum conſpectibus excellentiſſimi Regis oblata eſſet, ſtatim cohæſit animo ejus. Erat quippe excellentiſſima, ſpecioſa nimis, & venuſta aſpectu, labiis gratioſa. Hæc puerilem adhuc habens ætatem, quam invictiſſimus Rex nobiliter nutrire juſſit, & litteris inſtruere: quas illa ſagaciſſime didicit & ſtrenue operibus exercuit. At ubi ventum eſt ad puellares annos, & fieret ætate nubilis & apta nubendi, complexibus Regis ſociata eſt, & nuptiali obſequio peracto chariſſima conjux effecta eſt, quam tanto amore dilexit, ut nihil præter illam ſe habere aliquoties fateretur: ſed illa beatiſſima quamvis regali faſtigio ſublimata, & tanti culminis regiæ dignitatis gloriam adepta, omnia pro nihilo ducebat. Semper in ſui pectoris antro Chriſtum meditabatur, illi ſe ſemper ſpiritalibus amplexibus ſociabat, nocturnis horis denudata veſtigia Baſilicam quotidie perluſtrabat, matutina ſeſe agens pauperum curam gerebat, ſurgens a latere Regis frequenter de convivio cum pauperibus cibum & potum ſumebat, Monachorum nutrix, ſervorum Dei amatrix. Intantum enim ſe de virtute in virtutem gerebat, ut Rex jocaretur non ſe Reginam conjugem, ſed Monacham habere. Quæ ſanctiſſima non multo poſt tempore relicto regali toro, tota ſe Deo & mente & corpore conſecravit, velaminis ſacri cultum arripuit, Aquitaniæ profuga venit, & ob amorem tanti viri Hilarii Pictavenſis quondam Pontificis, ut ejus meritis & doctrina proficeret, incolendum Pictavis elegit, ubi poſtea jubente & permittente invictiſſimo Rege CHLOTHARIO Monaſterium condidit, & ſub Regula B. CÆSARII Pontificis Arelatenſis vitam ducens, ſecum plurimas Deo ſacratas habuit, & clementiſſime inſtruxit, & ad cœleſtia perduxit.

6. Eo tempore beatiſſimus JUNIANUS clauſus in loco nuncupante Coloniaco * *Chaul-
vitam ducebat, cui hæc ſanctiſſima tanta familiaritate cohæſit propter ejus ſan- nay.
ctitatem, ut nullum ſibi tam ſocium, tam familiarem crederet, & quamvis cor- Junianus Monacho-
pore terræ aliquo ſpatio eſſent ſejuncti, ſed mente interno cordis affectu ſemper rum colle-
conjuncti manebant. Interea creſcente Religionis cultu cum plurimi freqnenta- gio præficitur.
rent locum in quo idem beatiſſimus vir retractus ſpeculativam ducebat vitam, compulerunt eum exinde egredi, ut qui ſibi ſoli proficiebat, fieret plurimis ad ſalutem. Qui tam precibus, quam etiam exhortationibus adſenſum præbens, qui

[a] Falſum eſt Chlotharium Toringorum gentem ſuæ ditioni imperioque ſubjeciſſe: cum a Theodorico Auſtraſiorum Rege ſubacti illi ſint ac tributarii facti, Chlothario in præmium lati fratri auxilii portione prædæ contento, ut obſervavit V. C. Hadrianus Valeſius in Hiſtoriæ Franc. lib. 7.

AN.CHR. 587 13. Auguſti

ante ſolitariam agebat vitam, cœpit eſſe plurimorum Pater, ſocians ſibi Monachos, quibus & doctrina & exemplo ducatum ad cœleſtia præberet, habens ſecum religioſiſſimos & Monaſtici Ordinis præclariſſimos viros, utpote qui cum tali & tanto viro degebant.

Fit Sacerdos.

7. Factum eſt poſt aliquantulum temporis, ut cogentibus Fratribus ſacerdotalem ſuſciperet gradum: & qui Pater erat Monachorum, fieret auctoritate & tanti miniſterii præclariſſimus doctor. Adeptus tantæ dignitatis officium, mactabat quotidie in cordis ara digniſſimum Deo ſacrificium: & priuſquam foris hoſtias offerret viſibiles, interius ſe ipſum offerebat hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium, fletibus lacrymando quodammodo ſe baptizabat, & ſic Deo hoſtias offerebat. Proficiebat quotidie de virtute in virtutem ut videret Deum deorum in Sion: quæ retro ſunt obliviſcens, in anteriora ſe extendens penetrabat viſione cœleſtium arcana ſecretorum: quem ſanctiſſima RADEGUNDIS lanificiis ſuis fovebat. Nec enim (ut ajunt) aliud tegminis habuit, niſi quod ab illa conficiebatur. Nam veſtis ejus cilicina de caprarum pilis quæ in modum caracallæ *a*, quam nunc cappam vocamus, perſeverat uſque in hodie, apud nos eſt, quæ ita inlæſa perſeverat, ut nihil vetuſtatis redoleat, candido colore perfuſa. Sed & illa ſanctiſſima catenam ferri ab illo Sanctiſſimo viro accepit, quam ſuper nuda ſui corporis induens, uſque ad exitum mortis geſtavit; quæ catena propter illius ſanctitatem uſque hodie valde honorabilis habetur. Cumque multarum virtutum miraculis jam præclarus habeatur, cœpit creſcere Monachorum numerus: qui cum ſibi locum perexiguum cerneret ubi prius initium ſuæ Religionis aſſumpſerat, tranſivit in agro nuncupante Caſtoloco *.

A S. Radegunda veſtem accepit.

* Chaſtelacher.

8. Cumque ibidem conaretur conſtruere cellulam ubi Deo laudis hoſtias immolaret, & antelucanos conventus celebraret, accidit eo tempore jam ſupradicto glorioſiſſimo CHLOTHARIO Aquitanias partes ingredi. Cumque veniſſet in Regis prædium nuncupante GAVARCIACO *, diffamatus vir ille apud Regem a ſervis loci illius dicentes quod de illius prædio & territorio fiſci aliquid ejus Monachi inconſulte uſurpare niterentur & ſibi vindicare: unde commotus Rex juſſit ſanctiſſimum JUNIANUM per quemdam magnum virum nomine AURELIUM ſibi in palatio præſentari: at illa inluſter vir Aurelius paret dictis, pergit cum omni feſtinatione ad imperium Regis. Cumque ventum eſſet ad locum in quo vir religioſiſſimus Junianus commorabatur, reperit eum in Oratorio more ſolito proſtratum terræ preces Domino fundentem, quem paululum dum ſuſtinet ut ab oratione erigeretur, & ſibi quod injunctum erat expleret, tantus in eum timor repente inruit, ut nequaquam ei ut venerat commotus aſpere loqui auderet. Sed cum peracta oratione ibidem vir venerabilis poſt tergum converſus videret ſtantem AURELIUM Regis Legatum, ille ſtatim pronus adoravit beatiſſimum Sacerdotem, & quid ejus vellet adventus ſupplicibus verbis indicavit dicens, quod Rex ſibi eum aſtare juberet, & idcirco miſſus eſſet, ut eum in conſpectu ejus exhiberet. Quibus auditis venerabilis Sacerdos & Monachus ſe iturum pollicetur, & propter utilitatem totius reipublicæ, & ſalutem animæ illius prompto animo proficiſci ſe velle. Qui converſus in cellulam ſumptis ſecum duobus Monachis virgam manu geſtans, nam hæc ei ſemper conſuetudinis erat ut baculum manu ferret, & imbecillitatem corporis ejus adminiculo ſuſtentaret. Cumque pergerent pariter, & pedibus iter conficerent, ventumque eſt ad regis palatium: ubi cum aliquid moræ facerent propter regalium faſces & pompam regiæ celſitudinis, ad fores palatii reſedit, quo plurimi eum adierunt, quos ille blandis eloquiis demulcebat, & dulcedinem vitæ æternæ prædicabat.

* Javarcay.

Accuſatus ad Regem acceſſitur.

Miraculo Regem & aulicos ſedit.

9. Interea ductor illius jam prædictus AURELIUS ingrediens palatium Regis, auribus innotuit JUNIANUM Monachum adeſſe, & ad januam palatii reſidere. Tunc Rex præcelſo in ſolio reſidens juſſit eum ſibimet præſentari. Cumque intro-

a Caracalla, veſtis Gallica ad talos uſque defluens, unde Antonino Imperatori cognomen Caracallæ ſeu Caracallo, quod eam e Gallia in Italiam invexiſſet, ex Aurelio Victore in Epitome Hiſt. Auguſt. Caracallæ nomen, quæ erat veſtis militaris & plebeja, detortum eſt ad veſtem Sacerdotalem apud Bedam in lib. 2. Hiſt. cap. 7. tum ad cucullam Monaſticam, quemadmodum hoc in loco & in vita S. Eugendi num. 5.

AN CHR. 587

23. Auguſti

troductus eſſet baculum manu geſtans, quem ſemper ferre conſueverat, & ob faſtum regiæ celſitudinis nullus ex ſociis ejus ingrederetur niſi ipſe ſolus, ut adpropinquavit ſolio Regis, ut eſt conſuetudo Monachorum, pronus Regem adoravit, baculum retrorſum relinquens erectum, ut manu geſtaverat. Cumque Rex eum ſurgere juſſiſſet, & ad ejus imperium ille ſurrexiſſet, cœpit Rex cum illo loquente ex multis & variis ſermocinando de rebus eum interrogare. Sed cum pariter loquerentur, intuens Rex baculum ſtantem non terræ fixum, ſed ſupra pavimenti teſtudinem erectum nullius manu adtactum ſtantem, valde admiratus eſt, & tanto terrore perculſus, ut etiam genua illius colliderentur: unde compulſus proceres quoſque palatii vocavit, indicans illis miraculum, & manu porrecta oſtendit dicens eis: Vere hic homo ſanctus eſt, & vere Dei cultor, & Chriſtianæ religionis maximus inſtitutor: ex quo enim mecum cœpit loqui, virgam quam manu tenebat, poſt tergum erectam relinquens, quia nemo qui eam apprehenderet adfuit, ecce erecta ut fuerat ab eo dimiſſa perſeverat. Quod omnes pariter admirantes omnibus ſtuporem mentis & admirationem incuſſit, & ita ab omnibus deinceps venerabatur, acſi in pectore ipſius Chriſtum Dominum & Salvatorem noſtrum cernerent.

10. Poſt multam collocutionem glorioſiſſimus Rex interrogavit eum quid opus haberet, quæ vita, aut cujus religionis eſſet. Cui ille dulciſſimo alloquio reſpondit, ſe ſub monaſtico Ordine vitam degere, & Monachis prælatum, & beatiſſimi BENEDICTI inſtituta ſervari, regularem ejus vitam in omnibus obſervari: niſi quod propter anguſtiam loci non eam pleniſſime cuſtodire cum ſuis valeret, nec ſe habere ubi operis exercitium fieret ſecundum Regulam jam supradicti BENEDICTI Patris. Quibus auditis Rex ſtatim adjunxit & ait: Si ex prædio fiſci noſtri aliquid vobis vicinum eſt, & loci opportunitate congruum; quantum tuæ ſanctitati placet, & tibi tuiſque ſufficere poſſit tam in exercitio operis quam etiam in paſcua jumentorum & pecorum neceſſarium, concedimus tuæ ſanctitati ad uſus videlicet ſervorum Dei, & Monachorum tibi cohærentium, ut & nobis omnipotens Deus vobiſcum partem laboris conferat, & æternæ beatitudinis præmium concedat, & vobis in omnibus ſit ad ſubſidium plenitudinis, & perfectionem Regulæ, & augmentum virtutis. Tantam etenim Dominus militi ſuo gratiam in conſpectu Regis contulit, ut qui eum propter injuriam & contumeliam ſibi exhiberi juſſerat, ſummo honore receptum muneribus ditaret, & quicquid ab eo peteret, ſibi fieri nullatenus recuſaret. Sic enim Chriſtus qui propter nos humilis apparuit, Athletam ſuum humilem in conſpectu Regis magnificavit, ut congrue de illo dici poſſit: *Magnificavit eum in conſpectu Regum, & dedit illi coronam gloriæ.* Poſthæc Rex ſurgens a ſolio flexo genu adoravit ſanctiſſimum virum, & ut eum manibus ſuis ſuſciperet, & in ſacrificiis & orationibus commendabilem Deo faceret, & pro ſe ſuaque domo, pro ſtatu regni & totius reipublicæ utilitate Dominum exoraret, deprecatus eſt, & ut cellulas conſtrueret, Monachos congregaret, & Deo animas lucraretur admonuit, & quæ ſibi neceſſaria eſſent poſceret, omnia ſe cum devotione præbere pollicitus eſt. Tunc valefaciens eumdem virum qui eum ſibi adſtare fecerat remiſit, & ut de prædio fiſci quantum illi viſum erat opportunum acciperet, eo videlicet conſignante AURELIO qui ejus ductor fuerat ad palatium. Ubi repertus eſt locus valde ad conſtruendum Monaſterium aptus nomine Mariacus, quo in loco divina ſuffragante clementia cellulam a fundamentis conſtruxit, & Monaſterium *a* ædificavit, ubi & congregationem Monachorum inſtituit, & ſub beatiſſimi BENEDICTI Regula perfecte vivere fecit. Tantæ charitatis glutino omnem Monachorum catervam conſtruxerat, ut omnibus fieret cor unum & anima una.

S. Benedicti diſcipulum ſe profitetur.

Eccl. 45. 3.

Mariacum a Rege obtinet ibiq; condit Cœnobium.

11. Interea vir ſanctiſſimus Junianus relicta ſæpe Monachorum turba loca remota inquirebat, & quamvis Pater eſſet Monaſterii, frequenter deſerti incola fie-

Sæpius ſecedit in locum ſecretum.

a Hoc Monaſterium ſeculo 9. redactum in Prioratum, labentibus annis in Eccleſiam parœcialem converſum eſt, vocabulo *Maire l'Evêſcaut*, ut diſtinguatur ab alio vico ejuſdem nominis, quem vicum incolæ *Maire le Gaullier* appellant, ut noſter Petrus Leverens nos monuit.

AN.CHR. fiebat. Reperit locellum Colniacum *, ubi vir religioſus opere proprio cellulam
587 conſtruxit, & ibi non paucis annis vitam ſolitariam duxit, ubi & non modicas
13. Auguſti virtutes omnipotens Deus per ejus ſanctitatis meritum declaravit. Pernoctans in
* Caulnay. orationibus die nocteque pervigil, curam totius Monaſterii gerens, & ſecreta pe-
Exercitia tens, ſpeculativa mentis acie cœleſtia cernebat. Per diem ſe manuum operibus
ejus. exercebat, per noctem orationibus vacabat. Numquam otioſus panem mandu-
2. Theſſ. cabat memor illius Apoſtoli: *Qui non laborat, non manducet*. Stigmata Chriſti
3. 10. in corpore circumferens, tanta ciborum abſtinentia inerat, ut pallor vultus in-
dicaret eum non terrenis epulis corpus, ſed cœleſti cibo potius animam ſatiare,
Gal. 6. 14. dicens cum Apoſtolo: *Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo*: portans crucem
Chriſti, & humilitatis veſtigio pauperem Chriſtum ſequens ipſe pauper, me-
1. Petr. 2. mor beati Petri Apoſtoli dicentis: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens*
21. *exemplum ut ſequamini veſtigia ejus*. Et quamvis diverſis operibus per diem ſe af-
fligens, ita ut laſſatum eum lectus exciperet: tamen media nocte conſuetudo ei
Pſal. 118. erat ad ſurgendum juxta illud pſalmi: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*.
62. Nec minus laudes Chriſto ſtudioſiſſime decantans lacrymando promebat, per
diem ſæpius genuflectens officium ſui occurſus * explebat. Hanc hujus ærum-
* l. curſus. noſi ſæculi vitam ducebat cum omni amaritudine & fletu, nec oblectabatur
Jac. 4. 4. mundi rebus quem exaſperabat dura carnis ſervitus, memor illud Domini: *Si
quis amicus hujus mundi fuerit, inimicus conſtituitur Dei*. Quod ille præcavens in
tantum ſe alienum reddebat a ſæculo, ut inviolabiliter adhæreret Deo, ſpernens
latam & ſpatioſam viam quæ ducit ad mortem, arripiens arctam & anguſtam
ferventiſſimo amore quæ ducit ad vitam.

Prophetiæ ſpiritus fulget. 12. Cumque inſtantiſſime & conſtantiſſime in Dei mandatis ſe exerceret, cœ-
pit multis virtutibus florere, ita ut aliquoties ſpiritu Prophetiæ repletus, abſen-
tia & futura proſpiceret. De quibus perpauca ſubnectimus, & maxime ea
quæ AUREMUNDUS ejus ſpiritalis filius & individuus comes, miniſter & di-
ſcipulus poſt ejus obitum ad multorum perduxit notitiam. Cum pro diverſis
criminibus regionis illius populi Dominum ad iracundiam provocaſſent, & fla-
gellum indignationis ejus ſuper ſe excitarent, fames valida per totam regionem
invaluit: cœpit populus maxima ex parte clade & fame perire. Unde compulſi
undique conveniunt ad ſanctum virum JUNIANUM flebiliter deprecantes, ut
pro eis ad Dominum preces funderent ne omnes fame conſumerentur, & per-
eunte cultore terra redigeretur in ſolitudinem; quorum precibus commotus vir
Dei ſanctus in cinere & cilicio proſtratus indeſinenter Deo preces fundebat, ne
populus fame periret.

Auremundum baptizat & de ſacro fonte ſuſcipit. 13. Ea igitur tempeſtate quædam mulier compellente inopia, & famis vale-
tudine cogente ante Oratorium ubi vir venerabilis Junianus proſtratus Domino
preces fundebat, cœpit magno ejulatu flere, & quibus poterat clamoribus voci-
ferabatur dicens: Vir Dei adjuva me. Quibus verbis vir Dei permotus, inten-
tius cum lacrymis Deo preces fundebat. Surgens expleta oratione miniſtrum
ſuum vocat dicens ei: Vade fili ſciſcitare quid ſibi paupercula illa velit, & ſi
quid vales adjuva illam: cum autem eam audieris, renuntia mihi quid ſibi ve-
lit clamor ejus & ejulatus. Cumque puer velociter juſſa expleſſet renuntiavit
Patri dicens: Mulier paupercula eſt, cui & panis deficit, nec unde emat ha-
bet. Quo audito, juſſit eam in conſpectu ſuo adſtare hilari vultu & paterno af-
fectu interrogans, cur tanto ejulatu fleret, & clamoribus eum inquietaret. At
illa reſpondit: Vere Dei famule & Sacerdos, ſcias me fame periclitari. Panis
deeſt, emptio nulla, fames quotidie invaleſcit, & ecce prægnans morior. Quam
ob rem tuam adii clementiam, ut ſi me de periculo famis eripueris, ſim tibi
perpetuo ancilla, & filius quem utero geſto, ſervus ſempiternus. Quem cum
enutriero, tuis manibus & jugiter ſervire inſtituam: tantum adjuva me ne pe-
ream. Audiens hæc beatiſſimus JUNIANUS ſubridens ait: Sciebam etenim an-
tequam puer te vocaret, te & fame laborare, & in utero filium geſtare, quem
filium ſcio meum futurum ſucceſſorem. Accipe de manu noſtra auri munuſcu-
la, & ſicut libet eme tibi cibos ne pereas fame, & cum puer natus fuerit cum
omni

Digitized by Google

omni vigilantia cuſtodi. Cave ne aliquid incantationis aut diabolicæ ſuaſionis pollutiones in eum exerceas: ſed cum adoleverit mihi eum affer, quia ego eum de ſacro baptiſmatis fonte ſuſcipiam, & litteris erudiam & mihi ſucceſſorem conſtituam Prænuntians tibi quod ſuperveniente anno frugum abundantia in hac regione exuberabit, & nequaquam fame ex hac quis peribit. Accipiens autem mulier illa aurum de manu ſancti viri regreſſa in domo ſua gaudens tam de pretio, quam etiam de ſupervenientis anni abundantia, emit eſcas, & famis inediam temperavit, filiumque cum omni ſtudio ſecundum monita viri Dei enutrivit. At ubi eum ad ætatem puerilem perduxit, conſpectibus ſancti viri obtulit, qui ſecundum Salvatoris noſtri præceptum ſacris fontibus eum propriis manibus initiavit. Ipſe enim de ſacro-ſancto baptiſmate ſuſcepit, & filium ſpiritalem adeptus eſt *a*. AURUM-MUNDUM vocavit, ea videlicet ex cauſa quaſi auro emptum, quia aurum matri dederat unde ipſum filium enutriret, peculiarem quemadmodum ſibi vernaculum inſtruxit, litteris erudivit. Qui divina tribuente clementia perfecte ſcripturarum ſcientiam adeptus eſt, & ſecundum viri Dei Prophetiam Sacerdotalem adeptus eſt honorem. Multo tempore cum ipſo inculpabiliter ſpiritali patre vixit, & ei in omnibus obtemperavit. Poſt cujus vero obitum ſucceſſor illius extitit magnæ virtutis homo & ſanctitatis, utpote qui a tali & tanto viro inſtructus fuerat, quem omni intentione, & doctrinis, & exemplis ſequebatur.

AN.CHR. 587

13 Auguſti

Succeſſorem ſuum futurum.

14. Plura iſto narrante innotuerunt ſancti viri miracula, quia multo tempore poſt ejus obitum vixit & gregem ſibi commiſſum inreprehenſibiliter cuſtodivit. Et quamvis omnia ſermo noſter explicare non valeat quæ de ejus miraculis audivimus, pauca tamen de multis nos ponere non pigebit. Adſit omnipotentis Dei clementia ut valeamus explicare quæ fideliter audivimus, & fideliſſime narrare decrevimus. Nam cum idem venerabilis vir in agro nuncupante Sacroloco *, cui nomen idcirco indiderat, eoquod quietum reperiſſet & ab omni acceſſu feminarum remotum, ubi clauſtra exigua pro loci opportunitate conſtruxerat, hortum circumſepſerat in quo apum alvearia poſuerat, & Oratorium ſibi conſecraverat, ubi Domino remotus ab omni ſæculari tumultu libera mente preces funderet. Et cum hæc ageret, quidam nocte latro inſidians horti ſui ſepta irrumpens conatus eſt præripere & ſibi ſufficientia furari de alveariis apum. Sed cum vas unum e plurimis arriperet quod videbatur eſſe excellentius, & præ cæteris melle exuberare, ſtatim utraque manus vaſculo adhæſit, nec in alium locum exinde transferre valuit: ita debilis effectus ut omni membrorum compage diſſolutus contractis pedibus per totam noctem humi proſtratus jaceret, & dolore maximo nervorum torqueretur, & ſic cum magno doloris ejulatu vigil extitit. Cum autem jam aurora ſurgeret, hortulanus ad ſui officii opus ſtudioſus ſurgens manu ſarculum tenens ingreſſus eſt hortum: cumque undique more ſolito eum ſpecularetur & circumiret, reperit hominem turpiter jacentem, & vas apum manibus ſtricte tenentem, quem ita alloquitur: Ad furandum inſtigante diabolo huc ingreſſus ſum, ſed meorum peccatorum pondere preſſus, conſtrictus & infelix hic jaceo. Unde ſupplex tuam deprecor ſanctitatem ut mei misereri digneris, & apud ſanctiſſimum virum venerabilem patrem JUNIANUM intercedere coneris, cujus me meritis hic alligatum credo, cujus precibus abſolvi confido. Tunc diſcipulus ille opus quod cœperat imperfectum relinquens ad ſanctum virum cucurrit, quod actum fuerat indicavit dicens: O piiſſime Pater, de inimico noſtro Dominus fecit grande miraculum. Homo qui nocte ad furandum venerat turpiter ligatus in horto noſtro jacet: arripuerat enim quoddam vas melle plenum, ſed nihil exinde contigit, inſuper

* al. Caſtoloco.

Homo ejus alvearia furaturus divinitus punitur.

T iiiij & ma-

a Itidem S. Remigius Remorum Epiſcopus Chloduveum Magnum Francorum Regem baptizavit, ſimulque de ſacro fonte ſuſcepit, ut in ipſius Remigii Teſtamento legitur. Fidolus Abbas puerum etiam de ſacro fonte levaſſe dicitur in Vitæ num. 15. Cautum poſtea fuit Concilii I. Autiſſiodorenſis can. 25. circa ann. 580. ne Abbates aut Monachi filios de baptiſmo haberent.

AN.CHR. 587 13. Auguſti

& manus ejus ita adhæſerunt vaſculo, ut nullatenus eas exinde ſubtrahere poſſet. Hæc audiens venerabilis ſenex increpavit fratrem cur de hominis lapſu gratularetur dicens ei, quod *non vult Deus mortem peccatoris ſed ut convertatur & vivat*, & non ſepties nobis dimittendum, ſed ſeptuagies ſepties Dominus Salvator docuit. (Matth. 18. 22.) Unde celeriter perge, frater, abſolve hominem & noſtris conſpectibus, quæſo te, adſtare facias. Cumque ille pergeret ad imperium Patris, venerabilis Sacerdos ſe in orationem dedit, & ſacris precibus vinctum reſolvit. Ad ſe introductum taliter loquitur : Noli frater, noli in furando amplius laborare : ſed quæ neceſſaria ſunt propriis manibus & ſudore vultus tui præpara, ut & tuis uſibus neceſſaria habeas, & pauperibus inde tribuas. Ita correptum & melle ſatiatum dimiſit.

a Sancto ſanatur.

Juniani œconomia.

15. Interea venerabilis vir Junianus propter uſus Monachorum, & maxime pauperum cœpit enutrire animalia, quibus poſſit humana fragilitas ſublevari. Nam & pullorum nutrimenta plurima congregavit, quorum carnibus infirmorum inopiam ſuſtentaret, & ova ſumptibus egentium deſervirent. Caprarum etiam & ovium greges habuit, ut de velleribus earum veſtimenta conficerentur, & lac, & caſeum in cibo ſervorum Dei proficeret : habuit etiam armenta ad exercitium laboris, & agriculturæ, ut his omnibus adminiculis fulti Deo liberius deſervirent. Per id tempus cum in ſupradicto jam loco feliciter venerabilis Pater vitam in ſanctitate & ſumma religione perageret, quidam latro quem magnus eſus carnium delectaverat, cœpit deſiderio carnis flagrare. Quod ille ſuæ veſaniæ famem nequaquam haberet unde expleret, cœpit cogitare qualiter ſuæ voracitatis rabiem, & ventris gluviem exſaturare poſſit. Tunc compellente antiqui hoſtis nequitia latenter noctis ſilentio domum qua armenta prædicti Patris continebantur clauſam irrupit, & vaccam ex omnibus quam elegerat pinguiſſimam foras emiſit, cujus caudam ſtrictis manibus tenens ad ſuæ habitationis locum ducere conabatur. Sed cum paululum proceſſiſſet, vacca laſciviens cœpit exilire, quam ille videns ſe eam nequaquam tenere poſſe, voluit dimittere: ſed utraque manus ita adhæſerunt caudæ, ut nequaquam divelli poſſent. Unde accidit ut nutantibus genibus prorueret, & vacca eum poſt tergum more carpenti traheret, circumiens per totum tempus noctis ſolita paſcua ; & per veprium & ſaltus nemora non minima vulnerum miſero homini inflixit detrimenta. At ubi aurora irrumpeſcente & crepuſculo jam diei albeſcente ante oſtium domus unde egreſſa fuerat vacca ſtetit, & latro caudam tenens poſt tergum jacuit. Armentarius vero more ſolito irrumpente die clavem manu geſtans ad domum armenti venit, fores confractas reperit, furata omnia armenta putavit: ſed cum diligentius intueretur, reperit unam eſſe ablatam ex omnibus. Cumque concito greſſu foras pergeret, vaccam ſtantem vidit, & poſt tergum ejus hominem ſedere conſpexit. Sed quid illic ageret penitus ignorans, arbitrabatur tamen quod vaccæ potius cuſtos & redux eſſet quam ablator. Unde cum his vocibus compellat : Quæſo te, homo, tempus eſt ut armenta in paſcua properent, dimitte pecudem noſtram ut cum ceteris ad paſtum redeat, pro cuſtodia ejus dabitur merces operi tuo. Cui ille lacrymabiliter reſpondens ait : Nequaquam reverentiſſime paſtor, non eſt ita : nam inſtigante diabolo ad furandum huc veni, cum me eſus carnium delectaret : & cum præripere voluiſſem prædam, captus teneor, & infeliciter vulneratus. Quæſo miſerere lapſo, miſerere peccanti, miſerere vulnerato, & cito reverentiſſimo Patri nuncia quid actum eſt, quia niſi me ejus oratio abſolvat, cujus ſanctitas religavit, abſolvi non potero.

Alius ob vaccæ furtum egregie illuditur.

16. Quod audiens paſtor ille alacri, & quaſi ſubridens vultu intrat Oratorium quo ſenex ſanctiſſimus omnipotenti Deo precem fundebat ſolito. Surgens igitur ab oratione, purgata mentis acie mundum ſancto Spiritu in pectoris ſui antro præparaverat hoſpitium. Tanta etenim in cordis ara domino mactabat hoſtiam, ut mox adveniente Spiritu ſancto Propheticam mereretur gratiam, & quid nocte illa actum fuiſſet nullo mortalium narrante cuncta ad liquidum noſſet. Unde ſtatim introeunte armentario his verbis alloquitur : Noli frater noli

gau-

gaudere de alterius lapſu memor illius beatiſſimi Apoſtoli : *Qui ſe putat ſtare*, AN.CHR.
videat ne cadat. Cur gaudens narrare mihi deſideras quod ego priuſquam me 587
videres, non ſolum & quid actum ſit, & quid miſer ille tibi mihi narrandum 13 Auguſti
in ore poſuerit novi? Pauper enim ille fame compulſus hoc peregit non habens 1. Cor. 10.
unde ſuæ inediæ temperaret eſuriem. Unde convenit nobis pro illo devotiſſime 12.
Dominum deprecari, quatenus, & veniam delictorum ſuorum promereatur, & Servum de pœna furis
a vinculo quo ſtrictus tenetur miſerante divina clementia abſolvatur. Quod cum latantem
uterque proſtrati ante Dominum jacerent, his verbis ſanctiſſimus vir Dominum corripit Junianus.
deprecabatur : Quæſo omnipotens Deus, miſerere lapſo, ſolve manus quas li-
gaſti ſanctiſſime Pater, dimittat quod invaſit, adipiſcatur veniam in his qui-
bus deliquit. Mox oratione peracta abſolutus eſt, & pecudem ire permiſit.
Ipſe vero introductus eſt in cellulam ante conſpectum viri Dei, cui ipſe ſanctiſſi- Furem liberat & admonet.
mus dulcia prompſit eloquia & his verbis affatur : Noli, frater, noli jam am-
plius in furando operam dare, reconde in tui ventris memoria hujus ſceleris
contumeliam, & cave ne obliviſcaris noctis hujus amaritudinem, coerce temet-
ipſum, & ante mentis oculos tantæ confuſionis ſcelus ſtatue, ſi forte miſereatur
tui Dominus, & dimittat tibi quod in eum nequiter deliquiſti, ut purgatum
& de palea triticum factum in horrea ſua te piiſſimus recondere dignetur. Noli
amplius furari ne forte deterius tibi aliquid contingat : ſed propriis manibus po-
tius labora ut habeas & tibi ſufficientia, & pauperibus unde tribuas eleemoſy-
nam. His & aliis quamplurimis exhortationibus eum alloquens, juſſit cibum
ponere, carnibus ſatiare, ſatiatumque ad propria valeſaciens eum proficiſci
permiſit.

17. Quadam die cum venerabilis ſenex clauſtrum huc illuc ob relevandum Vulpi prædam ſuis precibus eripit.
faſtidium deambularet ut avidior iterum ad orationem rediret, accidit eo præ-
ſente, ut vulpes fraudulentum animal & numquam rectis veſtigiis incedens ſem-
per tortuoſum & mille mæandris flexuoſum per quoddam foramen ingrederetur
clauſtrum Monaſterii : ubi cum pullorum turba cibum quæreret, & beatiſſi-
mus Pater attentiſſime divino, ut credo, nutu ſpecularetur, beſtia gallinam
invadit, & recavo gutture caput prædæ recondens non per foramen quo ingreſ-
ſa erat, ſed ſuper murum exiliens ſaltum petiit. Quod vir Dei cernens alacri
mente ad ſolita arma recurrit orationis, gratias Redemptori Deo, ut ſolitus
erat, primum refert his verbis : Tibi ſancte Pater omnipotens Deus quas valeo
gratias refero, tu enim creaſti cœlum & terram, mare & aridam, & multipli-
cibus eam pecudibus repleſti, & ad uſus hominum quædam tribuiſti, quædam
vero pro peccatis infeſta eſſe voluiſti. Unde tuam deprecor clementiam, ut præ-
dam quam pernicioſa tuis famulis beſtia ſurripuit, inlæſam tribuere dignare.
Illius etenim de fructibus mihi aliquoties pulmentaria *a* præbebantur. Tu es
enim ſolus altiſſimus rector, gubernator, defenſor & protector : nec enim diffi-
cile tibi eſt aliquid in perficiendo, ſed noſtra impediunt delicta, quoties non ac-
cipimus quod petimus impetrando. Hæc dum idem venerabilis vir Domino ver-
ba in oratione funderet, (needum enim a pavimento ſurrexerat) fraudulentum
illud animal cum præda iterum murum penetrans clauſtrum ingreditur, nuntia-
tumque eſt ſeni adeſſe vulpem gallinam in ore illæſam geſtantem. Quod cum
venerabilis Sacerdos egrederetur Oratorio, ante pedes ejus ſtatim illæſam depo-
ſuit prædam, & quid de ea juberet, beſtia expectabat. Cumque eam famuli
domus interficere conarentur, repulit eos dicens : Nolite fratres, nolite interfi-
cere eam, non enim ingenio aut viribus veſtris capta eſt, ſed Dei cogente po-
tentia huc reverſa eſt : unde convenit ut inlæſam eam abire patiamini. His
dictis compeſcuit famulorum manus ne interficeretur. Tunc manu ſigno dato
beſtiam inlæſam abire permiſit; at illa tranſcendens clauſtrum ſaltu deſerta pe-
tiit, ita ſuæ iniquitatis conſcia & fraudulentiæ, ut ulterius nequaquam infeſta
fieret loci illius, aut prædam aliquam non ſolum ex alitibus, verumetiam nec
de

a Pulmentarii nomine etiam ova veniunt, immo aliquando & carnes; notum eſt Iſaac pulmentum ex hœdis *Geneſ.* 27.

AN.CHR. 587. 13. Augusti. de fructibus attentaret. Tunc beatiſſimus Junianus ait : Hoc, dilectiſſimi Fratres, ne putetis pro alicujus noſtrorum merito actum miraculum, ſed pro ſui nominis pietate, ut timeamus eum jugiter, pariterque amemus, & illi indeſinenter gratias referamus. Nam & ante hæc quæ præmiſſa ſunt miracula, quædam mira geſſit quæ huic operi inſerenda non abs re viſum eſt.

Plectuntur ejus perſecutores. 18. Prædium quoddam nuncupante Waciaco cum ille Sanctus religionis cultu cellulam ædificare conaretur, homines loci illius inſurrexerunt adverſus eum, ita ut eum lapidibus obruere tentarent, quos ille fugiens receſſit : Sed ille nequaquam deſiſtentes longius eum perſequebantur. Tunc ille ſignum poſuit lapidem, & proſtratus eſt, ut ne quis illud tranſgrederetur. Qui obedierunt voci ejus ſani & incolumes remanſerunt : qui autem prætergreſſi ſunt, non ſolum in illis ultio divina facta eſt, verumetiam in omni poſteritate illorum, qui aut lippientibus oculis, aut gutturis inflatione uſque in præſens informes naſcuntur.

19. Cum quodam tempore homines de fiſco Regis nuncupante Gavarciaco vallum facere conarentur, ut ex omni parte Regis prædium determinaretur, ventum eſt ad id quod Beatus ille per Regis largitionem prædium poſſidebat : cumque per legatum ſuum juberet illis ut deſiſterent, & nequaquam quod illi pertinebat intro clauderent deriſui deputantes, omnes ſtatim muti effecti & immobiles permanſerunt, uſquedum ille Beatus pro illis orationem fudit, & ſic ab ſtultitia ſua ceſſaverunt. Cum Sanctus ille ſilvulam quam propter opacitatem, ut ſecretius ingredi poſſet, manu propria, ut ajunt, ſeminaſſet, jam incrementa cuſtodi delegavit. Cum quodam die pergeret ad locum qui dicitur Coſtelegium *, reperit eumdem cuſtodem ſilvæ in quadam fago ramorum denſitatem incidentem, qui ſtatim obriguit nec inde deſcendere valuit, uſque dum ille Sanctus pariter cum Monachis ſibi commiſſis Domino precem funderet; & ſic ſanitate recepta, ulterius minime fraudem exinde facere auſus eſt.

* al. Caſtolocus, Chaſtelacher.

Obitum prædicit. 20. Decurſo igitur temporis hujus ſpatio, & ærumnoſæ vitæ calamitatibus forti animi vigore ſuperatis, cœpit beatiſſimus Junianus ſui obitus diem Fratribus prædicare, & ſibi non longius imminere prædixit. Cumque infatigabiliter ſe in præceptis Dei exerceret, nec ſenectuti cederet victor animus in labore, tanto arctius animum ſuſpendit ad cœlum, quanto ſibi eminere prævidit citius propinquare obitus diem. Non multo poſt tempore correptus febre decubuit in lecto; & cum ejus ſanctiſſimos artus depaſceret, cœpit attentius orationi inſiſtere. Cumque paululum ſpiritum ab oratione revocaret, reſpiciens undique Monachorum fratrum turbam conſiſtere, qui ad ejus ſi poſſent venerant relevandum languorem, ſive prece, ſeu ſuavi exhortatione verbis ſupplicibus conſolarentur, inſpiciens quoſdam videntes febrium magnitudinem lacrymantes, talibus eos verbis alloquitur dicens : Nolite, Fratres, nolite ſuper languoris mei valetudine flere. Scio cui credidi, & bene certus ſum non vitam modo finire, ſed incipere; non mortem perpeti, ſed finire. Quid enim eſt aliud hujus vitæ præſentis excurſus, niſi mors, quæ in prima generis humani radice indita eſt ? Quid enim aliud indicat horrenda quædam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error exiſtit, qui omnes filios Adam tenebroſo quodam ſinu ſuſcipit, ut homo ab illo liberari ſine labore, dolore, timore non poſſit niſi morte, & quot peſtes, ut verius dicamus tot mortes. Quid amator ipſe tot rerum noxiarum, & ex hoc mordaces curæ perturbationes, majores formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſævitia, nequitia, impudentia, petulantia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam utriuſque ſexus tot ſtupra atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemia, perjuria, oppreſſiones innocentium, contumeliæ, circumventiones, prævaricationes, falſa teſtimonia, iniqua judicia, violentia, latrocinia : & quidquid talium malorum in mentem non venit, tam de vita iſta hominum

Febre corripitur.

Suos conſolatur.

non

non recedit. Iſta deflenda ſunt, Fratres cariſſimi, iſta fugienda, iſta cum AN.CHR.
omni gaudio finienda, & ad illam perpetuam vitam feſtinandum & cum gau- 587
dio exinde ingrediendum, & illuc properandum ubi nihil tale manentibus acci- 13.Auguſti
dit. Sed videamus quibus Dominus talem promiſit vitam. Ait enim ipſa Ve-
ritas: *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Poſuit in Matth.5.
principio beatitudinis humiles corde, ac per hoc excluſit ſuperbos & tumidos,
ubi dicit pauperes ſpiritu regnaturos. Deinde *Beati mites, beati qui lugent, bea-
ti qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, beati miſericordes, beati pacifici, beati mundo
corde*. Ecce quales invitantur ad æternam requiem, qui tali deſudaverunt tem-
poraliter in labore, nam qui hic in mundo gaudent, illic ſine fine lugebunt.
Vere hoc eſt indeficienter regnare, coronam beatitudinis talibus ornatam virtu-
tibus veluti floribus poſſidere, Deum confuſione mereri, conſpicere quo præ-
ſente mereatur anima cernere quod amavit. Quod ſi in hoc ſæculo ad præſens
humana fragilitas dicit ſe regnare quadam ſibi proſperitate, ſi blandiatur falſa
& fugitiva felicitas; quanto magis illud regnum quærendum eſt, ubi ſemper
liliorum roſarumque blandior lux arridet, ubi pictura flores odoriferi non mar-
ceſcunt, ubi loci fecunditas neque nube premitur, neque ſole ſiccatur, ubi non
finitur cum poſſeſſore poſſeſſio, ubi quidquid deſiderat animus dat aſpectus, ubi
Juſtus gemmas calcat in plateis, quas modo Reges nequaquam tales geſtant in
coronis, ubi mortalitas translata in immortalitatem cum Angelis ſorte ſimili
gloriatur, ubi hominibus & Deo cum Thronis, & Dominationibus, & univer-
ſo Angelorum cœtu fit una poſſeſſio? Ibi dilectiſſimi Fratres, ibi totum mentis
oculum dirigite, ibi deſiderium veſtrum figite, totis viribus illuc tendite, ubi
tantæ felicitatis gratia poſſidetur.

21. His & aliis quamplurimis ſpiritualibus alloquiis per totam pene noctem
commiſſum ſibi gregem eſcam potumque miniſtrans pervigilem reddidit inter
cetera allocutionum præcepta dicens eis: Fratres ante mutuam in vobiſmetipſis
habete charitatem. *Charitas eſt Deus, & qui manet in charitate in Deo ma-* 1.Joan.4.16
net, & Deus in eo. Nolite locum dare diabolo. Ille etenim dat locum antiquo
hoſti, qui ſe a fraternitatis dilectione ſejungit, ſit vobis cor unum & anima una
in Domino, ſicut in primordio Eccleſiæ de fidelibus dicitur, quod erat illis cor
unum & anima una. De ſucceſſoris mei prælatione cavete ne aliqua variatio
fiat, ſed unanimes unum vobis conſtituite. Quod ſi verum & optimum vobis
conſtituere deſideratis, compresbyterum & ſpiritalem filium meum AURE-
MUNDUM vobis conſtituendum decernite. Ipſe etenim, & vitæ exemplo &
morum probitate, & doctrinæ eloquio ducatum credo ad æternam vitam capeſ- Succeſſorem deſignat.
ſendam præbebit.

22. Cumque jam aurora ſignum daret, & tempus immineret quo illa anima Moritur
corpore diſſoluta ad cœlum migraret, valefaciens omnibus & pacis oſculum tri- an. 587.
buens, reddito mortis debito, de antiqui hoſtis inſidiis triumphans victor ab An-
gelicis choris ſuſcepta cœlum conſcendit. Tantus etenim mox cœlitus illic ferme
per trium horarum ſpatium odor fragravit, ſicut narrante prædicto AUREMUN-
DO qui aderat cognovimus, ut omnium aromatum fragrantiam ſuperaret. Sed
& vultus illius mox tanta claritate enituit, ut non eum exanimem crederes,
ſed dormientem potius æſtimares. Dederat enim mandatum, ut ſtatim cum a
ſæculo migraſſet nuntiaretur beatiſſimæ RADEGUNDI, ut pro eo precem do-
mino funderet, quod & illa ſimiliter fecerat. Accidit ut eodem die eadem ho-
ra uterque migraret de ſæculo, & quos hic unius charitatis vinculum conſtrin- Eadem hora qua S.
xerat, illic eos pariter paradiſi gloria ſimul acciperet. Denique legati ex utra- Radegundis, nim.
que parte proficiſcuntur, qui ſibi obviam occurrentes ſciſcitabantur alter ab al- 13.Auguſti.
tero quamobrem celeriter pergeret: indicaverunt ſibi unuſquiſque qua de cauſa
itineris laborem aſſumpſiſſet, & inventum eſt in unius horæ puncto utroſque
migraſſe ad cœlum, & more funeris exequiæ præparantur.

23. Undique populi conveniunt, catervæ Monachorum adſunt, & dignis ob-
ſequiis ſanctiſſimum virum proſequuntur. More ſolito membra feretro compo-
nunt, cum laudibus & digno officio funeris ad locum quo ſepeliendus erat pro-
ficiſcun-

AN.CHR. 587 13. Augusti

Sepelitur Mariaci.

ficiſcuntur. Non modica turba tam populorum quam etiam Monachorum, & præcedente & ſubſequente cum cereis, & luminaribus iter arripitur. Et cum jam aliqua pars itineris conficeretur, ſubito qui humeris illud ſanctum corpus portabant immobiles permanſerunt, & paululum reſumptis viribus conabantur illud amovere, & proficiſci. Sed ita feretrum in quo geſtabatur immobile permanſit, ut nequaquam exinde qualibet in parte moveri poſſet. Mirantes quod acciderat ſignum non minimus omnes horror invaſerat: Sed precibus Deo fuſis, ut datis judiciis patefaceret quo ipſum beatiſſimum corpus terræ humari placeat. Decretum enim fuerat ut Coloniaco conderetur, ſed nequaquam illuc deferri potuit, viſum eſt omnibus ut in loco nuncupante Mariaco eum conderent, quo concilio accepto ſtatim perſacile eum exportantes illuc adtulerunt. Unde omnibus patefactum eſt, illic eum Dominum voluiſſe recondi, & ſibi aptum fuiſſe, ubi cum magno funeris apparatu venientes, venerabiliter ſepultus eſt; quo in loco miraculorum ex illo uſque nunc congeries coruſcat. Illic enim & dæmones ab obſeſſis corporibus fugantur, cæci illuminantur, claudi proprium recipiunt greſſum, debiles incolumitatem adſequuntur, digna petentibus vota tribuuntur, omnis incommoditas refugit, ſalus optata refunditur omnibus, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

MONITUM.

Sancti Juniani Translationem, quando ſacrum ipſius Corpus e Cœnobio Mariacenſi in Nobiliacenſe (vulgo Noaille*) prope Pictones recens exſtructum Era Chriſtiana ſaculo 9. deportatum eſt, in id temporis reſervamus, acturi ſuo loco de ejuſdem in Synodum Carrofenſem delatione anno 1182. facta. Interim vero adnotamus, ſacras Juniani Reliquias poſt Synodum Nobiliaco reſtitutas, cum debito in honore ad annum uſque 1569. inibi fuiſſent, tunc demum ob Calviniſtorum furorem ſecretiori loculo illic cum vaſis ſacratis incluſas hactenus latuiſſe, fugatis exſtinctiſque omnibus, qui hujuſce rei conſcii fuerant.*

AN.CHR. 587 13. Augusti

VITA S. RADEGUNDIS REGINÆ
DUOBUS LIBRIS COMPOSITA,
LIBER PRIMUS.

Auctore VENANTIO FORTUNATO Epiſcopo Pictav.

Ad MSS. cod. S. Germani Pratenſis & Conchenſis Monaſt. & D. d'Herouval.

PROLOGUS.

Deus per feminas mira nonnumquam operatur.

1. REDEMPTORIS noſtri tantum dives eſt largitas, ut in ſexu muliebri celebret fortes victorias, & corpore fragiliores ipſas reddat feminas, virtute mentis inclitæ glorioſas. Quas habentes naſcendo mollitiem facit Chriſtus robuſtas ex fide: ut quæ videntur imbecilles, dum coronantur ex meritis, a quo efficiuntur fortes, laudem ſui cumulent Creatoris, habendo in vaſis fictilibus theſauros cœli reconditos: in quarum viſceribus cum ſuis divitiis ipſe Rex habitator eſt Chriſtus. Quæ mortificantes ſe ſæculo, deſpectu terræ conſortiu, defæcato * mundi contagio, non confidentes in lubrico, non ſtantes in lapſu, quærentes vivere Deo, ad gloriam Redemptoris ſunt copulatæ paradiſo. In quo eſt pariter numero, cujus vitæ præſentis curſum, licet ſermone privato, ferre tentavimus in publicum: ut cujus eſt vita cum Chriſto in gloria, memoria relata celebretur in mundo.

* al. deſerto.

VITA INCIPIT.

Radegundis genus.

2. Beatiſſima igitur RADEGUNDIS, natione barbara de regione Thuringa, avo Rege BASSINO, patruo HARMANFRIDO, patre Rege BERTHARIO. In quantum altitudo ſæculi tangit, Regio de germine orta, celſa licet origine, multo celſior actione. Quæ cum ſummis ſuis parentibus brevi manſiſſet tempore, tempeſtate barbarica, Francorum victoria regione vaſtata, vice Iſraelitica exit & migrat de patria. Tunc inter ipſos victores cujus eſſet in præda regalis puella, fit contentio de captiva. Et niſi reddita fuiſſet tranſacto cer-

ANCHR. 587 13. Auguſti

certamine, in ſe Reges arma moviſſent. Quæ veniens in ſortem præcelſi Regis CHLOTHARII, in Veromadenſem ducta Atteias *a* in villa Regia nutriendi cauſa cuſtodibus eſt deputata. Quæ puella inter alia opera, quæ ſexui ejus congruebant, litteris eſt erudita: frequenter loquens cum parvulis, ſi conſerret ſors temporis, Martyr fieri cupiens. Indicabat adoleſcens jam tunc merita ſenectutis, obtinens pro parte quæ petiit. Denique dum eſſet in pace florens Eccleſia, ipſa eſt a domeſticis perſecutionem perpeſſa. Jam tunc id agens infantula, quicquid ſibi remanſiſſet in menſa, collectis parvulis, lavans capita ſingulis, compoſitis ſellulis, porrigens aquam manibus, ipſa cibos inferebat, ipſa miſcebat infantulis. Hoc etiam præmeditans cum SAMUELE parvulo Clerico gerebat. Facta cruce lignea præcedente, ſubſequentes pſallendo ad Oratorium cum gravitate matura ſimul parvuli properabant. Et ipſa tamen cum ſua veſte nitidans pavimentum. Circa altare vero cum facitergio *b* jacentem pulverem colligens, foris cum reverentia recondebat, potius quam vergebat. Quam cum præparatis expenſis Victuriaci *c* voluiſſet Rex prædictus accipere, per Beralcham ab Atteias nocte cum paucis elapſa eſt. Deinde Sueſſionis cum eam direxiſſet ut Reginam erigeret, evitans pompam Regalem ne ſæculo creſceret, ſed cui debebatur, & humana gloria non mutatur.

a Chlothario captiva abducitur circa an. 530.
Martyrium cupit.
Patientiæ & miſericordiæ dat operam.
Et rebus divinis.

3. Nubit ergo terreno Principi, nec tamen ſeparata a cœleſti. Ac dum ſibi acceſſiſſet ſæcularis poteſtas, magis quam permitteret dignitas, ſe plus inclinavit voluntas. Subdita ſemper Deo, ſectans monita Sacerdotum, plus participata Chriſto quam ſociata conjugio. Illo vero ſub tempore tentamus peſtfacere de multis pauca quæ geſſerit. Ideo juncta Principi, timens „ ne Deo degradaſſet, cum mundi gradu proficeret, ſe ſua cum facultate eleemoſynæ dedicavit. Nam cum ſibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quæ veniſſent ad eam, ante dedit decimas quam recepit. Deinde quod ſupererat, Monaſteriis diſpenſabat: & quo ire pede non poterat, tranſmiſſo munere circuibat. A cujus munificentia nec ipſe ſe abſcondere potuit Eremita: & ſicuti ne premeretur a ſarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam egeni vox non inaniter ſonuit, nec ipſa eam ſurda præteriit: ſæpe donans indumenta, credens ſub inopis veſte Chriſti membra ſe tegere: hoc ſe reputans perdere quicquid pauperibus non dediſſet.

Chlothario nupta ut ſe geſſerit.
Quam miſericors & munifica.

4. Adhuc animum tendens ad opus miſericordiæ, Atteias domum inſtruit, ubi lectis culte compoſitis, congregatis egenis feminis, ipſa eas lavans in thermis, morborumque curans putredines. Virorum capita diluens, miniſterium faciens, quos ante lavarat, eiſdem ſua manu miſcebat, ut feſſos de ſudore ſumpta potio recrearet. Sic devota femina nata & nupta Regina, palatii domina pauperibus ſerviebat ancilla. In menſa vero ſuboccute, ne forte cognoſceretur ab aliquo, ante ſe poſito cum legumine ſcreolo, inter epulas Regum, more trium puerorum, fava * vel lenticula delectabiliter veſcebatur. De Curſu *d* vero decantando, etſi ſederet in prandio, excuſans ſe Regi aliquo caſu, ut Deo redderet debitum, ſe ſubducebat convivio. Quo egreſſa Domino pſallebat, & curioſe requirebat quaſi cibo foris pauperes refeciſſent.

Ejus humilitas & humanitas.
Abſtinentia.
* faba.

5. Item nocturno tempore, cum reclinaret cum Principe, rogans ſe pro humana neceſſitate conſurgere, levans egreſſa cubiculo, tamdiu ante ſecretum orationi incumbebat jactato cilicio, ut ſolo calens ſpiritu jaceret gelu penetrata, tota carne præmortua? Non curans corporis tormenta mens intenta paradiſo, leve reputans quod ferret, tantum ne Chriſto vileſceret. Inde regreſſa cubiculum, via tepefieri poterat vel foco vel lectulo. De qua Regi dicebatur habere ſe potius jugalem Monacham quam Reginam. Unde & ipſe irritatus * pro bonis erat aſperrimus. Sed illa pro parte leniens, pro patre tolerabat modeſte rixas illatas a conjuge.

Nocturnæ preces.
* al. tratis.

6. Diebus vero Quadrageſimæ ſatis eſt ſcire qualiter ſe tereret inter veſtes Regias ſingulariter pœnitens. Igitur appropinquante jejunii tempore mittens ad religioſam Monacham nomine PIAM in ſancto propoſito, illa dirigebat veneranter in linteo ſigillatum cilicium: quod Sancta induens ad corpus, per totam Quadrageſimam ſubter veſte Regia dulci portabat in ſarcinu. Tranſactis diebus ſimiliter ſigillatum retranſmittebat cilicium. Sic autem Rex deeſſet, quis eradat qualiter ſe orationi diffunderet, qualiter ſe tamquam præſentis Chriſti pedibus alligaret; & quaſi repleta deliciis, ſic longo jejunio ſatiaret in lacrymis? Cui deſpecto ventris edulio Chriſtus tota refectio, & tota fames erat in Chriſto.

Tota Quadrageſima utitur cilicio.
Jejunio item lacrymiſque vacat.

7. Illud qua pietate peragebat ſollicita, ut quæ per Oratoria vel loca venerabilia tota nocte perlucerent, candelas ſuis manibus factas jugiter miniſtrabat? Unde hora ſerotina, dum ei nuntiarent tarde, quod eam ad menſam Rex quæreret; circa res Dei dum ſatagebat, rixas habebat a conjuge, ita ut vicibus multis princeps per munera ſatisfaceret, quod ei per linguam peccaſſet.

Luminaria fabricat.

8. Ad cujus opinionem ſi quis ſervorum Dei viſus fuiſſet vel per ſe, vel * vocatus occurre-

* Sur add. per alium.

a Atteia; *Athies*, in Varomanduis ad Suminam flumen erat ex eorum vicorum numero, quos quia fiſci erant, vulgo villas publicas aut Regias appellabant, uti Hadrianus Valeſius in Hiſt. lib. xi. obſervavit.
b Facitergium pro Sudario, quod faciei ſudes tergat.
c al. *Victoria*, vernacule *Vitry*, in Belgio duabus leucis a Duaco: ubi Sigibertus Rex inſtinctu Fredegundis occiſus eſt. Aliud eſt ejuſdem nominis opidum in Campania, ſed tunc Chlothario non parebat.
d Decurſus ſive Curſus pro officiis Divinis a Gregorio Turonenſi & Fortunato non raro uſurpari, dictum eſt in Vita S. Germani Epiſc. Pariſ. ad num. 75. *Decantare* heic & alibi paſſim pro *recitare* ſumitur.

AN.CHR. 587
13. Auguſti

Servos Dei mire veneratur.

currere; videres illam, cœleſtem habere lætitiam; & hora noctis recurſa cum paucis pergens & intimis per nivem, lutum, vel pulverem, aqua calida parata, ipſa lavabat & tergebat venerandi veſtigia nec reſiſtente ſervo Dei, & propinabat in patera. Sequenti die curam domus committens crediraris, ipſa ſe totam occupabat circa viri juſti verba; circa ſalutis inſtituta, & circa adipiſcenda vitæ cœleſtis commercia retentabatur per dies. Et ſi veniſſet Pontifex, in aſpectu ejus lætificabatur, & remuneratum relaxabat ipſa triſtis ad propria.

Orationi tejicit.

9. Illud quoque quam prudenter totum pro ſua ſalute providebat impendere: quoties quaſi maforcem *a* novum, lineum ſabanum, auro vel gemmis ornatum more veſtiebat de barbaro, a circumſtantibus puellis ſi laudaretur pulcherrimum, indignam ſe adjudicans tali compoui linteolo, mox exuens ſe veſtimento, dirigebat loco ſancto, quiſquis eſſet in proximo, & pro palla ponebatur divinum ſuper altare.

Pro reis intercedit.

10. Qualiter vero ſi quis pro culpa criminali, ut aſſolet, a Rege deputabatur interfici, ſanctiſſima Regina moriebatur cruciatu, ne deſignatus reus moreretur in gladio! Qualiter concarſabat per domeſticos fideles ſervientes & proceres, quorum blandimentis mulcebat animum Principis, donec in ipſa ira Regis, unde proceſſerat ſors mortis, inde curreret vox ſalutis?

Captivos divinitus liberat.

* Perenne, Opidum ad Sumonam in Picardia.

11. His igitur beatis actibus occupatam intantum provcat Divina clementia, ut etiam adhuc in palatio laica Domino largiente declararentur per eam miracula. Denique in Perunna * villa poſt prandium dum ambularet per hortum Sanctiſſima, rei retruſi pro crimine ſuccurri ſibi clamabant, vociferantes de carcere. Ipſa quid eſſet interrogat: Mentiuntur miniſtri, quod mendicorum turba quæreret eleemoſynam. Credens hoc illa, tranſmittit quo indigebat inopia. Interea a Judice compelluntur tacere qui tenebantur in compede. Cum vero nox ſupervenisſet, dum ſibi Curſum diceret, fractis vinculis ſoluti occurrunt Sanctæ de carcere. Quo cognito reos ſe viderunt qui Beatæ mentiti ſunt, dum qui rei fuerant de catenis ſoluti ſunt.

Radegundis fratre occiſo velatur.

* innocens

1. Cor. 7.

* id eſt, publice ſeu ſolemniter nuptam.

12. Et quoniam frequenter aliqua occaſione, Divinitate proſperante, caſus cedit ad ſalutem; ut hæc religioſius viveret, frater interficitur *b* innocenter *. Directa igitur a Rege veniens ad beatum MEDARDUM Noviomago, ſupplicat inſtanter, ut ipſam mutata veſte Domino conſecraret. Sed memor dicentis Apoſtoli: Si qua ligata ſit conjugi, non quærat diſſolvi, differebat Reginam, ne veſte tegeret Monacham. Adhuc beatum virum perturbabant proceres, & per Baſilicam graviter ab altari retrahebant, ne velaret Regi conjunctam, ac videretur Sacerdoti ne præſumeret Principi ſubducere Reginam, non publicanam ſed publicam *. Quo Sanctiſſima cognito, intrans in ſacrarium, Monachica veſte induitur, procedit ad altare, beatiſſimum Medardum his verbis alloquitur dicens: Si me conſecrare diſtuleris, & plus hominem quam Deum timueris, de manu tua a Paſtore ovis anima requiratur. Quo ille conteſtationis concuſſus tonitruo, manu ſuperpoſita conſecravit Diaconam *c*.

* al. blattis, gemmis, ornamentis

Eccleſiis multa confert donaria.

* ſimiliter.

13. Mox indumentum nobile, quo celeberrima die ſolebat pompa comitante Regina procedere, exuta ponit in altare, blattas, gemmataque ornamenta * : menſam divinæ gloriæ tot donis onerat per honorem. Cingulum auri ponderatum fractum dat in opus pauperum. Similiter accedens ad Cellam ſancti JUMERIS *d*, die uno quo ſe ornabat ſelis Regina, compoſito ſermone ut loquar barbaro, ſtapionem, camiſas, manicas, coſfui, fibulas, cuncta auro, quædam gemmis exornata per circulum ſibi profutura ſancto tradit altari. Inde procedens ad Cellam venerabilis DATDONIS, die qua debuit ornari præſtanter in ſæculo, quidquid indui poterat, cenſu divite ſemina, Abbate remunerato totum dedit Cœnobio. Æquiter * ſancti GUNDULFI, poſt facti Mettis Epiſcopi *e*, progreſſa receptaculo, non minore laboratu nobilitavit Synergium *f*.

Turonis quid egerit.

* Cande.

14. Hinc felici navigio Turonis appulſa quæ ſuppleat eloquentia, quantum officioſam, quantumque ſe monſtravit munificam? Quid egerit circa ſancti Martini atria, Templa, Baſilicam, flens, lacrymis inſatiata, ſingula jacens per limina, ubi Miſſa revocata *g*, veſtibus & ornamento, quo ſe clariori cultu ſolebat ferre in Palatio, ſacrum componit altare. Hinc cum in vicum Condatenſem *, ubi glorioſus vir Martinus & Chriſti ſatis intimus ſecator migravit de ſæculo, Ancilla Domini perveniſſet, dedit uno inferiora, Domini creſcens in gratia.

15. Hinc

a *Maforte* muliebre capitis tegumentum; *Lineum ſabanum* (a voce Theotiſca *Saban*, quæ linteum ſignificat) hic ſimul videtur pro veſtimento ex lino confecto, cui aurum & gemmæ aſſutæ erant.

b Fortunatus in carmine de excidio Thoringiæ Supplem. 1. inducit Redegundem fratris necem patheticos deflentem.

c Et tamen paullo ante Conc. Aurelianenſe II anno Chriſti 533. celebratum ſic ſtatuit Canone 18. *Placuit etiam ut nulli poſtmodum feminæ Diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur*: quo licet ex antiquorum Canonum præſcripto, annorum quadraginta probationem revocare duntaxat videtur Joannis Morino Exercit. 10. de Sacr. Ordinat. cap. 3. neque ſic tamen in Radegunde locum habuit. Diaconiſſas omnino deſiiſſe ante ſæculum 10. apparet ex Attonis Epiſc. Vercellenſis Epiſtola ad Ambroſium Sacerdotem in Tom. 8. Spicilegii Vet. Script. pag. 123

d In cod. San-Germanenſi legitur *ſtapiane*, in ſexto caſu. Scribendum videtur, *Scapionem*, ad Regium diadema deſignandum. Nam Germanis hodieque *Scappel* Vits ſeu capitis redimiculum dicitur. Si vero quis *ſtapionem* retinendum velit, vox iſta de pedum ornamentis interpretanda erit, qualia Iſaias in cap. 3. commemorat: nam *ſtapia*, equeſtre ſuppedaneum.

e Ita MSS. Codd. Et tamen nullus GUNDULPI nomine legitur Mettenſis Epiſcopus uſque ad Ludovici Pii ætatem. An forte pro GUNDULFI legendum GOSCELINI, qui ſæculo 8. Sedi Mettenſi præfuit?

f Synergium, locus in quo plures ſimul operantur, hic uſurpari videtur pro Monaſterio, quod eadem ratione nonnumquam Aſceterium appellatur.

g Sic legendum probant veteres membranæ, non vero *Miſſore revocato*, vel *Miſſore vocato*, ut apud Surium. Codex D. d'Herouval ex amanuenſis interpretatione habet *Miſſa celebrata*, ſed perperam ut conſtare videtur ex adnotatis in Vitam S. Germani Epiſc. Pariſ. num. 60.

AN.CHR. 587

c 3. Auguſt.

15. Hinc cùm in villa Suaedas * Pictavo territorio juxta prædictum vicum decenter accederet, itinere proſperante, qualiter ſe geſſit per ſingula, quis enumeret infinitam? Quæ in menſa ſub fladone *a* ſegalatium * panem abſconſum & hordeaceum manducabat occulte, ſic ut nemo perciperet. Nam ex illo tempore, quo beato MEDARDO conſecrante velata eſt, uſque ad infirmitatem præter legumen & olera, non pomum, piſcem, vel ovum nec quid aliud edit: potum vero præter aquam mulſam atque piratium non bibit: vini *b* vero puritatem aut medi * decoctionem, cerviſiæque turbidinem non contigit.

* Sais, inter Turones & Pictones.

Quali cibo & potu uſa ſit.

* Siligineum.

* potio ex melle.

16. Tum more ſancti GERMANI jubet ſibi molam ſecretiſſime deferri, ad quam tota Quadrageſima tantum laboravit, quantum quatriduana refectio poſtulavit. Oblationes etiam ſuis manibus faciens, locis venerabilibus inceſſabiliter diſpenſavit. Ergo apud Sanctam non minus uſus miſericordiæ quam erat concurſus de plebe, ut nec deeſſet qui peteret, nec deficeret quod donaretur. Mirandum ut omnibus ſatisfaceret, unde theſauri tot exuli, unde tot divitiæ peregrinæ.

Quam munifica.

17. Quantum expendebat diurna redemptio, ſola ſciebat quæ petentibus deportabat. Nam præter quotidianam menſam, qua reſovebat matriculam *c*; duobus ſemper diebus ſabbati quinta & ſabbato vicibus balneo parato ipſa ſuccincta de ſabano * capita lavans egenorum, defricans quicquid erat, cruſtam, ſcabiem, tineam nec purulentam faſtidiens, interdum & vermes extrahens, purgans cutis putredines, ſigillatim capita pectebat ipſa quæ laverat. Ulcera vero cicatricum, quæ cutis laxa detexerat aut ungues exaſperaverant, more Evangelico, oleo ſuperfuſo mulcebat morbi contagium. Mulierum vero deſcendentium in tinam *, ipſa cum ſapone a capite uſque ad plantam membra ſingula diluebat. Egredientibus exinde ſi cui veterata indumenta conſpiceret, tollens raſa, nova reddens: ante pannoſos faciebat venire cultos ad prandium; quibus congregatis, miniſterio parato, ipſa aquam ſive mappam ſingulis porrigebat, & invalidis ipſa pariter os & manus tergebat. Hinc tribus ferculis illatis, fartis deliciis, ſtans ante prandentes jejunia, præſens convivis, ipſa incidebat panem, carnem, vel quidquid apponeret. Languidis autem & cæcis non ceſſabat ipſa cibos cum cochleari porrigere, hoc præſentibus duabus, ſed ſe ſola ſerviente, ut nova Martha ſatageret, donec potulenti * fratres læti fierent conviviis. Tunc illa removens ſe loco ut ablueret manus, jam bene culto convivio tota gratificabatur. Si quid audiret de fremitu, jubebat tamen ut ſederent, donec vellent adſurgere.

Quam humana erga pauperes & miſericors.

* linteo.

* doliolum vulgo tinetio.

Miniſtrat egenis in menſa.

* al. purulenti lectum, cum in MSS. ſit potolenti.

18. Venerabili vero omni Dominico die hoc habebat in canone vel æſtate vel hyeme, ut pauperibus collectis primo merum ſua manu potu dulci porrigeret, puellæ poſtea committens, ut omnibus illa propinaret: quia ipſa feſtinabat orationi occurrere, quo & Curſum conſummaret, & Sacerdotibus ad menſam invitatis occurreret, quos adhuc Regali more ad propria cum rediret, ſine munere non laxaret.

Quid rei egerit die Dominico.

19. Hanc quoque rem intermiſcendam qua peragebat dulcedine! Cum leproſi venientes ſigno facto ſe proderent, jubebat adminiculæ, ut unde, vel quanti eſſent pia cura requireret. Qua ſibi renunciante parata menſa, miſſorium *d*, cochleares, cultellos, cannas *e*, potum & calices ſola ſubſequente intromittebatur furtim, quo ſe nemo perciperet. Ipſa ſum mulieres variis lepræ maculis perfuſas comprehendens in amplexu, oſculabatur & vultum, toto diligens animo. Deinde poſita menſa ferens aquam calidam, facies lavabat, manus, ungues & ulcera, & rurſus adminiſtrabat ipſa paſcens per ſingula. Recedentibus præbebat aurum vel veſtimenta, vix una teſte munifica. Miniſtra tamen præſumebat eam blandimentis ſic appellare: Sanctiſſima domina, quis te oſculetur quæ ſic leproſos amplecteris? Illa reſpondit benivole: Vere ſi me non oſculeris, hinc mihi cura nec ulla eſt.

Officioſiſſime tractat leproſas.

20. Quæ tamen præſtante Deo diverſo fulſit miraculo. Denique ſi quis puſtulæ deſperaret de vulnere, offerebat miniſtra Sanctæ folium pampini, mentiens ſibi opus hoc eſſe. Sicque vix obtento ſignaculo portans ad deſperatum, vulneri ſuperpoſito mox occurrebat remedium. Iridem frigoriticus qui veniſſet aut languidus, dicens in ſomnis ſe vidiſſe ut pro ſua ſalute feminæ ſanctæ occurreret, offerens candelam alicui ex miniſtris? qua accenſa per noctem morbus accipiebat mortem, morbidus ſanitatem. Quoties autem

Infirmos ſanat.

a Eadem voce iterum utitur Fortunatus infra n. 21. quo in loco codex Conchenſis ſcribit, *ſub placentir*, cum in aliis habeatur, ſub Fladone. Ex quo intelligas Fladones eſſe placentas, quas vernacule *Flaons* noſtrates apellant. Apud Bollandum To. 2. Febr. pag. 105. in ſcripto Henrici Abbatis Centulenſis. *Sunt ibi clibana tredecim, quæ reddunt unumquodque per annum decem ſolidos & panes trecentos, Flatones in Litaniis unumquodque triginta.* Ubi vir doctiſſimus Flatones, placentas interpretatur. Udalricus in lib. 2. Conſuetud. Cluniac. cap. 4. *Pro ſigno Fladorum*, inquit, *præmiſſo generali panis & caſei de una manu omnes digitos inflecte, & ita manum cava, & in ſuperficiem alterius pone.*

b Extat apud Fortunatum in lib. 11. carm. 3. ad Radegundem, quo eam ad bibendum vinum hortatur. Idem Auctor in lib. 8. carm. 7. ac 11. de mundi contemptu & recluſione B. Reginæ gratulatur.

c Matricula ſumitur tum pro libello, cui pauperes Eccleſiæ ſumptibus alendi inſcribebantur, cum pro ipſis egenis, ut hoc loco. Vide Gregorium Turonenſem lib. 2. Mirac. S. Martini c. 22.

d Miſſorium nonnumquam deſignat donarium a principe miſſum, alias concham modicam, in qua aliquid liquoris reponitur. Quo ſenſu hic uſurpari videtur.

e Cannæ ſunt fiſcellæ ſeu vaſa viminea.

AN.CHR. 587 13.Auguſt.

cum cognoviſſet decubantem in lectolo, portans poma peregrina, dulce ſimul & calidum, reficiebat ægrotum: & qui nec decimo jam die quid percepiſſet, cibaria ipſa mox adminiſtrante, languidus accipiebat cibum pariter & ſalutem; quod tamen ipſa imperabar, ne quis proferret in fabula.

Quantam abſtinentiam exercuerit in Monaſterio.

* al. omnibus diebus.

21. Quanta vero congreſſio popularis catitit die qua ſe Sancta deliberavit recludere; ut quos plateæ non caperent, aſcendentes tecta complerent. Quid aurem Sanctiſſima jejunii, obſequii, humilitatis, charitatis, laboris & cruciatus ferventer indepta ſit, ſi quis cuncta percurreret, ipſam prædicaret tam Confeſſorem quam Martyrem. Ergo venerabilem præter diem Dominicum fuit Sacratiſſimæ * omnis dies jejunium: lenticulæ vel oleris prope jejuna refectio; non avem, piſcem vel pomum, vel ovum habens edulium. Panis vero deliciarum ſegalacium fuit aut hordeaceum, quem abſconſum ſub fladone ſumebat, ne quis perciperet. Hæc fuit etiam potio aqua mulſa, piracium, ſed modice libaeu ſitibunda potatio.

In Quadrageſima.

22. Prima quoque Quadrageſima, qua ſe recluſit in cellula, donec fuiſſet tranſacta, panis non ſumpſit cibaria, niſi die Dominica, ſed tantum radices herbarum, aut olera de malvis ſine olei gutta, ſine ſale compoſita. Verum aquæ toto jejunio nec ſumens duo ſextaria hinc tanta ſiti laborabat, ut faucibus deſiccatis, vix Pſalmum diceret arida. Cilicium etiam habens ad corpus pro lineo jugiter: Curſum decantans peragebat vigilias: ante ſe cinerem ſtratum ſuperjecto cilicio, hoc utebatur pro lectulo: ipſa requies fatigabat, cui parum videbatur hoc ſuſtinere corpuſculum *a*.

Cilicio uſa eſt pro linteo & lecto.

Vilibus officiis ſtudet.

* al. relaxans.

23. Adhuc Monachabus omnibus ſoporantibus calceamenta tergens & ungens, retranſmittebat per ſingulas. Aliis Quadrageſimis *b* aliquid relaxatius * quinta feria ſumebat, deinde Dominica. Nam & reliquo tempore præter dies Paſchales ac ſummæ feſtivitatis, donec infirmitas permiſit, in cinere & cilicio ſemper vitam duxit auſteram. Prius ſe levans ut pſalleret quam Congregatio ſurrexiſſet. Nam de officiis Monaſterialibus, nihil ſibi placuit, niſi prima ſerviret, & ipſa ſe caſtigabat ſi bonum poſt alteram ageret. Ergo ſuis vicibus ſcopans Monaſterii plateas ſimul & angulos, quicquid erat fœdum purgans, & ſarcinas quas alii horreut videre, non abhorrebat evehere. Secretum etiam purgare opus non tardans, ſed occupans *; ferens fœtores ſtercoris, credebat ſe minorem ſibi, ſi ſe non nobilitaret vilitate ſervitii. Ligna ſupportans brachiis, focum flatibus & forcipibus admovens, cadens nec læſa ſe retrahens, extra ſuam hebdomadam infirmantibus ſerviens. Ipſa cibos decoquens, ægrotis facies abluens, ipſa calidum porrigens, viſitabat quos fovebat, jejuna rediens cellulam.

* al. ſcopans.

In culina ut ſe gerebat.

24. Illud quoque quis explicet, quanto fervore excitata ad coquinam concurſitabat ſuam faciens ſeptimanam? Denique nulla Monacharum niſi ipſa, de poſticio *c*, quantum ligni opus erat, ſola ferebat in ſarcina. Aquam de puteo trahebat & diſpenſabat per vaſcula. Olus purgans, legumen lavans, flato focum vivificans; & ut decoqueret eſcas, ſatagebat exæſtuans. Vaſa de foco ipſa levans, diſcos lavans & inferens. Hinc conſummatis conviviis ipſa vaſcula diluens; purgans nitide coquinam, quicquid erat lutulentum ferebat foras in locum deſignatum *. Inde per ægrotantes inferens neceſſaria ibat non tepida, & priuſquam exciperet Arelatenſem Regulam, hebdomada ſub tranſacta ſufficienter ad omnes calidam faciebat. Humilitate ſanctiſſima pedes lavans & oſculans & adhuc omnes proſtrata deprecabatur veniam pro negligentia commiſſa.

* al. ima purgamina.

Catena ferrea rigide ſe cingit.

25. Itaque poſt tot labores quas ſibi pœnas intulerit, & ipſa quæ voce refert perhorreſcit. Quadam vice dum ſibi latos tres circulos ferreos diebus Quadrageſimæ collo vel brachiis nexuit, & tres catenas inferens circa ſuum corpus dum alligaſſet aſtricte, incluſit durum ferrum caro tenera ſupercreſcens. Et tranſacto jejunio cum voluiſſet catenas ſub cute clauſas extrahere nec valeret; caro per dorſum atque pectus ſuper ferrum catenarum eſt inciſa per circulum, ut ſanguis fuſus ad extremum exinaniret corpuſculum.

Carnem ſuam aduſit.

26. Inde vice ſub altera, juſſit fieri laminam in ſigno Chriſti auricalcam, quam accenſam in cellula locis duobus corporis altius ſibi impreſſit, tota carne decocta. Sic ſpiritu flammante membra faciebat ardere. Adhuc aliquid gravius in ſe ipſa tortrix excogitans, una Quadrageſimarum ſuper auſterum jejunium & ſitis torridæ cruciatum adhuc lima cilicii membra tenera ſetis aſperis diſſipante jubet portari aquamanile *d* ardentibus ple-

---

a Apud Surium iſta addantur. *Non illam aliquando mollis pluma fulcivit, neque linteaminis nitor inſtruxit. Manicam qua brachium indueret, non habebat, niſi quod de caliga ſua ſibi duas fecit manicas. Sed ita ſe tractabat, ut hac nec Abbatiſſa ſentiret.* Quæ deſunt in codd. MSS. & ex lib.2. n.8. deſumuntur.

b Alias Quadrageſimas de Quadrageſima Adventus Domini aliiſque explicarunt qui Surium recenſuere: ut de aliis Quadrageſimis quas ante Paſcha poſt primam in Clauſtro exegit Radegundis, hunc locum eſſe interpretandum textus conſecutio docet.

c *Poſticium*, inquit Papias in Vocabul. *eſt lateat oſtium, dictum quod remotum ſit a publico*. Sæpius in poſteriore ædium parte locatum. Poſticiaria eſt quæ curam habet recipiendi ea quæ in Monaſterium deportantur, & tranſmittendi quæ tranſmittuntur, vulgo *la Tourriere*, ut Menardus oſtet probat in Concord. Regul. cap.2t. §. 14.

d Quid ſit Aquamanile, diſcimus ex Ordine Romano, ubi agit, qualiter celebrandum ſit officium Miſſæ: *Aquamanile, hoc eſt vas manuale*, pelvis nimirum aptus excipiendis aquis ex manuum lotione. Iſidorus lib.2. Offic. cap. 10. *Ab Archidiacono ſcyphum aqua cum aqua manili & manutergium accipimus*. Male ergo aquamanile cum urceolo a nonnullis confunditur.

AN.CHR. 587 13 Auguſt.

plenum carbonibus. Hinc diſcedentibus reliquis membris trepidantibus, animus armatur ad pœnam, tractans quia non eſſent perſecutionis tempora, a ſe ut fieret Martyr. Inter hæc ut refrigeraret tam ſerventem animum, incendere corpus delibetat, apponit æra candentia; ſtridunt membra cremantia, conſumitur cutis, & intima quo attigit ardor, fit ſoſſa. Tacens tegit foramina: ſed computreſcens ſanguis maniſeſtabat quod vox non prodebat in pœna. Sic femina pro Chriſti dulcedine, tot amara libenter eacepit. Hinc actum eſt, ut quod ipſa abdiderit, hoc miracula non tacetent.

27. Itaque matrona GESLAADI proceris nomine BALLA, ſed longa cæcitate miſerrima, rogavit ſe de Francia Pictavis ad ſanctæ duci devote præſentiam. Quam licet tarde eao-rata ſibi ſecit occurri per tetræ noctis ſilentia. Proſtrata cujus ad genua ut dignaretur oculos ejus ſignare, via impetrat, quæ mox ut in nomine Chriſti ſignum Crucis impreſſit, cæcitas ſugit, lux rediit, & nocturno ſub tempore orbæ diu dies inluxit: ita ut tracta cum veniſſet, nullo ducenre recederet.

Mulieri viſum reſtituit.

28. Item puella FRAIFLEDIS inimico inſtigante dum torqueretur tam nequiter, ſacras * inter manus Sanctæ, nec data dilatione, curari promeruit. Nec illuc prætereatur, tempus Beatæ quod præſtitit. Fœmina quædam LAUBILIS dum vexaretur in ente ab adverſario graviter, ſequenti die Sancta orante, nova Chriſti curatione in ſcapula crepante cute, & verme ſoras exeunte, ſana eſt reddita publice; & ipſum vermem calcans pede, liberata ſe retulit.

Dæmoniacam ſanat. * al. Suaedas.

29. Illud quod geſſit in ſecreto, proferatur in populum. Monacha quædam toto anno, in die gelata frigore, per noctem cremata igni, ſea menſibus nec greſſum movens, cum jaceret exanimis, Sanctæ de ejus infirmitate ſoror altera nunciavit. Et quia perinanis eſſet, tepidam fieri præcapit, ipſam ægrotam ad ſe ſacit in cellula deportari & in tepida deponi. Hinc jubet omnes removeri, remanente tantum ſola ſimul ægrota cum medica fere per horas duas. Quantum eſt corporis forma a capite uſque ad plantam infirma membra combajulat. Dehinc quo manus attingebat, fugiebat dolor de languida; & quam duæ depoſuerant, exiit ſalubris de tepida. Quæ vinum nec odorabat, accepit, bibit, & refecta eſt. Quid plura? ſequenti die cum jam ſperaretur * migrare de ſæculo, ſalva proceſſit in publicum.

Monialem ſanat exanimem.

* pro crederetur.

30. Adjiciatur laudi quod non deperit merito. Mulier quædam dum inimici invaſiona graviter laboraret, & via ad Sanctam potuiſſent hoſtem rebellem adducere; imperat adverſario, ut ſa ſuo cum timore pavimento proſterneret. Mox ad Beatæ ſermonem in terram ſe dejiciens, qui timebatur, extimuit. Cui Sancta plena fide cum calcaſſet in cervice, fluxu ventris egreſſus eſt. Eſt & in rebus minimis magna gloria Creatoris. Ergo caſu cum glomus quem ſancta filaverat, perpenderet de camera, veniens ſorex ut tangeret, antequam filum incideret, mortuus in morſu pependit.

Pellit dæmonem.

31. Inſeratur operi res tam digna miraculo. FLORAJUS quidam nomine, homo ejuſdem Sanctæ, pro piſcatione dum in mare ſatageret, oborto ventorum turbine, fluctuum ſurgente mole, nec tam nauta ſentinanta, * quam onda ſupervergente, cum navis plena ſubmergeretur, in extremitate clamat: Sancta Radegundis, dum tibi obedimus, non ſubſidamus naufragio, ſed obtine apud Deum ut liberemur de pelago. Quo dicto, moa ſugata nube, reddita ſerenitate, unda cadenta, prora ſurrexit.

Tempeſtatem ſedat. * ſentinam ejiciente.

32. GODA puella ſæcularis, poſt Deo Monacha ſerviens, dum longo ſub tempore, lecto flebilis decubaret, & impenſo multo medicamine plus langueret, ſacta candela ad menſuram ſuæ ſtaturæ, Domino miſeranto in nomine ſanctæ fœminæ, qua hora ſrigus ſpetaret, lumen accendit & tenuit, cujus beneficio ante ſugata ſunt ſrigora, quam eſſet candela conſumpta.

Nota de candela.

33. Si propter brevitatem multa prætermittimus, plus peccamus. Igitur purgatis velociter reliquis, dilato remedio, carpentarii cujuſdam uxor dum plurimis diebus energumeno torqueretur, venerabilis ejus Abbatiſſa *a* joculariter dicit ad Sanctam: Crede, Mater, excommunico te, ſi intra hoc tridnum mulier hæc ab hoſte purgata non redditur. Dixit plane ſed fecit ſanctam mulierem occulte reficiendi tempore pœnitentem. Quod ne moremur quid actum ſit, altera die Sancta precante adverſarius rugiens per aurem egrediens, invaſum vaſculum deſerit, mulier cum marito ſoſpes redit hoſpitium. Nec illud prætereatur quod eſt actum ſimillimum. Rogat Beatiſſima de loco ſuo evelli arborem validam lauri, & ad ſuam cellulam pro jocunditate transferri. Quo facto tranſplantata non adhærente radice, fit tota foliis arida. Cui Abbatiſſa joculariter imputat, niſi exoraret ut arbor terræ adhæreret, ſe de cibo ſuſpenderet. Quod non inaniter dictum eſt; Nam Sancta intercedente, ſoliis, ramis, radice laurus ſiccata revixit.

Ex obedientia dua patrat miracula.

34. De Monachabus quædam ſibi familiarior, cujus ea humore ſanguis contexerat oculum, apprehenſa herba abſynthio, quam Sancta circa pectus ut refrigeraret habuerat, cum ſuper oculum poſuit, dolor & cruor moa effugit; & de viriditate herbæ puritas lucis eminuit. Revocetur memoria quod tacitum pene præteriit. ANDARADUS Agens ejuſdem Beatiſſimæ, cum ſibi filii naſcerentur, quos ut videret mox perderet, & cogitaret ſepelire matre triſtis dum pareret, exanimem inſantulum lacrymoſi parentes jactant in Sanctæ ci-

Per herbam & cilicium a ſe tacta mira operatur.

a Non ergo Radegundis, ut quidam aſſerunt, ſed Agnes Abbatiſſa erat, quod etiam ex Fortunato in lib. 8 car. 8. de Virginitate manifeſte apparet, tum etiam ex lib. 2. Vitæ infra nu. 5. Lege rurſus Fortunatum in lib. 8. Carm. 4. qui Carmine 3. de Agnetis Natalitio Radegundi gratulatur.

ANCHR. 587 33. Auguſt.

licium. Qui ut ſaluberrimam veſtem moa panul nobilis attigit, ad officium vitale redit infans de funere, & rubens levat de palio pallor vicinus ad tumulum.

Hydropicam curat.

35. Quis numeret mirabilia quæ Chriſti miſericors operatur clementia? Animta Monacha dum tantum hydropis morbo tumeſacta tenderetur, ut ſalus eſſet in ultimo, & deputatæ ſorores ſpectarent quo momento exhalaret ſpiritum, viſa eſt illi per ſoporem cum veneranda Abbatiſſa beata Radegundis, in balneo ſine liquore nudam jubere deſcendere. Deinde manu Beatæ viſa eſt oleum ægrotæ ſuper caput effundere, & nova veſte contegere. Quo peracto myſterio, evigilanti de ſopore de morbo nihil apparuit, ita ut nec ſubſudaſſet, & intus aqua conſumpta ſit. Quo novo ſub miraculo nou reliquit in utero nec morbi veſtigium. Nam quæ credebatur deſerri præceps ad tumulum, levat ad Curſum de lectulo, ut olei teſtimonium odor ineſſet capitis & ventris nulla pernicies.

Tibicines in Deum rapta non audit.

* i. teſtor Deum.

36. Proferatur in medio quo gratuletur regio. Quadam vice obumbrante jam noctis crepuſculo, inter choraulas *a* & citharas dum circa Monaſterium a ſæcularibus multo fremitu cantaretur, & Sancta duabus teſtibus peroraſſet diutius, dicit quædam Monacha ſermone joculari: Domina, recognovi unam de meis canticis a ſaltantibus prædicari. Cui reſpondit: Grande eſt ſi te delectat conjunctam Religioni audire odorem ſæculi. Adhuc ſoror pronuntiat: Vere, Domina, duas & tres hic modo meas canticas audivi quas teoui. Sancta reſpondit: Teſte * Deo, me nihil audiſſe modo ſæculari da cantico. Unde manifeſtum eſt, ut carne licet in ſæculo, mente tamen eſſet in cœlo.

Infantulam a morte excitat.

37. Prædicetur in laude Chriſti, more beati Martini, tempore præſenti, antiqui norma miraculi. Cum beatiſſima fœmina recluſa eſſet in cellula, audivit fletum de Monacha, & ſigni tactu venientem quid illud eſſet interrogat. Quæ mortuam ſororem nuntiavit infantulam, & frigidam qua lavaretur, paratam, eſſe jam calidam. Condolens Sancta tunc imperat ut cadaver ipſius ſuam deferret in cellulam. Quo ſibi deportato, excepit manu propria, reclauſa poſt ſe mox janua, jubens longe diſcedere, ne quis ſentiret quid ageret: ſed quod occulte geſſit, celari diu non potuit. Inter hæc dum defunctæ exequiæ præparantur, fere per horas ſeptem mortuæ tractat corpuſculum. Sed Chriſto videnta fidem, cui negare non potuit, reddita prorſus ſalute, ſurgit hæc ab oratione, reſurgit illa de funere: & ſe tunc ſublevat vetula, cum revixiſſet infantula. Quam tactu iterum ſigni, lætificata reddit vivam quam flens acceperat mortuam.

E vivis migrans Tribunum ſanat.

38. Commemoretur & illud nobile factum per ſomnium. Tribunus fiſci cognomento Domolanus, die qua Sanctiſſima migravit de ſæculo, dum graviter ſuffocationis languore totus deficeret, videbatur ipſe quod Sancta in vicum ejus dignabiliter acceſſiſſet. Currit, ſalutat, interrogat quid Beata requireret. Tunc ipſa dicit quod ad eum illic videndum pervenerit. Et quia votum plebis erat ut beati Martini Oratorium conderent; apprehendit Tribuni manum Beatiſſima dicens: Hoc loco ſint Confeſſoris venerandæ Reliquiæ; per hoc ædificate Templum quod ſibi ducat digniſſimum. Quale Dei myſterium! fundamentum & pavimentum repertum eſt, quo Baſilica facta eſt. Adhuc in ipſo ſopore manum trahit per fauces ejus, & gulam diu deliniens, inſuper & hoc dicens: Veni ut tibi melior a Deo ſanitas conferatur. Et videbatur ſic rogare: Per meam vitam ut propter me relaxes illos quos habes in carcere. Evigilans Tribunus refert quod viderat conjugi dicens: Vere credo quod hac hora exiit Sancta de ſæculo. Dirigit ad civitatem ut per hoc vera cognoſceret: tranſmittit ad carcerem, qui ſeptem reos ibi detentos admonitus relaxaret; redeunte tranſmiſſo refert ea hora migraſſe Juſtam de ſæculo; & triplici myſterio carcere relaxato, Tribuno ſano reddito, ædificato Templo, Sanctæ probavit oraculum.

S. Martini Templum delineat.

Captivos relaxari jubet.

39. Sed de Beatæ virtutibus ſufficiat exiguitas, ne faſtidiatur ubertas; nec reputetur breviſſimum, ubi de paucis agnoſcitur in miraculis amplitudo. Qua pietate, parcitate, dilectione, dulcedine, humilitate, honeſtate, fidei fervore ſic vixerit, ut & ipſam poſt obitum glorioſi tranſitus, mirabilia proſequantur, humanæ eloquentiæ modus admirando attonitus viribus explicare minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria laus & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

a Choraules, Symphoniaci, etſi Voſſius de Vitiis Serm. hanc vocem non pro Symphoniacis, ſed pro iis, qui tibiam inflant ac choro præeunt uſurpari probat hoc proverbio, *Malus choraules, bonus Symphoniacus*.

LIBER SECUNDUS

VITÆ S. RADEGUNDIS REGINÆ.

AN. CHR. 587. 13. Aug.

Auctore BAUDONIVIA Moniali æquali.

Ad MSS. cod. S. Germani Pratenſis & S. Theoderici Rem. & D. d'Herouval.

PROLOGUS AD DIDIMIAM ABBATISSAM.

1. DOMINABUS Sanctis meritorum gratia decoratis DEDIMIAE Abbatiſſæ; vel omni Congregationi glorioſæ Dominæ RADEGUNDIS BAUDONIVIA * humilis omnium. Injungitis mihi opus agere non minus impoſſibile, quam ſit digito cœlum tangere, ſcilicet ut de vita S. Dominæ RADEGUNDIS, quam optime noſtis, aliquid dicere præſumamus. Sed iſtud illis debet injungi, qui habentes intra ſe fontem eloquentiæ, inde quidquid illis injungitur, carmine irriguo copioſius explicatur. Verum e contra quicumque anguſtæ intelligentiæ ſunt, nec habent affluentiam eloquii, per quam vel alios reficere vel ſuæ ſiccitatis poſſint inopiam temperare, tales non ſolum per ſe aliquid dicere appetunt, verumetiam ſi quid eis injunctum fuerit pertimeſcunt. Quod in me ego recognoſco quæ ſum puſillanimis, parvum habens intelligentiæ eloquium, quoniam quantum Doctis proloqui, tantum indoctis utile ſit tacere. Nam illi de parvis ſciunt magna differere, iſti de magna neſciunt parva proferre: & ideo quod ab aliis quæritur, ab aliis formidatur.

* al. Bandonivia, Bandomina.

Auctor ſuam imperitiam excuſat.

2. Cum ſim igitur minima omnium minimarum, quam ab ipſis cunabulis ante ſua veſtigia peculiarem vernulam familiariter enutrivit, ut officio impenſi muneris de ejus claro opere, etſi non plene, vel ex parte complexa perſtringerem, quatenus dum ſui gregis auribus ejus glorioſæ vitæ præconia pandentur, etſi non digno, devoto tamen eloquio beniɡniſſimæ veſtræ voluntati obediens pareo; veſtra me oratione peto juvari, quæ ſum minus docta, plus devota. Non ea quæ vir Apoſtolicus FORTUNATUS Epiſcopus *a* de Beatæ vita compoſuit iteramus, ſed ea quæ prolixitate ſui prætermiſit, ſicut ipſe in libro ſuo diſſeruit cum diceret de Beatæ virtutibus *: „Sufficiat exiguitas, ne faſtidiatur ubertas nec „reputetur breviſſimum, ubi de paucis agnoſcitur amplitudo. Ergo inſpirante Divina potentia, cui B. RADEGUNDIS placere ſtuduit in ſæculo & cum quo regnat poſt ſæculum, non polito ſed ruſtico tentamus de his quæ geſſit ſermone appetere, & de multis ejus miraculis pauca complecti.

A Radegunde educata.

Fortunatus Epiſcopus 1. libri auctor.

* in fine.

LIBER SECUNDUS INCIPIT.

1. Igitur de beatæ RADEGUNDIS Vita in primo Libro ſicut continetur ejus Regalis origo vel dignitas, nulli habetur incognitum, qualis fuit ejus actio dum cum terreno Principe conjuge Rege præcelſo CHLOTHARIO converſaretur. De Regali progenia nobile germen erupit, & quod ſumpſit ex genere, plus ornavit ex fide. Conjuncta terreno Principi nobilis Regina, cœleſtis fuit pluſquam terrena: ſed in ipſo conjunctionis brevi tempore ita ſe ſub conjugii ſpecie nupta tractavit, ut Chriſto plus devota ſerviret, & hoc ageret in laicali propoſito, quod ipſa deſideraret imitari Religio *b*; jam antecedens animo futuræ converſationis adventum, dum ſæculari ſub habitu Religionis formabatur exemplum. In nullo hujus mundi compede carens, in ſervorum Dei obſequio ſuccincta, in redemptione captivorum ſollicita, in egenorum erogatione profuſa, proprium credidit quicquid de ſe pauper accepit.

Radegundis vita in Regis connubio.

2. Dum eſſet cum Rege adhuc in mundiali habitu, mens intenta ad Chriſtum, (teſte Domino loquor, cui ore tacente pectora confitentur: cui etſi lingua taceat, conſcientia nihil occultat, quia quod audivimus dicimus, & quod vidimus teſtamur) invitata ad prandium a STFRIDA * matrona, dum iter ageret ſæculari pompa ſe comitante, interjecta longinquitate terræ ac ſpatio, fanum quod a Francis colebatur, in itinere B. Reginæ, quantum miliario uno proximum erat. Hoc illa audiens, juſſit famulis fanum igni comburi, iniquum judicans Deum cœli contemni & diabolica machinamenta venerari. Hoc audientes Franci univerſaque multitudo cum gladiis & fuſtibus vel omni fremitu diabolico conabantur defendere; ſancta vero Regina immobilis perſeverans, & Chriſtum in pectore geſtans, equum quem ſedebat inantea non movit, antequam & fanum perureretur, & ipſa orante inter ſe populi pacem firmarent. Quo peracto virtutem & conſtantiam B. Reginæ omnes admirantes Dominum benedixerunt.

* al. Anſifredæ matronæ.

Fanum dæmonum evertit.

a Notandus hic locus adverſus eos qui Fortunatum ex albo Pictavenſium Pontificum expungunt, quibus ſi non ſufficit Pauli Diaconi auctoritas *lib.* 2. *cap.* 9. certe Baudonivia Fortunato æqualis debet facere ſatis.

b Videas non eſſe rem novam, Religionis nomen pro ſtatu Religioſo uſurpari, ut quibuſdam perperam videtur. Vide infra num. 8. & ſupra num. 36.

Digitized by Google

AN CHR. 587

13. Aug.

* Saia, supra n. 25.

* al. navem.

Viſio ejus poſt converſionem.

3. Poſtquam operante divina potentia a Rege terreno diſceſſit, quod ſua vota poſcebant; dum SUAEDAS * in villa quam ei Rex dederat, reſideret, in primo anno converſionis ſuæ, vidit in viſu * avem in hominis ſpecie, & in totis membris ejus ſedentes homines, ſe vero in ejus genu ſedentem. Qui dixit ei: Modo in genu ſedes, adhuc in pectus meum ſeſſionem habebis. Hinc oſtendebatur ei gratia, qua fruitura erat. Hunc viſum cum conteſtatione ſecretius ſuis fidelibus retulit, ut ea ſuperſtite hoc ne quis ſciret. Quam cauta in collocutione, quam devota in omni actione! In proſperis & in adverſis, in lætitia & triſtitia ſemper æqualis; nec in adverſis ſe fregit, nec in proſperis extulit.

Rex moleſte fert ejus diſceſſum.

4. Dum in villa ipſa adhuc eſſet, fit ſonus quaſi eam Rex iterum vellet accipere, ſe dolens grave damnum pati, qui talem & tantam Reginam permiſiſſet a latere ſuo diſcedere: & niſi eam reciperet, penitus vivere non optaret. Hæc audiens Beatiſſima nimio terrore perterrita, ſe amplius cruciandam tradidit cilicio aſperrimo, ac tenero corpori aptavit; inſuper & jejunii cruciationem indixit, vigiliis pernoctans in oratione ſe totam diffudit, deſpexit ſedem patriæ, vicit dulcedinem conjugii, excluſit charitatem mundialem, elegit exul fieri ne peregrinaretur a Chriſto. Adhuc de Regali ſecum habens ornamento felte *a* fuſum, ex auro & gemmis vel margaritis factum habentem in ſe auri ſolidos mille, quem per Nonnam ſuam, nomine FRIDOVIGIAM, quam proximam habebat, cum ſuis fidelibus tranſmiſit viro venerabili Domno JOANNI *b* Recluſo in caſtello Cainone, ut pro ea oraret, ne iterum ad ſæculum reverteretur; & veſtem ei cilicinam tranſmitteret, unde corpus ſuum limaret. Tranſmiſit ei & rachinam *c* cilicinam, unde & interius & ſuperius ſibi fecit indumentum, & ſi quid de cauſa, quam timebat, ſupradictus vir in Spiritu ſancto ſentiret, eam certiorem redderet. Quod ſi hoc Rex vellet, ipſa ante optaret vitam finire, quam Regi terreno iterum jungi, quia jam Regis cœleſtis copulabatur amplexibus. Sic vir Dei tota nocte in vigiliis & orationibus pernoctans, inſpirante ſibi Divina potentia in craſtino mandavit ei hoc Regis eſſe voluntatem, ſed Dei non eſſe permiſſum; ante Rex Dei judicio puniretur, quam eam in conjugium acciperet.

Joannem de rei eventu conſulit Radegundis.

Pictavi ſibi conſtruxit Monaſterium.

* Pictavienſis.

* al. Dei.

Chriſto totam ſe tradit.

5. Poſt hoc dictum ſupradicta domina RADEGUNDIS mente tota intenta ad Chriſtum, Pictavis inſpirante & cooperante Deo, Monaſterium ſibi per ordinationem præcelſi Regis CHLOTHARII conſtruxit, quam fabricam vir Apoſtolicus PIENTIUS Epiſcopus * & AUSTRAPIUS Dux per ordinationem Dominicam * celeriter fecerunt: in quod Monaſterium ſancta Regina, mundi falſa blandimenta reſpuens, gaudenſque ingreſſa eſt: ubi perfectionis ornamenta conquireret, & magnam Congregationem puellarum Chriſto nunquam morituro Sponſo traderet. Quo electa Abbatiſſa etiam conſtituta, tam ſe quam ſua omnia ejus tradidit ſubdita poteſtati, & ex proprio jure nihil ſibi reſervans, ut curreret expedita poſt Chriſti veſtigia, & tantum ſibi plus augeret in cœlo quanto magis ſubtraxiſſet de ſæculo. Mox etiam ejus ſancta converſatio cœpit fervere in humilitatis converſatione, in charitatis ubertate, in caſtitatis lumine, in jejuniorum pinguedine: & ita ſe toto amore cœleſti tradidit Sponſo, ut Deum mundo corde complectens, Chriſtum in ſe habitatorem eſſe ſentiret.

Chlotharius Turones petit.

6. Sed invidus bonorum humani generis inimicus, cujus voluntatem, etiam dum in ſæculo eſſet, facere abhorruit, eam perſequi non ceſſavit. Sicut enim jam per internuntios cognoverat (quod timebat) præcelſus Rex CHLOTHARIUS cum filio ſuo præcellentiſſimo SIGEBERTO Turones advenit quaſi devotionis cauſa, quo facilius Pictavis accederet ut ſuam Reginam acciperet. Quo cognito beata Radegundis ſacramentales fecit litteras ſub conteſtatione divina viro Apoſtolico Domno GERMANO Pariſius civitatis Epiſcopo qui tunc cum Rege erat, quas per PROCULUM ſuum Agentem ſecretius direxit cum exenio vel *eulogiis d*. At ubi eas relegit vir Deo plenus lacrymans, proſtravit ſe pedibus Regis ante ſepulcrum beati Martini cum conteſtatione Divina, ſicut ei litteris fuerat intimatum, ut Pictavis non accederet. Sic Rex amaritudine plenus intelligens hanc petitionem eſſe Reginæ, pœnitentia ductus, malis Conſiliariis iſtud reputans, ſeque indignum judicans quod talem habere Reginam diutius non meruiſſet: proſternit ſe & ille ante limina S. Martini pedibus Apoſtolici viri Germani, rogans ut ſic pro ipſo veniam peteret B. Radegundi, ut ei indulgeret quod in ea per malos conſiliarios peccaverat. Unde ultio divina de præſenti in eos vindicavit. Sicut enim Arius, qui contra fidem Catholicam certans, omnia * inteſtina ſua in ſeceſſum dimiſit: ita & de iſtis evenit qui contra B. Reginam egerunt.

S Germani ſuaſione deſiſtit ab uxore repetenda.

Ultio divina de malis Conſiliariis.

* al. omnem inteſtinum.

7. Tunc

a Felte, ſeu feltrum, filtrum, pannus eſt ſeu veſtis ex lana & pilis coacta, non texta: ad cujus ſimilitudinem veſtis auro ac gemmis fuſa, *Felte* dici videtur. In MS. cod. D. d'Herouval pro *Felte* legitur *ciſum*, an *ſcyphum*?

b De Joanne Recluſo apud Cainonem, *Chinon*, in confinio Pictonum & Turonum, ad confluentes Vigennæ & Ligeris, legendus Gregorius Turon. de gl. Conf. cap. 23. Præter eum JUNIANUS Abbas Mariacenſis Radegundi etiam charus admodum & familiaris fuit, qui caracallam ab ea accepiſſe ſupra in propriis actis legitur.

c Rachina ſeu Rachana Menardo noſtro in Concord. Regul. pag. 922. eſt operimentum lectorum, Voſſio *de Vitiis Serm.* eſt Veſtis e panno craſſo ac villoſo a Græco ῥάχος. Lege Vitam S. Germani Epiſt. num. 45.

d Eulogiæ non ſemper pro pane aliiſque rebus benedictis, ſed pro quolibet munuſculo ex charitate facto. Apud Fortunatum in lib. 11. Carm. 12. & ſeqq. leguntur caſtaneæ, lac, prunellæ, ova & pruna in eulogias tranſmiſſa. De eulogiis Lege Albaſpinæum lib. 2. Obſervat. 8. & Menardum in concord. Regul. cap. 25. §. 1. & alios.

AN.CHR. 587
13. Aug.

7. Tunc Rex timens Dei judicium, quia Regina magis Dei voluntatem fecerat quam ſuam dum cum eo commorata fuerat, rogat beatum virum illuc celeriter ire. Sic vir Apoſtolicus Domnus GERMANUS Pictavis veniens, ingreſſus Monaſterium, in Oratorio Domnæ MARIÆ nomini dedicato, proſternit ſe ad ſanctæ Reginæ pedes pro Rege veniam poſcens. Illa vero gaudens ſe de ſæculi faucibus ereptam, benigne indulget, & ſe ad Dei aptavit ſervitium: expedita jam ſequi Chriſtum quocumque iret quem ſemper dilexit, & animo devoto ad eum percurrit. Talibus ergo rebus intenta, addito vigiliarum ordine quaſi carceris ſe ſui corporis fecit pernoctando cuſtodem. Et cum eſſet aliis miſericors, ſibi judex effecta eſt, reliquis pia, in ſe abſtinendo ſevera; omnibus larga, ſibi reſtricta, ut confecta jejuniis non ſufficeret niſi & de ſuo corpore triumpharet.

Radegundis per S. Germanum de Regis placabilitate fit certior.

8. His igitur ſtudiis occupata per omnem modum, ſicut eſt in libro primo intimatum, meruit ſoli Deo prompte vacare. Quo tamen tempore fortioribus armis induta, ſine ceſſatione orationibus, vigiliis, lectioni propenſa, peregrinis ipſa cibos miniſtravit ad menſam, ipſa ſuis manibus lavit & terſit infirmantum veſtigia. Non famulæ permiſit ſibi dare ſolatium, quæ devota curſitabat implere ſervitium: ſe autem in tam ardua abſtinentiæ diſtrictione recluſit uſquequo infirmitas permiſit, ut mens intenta Deo terrenum jam nec requireret cibum. Lectulum vero pœnalem ſibi conſtruxit, poſtquam Religionis induit habitum; non aliquando illam mollis pluma fulcivit, neque linteaminis nitor inſtruxit, quæ pro indumentis univerſis cinere & cilicio tenera membra domavit. De abſtinentiæ rigore vel ſervitii anterior liber multa docuit. Intantum enim ſe propter Deum pauperem fecit, ut ceteris præberet exemplum. Manicam quam brachio indueret non habebat, niſi de caliga ſua ſibi duas fecit manicas: ſed ita ſe pauperem tractabat, ut hoc nec Abbatiſſa [a] ſentiret. Quis enim ejus patientiam, quis charitatem, quis fervorem ſpiritus, quis diſcretionem, quis benignitatem, quis zelum ſanctum, quis jugem meditationem die noctuque in lege Domini poterit explicare? Quæ cum a meditatione Pſalmorum aut prædicatione ceſſare videretur, lectria ante eam una Monacharum legere non deſiſtebat. In tantum de corde vel ore illius Dei laus non diſcedebat, ut cum quadam vice vidiſſet poſticiariam Monaſterii tranſeuntem nomine EODEGUNDAM, ubi eam voluit appellare, pro ejus nomine Alleluja clamavit. Hoc millies fecit, numquam de ore illius detractio, numquam mendacium, numquam maledictum contra qualemcumque perſonam proceſſit; & non ſolum non detraxit cuiquam, ſed nec detrahentem patienter audivit. Pro perſequentibus ſe ſemper oravit & orare docuit. Congregationem, quam in nomine Domini plena Dei deſiderio congregavit, intantum dilexit, ut etiam parentes vel Regem conjugem ſe habuiſſe nec reminiſceretur. Quod frequenter nobis dum prædicaret dicebat: Vos elegi filias, vos mea lumina, vos mea vita, vos mea requies totaque felicitas, vos novella plantatio: Agite mecum in hoc ſæculo, unde gaudeamus in futuro. Plena fide, plenoque cordis affectu ſerviamus Domino in timore, & in ſimplicitate cordis quæramus eum, ut cum fiducia ei dicere poſſimus: Da Domine quod promiſiſti, quia fecimus quod juſſiſti.

Qualiter poſtea vixerit.

Humilitas ejus.

Abſtinentia.

Paupertatis amor.

Aliæ virtutes.

Ejus amor in Congregationem.

Adhortatio.

9. Numquam impoſuit facere, quod ipſa prius non feciſſet. Undecumque ſervus Dei veniſſet, ſollicite percontabatur qualiter Domino ſerviret: ſi quid novi ab eo agnoviſſet quod ipſa non faceret, continuo cum omni alacritate ſibi prius impoſuit, & poſt Congregationem tam verbo docuit, quam exemplo oſtendit. Cum ante eam vicibus Pſalmus ceſſaret, lectio numquam diſceſſit, non die, non nocte, non dum vel paullulum corpus ſuum refecit. Cum lectio legebatur, illa ſollicitudine pia animarum noſtrarum curam gerens, dicebat: Si non intelligitis quod legitur, quid eſt quod non ſollicite requiritis ſpeculum animarum veſtrarum? Quod etſi minus pro reverentia interrogare præſumebatur, illa pia ſollicitudine maternoque affectu, quod lectio continebat, ad animæ ſalutem prædicare non ceſſabat. Sicut apis diverſa genera florum congregans unde mella conficiat; ſic illa ab his, quos invitabat, ſpiritales ſtudebat carpere floſculos, unde boni operis fructum tam ſibi quam ſuis ſequacibus exhiberet. Dum nocte quaſi vel unius horæ ſpatium videretur ſomnum carpere, ſemper lectio legebatur. Quæ legebat, in ſe ſomni marcorem ſentiens, putabat eam jam paullulum requieſcere. Ubi a lectione ceſſaſſet, mens intenta ad Chriſtum, tamquam ſi diceret: *Ego dormio, & cor meum vigilat*, ajebat: Quare taces? lege ne ceſſes. At ubi ſurgendi horam mediam * faceret nox, quamquam antea totum impleviſſet Curſum, quæ adhuc nec ſoporem ſenſerat, jam parata de ſtratu ad Domini ſervitium gaudens ſurgebat ut cum fiducia diceret: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, Domine. Nam frequenter & dormire viſa eſt & Pſalmum decantare in ipſo ſopore, ita ut recte & veraciter diceret: *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper*. Charitatis autem ejus ardorem quo omnes homines dilexit, quis unquam poterit imitari? Reſplenduerunt in ea quæque virtutes, modeſtia cum verecundia, ſapientia cum ſimplicitate, ſeveritas cum manſuetudine, doctrina cum humilitate, vita denique immaculata, vita irreprehenſibilis, vita ſibimet ſemper æqualis.

Lectionis aſſiduitas.

Cant. 5.

* an mediam?

Noctu ſurgit ad Dei laudes.

Pſ. 118.

Pſ. 18.

Ejus virtutes ſingulares.

10. Intantum ſe extraneam de rebus propriis fecit, ut ſi alicui de ſororibus merum dare voluiſſet, de ſuo ſibi cellario tangere non præſumpſit. Quo cognito venerabilis Abbatiſſa, dedit

Vinum in ejus gratiam una minuitur.

[a] Prima Monaſterii S. Crucis Abbatiſſa Agnes, cui ſucceſſit Leubovera.

AN.CHR. 587 23. Auguſti

dedit ei tonnellam octo modiorum, quam beatæ FELICITATI Cellerariæ ad expenſam commendavit. De vindemiis uſque ad aliam omnibus diebus ubicumque ei Sancta juſſit, diſpenſavit, & nunquam minuit ſed ſemper æqualis permanſit. Ubi novum vinum advenit quod cellarium implevit, ſe tonnella ſatis feciſſe credidit; Ante pontones & tonnæ defecerunt quam hæc quæ Beatæ in omnibus fecit voluntatem. Dominus de quinque panibus & geminis piſcibus quinque pavit millia hominum; & ſuam ancillam, ubicumque indigere vidit, de hoc parvo * toto anno refecit.

* ſupple vaſculo.

Reges ad pacem anxie hortatur.

11. Semper de pace ſollicita, de ſalute patriæ curioſa, quandoquidem inter ſe Regna movebantur, quia totos diligebat Reges, pro omnium vita orabat, & nos ſine intermiſſione pro eorum ſtabilitate orare docebat. Ubi eos inter ſe amaritudinem movere audiſſet, tota tremebat, & quales litteras uni, tales alteri dirigebat, ut inter ſe non bella nec arma tractarent, ſed pacem firmarent ut patria no periret. Similiter & ad eorum Proceres dirigebat, ut præcelſis Regibus conſilia ſalutifera miniſtrarent, ut eis regnantibus, populi & patria ſalubrior redderetur. Congregationi ſuæ aſſiduas vigilias imponebat: & ut ſine intermiſſione pro eis orarent cum lacrymis docebat. Se vero in quanto cruciatu affligebat, quis hoc verbis explere valeat? & intercedente ea pax Regum, mitigatio belli, ſalus patriæ aderat; ut ejus obtentum intelligentes, benedictum nomen Domini collaudarent. Quamlibet de pace Regum cum Rege cœli victoriam obtineret, magis ſe Deo devotam prompte aptabat, & omnium ſervitio

Omnibus ſervit.

* omnibus.

mancipabat, non curans quale obſequium faceret, quæ totis * implere ſtudebat ſervitium. Pedes omnium manibus propriis lavans, ſabano tergens & oſculans: etſi permiſſum fuiſſet, ad ſimilitudinem Mariæ fuſis crinibus extergere non renitebatur. Unde pro tam immenſis beneficiis, quæ ſunt in ea Divino munere collata, Dominus virtutum largitor eam in miraculis clariorem reddidit in Francia: ubi dum regnare videretur, ſibi magis cœleſte quam terrenum præparavit Regnum. Fecerat ſibi Oratorium, quatenus vicibus dum ſe Regi ſubduceret, ſemper ibi Dominum cœli invocaret, in quo beneficia Dei præſtantur ad invocationem ejus nominis, cujus aſſidua ibi fuit oratio.

Ejus Oratorium in aula regia.

Oculum affectum curat.

12. Poſtquam ſe in Monaſterio recluſit, matrona MAMMEZO nomine, dum iter ageret, in oculo ſuo gravis eſt ſordicula ingreſſa. Ubi una vox, unus dolor, unus clamor, diu noctuque inerat ei, ut ſuam fidelem Dominus declararet. Quamquam ibi corpore jam non eſſet, ad invocationem quoque nominis ſui benigna adſuit, Dominus poſuit ei in ſenſu, ut ad ſuum Oratorium pergeret, & ad ejus invocationem ſe ſalvari crederet. At ubi femina dolore plena manibus ſervulorum ſuorum ſuſtentata, via ad illud Oratorium duci poterat, validiſſimum ſuſtinens dolorem, ſe in pavimentum projecit & clamare cœpit: Domina Radegundis, credo te virtute Dei eſſe plenam, cujus voluntatem magis feciſti, quam hominem: Domina bona pietate plena, miſerere mei, ſubveni infelici, ora pro me ut mihi reddatur oculus, quia præ gravi cruciatu & dolore affligitur anima mea. Sic illa, quæ dolores omnium in ſe ſola * tranſtulit dum in corpore fuit, uſquedum eis mederi potuiſſet, benigne exaudivit ad invocationem nominis ſui. Domino miſerante per ejus interventum dolor fugit, ſalus advenit, oculum quem jam ſe perdidiſſe credebat, ſolum dolorem ſentiens, ſanum recepit; quæ tot diebus nec cibum ſumpſerat, nec lumen diei viderat, pedibus ſuis nullo ſuſtentante incolumis ad domum ſuam reverſa eſt, Domino uſque in præſentem diem gratias agens.

* ſolam.

Vinoberga in ejus ſede reſidere auſa moleſtatur.

13. Adjiciatur & aliud ad laudem Chriſti miraculum qui ſuos trepidare aliis facit. VINOBERGA una ejus fuit famula, quæ auſu temerario in cathedra beatæ Reginæ poſt ejus diſceſſum ſedere præſumpſit. Quo facto, judicio Dei percuſſa ſic ardebat, ut viderent omnes fumum de ea in altum procedere, & illa coram omni populo proclamaret confitens ſe peccaſſe; & propterea arderet, quia in Beatæ ſede conſederat. Tribus diebus & tribus noctibus incendium paſſa vociferans clamabat: Domina Radegundis, peccavi, male egi, indulge, refrigera membra dure cruciatu exuſta: miſericordia larga, bonis operibus glorioſa, quæ omnibus miſereris, miſerere mei. In tanta pœna ipſam omnis populus videns, pro ea precabatur tamquam ſi præſens eſſet, dicens: Quia ubicumque ex fide invocatur, adeſt: Domina bona, parce ei ne tanto cruciatu infelix deficiat. Sic Beatiſſima ad preces omnium benigne indulgens, ignem ferventem compeſcuit, ſoſpes ad domum ſuam rediit: & ſic iſtius pœna omnes fecit cautos ac devotos.

* Sais lib. 2. num. 15.

Reliquias S. Andreæ & aliorum SS. accipit.

* Athies.

14. Suedas * in villa dum eſſet, devoto ac fideli animo mens intenta Chriſto Reliquias Sanctorum omnium plena devotione habere cupiens, ea orante advenit vir venerabilis MAGNUS Presbyter cum Reliquiis Domni Andreæ & aliorum quamplurimorum. Quibus ſuper altare poſitis, cum nocte devota vigilat ſuper formulam, & ſe ad orationem proſternit, parvus ſopor ei acceſſit, qualiter ei Dominus declararet votum ſuum impletum, dicens ad eam: Cognoſce benedicta, quia non hæ ſolum Reliquiæ, quas Presbyter Magnus attulit, hic ſunt tantum, ſed quantas in Atheja * villa congregaſti, totæ hic convenerunt. Ubi oculos aperuit, vidit virum ſplendidiſſimum qui hoc ei nuntiaverat, & gaudens Dominum benedixit. Poſtquam in Monaſterium eſt ingreſſa, quantam multitudinem Sanctorum fideliſſimis precibus congregaverit, hoc Oriens teſtatur, Aquilo, Auſter, vel Occidens profitetur: quia undique pretioſas gemmas cœloque reconditas, & quas paradiſus habet, ipſa devota tam muneribus quam precibus ſibi obtinuit. Cum quibus inceſſabiliter jugi meditatione Pſalmos & hymnos ſe decantare credebat.

15. Per-

AN.CHR. 587

13. Auguſti

15. Pervenit tandem ad eam de Domno Mammete *a* Martyre, quod Hieroſolymis ſua ſancta requieſcerent membra. Hæc audiens avida & ſitibunda potabat velut hydrops qui quantum fontem trahit, tantum ſitis addita creſcit; iſta de rore Dei plus madefacta calet. Tranſmiſit virum venerabilem RAUVALAM Presbyterum, qui tunc ſæcularis erat & adhuc ſuperſtes eſt corpore, ad Patriarcham Hieroſolymitanum poſcens de beati Mammetis pignoribus. Quod vir Dei benigne ſuſcipiens, rogationes populo indixit, voluntatem Dei inquirens: tertia die Miſſa celebrata beati Martyris ſepulchrum cum omni populo adiit, alta voce, plena fide hujuſmodi verbis proteſtatur dicens: Precor te, Confeſſor & Martyr Chriſti, ſi vera eſt ancilla Dei beata Radegundis, innoteſcat in gentibus potentia tua, permitte ut de pignore tuo mens fidelis accipiat quod poſcit. Oratione completa ubi omnis populus Amen reſpondit, venit ad ſanctum ſepulchrum, ſemperque Beatæ fidem pronuntians, tangebat membrum, quale Beatiſſimus ad petitionem Domnæ Radegundis dare juberet. Tetigit in manu dextera ſingulos digitos; ubi ad minorem venit digitum, ſe ſuavi tactu de propria manu tulit, ut beatæ Reginæ deſiderio ſatisfaceret, & ejus voluntatem impleret. Quem digitum vir Apoſtolicus cum digno honore beatæ Radegundi direxit: de Hieroſolyma uſque Pictavis in ejus honore ſemper laus Dei perſonuit. Quid putas quam ardenti animo, quam fideli devotione tanti pignoris præmium expectans, ſe abſtinentiæ mancipavit? At ubi ſe beata Regina hoc munus cœleſte accepiſſe cum omni alacritate gauderet, tota hebdomada cum omni Congregatione ſe in pſallentium vigiliis & jejuniis aptavit, Dominum benediceos ſe tale munus accipere meruiſſe. Sic Deus ſuis fidelibus quæ poſtulant non abnegat. Frequenter & dulciter quaſi in figura, ut nemo intelligere poſſet, dicebat: Cui animarum cura eſt, fortiter laudem ab hominibus debet timere. Sed nihilominus quantum illa hoc vitare volebat, tanto magis ac magis virtutum largitor ſibi in omnibus fidelem declarare ſtudebat: ita ut ubicumque infirmus a quacumque detentus infirmitate eam invocaſſet, ſalutem recipiebat.

Mittit Jeroſolymam pro Reliquiis Sancti Mammetis.

NOTA.

16. Vir inluſter LAO nomine, ad Concilium ſynodi evocatus a viris Apoſtolicis LAONTIO * & EUSEXTO * Epiſcopis, dum iter ageret, oculi ejus gravi ſunt caligine obducti, ſanguinis nube cooperti: & niſi a famulis ſuſtentatus pergeret, penitus nec viam videret. Qui ingreſſus Monaſterium Beatæ, ubi filias ſuas ei devotus tradidit Domino ſervituras, introivit in Oratorium Domnæ MARTÆ nomini dedicatum: poſt orationem datam proſternit ſe fide plenus ſupra Sanctæ cilicium, viriliter eam invocans, & tamdiu ſuperjacuit quouſque dolor diſceſſit, caligo fugata eſt, coagulatus ſanguis ſe venis miniſtrantibus perduxit, clariſque oculis qui manibus ſuſtentatus venerat, ſanus rediit, de cilicio Beatæ lumen recepit, lætus atque incolumis ad Synodum, ubi cœperat, ambulavit. Quod poſt ipſo referente univerſa Synodus audivit, ac inde regrediens nobis hoc ore proprio diſſeruit. Ipſa ei fecit devotio fundamentum Baſilicæ Domnæ Radegundis percutere, ubi & centum dedit ſolidos ad fabricam ipſam faciendam. Quanti infirmi ad ejus invocationem ſunt ſani redditi quis enumerare valeat? quis eam unquam vidit & terrenum hominem eſſe credidit? Per Deum cœli fiducialiter & veraciter dico, quia ſic ſemper in oculis omnium reſplendebat cum anima vultus ejus, ut non immerito extrinſecus appareret, quod intrinſecus gerebatur.

* Burdegalenſi.

* Sanctonenſi.

Cæcum cilicii ſui contactu ſanat.

Baſilica in ejus honorem extructa.

Innumeros curat.

17. Poſt congregatas Sanctorum Reliquias, ſi fieri potuiſſet, ipſum Dominum de ſede Majeſtatis ſuæ viſibiliter hic habitare expetiiſſet. Et quamquam eum carnalibus oculis non intueretur, ſpiritalis mens intenta ſedulis precibus contemplabatur. Sed quia Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia, & qui eum ex toto corda & ex tota anima & ex tota mente quæſierit, ſicut hæc Beata fecit; Divina clementia ſe benignam exhibuit, eique in ſenſu poſuit, in cujus pectore die noctuque requieſcebat, ut ſicut beata Helena, ſapientia imbuta, timore Dei plena, bonis operibus glorioſa Lignum ſalutare, ubi pretium mundi pro noſtra ſalute appenſum fuerat, ut nos de poteſtate diaboli eriperet perquiſivit, itaut invento ambabus manibus plauderet, & in terra genu flexo Dominum adoraret, ubi ipſam in mortuo ſuſcitato Dominicam Crucem ſuprapoſitam agnovit dicens: In veritate tu es Chriſtus filius Dei qui in hunc mundum veniſti, tuoſque captivos, quos creaſti, pretioſo ſanguine redemiſti; Quod fecit illa in Orientali patria, hoc fecit beata Radegundis in Gallia.

Devotio ejus.

Pſal. 83.

Lignum S. Crucis aliaſque Reliquias a Juſtino impetrat.

18. Et quia ſine conſilio in mundo dum vixit, nihil facere voluit: tranſmiſit litteras ad præcellentiſſimum Domnum SIGIBERTUM Regem, cujus imperio patria iſta regebatur, ut ei permitteret pro totius patriæ ſalute & ejus Regni ſtabilitate, Lignum Crucis Domini ab Imperatore * expetere: Quod ille benigniſſime ad petitionem ſanctæ Reginæ aſſenſum præbuit. Illa devotione plena, deſiderio accenſa ad Imperatorem non munera dirigit, quæ ſe propter Deum pauperem fecit: ſed oratione obtinente, cum comitatu Sanctorum quos inceſſabiliter invocabat, Miſſos ſuos direxit. Sed quod ſua vota poſcebant obtinuit, ut beatum Lignum Crucis Domini auro & gemmis ornatum, & multas Sanctorum Reliquias, quas Oriens retinebat, uno reſidens loco ſe habere gloriata eſt. Ad petitionem Sanctæ tranſmiſit Imperator Legatarium cum Evangeliis auro & gemmis ornatis.

* Juſtino.

19. At ubi lignum, ubi ſalus mundi pependerat, Pictavia civitatem cum congregatione

 San-

a Vitam S. Mamantis ſeu Mammetis Martyris, qui apud Cæſaream Cappadociæ urbem 4. Nonas Septemb. paſſus dicitur, habes in Biblioth. Floriac. Joannis a Boſco, qui ejuſdem Martyris tranſlationem brachii Lingonas factam refert. In Martyrologio Rom. 16. Kal. Septemb. colitur.

AN.CHR. 587 13. Auguſti

Sacra pignora a Pictavenſibus rejiciuntur.

Sanctorum advenit, & Pontifex *a* loci cum omni populo devote hoc vellet excipere; inimicus humani generis per ſatellites ſuos egit, ut pretium mundi repellerent, nec in civitate recipere vellent, qualiter beata Radegundis tribulationibus ſubjaceret, aliud pro alio aſſerentes, Judaico ordine; quod noſtrum non eſt diſcrere, ipſi viderint: Dominus novit qui ſunt ejus. Sed illa ſpiritu ſervente animo dimicante, iterum ad benigniſſimum Regem dirigit, quia in civitatem ſalutem recipere noluerunt. Interim quouſque Miſſi ſui de Domno Rege reverterentur, in Turonico ſuo Monaſterio virorum quod condidit, ut ipſum ſalvaret ibi cum pſallentio Sacerdotum Crucem Domini vel pignora Sanctorum commendavit. Non minorem injuriam eſt paſſa ſancta Crux per invidiam, quam Dominus qui per curſorem * fidelem vocatus & revocatus ante Præſides & Judices omnem malitiam patienter ſuſtinuit, ut quod creaverat non periret. In quanto ſe cruciatu poſuit, in jejuniis, in vigiliis, in profuſione lacrymarum tota Congregatio ſua, in luctu & fletu omnibus diebus uſquequo reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, qui dedit in corde Regis ut faceret judicium & juſtitiam in medio populi? Nam devotus Rex per fidelem ſuum virum illuſtrem JUSTINUM Comitem transmiſit ad virum Apoſtolicum Domnum EUFRONIUM *b* Turonicæ civitatis Epiſcopum, ut cum honore digno glorioſam Crucem Domini vel Sanctorum Reliquias in Monaſterio Domnæ Radegundis introponeret; quod & factum eſt. Exultavit in gaudio Beata cum omni Cella ſua, ſeque hoc de cœlis donum bonum & datum perfectum ſuæ Congregationi, quam ad Domini ſervitium congregavit, contulit, in ſpiritu ſentiens quod poſt ejus tranſitum parum habere poſſet. Quamquam illa cum Rege cœli gloriaretur, unde eis ſubvenire poſſet: hoc donum cœleſte providitria optima, gubernatria bona, ut oves non uſquequaque relinqueret, pretium mundi de pignore Chriſti, quod de longinqua regione expetiit, ad honorem loci & ſalvationem populi ſuo in Monaſterio dimiſit; ubi virtute Dei cooperante, potentia cœli miniſtrante, cæcorum oculi lumen recipiunt, aures ſurdæ pateſiunt, mutorum lingua ad ſuum redit officium, claudi ambulant, dæmones effugantur. Quid plura? quiſquis a quacumque infirmitate detentus ex fide venerit, per virtutem ſanctæ Crucis ſanus redit. Quis queat dicere quantum & quale donum huic urbi Beata contulit? unde quiſquis ex fide vivit, ejus nomini benedicit. Præcellentiſſimis enim dominis Regibus & ſereniſſimæ Domnæ BRUNICHILDA Reginæ, quos charo dilexit affectu, & ſacro-ſanctis Eccleſiis vel Pontificibus earum cum conteſtatione Divina ſuum commendavit Monaſterium.

* al. percuſſorem.

Regis juſſu admittuntur.

Miracula virtute S. Crucis patrata.

Radegundis Imperatori gratias refert.

Suos a naufragio eripit.

20. Poſt hoc donum cœleſte acceptum tranſmiſit Beata Miſſos ſuos, ſupradictum Presbyterum cum aliis, ad Imperatorem cum ſimplici veſtimento gratias agere. In redeundo cœpit mare fluctibus agi, ubi ſunt multa pericula paſſi, procellas ſcilicet & tempeſtates, quales ſe numquam vidiſſe fatebantur; quadraginta diebus & quadraginta noctibus in medio mari navis eorum periculo ſubjacebat. Jam de vita deſperantes mortem præ oculis habentes, inter ſe pacem facientes, quia jam eos mare abſorbere cupiebat, ſe videntes in tanto periculo, voces ad cœlum dabant clamantes ac dicentes: Domina Radegundis ſubveni ſervis tuis, dum tibi obedimus, ſubmerſi non pereamus; libera nos de mortis periculo, quia jam mare paratum eſt ut nos vivos abſorbeat. Ubicumque invocata fuiſti miſerta es, nunc adjuva tuos ne pereant. Ad has voces in medio mari advenit columba, quæ ter navem eorum circumiens, tertia vice in nomine Trinitatis quam Beata ſemper corde dilexit, cum volaret, ſervus beatæ Reginæ nomine BANISAJOS extendit manum, de cauda ejus tres tulit pennas, quas mari intingens tempeſtatem compeſcuit, & ad invocationem nominis beatæ Radegundis columba quæ apparuit, ejus famulos de mortis janua vitæ reddidit, & facta eſt tranquillitas magna in medio mari. Illi vero alta voce clamantes dicebant: Adveniſti bona *domina*, pietate plena, tuos captivos eripere ne fluctibus mergerentur. Ad ejus *invocationem* non tantum ſui, ſed omnes ſunt liberati per virtutem ipſius Domnæ Radegundis. Ipſas pennas huc attulerunt, & fabricatas ipſi qui de morte ſunt liberati, per loca ſancta devoti dederunt. Ubicumque invocata fuerit, benigne exaudit. Si febricitans, aut puſtulam habens, aut a quacumque tentus infirmitate, pro interjecto longinquitatis terræ ſpatio ad eam venire non potuiſſet: candela in ejus nomine accenſa omnem febrem depulit.

Candelis in ejus nomine accenſis medetur abſentibus.

Lectionem ad menſam inſtituit.

Virtutes ejus.

21. Quantum ſuam congregationem dilexerit quis effari valeat? nec ſi centeno ſonitu linguæ plectrum moveat, hoc explere valet. Inſtituit ut dum reficerent ſemper lectio legeretur, ut non ſolum fauces accipiant cibum, ſed & aures audiant Dei verbum. Quidquid aut aliis præcepit aut ipſa fecit, omnia propter Deum ſemper implevit. Quidquid aut prohibuit fieri, aut ipſa vitavit facere, omnia in zelo Dei & nihil carnaliter aut egit, aut ſapuit. Et quia numquam otioſa ab opere Dei eſſe voluit, inſiſtebat utique orationi, lectioni & eleemoſynis ac prædicationibus inceſſanter, omnibus diebus, ut nulla eſſet quæ ſe de ignorantia excuſaret.

22. Totum denique donum in ſe largiente Divina gratia habuit, ut humilitatis Magiſtrum qui de cœli ſolio ad terras deſcendit imitando, Dominum ſequeretur in ſpiritu quocumque iret. Poſtquam Congregatio ſe recondebat jam ad pauſationem, illa ut pernoctans in

a Gregorius Turon. lib. 9. cap. 40. *Delatis Reliquiis*, inquit, *petiit Regina Epiſcopum ut cum honore debito grandique pſallentio in Monaſterium collocarentur: Sed ille deſpiciens ſuggeſtionem ejus, aſcenſis equitibus villa ſe contulit.* Maroveus tunc Pictavos regebat.

b Mortuus anno 573. Gregorium habuit ſucceſſorem.

AN. CHR. 587

13. Augusti

in oratione ſua ſancta dextera Monaſterium per ſignum Crucis ſalvabat. Quadam vice dum Beata illud ſignaret, aliqua de Sororibus vidit ſupra murum millia millium dæmonum in ſpecie caprarum adſtare: ubi Sancta dexteram beatam cum ſigno Crucis elevavit, omnis illa multitudo dæmonum fugata nuſquam comparuit.

Signo Crucis fugat dæmones.

Item aves.

23. Simili modo dum ante ſuam cellam nocte adſtaret, ſemper corde & in ore Curſum decantans, intra arcana cordis ſui ſecrete jugis laus Dei perſonabat; nocturna avis, quæ hominibus eſt ingrata, vociferans in medio Monaſterio in arbore ſe infeſtabat. Dicit ad eam una de adſtantibus: Domina beata, ſi jubes, in verbo tuo ejicio avem: Quæ dicit ei: Si nocet, in nomine Domini vade, nihilominus ſignum Crucis ſuper eam faciens. Ambulavit dixitque avi: In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI jubet domina Radegundis, ſi non ex Dei parte veniſti, ut ab hoc loco diſcedas, & penitus hic cantare non præſumas. Tamquam ſi ex ore Dei prolatum audiſſet verbum, dedit volatum & nuſquam comparuit. Merito ei aves & beſtiæ obediunt, quia illa numquam præterit Domini obedire præcepto.

Dormiens de Deo loquitur & cogitat.

Hæc ex lib. 2. vitæ S. Cæſarii Epiſc. Arelat. n. 56.

Amos 6.

24. Et ſi pro infirmitate aliquoties requieſcere voluiſſet, ſpiritu vigilante dicebat, tamquam admonens eam quæ Pſalmum dicebat; Age, dic. Nulli dubium eſt quod aut ſpiritaliter cum Sanctis pſallebat, aut certe nec ſopor eam ſuperabat. Mens intenta ad Chriſtum frequenter etiam in ſopore poſita, de futuro judicio & de æterno præmio prædicans, „ expergefacta nobis dicebat: Colligite, colligite triticum Dominicum, quia vere dico vo- „ bis, non diu erit ut colligatis. Videte quod dico, colligite, quia quæſituræ eſtis iſtud „ tempus; vere, vere quæſituræ eſtis iſtos dies & valde deſideraturæ. Quod etſi tunc ignavia noſtra hoc trepide accipiebat, jam tamen nunc veniſſe probamus quod dixit. Illud Propheticum in nobis impletum eſt: *Mittam vobis famem in terra*; Famem, inquit, non panis & aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Licet prædicationes quas inſtituit recitentur; tamen ceſſavit illa inceſſabilis vox, deſiderabilis admonitio, dulcis affectus. Nam qualem vultum, Deus plaſmator bone! qualem faciem, qualem perſonam habuit, quis poteſt unquam exponere? ſed & hoc reminiſci ſupplicium eſt. Nos vero humiles deſideramus in ea doctrinam, formam, vultum, perſonam, ſcientiam, pietatem, bonitatem, dulcedinem: quam ſpecialem a Domino inter ceteros homines habuit.

A Chriſto viſitatur.

25. Quam ſancta fuit vita ejus, tam purus & dulcis aſpectus. Ante annum tranſitus ſui, vidit in viſu locum ſibi paratum, venitque ad eam juvenis prædives pulcherrimus, & quaſi juvenilem habens ætatem, qui ſuavi tactu blandoque colloquio, dum cum ea loqueretur, illa de ſe zelans, blanditiam reſpuebat. Qui dixit ei: Quid me deſiderio accenſa cum tantis lacrymis rogas, gemens requiris, fuſis precibus poſcis, pro me tanto excruciatu affligit qui ſemper tibi adſiſto? Tu gemma pretioſa noveris, te in diademate capitis mei primam eſſe gemmam. Nulli dubium quod ipſe eam viſitavit cui ſe tota devotione eradidit vivens in corpore, & gloriam qua fruitura erat, ei oſtendit. Sed hunc viſum ſecretius cum conteſtatione duabus ſatis fidelibus diſſeruit, ut ſe ſuperſtite nulli narrarent. Et quia multa ſunt adhuc ſatis & magna quæ propter prolixitatem præterimus, ne prolixitas noſtra audientibus potius faſtidium generet, quam nitorem ſermonis * oſtendat. Quantum de amore, de nutrimentis, de charitate, de prædicatione, de omni omnino ſancta ejus converſatione reminiſcimur, cruciamur & dolentes oculis diſtenſis requirimus tantam pietatem, ſed nec invenimus quod perdidimus. O tam dura conditio quæ nobis infelicibus evenit! o piiſſima domina, utinam obtinuiſſes cum cœli Domino, ut ante te oves quas congregaveras direxiſſes! Tu Paſtorem bonum ſequens gregem Domino tradidiſſes.

* al. ſermo.

Moritur.

Matth. 10.

* f. Beatæ id eſt Moniales.

In cœlos ab Angelis tollitur.

26. Jam ad glorioſum ejus venimus tranſitum, quem ſine profuſione lacrymarum dicere non poſſumus. Fluunt lacrymæ, de imis medullis gemitus prorumpunt, ſed in nullo conſolationis locum inveniunt, dum plangimus; ſi de ejus fideli devotione minus dicimus, plus peccamus. Uſque ad diem tranſitus ſui numquam minuit Curſum implere; & quod cœpit, corde retinuit: quia non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem, ipſe ſalvus erit. Ubi jam ad finem vitæ venit ſanctum ejus corpuſculum, longum trahens martyrium pro amore Domini; beati * omnes congregaſti luctuoſe circa ejus thorum flentes & ejulantes, pectora duris pugnis & lapidibus ferientes, voces ad cœlum dabant clamantes ac dicentes: Domine, ne permittas nos tam grave damnum pati; Lumen noſtrum recipis, nos cur in tenebris relinquis? Et quia illa quiquid potiſſimum facere voluit, ſemper die Natalis Domini *a* facere elegit; nam glorioſus tranſitus ejus ſic contigit. Quarta feria mane primo idus Auguſtas, quod fecit idem menſis dies 13. *b* clauſi ſunt ejus oculi & obſcurati ſunt noſtri. Væ nobis quia peccavimus, afflictum eſt dolore cor noſtrum, flevimus & plangimus, quod diutius una nos te habere non meruimus. Ipſum mane ubi nobis tantum malum contigit, ubi una vox, unus planctus, unus clamor cœlos penetrabat; Lapidarii qui in monte operabantur, in aere audierunt Angelum Dei loquentem; unus dixit ad alios: Quid facitis? dimittite eam adhuc; quia hæ voces ad Domini pervenerunt aures.

---

a Quarta feria Chriſtum Dominum natum eſſe Cedrenus & Maximus Monachus æque exiſtimarunt, ut Scaliger lib. 6. de emendat. temp. ubi de anno Natalis Domini, obſervavit.

b Gregorius Turonenſis lib. 9. cap. 2. obitum ſanctæ Radegundis illigat anno duodecimo Regis Childeberti, qui reſpondet anno Chriſti 587. quo Dominica litera E currebat.

ANN. CHR. 587 13. Auguſti

res. Angeli, qui eam ferebant, reſpondentes dixerunt: Jam factum eſt. Quid faciemus? illam recepit paradiſus, ubi gloriatur cum Domino. Credimus quod nos non de ſe ſeparat, quæ ſe ei placere voluit cum quo regnat. Flenda ergo nobis talis non eſt, ſed tremenda. Amiſimus quidem in præſenti ſæculo dominam & matrem: ſed in Regnum Chriſti præmiſimus intercedentem. Admirabile quidem gaudium fecit in cœlis, in terris vero intolerabilem luctum reliquit.

27. Quando ejus ſancta anima de hoc ſæculo migravit ad Chriſtum, non erat ibi Pontifex loci. Ambulavit nuntius ad virum Apoſtolicum Domnum GREGORIUM Turonicæ civitatis Epiſcopum, & advenit. Sed quantum præſens vidit oculis antequam eam ſepeliret, de ejus virtutibus in libro miraculorum * quem compoſuit, inſtruit. Cum autem venit ad locum ubi ſanctum corpus jacebat, (quod ipſe poſtea cum ſacramento lacrymans dicebat quod in ſpecie hominis Angelicum vultum viderat) facies illius velut roſa & lilium fulgebat; ita tremefactus eſt ac metu concuſſus, tamquam ſi ante præſentiam beatæ Genitricis Domini adſtaret devotus vir Deo plenus. Expectabatur Pontifex loci ut eam cum digno ſepeliret honore. Tota Congregatio circa ejus torum ſtans pſallebat, ubi pſallentium vel paululum quieſcebat, intolerabilis planctus aderat. Triduo expectatus eſt Pontifex, quia vicos circumiebat: ſed quia non venit, ſupradictus vir Apoſtolicus de charitate fiſus, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, in Baſilica ſanctæ MARIAE *a* nomine condita, ubi ſacra Virginum corpora de Monaſterio ſuo conduntur, eam cum digno ſepelivit honore.

* Greg. Turon. de Gl. Conf. cap. 106. A Gregorio Turonenſi ſepelitur.

1. Joan. 4.

28. Dum ſub muro cum pſallentio ſanctum ejus corpus portaretur, quia inſtituerat ut nulla vivens foras Monaſterii januam egrederetur *b*, tota Congregatio ſupra murum lamentans, itaut planctus earum ſuperaret ipſum pſallentium, pro pſalmo lacrymas, pro cantico mugitum, & gemitum pro Alleluja *c* reddebant. Rogaverunt deſurſum ut ſubtus turrem repauſaretur feretrum in quo Beata portabatur, graviter ſuſtinentes ejus abſentiam. Sed ut ſuam fidelem Dominus declararet in medio populi, ibi dum pauſaretur ſanctum corpus, cæcum illuminavit: qui multis annis lucem diei non viderat, lumen recepit; qui ad manus tractus venerat, poſt feretrum nullo ſuſtentante videns, tamquam ſi nullum habuiſſet laborem oculorum, ad ſanctum ſepulchrum abiit, & uſque hodie clare videt.

Cæcum illuminat.

29. Ne prætermittatur & aliud miraculum. Ubi eam ſepelivit ſupradictus Epiſcopus, coopertorium non poſuit, antequam Pontifex loci veniret. Liberæ quæ ante eam cereos portaverunt, totæ in gyro ſepulchri adſtabant; unaquæque in ſuo cereo ſuum nomen dabat ſcriptum, totæ uni ex famulis cereos ipſos juxta ordinationem tradebant. Fit contentio in populo; alii dicebant cereos ipſos in ejus ſanctum Sepulchrum mitti debere, alii dicebant, non. Dum iſtud ageretur, de pueri brachio qui totos tenebat, unus exilivit in altum ſuper omnem populum, & ſe in ſancto Sepulchro ad pedes Beatæ poſuit & quod hæſitabatur, declaravit. Reſpicientes ad nomen, cujus eſſet cereus, inventum eſt CALVAE nomen. Hoc videns Epiſcopus vel omnis populus, admirantes virtutem beatæ Radegundis, Domino benedixerunt. Quantæ poſt ejus tranſitum ibi ſunt factæ virtutes, quanti dæmoniaci liberati, quanti febricitantes ſunt redditi ſanitati, quis enumerare valeat.

Uſus cereorum in exequiis.

Alia mira.

30. De Burgundia cum viro Apoſtolico LEIFASTO *d* Epiſcopo veniens ejus Abba nomine ABBO, dum eſſet Pictavis in civitate, dentis incurrit validum dolorem. Die noctuque una vox, unus dolor inerat ei, mortem evenire ſibi optans ut tanto careret dolore. Qui inſpirante ſibi Divina miſericordia rogavit ſe duci ad Sanctæ Baſilicam: ubi ingreſſus, cum fide ſe ante ſanctum ſepulchrum terræ projecit, mortem præ oculis habens, pallam corporalem deſuper ſanctum tumulum mordicus apprehendit. Qui ſeptem diebus nec cibum ſumpſerat, nec ſomno refici poterat, in hoc morſu ſopor acceſſit, dolor diſceſſit, ſanus ad hoſpitium rediit. Quod poſt ipſo referente plures cognoverunt, ubi ſe fatebatur de mortis janua per virtutem Domnæ Radegundis eſſe revocatum.

Abbas quidam a dolore dentium liberatus.

31. Et quia mos eſt in feſtivitate beati Hilarii reliquis Monaſteriis circumcirca proximis, quæ ſunt ibi, uſque in mediam noctem vigilias celebrare; de media nocte unuſquiſque Abbas cum ſuis Fratribus ad ſuum revertitur Monaſterium Curſum celebrare. Quamdiu in beati Antiſtitis Baſilica vigilaverunt, tota nocte energumeni clamaverunt; inter quos mulieres duas graviter infeſtabat inimicus, præcipue una tantum bacchabatur, ut in ejus fremitu tota tremeret Baſilica. Poſtquam inde vir venerabilis ARNEGISILUS Abbas Baſilicæ beatæ Reginæ cum ſuis Monachis exivit, ad ſuam vadens Baſilicam Curſum implere, quam illa ſatis dilexerat: Ipſas poſt ſe mulieres audierunt clamantes, Venite. Quæ ingreſſæ Baſilicam vociferantes Domnam Radegundem ut eis parceret ſupplicabant. Una ex illis, quæ gra-

NOTA.

Duæ dæmoniacæ curantur.

a In illam Baſilicam modo S. Radegundis nomini dicatam Collegium Canonicorum ſucceſſit: alia vero titulo ſanctæ Crucis inſignita hodieque a Sanctimonialibus Benedictinis occupatur.

b Nempe juxta Regulam quam S. Cæſarius Monialibus præſcripſit, nam Recapitulationis Artic. 1. ſtatuit, *ut nulla ex vobis uſque ad mortem ſuam de Monaſterio egredi, vel de ipſa Baſilica in qua januam habetis, aut permittatur, aut per ſeipſam præſumat exire.*

c Hanc lætitiæ vocem *Alleluja* olim in Exequiis uſurpatam jam adnotavit Menardus noſtas in librum Sacramentorum: quam vocem præcipue in funeribus Sacerdotum Græci ſæpius ingeminant, ut conſtat ex Euchologio.

d Leifaſtus ſeu Lefaſtus Epiſcopus Æduenſis, *d'Autun*, poſt Siagrium, qui anno 600. obiit, ut ſenſit Carolus le Cointe in Annal. Franc. ad ann. 600. num. 7. Sammarthani Auſpicium inter Siagrium & Lefaſtum locant: ſed prior ſententia ob Baudonivæ ætatem præferenda.

graviuſ tribulabatur, jam ter quinos habens annos ex quo eam ſpiritus nequam flagellabat, cum Matutina dicebatur, ſæviens inimicus vas quod invaſerat, reliquit. Illa ulla ad Tertiam ante oſtium ipſius Baſilicæ eſt liberata, & ultra nequiſſimus hoſtis eis nocere non valuit. Quam larga eſt & dives miſericordia Dei quæ ſuos vereri facit, & loca requirit ipſe virtutum largitor ac diſpenſator, ubi per ſuos fideles ſuam oſtendit potentiam. Ad Baſilicam ſancti viri ſunt alii liberati, alii vero Baſilicæ Domnæ Radegundis ſunt directi: ut ſicut æquales gratia erant, ita æqualis & virtus oſtenderetur. AN.CHR. 587 13.Auguſti

32. Quis male habens, quamvis vita deſperatus, ſi pallam ſubteriorem cuſtos ejuſdem ſacri ſepulchri intinxit in calice aquæ, & dedit ei ſebricitanti poculum, non ſtatim ut bibit ante ſanctum ejus ſepulchrum jacens ſopor acceſſit, morbus receſſit? Chriſto largiente omnibus diebus in nomine ipſius Domini JESU-CHRISTI ibi multæ virtutes fiunt, unde receſſit. Nos quoque etiam fideli devotione & ſedulitate debita veneramur in terris, cujus anima confidimus, gaudemus & gloriamur quod præfulgeat in cœlis, ipſo præſtante qui cum Patre & Spiritu-ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. NOTA inſigne miraculum.

MONITUM.

His Actis nonnulla exemplaria MSS. addunt obitum DISCIOLAE *Monialis, & reclusionem alterius Virginis: quæ ex Greg. Turon. lib. 6. cap. 39. repetenda ſunt ſicut & S. Radegundis Teſtamentum, quod cum apud eumdem Auctorem, tum in Vita Gallica Pictavis anno 1622. edita pluribus mendis refertum eſt: quamvis Auctor ille Gallicus anonymus ex vetuſtis membranis erutum a ſe dicat. Manifeſta enim ſub finem reperitur interpolatio in his verbis.* Defenſari jubeant & muniri: (quatenus ipſum Monaſterium ſub Regulæ Religionis converſatione juxta noſtram Inſtitutionem Epiſcopali cura ac gubernatione tueatur. Ne aliquis contra Statuta Canonum res & facultates Eccleſiaſticas devaſtare vel inquietare præſumat. Quod ſi forte quiſquam præſumpſerit, ſecundum Statuta Canonum noſtramque Inſtitutionem a communione Religionis ſanctæ Dei Eccleſiæ & Chriſtianorum ſocietate judicio ſancti Spiritus alienus exiſtat, quouſque recognoſcat reum ſe feciſſe contra hanc noſtram Inſtitutionem, ac ſatisfaciendo publicam pœnitentiam percipiat:) ut in cujus honore Dei famulas protegent &c. *Ubi quidquid parentheſi includitur, non ſolum ſenſum ſuperiorum a conſequentibus diſturbat, verumetiam potius Epiſcopis comminantibus, quam Radegundi ſupplicanti convenit. Porro ſanctæ Reginæ Reliquiæ, quas ob perſonæ dignitatem etiam Barbaris honori eſſe oportebat, magna ex parte una cum S. Hilarii ſacris exuviis anno 1562. ab Hæreticis incendio pluſquam ſacrilego tradita ſunt.*

VITA S. LAUNOMARI ABBATIS CURBIONENSIS.

CIRCA AN. 590 19.Januarii

Eruta a R. P. D. Jacobo de Lannoy ex MS. cod. Ciſterc.

OBSERVATIO PRÆVIA.

De S. Launomaro Uſuardus in Martyrologio genuino ita ſcriptum reliquit ad 19. Januarii: In pago Durcaſſino S. LAUNOMARI Presbyteri. *Paullo fuſius Ado:* In pago Dorcaſſino, Corbionis Monaſterio Natale S. LAUNOMARI Confeſſoris, cujus præclara geſta habentur. *Quibus verbis cum admoneamur S. Launomari geſta ab antiquo Auctore deſcripta fuiſſe, duplicem quam nacti ſumus ipſius B. Launomari Vitam hic exhibendam duximus, alteram ex apographo Ciſtercienſis Bibliotheca erutam opera D. Jacobi de Launoy Ciſterc. viri de Rep. litteraria benemeriti, alteram a Surio expolitam pridem, a Joanne Bollando ſincere evulgatam; ne in alterutrius delectu forſitan aberrantes, Lectoris judicium fruſtraremus. Porro Dorcaſſes ſeu Durocaſſes Galliæ Celticæ populi Sequanam inter ac Ligerim, Carnutibus olim finitimi, nunc anguſto limite intra Carnutum fines ſub Comitatus titulo (quem Drocas, vernacule* Dreux *appellant) incluſi, quondam complectebantur partem Saltus Partici vulgo le* Perche, *per quem Curbio amnis (unde Curbionenſi Monaſterio nomen) influit, ut doctiſſimus Bollandus adnotavit.*

PROLOGUS AUCTORIS.

1. CUM Deo fideliter famulari volentibus divinarum ſemper proſit admonitio atque confortatio Scripturarum, multam in Domino auget fiduciam Fidelium, dum ſigna clementiæ ipſius erga Sanctos exhibita memorantur. Siquidem virtutum ſuarum Deus crebra idcirco indicia in Sanctis ſuis propalat, ut dum ſcitur quanta apud illum glorioſe poſſunt hi qui pie ipſi tota virtute obediunt, illorum precibus ſe adjuvari fideliter poſtulent qui ſe peccaſſe contra ſuum Factorem pœnitentes cognoſcunt. At vero qui ei ſtudioſe deſerviunt cum ceteris æterna ſperent præmia Sanctis, ac velut optatis filiis & gratia Dei vocatis amicis omnia quæ pro ſua ſalute precantur, exemplis patentibus mi-

CIRCA AN. 590 19. Januar.

miſericorditer ſibi non diffidant concedi. Ego itaque ſine dubietate credo mercedem a Redemptore noſtro reddi illi qui quocumque modo aliquid pro Deo Fratribus ſtudet impendere, ac per hoc quædam de virtutibus Sanctiſſimi Confeſſoris LAUNOMARI ad utilitatem devote audientium memoranda ſuſcepi,

VITA INCIPIT.

* S. Laumer Launomarus Carnotenſis.

2. Beatus igitur LAUNOMARUS * tempore quo Francorum exercitus Carnotenſium vallabat civitatem, jam Fide Catbolica per Galliam fulgente exortus eſt *a*. Bonæ vero ſpei fomentum ſub ipſa poſitus inſantia ſe ſpectantibus faciens, cum eſſet parentibus procreatus generoſis, paſtorum magis, tamquam alter Iſaac vel Jacob, conſortia quam divitum frequentabat, natura ſcilicet docente velut innocuus appetitor vitæ. Quamquam conſtet credibile illud voluiſſe Deum indiciis Sancti viri in infantia poſiti deſignari, quod parvuli officii

Fit ovium Paſtor.

parvulus opilio tempore creſcente magnus fieret Paſtor animarum. Itaque crebro paſtoribus inſtruebat convivia, atque circa conſortes ſibi pueros tanta dulcedine charitatis verſabatur, quanta ſub regimine poſtea claruit Monachorum: quibus unanimi charitate junctus & ſpiritualia commoda & carnalia ſtuduit præparare. Quoties autem a matre cibos accipiens

Quam miſericors & abſtinens fuerit. Matth. 5.

foras egredi potuiſſet, præ fame juſtitiæ egenis ac pauperibus ipſos tribuebat. Unde Evangelica voce beatus, qua dicitur: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*, tota die ſuſtinebat jejunium.

3. Videntes ergo parentes ejus illum ſqualidum ac macie torpentem, dum ejus in Dei famulatu deſiderium perquirentes agnoviſſent, cuidam venerabili Presbytero CHIRMIRO ſacris imbuendum litteris ac converſatione tradiderunt. Beatus autem Chirmirus intra urbem Carnotum fulgebat doctrina & honorandus apparebat. Itaque ſibi traditum ſanctæ de-

Litteris inſtruitur.

votionis inſtruens LAUNOMARUM, genere quolibet ſentiendi, memoria & intellectu ac ingenio reperit ſuæ inſtitutionis omnibus præeminentem: ſimul omni ſtudio ſuæ ſalutis cernens illum perficere documenta, nihil de fructu documenti vel propterea de mercede a Chriſto recompenſanda dubitans parvulum inſtruebat, voto hujuſcemodi quo per illum vitæ ſemina multis profunderet in poſterum.

4. Itaque ſcholis edoctus, ut ad virilem venit ætatem, cunctis recolendus Dei Sacerdos in

Presbyter ordinatur, fitque Cellerarius.

* Conſer viram ſeq.

Eremum petit.

prædicta urbe conſtituitur; uſquedum celſiori haberetur gradu, & pluribus illius imitanda pateſceret ſanctitas, etiam in eadem urbe Cellerarius *b* inſtituitur *. Impoſitum vero ſervitutis hujus onus tam Deo placite, tamque competenter Fratribus exhibuit, ut nulli debita videretur vel neceſſaria ſubtrahere, nulli quidquam prodige ſubrogare. Attamen cum multorum licet neceſſitatibus continua famularetur cura, & animo ſemper quæque gereret ad Chriſti voluntatem conformans, magis amabat ſoli Domino liber aliorum cura more cœleſtium deſervire ſpirituum. Denique dum quietem corporis Fratres quondam cepiſſent, Domini cogente dilectione ipſo ductore concupitam perrexit ad eremum.

* le Perche.

Latronum inſidiæ fruſtra petitur.

5. Vaſta tectus igitur *Perſica* * ſolitudine, divinis intentus officiis dum quadam pervigilaret nocte, latronum perpeſſus eſt inſidias. Itaque per totam noctem circa ipſum gyrantes ut eum interficerent, credentes illum ſecum habere pecunias, virum Dei nequaquam permiſſi ſunt invenire. Mane autem facto vident eum ſub parvo tugurio degere, ubi tota nocte ipſum quæſierunt, ejus aſpectu perterriti quem ſumma junctum converſatione ac voluntate judici Deo quique maligni timendum poſſent agnoſcere, provolvuntur ipſius genibus, atque corde compuncto humiles pariter clamaverunt; Parce nobis, vir ſancte Dei. Ille vero reſpondit: Filioli, ut quid parci vobis petitis? cur huc veniſtis? Illi rubore perfuſi cauſam protinus omnem fatentur. Quibus clementer ille reddidit: Dominus miſereatur veſtri, chariſſimi filii, & ego veſtrum noveram adventum, ſurgite atque latrociniis, ut Dei miſericordiam mereamini ceſſate. Mecum autem pecuniæ non habentur, quas pro amore omnipotentis contemno: ergo cum pace recedite. Qui recedentes Deo lucernam multis radiandam Fidelibus propalari volente, ſupramemorata multis retulere.

Diſcipulis Cœnobium condit.

6. Fama igitur Sanctum vulgante virum undique turbis venientibus frequentatur: quibus doctrinæ pabula conferens, multorum animos ad Monaſticam inflammavit vitam. Creſcente denique Monachorum numero parvo temporis ſuccedente ſpatio inter opaca nemorum condidere Cœnobium *c*, ſibi quædam quæ Dominus per ſuum dignatus eſt facere ſervum miracula ad ejus merita lucidanda grata eſſe lecturis conſidero.

Puerum contractum ſanat.

7. Igitur cum multi ad ſanctum Launomarum in eodem loco venirent, quidam adſuit deferens

a Natus eſt S. Launomarus in quadam villa, vernacule, *Neufville Lamar*, ab urbe Carnotenſi quatuor milliaribus Gallicis diſſita, quo in loco extat Oratorium ipſi ſacrum.

b Launomarum Eccleſiæ Carnotenſis Ædilibus præfectum fuiſſe, traditionis eſt. At Cellerarii Fratrumque nomina Monaſterio potius convenire videntur. Duo tunc temporis Monaſteria in eadem urbe erant. Unum extructum a S. Pappolo Epiſcopo, qui ab anno Chriſti 567. ad 594. Sedem Carnotenſem tenuit. De eo enim in vita S. Carauni manu deſcripta ſic legimus. *Vir namque Apoſtolicus vocabulo* PAPBOLUS *refulgens præclara ſanctitate ea tempora Epiſcopus Abbatem ſimul & pulchram Clero nominis ſeriem quæ ſepulturæ deberet deſervire, ibidem inſtituit*. Et infra. *Quadam vice dum venerabilis* APER *Abba cum ſuis Fratribus orationis gratia in Oratorium ex more fuiſſet ingreſſus* &c. Alterum erat S. Martini Cœnobium in ſuburbio poſitum, de quo infra in Tranſlatione S. Launomari num. 2. olim Abbatia, nunc Prioratus Majori-Monaſterio addictus.

c Eo in loco nunc viſitur Cœnobium inſtituti Fontis-Ebraldi, dictum *Bellomer*, quaſi *pulcher Launomarus*.

CIRCA AN. 590
19. Januar.

rens ſecum filium genibus contractum. In Oratorii vero janua ſancto viro illum afferens precabatur ut ſanitatem filio ſuo conferret. Cui ſanctus Launomarus reſpondit; Grandem ab homine peccatore poſcis quidem rem, tamen noſtras ſumens eulogias reduc ad propria filium tuum. Itaque fundens beatus vir Domino ſupplicationes dedit eulogias illi: quibus acceptis ſanum reduxit ad propria filium. O felix conſcientia! quæ de Domini exauditione non dubitans certiſſime audet & priuſquam impetraverit de munere promittere. Sanctus itaque vir niſi familiarem Domini notitiam habuiſſet, ejuſque voci pro mortalium poſſibilitate factis reſpondiſſet, tam facile Deum ſuis precibus reſponſurum exaudiendo non auderet præſumere.

8. Contigit etiam claves Oratorii in eodem Monaſterio perdi, dum ſilvam Monachi ſuccidereut, ac ceſpites ad uſus ſuos ibidem ſulcarent. Cumque Sanctus Pater Oratorium ingredi vellet ut clavem quemdam ex Fratribus perdidiſſe cognovit, in limine genua ad orandum flexit. Vix vero ſe proſtraverat, cum ſponte januæ paruerunt. Surgens ergo ab oratione obteſtatus eſt miniſtrum ex Monachis qui ſecum erat, ne cui diceret antequam a ſæculo receſſiſſet, omni ſtudio ſcilicet favorem effugere hominum dum non ſupperebat neceſſitas cupiens, & ſub ſe Dominum ſubſequentibus volens oſtendere fugiendum. Hoc itaque ſub ſilentio latente miraculo in proximo Dominus per fidelem ſibi ſanctiſſimum LAUNOMARUM patrare palam dignatus eſt, ut quia propter humilitatis cuſtodiam mira per ſe facta celari quæſierat, ad aliorum utilitatem proderet invitus.

Oratorii fores orando aperit.

Miracula vult celari.

9. Namque dum tempus adveniſſet quo fruges ſuas Fratres in horrea conderent, neceſſitas extitit ut virgeæ ſupellectili frumenta ſuper ponerent ſiccanda: ſed per negligentiam ſubito correptæ cum flagrarent incendio, maximo fragore volans flamma tectum omne cremandum involvit. At ubi Sanctus vir incendia ſævire ingentia vidit, concitus igni reluctaturus cunctorum labore deſperando ceſſante, ſigno Crucis edito reſtinxit incendia quanta vix celeritate vel maris unda quidquam merſum poſſit extinguere.

Incendium extinguit.

10. Ipſe autem mirandus in opera dum omnibus claruiſſet, more ſuo Dominus qui poſt cœli ſecreta Paulo ſtimulum carnis Angelum ſatanæ tribuit, noſtrum quoque Paſtorem dæmonis inquietari infeſtatione conceſſit ad humilitatis in eo gratiam ampliandam. Etenim dum ſequenti nocte ſpecialiter orandi gratia intrat Eccleſiam, quo mentem illius a ſuperna paullulum contemplatione reverberaret, ut illi terrorem incuteret, lucernam hoſtis antiquus extinguens tenebroſum in quo pſallebat reddidit Oratorium. Vir vero Dei ad orationis familiaria mox arma recurrit, quo ſcilicet ſuperatus abſcederet, cujus illud calliditate noverat actum. Ipſo denique precibus inſiſtente lucerna fulgorem quaſi haberet proprium, nullo reddente igni, recepit.

Dæmonis fraudes patitur.

Lucernam precibus accendit.

11. Deinde vero quoniam victor eſſet dæmonum, horum aperta repulſione Sanctum Dei Chriſtus voluit apparere. Erat vir ſiquidem nobili procreatus genere facultatibus ac honore ditiſſimus nomine SSCAPTUS qui dæmone peſſimo vexatus in tantam proruperat inſaniam, ut ſe ſuoſque ſive quoslibet arripere potuiſſet, mucrone vellet percutere. Qui oneratus cervices manuſque catenis ad Sanctum perducitur Abbatem. Dæmon itaque ſancti viri non valens ferre præſentiam, in obſeſſum ſævire cœpit acrius dolens in proximo emundandum. Itaque videres energumeni ora perfundi ſpumis, horrere palloribus, & ſtridere dentibus. Solita itaque bellator Dei contra dæmones arma corripiens precibus incubuit, ſacratique liquore perfundit olei miſerum. At ubi cognovit Domini virtute pelli dæmonem, ſolvi juſſit hominem. Ergo ſolutus horrorem vultus in ſerenam vertit ſpeciem, ac ſanctiſſimum, meritiſque clariſſimum cauſam ſuæ ſalutis ſciens eſſe Launomarum diu cum illo commoratus, poſtea jejunium monitus ab ipſo amare, orationibus inſiſtere, lætus remeavit ad propria.

Arreptitium dæmone liberat.

12. Illud habetur etiam fideliter auribus ingerendum, Dei famulum meruiſſe tantam puritatis arcem ſubire, ut illi feralis rabies obediret imperanti, ſcilicet Angelicæ imitatori vitæ, more protoplaſtorum adhuc in amœnis paradiſi degentium. Et quidem homo Dei eremi deſerta divinas ore ſcripturas inſonando perambulans, obvios inſpicit lupos cervam vexare fugientem, pietatis vero magnitudine illam miſeratus pene conſecutam, hominum quoque a dæmonibus infeſtationem hujuſcemodi conſiderans ſimilitudinem, proindeque lacrymans ait ad beſtias: O cruenti perſecutores, ad ergaſtula revertimini veſtra, hanc Dominus ſiquidem a veſtris eruet illæſam rictibus. Quo ſermone retroactæ feræ cervam perſequi deſierunt. Ipſa denique Sanctum petens virum ab eo mulcebatur, ac poſt duarum circiter horarum tempus ſilvas repetere juſſa diſceſſit.

Feris imperat.

13. Erat item Abba venerabilis de Cella Carbonaria *a* nomine LEUDRANNUS qui ſalutem contulit noſtri fides Deo cooperante Paſtoris. Dira ſiquidem paralyſi membra diſſolutus vehiculo ſuffragante fideliter ad Sanctum venit, remedia poſtulat impendi cadentibus jam pene membris. Nec mora pio ductus affectu Abba LAUNOMARUS languidum vexillo Crucis edito liquore olei perfudit ſacro. Ut autem caput ægroti manus tetigit unguento, divinæ præſentia medelæ tantam ſentit infirmus algoris magnitudinem ſub manu beata per omnia labi membra, ut quaſi medullitus glacialem ſibi rigorem ineſſe miraretur. Unde ſubita commotione turbatus ſenſim pulſo frigore gaudet incolumitatem ſibi priſtinam Sancti precibus

Paralyticum ſanat.

a S. Leobinus Carnotenſis Epiſcopus apud Carbonariam, vulgo *Charbonniere*, in Partico, cellis aliquot extructis annos quinque conſtitit, ut ſupra in ejus vita num. 7. pag. 324. legitur.

Digitized by Google

AN. 590 19. Januar.

cibus revocari; ſicque proprio reverſus eſt greſſu qui miſerantium ſe venerat ſubvectus officio. Vere laudabilem colendumque fidelibus Confeſſorem, qui Redemptoris aſſidue parendo voluntati, ſuis fecit Dominum aſſore fautorem votis. Qua de cauſa tantam meruit ſpe ſupernorum jugiter habere lætitiam, ut mentis dulcedinem nulla poſſent damna corrumpere.

14. Quadam etenim nocte dum ſub eo Regi æterno militantes Monachi artus ſopori dediſſent, latrones illorum bovem invaſere. Mane autem facto Fratres ut agnoverunt, ſuo Patri retulerunt. Ille ſereno vultu referentes allocutus eſt dicens: „Fratres qui ſola cœleſtia debemus attendere diligenda exiſtere, nec terrenorum damnis contriſtari, nec lucro gaudere debemus. Latrones igitur unde venerant redire cupientes toto die ipſo, nocteque ſequente ambulantes mane ante portam Monaſterii ſe fore cognoſcunt, Domino videlicet eorum errorem inferente paſſibus ut errorem deponerent mentibus. Obſtupefacti namque vocibus in Eccleſia pſallentium viciſſim loquebantur: quid eſt quod nobis accidit? Ecce ſumus illuc unde animal iſtud abſtraximus. Præ timore vero ſalubre capientes conſilium quo redderent bovem furtique veniam precarentur, matutinali peracta Synaxi ſanctum conſpiciunt Launomarum de more quoniam mane progrediens circuibat in gyro Cœnobium. Ejus ergo pedibus advoluti prædam reddunt, ſupplices indulgere ſibi poſcentes. Illis autem Dei Sacerdos non ſolum veniam contulit, ſed etiam doctrinæ pabula conferens eoſque benedicens, priuſquam viderentur ab aliis jubet diſcedere, utique animal nolens ante oſtendere, quam illi ne comprehenderentur effugerent. Quibus ita peractis Fratribus animal conſignavit.

Bovem ablatum recuperat.

15. Interea rumorem fugiens ſanatorum a ſe vocibus quaque diffuſum ne turbis commixtus in eremo liberiori mente Domino vacare non poſſet loca ſolitudinis mutavit. Illic itaque dum moraretur ad Baſilicæ ſtructuram ingentem quamdam arborem voluit reſecare. Dum vero Fratres in ſuccidendo uſque ad horam cibum capiendi cum Patre laboraſſent, jam parte præciſa uno ſibi ex Monachis tantum adjuncto remanſit in labore, reliquos abire permittens. Hiſque recedentibus Dei confiſus auxilio ſignum Crucis imprimens arbori quam decem homines necdum movere poſſent, levi dejecit impulſu, ac ab eodem loco removit ſuccidendam *. Hoc autem ita peracto ſtatim præcepit miniſtro qui fuerat ſecum operatus dicens: Perge ac elatione poſtpoſita Monachis indica ſolatium nobis a tranſeuntibus impenſum. Quod Dei Confeſſorem veraciter credimus elocutum: qualiter enim vocem aliter, quam vere ſonantem virtus poſſet tanta comitari; vel ſi mutatio fragilitati adſcribitur, ut ei mendacium fabricaſſe dicatur qui veraciter tantum loqui vellet, & omne peccatum per ſuperbiam oriatur; & mendacium peccatum ſit; quomodo credendus eſt id falſo dixiſſe qui meritis Sanctus, ſignis coruſcans, bonis inhiando Paſtor animatum contra falſitatis originem monendo munit alium, docens illum elationem poſtponere? Unde ſciamus adjutoria illum intellexiſſe Angelorum a Domino miſſorum, ideoque dixiſſe a tranſeuntibus ſe habuiſſe ſolatium; quippe miraculum latere ob humilitatis ſuæ cuſtodiam volebat, mendacium committere pejus ducebat. Ideoque vera dixit famam miraculi pariter inhibendo.

In loco ſecretiori Monaſterium condit.

Arborem orando dejicit.

* l. ſuccisam.

Miraculum ejus dissimulat.

16. In ipſo igitur loco Cœnobium inſtituit CURASONES *a* vocabulo, ubi etiam Dominus per illum plura fecit miracula. Quidam vero interim nobilis homo HERMOALDUS nomine graviſſimo languore correptus ad extrema pervenit. Jam autem moribundus cogente anguſtia viro Domini quadraginta ſolidos per unum e ſervis miſit, deprecans illum etiam precibus flagitare, quatenus ſibi ſpatium daretur adhuc incolumem aliquantulum in ſæculo remorari. Ille pretium ſuſcipiens ſuper altare compoſuit ac precibus incubuit, atque ab oratione ſurgens unum ex omnibus ſolidum diſcernens cœpit, reliquos ei qui attulerat tradens atque dicens: „Perge cito, fili, defer hanc pecuniam domino tuo, eique dicito: Pecunia hæc mortem, Divinamque nequit prohibere ſententiam, eo quod illius acquiſitio injuſte facta ſit; pro ſe laboret quia morietur. Sicque per omnia ut vir Dei prædixerat probavit eventus.

Eleemosynam injustam Deo ingratam esse probat.

17. Erat quoque nobiliſſima quædam Matrona nomine WEDFORADA, quæ tantum in adoleſcentia languorem incurrit, ut deficiente corpuſculo vix jam tenuis ſpiritus palpitaret. Hæc pio præſentata Paſtori, oleique ſancto liquore ab eodem perfuſa meruit ſubito rediviva ſoſpitate lætari, atque poſt obitum ſanctiſſimi Launomari dedit ad ejus Monaſterium de ſua hæreditate Louvervillare, & Monaſterium Britonogilum atque ad flumen Ligeris Fagiam Villam. Iſta vero de ſignis quibus glorioſiſſimi Confeſſoris Launomari pateſceret Fidelibus imitanda devotio, pauca de pluribus intimaſſe lectoris ſufficere credimus. Ad illius ergo felicem de ſæculo tranſitum noſtri revertatur ſtilus ſermonis.

Paralyticæ sanitatem restituit.

18. Itaque volens ibi Dominus completionem illius apparere meritorum, quo fulſerat augmen-

Carnotum vocatur ab Episcopo.

a Curbionenſe Monaſterium a vicino amne Curbione, *Corbion*, ſic appellatum eſt, poſtea vero S. Launomari Monaſterium (*S. Lomer le Moutier*) ad noſtrum uſque tempus, etſi redactum ſit in Prioratum. Diſtat ab urbe Carnotenſi ſex circiter leucis. Iſtius loci Abbates poſt S. Launomarum fuere RAGNOBERTUS; poſtea LEGOBERTUS, in Vita S. Bathildis memoratus, quem Bollandus eumdem fuiſſe cum Ragnoberto putavit; deinde vero quibuſdam intermediis HENRICUS ſeu HERRICUS poſtea Abbas Miciacenſis tempore Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi; GUANO vir memorandæ opinionis, ut vetera loquuntur Breviaria, qui S. Launomari Reliquias ob Normannorum infeſtationes Patricliacum tranſtulit anno 872. indeque Cenomannos. Huic ſucceſſit SALOMON ultimus Abbas Curbionenſis, qui S. Launomari corpore in Monaſterium Bleſenſe illato, Curbionenſe Bleſenſi ſubjecit circa annum Domini nongenteſimum quartum, ut ſuo tempore videbimus. Hæc ex MS. Hiſtoria S. Launomari Monaſterii Bleſenſis a noſtro Natale Mare erudite compoſita didicimus.

mentandum ipſius ſacri laboris initium, vocatur ad urbem Carnotum precibus ejus urbis Antiſtitis *: quo dum eſſet gravi fractus ægritudinis labore lecto decubuit. Quod civitatis Pontifex ut audivit cum lacrymis ad eum pergit consolandum: lamentabaturque ſanctiſſimo coram poſitus viro, dicebatque: Heu! Frater chariſſime, heu! ut quid ipſe petens Dominum inter mundi varios defectus deſeris amicum tuum; & dum victor lætus exeedis ſæculo, in mundi me relinquis naufragio? Cui lumine ſpiritus futura prævidens Chriſti refert „ athleta: Paſtor bone, his diebus mori felicitati cito fuiſſe defunctis putabitur: ſiquidem in „ vita aliquantulum remanſuri videbunt dolendum hujus civitatis exterminium. Tu autem, „ mi chariſſime, non videbis: ante enim hos dies cum pace tranſibis e mundo. Vincula denique corporis languore ſenſim ſolvente beatiſſimus LAUNOMARUS abiit ad Chriſtum. Poſt obitum autem illius Pontificis qui Sanctum corpore vidit abſolvi, barbarica populante manu tanta Carnotorum preſſit incolas obſidio, quatenus arentes gladiis hoſtilibus portas fieri cogente valida reſerarent, eventu probante hujuſcemodi, prædictam ſancti Launomari prophetico ſpiritu dictam ſententiam. Talis igitur beati Launomari mundo fuit exceſſus quarto-decimo Kalendas Februarii *, quem humilitate præcipuum, dæmonum repulſione clariſſimum, ſanitatum gratia potentiſſimum, nunc cœlo beatum mereamur apud Deum interventorem habere piiſſimum.

[Margin: CIRCA AN. 590 | 19. Januar. | * confer Vitam ſeq. | Moriturus prædicit urbis cladem. | Moritur. | * de anno infra.]

ALIA VITA

Auctore Monacho Curbionenſi anonymo, ut patet ex nu. 17. & 25.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. DAVID Propheta cum ad laudem Creatoris & Gubernatoris ſui omnes creaturas incitaſſet, in exordio centeſimi quinquageſimi Pſalmi ſic ait: *Laudate Dominum in Sanctis ejus:* in eis utique quos glorificavit, & magno munere gratiæ ſuæ diverſis donis exuberare fecit. Ac per hoc operæ pretium eſſe puto, ſi a fidelibus narratoribus illa pertractentur, quæ milites Chriſti in ſuis quique viritim tuguriis operati ſunt; immo ipſe Auctor omnium mirabilium in eis & per eos operatus eſt, a quo totius ſanctitatis & fidei ſumma procedit. Ipſe namque ait: *Sine me nihil poteſtis facere.* Quod & ita confitentur fideles ſervi & miniſtri gratiæ Dei, & ſatanæ dejectionem quem Dominus velut fulgur de cœlo cadentem videbat, ſemper præ oculis habentes, illi retribuunt quidquid boni agunt, a quo velle & poſſe habent: nec ad momentum de viribus ſuis præſumunt, ne forte dum campo malæ libertatis potiuntur, foveam improviſæ damnationis incurrant. Laudamus ergo Dominum ſponſorem & redditorem præmiorum in Sanctis ejus, dum ad notitiam plurimorum deducimus, quæ per ſuos famulos glorioſe miniſtravit, qualiter & interius virtute continentiæ apud ſeipſos vixerint, & exterius lampade boni operis alios illuminarint. Poſt glorioſos igitur agones Martyrum, præclara recolimus Confeſſorum merita. Nam & ipſi victoriam de antiquo hoſte reportantes, quia eis ſemper vivere Chriſtus fuit & mori lucrum, ſuperior Jeruſalem hæredes facti ſunt. Ecce autem undique reſplendent caſtra militum Chriſti: ubique Rex ille ſingulares titulos Martyrum & Confeſſorum ſuorum definit, per quorum etiam exanimatos cineres de hoſte humani generis triumphat. Denique inter numeroſa agmina athletarum aſſumpſimus unum, cujus exemplis ædificati ſumus & extitu converſationis ſuæ jucundati, Beatum ſcilicet LAUNOMARUM, ut de ejus ſancta converſatione & geſtis mirabilibus aliquid in memoriam poſteris utile traderemus; ut & ſtudioſis ſit quod æmulentur, & negligentibus unde inſpiratione Divina ad fervorem bonæ actionis cohortentur.

[Margin: Pſal. 150. 1. | Joan. 15. 4.]

VITA INCIPIT.

2. Poſtquam gens Francorum Gallias occupavit *a*, & Regnum & civitates & fines eorum undique in ditionem ſuam redegit, jamque ab immunditiis idololatriæ ad cultum Chriſtianæ religionis tranſiſſet, ea tempeſtate quando Regnum Francorum adminiſtrabat CHLOTHARIUS filius CHLODOVEI Senioris, qui primus in Regibus ejuſdem gentis a B. REMIGIO Remorum Epiſcopo Baptiſma conſecutus eſt; intra Galliam Lugdunenſem LAUNOMARUS Carnotenſium partium civis, parentibus Chriſtianiſſimis natus eſt.

[Margin: Launomarus quando & ubi natus.]

3. Hic cum adhuc in domo patris puerulus nutriretur, gregem patris in paſcendo obſervare cœpit, velut alter Jacob, aut alius aliquis Patriarcharum. Agebat inter hæc puer ille Deo charus bonæ ſpei principia; quia quæ victui quotidiano neceſſaria ſibi ſollicitudo parentum miniſtrabat, hæc ipſe aut egenis & peregrinis occurſantibus, aut coævis ſuis opilionum officia exſequentibus dividebat. Cumque necdum præceptorum divinorum ſcientiam haberet, Divina tamen in eo gratia refulgens, in corpore puerili cor ſenile radicaverat. Nam dum huju-

[Margin: Patris gregem paſcit. | Liberalis in egenos.]

a In priori vita legitur. *Beatus igitur Launomarus tempore quo Francorum exercitus Carnotenſem vallabat civitatem, in fide Catholica per Galliam fulgente exortus eſt.*

CIRCA AN. 590 19. Januar.

hujuſcemodi dilectione erga indigentes ſocios & pauperes arderet, in ipſa pueritia jam parcimoniæ ſtudiis inſerviebat. Charitatis quoque viſceribus affluens pro pauperibus ſollicitus erat, & ipſe adhuc puerulus nimiis jejuniis affligebat corpus. Non erat ſocius intractabilis aut durus; ſed affabilis eloquio, moribus ſuavis, vultu alacer & charitate ſecundum modum ſuum præſtantiſſimus. Evangelium nondum noverat, ſed crucis mortificationem ferre gaudebat, uſque ad ſolis occaſum ſæpe jejunium extendens.

Jejuniis deditus.

4. Hunc ubi parentes in primævo flore juventutis curam corpuſculi viderunt negligere, luxus & illecebras voluptatum rigore abſtinentiæ frangere; attoniti mirari cœperunt, unde in puero tanta morum gravitas ſubito excreviſſet. Sed latenter ac paulatim tentantes pueri converſationem, quia ipſe a ſæculi colluvione mente ſublatum ſe indicabat, curaverunt & illi habitum inducere congruentem. Itaque ſub annis pueritiæ litteralibus ſtudiis a parentibus traditur, & cuidam Sacerdoti vitæ venerabilis, nomine CHERIMIRO, committitur, qui intra opidum Carnotenſe Domino militans, religionis fama celebris habebatur. Qui ſuſceptum parvulum tenere fovebat, & pedetentim ad litterarum cognitionem & ſanctitatis normam cohortabatur. Sed divina gratia, quæ de puerilibus membris ſenectutem animi produxerat, annoſam diſcendi induſtriam videbatur in adoleſcentulo fundaſſe. Præfatus autem Sacerdos conſiderans in eo cum ætatis proceſſu pariter religionis coaleſcere deſidarium, & mentis ſuum capaciorem fieri doctrinæ, ſecum gratulabatur, indiciis bonæ ſpei provocatus, quia credebat per eum ſequenti ævo aliorum procurari poſſe ſalutem. Quod non poſt multum tempus rei veritas comprobavit.

Inſtituitur litteris & virtute.

5. Sane mox ut ad intelligibiles annos excolevit, vocem Salvatoris aure corporis & cordis vir beatiſſimus audiens, quod inſcia ſollicitudine parentum vis divina adſpiraverat, ipſe ſuis omnibus renuntiavit, ut in terra viventium portionem nullo fine obnoxiam mereretur. Nec ad mundanos ſtrepitus redire voluit, quia ſicut Dominus ait: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei*. Interea Dei famulus doctrinæ verbique cœleſtis pabula ſitienter hauriens, adoleſcentiam ſuam ejus jugi meditatione caſtis moribus adornabat. Jam tunc flammis accenſus divini amoris, ſecretum eremi deſiderare cœperat. Ad tempus igitur celans animi propoſitum, dum adhuc in eadem urbe moraretur, Sacerdotalem inſulam Divina ſe cumitante gratia indeptus eſt. Non longe poſt ibidem a Fratribus, cum quibus ad cœleſtia anhelabat, miniſter rei familiaris * inſtitutus, ſubſtantiam, cunctamque penum ſollicitus providebat, ſummaque diſcretione, & paterno affectu carnis cunctis Fratribus neceſſaria miniſtrabat, adeo ut nulli debitam annonam nec in parvo ſubtraheret, neque alicui prodige effunderet. Longa quippe exercitii ſpiritualis eruditione fundatus, vir iſte in Sacerdotio ſuo digne Deo militavit. Exemplo quoque doctus Apoſtolorum, formam primitivæ Eccleſiæ imitari nitebatur; de qua ſcriptum eſt, quia *dividebatur ſingulis, prout cuique opus erat*.

Omnibus ſe abdicat.

Luc. 9. 62.

Sacerdos, & fratrum œconomus.

* in alia vita Cellerarios.

Act. 4. 35.

6. Elapſis autem aliquot annis a tempore ordinationis ſuæ, quod diu celaverat & corde conceperat deſiderii votum, Domino auctore & cooperatore complevit. Tandemque intempeſta nocte, omnibus alto ſopore depreſſis, baculum ſumpſit in manibus, officiumque diſponendæ terrenæ facultatis abjiciens, concupitam convolavit ad eremum. Cumque eſſet ubi ejus animus oblectari poſſet, & quaſi quemdam tranſitoriæ quietis pedem figere, æſtu impatiens zeli mundum cum ſuis ſprevit luxibus: atque calcato ſæculi fluctu ab hominum frequentia ſe ſubducens, Angelorum conſortia per contemplationis alta quærere propoſuit: ſicut quondam Elias Propheta in ſpelunca ſolitudinis habitans, poſtquam Dominum tranſeuntem vidit, & commotionem agitantem montes & petras igne liqueſacientem, nec tamen in his Dominum eſſe teſtatus eſt; in ſibilo auræ tenuis, ideſt, contemplationis ſubtilitate ſuper ſe elevatus, hunc raptum ſentire potuit.

Secedit in eremum.

7. Procul namque ab urbe receſſit, & in abditiſſimam ſolitudinem ſilvæ, quæ Particus dicitur, ſeſe recluſit, ibique ſe tota cordis intentione & omnium cogitationum medulla familiarius Domino commendabat. Ubi tugurio frondibus contexto, dum quadam nocte inter cæca ſilentia hymnos Deo devotæ meditationis redderet, infeſtam latronum rabiem perſenſit, qui ut ad ejus mortem pervenirent, longus viæ errores nocte illa paſſi ſunt. Putabant enim eum aliquam pecuniam in deſerto ſervare. Diluculo autem facto vident ſe repente in conſpectu illius, quem tantopere quæſierant: & ad viſionem illius Divino timore correpti, ad pedes ejus corruerunt, clamantes: Parce nobis vir Dei, parce; reatum noſtrum cognoſcimus, ideo veniam petimus. At vir Dei in his attonitus, ait: Quid, fratres, quid eſt, quod a me petitis? aut quæ cauſa vos uſque ad nos impulit? At illi quid tractaſſent, quidve contra eum deliberaſſent, confeſſi ſunt. Tunc ait illis homo Dei; Et ego dolos veſtros non ignorabam, filii. Miſereatur veſtri Dominus, Redite in pace, & jam peccare deſiſtite. Ceſſate a latrociniis, & a rapinis contrahite manum, ut miſericordiam Domini invenire mereamini. Nam mihi nulla eſt pecunia in terris. Pecunia vero noſtra Chriſtus eſt. Qui verbis ejus ædificati ad propria vix poſt triduum ſunt reverſi.

Latrones ſibi inſidiantes hortatur ad pœnitentiam.

8. Exhinc celebre factum eſt nomen beati viri, & cœperunt ad eum confluere multi, ejus exemplis & doctrina renovari cupientes in novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt. Nec multum tempus fluxerat; & ecce in figuram Monaſterii habitacula locaverunt in medio vaſtæ eremi atque condenſæ, ubi per famulum ſuum omnipotens Deus plurima geſſit miracula. Multi nempe orationibus ejus & interceſſionis ope ab infirmitatis corporeæ mole-

Diſcipulos inſtruit.

moleſtia relevati ſunt, multi ad interioris hominis ſanitatem revocati didicerunt intra ca- CIRCA AN.
ſtra Dei contra antiqui hoſtis jacula ignita fortiter repugnare. 590

9. Quadam namque die homo quidam e vicino filium ſuum claudum in foribus Monaſterii Sancto curandum obtulit, & ipſe genibus ejus advolutus cum lacrymis ajebat: Homo 19. Januar.
Dei miſerere mei, & huic puero orationibus tuis redde priſtinam ſanitatem: aut certe Claudum ſanat.
dum vivit, tuis ſtipendiis hic propter miſericordiæ opus paſcatur. Tunc vir Dei ait ad eum: Unde mihi homo, ut filio tuo ſalutem reſtituam? Creatoris hoc opus eſt, non creaturæ. Potens eſt tamen Deus fidei tuæ præſtare quod petis. Subſiſte paullulum, & ſimul cum parvulo accipe benedictionem; poſtea revertimini pariter via qua veniſtis. Sacerdos autem Domini cum inter ſacra Miſſarum libamina pro ſanitate pueri obſecraſſet, ſolemni prece peracta fragmento panis benedicti, & patrem refecit, & filium a debilitate curavit, & eos ad propria remiſit.

10. Quodam item tempore cum Monachis ſuis ſilvam ſuccidere venerabilis Pater certa- Fores Templi precibus aperit.
bat, ut planitiem parare aliquam poſſet aptam jaciendis ſeminibus: caſu vero accidit, ut janitor domus Domini clavem Oratorii perderet. Cumque famulus Dei a Fratribus ſecedens orandi gratia, miniſtro ſuo ſe comitante Oratorium peteret, & clavem non inveniſſet, ante fores proſtratus humi aliquantiſper oravit: moxque ei ultro pateſacta eſt janua. Ingreſſuſque Oratorium, preces ſuas ad finem uſque perduxit. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, miniſtro ſuo denuntiavit ne in vita ſua quod viderat alicui manifeſtaret: exemplum utique Domini Dei ſui ſequens, qui ſua virtute ſanatis prohibebat ne cui dicerent.

11. Per idem tempus in Monaſterio viri Dei aliquid ſimile per negligentiam contigit. Nam Incendium
dum poſt meſſionem manipuli novarum frugum, in horrea reponendi eſſent, imperante ne- extinguit.
ceſſitate Monachi de viminibus facta machina ſuperpoſuerunt quod meſſuerant, & adhibuerunt ignem, qui paullatim vires capiens, cum omnes alia curarent, & nullus ſuper hoc ſollicitus eſſet, ſubito & fruges & domum invaſit incendium. Quod ubi vir Domini comperit, totum ſe & animo & corpore contra violentiam ignis oppoſuit. Sic vir Domini LAUNOMARUS prævaluit contra incendium, & obviam ſignum Crucis faciens, ignis impetum orationibus ſuperavit. Quid dicam? Statim enim ignem crepitantem tamquam imbre vehementi reſtinxit.

12. Inſecuta deinde nocte cum in maturitate ſurrexiſſet ad orationem, inter ſacras vigi- Lucernam
lias invidia diaboli inquietare eum tentavit. Nam qui a luce cœleſti cecidit, ter lam- orando accendit.
padis lumen inimicus extinxit. Sed ſenſit militem Chriſti ſibi prævaluiſſe. Quoties enim humani generis hoſtis lucem ab habitaculo illo ſubduxit, non deſtitit ſervus Domini ab officio ſuo: quin potius precem coram Domino effundens, per verum æternumque lumen Chriſtum lucernæ radios reparavit. Plane magnæ fidei Confeſſorem, cujus natalem devotis mentibus excepimus, cui præſtitum ſit, ut ſicut ceteri Sancti fide devicere regna, ita & hic per fidei firmitatem creaturis imperaret. Sic quippe Dominus virtutum Sanctos ſuos glorificat, qui ei toto corde deſerviunt, ut per eum triumphare valeant de illo, qui olim inter choros cœleſtium dignitatum principatum tenebat, & creatura ad votum eis famuletur. Etenim vir venerabilis in uno noxios flammarum globos extinxit, & in alio ignem reaccendit; ac ſic in utroque auctor tenebrarum confuſus eſt, & is qui in converſatione præcipuus erat, oſtenſus eſt etiam potentia ſignorum venerandus. Quod ut evidentius appareat, referam adhuc aliud quod ſubſequenti tempore geſſit.

13. Vir quidam, nomine SSCAPTUS *, nobilibus ortus natalibus, & prædiorum ampla * al. Sicaptus.
poſſeſſione ditiſſimus, atro dæmonis impulſu vexabatur, ut puta pervaſus a diabolo intantum, ut ſi aliquod jaculum aut fuſtes manu contingere poſſet, continuo impetum faceret aut Dæmoniacum
in ſe aut in alios, quoſcumque obvios habuiſſet. Qui cum diu tanta amentia debacchare- liberat.
tur, & furiis ſatanæ atrociſſime quateretur; a ſervulis ſuis compeditus, & cervicem manuſque catenis oneratus, uſque ad viri Dei præſentiam non ſine grandi fremitu & clamore pertrahitur, ſtatimque in conſpectu ſanctiſſimi Patris cœpit furere & fremere dentibus & ora palloribus permutare. At ubi reſpexit in eum homo Dei, dolos antiqui ſerpentis recognoſcens, ingemuit, & illico ad familiaria orationis arma recurrit: & completa oratione, ſacra miſerum olei unctione conſignans, toto corpore perfudit. Cumque illi vir Dei manus ſuperponeret, eum a ſpiritu immundo vacuavit, & ait ad turbam ſociorum, quæ eum comitabatur: Auferte ab eo pondus catenarum, & illæſum abire permittite. Potens eſt Deus: cujus hoc plaſma eſt, fugare dæmonium, & animam miſeram de poteſtate diri prædonis eruere, ut vos a tanto labore requieſcatis. In ipſa hora ſanus factus eſt homo, & ſana mente horrorem vultus & ſtridorem dentium in manſuetudinem convertit; & quaſi de ſomno mortis evigilans ait ad ſuos: Quid vexatis me vinculis iſtis? ſolvite me, & revertimini in domos veſtras; ego enim aliquantum tempus faciam cum viro Dei qui me curavit. Illi autem ſolventes eum ad ſua ſinguli redierunt. Porro B. Launomarus retinuit hominem, & exhortabatur eum jejuniis & orationibus inſiſtere. Qui præcepto Patris obediens, poſt aliquot dies cum ſalute domum ſuam repetivit.

14. Hoc quoque pietatis opus non ſolum circa homines vir ſanctus exercuit, ſed etiam cir- Cervam a
ca feras brutaque animalia. Aliquando namque cum juxta Monaſterium ſuum in ſolitudine lupis defendit.
deambularet, & ſecum neſcio quid de ſcripturis tractaret, obviam habet cervam ab infeſtatione luporum fugientem. Quos cum vidiſſet, tamquam compatiens beſtiæ vir Domini excla-

CIRCA AN. 590 19. Januar.

mavit: Heus ſeviſſimæ feræ, ſemper rapaces, deſiſtite perſequi hanc beſtiolam; & ite ad loca ſolitudinis veſtræ. Et alludens ad ſignificationem, Ecce, inquit, peſſimum & infeſtum genus beſtiarum. Nam ſicut iſti numquam ceſſant a rapinis, ſed ſemper alienas carnes morſibus devorant; ita & diabolus, lupus videlicet ferociſſimus, circuiens quotidie quærit de Eccleſia Chriſti quos perdat ac ſtrangulet. Ad hanc vocem viri Dei, ſtatim greſſum deflexerunt ab inſequendo, & non incognitam ſilvæ latebram ingreſſi ſunt. Cerva vero via qua venerat regredi metuens, exceptorem ſuum comitata eſt, & ante ipſum Oratorium introivit. Quam palpans homo Dei manu ſua poſt duas fere horas remiſit eam ad loca ſolitudinis ſuæ. O Domine Jesu, & hic in Spiritu manſuetudinis ſuæ Sanctum tuum ita glorificaſti, ut ei & beſtiarum ferocitas terrore tui nominis obediret.

Paralyticum ſanat.

15. Alio quoque tempore quidam homo nobili ſtirpe editus, Laudoeramnus [a] nomine, cum graviſſima paralyſi moleſtaretur, ut omnia membra officium & vigoris ſui motum denegarent; famulorum manibus equorum vehiculo ſuperpoſitus, in lectica ad virum Dei perductus eſt. Quid dicam? Omni ex parte pene exanimatus jacebat, niſi quod in ſolo pectore anhelitum reſumere videbatur. Sed ubi Pater ſanctus vexillo ſanctæ Crucis eum ſignavit, & ſacro oleo linivit, a tactu manus ejus ſubito, ſicut vir ipſe ſub reſtificatione referre erat ſolitus, tanta algoris nimietate reſperſus eſt, a vertice capitis uſque ad plantam pedis, ut miraretur ipſe intra ſe, quid ſibi contigiſſet. Nam horrore ſubito totus contremuit; & nihil aliud niſi mortem vicinam attendebat, cum nec minimam pene portiunculam vitalis caloris viſcera miniſtrarent. Deinde ſenſim recaleſcentibus membris illico paralyticus priſtinam ſanitatem recepit, pluresque poſtea vixit annos. Ipſe denique rexit Cellulam, cui vocabulum eſt Carbonaria, & ab ipſo hoc vulgatum eſt miraculum.

Alio ſeceſſit.

16. Factum eſt autem poſt aliquantos annos, cum fama virtutis ejus longe lateque percrebuiſſet; vir ſanctus humanos favores ſemper fugiens, & occultus eſſe deſiderans incognituſque mortalibus, relicta cellula ſeceſſit in locum alterum cum commilitonibus ſuis, quem olim priſcorum habitatorum manus caſtruxerat, ſed jam vaſtitas ſuccreſcentium frondium & veprium totum obduxerat.

Curbionenſe Monaſterium conſtruit. * V. infra in Translat. nu. 2.

17. Per idem tempus erat in eadem provincia vir illuſter, ſatis locuples & latiſſimorum fundorum poſſeſſor nomine Ragnosointhua *. Qui cum Dei militem in memorati loci aſperitate aliquid adoriri velle conſpexiſſet, quod per futura tempora poſteris profuturum eſſet, explorata ſanctitatis ejus opinione & indefeſſo in divinis rebus famulatu, virum Dei venerari cœpit, & toto deſiderio amplecti. Exinde tactus amoris ejus igne, quem in Dei homine artius venerans accendebat, tradidit ei ipſum locum, de quo loquimur, in quem ſcilicet vir ſanctus ingreſſus fuerat; & de jure ſuo in ejus dominationem perpetuo transfudit ipſi & poſteris ejus. Quem etiam propriis finibus optime undique determinavit, ſicut plene in ſcriniis bujus ſancti Cœnobii qui cognoſcere cupit, reperire poterit. Ubi vir Domini laborare cœpit, & adjutus Divinæ Majeſtatis præſidio locum permundare niſus eſt; vocabulo tamen Curaionis priſtino permanente, atque Oratorium ibidem ſtatuit, & Cœnobii ſimilitudinem caſulis, habitando cum ſuis depinxit. Illis diebus Chilpericus filius ſupradicti Chlotharii ſecundum annum [b] in regno agebat.

Auctor Monachus Curbionenſis.

Arborem e loco transfert orando.

18. Quadam igitur die ad conſtruendum Oratorium annoſam quercum Monachi venerandi Patris crebris ictibus dejecerunt. At ubi hora regularis admonuit ut corpora refecturi diſcederent, vir Domini eos dimiſit, ipſe autem retento ſecum miniſtro ſuo in labore perſtitit. Arbor vero ipſa non in apto loco erat, ubi a Fratribus dolari vel deſecari poſſet. Sed famulus Domini ad conſuetum ſecretarium recurrens, fretus adjutorio Divino, arborem immenſæ molis in virtute Crucis quo voluit tranſpoſuit; nempe ubi humanum poſſe non affuit, Divinum habere meruit ſuffragium. Nam tanti ponderis arbor eadem fuiſſe ferebatur, ut via a quadraginta viris portaretur. Tunc miniſtro imperavit, ut venientibus Fratribus diceret a prætereuntibus datum fuiſſe ſolatium. In omnibus enim operibus ſuis aſpectus hominum fugiebat & jactantiæ tumorem, ſolumque Deum laudari monebat, cujus eſſet totum quidquid boni agere meruiſſet. Et ideo merito dediſti Domine famulo tuo requiem paratam, qui in virtute ſignorum nihil ſibi aſſignavit, ſed ſemper te admirabilem & omnis gratiæ auctorem prædicavit.

Pecuniam injuſte acquiſitam agnovit, & reſpuit.

19. Erat poſt hæc vir nobilis Ermoaldus nomine, qui extremum vitæ tempus ſortitus, anguſtia mortis periclitabatur. Hic miſit ad virum Dei ſolidos quadraginta, obnixe petens ut ſibi jam pene morienti ſuccurreret, ut interceſſionis ejus meritis ſpes ei ſalutis ab Omnipotente præſtaretur. Sed devotus miles Domini accipere recuſabat. Tandem latore perurgente ſuſcepit pecuniam; ingreſſuſque Oratorium, orationem fudit, ut acceptabilis fieret in conſpectu Domini oblatio hominis, & ſuper altare pecuniam depoſuit; grandique ſtudio unumquemque nummum appendens manu revolvebat, & genu ſæpius flectens orabat. Poſt multa unum ſolidum, quem in ſpiritu mundum, & non ex rapina adquiſitum cognovit, ſuis uſibus

[a] In Vita primo loco poſita nu. 13. dicitur *Abba venerabilis de Cella Carbonaria Leudramnus* nomine.

[b] Nempe anno Chriſti 563. ſi Chilperici annos a Chlotharii patris obitu numeres; Si vero a Chariberti fratris exceſſu, anno 569. Priorem ſententiam præferimus: nam vetus iſte Scriptor nullam videtur habuiſſe rationem Regis qui tum Carnutibus dominabatur, ſed tantum illius a quo forte deſcenderat Rex ille ſub quo ſcribebat, ut Carolus le Cointe ad annum 563. num. 6. recte obſervavit, ſæpiuſque ex his Actis obſervare licet.

CIRCA AN. 590

19. Januar.

uſibus retinuit: reliquos tradidit gerulo, & ait: Pecunia iſta, o homo, iniqua eſt, Divinam non poteſt mutare ſententiam, neque vitæ ſpatium ampliare, ſed nec peccatorum remiſſionem impetrare. Scriptum eſt enim: *Victima impiorum abominabiles Domino, vota juſtorum placabilia:* Hinc Propheta exprobrans dicit: *Immolate de fermentato laudem*. De fermentato quippe laudem immolat, qui Deo ſacrificium de rapina parat. Tu ergo, Frater, feſtinato nuntia domino tuo, ut pro ſe laboret, & injuſte ſublata reſtituat. Hoc ipſe quippe languore vitam iſtam temporalem finiet. Nos Chriſto propitio bonis omnibus abundamus, & ſi fide non infirmamur, nihil nobis deerit. Et poſt hæc ait: Dominus tecum, fili mi, vade in pace. Qui accepto mandato, reverſus ad dominum ſuum, adhuc eum vivantem repetit; ſed ipſius ægritudinis morbo invaleſcente, de hac luce ſubtractus eſt.

Prov. 15.8. Amos 4. 5.

20. Venerunt aliquando fures ad ejuſdem Patris Cellam, & ingreſſi per noctem quæ ſemper eis amica eſt, bovem a præſepio ſolventes abduxerunt. Quod cum Monachi mature cognoviſſent; ad ſanctiſſimum Patrem cauſam conquerentes detulerunt. Quibus ille metuens ne propter aliquod incommodum temporale, ſtatus animi eorum concuteretur, & uſque ad impatientiam erumperent ait illis: Patientiam conſervate, Fratres, & pro re peritura nolite illud corrumpere quod Deus ad ſimilitudinem ſuam condidit. Nam & B. Job cum omnem exteriorem ſubſtantiam amiſiſſet, & poſt filiorum extinctionem noviſſime ipſe quoque crudeliſſimo vulnere percuſſus eſſet, ſicut legitur: *In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum aliquid contra Deum intulit, ſed dixit: Dominus dedit; Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum*. Verum nec proſperitas, ſi exterior cenſus affluit, elevare nos debet, nec terrenum diſpendium dejicere, ut ſimus illi ſimiles de quo Pſalmiſta: *Sicut tenebræ ejus; ita & lumen ejus*. Latrunculi autem tota nocte illa, & die ſequenti perſeveraverant in labore errantes, nuſquam aditum invenientes, quo ſe de ſolitudine invia foras extrahere poſſent. Altera vero nocte nimio errore corporis & cordis fatigati, cognoſcunt ſe illuc delatos, ubi furti crimen admiſerant, & ad vocem pſallentium Monachorum in ſtuporem mentis verſi muſſitabant ad invicem dicentes: Quidnam eſt quod accidit nobis? Ecce ſumus in ipſo loco unde animal iſtud amovimus. Qui videntes ſpem ſuam eſſe fruſtratam, & non proſpere ſibi cedere quod tentaverant, unum delegerunt, ut reſtituerent bovem dominis ſuis. Hymnis itaque matutinis a Fratribus decurſis, exiit homo Dei ſecundum conſuetudinem luſtrare in circuitu Cellulam. Cui obviam occurrerunt homines illi; & cauſam ſceleris & verbis prodiderunt & manibus oſtenderunt. Vir autem Domini indulgentiam quam petebant, præſtitit, & ait illis: Bene feciſtis, filii, quod licet poſt gravem laborem ad cognitionem veſtri reatus acceſſiſtis: Deinceps ab his parcite; & quia laboraſtis, reficite corpora, & ſic ad propria citius repedate. Cavete autem ne paſtoribus aut Monachis vos oſtendatis. Poſtquam autem abſceſſerunt, illum ipſum bovem Fratribus quem ſollicite quæſierant conſignavit; diſſimulanſque, veritatem rei non aperuit eis, ſed quaſi negligentia paſtorum oberraſſet in ſilva prætendebat, ſe eum vagantem & errabundum præ foribus inveniſſe. Quod tamen a miniſtro ejus palam factum eſt poſt ejus felicem obitum, cui ſe in multis familiariter credebat.

Suos ſolatur de damno temporali.

Job. 1.

Pſ. 138. 12.

Fures ad bovem reſtituendum precibus cogit.

21. Erat item quædam materfamilias nobilitatis titulo præclara, nomine WLFRADA, quæ infra annos adoleſcentiæ graviſſima infirmitate & membrorum omnium deſtitutione tabeſcebat, ita ut vitalis calor ſpiritus in ſolo pectuſculo palpitare videretur; & ſicut ipſa referebat, ſuper pedes erigi non poterat jam pene exanimis, longa utique corporis moleſtia confecta. Famulorum itaque ulnis levata ad hominem Dei medendi gratia defertur. Cumque eam chriſmatis benedictione liniiſſet, vexillo ſanctæ Crucis impreſſo, in antiquum vigorem reformavit. Quæ poſtea Domino miſerante in longum dies ſuos in pace protraxit, atque poſt venerandi Patris tranſitum, ejus Cellulam pro munere rebus ſuis nobiliter ampliavit. Dedit itaque cum conſenſu viri ſui CHRAMNULFUS ei de prædio ſuo Lontvei villam, & Britnogilum, voto hujuſcemodi, ut ibi Monachorum & ſervorum Dei norma conſtitueretur, & in laudibus divinis celebris locus haberetur. Quod & ita factum eſt. Nam in regimine ovium Chriſti Pater memorabilis LAUNOMARUS ſucceſſorem habuit virum modeſtiſſimum, nomine RAGNOBARTUM *, qui de ejuſdem Congregationis cœtu miſit Fratres ad hoc opus bene idoneos, & deſiderium præfatorum præcurrente Dei gratia ad effectum perduxit. Superadjecit etiam devotio eorum ob amorem ſanctiſſimi Patris villam trans Ligerim fluvium ſitam, quæ nuncupatur Fagin, ut B. Launomaro interveniente ſit eis perpetuum animæ remedium, & ſecundum ſpem ſuam peccatorum plena remiſſio.

Paralyticam ſanat.

* de eo infra.

22. Interea plenus his virtutum & gratiæ adoramentis vir venerabilis gregem Monachorum in longa pace regebat, quem verbis & virtutibus Domino adquiſivit. Sed ad alia mente feſtinans, & de ſua vocatione ſollicitus, exhortabatur eos quotidie ad Divina mandata promptiores magis ac magis eſſe, nec dormitare, neque ignaviæ remiſſione a curſu cœpto tardare, verum omni hora vigilantes eſſe, ut digni haberentur fugere iram extremæ damnationis, & ſtare ante filium hominis. Iſtiuſmodi ſanctæ & invictæ cohortationis munitionibus oves ſibi creditas adverſus inſidias luporum tuebatur.

Cura ejus pro ſalute gregis ſui.

23. Eo autem tempore Carnotenſis Ecclefiæ Præſul erat MALARDUS *a*. Qui comperta ſa-

Ab Epiſcopo evocatus Carnoti in morbum incidit.

a In Vita ſuperius relata Epiſcopi nomen haud exprimitur, & quidem rectius: nam Malardus ſive Malehardus longe poſt S. Launomarum dixit, ut qui Synodo Cabillonenſi anno circa 644. ſubſcripſit. Unde Pappolum hoc loco reponendum cenſet ſæpe laudatus Carolus le Cointe ad ann. 558. num. 80.

CIRCA AN. 590 — 19. Januar.

ta ſama viri Dei, & fidei ejus meritis cungaudens, eupiebat illius frequenti collocutionis dulcedine recrrari. Hac pro re ab eo accerſitus vir venerabilis, cum & ſciret finem dierum ſuorum adpropinquare, jam ſenior ad urbem viſitandi gratia properavic. Ubi aliquot dies demorarus, agitatione fbrium afflictus ægrotare cœpit. Cumque loci ejus Pontifex reſciſſet quod graviter ægrotaret, ſurgens feſtinus venit ad virum Dri, doloremque cordis ſui lacrymis proſequitur dicens: Heu heu! venerande Pater, & germaniſſimo affectu recolende, cur amicum & in fide Chriſti ſocium deſeris inter nauſragia ſæculi ſolum? Magna mihi certe conſolatio tua, magnus tui amoris affectus, a quo relevari gaudebam inter pulſantes curarum ſæculatium fluctus, cujus jucundo & blando affamine mentem ad cœleſtia præparabant. Tunc Senior ad Epiſcopum ſic locutua eſt: Deſiue, Pater beatiſſime, & ceſſa a fletu; talis eſt bumana conditio & terminus qui præteriri non poterit. Ego quidem gaudenter & exultanti mente ad inenarrabilem miſericordiam Dei mei aſpiciu, ut dignetur mihi januam pietatis ſuæ aperite, atque ſpei meæ promiſſionis ſuæ certam remunerationem recompenſare, quam repromiſit omnibus qui diligunt adventum ejus. Quam dilecta ſunt enim tabernacula tua Domine virtutum, Rex meus & Deus meus! Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini; quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia. Idcirco ſitivit tibi anima mea Deus meus; quando veniam & apparrbo ante faciem tuam, Dumine ſpes & fortitudu mea, vita & ſalus mea.

Morti proximus prædicit urbis cladem & Epiſcopi mortem.

24. Verum etſi optio hic adhuc remorandi præbenda ſit, ſcito mi veneraude Papa, quia amarum eſt hic vivere & exterminium regionis hujus videre, morteſque & ſupplicia civium intueri, loca quoque Sanctorum ab adverſariis nationibus profanari. Nec nempe omnia ventura ſuut ſuper locum iſtum, & hoſtilis vaſtitas intellectum hominibus dabit, quia gravia peccaverunt ei, quo permittente duriſſimos dominos patientur. Felicius itaque nunc morimur, quam videmus excidium provinciæ noſtræ jam vicinum. Mors enim vere dulcis, per quam immortalitatis gloriam conſequi ſperamus. Tu autem, o homo Dei, ne exhorreſcas; non videbis malum quod Dominus ſuper inhabitantes terram hanc ſtillabit, quoniam ante dies obſidionis vitam in bona militia conſummabis, & ad Patres tuos adjungeris. Qui autem remanſuri ſuut, hanc urbem totam & cunctam in circuitu regionem vaſtari videbunt. Ecce Confeſſor Chriſti quem gratia Dei tanta repleverat, ut in eo ſpiritu, quo homini offerenti argentum, mortem & rapinam prænuntiavit, ex qua pecunia adquiſita fuerat, ipſe etiam hoſtilem impetum longe poſt ſecuturum cognoſceret, & cognoſcendo prædiceret. Spiritus namque Sanctus ſicut ea præterito notitiam rerum abſentium infudit, ita ea futuro mentem ejus tetigit, ut adverſas clades a longe oculo mentis venientes cerneret.

25. Finitiſque mutuæ familiaritatis obſequiis, venerabilis Pater diem vocationis ſuæ de miſericordia Dei præſumens, intrepidus expectabat. Cumque de die in diem febrium vis corpus debilitaret, in eadem civitate ſenex & plenus dierum obiit. Cujus anima introivit in tabernaculum Dei ſui, aſſumpta eſt cum Angelis, vocata ad cœnam nuptiarum Agni, accumbit cum Abraham, Iſaac & Jacob in regno cœlorum. Certamen enim bonum, o athleta Chriſti, certaſti, Chriſtum ſemper in pectore bajulaſti, cujus gloriam ideo feliciter ingreſſus es. O quam beatus es pie Confeſſor! Chorus namque Angelorum lætus occurrit revertenti ad patriam. Et quia Dominus tecum erat, ſecurus habitationem iſtam reliquiſti, & uſque ad ſolium viſionis æternæ penetraſti. Illinc nos Patrociniis adjuva continuis, ut in hoc ovili, quod exemplis illuſtraſti & virtutibus decoraſti, ſit pax continua, peccatorum exoptata remiſſio, & Chriſtianæ religionis jugis exercitatio, opitulante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Verſus ſequentes in pleriſque exemplaribus MSS. non exſtant.

26. Poſt dies illos & ipſius opidi Antiſtes viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Deinde ſecundum ſermonem viri Dei, prædicta regionis deſolatio advenit a, & cum obſideret urbem eamdem barbarica manus, aquam qua per abſconditos cuniculos cives ſuſtentabantur, a ſuo ductu traduxit. Sicque * factum eſt, ut Caſtrenſes ſitis penuria victi, ultro portas hoſtibus aperirent, & prædam ſeipſos hoſtili gladio traderent.

* al. ita.

27. Requievit autem ſenior Dei ſamulus die XIV. Kalendarum Februariarum, & ſepultus eſt in Baſilica S. Martini, ubi etiam B. LEUBINUS ejuſdem civitatis Pontifex humatus eſt.

TRANS-

a Hæc urbis Carnotenſis clades, apud Cheſnium to. I. Collect. Franc. ex Vitæ S. Betharii Scriptore relata, accidit anno ſexto Betharii ejuſdem civitatis Epiſcopi, S. Pappoli ſucceſſoris, hoc eſt anno Chriſti 600. Proinde S. Launomari obitum anno circiter 590. collocamus. Ejus Reliquiæ ſuprema hæreticorum procella diſſipatæ ſunt.

TRANSLATIO
CORPORIS S. LAUNOMARI
IN CURBIONENSE MONASTERIUM

CIRCA AN. 591
23. Octobr.

Ex vetuſtis Legendariis & Breviariis MSS.

1. POST felices beati LAUNOMARI tranſitus ad ſuperos, RANNOBERTUS vir conſummatæ opinionis & Monachum in integrum gerens curam ſuſcepit paſtoralem: qua ſuſcepta commiſſo ſibi gregi & documento prodeſſe ſtuduit & exemplo. Ille etiam ſui prædeceſſoris pio accenſus deſiderio, qualiter ſanctiſſimam ejus glebam ad Curbionenſe transferret Monaſterium ſollicitus æſtuabat; hic animum pulſabat affectus, hoc votis, hoc precibus poſtulabat. Magnum quidem & qui duplicatum ſperabat ejus patrocinium ſi præſens eſſet & corpore, quem præſentem non dubitabat interceſſione. Ad perficiendum vero quod unum verſabatur in corde, nulla ſe opportunitas offerebat. Beatiſſimus etenim Launomarus in Eccleſia S. Martini tumulatus quieſcebat, ubi eo tempore Carnotenſis Eccleſiæ fuiſſe ſepulturam veteres tradiderunt: nec erat facile ſacros inde cineres aſportari *a*, ex quibus Carnotenſi populo & interceſſionis plurimum accedebat & honoris.

Ragnobertus de transferendo S. Launomari corpore anxius.

Sepultura Carnotenſium.

2. Abbas itaque totus ad Dominum converſus, a Deo poſtulat quod ab homine non audebat implorare. Unde & ad promerendum ſacræ petitionis effectum multiplicatis indulgetur jejuniis, & devotior oratio frequentatur. Tandem divino præeunte conſilio, duo ea Monachis eliguntur, quibus & vultus ad gratiam, & ad furtum ſolertia deſerviret. Electi legationem ſuſcipiunt; illi ſuſceptum commendant negotium, qui transferendi ſacras patrum ſuorum reliquias filiis Iſrael præſtitit facultatem.

Hoc negotium duobus Monachis committit.

3. His igitur B. Martini Monaſterium ingreſſis, brevi tempore *b* nomen ingens affectata comparavit humilitas: religionis etiam atque induſtriæ tanta in eis indicia claruerunt, ut uni quidem eorum Sacrarii cuſtodia, alteri vero familiaris rei diſpenſatio crederetur, quæ ſcilicet felicem pollicebantur eventum, & ad rentandum glorioſum latrocinium blandientibus proſperis animabant, quod non multo poſt fecerunt. Nam cum quadam die divinitus fuiſſent inſpirati, ut corpus Confeſſoris transferrent, mox ut hi opertorium ſepulchri magna facilitate elevarunt, ſtatim talem nectareæ ſuavitatis mellifluæque dulcedinis odorem hauſerunt, ac ſi in eodem mauſoleo ſpirantia fragrantis balſami odoramenta haberentur multipliciter congeſta. Quod cum qualiter ſe haberet ejuſdem S. Patris corpus aſpicerent, ita integrum invenerunt, ac ſi præcedenti die fuiſſet ſepultum. Deinde cum fideli devotione ſanctum corpus elevatum de ſepulchro poſuerunt in feretro, ut eum e civitate Carnotina ad fluviolum Aduræ * decimo Kalendas Novembris in hymnis & canticis ſpiritualibus adducerent. Quod cum reſciviſſent Carnotenſes, ſtatim armati in equis ad Monachos cucurrerunt, qui timore perculſi ſtatim S. LAUNOMARUM invocaverunt, ut ſicut eis revelaverat ſe transportari velle ad Curbionenſe Monaſterium, ita eos ſuis orationibus protegeret. Quod ita factum eſt. Nam fluviolus ille ita ſubito ſine pluviali inundatione excrevit magnitudinem, ut extra ſuos terminos late per ſilvas diffluerет. Quod cum vidiſſent Carnotenſes, & fruſtra fluvium tranſire tentaſſent, dixerunt S. Launomarum magis illum locum diligere, in quo vigiliis & orationibus atque jejuniis vacans gloriam cœli promeruit, quam illum ubi ſolummodo corpus humandum dereliquit: ſicque Monachi ad Curbionenſe Monaſterium incolumes pervenerunt.

Id feliciter exequuntur

* *Eure.*

Inundatio fluvioli eos a Carnotenſibus tutatur.

M O N I T U M.

De S. Launomari Translatione in villam Patriciacum diœceſis Cenomanenſis aliaque loca ob metum Normannorum, ac demum de ejuſdem in caſtrum Blaſas delatione agemus ſæculo IV. Benedictino.

a Legimus aliam iſtius Translationis narrationem, cujus hæc prima verba: *Laus Dei eſt præclara Sanctorum miracula plauſibiliter* &c. aſt tot inconditis inſulſiſque næniis refertam, eam ut de induſtria omiſerimus, præter ſequentem verſum huic loco accommodatum, *Sciebat* (Ragnobertus) *ſuæ voluntatis effectum de ejuſmodi negotio nullatenus poſſe impetrari a prædicta urbis Epiſcopo nomine* RAGNOSINDO. Quem Ragnoſindum Epiſcopum (ſi fictitius non eſt, nam in Epiſcoporum Carnotenſium Indice non extat) non alium eſſe exiſtimamus a Ragnoſindo viro illuſtri, qui B. Launomaro locum Cœnobio Curbionenſi ædificando conceſſiſſe ſupra n. 17 dicitur.

b Nimirum *evoluto anni circulo*, ut in citata hiſtoria ſcribitur.

CIRCA AN. 590
1. Maji.

VITA S. THEODULFI ABBATIS REMENSIS.

Ex cod. MS. perantiquo.

1. SI dona chariſmatum quæ per Sanctos ſuos Spiritus eſt operatus ſanctus aliquantulum ad incitandum & informandam poſterorum fidem memoriæ tradimus, proculdubio ſitientibus ut hauriant laticem deſiderii ſpiritalis poculum propinamus ſalutis, maximeque tunc fidelibus lætitia exultationis renovatur, cum revoluto temporum curriculo annua dies Sanctorum debito honore celebratur: fit ibi concurſus fidelium Chriſtianorum, reſonant choris alternantibus laudes pſalmorum, recitantur eorumdem virtutum merita, quæ unicuique diviſit Spiritus illuſtratione ſuæ gratiæ, quærunt nexibus rei peccatorum gravati interventu ipſorum abſolvi delictis: ſanitas precatur ut veniat infirmis, genitorum vita longa comitante natorumque ſoſpitas, temporum tranquillitas, pax diuturna, rerumque omnium neceſſariarum optata affluentia. Et quia quorumdam Sanctorum ſtupenda miracula ut mare redundant, quorumdam ut fontium magnorum flumina exuberant; Nos de parvo rivulo potantes beati THEODULFI * Confeſſoris omiſſis plurimis pauca perſtringamus geſta a ſuis amatoribus amplexanda.

* S. Thiou.

Theodulfi genus illuſtre.

2. Hic igitur beatus THEODULFUS *a* ab ipſis cunabulis normam juſtitiæ ſecutus tirocinio præceptionis Dominicæ ſponte eſt inſertus. Nam ut noſcatur origo ejuſdem a cupide deſiderantibus, fulſit conſpicua propinquitate Aulicorum Optimatum, & dignitate Monachicorum venerabilium Sacerdotum. Qui nobilitatis pompam pro nihilo reputans, optabat Deo ſervire in ſanctificationem cujus jugum ferre ſuave eſt & onus leve, cujuſque dextra colla potentum deprimit & humilium ſublevat. Relinquenſque devios anfractus, recti callis viam eſt ingreſſus, ſemper illa ſequutus veſtigia per quæ fluctus mundi turgidos pertranſiens properaret ad cœleſtia.

Sub Theoderici diſciplina poſitus, diu terram colit.
2. Tim. 2. 6.
2. Theſſ. 3. 10.
Pſal. 127. 2.

3. Ingreſſus itaque beati Theoderici *b* Monaſterium hominis Dei, gloriam hujus ſæculi tradidit oblivioni, dignitatem natalis ſui humilitate deſpexit, & ultimæ ſervitutis famulatui ſe ſubjugavit, raſtro humum fodiens, & vomere aratri arva ſcindens. Jam enim legerat: *Laborantem agricolam oportet edere de fructibus ſuis; &, qui non laborat, nec manducet.* Illud etiam: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Tali autem operi quotidiano per viginti duos annos cum ſolis duobus juvencis ſibi ad hoc commiſſis indeſinenter inſiſtens, duros & varios temporum invictus pertulit labores. Quod memorabile dignum ducitur, iidem juvenci nec ætate, nec laſſitudine deficientes quod alii agricolæ cum quatuor, vel ſex, ſive octo vix poterant perficere, hic cum duobus infatigabiliter explebat. Cumque ab illo paullulum ceſſaret, raſtro inſiſtebat. Stupendum quoque valde eſt quod cum in tam duro ſervitio intentus eſſet nec deficeret, noctes ab agro rediens ſæpe unam, frequenter duas pervigiles hymnorum & pſalmorum cum laudibus ducebat.

Vigiliis vacat.

Abbas inſtituitur.

4. Defuncto præterea Abbate *c* Monaſterii illius qui beato Theodulfo præerat, tertius in loco beatæ recordationis Domni Theoderici Abbatis iſdem eſt ordinatus Abba, Præſule annuente, & Monachorum caterva petente. Qui adepto regiminis honore, deinceps iterum quaſi a novo ut rudis tiro ereptus ſæculo & deditus Monaſterio, nullam penitus præſtabat artubus requiem: quique ſicut ad opera infatigatus manum perſtiterat, ſic ad divina ſe exercendo non ſibi parcens dupliciter totum aptabat myſteria. Fabricaverat enim Baſilicam in honorem ſancti Hilarii *d*, quo officii ſui curſus duplicaret laboris. Signo ſiquidem & conventu horarum cum Fratribus hymnologiarum laudes perſolvebat; ſed ut duplex eſſet corona meriti quaſi nihil ante geſſiſſet, iterum prædicta in Eccleſia vota reddebat. Et ſi clam taliter agendo velit habere quod metuit, non paſſa eſt Divinitas aliter, niſi ut cultoris ſui opera demonſtraret.

Eccleſiam ædificat.

Officia divina duplicat.

Miraculum.

5. Accidit itaque quadam die, ut aut negligentia aut inſidiantis impulſu circa puteum quo omnes illius loci adaquabantur, deambulans porcus rueret in ipſum. Cum ergo Monachi undique in gyro hoc cognoſcentes circumſtarent, nulluſque eſſet qui eripere poſſet necantem de profundo, præſertim cum ipſe puteus centum pedum altitudinis eſſet; ſupervenit vir Dei, & facto comperto de aquæ inquinatione ſi animal immundum ibi moreretur, anxiari cœpit. Illic ipſe Domnus Theodulfus oculos in cœlum porrectos; & animum cum oratione precum in Domino figens, dicto citius ante pedes Sacerdotis inlæſum animal redundans ſuper os putei lympha latius evexit. Monachi ſtupore vehementer repleti gratias egerunt Deo, qui tantam gratiam ſua ineffabili pietate fideli ſuo contulit ſervo.

6. Ut

---

a Hæc eadem vita in alio cod MS. ſic incipit. *Sinus Aquitanicus a flumine Ligeri protenditur uſque ad Garumnam fluvium, ex quo ſinu ortus eſt vir Domini* THEODULFUS *ex Orbedenſis Orbedenus, & ex ingenuis ingenuus. Hic igitur B. Theodulphus ab ipſis cunabulis normam juſtitiæ ſecutus* &c. Vide Flodoardum in Hiſtoriæ lib. 1. cap. 25. ubi iiſdem fere verbis Vitam S. Theodulfi deſcribit.

b S. Theoderici Abbatis Vitam habes infra in Appendice.

c Hujus Abbatis qui S. Theoderico proxime ſucceſſit, nomen ignoratur.

d Extat etiamnum illa Baſilica, vici S. Theoderici Eccleſia parœcialis S. Hilario ſacra.

CIRCA AN. 590
1. Maji.

6. Ut igitur paullulum omiſſa ſilentio non tegamus, libet de his quæ ante iſdem venerabilis vir THEODULFUS cum adhuc ruralia exerceret opera, geſſit, brevi ſtylo tangere, & amatoribus tenenda relinquere. Cum quadam namque die a ſulcis agri ceſſaſſet, & jam tempus redire ad domum veniſſet; inter Cœnobium & villam Melſegiam * quodlibet opus emendandi aratri accidit, virgamque, quæ vulgo ſtimulus dicitur, in terram figens, domum quo tendebat ſorte immemor ejuſdem, aut ſic divina clementia fieri voluit, pervenit. Mirabile dictu! virga in nocte ſpinea in terram radices emiſit. Et mane cum ad conſuetum opus beatus homo rediret, turgentem foliis ut reſumere vellet invenit [a]. Hæc plurimo tempore augendo robur in excelſum crevit, multiſque ſactum enituit, quouſque quidam iter agens pœna plectendus eamdem abſcidit, pariterque cum abſciſſione lumen oculorum ademptum perpetuas ſuſtinuit tenebras.

Stimulus ejus in terra defixus in arborem frondeſcit.
* Merſy.
Pœna hominis qui eam abſcidit.

7. Aratrum quin etiam a Fidelibus poſtquam ab ejus ceſſavit opere ſublatum in Eccleſia villæ Colobroſæ eſt ſuſpenſum, ibique uſque dum vorax flamma inimico impellente eamdem cremavit Eccleſiam, permanſit. Ex quo quiſquis dolorem patiens dentium haſtulam [b] præcidiſſet, & de loco doloris parum ſanguinis fluere feciſſet, ſtatim ſanitatem ſalutis exoptatam (ut vere credimus beati Theodulphi meritis) percipere merebatur. Hæc beneficia non ſolum audita, ſed a plurimis noſcuntur viſa, & in ſanitate recuperata evidentiſſime adepta ſunt & propalata. Et quia ſæpe præfatus vir Dei THEODULFUS etiam dicto aratro ad multorum inopiam ſublevandam plurima frumenta laboraverat ut pabulum corpora haberent humana, voluit immenſa Dei miſericordia ut ex eodem reciperent ſalutis medicamina. Sed inimicus & invidus omnis bonitatis dolens medicari ex ligno homines, igne comburere ſatis egit, lignum per idem victus & perpetuis flammis cum ſuis complicibus cremandus.

Ejus aratrum dentium doloribus medetur.

8. Quadam quoque die cum iſdem vir Dei iter a Monaſterio ad quemdam locum ageret, agricolam quemlibet viam publicam per quam ſolitus erat ſæpius tranſire arantem invenit, cui & dixit: Non eſt bonum, o homo, viam aratro ſcindere, quæ debet inoffenſo pede ab euntibus incedi. Iterum autem regrediente ſancto viro per eamdem viam, agricolam ut cœperat arantem offendit. Nonne, inquit, dixi tibi, quia viam iſtam arare non debes; appropinquanſque manu ſancta caput ruſtici tetigit dicens: Per iſtud caput te, homo, conteſtor ne viam iſtam amplius ares. Retrahente autem eo manum tota pars capitis hominis quam vir Dei tetigerat candens ut lana apparuit. Nulli dubium quod non Dei homo voluit ut capilli caderent, ſed ut ſigna per ſuccedentem generationem oſtenderentur hujus facti, cur hoc homini vetita facienti evenerit: ne quid ſimile agere præſumerent, quod ſanctus Dei homo Theodulfus ne fieret, imperavit. Nam dum generatio ipſius agricolæ accrevit, ſignum in capite quod pater ſancto viro accepit, dum vixit, ſimili modo & ipſa protulit.

Pœna agricolæ viam præfracte arantis.

9. Vir etiam quidam veniens ad eum virgulto quodam oculum habens perculſum & lumine privatum, cui nulla dabatur requies de cruciatione pœnæ, nec ſpes erat de viſus recuperatione. Quem beatus Theodulfus ad ſacroſancta Altaria ducens, docuit ea oſculanda. Ille ſacra velamina ore tangebat, & ſervus Chriſti orationi inſiſtebat. Surgit Sanctus a pavimento; & nulla doloris veſtigia remanſerunt in juvenis oculo. Qui ut dignum erat viro Dei gratias referens pro medela, remeavit ad propria corporaliter ſibi medicina indulta.

Theodulfus cœciti oculum reſtituit.

10. Quidam quoque legatus, nomine OFFO, a parte Auſtraſiorum qui ſunt ſuperiores Franci dum ad Principem hujus tunc Regni mitteretur, ingreſſus Monaſterium quo vir Domini Abba præerat, fulcimen ſanctarum Reliquiarum limina earumdem viſendo petebat. Tunc vir Domini THEODULFUS animo vigiliis & labore confecto ſeſſos quieſcebat fortuitu in lecto. Legatus felle animi commotus, proinde quod Abba Monaſterii non dediſſet ſibi occurſum, amaro animo diſcedebat, proferens talia quæ non decebat. Cumque abiret indignans, ut ira iræ miſceretur, potentiſſimus ejus equus a puero nuntiatur mortuus. Ipſe autem frendens in ſemetipſo, adaugens dolorem dolori, binos cruciatus dabat animo de indignatione ſcilicet & damno. Cumque vir ſanctus quod evenerat poſt ſoporem nuntio cognoviſſet, mox ad hominem barbarum veloci greſſu exire non diſtulit, ac ſolito more blando alloquio efferos viri animos temperavit. Invitat eumdem ad orationem, monet in Deo ſpem ponere, & de eo quod acciderat nihil turbari. Euntibus autem illis ad Baſilicam ſancti Hilarii Confeſſori Chriſti, (jam enim ceterorum Sanctorum pignera ſancta luſtraverant) venerunt in locum ubi Signum Crucis Chriſti adoratur in via. Ibique oratione ſolito data vertens vultum blandum contra prædictum Legatarium, Noli, inquit, vereri, quia equum tuum ante fores Monaſterii invenies ſanum. Qui ſi ita furibundus ut animo diſpoſueras receſſiſſes; cadaver equi mortui nobis reliquiſſes. Ille autem Legatarius non apponens animum, præſertim cum eum vidiſſet mortuum & toto corpore tumentem, advenit concite currendo puer ejus, qui affirmat ita ſe habere ſicut ei Sacerdos Chriſti Theodulfus prædixerat. Sicque quod non credebat, miraculo virtutis probato, & depoſito furore animi gratias refert condignas Chriſti Sacerdoti. Audieram, inquiens, quorumdam relatione te Chriſti cultorem eſſe, ideoque ad hoc veni ut te cognoſcerem, tuiſque ſanctis orationibus me commendarem;

Legatum quemdam miraculo mitigat.

X iiiij nunc

[a] Eo in loco ob celebris facti memoriam Crux lapidea erecta conſpicitur.
[b] Frequens ejuſmodi haſtularum mentio apud Gregorium Turon. uti de Gl. Conf. capp. 9. & 105.

CIRCA AN. 590 1. Maji. nunc oculis intueor corporeis vera mihi fore dicta quæ dudum a narrantibus fuerant intimata. Cui ille Beatus: Non, inquit, meæ fragilitatis, cum ſim homo peccator, merito aliquo hoc factum adſcribas, ſed Deo age gratias, & Sanctorum merita non ceſſes venerari, qui tibi in omnibus poſſunt auxilium largiri. His & aliis ſanctus Sacerdos virum inſtruens verbis, data benedictione abire permiſit. Liquido patet habuiſſe hunc Beatum ſpiritum præſcientiæ divinum, qui quem mortuum dimiſerat, nulli qui cum eo comitabantur ſcienti vivum prænuntiabat.

11. Erat igitur beatus Sacerdos THEODULFUS Chriſti famulus nonaginta annorum canitie claritatis eximiæ, hilaris facie, jocundus aſpectu, geſtans in pectore ſimplicitatem columbæ, prudens in verbis, moribus temperatus, charitate plenus, eleemoſyna largus, profuſus eloquio, contemptor ſæculi glorioſus. Nunc ſufficiat dixiſſe interim ultima de primis, minima de maximis, perſtricta de profuſis. Quot & quantis frigoribus, ſeu caloribus, vel variis languoribus detenti per ejuſdem beati viri interventionem pleniſſimam receperunt ſanitatem, ille ſolus novit qui præſtat ſuis Fidelibus ea juſte petere, quæ vult abſque indigentia & ipſe donare, nec improperat quod donat, cum quemque pro meritis coronat. Inter reliqua quoque bona opera quæ beatus Chriſti Confeſſor Theodulfus eſt operatus, laudabile illud ſummopere eſt, quod fortiter reſtitit contra dura adverſarii tela, ut nullo febrium dolore, nulla corporis laſſitudine, nullo rerum variarum caſu confectus, nulla animi moleſtia motus ab oratione vel meditatione operum Dei invictum relaxavit ſpiritum, quouſque beata ejus anima corpus vegetavit humanum.

Ejus virtutes & miracula.

12. Cum autem divina clementia beatum virum Theodulſum jam ſenio detentum pro laboribus ſuis quietis refrigerium meritique præmium largiri vellet, medullarum & artuum dolore febriumque calore æſtuare in pectore validius cœpit. Ingreſſuſque die quodam, cum matutinorum ageretur ſolemnitas, Baſilicam, corpus prælanguidum terræ ſtravit, orationique valde profuſe incubuit. Deo commendans utique ſanctam animam, quam carceris ergaſtulo detruſam cito noverat eſſe ſolvendam. Aurora itaque creſcente depulſis tenebris noctis, comitantibus ſecum quibuſdam Monachis cellulam repetiit, hilaris & gaudens de viſitatione ſanctorum virorum, & de cognitione diei quæ ei revelata fuerat qua hora tranſitum haberet, & ab hujus vitæ tenebris ad æternam vitam manentem in cœlis. Cumque meditatio hujus revelationis, dies ſcilicet ejus tranſitus, in pectore arcani cordis volveretur, & horam mutationis expectaret, cognoſcens ſe jam ſolvendum, cum Fratribus pacem faciens, elevavit ad cœlum oculos cum manibus, & ſanctam animam mundi naufragiis ereptam Deo conditori reddidit lætus. Terra ſiquidem quod ſuum erat recepit, animam vero ſanctam a Deo miſſam in paradiſi amœnitate cum gaudio cœleſtium agminum exultatione Chriſtus ſuſcepit. Vere beatus, cui revelatum fuit tempus horæ noſſe, cum ab hac captivitate mortis debuit tranſire ad vitam æternæ felicitatis. Bene etenim in lacrymis laborum ſeminavit in terris, unde manipulos ſcilicet bonorum operum repræſentaret in cœlis. Rigavit, ſevit, & centuplicatum fructum in horrea Dominica recondidit. Sic agens Chriſti Athleta per omne vitæ ſuæ ſpatium, confectus ſenio & odore repletus bonorum operum Kal. Majis migravit ad Dominum *a*.

Mortis ſuæ præſcius obit.

13. Illius igitur agentes memoriam deprecemur ipſum ut pro delictis noſtris intercedat ad Dominum: quatenus quos pretioſo ſanguine redemit, non ſinat tormentis cruciari gehennæ mortis, ſed pœnis repulſis, quas pro delictis meremur, gaudia repromiſſa recipiamus quæ peccando & ejus præcepta non cuſtodiendo perdidimus. Adjuvet & pietatis aures his precibus accommodet ipſe cui eſt honor & gloria per ſæcula ſæculorum, Amen.

Invocatio.

VITA

---

a S. Theodulphus facile pervenit ad annum Chriſti 590. Adhuc adoleſcens viginti circiter annorum, S. Theoderici diſciplinæ ſe commiſit circa annum 520. terram excoluit annos duos & viginti, quibus tranſactis factus Abbas poſt Mortuum S. Theoderici ſucceſſorem, annis ferè quinquaginta Monaſterium rexit. Variè leguntur S. Theodulfi Tranſlationes ſeu potius delationes Reliquiarum. Flodoardus Preſbyter in lib. 4. Hiſt. Eccl. Remenſis cap. 13. agens de Heriveo Remorum Archiepiſcopo qui anno Chriſti 920. Sedem tenebat, *Remis quoque*, inquit, *Eccleſiam in honore S. Dionyſii extra murum civitatis a Canonicis urbis conſtructam conſecravit: ubi & membra Sanctorum, beati Rigeberti Epiſcopi & S.* THEODULFI *Abbatis ſervanda depoſuit*. S. Theodulfi Reliquiæ, ceſſante fortaſſis Normannorum furore, in Monaſterium Montis Hor, nunc S. Theoderici dictum, duobus ab urbe Remis ſummotum miliaribus relatæ ſunt. Nam anno 976. Lothario Rege præſente earum Tranſlatio celebrata eſt, ſolemni ritu quotannis xv. April. cum officio proprio hactenus commemorata. Deinde vero ob peſtem anno 1100. ingruentem una cum S. Theoderici Abbatis corpore per vicos circumpoſitos delatæ ſunt, ac poſtmodum anno 1629. Anna Auſtriaca felicis memoriæ, Regia Chriſtianiſſimi Ludovici xiv. matris præſentiam ſuam dignanter exhibente, thecæ argenteæ includuntur, excepto capite quod anno 1657. in argentea effigie compoſitum eſt. Ex quibus patet Trithemium ejuſque ſequaces erraſſe nominis æquivocatione deceptos, dum S. Theodulfum, cujus corpus apud Treveros aſſervatur, eumdem eſſe cum Abbate Montis Hor affirmant.

VITA S. AREDII ABBATIS LEMOVICENSIS.

AN. CHR. 591. 25. Auguſti

Ex MS. cod. Majoriſmonaſt. eruta a D. Fiacrio Aubry Benedictino.

1. AREDIUS * igitur beatiſſimus in Aquitaniæ provincia, ultima pene Occidentalis plagæ Gallia, ex urbe Lemovica oriundus, tantæ nobilitatis inter proceres militiæ Chriſtianæ futurus, ſecundum ſæculum quoque nobiliſſima, videlicet Regia, quodque ſublimius, bene Chriſtiana prodiit parentela. Pater illius JOCUNDUS, mater eſt appellata PALAGIA a: quorum tanta perhibetur fuiſſe religioſitas vitæ, tanta Chriſtianæ obſervatio diſciplinæ, ut de eis quoque merito dici poſſet, quod de Zacharia & Eliſabeth ait Evangeliſta: *Incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela.*

* S. Yrier. — Luc. 1. 6.

2. Itaque natum AREDIUM qualiter in Dei timore ac ſinceritate Fidei erudiri ſtuduerit talium cura parentum, ſatis evidens eſt ipſa eorum religioſitas argumentum: quorum ſtudio acceſſit & curæ tanta pueri docilitas, bonitaſque naturæ, ut jam tunc ſpem de ſe præberet in futurum magnificam, qui puer tam ingenioſus eſſet, & animam cerneretur habere tam bonam. Proinde bonitas eadem in ipſis puerilibus annis multimodis ſcintillabat indiciis, tum capacitate tum quoque manſuetudine ingenii, morum pariter dulcedine & amore diſcendi omnino poſtremo, quantum intelligere poterat dilectione virtutis, atque odio totius vitioſitatis. Itaque puerili levitate calcata, adoleſcentiæque deinceps propulſa laſcivia, eruditionum ſtudiis inſiſtebat, litterarumque doctrinis.

Educatio & Litterarum inſtitutio.

3. His atque iſtiuſmodi pluribus, tam in virtutibus animi quam probis actibus; ipſa tamen generoſiſſimæ nobilitas parentelæ, & illius prædicabilis ſtrenuitas de domo illum parentum Regiam tranſire coegit in aulam, & ſub Rege THEODEBERTO palatinis ſe mancipavit officiis. Denique Cancellarii ſortitus officium, fideliter ac ſapienter miniſterium adimplebat injunctum.

In aula Theodeberti fit Cancellarius.

4. Interea dum cum ætatis incremento divinus in eo jugiter increſceret timor, amorque ſanctitatis magis magiſque penetraret intima cordis, puram ac nitidam habere cupiens coram Deo conſcientiam, memorans illud Pſalmiſtæ Domino ſupplicantis: *Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris*: omnes actus adoleſcentiæ ſuæ, qui conſcientiam illius remordere poterant ac fuſcare, optimum neceſſariumque duxit cuidam Chriſti Sacerdoti ſancto ſcilicet NICETIO Trevirenſi Epiſcopo confiteri: ut illius judicio acta de tranſactis pœnitentia, tanto liberius tantoque licentius ſanctiorem deinceps tentaret agere vitam, quanto de præteritis mundam habere poſſet conſcientiam ac ſecuram. Cujus piæ intentioni, ac optimæ voluntati, adhortatio quoque prædicti ſanctiſſimi Sacerdotis acceſſit. Inſtanter namque illum admonere curavit, ut vaniſſimam ſæculi deſerat penitus pompam; inutiliaque reputans (ut vere erant) palatina declinaret officia, & jocos ac fabulas omniaque ludicra geſta, quæ in aula Regia jugiter agebantur, quantum noxia eſſent ac pernicioſa perpendens, fugeret penitus, & modis omnibus evitaret.

Pſal. 24. 7. — S. Nicetii monitis vitam ſanctiorem inſtituit. V. Greg. Turon. in lib. 10. c. 29.

5. Interea viro beatiſſimo in tali curſu vitæ forti conſtantia perſeverante, accidit quadam die, ut per plateam illo tranſeunte, Columba de Camera aulæ Regalis egreſſa ſuper caput illius inſideret, nec eam ille a ſe abigere ulla ratione valeret, quouſque Pontificis domum, ad quam tunc forte tendebat, intraret. Sed nec tunc quidem eo unde venerat rediit, quouſque nox imminens concludere diem cœpit. Tum vero regreſſa nocte tranſacta die iterum reddito, ipſo ad Eccleſiam properante cum Clero, advolans rurſus pari modo capiti inſedit illius. Ita per continuatos triginta dies agens, hoc eſt quotieſcumque ille de domo ipſa egrederetur, quouſque regrederetur, nulla territatione recedens, ſancto quidem viro verecundiam non modicam ingerebat. Sed ut creditur, ejuſmodi res per tot dies non fruſtra fiebat. Fortaſſis enim per hoc illud effectum oſtendebatur, quod idem Sanctus Dominum ut intimatum eſt ſuperius, inſtantiſſime precabatur; integre ſcilicet ſibi eſſe reformatam illam Sancti Spiritus gratiam, quam in baptiſmatis regeneratione perceperat, in quantum videlicet illam poſtea aliquibus fortaſſe delictis amiſerat. Quod enim per columbæ ſpeciem gratia ſpiritualis intimari ſoleat, nullus qui Evangelium fideliter audivit, ignorat: ubi legitur ſuper Dominum baptizatum in ſpecie columbæ ipſum deſcendiſſe Spiritum ſanctum. Sed & numerus triginta dierum numero congruere videtur annorum, quem Dominus tunc agebat,

Indicio columbæ ejus ſanctitas declaratur. V. Greg. Turon. lib. 10. c. 29.

---

a Sic Aredii matrem appellat Gregorius Turon. in lib. 10. Hiſt. cap. 29. Verum in lib. 3. Mirac. S. Mart. cap. 39. ejus patrem non JOCUNDUM, ſed ROSCINDUM vocat. Et tamen unum eumdemque Aredium utrobique deſignari, (quamvis in loco proxime citato ARIDUM libri editi præferant) patet ex his verbis lib. 10. cap. 29. inſertis. *De his vero ſignis quæ per virtutem S. Juliani Martyris Martinique Confeſſoris beati in ejus manibus Dominus operatus eſt, pleraque in libris Miraculorum, ſicut ipſe effatus eſt, ſcripſimus.* Locus inter S. Juliani miracula, ubi de Aredio agitur, exſtat in lib. 2. Mirac. cap. 40. in quo Aredii mentionem ſe feciſſe in libro 2. virtutum Martini aſſerit. S. Pelagiæ Aredii matris Gregorius ipſe de Gl. Conf. cap. 104. honorifice meminit.

AN.CHR. 591 25. Augusti.

bat, quando venit ad baptiſmum; & quando ſuper eum Spiritus ſanctus in ea ſpecie eſt oſtenſus: in quo etiam numero quia perfectio quædam denarii numeri videtur tripliciter contineri, poteſt quoque per eum intimari perfectio vitæ ac ſanctitatis in fide recta ſanctæ Trinitatis.

Homini cæco viſum reſtituit.

6. Homo quidam caligantibus oculis ad cæcitatis deductus ærumnam, deſiſtente terrena cœleſtem quæſivit ab ARADIO beato medelam: quam idem hominis miſeria animique proprii miſericordia compellente, moa precibur ad Chriſtum fuſir obtinuit, cæcoque petenti protinus impertivit. Itaque gaviſus rediit videns, qui mœſtus advenerat cæcus.

Alium a dolore dentium liberat.

7. Aliur nomine GUIESTRAMONDUS *a* peſſimo dolore denrir attritus, & aliquamdiu diriſſime tortus, fortuito occurrit eidem ſancto a Turonir revertenti, a ſepulcbro ſcilicet beati Martiui, quod orationis gratia ſæpius expetere ſolitus erat: qui cum unam hominis maxillam altera iu ſui tenuitate manente tumefactam cerneret, qua ſibi cauſa id obtigiſſet eumdem iuterrogavit ille quanto dolore dentis unius ex illa faciei parte attereretur, multum inde conquerens iudicavit. Tum Sanctus doloris locum tumoremque illum ſacra manu compalparis: Modo, inquit, ſanaberis in nomine Domini noſtri JESU CHRISTI, & virtute beati Martini, cujus ſacratiſſimi corporis præſentiam licet indignns, devotus tamen adivi. Quo dicto, vexilloque Crucis ſuper locum dolorir ejus (ut ſibi mos erat) effigiato, dolor protinus conquievit, immo vero totus abſceſſit, tumorque ſubſidens priſtiuam ambarum æqualitatem decoremque maxillarum mira celeritate reduxit.

Vanitatem fugitans oleum multiplicat.

8. Et qoia mentionem ſecimus itineris, quo ſæpe Turonum adibat ad reviſendum beati Martini ſepulchrum; patum quiddam quod ibidem aliquando egit, non putamus omittendum. Uxor cujuſdam Turonici monetarii nomine RICOVARA ampullam cum oleo ſere dimidiam ſancto obtulit viro, ſua idem oleum depoſcens benedictione ſanctificandum. At ille jactantiæ quantum plures alii ſtudioſi aſſequendæ, tantum ipſe ſemper cupidur fugiendæ, ne aliquid ſanctificationis, virtuti adſcriberetur propriæ benedictionir, aliam potius de chriſmario ſuo protulit ampullam, oleum quod de ſancti Martini Eccleſia *b* tulerat continentem; ex quo cum guttulam aliquam alteri illi infudiſſet, ampulla Dominica prius cruce ſignata, quæ ut jam diximus non plus videbatur eſſe quam dimidia, ſubito ad ſummum eſt uſque repleta, atque inſuper redundans adhuc oleum in vaſe alio neceſſario eſt exceptum, nec aliquid favente Deo ſacri liquoris perditum, atque effuſum. Ita vir ſanctur facile videntibus perſuaſit, virtutem ibi operatam eſſe, ſolamque admirari debere ſancti Martini, cum certe fides humilitaſque ipſius, quia & de virtute non præſumebat, & gloriam præferebat illius, tantæ capers eſſe non poſſet operationis effectus.

Ejus adventus Turonenſi Epiſcopo cœlitus deſignatur.

9. Alio rurſum tempore ad feſtivitatem ejuſdem beati Martiui more ſibi ſolito Turones properavit: quo cum perveniſſet, & nocturno tempore Epiſcopo cum Clericis in Eccleſia pſallentibus ipſe illum gratia orationis expeteret, accidit quemdam ea Diaconibus aſpiciente Epiſcopo ipſo ſomno gravari: a quo excitatus, & cur dormitaret blande correptus ita reſpondit: Videbam te pater modo per ſomnum Eccleſiæ fores egredientem, & beato AREDIO Lemovicenſi Abbati honorifice occurrentem. Vix Clericus verba compleverat, & ecce per quemdam ex energumenis dæmon exclamat, Aredii ſe præſentiam ferre non poſſe. Quo audito Epiſcopus tam ex ſomno Clerici quam ea voce arreptitii non babuit ambiguum proximum eſſe Aredii beati ad Eccleſiam properantis adventum; ſtatimque cum Abbatibus qui ſecum erant, & univerſo Clero, pluribus luminaribur accenſis, cum ingenti honore præ foribus Eccleſiæ, vere bonorando occurrit Aredio. Ita cum lætitia magna gaudioque multo Eccleſiam ingreſſi, in Dei laudibus ſacriſque noctem magnifice pariter deduxere vigiliis. Denique gaudium divinitus revelatæ occurſionis plurimum adauxit virtus divinæ per virum beatiſſimum operationis, dum infirmi ac debiles orationibus illius ſanitati reſtituti complures & ſibi & aliis cum admiratione ingentem protulerunt exultationem.

Paralyticum alioſque infirmos curat.

10. Item ad aliam nihilominus beati Martini feſtivitatem, Turonicam Aredius beatus expetiverat civitatem: cui cum quidam paralyticus auribus contractis per terram manibur reptans & pedibus occurriſſet, ille ſupernam Invocans majeſtatem Martinique ſatis expertam omnibus ſibimetqua ſæpe virtutem, blanda manu arida attrectare cœpit paralytici crura; mox ſalubrem tactum reſtrictio reſtiturioque diſſolutorum ſubſecuta membrorum, firmir fecit veſtigiis hominem conſiſtere ſanum *c*. Fatebatur autem ille Beatiſſimus, ſancti Martini manum, velut cum ſua, debilia coutrectantem hominis crura: ac ſic totum aſſerebat illius reputandum eſſe meritis & virtuti, quidquid ipſe in reformatione debilis valuerat operari.

V. Greg. Turon. loco cit.

Neque vero hunc ſolum, ſed per ingeutem illam ſibi collatam gratiam ſanitatum nullum pene occurrentem ſibi infirmum, non ſtatim reparato vigore remiſit ad propria ſauum. Ex energumenis quoque tot ereptos dæmoniacæ poteſtati ſenſibus propriis, & antiquæ reddidit libertati, ut perſonarum numerus aut uomina per ſingula uequeaut aunotari.

11. Dum

a Gregorius Turon. in lib 10. Hiſt. cap. 29. Wiſtrimundum cognomento Tattonem ac civem Turonicum vocat, a quo ſe hoc miraculum accepiſſe dicit.

b Rem narrat Gregorius Turon. lib. 3. Mirac. S. Mart. cap. 24. meminitque iterum in lib. de Gl. Conf. cap. 9. ubi de Aredio loquens, *Tempore*, inquit, *quo B. Eufronius erat Epiſcopus, ad Turonicam urbem venit: in qua diu commoratus plenam ampullulam olei de ſepulchro S. Antiſtitis abſtulit*, &c. Lege librum 2. Mirac. S. Juliani cap. 40.

c Hoc miraculum refert Gregorius Turon. in lib. 4. Mirac. S. Mart. cap. 6.

11. Dum vice quadam idem Sanctus nocturnis vigiliis in Eccleſia celebratis inde ſuiſſet egreſſus, viſus eſt illi velut quidam igneus globus ſuper ſuam cœlitus deſcendere Cellam. Sed cum manifeſtus quidnam eſſet nondum agnoviſſet, ait uni ex diſcipulis ſecum comitanti: Quisnam ille eſt qui tali hora ardeotem quam cerno faculam geſtat? Interea illo rem admirante, globus ille qui apparuerat, velut a tecto Cellæ conſcendens remeavit ad ſidera. Tum manibus expanſis ad cœlum magnificentiæ divinæ gratias cœpit immenſas laudeſque Deo referre, quæ ſe ſuumque locum dignata eſſet viſitatione ſuperni luminis illuſtrare. Diſcipulus vero qui lumen idem viderat cum ipſo, quidnam eſſet hoc curioſius perquirebat ab eo, quodque tantum cœlitus revelatum beatiſſimo viro myſterium. Cui Sanctus leniter increpans: Sile, inquir, ſile, myſterii cœleſtis ignare, beatumque Martinum dignantiſſima ſua miſeratione, noſtrum hunc viſitaſſe locellum addiſce, ſidereaque luce micantem ad ſedem remeaſſe cœleſtem.

AN.CHR. 591 25. Auguſti

Supernæ Illuſtrationis indicio S. Martini viſitationem agnoſcit.

12. Cum jam ad ſenilem Aredius beatiſſimus perveniſſet ætatem poſt labores innumeros viriliter ac fortiter toleratos, cum jam amplius octoginta eſſet annorum prænoſcens jam ſui corporis imminere diſſolutionem, quadam die ſuis Mooachis *a* triſtem ſatis ita inde intulit mentionem. Velim ſciatis, Fratres chariſſimi, quod me Dominus de laqueis deque laboribus hujus vitæ, in proximo dignabitur liberare. Quo illi audito, mœſtis a cordis profundo ſuſpiriis atque gemitibus tractis orare cœperunt, ne ſe adhuc dezereret, ſed ad ſalvationem tam ſuarum animarum quam & aliarum multarum a Domino ſibi vitæ peteret commeatum. Quorum ille compatiens mœrori, ipſe quoque in lacrymas reſolutus, ita dehinc dolentium mentes relevare cœpit atque conſolari: Si me, dilectiſſimi, veraciter amatis, gaudere debetis potius ac lætari, quia colligendorum mihi fructuum tot laborum tamdiu deſideratum miſerante Deo tempus advenit. Igitur non longa interceſſerat mora, cum infuſa corpori febre graviſſima, anguſtiari graviter cœpit. Tum puero quodam accito talia per eum nobili cuidam ac religioſo viro mandavit nomine ASTADIO; Dic illi, inquit, ut ad me feſtinanter venire deproperet: quia me de hac vita migrante, ipſe Paſturalem hujus Cœnobii curam domino volente ac jubente ſuſcipiet. Qui ſi ullam veniendi fecerit moram, in hac luce viventis ulterius non videbit faciem meam. Quæ quidem ut mandata, ita ſunt & completa. Namque ipſo aliquantum remoranic Aſtedio, ubi tandem venit, Sanctum jam defunctum invenit.

Octogenario major mortem ſuam diſcipulis prænuntiat.

Succeſſorem deſignat.

13. Cum vero jam deſiderata dies, nunu ſcilicet Kalendas Septembris adeſſet *b*, convocatis noviſſime diſcipulis, hujuſmodi illos allocutus eſt verbis: Ego, Fratres, ut prædixeram, communem patribus univerſis ingredior viam. Vos moneo, vos rogo, vos viſceribus totius affectionis adhortor, ut mandata quamprimum Domini amore intimo affectuque integro illibata ſervetis, ac deinde charitatis mutuæ inter vos ipſos pacta fidelia ſinceriſſime cuſtodire curetis. Requiem poſt mortem jam nunc & ego opto præſentem, & de Dei ac Domini noſtri bonitate, miſericordiaque confidens, diſſolvi cupio, & eſſe cum Chriſto: & eamdem requiem Chriſtique conſortium idem vos quoque jugiter optare, ac bonis operibus inceſſabili moneo labore conquirere: harum monitionum mearum meique ipſius memoriam habete quæſo perpetuam.

Monita ejus ad diſcipulos.

14. Talibus Patris beatiſſimi dictis amariſſime rurſum circumſtantium filiorum luctibus concitatis & lacrymis in hanc omnes erumpunt vocem luctuoſi clamoris: Cur, Pater piiſſime, filios mœrentes deſeris ac deſolatos? Diuturna quidem nobiſcum tua converſatio fuit, ſed tam deſiderabilis, tam dulcis, ut amiſſa nec recuperanda, merito videatur fuiſse breviſſima. Porro tibi diuturnitas laborum, etſi tardaverit, præmia augmentabit, dum procurabit recipiendorum quandoque merita præmiorum. Totam ergo ſollicitudinem tuam ad noſtræ quæſumus ſalvationis impendito curam, quibus noxia tua erit abſentia, cum tibi præmiorum interim nequaquam ſit dilatio nocitura. Domini, ait ille Beatus, voluntas ex hoc principaliter impleatur: verum ſi me ille corpore a vobis jam nunc voluerit ſeparare, nequaquam vel hinc vos oportebit triſtiores exiſtere, cum præſentior atque valentior vobis adjutor, favente Deo, ſpiritu poſſim eſse quam carne. Quapropter non amplius me quæſo veſtris jam lacrymis, vel luctibus fatigetis, veſtrique afflictione mœroris cor meum diutius affligatis: omnem ſollicitudinem veſtram ut dudum monueram in Deum omnipotentem miſericordemque projicite; cui curam eſse de vobis juxta aſsertionem Apoſtolicam confidentia tota ſperate.

15. His

a Aredius teſte Greg. Turon. in lib.10. cap. 29. *conſtruxit Templa Dei in honore Sanctorum, expetiitque eorum pignora, ac ex familia propria tonſuratos inſtituit Monachos, Cœnobiumque fundavit, in quo non modo* CASSIANI, *verumetiam* BASILII *& reliquorum Abbatum qui Monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur Regulæ*. Num etiam Benedicti? Monaſterio nomen olim Atano, cujus ſtatum Hadrianus Valeſius
„ in To. 2. rerum Franc. lib.15. pag. 437. ita deſcribit. Cum Atanenſe Monaſterium deſolatum & ad pau-
„ pertatem redactum eſſet, Monachorum in locum XXXI. Canonici ſunt ſubſtituti, Abbaſque & Decanus
„ eis præpoſiti. Nunc Cœnobium Atanenſe in Lemovicibus ob auctore Monaſterium S. Aredii dicitur, (vul-
„ go *S. Teier*) Decanumque habet ac ſubjicitur Baſilicæ S. Martini, & circumpoſito opido nomen idem ac
„ originem dedit. Sic ille.

b Gregorius Turon. in lib. 10. c.29. *Poſt hæc vero*, inquit, *& multas alias virtutes quas Chriſto operante complevit, advenit Turonos poſt feſtivitatem S. Martini*, (in Julio) *ibique paululum commoratus dixit nobis ſe haud longo tempore adhuc in mundo retinendi..... Cumque ad Cellulam ſuam acceſſiſſet, teſtamento condito, ordinatis omnibus ac SS. Martino Hilarioque Antiſtitibus haredibus conſtitutis, ægrotare cœpit, ac dyſenteria morbo gravari*, &c.

AN.CHR. 591 25. Auguſti.

Ad cœlum vocatus aſcendit.

15. His præmiſſis, in ultimo dixit: Nunc dimittis ſervum tuum, Domine; ſecundum verbum tuum in pace. Ita beatiſſima illa anima audiens intus vocem dicentis Domini: Surge amica mea & veni, corruptibilis carnis vinculis abſoluta, & de mundanis tenebris in auras cœleſtis libertatis educta *a*, evocanti ſe atque educenti vocibus reſpondens æternæ gratulationis: Dirupiſti, ait, vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Denique cum jam hora videretur noctis eſſe ſecunda, globus lucis immenſæ ſuper cellulam, in qua Sanctus decumbebat, de cœlo viſus eſt deſcendiſſe, ac ſtatim ad cœlum nihilominus aſcendiſſe.

A S. Ferreolo ſepelitur.

16. Tum deinde corpore ex more compoſito atque in feretro collocato, totam in Pſalmis & Hymnis pervigilem beati Magiſtri deducere diſcipuli noctem. Mane autem facto, ingens convenit populi multitudo, ſed & Lemovicenſis Pontifex urbis, in ſuperioribus memoratus nomine FERREOLUS *b* nuntio de tranſitu ejus accepto, cum omni feſtinatione iter eo properavit accelerare. Quo tandem perveniens, & ſuper chariſſimi ſibi Sancti corpus cum multis lacrymis ac lamentationibus procumbens, eo quam maximum ſibi fatebatur incubare dolorem, quod eum in poſtremis poſitum nequiviſſet invenire ſuperſtitem. Dein cum ſacratiſſimum corpus ad Eccleſiam beati Martyris Juliani, quam a fundamentis conſtruxerat idem vir beatus, deferendum decreviſſent & ibidem tumulandum, feretrum quo jacebat, movere non potuerunt.

Corpus alias immobile triduano indicto jejunio facile levatur.

17. Cum igitur ob impoſſibilitatem movendi corporis FERREOLUS Pontifex ſtupidus pariter factus eſſet & triſtis, tam ſibi ipſi Clericiſque ſuis, quam univerſæ quæ convenerat multitudini jejunium triduanum indixit; atque a Domino petendum admonuit, ut quænam eſſet ſua, Sanctique ipſius ſuper ſui tumulatione voluntas, omni remoto deſignaret ambiguo. Tertio itaque peracto jejunio rurſus ad levandum ac deportandum ſacrum corpus accedant. Tum vero a duobus tantum ſumma cum levitate ſublatum eſt atque delatum ad ſepolturam vocibus immenſis gaudiiſque magnificis Dei mirabilia, & Sancti virtutem magnificantibus univerſis. Et vere magnificanda totiſque fidelium votis, dignis præconiis attollenda, & in morte virtus illius claruit, & in vita. Glorificatus eſt itaque coram hominibus in terris, glorificatus eſt etiam coram Deo, immo cum Chriſto gloriatur in cœlis; qui cum Deo Patre vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

AN.CHR. 596 14. Dec.

DE S. AGNELLO ABBATE URBIS NEAPOLIS PROTECTORE.

Ex Catalogo Sanctorum Italiæ a Ferrario edito.

Agnellus Monachus Xenodochium condit.

1. AGNELLUS Neapoli piis & honeſtis parentibus natus, (qui cum ſteriles eſſent, illum a Dei Genitrice MARIA precibus impetrarunt) ut ætate, ſic moribus virtutibuſque creſcebat. Octennis ſcholam frequentare & litteris operam dare cœpit: quibus apprime eruditus, annum natus quintumdecimum Monaſticam vitam amplexus, exſtructo in ſpecu Sacello, ibi Deo in orationibus, jejuniis piiſque meditationibus famulatus eſt: donec mortuis parentibus ex facultatibus Xenodochium non longe ædificavit, in quo ægrotos excipiens illis neceſſaria miniſtrabat, propriiſque manibus inſerviebat.

Fur Agnellum percutiens divinitus punitur.

2. Accidit autem ut quidam gallinam ex iis quibus infirmi in Agnelli Xenodochio veſcebantur raperet, qui objurgatus a ſancto viro dicente, Si qui eſurientes non paſcunt ex ſuo, damnantur, quanta eos pœna manet qui ab eſurientibus cibos auferunt? illum pugno percutere præſumſit. Sed is repente divinam expertus ultionem, officio manus qua percuſſerat deſtitutus, cæcus etiam effectus eſt; donec crimen ſuum faſſus ac veniam ſuppliciter poſcens, Agnelli oratione priſtinam recuperavit ſanitatem.

Secedit in ſolitudinem.

Revocatus Abbas eligitur.

3. Cum autem fama ſanctitatis Agnelli pervagante plurimi ad eum in dies confluerent, nominis ſui celebritatem fugiens in altiſſimos Samnii montes ſeceſſit: ubi cum in ſpecu aliquamdiu omnibus ignotus demoratus eſſet ſilveſtribus herbis ſuſtentatus, cœleſti monitu ad Xenodochii curam redire cogitur. Cui cum ſeptem annos præfuiſſet aſſiduis prædicationibus ac privatis hortationibus intentus, in exſtructo a GAUDIOSO Epiſcopo Africano Cœno-

a Nempe anno 16 Childeberti Regis, ut Gregorius loco ſæpius adducto ſcribit, Chriſti nimirum 591.
b Ferreoli Epiſc. Lemovicini meminit idem Gregorius in lib. 7. cap. 10. quamvis Aredii funus a Ferreolo curatum nuſquam dicat.

nobio *a* prope Urbem, in quo ipſe GAUDIOSUS, QUODVULT-DEUS & AN.CHR.
alii Epiſcopi ex Africa ejecti vitam duxerant Monaſticam, licet invitus Abbas 596
præficitur, cum paulo ante cœco lumen reſtituiſſet, ac toto corpore contractum 14. Dec.
divinitus ſanaſſet.

4. Cumque aliquot annos ei Cœnobio ſub S. BENEDICTI Regula, quam Moritur.
Monachos exacte ſervare docuerat, præfuiſſet, annum ætatis agens ſexageſimum unum, poſtquam in feſto die S. Luciæ celebraſſet, cæcumque manibus oculis ejus admotis illuminaſſet, 19. Kalend. Januarii ceſſit e vita anno ſalutis 596. GREGORIO primo Pontifice maximo, & MAURITIO Imperatore. Cujus corpus ſuaviſſimum mittens odorem FORTUNATUS Epiſcopus Neapolitanus quatuor Epiſcopi finitimis accitis in Æde S. MARIÆ quæ poſtea S. AGNELLI dicta eſt, condidit, innumeris ſubſecutis ad ejus tumulum miraculis.

VITA S. EBRULFI ABBATIS UTICENSIS.

AN.CHR. 596 29. Dec.

Auctore anonymo perantiquo.

Ex MSS. codd. Monaſt. Becenſis & Conchenſis.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Sancti EBRULFI Uticenſis Acta ab vetuſto Scriptore fuiſſe exarata diſcimus ex Adonis Martyrologio IV. Kal. Januar. in hac verba: In pago Oximenſe Natale S. EBRULFI Confeſſoris cujus Geſta habentur. *Illa Geſta vidit Ordericus Vitalis, eaque Hiſtoriæ ſuæ libro ſexto inſerta a ſe teſtatur, quemadmodum infra num. 29. & 30. ex eo referemus. Nec tamen eadem Acta nobis ſincera omni ex parte tradidit, ſed variis relationibus, qui mos illorum temporum erat, interpolavit.* Amodo, *inquit*, de ipſo Patre ordiar, & ejus geſta ſicut a priſcis ſcripto, ſeu relatione traduntur, breviter proſequar. *Etſi vero plerumque Lectorem monet, quid ex veteri Scriptore, quid ex vulgi fama referat; ſatius tamen duximus Acta illa, quæ Surius contraxit, ſincera & illibata exhibere, Orderici autem additamenta in Notulas referre.*

PROLOGUS AUCTORIS.

1. SUBLIME Divinitatis conſilium ſicut velle ſemper habuit fideliter certantibus ſuccurrere, ita numquam deſtitit male torpentibus ut ſecurius dimicarent fructuoſi laboris exempla proponere: Videlicet ne & laborantes deficerent, & deſides quod imitarentur agnoſcerent. Sicque Deitatis providentia mortalium fragilitati miſericorditer obviat, quatinus feralibus ſeminariis inertiæ ſublatis, & habeant ante oculos victorias hominum ejuſdem conditionis infirmæ, & nihil de victoria hæſitantes ſecuri militent ſub tanto Imperatore. Ad hoc enim auribus Eccleſiæ frequentes Sanctorum recitantur triumphi, ut qui dulcedine delectamur regni, non declinemus eorum veſtigia per laborem ſequi. Quid namque prodeſt contemptores mundi laudibus extollere, ſi refugimus male vivendo imprimi illorum formæ? Cur Sanctorum acta tam ſæpe legantur.

2. Ad imitationem itaque Fidelium beatus EBRULFUS * enituit mundo, ſuo ſiquidem tempore ſingulare ſpeculum. Interno quippe pietatis flagrans amore, mundanæ converſationis illecebras ſpreverat, & ut veræ religionis aſſertor quod habitu prætendebat, moribus indeſinenter exerceret, ſtudebat. Unde nimis dignum fuit, ut multiplici virtutum fulgeret genere, quem nulla turpis voluptas per delectationem alligaverat in mente. Superno namque totus inhians regno, adhuc vivens in carne, jam fruebatur collegio ſuperioris curiæ. Competenter ergo prætendebat mundo, quantum valeret apud Deum ejus pia converſatio. Verum priuſquam ad hæc veniamus, ut recto procedat tramite narrationis exordium, ejus ſanctitatis primordia proferamus in medium.

* S. Evroul.

VI-

a Hoc S. Gaudioſi Cœnobium longe ante Agnelli tempora extructum (cum Gaudioſus anno Chriſti 440. claruerit, ut Baronius probat in Notis ad Martyrol. Rom. die 28. Octobr.) eo in loco extitit, ubi Dominicani poſtea Eccleſiam ſemirutam in honorem B. MARIÆ de ſanitate (ut vocant) erexerunt, quod ex Paulo Regio in Italica S. Agnelli vita didicimus.

VITA INCIPIT.

AN.CHR. 596

29. Dec.

Ebrulfi patria, parentes & educatio.

3. Venerabilis igitur Pater Ebrulfus admodum nobili ortus proſapia, Bajocaſſinæ *a* urbis oriundus exſtitit: quem parentes nimia educantes cura Catholicæ fidei magiſterio tradiderunt. Qui mira velocitate divina & humana diligenter percurrens ſtudia, etiam adhuc puer ipſos magiſtros dicitur præceſſiſſe doctrina. Cœleſtis enim gratia quæ ſibi eum religionis doctorem futurum prævideral, in omnibus efficaciſſime docilem reddiderat. Neque ex inſolentia (ut mos eſt hujus ætatis) ſuperbe aliquid agendo, tantæ indolis dignitatem inficiebat: vultu ſiquidem ſpectabilis, & affectu dulcis, nulla levitate aliqua exiſtebat gravis. Qui, ſicut dictum eſt, nobilitatis lampade clarus, immortalis Dei jam notus præſcientiæ, mox innotuit Regi *b*, qui tunc temporis mortali præerat aulæ: qui comperiens quis vel

Qualiter in aula ſe geſſerit.

cujus nobilitatis eſſet, illico præſentari ſibi eum jubet, condignum fore dijudicans, ut quem mentis nitor extulerat, regalibus miniſteriis deſerviret. Per humilitatis autem officium tantam ei ſupernus Imperator gratiam contulit apud terrenum, quatinus ceteris prælatus maximum in palatio obtineret locum. Oratoris quippe facundia præditus, ad agendas cauſas inter aulicos reſidebat doctiſſimus. Ita tamen ſæcularibus intendebat negotiis, ut numquam relaxaret animum ab aſpectu internæ dilectionis,

Uxorem ducit.

4. Sed cum opportuna ſpes propagandæ ſobolis haberetur in domo patris, crebra & honeſta amicorum compulſus perſuaſione, condignam natalibus uxorem inſtituit ducere. Quam gratia poſteritatis ſuſcipiens non carnis voluptate, illud Apoſtolicum exſequendo, ſolerti volvebat meditatione: *Tempus breve eſt: reliquum eſt ut qui habent uxores tamquam non habentes ſint*. Illudque non oblivioni tradiderat, quod poſt pauca ſubinſertur. *Et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi*.

1.Cor.7.29.

Qualis in conjugio.

5. Fruebatur itaque vir Deo plenus temporalibus, cauta cogitatione providens, ne diſpliceret Conditori in acceptis rebus. Cumque locupletatus nimis fieret, plus gaudebat bono opere quam bona poſſeſſione: priſcorum Patrum geſta quæ per multos codices legerat, qualiter in ſe ſe transferret, ſummo ſtudio elaborabat. Inſiſtens autem eleemoſynis, orationibus atque vigiliis, conjugem quam duxerat, ad idem ſanctitatis opus evocabat: quatinus per virum fidelem etſi fidelis adcreſceret devotio mulieris. Sicque degens adhuc ſub Laicali habitu vitam inſtituerat, ut nihil ab his diſcrepare videretur, quos imperium Regulare coercebat.

6. Cum ergo beatiſſimus athleta Chriſti quadam propria lege Dominicis ardenter inſerviret præceptis, divino nutu contigit ut illud audire mereretur, quod Dominus in Evangelio ſuis diſcipulis loquitur: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me*. Hac vero per Spiritum-ſanctum affectus ſententia, ad cumulum perfectionis illud alte memoriæ condiderat quod contemptoribus mundi ipſa pollicetur Veritas: *Amen dico vobis quod vos qui propter me reliquiſtis omnia, centuplum accipietis & vitam æternam poſſidebitis*.

Luc.9.23.

Matth. 19. 29.

Velata uxore in Monaſterium ſe recipit.

7. His igitur & hujuſmodi veridicis accenſus promiſſis, quod antea cum diſcretione fecerat, facta diſtractione rerum, quidquid habere potuit pauperibus erogat. Conjugem quam, ut patris nomen haberet, acceperat, ſacro velamine conſecrans cœleſti ſponſo condonavit. Ipſe vero tamquam elapſus a naufragio ad Monaſterium *c* feſtinavit. Et factus Monachus, manſit ibi in omni humilitate ſerviens Deo per aliquod tempus: crereſcebatque in eo magis magiſque ſanctæ converſationis affectus. Verum cum ob ſanctitatis gratiam cœpiſſet glorioſus Confeſſor Ebrulfus a Fratribus honorari, caſum elationis metuens incurrere, accitis ſecum tribus Monachis, quos ſibi familiari collocutione conjunxerat & ad id perfectionis certamen promptiores cognoverat, utpote jamdudum ſolius Dei contemplationi volens incumbere, ſumma cum velocitate eremum ſtuduit expetere. Qui venienter ad locum Oximenſem *d* nomine

a Bajocaſſes, *Beyeux*, urbs Epiſcopalis in Normannia ſub Archiepiſcopo Rotomagenſi.

b Nimirum Childeberto Seniori, cui tum parebat Neuſtria, in qua Ebrulfus anno 517. natus, adoleſcens non alii quam Childeberto notior eſſe potuit. Id tamen Ordericus Vitalis in lib 6. Hiſt. de Chlothario Chlodovei r. filio Childeberti fratre interpretatur. Subſcribit Antonius Yepez in Chron. Bened. ad ann. 578. ſed fallitur dum Ebrulfum Bellovacenſem cum Uticenſi confundit.

c Ordericus Vitalis *lib.6. Hiſt.* ex majorum traditione cenſet fuiſſe Monaſterium diœceſis Bajocaſſinæ Duosgemellos appellatum, cujus ſola rudera ſuo tempore exſtabant. Conſule Vitam Martini Vertavenſis infra ad num.9.

d Willelmus Gemeticenſis in lib. 5. cap. 3. Oximenſem Comitatum, Fortunatus in Vita S. Germani Epiſcopi Pariſ. Oximenſem pagum ſeu tractum vocat: Ordericus vero in lib 6. Hiſt.Eccl. ante med. S. Ebrulfi receſſum ita deſcribit. *Per Oximenſem pagum in locum qui Mons-fortis dicitur venerunt, ibique quia locus amanus ſilvis & fontibus abundabat, hoſpitati ſunt, & aliquandiu vitam ſolitariam ducentes ſancte vixerunt. Sed quia duo caſtella Oximis Gaceiumque in vicinio erant, ubi plures aſtuti forenſes cauſas ventilabant; ſervi Dei adventantium multitudine moleſtias plerumque perferebant. Præfata nempe oppida tempore Cæſaris fuiſſe, eique leguntur fortiter reſtitiſſe, ibique per multa ſæcula Principum ſedes permanſiſſe. Inde frequentia procerum atque mediocrium, quibus antea nobilis heros in ſæculi faſtigio notus fuerat, jam ſpeciali theoriæ ferventer inhærentem viſitabat, & multiplici colloquio de cauſis utilibus prolato cœleſtia meditantem inquietabat. Illum igitur venerabiles viri locum deſeruerunt, ibique poſteri Baſilicam, quæ adhuc perdurat, in honore S. Ebrulfi condiderunt.* Quæ quidem ſacra Ædes (addit Arturus du Monſtier in Neuſtria pia) exſtat in Decanatu de Bello-monte Diœc. Lexovienſis, vocaturque Prioratus S.Ebrulfi Ord.Cluniac. Porro S. Ebrulfus in ipſo pago Oximenſi cum tandem ſubſtitit, condidit Monaſterium hodieque celebre, quod ab antiquis quandoque Oximenſe ab Oximo oppido, vulgo *Hieſmes*; quandoque Uticenſe a ſilva Utico vernacule *Ouſche*, nunc vero S. Ebrulfi Gallice *S.Eurevl* appellatur, eſtque non Bajocenſis, ſed Lexovienſis diœceſis, uti Menardus noſter in Martyrol. contra nonnullos obſervavit. De anno fundationis infra ad num.17.

mine ingreſſi ſunt ſilvam quam Uticum proteſtantur incolæ. Quæ ſilva denſitate arborum horribilis, crebris latronum frequentata diſcurſibus, habitationem præſtabat immanibus feris. Cumque intrepidis greſſibus vaſtiſſima loca ſolitudinis peragrarent, non invenientes ubi conveniens ſuæ devotioni hoſpitium collocarent, beatus Ebrulfus puræ conſcientiæ ſpiritu inardeſcens oravit ad Dominum dicens: Domine Jesu-Christe qui populo tuo Iſraelitæ gradienti per deſertum te doctorem fideliſſimum in columna nubis & ignis exhibuiſti, dignare propitius nobis volentibus Ægyptiacæ ſervitutis damnationem effugere, locum libertatis & noſtræ fragilitati opportunum clementer oſtendere. Mox vero completa oratione apparuit fideli viro Angelus Domini, adveniens quod popoſcerat indicare: quem ſequentes prævium pervenerunt ad fontes habiliſſimos ad potandum, qui paullulum derivati colligebantur in magnum ſtagnum; ubi genua flectentes, monſtratori Deo immenſas referunt laudes, qui numquam ſpernit ſervos ſuos ſperantes in ſe.

AN.CHR. 596

29 Decem. Inde in Eremum cum tribus ſociis.

8. Celebrata autem gratiarum actione, nomen Domini invocantes, pro quantitate habitantium de virgultis & frondibus conſtruxere tugurium, quod clauſtro parvulo ejuſdem materiæ circumcingentes manſerunt ibi, optatæ quietis refugium conſecuti. Quorum ſervitus quantum libera, tantum Deo comprobatur extitiſſe grata. Omnem quippe mundi ſtrepitum conculcantes pedibus, ſolis inhærebant cœleſtibus: & qui cuncta contempſerant, præter Deum nihil habebant. Unde bene cum Pſalmographo cantare meruerunt: *Portio mea, Domine, dixi cuſtodire legem tuam.* Summi namque Dei obſequentes legi, eum ſolum patrem conabantur adipiſci.

Cellas inibi conſtruit. — Pſ. 118. 57.

9. Dum ergo tota vigilantia interioris hominis profectum adquirerent, neque eos aut loci aſperitas, aut beſtiarum feritas a propoſito deterreret, factum eſt ut quidam latronum qui ſilvam incolebant, ad eos diverteret. Et admirans eorum conſtantiam & in Chriſti ſervitio perſeverantiam ait: O Monachi, quæ cauſa turbationis vos has partes coegit adire? vel quomodo præſumpſiſtis hoſpitari in tanta ſolitudine? non optimum locum inveniſtis. An neſcitis quia hic eſt locus latronum & non Eremitarum? hujus nemoris incolæ rapina vivunt; proprio viventes labore conſortes pati nolunt. Non diu tuti hic eſſe poteſtis. Præterea arva inculta & infructuoſa & veſtro labori ingrata inveniſtis.

A latrone perperam deterretur.

10. Adhæc venerabilis pater Ebrulfus, ut erat vir eloquens, ſingulas propoſitionum exſecutus reſpondit: Vere, Frater, non turbationis inſolentia, ſed cunctipotentis Dei huc nos appulit præſcientia. Neque ex ulla uſurpatione ad hæc devenimus loca, ſed potius ut liberius defleamus peccata noſtra. Et quia nobiſcum eſt Dominus, in ejus tutela poſiti non timemus minas hominum, cum ipſe dixerit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animæ non habent quid faciant.* Illud autem quod propoſuiſti ultimum de labore, noveris, quia potens eſt Dominus ſervis ſuis parare in deſerto menſam refectionis. Cujus opulentiæ particeps & ipſe fieri potes ſi pravitatem quam exerces, deſeris, & Deo qui vivus & verus eſt te famulaturum devotiſſime ſpoponderis, fili. Noſter namque Deus, ut ait Propheta, in quacumque die peccator converſus fuerit quæcumque operatus eſt mala oblivioni tradit. Ne ergo deſperes, frater, de bonitate Dei propter immanitatem ſcelerum: ſed admonitionem Pſalmographi ſequens, diverte a malo & fac bonum, pro certo intelligens *quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus ad preces eorum.* Sed & illud nolumus te ignorare quod idem Propheta perſonat continuo terribili relatione: *Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Quod ſi divinæ pietatis intuitus præſens adeſt juſtis ut eorum preces exaudiat; patet procul dubio quia divertitur ab injuſtis, ut eorum quandoque impudentiam potenter puniat. Tunc ille in his ſermonibus ſuperna compunctus gratia, reverſus eſt ad propria.

Latronem ad meliorem frugem hortatur. — Matth. 10. 28. — Ezech. 18. 22. — Pſal. 33.

11. Mane autem facto renuntiatis omnibus quæ habebat, deportans ſecum tres tantum ſubcinericios panes & favum mellis, citato calle repedavit ad ſervos Dei. Et procidens ante pedes ſancti Ebrulfi, protulit eulogias benedictionis: moxque ſancto afflatus Spiritu, emendatiorem vitam pollicitus, ibidem adeptus eſt Monachilem profeſſionem primus. Quem imitantes multi ejuſdem ſilvæ latrones, per admonitionem beati viri aut fiebant Monachi, aut deſerentes latrocinia efficiebantur cultores agri. Sed & ex vicinis locis fama divulgante nomen & meritum beati viri, nonnulli veniebant ad eum, deſiderantes contemplari ejus Angelicam faciem & jucundiſſimum audire ſermonem. Cumque ei adminiſtrarent quæ erant corpori neceſſaria, refecti ſpiritualibus eum alacritate mentis remeabant ad ſua. Quidam autem ex ipſis, ut meruerunt perfrui ejus colloquio, deprecabantur adſcribi tam ſpirituali collegio: jamque propter frequentiam venientium, prædicta ſilva ſolitudinis amiſerat vocabulum.

Quem cum pluribus aliis convertit.

12. Accreſcente itaque numero Fratrum, accreſcebat & in beato viro Ebrulfo gratia virtutum. Patientiæ quippe ſingularis, abſtinentiæ erat prædicabilis, creber in oratione, hilaris in exhortatione. Proſperitate neſciebat extolli, adverſitate non poterat frangi. Qui quod ei deferebatur a fideli populo, pauperibus qui ad eum confluebant mandabat diſtribui, dicens non oportere Monachos aliqua angi ſollicitudine de craſtino. Quadam ergo die deficiente copia panis, pauper ad januam veniens, poſtulare eleemoſynam cœpit. Qui cum denegantem ſe habere quod poſſet largiri miniſtrum inclamaret, venerabilis Pater ait: Frater, quare negligis clamorem pauperis? da quæſo eleemoſynam inopi. At ille, Non habeo, inquit, Pater, niſi dimidium panis, quem reſervo parvulis noſtris. Nam cetera ſecundum

Pauperibus quam munificus.

AN.CHR. 596

29. Dec.

Pſal. 40. 1.

juſſum tuum erogavi. Cui ille: Non debes hæſitare fili. Num legiſti Prophetam dicentem: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus?* Numquam ſane deſinet fideles Conditor paſcere, pro quibus dignatus eſt affixus cruci pretioſum ſanguinem impendere *a*.

Cibaria divinitus accipit.

13. Erogato autem pane pauperi, ecce ante ſolis occaſum viſus eſt aſtitiſſe pro foribus Cellulæ quidam clitellarius, pane & vino ſufficienter onuſtus; qui vero eum adduxerat, dicens ſe feneratorem eſſe, miniſtrum advocavit. Cui tradens quæ detulerat, ait: Vade Frater, & da tuo Abbati. Quo dicto, velut iter accelerans equum aſcendit, & feſtinus abſceſſit. Cumque Pater perſonam datoris requireret, reſponſum eſt cum quanta celeritate diſceſſiſſet. Intellexit ergo hæc ſibi a Deo delata fuiſſe: & exhilaratus ſpiritu, gratias egit pietati ejus immenſæ qui multiplicat miſericordiam ſuam ſervis ſuis, & reddit plura pro paucis. Ab illo vero die numquam defuit illis quod poſcit uſus humanæ fragilitatis.

Latrones convertit.

14. Sed cum paulatim pio Domino præſtante auxilium, temporalibus bonis augmentari cœpiſſent, duo ſævi latrones ex alia provincia, audientes multiplicari eorum ſubſtantiam, direxerunt greſſum ad beati viri cellulam: & aſſumpto grege porcorum, cum ſilvam egredi feſtinarent, reciprocato itinere, ipſam Eremum cœperunt circumire: & non invenientes liberam exeundi poteſtatem, obſtupefacti cur hoc contingeret, & jam errando fatigati, audierunt ſignum quo Fratres acciti convenirent ad conſuetæ orationis ſtudium. Ad cujus ſonitum nimio terrore perculſi, relictis porcis, ad hominem Dei velociter acceſſerunt. Et confeſſi crimen quod egerant, facti ſunt ei Monachi.

Corvus rapax diſcipuli prece exanimatur.

15. Verum ad commendandam illuſtrem gloriam Magiſtri, non illud tacendum eſſe duximus, quod per quemdam diſcipulorum ejuſdem honorificentiſſimi Viri exhibuit præcellens gratia ſeptiformis ſpiritus. Corvus namque qui prope Monaſterium nidificaverat, ova furtive rapiebat, & per inſertam feneſtram Refectorium intrans omnia turbabat, nidoque ſuo quod tollere poſſet exſpectabat. Tunc unus ex Fratribus cujus erat hoc officium, ſimpliciter orans inquit: Domine vindica nos de adverſario, qui auſert quod nobis donat tua miſeratio. Nec mora: repererunt volucrem ſub arbore mortuam, qua ſibi collocaverat nidum. Sic quidquid eis nocere voluit, aut cito periit, aut pœnitens melioris propoſiti habitum recepit.

Ebrulfus aliorum ſalutis cauſa a receſſu deſiderato temperat.

16. Igitur cum omnium inſpector Deus glorioſum certamen Ebrulfi dilecti ſui clementer aſpiceret, roboravit cor illius fidei ſoliditate, quatinus perſeverans in bono opere, exemplum fieret ceteris Regularis diſciplinæ. Qui licet vehementer arderet adire remotioris deſerti loca, & hominum declinare conſortia; prudentiori tamen conſilio deliberavit præſens prodeſſe exercitui, cujus dux atque magiſter exſtiterat propoſiti. Metuens videlicet ſi ſe fundamenti auctor ſubtraheret, opus ædificii propter novitatem aliquatenus vacillaret: præcavebatque, ne dum ſibi locum quietis provideret, aliis detrimentum foret. Perſtitit ergo princeps agonizantis exercitus, & in acie ut miles pugnans, & extra aciem ut fortis ductor per incrementa virtutum ſeſe proferendo ſublimans. Cujus celeberrima ſanctitatis opinio plurimas percurrens provincias ad ejuſdem profeſſionis luctam felices & ſtrenuas & metuentes Deum perſonas illexerat. Tradebant autem beato viro domos, prædia, poſſeſſiones atque familias, rogantes ut eis Monaſteria ædificari præciperet, & ordinem quem vellet vitæ, ſollers Paſtor imponeret.

Monaſteria 15. conſtruit.

Quorum petitionibus adquieſcens vir ſanctiſſimus quindecim Monaſteria *b* virorum ſeu mulierum regulariter inſtituit, & ſingulis probatiſſimæ vitæ perſonas præfecit. Ipſe autem proprio Cœnobio quod prius ædificaverat, præeſſe decrevit; in quo jugiter in Dei ſervitio permanens, exhortabatur Fratres ad altiora progredi & pertimeſcere multiformes inſidias diaboli.

17. Elapſo interea anno viceſimo ſecundo *c* inchoationis eorum in ipſa Eremo, in eodem Monaſterio ab incurſione inſidiatoris generis humani peſtifera clades ſubitaneæ mortis ingreſſa affuit:

Peſtis tempore ſuis adeſt intrepidus.

Rom. 12. 15.

beatus vero Ebrulfus non ſicut mercenarius, qui in medio luporum derelictis ovibus fugam arripuit, ſed ut verus Paſtor cum eis certamen inivit, & implens Apoſtoli monita, gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus. Quibus verba exhortationis faciens ait: O fratres, roborate corda veſtra, & eſtote parati, viriliter agite & confortamini in Domino, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ in Domino, & pugnate cum antiquo ſerpente: ſit vobis cor unum & anima una in Domino. Ecce

a Ordericus hoc loco miraculum inſerit de fonte ex baculo, quem egenus panem accepturus in terra defixit, divinitus ſcaturiente, a multis poſtea ſanitatis cauſa frequentato.

b Ordericus Vitalis lib. 6. *Nomina locorum*, inquit, *in quibus Pater* EBRULFUS 15. *Monaſteria conſtruxit, & vocabula Patrum quos idem Cœnobialibus turmis Vicarios Chriſti præfecit, variis mutationibus rerum per* 400. *annos abolita ſunt*.

c Iſtam luem eodem tempore contigiſſe putamus, quo diſcipuli S. Mauri Abbatis centum & ſexdecim brevi tempore apud Glannafolium morte correpti ſunt: cujus peſtis meminiſſe videtur Gregorius Turon. in lib. 6. cap. 14. *Magna*, inquit, *eo anno*, trimitum Childeberti ſecundi 7. Chriſti 582. *lues in populo fuit, valetudines variæ* &c. Cum ergo peſtis illa non vigeſimo ſecundo a S. Ebrulfi receſſu in ſilvam Uticenſem accidiſſe hic dicatur, Cœnobii Uticenſis primordia ad annum 560. recte ſtatuimus. Equidem Willelmus Gemeticenſis in lib. 7. Hiſt. Norman. cap. 23. Monaſterium iſtud Hilperico & Sigiberto regnantibus conditum aſſerit. At cum Chlotharius utriuſque pater & deceſſor anno 561. diem ſupremum expleverit, quod ſub finem ipſius principatus inchoatum eſt, illud ſub ejus filiis Chilperico & Sigeberto abſolutum merito dici poteſt. Confer Notas in Vitam S. Martini Vertavenſis ad num. 12.

Digitized by Google

AN. CHR. 596 29. Decem.

Ecce appropinquat vocatio noſtra, & manifeſtabuntur opera noſtra, reddetque verus arbiter prout expoſcunt ſingulorum merita; vigilate ergo & orate, quia neſcitis diem neque horam. Beatus ille ſervus quem cum venerit Dominus invenerit vigilantem. His & hujuſmodi Dominicis perſuaſionibus prudens concionator conſcientias Fratrum conveniebat, annectens etiam quæ bonis gaudia, quæ male viventibus debeantur tormenta.

18. Cum ergo velociter interire cœpiſſent, ut plenius beati viri ſanctitas clareſceret, quidam ex Fratribus ANSBERTUS nomine, ſine Viatico defunctus eſt. Cuſtos autem ejus ad Abbatem veniens ait: Ora, Pater, pro filio rebus humanis miſerabiliter jam egreſſo. Tua ei ducatum præſtet oratio, cujus iter non munivit ſalutaris hoſtiæ communio. Qua de re beatus Ebrulfus ſemetipſum multum incuſans quod quaſi negligenter acciderit, ad torum defuncti venit: & præcedentibus lacrymis ſtratus in pulvere arma orationis quæ conſueverat, arripuit. Poſtquam autem ſenſit ſibi adeſſe divini favoris præſidium, ſurgens a terra inclamavit mortuum. Ad cujus vocem qui lumen amiſerat, caput erexit; & apertis oculis, ſuæ libertatis intuens auctorem ait: Bene veniſti liberator meus, bene veniſti. Me etenim quem inimicus ſibi vendicaverat quia incommunicatum reperit, tua ſalvat oratio, quæ calliditatis ejus argumenta ſolvit. Privatus namque a beatorum convivio ſententiam exceperam, utpote non habens Viaticum, miſeræ famis cruciandus ſupplicio. Quapropter benigne Pater, rogo ne differas, quin ſalutaris hoſtiæ me participem facias. Quid multa? Jubetur afferri ſacrificium; Quod mox ut accepit admirantibus cunctis quod revixerat, provida diſpenſatione Dei rurſus ſpiritum exhalat. Exultat glorioſus Pater certior factus de ſalute Fratris, exultant Fratres collaudantes Dominum pro novitate miraculi. Ille lætatur quia Fratrem ereptum morti per acceptam vitam vitæ remiſerat; illi gloriantur habere ſe Patrem, cujus ad preces infernus expaveſcat. Qui & ſi imminentis peſtis conſiderant periculum, minus tamen ſub tali ac tanto duce jam formidant improviſæ mortis interitum.

Ansbertum ſine viatico defunctum excitat & viatico munit.

19. At vero eodem mortalitatis urgente incommodo, mortui ſunt ex Monachis ſeptuaginta octo, ſed & famulorum non minima multitudo. Ceterum quid de quodam eorum contigerit, non oportet præterire ſilentio. Ipſo namque die Dominicæ Nativitatis ab uno valde neceſſario Monaſticæ rei ablata eſt anima, qui diligenti ſtudio funeris compoſitus, extra Monaſterium ubi locus erat ſepeliendi * aſportatur: ibique eum deponentes, expectabant quatenus expleto Miſſarum præconio ſepulturæ traderetur. Flebat autem totius Eccleſiæ conventus pro tanti famuli morte. Procurator quippe diligentiſſimus res Fratrum adminiſtrabat officioſiſſime: qua de cauſa nimio ab omnibus colebatur amore. Cum ergo pariter omnes flerent, beatus Ebrulfus Spiritum-ſanctum tota mente concipiens infremuit, dolorique Fratrum compatiens, ad nota præſidia recurrit, orationi incubuit, pectus vehementer cædit. Tamdiuque ſeſe lacrymabiliter afflixit in prece, donec pro quo precabatur famulus reſurgeret, & gratias agens pro reddita vita, & ante pedes reſuſcitatoris procumberet. Quo facto, ad cœlum clamor tollitur, nomen ſanctæ Trinitatis in commune benedicitur, clarus, & Apoſtolicus quia mortuos ſuſcitaverit apud cunctos Ebrulfus habetur: qui autem vivificatus fuerat, priſtino reſtitutus officio poſtea plures vixit annos.

Peſtis Monachos necat.

* V. infra num. 27.

Ebrulfus alium mortuum ſuſcitat.

20. At demum annuente nutu ſupernæ pietatis, ceſſavit languor ille mortalis. Verum ceſſante infirmitate, non ceſſabat pius Paſtor exorare pro defunctis, intelligens quia vera charitas; amplius pro anima quam pro corpore laborat. Qui licet canitie veneranda canderet, neſcius tamen cedere ſenectuti, aut orando aut legendo diem continuabat nocti, juxta illud quod inter alia de beato viro Pſalmiſta dicit: *Et in lege Domini meditabitur die ac nocte*. Charitatis quidem igne repletus, in omni exercitio virtutum perſiſtebat attentius, peccantibus miſericors ſui oris invigilabat firmiſſimus cuſtos. Cum neglecta ſuæ curis cura, tribus vicibus tantummodo in anno tondebatur coma. Nulli unquam in ultione retribuit mala. Si quis aliquod damnum de rebus tranſitoriis ei nunciaſſet, continuo reſpondebat: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum. Tanta ei virtus reconciliandæ pacis inerat, ut quicumque diſcordes ad eum venirent, ejus mellifluis mitigati ſermonibus, pacifici remearent. Omnes autem ad ſe venientes tam nobiles quam ignobiles, pauperes atque peregrinos hilari vultu recipiebat. Semper apud cunctos lætiſſimus eſſe volebat, raroque aut via quem reciperet abſque quolibet munuſculo a ſe recedere permittebat.

Ebrulfi virtutes.

Pſal. 1. 2.

Job. 1.

21. Infirmi etiam per benedictionem ejus ſanitate recepta, benedicentes Dominum redibant cum ingenti lætitia: cunctis denique beatum virum petentibus optata proveniebat ſalus. Multi quoque quos adeo vexaverat immaniſſima vis febrium, ut nequirent adire beatiſſimi viri conſpectum, miſſis Legatis rogabant ejus munificentiam, quatinus cinctorium quod ſibi de funiculo paraverat, aut aliquid de ſua veſte, charitatis gratia mererentur accipere. Qui ex fide hoc ipſum contingebant, priſtina donabantur ſanitate. Quædam materfamilias, quam nullus medicorum ſanare poterat, audita fama virtutum beatiſſimi viri poſcit ejus fimbriam ſibi per nuntium afferri: quam cum acciperet, ipſa infirmitatem evaſit, & alii quamplures. Ecce medicus laudabilis qui præſens præſentibus beneficia ſanitatis impertit, & abſens abſentibus idem exhibere non deſiſtit. Sentiunt virtutem, qui ejus non novere faciem.

Infirmos ſanat.

22. Confluentibus itaque ad eum univerſis certis ex neceſſitatibus, advenit etiam inter eos

AN. CHR. 596 29. Dec.

ea alia regione quidam pauperculus. Quem cum omni corpore attenuatum ex nimia infirmitate & curvatum ſuper crura piiſſimus ſenex cerneret incedere, dixit: O Frater quomodo valuiſti explicare tantum laborem itineris, cum tanta debilitate afficiaris? Cui ille: Gemina, inquit, neceſſitate compulſus, tuam, Domine, ſanctitatem decrevi adire, videlicet ut & famelicum ſaties, & medeceris invalidum poteſtate qua prævales. Quem cum ibi reſidere juberet, continuo ſanum reddidit: & faciens Monachum, hortolanum eſſe præcepit. Itaque qui duo petiturus advenerat, trino munere ſe donari gaviſus eſt. Famis namque effugato periculo incolumitatis invenit remedium, & emendatioris vitæ adeptus eſt propoſitum. Alius quoque pauper cum incolumis veniſſet, ſimulavit ſe ægrotum & quaſi contractum, ut aliquid amplius inter alios acciperet: ſed mox ut ab homine Dei eleemoſynam ſuſcepit, febre concuſſus eſt, quod ſimulaverat certus ei contingente: confeſſuſque in ipſo Monaſterio ſuæ pravitatis conſilium infra paucos dies emiſit Spiritum.

Simulator diviniius punitur.

Ebrulfi ætas.

23. Inter hæc ergo virtutum inſignia, cum jam Chriſti miles emeritus octoginta eſſet annorum, toto deſiderio mentis, cui devote ſervierat, faciem adoptabat contemplari: ſervum videlicet arguens infidelitatis, qui præſentiam velit refugere Domini. Qui febricitatus, nullum viſus eſt per quadraginta ſeptem dies ſumpſiſſe cibum, niſi aliquoties Domini Jesu corporis Sacramentum: inceſſanter Fratribus erogans, quaſi nihil inæqualitatis pateretur, divini verbi myſterium. Et dum ea vicinis locis religioſi viri viſendi ſtudio ad eum devenirent, lacrymantes que precarentur, ut aliquid ex oblata charitate accipiens corpuſculum dignaretur recreare, dicebat: Silete, ſilete, Fratres, nolite mihi faſtidium ingerere, quod nolo penitus ſuadentes. Neque enim terrenis epulis indigebat quem Spiritus-ſanctus intus alebat. Paſcebatur quippe ſpe æternæ ſuavitatis, certus donari pro labore commercium beatæ immortalitatis. Denique inſtante die qua ei voluntas erat diſſolvi, & optato perfrui vultu Creatoris, convocavit Fratres, quos ejus diſceſſo mœrentes, & quid agerent mortuo Paſtore proclamantes ſic allocutus eſt: Filioli, unanimiter perſiſtite, connexi vinculo charitatis. Sit vobis in invicem dilectio ſpiritualis. Non vos ſubripiat ſubdola fraus inſidiatoris: & quod promiſiſtis Deo, implere ſtudete. Sobrietatem diligite, caſtitatem cuſtodite, humilitatem tenete, ſuperbiam vitate, & alius alium in bono opere feſtinet præire, hoſpites & peregrinos benigno animo ſuſcipite propter illum qui dixit: *Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me.*

Infirmus 40 diebus ſola Eucharistia paſcitur.

Diſcipulis hortatoria verba facit.

Matth. 25. 43.

24. Hæc & alia hujuſmodi glorioſo Ebrulfo Confeſſore perorante, data etiam pace Fratribus, ſanctiſſima ejus anima egreſſa eſt a corpore: moxque tanta claritate enituit illius vultus, ut nulli eſſet dubium quin triumpharet ſpiritus liber in cœleſtibus. Migravit autem a ſæculo quarto Kalendas Januarii, tempore RODOBARTI Sagienſis Urbis Epiſcopi, anno videlicet duodecimo regni Regis HILDEBERTI a. Quem Fratres cum magna reverentia in Eccleſia deportantes, diebus tribus ac noctibus Hymnos & Laudes Deo canentes, ſanctum illius corpus diligenter viſi ſunt cuſtodiſſe, expectantes conventum ſervorum Dei. Poſtquam vero compertum eſt in prædicta civitate exceſſiſſe rebus humanis conſolatorem totius patriæ concurrunt omnes ad Monaſterium, beato funeri congaudentes intereſſe. Lamentabantur quoque pauperes verum Dei pauperem, divites divitem, pueri patrem, ſenes ſenem: Commune namque bonum omnibus merito communis habebatur luctus. Verum illud pietatis inſigne, quod vir piiſſimus inter cætera egit jam fruens æterna luce, non arbitror tacendum eſſe.

Moritur.

Deſideratur ab omnibus.

25. Quidam namque ex Fratribus religionis & obedientiæ gratia perſpicuus in ipſo Monaſterio ſerviebat Diaconii titulo ſublimatus, quem Pater ob ſanctitatis prærogativam nimium dilexerat. Hic ergo cum videret privatum ſe tanto Patre, nimio affectus dolore dicebat: Heu quid faciam miſer? Cur deſtituis quem te fatebaris dilexiſſe, Pater? qui tuis eram intimus conſiliis, cur a ſe divelli pateris? quem tractabas ut filium, cur deſpicis ut exoſum? Sane numquam apud te promerui, ut ante me velles ſepulturæ tradi. Talia præſtabat memorans, lacrymaſque ciebat. Et ecce in ipſa nocte Dominicæ Circumciſionis, nutu divino emiſit ſpiritum. Quod nimirum precibus beatiſſimi patris Ebrulfi conſtat fuiſſe geſtum, videlicet ne quem dilexerat, hujus mundi ludibrio ſubjaceret, & petentium votis ſe promptiſſime affuturum demonſtraret. Sicque Monachus ille juxta quod precatus fuerat, expoſitus eſt ad ſepeliendum in craſtino cum ſuo Abbate. O mors glorioſa, quæ pretioſior conſiſtit quam vita! quod enim ſubripuit mundo, indubitanter adſcripſit cœlo. Verum quantum poſſum conjicere, melius fuit illi ſic mori quam de morte iterum ad mortem reſuſcitari. Nunc enim certus de ſalute, nullo timet contaminari peccamine: ſi reſuſcitaretur peccandi ſpe, anxius laboraret dubio diſcrimine. Non ergo iſtud levius accipiendum eſt ſupraſcripta mortuorum vivificatione. Itaque venerabilis pater EBRULFUS in Baſilica ſancti Petri Apoſtolorum Principis quam ipſe ex lapidibus ædificaverat, in ſaxo marmoreo mirifice ſepultus eſt; ubi uſque in hodiernum diem diverſi curantur languores & præſtante pio Salvatore noſtro mœrentibus proveniunt conſolationes: cui eſt honor & poteſtas una cum Patre & Spiritu ſancto, per omnia ſæcula ſæculorum.

Monachus S. Ebrulfi patrocinio mortem impetrat.

Addi-

a In duplici Chronico MS. Monaſterii Uticenſis, quod S. EBRULFI modo appellatur, natus legitur S. Ebrulfus anno 517. mortuus vero anno 596. Conſentit Guillelmus Gemeticenſis lib 7. c. 23. his verbis: *Anno ab Incarnatione Domini 596. ætatis vero ſuæ 80. reſidente in Sede Apoſtolica Gregorio ſummo Doctore & Anglorum Apoſtolico B.* EBRULFUS *4. Kalend. Januarii ex hac vita migravit.* Ergo loco CHILDEBERTI, ſcribendus eſt CHLOTARIUS, cujus regni anno duodecimo, juxta computum Gregorii Turonenſis, illigatur Chriſti annus 598 at vero vigeſimus Childeberti II.

Additamentum ex Orderico Vitali in lib. 6. Hiſt. Eccl.

29. Dec.

26. Dum longe lateque fama B. Patris diffunderetur EBRULFI, ad Regis Franciæ pervenit aures CHILDEBERTI [a]: qui nimio cupiens deſiderio videre illum, cum uxore ſua, & aliquibus de familia ſua pertexit Uticum. Cum prope Monaſterium viri Dei perveniſſet, in locum ſcilicet ubi nunc Baſilica beatæ Dei Genitrici & Virgini MARIÆ conſtructa eſt, de equo reverenter deſcendit, ac ut omnes ad obviandum ſervo Dei honeſte ſe præpararent imperavit. Tunc Clerici qui comitabantur ei, veſtimentis induti aſtiterunt, manus ad Reliquias atque cruces quas ſuper * pallia poſuerant miſerunt, & eadem reſumere voluerunt, ſed nullo modo movere potuerunt. Unde omnes nimio mœrore affecti in terram ſe proſtraverunt, & miſericordiam Domini ſuppliciter deprecari ſunt. Regina vero ſeſe voto conſtringens ait: Si omnipotens Deus dederit nobis poteſtatem, ut ſacra quæ hic poſuimus, ſoſpites recipere poſſimus, in hoc loco venerabilem Eccleſiam in honore Genitricis ipſius conſtrui faciam. His dictis manus ſacris appoſuerunt, ſed nihil profecerunt. Tunc Regina nimis mœſta cum lacrymis ajebat: Scio peccata mea promereri, ut ſervum Dei non poſſim contemplari. Attamen ſi per interceſſionem ipſius Sancti creator omnium Deus nos reſpexerit, & ſanctas nobis Reliquias auferre permiſerit; altare marmoreum ea propriis ſumptibus præparabo, & eidem faciam deferri Beato. Cumque ab ore hoc protuliſſet, omnes Reliquiæ per ſeipſas motæ ſunt, quas accipientes obviam viro Dei cum gaudio proceſſerunt. Jam enim beatus vir adunata Fratrum turma veniebat, & cum eo multitudo populi utriuſque ſexus in adventu Regis tripudians properabat. Suſceptus itaque Rex per triduum ibi demoratus eſt: tertio autem die ſub chirographo accx. villas B. EBRULFO tradidit, ac ad ſuos inde lætus lares remeavit.

Ebrulfus a Childeberto viſitur.

* forte ſuber

27. Regina vero voti ſui memor, in colle qui inter rivum Carentonæ * & ſilvam conſiſtit, intemeratæ Dei Genitrici MARIÆ honorabilem Eccleſiam conſtrui fecit, & altare marmoreum, ut ſpoponderat, venerabili viro tranſmiſit, quod multis annis in eodem loco perduravit. Deinde poſt multorum annorum curricula quidam homuncio partem ejuſdem marmoris ad alium locum transferre voluit, ſed caſu illud per medium fregit. Quod factum ut omnibus manifeſtaretur Deo diſplicuiſſe, non in longum paſſus eſt inultum remanere. Nam antequam annus revolveretur, præfatus homo vita privatur.

* la Charentone.

Regina Eccleſiam condit.

28. In Baſilica quam retuli Reginam condidiſſe, duæ aræ ſunt conſecratæ, quarum una dicata eſt ſanctæ & individuæ Trinitati, altera vero intactæ Virgini Dei Genitrici. Fertur quod ibi fuerit Cœnobium Sanctimonialium, necnon Cimiterium Monachorum & ſublimium virorum, quorum illuc cadavera bajulabantur ad ſepeliendum: quia in valle paluſtris humus erat, & in hieme paſſim dum foderetur, lympha mox ſcaturiebat, manansque foveam fons adimplebat. Unde in prædicta Æde Virginis Matris plurima inſignis habitationis indicia panduntur, & uſque in hodiernum diem honorabiles ibidem ſarcofagi ſervantur, qui ſpectabilium fuiſſe perſonarum ſine ſcrupulo creduntur. His ita ſe habentibus, ad ea narranda quæ reſtant veniamus.

Cœmeterium.

Quæ hic inſerit Ordericus de diabolo in furnum per S. Ebrulfum conjecto, quod fabuloſa videantur, omiſimus.

29. Hæc & multa his ſimilia ſeniores referunt exhibita per EBRULFUM: addentes quod grandævum Monachum viderint nomine NATALEM apud Uticum, qui grande volumen habebat de Miraculis & rebus geſtis per ſæpefatum omnipotentis Dei famulum. Quondam Miſſa finita, ardens candela per incuriam ſuper altare dimiſſa eſt. Incolis vero alia curantibus flamma lychinum uſque ad mappulam altaris abſumpſit, & ignis edax inde altaris linteamina caſu corripuit: & librum, cujus exemplar a nobis uſquam reperiri nequit, & quæque ibidem comburi potuerunt; quæ circa, vel ſuper aram erant, concremavit. Omnes igitur irreparabile damnum de notitia præteritorum planxerunt: & quia illitterati erant Eremicolæ, non ſcripto reparaverunt, ſed eloquio junioribus de his quæ viſu, vel auditu perceperant intimaverunt. Ipſis ergo deficientibus ignorantiæ caligo nepotes obtexit, & indaginem tranſactorum irrecirabiliter abdidit, niſi ea tantum quæ ſollertia cujuſdam Sophiſtæ in Vita ſancti Patris ad legendum in Eccleſia ſtrictim congeſſit. Nunc autem ſicut principium ejuſdem lectionis noſtro inſerui opuſculo, ſic etiam finem operum & vitæ ſine fuco falſitatis utiliter compaginabo. *Et poſt multa.*

Liber ejus miraculorum combuſtus.

30. Ecce Vitam Sancti EBRULFI veraciter deſcripſi, eamque ſicut a prioribus edita eſt, idcirco huic Opuſculo diligenter inſerui, ut legentibus proſit tanti notitia Patroni, Dominoque Deo placeat meus labor & affectus, qui ſatago propalare nutritoris mei glorioſos actus,

Ebrulfi ſucceſſores ignoti ob Danorum infeſtationes.

[a] Ex ſententia de tempore conditi Cœnobii Uticenſis ſuperius a nobis ſtabilita, ſi Ordericus in Childeberti nomine non fallitur, hic locus de Childeberto II. Auſtriæ Rege, Sigiberti filio explicandus eſt. Certe legimus apud Gregorium Turon. in lib. 9. cap. 20. pacem Guntchramnum inter ac Childebertum nepotem reformatam eſſe ipſius Childeberti anno 12. Chriſti 587. & juxta pactum initum, Abrincatas pluraque alia Neuſtriæ opida Childeberto Sigiberti filio ceſſiſſe.

AN.CHR. 596 29. Dec. actus, ad laudem illius in quo vivimus, movemur, & ſumus. Verum ea quo præſatus heros tranſiit e mundo, qui vel quot ſucceſſores illi fuerint per 400. annos in Uticenſi Cœnobio, ſeu quales eventus pertulerint provinciales vel Cœnobitæ, penitus ignoto. Nam ſubſequenti tempore, ſicut jam in pleriſque locis pleniter enodavi, Piratæ de Dacia egreſſi ſunt: & prius HASTINGO ductore, ac poſtmodum ROLLONE, in Neuſtriam venerunt, & Chriſtianæ fidei divinique cultus ignari, ſuper fidelem populum inaniter debacchati ſunt. Noviomum atque Rotomagum, aliaſque multas urbes & opida vicoſque concremaverunt, Cœnobia multa ingenti religione pollentia deſtruxerunt, pluresque innumeris cædibus regiones admodum devaſtatæ ſunt: & fugatis vel interfectis incolis, civitates & villæ in ſolitudinem redactæ ſunt. In tanta deſolatione inermes Monachi quid facerent neſcii ſæpe contremuerunt, in miſeriis afflicti ſedulo ploratu dolori ſuo ſatisfecerunt, finemque ſuum in latebris gementes præſtolati ſunt. Quidam vero intolerabilem Barbarorum immanitatem metuentes ad catera regna fugerunt, ubi paganorum bellitæ vires nondum attigerunt. Corpora quoque Patrum ſuorum ſecum tranſtulerunt *a*: quorum animæ regnant cum Rege Sabaoth, cui devote in hoc ſæculo ſervierunt. Scripta etiam de geſtis eorumdem Patrum & de poſſeſſionibus Eccleſiarum, quæ & quantæ fuerint, vel a quibus datæ, fugitivi ſecum peregre aſportaverunt, quorum magnam partem tot perturbationum procellæ rapuerunt, quæ, proh dolor, in tantis motionibus tam periculoſis irreparabiliter perdita ſunt.

AN.CHR. 598 9 Junii.

VITA S. COLUMBÆ ABBATIS
HYENSIS IN ANGLIA.

Auctore CUMMENEO ALBO perantiquo.

Ex MS. cod. Compendienſis Monaſterii.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Sancti COLUMBÆ *Abbatis Vitam ſcripſit* ADAMANNUS *Scotus tribus libris, quos Henricus Caniſius Antiq. Lec. Tom.* 5. *edidit. Eamdem Vitam prius a* CUMMENEO *Albo exaratam teſtatur Adamanus ipſe in lib.* 3. *hic verbis:* Cummeneus Albus in libro quem de virtutibus ſancti Columbæ ſcripſit, ſic dixit, quod S. Columba de Aidano & de poſteris ejus & de regno ſuo prophetare cœpit dicens: Indubitanter crede, o Aidane, quod nullus adverſariorum tuorum tibi poterit reſiſtere, donec prius fraudolentiam agas in me & in poſteros meos. Propterea ergo tu filiis commenda, *&c. Hæc verba reperiuntur in ſubjecta Vita nu.* 5. *quæ proinde ipſius Auctoris Cummenei fœtus eſt.*

1. SANCTUS igitur COLUMBA *b* Sanctorum natione perpluribus ad ſalutem oriundus, tale noſcitur habuiſſe nativitatis exordium. Angelus enim Domini genitrici ejus in ſomnis quadam nocte inter conceptum & partum apparens, quaſi quoddam miræ pulchritudinis peplum aſſiſtens detulit, in quo nimirum veluti univerſorum decoroſi florum colores depicti videbantur. Quod etiam poſt aliquod breve intervallum ejus de manibus repoſcens abſtulit, elevanſque & expandens in aere dimiſit vacuo. Illa vero terrificata de ſublato peplo, ſic ad illum venerandi habitus virum, Cur, ait, a me lætificum tam cito abſtrahis pallium? Ille conſequenter: Idcirco, inquit, quia hoc ſagum alicujus eſt tam magnifici honoris, ut apud te diutius retineri non poſſit. Quibus dictis prædictum peplum mulier paulatim a ſe elongari volando videbat, camporumque latitudinem in majus creſcendo excedere, monteſque & ſaltus majore ſui menſura ſuperare, vocemque hujuſmodi ſubſequutam audierat: Mulier noli contriſtari: viro enim matrimoniali juncta, talem filium editura es floridum, qui quaſi unus Prophetarum Dei, inter ipſos connumerabitur, innumerabiliumque dux animarum ad cœleſtem patriam a Deo eſt prædeſtinatus. In hac ergo audita voce mulier expergiſcitur.

Columba cœlitus prænuntiatur.

2. Poſt

a De translatione S. Ebrulfi agemus ſæculo v. Benedictino, quod Eræ Chriſtianæ ſæculo x. reſpondet, quando S. Ebrulfi corpus in urbem Aureliam translatum eſt. Cujus Translationis aliarumque hiſtoriam ſi lubet apud Ordericum lib. 6. interim legere potes.

b S. Columba a Matthæo Weſtmonaſterienſi ad ann. 598. & ab aliis COLUMBANUS, in Martyrologio Romano COLUMBUS vocatur: quamquam Columbum ab antiquis nuſquam appellatum putemus, ſed alium Abbatem de quo Adamanus Scotus in lib. 1. Vitæ S. Columbæ num. 2. apud Caniſium to. 5. Fuerunt & alii duo Columbani, Luxovienſis alter, alter Lutrenſis Abbates, de quibus Sæculo proximo. De iſto agit Beda in lib. 1. Hiſt. cap. 5. qui rurſus de eo in lib. 5. cap. 10. ita ſcribit. *Erat autem* COLUMBA *primus Doctor Fidei Chriſtianæ tranſmontanis Pictis ad Aquilonem, primuſque fundator Monaſterii quod in Hii inſula multis diu Pictorum Scotorumque populis venerabile manſit. Qui videlicet Columba nunc a nonnullis compoſito a Cella & Columba nomine* COLUMCELLI *vocatur.*

Digitized by Google

AN.CHR. 598

2. Poſt editam quoque prolem beati pueri nutritor ſpectabilis vitæ vir Presbyter Miſſa finita ab Eccleſia ad hoſpitium reverſus totam invenit domum ſuam clara irradiatam luce: globum quippe igneum ſuper puerili dormientis faciem ſtantem vidit. Quo viſo ſtatim intremuit & proſtrato corpore in terram miratus Spiritus ſancti gratiam ſuper eum intellexit cœlitus effuſam.

9. Junii.

Globus igneus in pueri facie apparet.

3. Quodam namque tempore vir ſanctus ſanctum Epiſcopum FINNIANUM ſuum magiſtrum, juvenis ſenem adiit: quem denique appropinquantem cernens, Angelum Domini pariter ejus comitem itineris vidit, & quibuſdam aſtantibus intimavit Fratribus, inquiens: Ecce nunc videte ſanctum advenientem COLUMBAM, qui ſui commeatus habere meruit Angelum Domini.

Angelum comitem habet.

4. Hiſdem diebus Sanctus cum duodecim commilitonibus diſcipulis ad Britanniam tranſnavigavit. Quo perveniens quadam ſolemni die ſancto magiſtro ſuo & Epiſcopo Finniano Miſſam celebranti vinum ad ſacrificale myſterium caſu non inveniebatur. De cujus defectu cum miniſtros altaris inter ſe conquerentes audiret, ad fontem ſumpto vergit urceo, ut ad ſacra Euchariſtiæ miniſteria aquam fontanam Diaconus hauriret. Qua hauſta miniſtris ait: Habetis ergo vinum quod Dominus ad ſua miſit peragenda myſteria. Quo cognito ſanctus cum miniſtris Epiſcopus eximias Deo gratias referunt. Sanctus vero juvenis hoc non ſibimet ſed ſancto Finniano adſcribebat Epiſcopo.

Aquam ad rem ſacram faciendam in vinum convertit.

5. Alio in tempore vir ſanctus in Hymba *a* commorans inſula, quadam nocte in extaſi mentis Angelum Domini ad ſe miſſum vidit, qui in manu vitreum ordinationis Regum habebat librum, quem de manu Angeli accipiens legere cœpit, Qui ſecundum commendatum AIDANUM * in Regem ordinare recuſans, (magis enim Fratrem ejus diligebat) ſubito Angelus extendens manum Sanctum percuſſit flagello. Cujus livoris veſtigium in ejus latere omnibus diebus vitæ ſuæ permanſit. Hocque intulit verbum: Pro certo ſcias me a Deo miſſum, ut Aidanum in Regem ordines. Quod ſi non vis, percutiam te iterato. Eadem itaque per tres continuas noctes Angelus Domini commendans de Aidani ordinatione, Sanctus ad Dei Jovam tranſnavigavit Inſulam, ibidemque Aidanum adventantem in Regem ordinavit. Inter ordinationis quoque verba de filiis & nepotibus pronepotibuſque ejus futura prophetavit, imponenſque manum ſuper caput ejus ordinans benedixit; intulitque hæc verba: Indubitanter crede, o Aidane, quoniam nullus adverſariorum tuorum tibi poterit reſiſtere donec prius fraudem agas in me & in poſteros meos. His eiſdem verbis alloquere filios tuos, ne regnum perdant. Quod ſi non obaudierint, flagellum quod cauſa tui ab Angelo Dei ſuſtinui, in eos retorquetur. Quod ita factum eſt: mandatum namque viri Dei tranſgredientes regnum perdiderunt.

Angelo monente Aidanum Regem facrat.

* De eo infra ad n.25.

6. Alio quoque tempore vir ſanctus in Jova commorans Inſula, quidam bonorum actuum Monachus ad extrema perductus eſt. Quem cum in hora ſui exitus viſitaret, vir Dei pauliſper ejus aſſiſtens lectulo, eique benedicens, ocius domum egreditur, nolens videre morientem: qui eodem momento de medio factus eſt. Tunc ergo vir ſanctus in Monaſterii ſui platea deambulans cœlo intentus oculis valde obſtupeſcens admirabatur. Tantæ ergo admirationis cauſam interrogare auſus eſt eum unus ex Fratribus qui ſolus tunc aderat. Cui Sanctus: Nunc ſanctos, ait, Angelos contra adverſarias poteſtates belligerare vidi: Chriſtoque agonothetæ gratias ago, quia victores Angeli ſancti animam hujus peregrini cœlo receperunt. Sed hoc quæſo ſacramentum, dum advixero, nemini reveles.

Dæmonem cum Angelis de anima luctantem videt.

7. Quadam itidem die ſummo mane Sanctus ſuum advocat miniſtratorem DIURMATIUM inquiens ita: Sacræ celeriter Euchariſtiæ miniſteria præparentur, hodie enim natalis B. BRANDANI eſt dies. Quare, ait miniſter, talia præcipis? Nullus enim ejus obitus prævenit nuncius de Scotia. Vade, inquit Sanctus, meæ obſecundare juſſioni. Hac enim præterita nocte vidi ſubito apertum cœlum Angelorumque choros S. Brendani animæ obvios deſcendere, quorum luminoſa incomparabilique claritate totus eadem hora illuſtratus eſt mundi orbis.

S. Brendani obitum cœlitus diſcit.

8. Alia etiam die, dum Fratres ad operam manuum exituri eſſent, Sanctus e contra ea die otiari præcepit, ſacræque oblationis obſequia præparari & aliquam prandioli adjectionem fieri. Me etiam, inquit, ſacra oportet Euchariſtiæ celebrare myſteria pro anima ſancta quæ nocte in hac inter Angelos vecta eſt. Fratres obſequuntur & ea die otiantur, & ad Eccleſiam, quaſi die ſolemni Abbate cum ſancto pergunt. Et inter ſacra ſancti ſacrificii myſteria, Hodie, ait Sanctus, pro S. COLUMBANO Epiſcopo decantandum eſt. Tunc ergo aſtantes intellexere Fratres, quod Columbanus Epiſcopus Lagenenſis *b*, charus Columbæ amicus ad Dominum emigraverit. Et poſt aliquod intervallum aliqui de Lagenica commeantes provincia ea nocte eumdem obiiſſe nunciant Epiſcopum, qua Sanctus dixit.

Columbani item Epiſcopi.

9. Remotiorem ergo ab hominibus locum aptumque orationi quæſivit Sanctus in ſaltibus. Ibidemque cum oraret, quadam die ſubito vidit contra ſe nigerrimam dæmonum aciem cum ferreis præliari verubus: qui ſicuti ſancto viro per Spiritum erat revelatum, Monaſterium ejus invadere & multos ex Fratribus jugulare volebant ſudibus. Ipſe vero contra eos dimi-

Dæmones ſuperat.

a Himba Inſula eſt maris Hibernici, cujus de ſitu inſulæ ſicut & Jovæ (quam alii Hionam ſeu Ihonam vocant) non una eſt Scriptorum ſententia.

b Lagina oppidum in Laginia regione, patria S. Birgittæ Virginis.

AN.CHR. 598

9. Junii.

15. Quadam quoque hiemali nocte S. FERNAUS Eccleſiam orationis ſtudio ſolus intrans in quadam exedra devotus orabat. Cujus rei S. COLUMBA neſcius eadem de cauſa poſt illum Eccleſiam ingreditur, ſimulque cum eo aurea lux de cœlo deſcendens totam replevit Eccleſiam. Sed & illius exedræ ſeparatum conclave ubi Fernaus latitabat illud cœleſte lumen formidabili timore repleverat, & ſicut nullus æſtivum & meridianum ſolem rectis & irreverberatis oculis poteſt intueri, ſic & illam cœleſtem claritatem Fernaus ſuſtinere non potuit. Quo denique fulminali ſplendore viſo, nihil in eo virtutis remanſit. Sanctus vero Columba poſt non prolixam orationem Eccleſiam egreditur, Fernaumque ad ſe craſtina advocat die, hiſque compellat affatibus conſolatoriis. O filiole hac præterita nocte in conſpectu Dei placuiſti, oculos ad terram deprimendo timore lucis. Nam ſi ita non feciſſes, oculi tui viſa luce obcæcarentur, ſed dum vixero ſtude hanc celare viſionem.

Inter orandum lumine irradiatur.

16. Alio autem tempore vir Domini in Jova commorans Inſula, quadam die ſancta facies ejus ſubita hilaritate effloruit, oculoſque ad cœlum elevans valde lætificabatur, poſt modicum autem intervallum triſtificabatur. Duo autem Fratres ad januam ſtantes cauſam ſubitæ inquirunt lætitiæ & illius ſubſequentis mœſtitiæ. Ad quos Sanctus: Ite, inquit, in pace, non dicam. Qui cum ei nimium pro hac re indicanda moleſti eſſent, Si celaveritis, inquit, prodam vobis, quia amo vos. Quibus fidem dantibus ſic ad eos proloquitur: Uſque in præſentem diem meæ peregrinationis in Britannia terdeni compleri ſunt anni. Petivi quoque a Domino ut in fine triceſimi hujus anni diſſolverer & cum ipſo eſſem, & hæc fuit cauſa lætitiæ, ſuper qua moleſtatis. Angelos etiam ſanctos vidi egreſſuræ animæ de carne obvios. Sed ecce ſtant procul ſubito retardati propius accedere non permiſſi, quia Dominus quod mihi roganti donavit in hac die fieri, multarum Eccleſiarum pro me orationes exaudiens, dicto citius immutavit: quibus ſcilicet Eccleſiis exorantibus, ſic a Domino donatum eſt, ut quatuor ab hac die anni addantur mihi in carne manendi. Hæc ergo retardatio cauſa mihi mœſtitiæ fuit. Quibus videlicet quatuor annis terminatis ſubita emigratione ad Dominum lætus emigrabo.

Annis 30. in Britannia vixit.

De ſua mortis dilatione dolet.

17. Secundum hæc ergo verba vir Dei quatuor annis poſtea in carne vixit, quibus tranſactis quadam die menſe Majo ſenio ſeſſus plauſtroque vectus, viſitatum pergit operarios Fratres ad quos ita loqui exorſus eſt. In Paſchali ſolemnitate nuper Aprili peracta menſe, deſiderio deſideravi ad Chriſtum emigrare: ſed ne vobis lætitiæ feſtivitas in triſtitiam verteretur, diem obitus paullo diutius protelare malui. His auditis Fratres haud modicum contriſtati ſunt, Vir autem Domini, ut erat in vehiculo ſedens, ad Orientem faciem ſuam convertens, Inſulam cum inſulanis habitatoribus benedixit, & ex ea die vipera nulla nec homini, nec pecori nociva fuit. Poſt verba tandem benedictionis Sanctus ad ſuum Monaſterium revehitur.

Mortem ſuam Fratribus prædicat.

Benedictionis ejus vis.

18. Tranſactis autem paucis diebus dum Miſſarum ſolemnia ex more Dominica die celebrarentur, ſubito ſurſum elevatis oculis facies Beati Columbæ florido reſperſa rubore videtur. Eadem quippe hora Angelum Domini ſupra volitantem ſolus vidit intra ipſius Oratorii parietes. Hæc enim cauſa fuit illius ſubitæ lætitiæ, de qua cum præſentes inquirerent, hoc eis Sanctus reſponſum dedit: Mira & incomparabilis Angelicæ naturæ ſubtilitas! Ecce enim Angelus Domini pro cujuſdam miſſus depoſitione Deo chari, nos deſuper intra Eccleſiam aſpiciens & benedicens, rurſus per paroſticiam * Eccleſiæ reverſus nulla talis exitus reliquit veſtigia. Hæc Sanctus ſeipſum ſignificans dicebat: quod tamen Fratres tunc temporis ignorabant, poſtea vero ſciebant.

Angelos brevi morituro apparet.

* ſ. poſticiam.

19. Vir itaque ſanctus in fine ejuſdem hebdomadis, hoc eſt die ſabbati, miniſtro ſuo DIORMETIO clam vocato ſic præfatur: In ſacris voluminibus hæc dies ſabbatum nuncupatur quod requies interpretatur. Et vere mihi eſt hodierna dies ſabbatum, quia vitæ ultima mihi eſt, in qua poſt meorum laborum moleſtias ſabbatizo & hac ſequenti Dominica nocte patrum viam gradiar. Jam enim Chriſtus me invitat & ſic mihi ab ipſo revelatum eſt. Miniſter hinc contriſtatur, ſed a Patre conſolatur. Inde ergo Sanctus Dei egrediens & montem Monaſterio ſupereminentem aſcendens in vertice ejus paululum ſtetit, & elevatis manibus Cœnobium ſuum benedixit & de præſentibus & futuris multa prophetavit quæ poſtea eventus probavit.

Moriturus Cœnobio benedicit.

20. Poſt hæc de illo deſcendens monte & ad Monaſterium reverſus, ſedebat in cella Pſalterium ſcribens. Denique ad illum triceſimi tertii Pſalmi verſiculum perveniens, ubi ſcribitur, *Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono*, ait: Hic a me ceſſandum exiſtimo, BARTHANO quæ ſequuntur perſcribenda. Convenienter enim Sancto noviſſimus verſiculus quem ſcripſerat congruebat, cui veraciter æterna bona numquam deficient. Succeſſori vero, id eſt ſpiritualium patri filiorum, haud minus decenter ſequens convenit; *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos*. Hic enim ſicut deceſſor commendavit, non ſolum ſcribendo, ſed etiam in regimine Monaſterii laborando ſucceſſit.

Pſalmos deſcribit, moriturus.

Succeſſorem habet Barthaneum.

21. Poſt talem igitur terminatæ paginæ verſum perſcriptum ſanctam Eccleſiam ad celebrandam Dominicæ noctis Miſſam ingreditur: qua continuo conſummata ad hoſpitium revertens, in lecto pernox reſedit, ubi pro ſtramine nudam terram, pro pulvillo habebat lapidem, qui uſque hodie juxta ſepulchrum ejus, quaſi quidam titulus monumenti perdurat. Ibidem itaque reſidens noviſſima filiis verba commendabat: Inter vos, dicens, mutuam & non fictam charitatem cum pace ſemper habete: Dominus autem confortator bonorum vobis auxi-

Miſſam celebrat.

Fratribus verba facit.

Digitized by Google

victoria conceditur: ſed & de numero exercitus trecentorum & trium virorum interfectorum prophetiæ ſpiritu narravit. AN.CHR. 598

26. Poſt mortem viri Dei grandis facta eſt verno tempore ſiccitas. Fratres autem imminentem plagam pertimeſcentes, candidam tunicam beati viri, qua in hora exitus ſui indutus erat, in aere levaverunt, terque excuſſerunt, & libros manu ipſius deſcriptos legerunt. Quæ omnia sic peracta, mirum dictu! eadem die pluvia vehemens facta ſitientem terram irrigavit, lætaſque ſegetes eodem anno protulit. 9. Junii. Candida ejus veſtis.

27. Quadam etiam hora cum Sanctus Fratrum moleſtaretur conſtipatione, quidam valde deſpectus vultu & habitu puer clam retro acceſſit, ut vel illius amphibali *a* fimbriam, quo veſtiebatur, ipſo neſciente tangeret. Quod tamen Sanctum non latuit: nam poſt ſe manus extendens, cervicem pueri tenuit. Quo tremefacto ait Sanctus: Aperi os & linguam porrige. Quod puer faciens, Sanctus eum extenſa manu benedixit, & aſtantibus dixit: Hic puer nunc deſpicabilis vobis, ab hac hora prænominatus in tota Scotia erit, ſapientia, eloquentia, bonis moribus & virtutum ubertate pollebit. Quod & ita juxta Sancti ſui prophetiam Dominus complevit ad laudem & gloriam nominis ſui, cui eſt honor & gloria in ſæcula. Amen.

VITA S. EBRULFI ABBATIS BELLOVACENSIS.

CIRCA AN. 600 24. Julii.

Auctore anonymo qui poſt ſæculum IX. vixit, ut ex num. 10. colligitur.

Ex MS. codd. perantiquo V. C. CLAUDII JOLY *Canon. Pariſ.*

1. RELIGIOSORUM virorum memoria, quanto eſt meritis excelſior, tanto noſtris ſtudiis fieri debet clarior. Hinc ad exemplum bonæ operationis vitam beati EBRULFI * pro modulo noſtro breviter deſcribendam ſuſcepimus. Qui vir * S. Euroit. ſanctus genere Francorum exortus, civis BELLUACÆ *b* urbis extitiſſe memoratur. Hujus genitrix dum ſterilis eſſet, & loca Sanctorum frequentaret, jejuniis & orationibus implorans ne infecunda permaneret, ab Angelo reſponſum audivit quod filium eſſet paritura, qui tali nomine diceretur, cujus vita multis clareſceret virtutibus. Ebrulfi ſanctitas præviſa.

2. Natus autem ſecundum quod promiſſum fuerat divinitus, ætate & moribus proficiens meditabatur jam in ipſo puerili ævo, quod poſtea devotus implevit. Erat enim quamvis parvulus ad obediendum promptus, ad vitia calcanda maturus: ita ut in ipſo juvenili tirocinio ſenectutis eſſet exemplum. Non oculum voluptati, non aurem ludibrio, non animum commodans levitati, ſemper ſe regebat anchora gravitatis. Qui inter ipſa novellæ juventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut parentes ad quorum deſiderium ſolet infantia feſtinanter recurrere, pro charitate Chriſti voluntarie relinqueret, ut velut hoſtes animæ carnales affectus evitaret: credens ſibi ſufficere, ſi omnem dilectionem in ſolo cœleſti deſiderio collocaret. Nec multo poſt tempore cuidam ſervo Dei ſe tradidit erudiendum, & quidquid ab eo vel ab aliis prudentibus aure capiebat, optimo corde retinebat. Erat namque affabilis omnibus, aſpecto decorus, ſermone præclarus, corpore elegans, nullo momento ſectans otia, ſed aut legens aut meditans, aut manibus operans quæ utilia ſunt animæ. Divinis autem ſcripturis ſemper intentus, jejunio corpus affligebat, & ſemel in die ad veſperam ſumebat cibum. Pueri mores. Ex Fortunato in Vita S. Albini. Educatio. Jejunia.

3. Poſt aliquantum tempus Monaſticæ converſationis habitum ſuſcepit, conſtructoque ſibi Oratorio in eo loco qui poſtmodum a poſteris ORATORII *c* appellatione deſignatus eſt, eo quod plures orationis domos haberet, ſine intermiſſione ibi Domino famulabatur. Cumque ejus ſanctitatis fama crebreſceret, a Belvacenſi Epiſcopo accerſitus, ad Diaconii gradum provehitur, valde reſiſtens & indignum ſe proclamans. Fiebat denique ad eum Religioſorum concurſus & ægritudine laborantium, quibus invocato Chriſti nomine, ſalutis remedium conferebat. Longum eſt ire per ſingula, quanta ſancti viri miracula claruerunt: ſed tamen e plurimis pauca referamus ut ex his cetera intelligantur. Fit Monachus. Diaconus.

4. Cum ei quadam die mulier oculorum privata lumine oblata fuiſſet, protinus eam ſigno Crucis

a Amphibalum, veſtis laxæ genus corpus undique ambiens, in lib. 2. Dial. Severi Sulpitii de Vita S. Martini cap. 1. *Sanctus paupere non vidente intra amphibalum ſibi tunicam latenter educit*, &c.

b Belloacum ſeu Belluvacum, *Beauvais*, urbs Epiſcopalis Belgicæ ſecundæ in Picardia.

c Oratorium, *Oroer*, duobus milliaribus a Belluvaco diſtans, ſanctæ Angadriſmæ receſſu poſtea illuſtratum eſt, ut infra legemus. At Cœnobio a Normannis everſo Nicolaus Papa I. redditus ejuſdem Abbatiæ aſſignavit Eccleſiæ primariæ S. Petri Bellovacenſis anno 863. quo ex tempore Oratorium in vicum redactum eſt, etſi Pontifex hanc legem Epiſcopo Bellovacenſi impoſuiſſet, ut Cœnobium quantocius reſtitueretur. Videndus Louvetus in Hiſtoriæ Bellovacenſis lib. 3. cap. 3.

AN.CHR. 600 25. Julii.

Crucis edito illuminavit. Alios quoque cæcos, leproſos, a dæmone obſeſſus & diverſis infirmitatibus detentos curabat. Evocatus denuo a Præſule licet invitus ad Presbyteratum ſublimatur, & ad offerendum frequens ac devotus ſacrificium ſtudioſe injunctum exſequebatur officium. Erat quidam nobilis homo captus a dæmonibus, qui ſamulorum ac parentum comitatu uſque ad eum perducitur: quem cum vir ſanctus intuitus fuiſſet, objecto Crucis ſignaculo dæmonia per hominis poſteriora turpiter exire compulit, & hominem liberavit. His operibus, cum longe, lateque divulgaretur, etiam Regi & ceteris Principibus valde complacuit: quia nonnulli ex Palatinis ſalutem per eum ſuerant conſecuti.

Infirmos curat. Sacerdotio initiatur.

5. Quadam vero nocte dum in ſtrato ſuo quieſceret, ecce apparuit ei quaſi grex ovium deſolatus, & quoniam Paſtorem non habebat, huc illucque diſperſus. Dictumque eſt ad eum: Homo Dei, cur gregem iſtum errare pateris? Continuo expergefactus, paulo poſt didicit quid viſio iſta portenderet. Nam ſuaſu FREDEGUNDIS Reginæ quæ illum maxime venerabatur, palatii proceres hunc Dei famulum Monachis Patre ſuo deſtitutis Abbatem præficere decreverunt in ſuburbanis Ambianenſium *a*, ubi Fuſcianus & Victoricus glorioſo certaverunt martyrio. Miſſis itaque qui eum exhiberent, violenter potius quam ſua ſponte ad id loci deductus paſtoralem ſuſcepit curam, maximo confectus tædio quod locum ſuiſſet coactus deſerere, ubi quietus vixerat multo tempore. Ordinatis igitur in Cœnobio quæ Fratrum vitæ & uſibus competebant, adeo ſe in humilitate proſtravit, ut omnium ſe minorem gereret, & miniſteria infimis & villioribus perſonis deputata læto vultu & animo ipſe ſubiret Dominicum memorans præceptum: *Quicumque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſervus.*

Abbas S. Fuſciano a Fredegunde imponitur.

Matth. 20. 44.

6. Aliquando cum Fratribus deambulans pro conſuetudine ſua quædam de Scripturis tractabat; cum ecce vir nomine DARIUS quem & cæcitas & ſerpens antiquus oppreſſerat, repentino impetu ſe ingerit, & audito Domini Sacerdote cœpit dentibus frendere & immanem rugitum emittere. Tunc vir Dei miſericordia motus hanc protulit orationem: Domine JESU-CHRISTE, lumen æternum cui omne genu flectitur, qui per Crucis patibulum humani generis inimicum ſuperaſti, hujus miſeri tenebras diſſipa, & qui in eo latet prædonem tuæ virtutis imperio miſeratus effuga. His dictis cæcus viſum recepit, & malignus ſpiritus evanuit.

Cæco lumen reſtituit.

7. Neque illud reticendum putamus, quod ei beatus Martyr revelaverit LUCIANUS ut MAXIMIANUM * collegam ſuum adhuc ubi martyrizatus fuerat jacentem ſqualidum inquireret, & inventum cum eo ſepeliret. Qui oratione facta cum Fratribus venit ad locum, & effoſſa terra apertoque ſepulchro divinum ſenſit odorem, & ſicut ei juſſum fuerat ſepelivit beatum Martyrem: ubi & plerique ſuerunt infirmi quos Dominus variis ſanavit languoribus.

* lege Maxianum.

Corpus S. Maxiani honorifice levat.

8. Præterea quidam latrocinia exercens putavit in ejus Cella plurimam haberi pecuniam, & nocte ſilenter ingreſſus tulit omnia quæ reperit. Ortu mane cum hoc Fratres cognoviſſent, Dei famulo mœſti nuntiaverunt. Quod ille audiens noluit contriſtari, ſed conſolabatur eos Dominicam objiciens ſententiam qua præcepit orandum pro inimicis. Poſt aliqua momenta invaſus fur a dæmonio retulit quod aſportaverat: ſed vir Domini injuriæ immemor Deo gratias egit, & orando dæmonium expulit. Rurſus dum orationis gratia (ut plerumque ſolebat) ad limina ſancti Martini Turonis proficiſceretur, in itinere alius ei producitur energumenus quem mora ſolito orationis medicamento curavit.

Furem a dæmone vexatum liberat.

9. Poſthæc Venerabilis Pater cum jam plenus dierum præſentis vitæ finem imminere ſibi ſentiret, advocatis Fratribus denuntiat ſe in proximo ad aliam vitam migraturum. Omnes pariter repentinus dolor invaſit, & pro tanti Paſtoris diſceſſu immoderato mœrore afficiuntur. Igitur cum per aliquot dies vocationem ſuam ſollicitus expectaſſet, ultima die diſcipulis aſſiſtentibus conſortatus & gaudens in Domino inter verba orationis carne ſolutus eſt. Cujus obitum tam mirificus odor inſecutus eſt, ut ex ejus corpore aromatum fragrantia ſentiretur exhalare. Deceſſit autem 8. Kalendas Auguſti, & ut tantum Patrem decebat honorabiliter ſepulturæ mandatus eſt in territorio Belvacenſium in Oratorio in quo prius habitaverat, quod ab ipſo poſtea denominatum eſt.

Moritur.

Sepelitur apud Oratorium.

10. Inde transactis aliquot annis matrona quædam nomine TAULANA nobilis & religioſa, eminentiore ſtructura & pretioſo cultu ſepulchrum ejus adornavit. Vir quoque illuſtris & ſapiens CHRODOBERTUS *b* Pariſiorum Epiſcopus quoniam ipſi loco maximam impendebat reverentiam, ibi Domino Templum ædificavit, ubi & alia diverſis Sanctorum dicata nominibus ædificia conſtructa ſunt. Unde locus idem, ut ſupra diximus, ORATORII nomen ſortitus eſt.

Plures Eccleſiæ ibidem eriguntur.

11. Beata denique ANGADRISMA *c* virgo & Abbatiſſa ibidem cum ſanctis Virginibus & viduis religioſis ſancta converſatione vixit & vitæ ſuæ felix propoſitum conſummavit. Cujus tempore accidit ut Templum B. MARIAE ſemper Virginis incendio cremaretur. Et dum ad cetera comburendum Monaſteria ignis vehementiſſimus evolveretur, ſancta Virgo ne-

Andagriſma Abbatiſſa.

---

a Hoc S. Fuſciani Monaſterium de Nemore, vulgo *S. Fuſcien aux bois* appellatum, a Godefrido Ambianenſi Epiſcopo ſæculo undecimo reſtitutum, duabus leucis a præfata civitate cis Suminam fluvium etiamnum exſtat.

b Memoratur Chrodobertus in Vita S. Bathildis, eique S. Audoenus B. Eligii vitam a ſe ſcriptam dedicavit circa ann. 660.

c De S. Angadriſma agemus proximo ſæculo.

neceſſitate compulſa corpus beati Confeſſoris aperto ſepulchro contra ignem ejecit, & ſic flamma incendii in ſeipſam reflexa ulterius tranſire nequivit. Quo peracto ſacra membra linteaminibus mundis & veſtibus ſericis involuta cum aromatibus iterum diligentiſſime clauſerunt. Sed cum peccatis inhabitantium exigentibus Gentilium incurſione locus ille vaſtaretur, cum honore debito oſſa ejus Belloacum tranſlata ſunt *a*, & in Baſilica B. Petri venerabiliter collocata. Ad cujus tumbam ſi quis petenda poſtulans fideliter oraverit, indubitanter deſiderata conſequetur per Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

CIRCA AN. 600 25. Julii.

Oppoſitis Ebrulfi Reliquiis incendium reſtinguit.

Tranſlatio S. Ebrulfi.

VITA S. SINDULFI CONFESSORIS.

CIRCA AN. 600 20. Octobr.

Auctore Almanno Monacho Altovillarenſi qui nono ſæculo floruit.

Ex MSS. codd. Monaſt. S. Theoderici Remenſis & Altovillar.

1. POSTQUAM Dei vivi filius pro ſalute noſtra humanatus terras corporea præſentia illuſtrare eſt dignatus, & homo qui mortis erat ſtipendiarius, ſua paſſione eſt redemptus & reſurrectione ſolidatus; tantus Sanctorum ſurrexit chorus, ut ſicut cœlum ornatur ſideribus, ita Sanctis decoraretur hic mundus, & ubique Domini declararetur virtus. Cum ergo Religio Chriſtiana per mundi floreret climata, & multi honeſtam ducerent vitam, Dei favente gratia fuit tunc inclytus vir in vita ſua valde venerabilis, juſtus, bonus, placens Deo, parentibus Chriſtianis progenitus nomine SINDULFUS. Quem bonorum omnium dator, qui ſponte Juſtos diligit omnique bonæ animæ virtutem tribuit benignitate ſua, ſic in bonum provexit, ut orthodoxæ fidei anchoram in ſacro pectore gerens & vitam cœlibem ducens, tantam mente geſtaret religionem, tantam moribus prætenderet ſanctitatem, ut viris religioſiſſimis de quibus magnæ referuntur virtutes, per omnia putaretur æqualis. Nam ſicut pulchra roſa, vel ſpecioſiſſimum lilium, aut ſtella clariſſima, luciſve columna; ſic iſte meritis inter virtutum viros ſuo tempore reluxit.

Sindulfus magnis viris æqualis.

2. Fuit enim beatiſſimus Dei Sacerdos SINDULFUS hilaris mente, vultu clarus, moribus manſuetus, dives bonorum opibus. Quæ prima erat virtutum hunc accinxit charitas, proximaque luce vernans in gloriam exaltavit humilitas, ac vinculum totius perfectionis modeſtiſſima exornavit caſtitas. Studebat omne opus laude dignum implere, juſtitiam colere, Deum ſuper omnia amare, mente ſancta cœleſtia cogitare. Erat miſerorum conſolator, pauperum recreator, pietatis conſervator. Crevit in Eccleſiaſticis gradibus quouſque fieret æterno Deo Sacerdos dilectiſſimus. Qui ob amorem cœleſtis regni cervicibus ſuis leve jugum impoſuit Chriſti. Cumque quotidie ſtuderet vir fieri perfectus, exemplum ſequens beati Abrahæ Patriarchæ, relicto genitali ſolo cunctiſque quibus delectantur ſæculi amatores, paupertatem Chriſti ſuper divitias ambiens & pro amore ipſius peregrinationem expetens, Angeli * referens inſtar, tempore BRUNECHILDIS Reginæ Francorum ex Aquitaniæ partibus unde erat oriundus, Dei, ut patet, diſpoſitione placidis ſe paſſibus in hujus Remenſis Civitatis contulit regionem. Quem Chriſtus tanta gratia proſecutus eſt, & ſic venit ſpiritualibus delibutus unguentis & redolenti virtutum fragrantia inſpirans, ut poſſet dicere cum Apoſtolo: *Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco*. Et quia ex totis præcordiis ſuis ſummopere Chriſtum dilexit, nomen ejus ſanctum invocavit, & ipſe in miſericordia ſua omnes vias ejus ad juſtitiam dirigebat, ſanctique Angeli ejus almum Sacerdotem ſuum ubique cuſtodiebant.

Sacerdos fuit.

Ejus virtutes.

* l. Angelo referante iter.

Ex Aquitania venit in Campaniam.

2. Cor. 14. 15.

3. Hic ergo cellam conſtituens in vico qui vocatur Alſonſia *b* accinctus robore ſanctæ virtutis athleta Dei anachoreticam vitam exſecutus eſt. Nam in ea clauſus & Deo magis quam hominibus cupiens eſſe notus, macerabat jejuniis corpus, & tanta inedia caſtigabat, ut parco cibo vix oſſa refoveret. Eſca erat ei interdum, etiam poſt ſolis occaſum, panis ſiccus & potus aqua, & ſic per plurimum tempus hoc arido carnem domans inſtituto, velut quamdam pœnitentiam Deo devotus exhibebat. In orationibus vero, pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus omne illi tempus expendebatur. In talibus actibus & in Deo ſuo, qui fons bonorum eſt, gaudebat: & ita vixit ſobrie, ut imitatoria converſationis Chriſti exempla niteretur exprimere. Quem inimicus humani generis callide, aſtuteque dæmoniacis phantaſiis, doliſque & multis argumentis appetiit: ſed Chriſti virtus divino intuitu Sanctum ſuum reſpiciens, cujus cenſura ſemper prava coercet, vires adverſariæ poteſtatis inſurgentis alliſit, ejuſque tyrannicam inſaniam contrivit. Nam quoties diabolicus ſpiritus Sacerdotem Dei tentare nitebatur; toties ars ejus maligna & doloſitas verſuta ſancto viro contemnebatur. Chriſti enim victoria fretus cernebat diabolum pavidum, nec culicis vel formicæ virtutem haben-

Anachoreſin cum magna maceratione ſectatur.

Tentationes vincit.

a Hæc Tranſlatio contigit circa annum 850. Normannis Galliam infeſtantibus.
b Alſoncia, *Auſſonce*, vicus a Durocorto Remorum quatuor leucis ſepoſitus ad plagam Orientalem.

CIRCA AN. 600 20. Octob. habentem, ſed ſicut invalidum vermiculum vix repentem. Terebat quoque caput impii vermis, vel ſi quando fortior fiebat, cervicem peſſimi premebat ſerpentis, nec ſuggeſtionibus illius aſſenſum præbebat, ſed erigentem ſe ſive comprimentem æqua lance penſabat. Tandem agonithetæ ſui Dominus miſertus, qui pedes Sancti ſui ſervavit, & in gloriæ magnitudinem illum exaltavit in ſpiritu furoris ſui inimicum abſtulit, ac tela ejus in quibus confidebat confregit. Conſolatus eſt quoque Dominus ſervum ſuum, & dedit ei gaudium & lætitiam & pacem cunctis diebus ſuis.

Virtutibus ſuis homines ad ſe trahit. 4. Et quoniam licet quis velit bona ſua abſcondi, a lumine in quo fiunt manifeſtantur; ſic iſdem vir Dei beatus SINDULFUS quamvis ſe tali clauſuræ manciparit & Deo ſervire ſecrete in abdito cellulæ delegerit; tamen ab eo qui opera ejus vidit, in exemplum ſanctæ converſationis multis manifeſtatus eſt. Placuit enim Deo vita ejus: memoriam ejus inter homines conſtituit. Cognoſcentes namque populi Dei Sacerdotis ſanctitatem & magnam gratiam, diligebant ſervum Chriſti, & jocundam glorioſamque faciem ejus ardenter videre feſtinabant, Deum magnificantes & ipſi gratias agentes. Ita enim pacificum vultum habuit, & magnæ cujuſdam gloriæ faciem, tantæque os lætitiæ, ut quiſquis Sanctum virum videre mereretur, exſors mœſtitiæ omnis redderetur. Lucebat enim in eo juſtitia, ſanctimonia, benignitas virtutum cumulus omniſque bonitatis ſpeculum erat. Cernebant in terreno vaſculo theſaurum Dei & hominem Angelum factum videbant. Tantus autem odor ſanctitatis ejus ad omnes pervenit, & ſic de ſanctiſſimis factis opinio crevit, ut fama bonæ actionis procul motus cunctos deſiderio ſui plurimum accenderet, veniebantque ad eum & honorem ei deferentes exoſculabantur manus ejus & genua ejus, & Deicolam amantiſſimumque patrem vocabant.

Eis verbum Dei prædicat. 5. Erat autem ſermo Sancti viri ad omnes de Prophetis & Apoſtolis & Evangelio Chriſti. Nam datum erat ei donum intelligentiæ ab Altiſſimo, & ita eum ſcientiarum Dominus inſtruxit, ut eum in edito ſapientiæ ſolio collocaret, & divina illuminatione illuſtratus, quæ erant utilia & quæ cunctis proficua prædicaret, multoſque admonitione ſancta ad Dei gratiam perduceret. Sic eſt virtus tua Domine hoc opus tuum quod operaris in Sanctis ſuis. Hæc omnia efficaciſſima pietas tua facit, qui ſolus mirabilia magna facis. Per te bene operantur ſervi tui, per te hic pater noſter beatus SINDULFUS cœleſtem in terris converſationem agebat & ſpirituali agone diabolum vincebat: per te etiam divini verbi ſemine multos ad æternam ſalutem erudiebat.

Ejus virum ſpecialis, terrenorum contemptus & cœleſtium aviditas. 6. Quod vero memorabile erat in ſancto viro ſilentio ſuperſedendum minime cenſeo. Plurimi Sanctorum diverſam Dei gratiam in vita ſua aſſecuti leguntur, & ſic ut hic fide emineret, ſpe alter præpolleret, alius charitate præcelleret, iſte quoque humilitatem maxime coleret, ille pietatem nutriret, quidam continentia vel caſtitate fulgeret, ceteriſque virtutibus diverſi tamquam felici dote bonorum in magna venuſtate niteſcerent. Ex quibus quaſi quibuſdam multi generis lapidibus muri cœleſtis Jeruſalem conſtruuntur, aut velut ex variis pulcherrimæ ſupernæ patriæ coronæ texuntur. Hic autem prænobilis Dei ſignifer & inclitus princeps beatiſſimus SINDULFUS, ita in qualibet virtute perfectus erat, ut nullam bonarum rerum poſſeſſionem ſibi vendicaret, & quid in eo magis laudari poſſet perpenſus cenſor via neſciret. Ut Creatoris ſui oculis complaceret, hoc erat ejus labor, hic cardo totius deſiderii, ut dum volubili ſole frueretur & reciprocum flatum traheret, ſpiritu & mente in ſervitio Dei ſolida perſiſteret. Inſtanter itaque gemma Dei & margarita pretioſiſſima ſanctus Sindulſus multis annis cum devotione omnipotenti Deo famulatum impendens magnum quoddam cœleſtis ſideris exemplar erat, & meritorum multiplicitate lucens, divina promiſſa & æternitatis bravium a perenni Rege expectabat. Concupiſcebat eum qui formoſiſſimus eſt, ut norunt beati oculi Sanctorum, ſed Deus ad hoc deſiderium ejus differebat, ut dilatione auctum dignum præmii reciperet fructum.

Pro omnibus orat. 7. Sciens vero quia qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit, Dei cultus conſervator idoneus extitit, & thronum pietatis ejus humili contritoque corde pro ſe & pro cunctis aſſidue adiit. Orabat enim ſanctus vir non ſolum pro ſe, ſed pro omnium ſalute fidelium: obſecrantique ei crebro patuit janua largiſſimæ miſerationis Dei. Numquam digniſſima mens ejus cœlo aberat, ſed jugiter patulo hiatu mentis Deum ſitiebat: quem in corde hauriens, & plenum pectus ſanctitate gerens totis viſceribus ſpirituali lætitia refluebat. Et quia beatus & ſanctus Sacerdos animæ meritum clarum valde ſciebat apud Deum, hanc probitatis lumine & cunctis virtutum monilibus exornare contenderat. Quod ut poſſet, & ipſi collatum eſt munere divino, ſcilicet ut mereretur effici civis cœli, & aſcribi caſtris Regis æterni.

Senex vincit fervore juvenes. 8. Cum vero jam beatiſſimus Chriſti Sacerdos SINDULFUS ævo eſſet maturus & plenis annis præditus, tantus illi inerat fervor, ut quando ſe remiſſius agunt, hic beatus vir amplius pro cœleſtibus laboraret. Ergo omni ſtudio & feſtinantia ad montem ſupernæ hereditatis recto calle properabat, & licet ætate defectus eſſet, amor vires reddebat. Certabat etiam in Chriſti militia tirones ſuperare; nec onus Chriſti ſibi ſuave volebat aliquando deponere. Dum laboribus darent tempus dies, optabat in lacrymis ſeminare, ut poſt ſemper in gaudio meteret. Hunc pulchrum vitæ ſtatum charo ſibi devinxit amore, & ſemper hic concupivit cernere, & Deus cordis ejus inſpector voluntatem illius dignatus eſt adjuvare, apud quem numquam ingrata eſt ſervitus: atque ita miris modis ejus gratia dives, ut quod ſimpliciter

reci-

recipiat, centuplicato fenore rependat, a quo tanta gloria mentis acquiritur; quanta nullo modo concipitur. Quam videre tanti eſt honoris inſtar ut eum beatus vir mutuare non ſperet cum rebus quas totus mundus poſſidet, & ita feliciter exaltetur, ut vertice ſideribus inferatur. Ubi in amicitia Dei decoratus non fidei ſuæ pignore fraudabitur, ſed etiam pluſquam ſpe præſumeret accipere merebitur. Hic illa ſublimia munera inveniet, quibus gaudent omnes qui ea adepti fuerint; ubi fas eſt parvis magna ſperare, & vilibus pretioſiſſima commutare: ubi tanto qui meritus fuerit ditabitur honore, ut auctor illius non alius quam Deus poſſit æſtimari: ubi qui hic pro eo cum vili veſte proceſſerit, auratis illam veſtibus mutabit. O beatiſſime Pater Sindulfe talia membra tua decent geſtamina, quæ hic pro Deo non recuſabant eſſe vilibus induta. O felix qui his te dignus ingeſſiſti, o miles beate qui te talibus contuliſti.

CIRCA AN. 600

20. Octobr.

Dei liberalitas in gloria erga electos.

9. Beatus igitur vir SINDULFUS poſt diuturnam terreni incolatus peregrinationem, in qua Chriſtum elegit, rebus omnibus præpoſuit, & illi indefeſſe ſervire ſtuduit, tandem quod optavit invenit, ut hinc ſancta illius anima ab Angelis in ſinum Abrahæ portaretur, & Deo arctius jungeretur. Reliquit terreſtrem tunicam, & indutus eſt ſtola gloriæ; reliquit parietes luteos, & æthereum domum & communem Sanctorum promeruit patriam perpetuo ſemper ſole fulgentem, ubi ſincerum ſemper diem videt, ubi inæſtimabilis lux auratum jubar jacit, ubi cœleſti ornatu mentem juvat, delectatque videre Senatores cœli coronis redimitos aureis, & palatia caetructa gemmis, lacteiſque baſibus & niveis ſubnixa columnis. Proſpicit nunc omne candidum, omne conſpicuum, ſub pedibuſque videt ſidera, & cum grege candido ſequitur agnum quocumque ierit. O beate Pater Sindulfe etſi in terris quondam natus fuerar, cœlo genitus extitiſti. O beata anima cujus gloria Dei eſt, magna tibi data præmia confido, & dari meruiſſe approbo: quæ ſiva tibi manent in æternum, & prius gloria natis hominum auferetur, quam tua præmia minuantur. Quid abeſt tuæ animæ quæ tantum habet bonum in regione Juſtorum? Primum locus amœniſſimus placet, & cum perpetuitate creſcit amor illius. Obtinuiſti, ut vere fateor, honores quibus divitiæ nullæ præferuntur, immo nec aliquatenus eis coæquantur. Deinde Regem tuum quem ſemper deſideraſti, Angeloſque & Sanctos ejus felicibus oculis cernis, de quibus dicere omne ingenium deficit, & lætitiæ cantica audis, & perennibus gaudiis ſine fine perfrueris. Quapropter multarum miſeriarum memor ora pro nobis Sacerdos beatiſſime, quatenus piis precibus tuis fideliter vivere, & cum Chriſto ſemper eſſe mereamur.

Sindulfi obitus.

10. Beatiſſimus denique Sacerdos Dei SINDULFUS poſt tranſitum ejus ſepultus eſt honorifice in Eccleſia prædicti vici, ubi cellam ſibi fundaverat, Angelis & Sanctis gaudentibus & Deo laudes canentibus, hominibus quoque piis de obitu ejus flentibus & de meritis exultantibus. Scriptumque eſt Epitaphium hujuſcemodi ſuper tumbam ejus.

Sepultura & epitaphium.

SINDULFI merito recubant hic membra sereni,
Hic Cella clauſus velut in Eremo bene vixit.
Adgaudens huc progenies Aquitanica vertit,
Tunc regionis erat Regina hujus BRUNECHILDES,
Sublimiſque chorus refuga labente relucet.
Tripudians exſtet, ſeu miſſi, Pontificeſque,
Carmen virgineus cœtus canat Omnipotenti.
Interea gaudet chorus, emicat & polus omnis.

Tranſiit autem beatus Confeſſor Chriſti & Sacerdos SINDULFUS ad Dominum & ad felicitatem perpetuam tertiodecimo Kalend. Novembris. Qui in gymnaſio contemptus mundi ſpiritualiter agonizans, volubilem ſolem vertit in uſum, ac perfecte præſens ævum deſpiciens, ex toto corde ſecutus eſt Chriſtum. Cujus converſatio virtutibus & miraculis coruſcans cœlibem declarat eum vitam duxiſſe, quique duplicem terram efficaciter fugiens atque ab ea exiens cum Patriarchis in lacrymis ſeminans, fructumque ſanctæ converſationis relinquens, cum Apoſtolis ſeipſum pro Chriſto mactans, cum Martyribus utraſque manus de ſalo hujus peregrinationis protendens ad litus, cum Confeſſoribus digitos ſuos implens myrrha probatiſſima, cum Virginibus animæ ſuæ Sponſo reſpondit cantico novo, quouſque illi occurreret ſuper montes aromatum ſimilis capreæ & hinnulo cervorum.

Dies obitus.

Quomodo omnes Sanctos ſit imitatus.

MONITUM.

De S. Sindulfi Reliquiarum Translatione agendum Sæculo 4. Benedictino; Eræ Chriſtianæ Sæculo 9. quando ejus corpus ex ſepulturæ loco in Altumvillare Monaſterium diœc. Remenſ. Ord. S. Bened. delatum eſt.

VITA

CIRCA AN. 600

24. Octob.

* Sic MSS. non Vertavenſis.

VITA S. MARTINI ABBATIS VERTAVENSIS * IN ARMORICA.

Ex MSS. codd. Monaſt. Compendienſis & Vertavenſis.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Habes hic duplicem S. Martini Vertavenſis Abbatis vitam cum libro Miraculorum, quem ab Vita ſecunda Scriptore (prima enim paullo antiquior videtur) exaratam merito ſuſpicari licet. Nam num. 9. hæc verba leguntur: Jam diximus qualiter ad ejus commotionem Herbadilla ſit obruta; *quæ res non in libro Mirac. ſed in Vita deſcribitur. At vero Miraculorum Scriptor paullo poſt Normannorum tempeſtatem ſe vixiſſe ſatis demonſtrat, dum num. 8.* ARNULFUM *quemdam, cui utraque manus a Normannis præciſa fuerat, ſibi notum teſtatur. Porro idem auctor S. Martini miracula* a venerabili SAGUINO Archidiacono partim deſcripta *fuiſſe aſſerit num.* 4. ex quibus, *inquit*, pauca hic inſerimus.

1. PRÆCLARA cœli luminaria dudum per orbis refulſere climata; quorum exempla adhuc velut ætherea in univerſo mundo reſplendent ſidera, Sanctorum ſcilicet Martyrum, ac ſapientiſſimorum Præſulum, qui ſeipſos Deo devotam offerentes hoſtiam, eximiis almam decoraverunt virtutibus Eccleſiam, quam & verbo prædicationis, & exemplo ſanctæ operationis regere, dum præſentes mundo aderant; & adhuc regere non deſiſtunt, dum virtutibus ornant, precibus adjuvant, & exemplis illuminant. Ex quorum numero vir inſignis MARTINUS Vertavenſis Abbas *a*, & in vita ſua ſapientiæ virtutiſque fulſit honore ſplendidus, & poſt carnei ergaſtuli exitum præcelſis radiat magnalibus.

Martinus Namnetenſis.

2. Hic civis Namneticenſis alto parentum claruit ſanguine, ſed clarior divinæ floruit virtute ſanctitatis, ac ſapientiæ; qui dum liberalibus imbuendos ſtudiis, litteratoria decertaret exercitia, coævos probatur almæ præiſſe ſophiæ præeminentia: cujus exercitatus artibus, quam ſanctus, quam induſtrius, quam virtutum culmine viguit eximius, noſter (ut ita dicam) ſermo explicare minime prævalet. Quibus niſus alta conſcendere gradibus, Eccleſiaſticæ quoque militiæ ordinibus adſciſcitur, Leviteſque ſacratus, ſacris Deo digne aris ſollicitus famulatur, ſuoque Pontifici decenter obtemperans, pietatis favore ſociatur: cujus etiam hortatu, quæ ſitienter exhauſerat, divinæ ſapientiæ paſſim mittebat flumina, & verbi Dei agris cordium raſpergebat ſemina. Sapientibus & inſipientibus, juxta B. Pauli documenta ſe debitorem eſſe cognoſcens, tam doctos decorabat celſis monitis, quam & indoctos apertis inſtruebat præceptis, quoſdam roborando ad virtutum provocans culmina, quoſdam deterrendo a pravitatis retrahens nequitia.

Fit Diaconus & concionator.

3. His & hujuſcemodi ſtudiis idoneus prædicator approbatus, ad convertendam cujuſdam urbis plebem, a B. FELICE *b*, qui tunc Cathedram Eccleſiæ Namnetenſis poſſidebat, & ejus Pontifex exiſtebat, dirigitur: quæ urbs Herbadilla *c* ab incolis dicta, Ligerinis ſeu marinis mercibus referta, rerum opulentarum renitebat copiis, ſeu idolorum multiplicibus ſordebat ſpurcitiis, ditiorem ſe putans excellere, quæ tam multo deceptionis involvebatur errore. Quorum prædictus Præſul miſeratus ignorantiam, MARTINUM ad inſinuandam illius lucis delegat veritatem. Quam urbem vir beatus ingrediens, doctrinis ſalutaribus inſtat fervidus, palam cœleſtis regni credentibus gaudia pollicens, & horrendas gehennæ pœnas infidelibus denuncians, de portentis quoque deorum multa diſputans, quam vana, quam eſſent inutilia diſſerebat: unde erroris ſui mundo adhuc rudi laqueos inferri cœperint ex antiquorum teſtimoniis proferebat, & quod cultoribus ſuis numquam profuiſſent, exemplis manifeſtiſſime depromebat: Divinitatem in cœlis manere, his vero vanis figmentis nullam ineſſe divinitatem edocebat. Hæc autem vana ſpernere, hæc deſerere, hæc penitus ut ſtercora abjicere, eſt ſolum Deum cœli, terræ mariſque factorem benedicere. Hunc eos veraciter adorare mone-

Infidelibus Chriſtum prædicat.

a Non confundendus cum Martino Santonenſi Abbate, de quo Gregorius Turon. de Gl. Conf. cap. 57. neque cum Martino Maſſico, cujus geſta nos ſupra ex Gregorio M. lib. 3. Dial. cap. 18. retulimus, ut quoſdam nominum communio fefellit.

b Felix Epiſc. Namnetenſis in Armorica ſæpius a Venantio Fortunato commendatur, præcipue in lib. 3. Carm. 2. & ſeq. Præfuit Sedi Namnetenſi ab anno Chriſti 550. ad 583. ſiquidem ex Gregorio Toron. in lib. 6. cap. 15. anno Epiſcopatus ſui 33. ætatis 70. Childeberti ſecundi 7. mortem obiit, poſtquam Conciliis Pariſ. 3. & 4. & Turon. ſubſcripſerat.

c Urbs iſta diruto a Julio Cæſare Namnetum opido non procul a Ligeri ad Boloniam fluvium a Namnetibus palabundis conſtructa, dicta eſt Herbadilla, vulgo *Herbauges*, ob paludoſas herbas quibus locus ille abundabat. Eadem vero civitas ob deſpectas Martini Vertavenſis (uti hic dicimus) conciones terræ hiatu abſorpta in magnum converſa eſt lacum, Grandis loci nomine ob id appellatum, vernacule *Grandlieu*, teſte Alberto de Monte-relaxo in hujus S. Martini vita. Certe ne quis hoc prodigium in fabulis habeat, ex ipſo lacu in duo fere milliaria porrecto veterum ædificiorum rudera, tigna, variaque ſupellex etiamnum extrahi ab incolis feruntur.

CIRCA AN. 600

monebat, qui genus humanum in principio ad ſuæ ſimilitudinis honorem condidit, & fraude diaboli deceptum a poteſtate ſævi perſuaſoris eripuit.

24. Octob.

4. Hanc cœleſtem beati viri doctrinam plebs veſana deſpiciens, & cachinnis inſani pectoris exprobrans, dum vitæ ſtudet irridere lumina, æternæ mortis & inſtantis periculi ſibi aperuit limina. Quod B. Martinus alto contemplatus ſpiritu, dum vulgi debacchantis increpat facinora, nec tam proficere ſalutari prævalet doctrina, cœleſtem percipit admonitionem, quo perituram flagitioſæ gentis quantocius exeat urbem. Cujus ille periculum imminere proſpiciens & ſupplicium condolens, ſuum quem ſolum ad hoc exhortari prævaluit hoſpitem, juncta jugali, commonendo tandem educens, urbem egredi compulit; præceptum ingerens, quondam datum ſimile, ne ſcilicet ſæva fugientes diſcrimina, ad perditionem perfidis illatam erronea retorquerent lumina. Ipſe vero ab indurata recedens plebe Dominum fertur invocaſſe, ut ipſe perfidiæ vindex & hujus urbis judex exiſteret quæ monita ſalutis & verba vitæ ſuperba repuliſſet. Mirum in modum dicta vatis cum juſto Judice concordantis cœleſtia arma inſequuntur ultionem, terraque ſubſidens rimis fatiſcit paulis, & mare pereuntia abſorbet mœnia procellis. Ad cujus diræ multitudinis pereuntium ſonitum, comes mulier attonita & muliebri uſa levitate, vultum indirectum continere non valuit, reflectenſque faciem, ut quondam illa uxor Angelorum hoſpitis, ad pœnam converſa ſuam durum fertur diriguiſſe in lapidem, interiitque cum perfidis quæ non ſtuduit cum fidelibus rectitudinem tramitis.

Eorum ruinam prævidens recedit.

5. Sanctus ergo vir Martinus hæc cernens, & tantarum animarum perniciem ingemens auctoremque mortis eorum ſe memorans, lacrymarum ſemet cœpit abluere fluctibus; fleno ſe deſtinans animo fletibus, ſeſeque tradens luctibus, ſæculum penitus deliberans relinquere, nec jam deinceps ad cujuslibet dignitatis apicem redire. Calcans itaque celſa mundi cacumina, arcti callis cœli celſa petentis aggreditur ardua: terrenaque deſpiciens, ſolum cœleſtia quærens, ad cæteras & ſibi incognitas regiones properare feſtinat ac provincias: demum iter nimis laborioſum ſibi aſſumit. Hic titulo inſignis reverentiæ quidem Martinus, virtutum meritis perſpicuus ac nobilis, univerſam Europam in peregrinationis mercede confecit. Hic in montium ſpecubus latitans, gelu frigoreque carnem ſui corporis domans, ſpirituique ſubjiciendo eam labra pallida geſtans, illic vero diverſarum loca (ut præfati ſumus) regionum Sanctorum peragrans; iſtic autem diverſi operis effectum, ſcilicet pontes ſupra rapidiſſima flumina (quæ uſque hodie veram eſſe noſtram confirmant aſſertionem, & ita adhuc in ſua permanent ſoliditate ut fuerant,) adeo mirabiles, ut omne artificium humanum tranſcendant. Fontes etiam ſplendidiſſimi ejus per orationem de arvis producti, non ſolum cultis in locis, ſed etiam incultis, in ſola baculi ipſius fixione vivaciſſime emanant, uſque in præſens lenes dulciſſimis & criſpantibus aquis uberrimi.

Peregrinari ſtatuit.

Multis prodeſt.

6. Sane de his aquis plurimæ ſanitates conferuntur ægrotis, de quibus non ſolum peregrini, ſed & cuncti inter calorem æſtatis nimium ſitis aſſiduæ validum extinguentes ardorem, miſericordiſſimum Deum glorificant Martini, qui ſic quotidie per Martinum non ſolum ſalutem operatur corporum, ſed & animarum. In Alpium quoque invia quantum laboris impenderit hic orbe colendus omni, ut pervia fierent, & quomodo toto niſu mentis ibi elaboratum eſt ab illo, ut meabile redderet idem iter omnibus, nullus mortalium ſermone comprehendere poterit ſuo; tamen varia pro viribus ſuis commercia in naviculam æquoreis fluctuantem undis afferentem, atque ſalutaris dogmaticis imbribus irrigantem quoſque valebat, æterna pro hoc nunc a Domino conſequitur lucra: non ſolum autem in cœleſti patria gaudia poſſidet abſque fine manſura; ſed ita præfinitum eſt a Chriſto, ut quo habet ipſe nomen Martinus honorem. Quis locus ſane eſt in terrarum orbe tam procul poſitus, & abditus, qui beneficia iſtius glorioſiſſimi & cum honore nominandi Martini non percepit? aut quis religionis Chriſtianæ ita eſt extraneus factus qui non ejus ſentiat auxilium? neque enim hæc vox mea ſolius eſt, ſed teſtes ſunt cunctæ Europæ gentes, id eſt Germanicus, Hiſpanicus, Gothus, Gallicus, Scottus, Britto, Vaſco, Saxo, Burgundio, necnon & aliæ quamplurimæ barbaræ nationes limina Apoſtolorum Romæ frequenter adeuntes.

7. Omni laude digna in B. Martino ſanctitatis reverendæ immenſitas, quæ & eſurientibus cibum ſapientiæ ponit Gentium in ſalute, & ſitientibus potum ſpiritualem & aquam dat in virtute. Certe quod de ſe Apoſtolus, immo & Doctor Gentium Paulus protulit, in te, Confeſſor venerande, completum videmus eſſe. Omnia enim gentibus omnibus factus es & populis, ut omnes lucrifaceres, & cunctis ſæculis poſt te futuris prodeſſe voluiſti. O egregie ſacer Martine qui nobis omnibus generaliter tuos reliquiſti ſudores, ſane admirari potes, ſed tua virtus vel meritum enarrari nullo modo poteſt. Te primum in Occiduis partibus cunctæ gentes nomine Martinum floruiſſe agnoſcant in virtutibus, quem videlicet Advocatum apud Deum atque ſequeſtrum habere confidant ac mereantur. Hic eſt enim, o populi, beatus Pater veſter Martinus qui vobis quotidie philoſophiæ verba proculdubio intonat dicens: Videte chariſſimi quoniam non ſolum mihi laboravi, ſed & omnibus vobis. Vere enim & nobis & ſibi laboravit, ſi ſecuti ejus veſtigia fuerimus, & ipſius imitemur innocentiam. Quapropter ſexus uterque, omniſque conditio, ac multo magis peregre proficiſcentes, timentes Deum ſemper Martinum pro ſancta matre quæ eſt in orbe toto Eccleſia, ab optimo Paſtore CHRISTO JESU aggregata pro Regnique Chriſtianitatis totius ſalute interpellet & ſtatu. Quia vero de diverſis ejus diſputavimus exercitiis pauca, nunc ad ea veniendum eſt qualiter eremum petiverit.

1. Cor. 9. 20.

CIRCA AN. 600

24 Octob.

Cellam in ſolitudine conſtruit.

Pſal. 127. 2.

8. Silva namque eſt quæ ab incolis regionis uſque in præſens *Du-Men* a nuncupatur: ad hanc Beatiſſimus vir Martinus veniens, ipſa peragrata modicum in ea exstruxit ex virgultis tugurium, in quo multorum moratur annorum curriculis, humaniſque ſegregatus viſibus, divinis illuſtratur fulgoribus. Cœpit itaque ruralem ſolitarius vitam agere, radicibus herbarum addiſcens vivere, non aſſuetus ſarculo humum fodere, operique ruſticano pronus inſiſtere; ut juxta Pſalmiſtæ vaticinium, labores manuum ſuarum manducans beatus eſſe valeret, & bene ſibi afforet. Ubi fertur fontem aquæ ſibi miniſtraſſe vini pocula, & non nata lymphæ ſcaturigo falerna præbuiſſe. Cumque jam Dominus accenſam lucernam non ſub modio tegere, ſed candelabro ad illuminandas animas deſtinaſſet imponere; incolarum circumquaque degentium inſpiravit animis, uti hunc virum Dei requirerent, & ſæpius adeuntes inviſerent: quibus viſitationem frequentantibus fama ipſius longe lateque cœpit diffundi, & nomen ejus per ora multorum nobiliter celebrari. Jam non ſolum pauperes, ſed etiam quique potentum clariſſimi certatim ſtudebant inviſere, ipſiuſque diſciplinæ ſe & ſuos ſubmittere, uberes agros ei ad ſolamen, ſilvaſque ac vineta tradere, quo fultus divinæ largitatis munimine, caſtra cœli diſponere, & ſervorum Dei ſtudet Cœnobia conſtruere. Tunc in honore Dei beatique Præcurſoris Chriſti Joannis Monaſterium instituit, quod Vertavum *b* dicitur, in quo turmam Chriſto militantium aggregans, ipſe quoque cum eis regulari lineæ morum ſe ſubdidit; quam Regulam priorum Patrum decretis inſtitutam, a Tranſalpinis ferunt regionibus ab ipſo delatam *c*.

Vertavum condit.

Trecentos habet diſcipulos.

9. Plura præterea condens Cœnobia *d*, multaque devotorum aggregans collegia, uſque ad trecentorum & eo amplius diſcipulorum greges traditur cumulaſſe numerum: quos beatiſſimus ille omnes ad celſiora regna verbis & exemplis dirigens, virtutum lumine decorabat; infirmos piis conſolationum exhortationibus roborans, fortes ad celſiora ſemper ſuadens, & ſi quid in his cum pravitatis forte contigiſſet aſpicere, ad normam rectitudinis toto conamine nitebatur corrigere, cujus ſanctiſſimæ ſtudium ſollicitudinis, & fervidam pii curam regiminis, nec ſermonibus explicare, nec apicibus quoquo modo valemus exprimere. Cujus rei gratia curam omnibus ſollertius exhibens, & Fratres ardore charitatis fervidus inviſens, atque paternæ benignitatis eis munia impendens, devenit Durivum *e*, in quo binis Deo militabant caſtris fortium cœtus athletarum, & caſtarum chorus Virginum. Illic dum apta quibuſque cœleſtis vitæ miniſtrat pabula, utpote fidelis ſervus & prudens quem conſtituerat Dominus ſuper familiam ſuam diſpertiri ſingulis in tempore tritici menſuram; ecce vocans eum Chriſtus ad ſupernæ remunerationis præmia, ægritudinis inferens incommoda, pulſare cœpit januam; cui vir beatus confeſtim aperire parat, dum de laboris ſui certus repoſita mercede, atque de Domini confiſus benignitate, eum mox cum amore gaudet ſuſcipere: nec eum metus dejecit de judice, quem exhilarat lætitia de redemptore.

Monaſterium duplex.

Dæmones ſancto viro in extremis poſito apparent.

10. Corporis itaque viribus ſenſim deficientibus, vir ſanctus cœlo intentus, divinis anhelat ſtare conſpectibus, cum ecce tetros videt adventare ſpiritus, quos tamen in virtutem omnipotentis Domini fiſus jubet recedere, & dignas in tenebras ruere. Tandem juſtus ac pius Dominus ejus remunerare dignum ducens certamina, ſeſe ſitientem carceris carnalis ergaſtulo beatam ſolvens animam cœtibuſque Angelicis comitatam ſupernæ beatitudinis perducit ad gloriam, vigeſimo & quarto die menſis Octobris, id eſt nono Kalendas Novembris.

Martinus moritur.

Contentio de ejus corpore.

11. At ubi fama vulgante chariſſimi Patris tranſitum Vertavenſes audiunt, maximo permoti luctu pernici curſu Durivum convolant, corpus almum ſecum devehere geſtiunt. Durivenſibus econtra reſiſtentibus orta fertur contentio; ſed Vertavenſes ſupero adjuti præſidio, æmulis ſomno preſſis deſidiæ, exoptata ſecum detulerunt pignora: quem dum gauden-

---

a Albertus *Du-Men*, Britanniæ minoris ſilvam, rupem nigram interpretatur.

b Vertavenſe Monaſterium, vulgo *Vertou*, al *Vretou* anno Chriſti 575. a S. Martino exſtructum cenſet Albertus ſupra laudatus. Duobus ab urbe Namnetum milliaribus diſtat, nunc redactum in Prioratum (ut vocant) Conventualem, S. Jovini de Marnis Abbatiæ Ord. Bened. diœc. Pictavenſis ſubjectum, quem ex noſtris modo regit R. P. D. Jacobus *Sergent*, a quo S. Martini Vitam ac Miracula obſervationibus illuſtrata accepimus.

c Ex hoc loco non immerito colligit Menardus noſter in Obſervat. ad Martyrol. Bened. lib. 1. S. P. Benedicti Regulam Cœnobio Vertavenſi a primo conditu impoſitam fuiſſe a Martino, qui eam ex Tranſalpina regione, nimirum Italia, detulerat. At cum hic Auctor dubitanter in eam rem loquatur, id adnotare maluimus quam affirmare.

d Ordericus Vitalis in Hiſt. Eccl. lib. 6. ubi de S. Ebrulfo Abbate Uticenſi agit, ex veterum fama refert, Martinum Vertavenſem ex Anglia revertentem in Normannia apud Bajocaſſes ſubſtitiſſe, illicque Monaſterium, Duos-Gemellos a duobus pueris vitæ reſtitutis appellatum conſtruxiſſe juvante Ebrulfo adhuc laico, qui in eodem Cœnobio habitum Monaſticum poſtea ſuſceperit. Orderici conjecturam de ſitu ac nomine loci in quo Ebrulfus Monachum induit, non improbamus; at Monaſterii conditorem Martinum Vertavenſem ægre admittere poſſumus. Cum enim ex dictis ad num. 3. Felix Epiſcopus, a quo Martinus Diaconus, Sacerdos ac ſacri Verbi miniſter inſtitutus eſt, anno Chriſti 550 Sedem Namnetenſem obtinuerit; hæc munia Martinus variaſque peregrinationes expleviſſe non potuit ante annum 560. quo Ebrulfum jam Monachum inchoaſſe Monaſterium Uticenſe in ipſius Vita ad num. 16. ſuperius probavimus.

e Durivum, *Durin*, ſic dictum a duobus rivulis illuc in unum confluentibus, nunc redactum eſt in Prioratum S. Georgii de Monte-acuto dictum, qui ſicut & Vertavum Abbatiæ S. Jovini de Marnis ſubditus eſt.

gaudentes veloci greſſu devenerent, claudus quidam ſancto funeri ſactus obviam; Domini per hujus Sancti ſuffragia celerem ſentit clementiam, ſalutiſque indeptus munera, convalentium æquat veſtigia. Item cæcus quidam hujus beati viri depoſcens levamina, depulſa cæcitate, clara reſumit lumina. Sicque cum his virtutum inſignibus, bajulis ſacri funeris ad Separis * fluvii pervenientibus litura, mirabile dictu! antiqua reparantur magnalia: & veluti quondam Moſaicæ adventu Arcæ Jordanis retro ſuſpendit aquas; hic quoque reſluentibus ceſſiſſe traditur undis, ſiccisque præbuiſſe itinera plantis, & inter miraculorum eximia digne Deo ferentes præconia, Vertavi tandem perveniunt ad mœnia; ubi ſacrata membra digno locata Mauſolæo, honore deinceps decorata reſulgent cœlico, & cum fide petentibus facili ſemper illic ſubvenitur ſolatio: cæcis viſus, claudis reparantur veſtigia, paralyticis apta reſtaurantur munia, pravi merita luunt ſupplicia; pii larga ſentiunt beneficia, cujus nos quoque inter adverſa & diverſa præſentis vitæ diſcrimina, indulta peccatorum venia mereamur apud Dominum ſemper obtinere ſuffragia præſtante Domino noſtro Jeſu-Chriſto, cujus hæc exhibet gloria quæ immutabilis permanet in ſæcula. Amen.

CIRCA AN. 600

24. Octob. Miracula.

* Sevre.

Martini corpus cum inſigni miraculo Vertavum defertur.

ALIA VITA S. MARTINI
ABBATIS VERTAVENSIS

Auctore anonymo, qui ſæculo 10. exeunte vixit.

Ex MS. cod. Monaſterii Silvæ Majoris eruta a R. P. Gabriele Bellordeau Priore noſtrate cum ſequenti libro Mirac.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. LOCATURUS fundamenta Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Dominus Chriſtus poſtquam eam pretioſi ſui ſanguinis effuſione redemit, & mortis devicto principe gloriæ ſe reſtituit paternæ: nequaquam eam reliquit viduam aut ſuperni moderaminis reſpectu deſtitutam. Ipſe enim a ſupernis gloriæ ſuæ ſedibus eam inviſere non deſiit: & quibus ſanæ doctrinæ gubernaculis e mundi liberetur naufragio, ſola præſcientiæ ſuæ majeſtate providit. Quam licet fundarit in Patriarchis & Prophetis futuri ſui ſacramenti præconibus, amplioris tamen privilegii gratia excoluit in Apoſtolis, roboravit in Martyribus, qui victricis patientiæ laurea reſpuere caduca, ut poſſent adipiſci ſine fine manſura. Nec virtutis eorum longanimitatem ſævientis mundi potuit perfringere terror: quippe quibus vivere Chriſtus erat & mori lucrum. Quorum gloriæ non extorris Confeſſorum numeroſus apparuit chorus; qui licet perſecutorum haud experti ſint belluinæ crudelitatis rabiem, contra occulti tamen & inviſi hoſtis pugnando machinamenta & proprii corporis blandimenta, operum bonorum æmulis ingentia virtutum reliquere documenta. Glorioſior porro Martyrum confeſſio, quod nec corporei cruciatus exquiſitiſſimis ceſſerit pœnis: tum demum Confeſſorum prædicanda virtutis a Deo datæ fortitudo, quod vitæ labilis voluptate calcata, noxia carnalis ſuggeſtionis deſideria in ſemet pro Chriſti nomine mortificarie. Crucem enim Chriſti geſtantes, inter adverſa & proſpera eodem virtutis propoſitu conſtantes, ab omnium vitiorum ſuperflua labe ſe ſe fecere ſequeſtres.

2. E quibus unum virtutis gloria prædicandum ſupernæ pietatis dignatio mundo huic largita eſt MARTINUM: qui ſcutum fidei viriliter tenens, contra venenoſi anguis incentiva ſpiritualia ſancti exercitii intorſit jacula. De cujus ortu, vita, & obitu quæ comperta habemus, ad multorum utilitatem & profectum pleoæ fidei veritate annotare cupimus, non noſtris viribus fiſi, aut altioris ingenii prærogativa fulti, verum illius miſericordiſſimæ Divinitatis omnipotentiæ ſubditi, qui os mutorum aperit, quique rudem pecudis linguam articulata voce reſolvit. Ad hoc etiam accedit & illud, quod non injuſſi aut temerarii auſus præſumptione, verum reverendorum quorumcumque Patrum charitativæ dulcedinis id aggredimur juſſione: nimirum veremtes inobedientiæ notari; quam contempſiſſe, magni diſcriminis labyrinthum evaſiſſe *. Simul etiam rati non mediocris augmenti fore, ſi tanti viri laudabilis ad imitandum digeratur vita, ut ſtudioſi æquitatis habeant quod ſequantur, & os iniqua loquentium unde obſtruatur: atqui nec nunc quidem penitus obmutuit iniquitas, cui beatitudinis beatorumque in beati regni gremio viventium nulla erit communionis unitas. Ceterum quicumque dignatus paupereulæ hujus ſchedæ apices revolveris, ne verborum tibi diſpliceat ruſticitas: verum ſinceriter prælibatæ hiſtoriæ complaceat veritas. Regnum quippe Dei non in ſermone conſtat, ſed in virtute. Porro autem nec condecet Chriſtiani famulatus devotiſſimos verborum perquirere fucum, cum ipſe ſimplicitatis & puritatis amator Pater omnipotens ad prædicandam verbi ſui veritatem non Rhetores aut Grammaticos, verum ſimpliciſſimos quoſque & idiotas delegerit, ne veritas argumentis fallaciæ videretur fulciri. Legis etiam auctoritate inhibemur in domo Dei lucum plantare, videlicet ne claritatem cœleſtis oraculi compoſitione verborum præſumamus in

*Supple eſt

CIRCA AN. 600

24. Octobr.

aliquo mutilaſſe : ſiquidem veritatis ſerenitatem obnubit, qui eam non ſimplicibus, ut eſt, puriſque ſed undecumque collectitiis aſtruere nititur argumentis.

VITA INCIPIT.

Martinus Namnetenſis, nobilis, litteratus, & bene morigeratus.

Eccl. 3. 20.

3. Fuit vir venerabiliter vitæ MARTINUS nomine, qui ab ipſis adoleſcentis ævi primordiis ſectator factus eſt diſciplinæ cœleſtis. Hic nobiliſſimorum parentum ſanguine cretus, altum illius generis faſtum totum ad nanciſcendam ſupernæ gloriæ convertit dignitatem. Nec altitudo proſapiæ fuit illi argumentum ſuperbiæ: ſed quo clarior, eo ſtuduit eſſe humilior. Et quamvis litterarum adhuc imperitus videretur, vim tamen verbi illius omnimodis ſectabatur: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Domino invenies gratiam*. Porro locus ſacri ejus exortus Neuſtriæ fuit urbs quæ Namnetis dicitur: ut non abforet Occidenti, unde radios ſuperni fulgoris etiam ipſi ſpargeret Orienti. Hunc ubi parentes adverterunt acrioris ingenii, qui ut diximus nobilitatis pollebat prærogativa, dant illum præceptoribus: quibus non longo temporis ſpatio commoratus, mirum dictu qualiter coævos tranſiens ipſius diſciplinæ magiſtris in nullo invenitur ſecundus. Nam cum admirabilis inſtitutionis claritate tantæ illi dulcedo inerat facundiæ, ut mœrentibus lætitiæ gaudium, indiſciplinatis modeſtiæ reformaret incrementum. Linquens igitur hæc quæ oſtentui potius forent quam ſaluti, renuncians ſcilicet ſcholaſticis diſciplinis, totam animi ſui indaginem ad inveſtiganda ſupernæ philoſophiæ convertit arcana. His igitur intentus, ſpiritui reluctans ſubigebat corpus, interioriſque hominis ſequens novitatem, veterem qui ſecundum deſideria erroris corrumpitur, funditus depoſuerat, ſolum amans Chriſtum, odio habens mundum. Sermo ejus ſecundum Apoſtolum ſpirituali ſale conditus, gratiæ dulcedinem inſerebat audientibus. Porro autem quid de morum ejus qualitate dicerim? omnibus aptus omnibus condeſcendens: his qui temporeis fugientis mundi rebus uterentur tamquam & ipſe uteretur, maxime renunciantibus his quæ videntur, ſingulari puriſſimæ dilectionis affinitate jungebatur. Sapientibus videbatur ſapientior, ſimplicibus quibuſque inferior, nimirum omnibus omnia factus ut omnes faceret ſalvos.

Diaconus factus cunctis prodeſt

4. Igitur uti apti temporis metas attigit, juſſu ſacræ memoriæ FELICIS, qui tunc Pontificatum Namnetenſis tenebat Eccleſiæ, Diaconi arce ſuſcepta communem totius parochiæ ſuſcepit curam. Hoc itaque ſuſcepto onere, quantum ſe præbuerit utilitatibus Eccleſiæ, noſtræ non eſt poſſibilitatis indagare. Quis enim infirmabatur & Martinus non cum eo infirmaretur? quis ſcandalizabatur, & Martinus non ureretur? Reluctantibus veritati hic ſuperni debriatus nectare verbi cum ſumma cordis humilitate reſiſtens ſic agebat, ut & audientium ſalutem, & incredulorum quæreret correctionem; bonos ſollicitans ut perſeverarent, malis ſuggerens ut a malitiæ toſtitudine reſipiſcerent. Talibus igitur Martinus virtutum adoreis inſignitus, omnibus ſanum ſapientibus complacebat.

Herbadillæ urbis infelix ſtatus.

5. Porro adhuc ex parte ſui Galliæ dæmonicæ damnationis vinculis irretitæ nondum ad liquidum Factoris omnium virtutum matricem ſuſceperant Fidem, maxime cives urbis quæ dicebatur Herbadilla, erroneo redacti ſpiritu ultra comprovincialium inſaniam dæmonicæ ſubdiderant colla culturæ. Quæ urbs Namnetenſi contigua civitati licet Chriſtianorum conterminalis videretur, nullo tamen fœderis pacto cum his jungebatur: neceſſe enim erat ut quorum reſpuerat Fidei integritatem, humani quoque contubernii vitaret ſocietatem. Locuples quippe & ſufficiens ſibi videbatur, quippe cui fertiliſſimi ceſpitis multa erat copia frugum utilitatibus opportuna. Tum deinde marinis ſeu Ligerinis ſpem ſui ſtatus ponens in mercibus, longe a bonorum omnium diſcrepabat moribus. Accidit enim illi ea divitiarum magnitudine ſuperbiæ magnitudo, nec Dei omnia bona dantis vel modica illi erat cognitio. Sed utinam ſolius ignorantiæ reatu deliquerit, & non totius ſævitiæ machinamento in Veritatis præconibus craſſata ſit. Quod enim ignorantiæ ſolet eſſe veniabile, quod ſane per ſuperbiæ contumaciam committitur, merito damnabile judicatur. Itaque ad urbem de qua nobis ſermo eſt jam nullus prædicator, nullus Chriſti JESU accedere famulus præſumebat: quippe cui tanta ſævitiæ inerat immanitas, ut eam lux paucorum vel perfectiſſimorum patientiæ ferret magnanimitas.

Illi urbi Martinus Dei verbum annunciat.

6. Venerabilis igitur Felix quem prædiximus Namnetenſium tunc tenere Pontificatus officium, vehementer angebatur quod ſui ævo adhuc temporis in hac tam ſibi contigua urbe priſtini dæmonicæ ſervitutis veſtigia remanſiſſent erroris. Relinquere ſibi creditas dominici ovilis verebatur timens ſuorum damna, nec ex inimicis Fidei aliqua ſperans lucra. Immenſo igitur animi mœrore fluctuans quid in hujus cauſa negotii ſibi agendum foret, non videbat. Tandem divinæ miſerationis auxilio id quod utile poſſe videretur, intelligentiæ ejus mittitur, non reprobis ad ſalutem ſed ut nequitiarum ſuarum nullam haberent excuſationem. Vocato itaque Epiſcopus Martino, qui ei Diaconatus adhærebat obſequio, Vides, inquit, chariſſime, quod noſtris temporibus humano generi hoſtis adhuc dominetur antiquus? cur non erubeſcimus ſic nobis proximas profani cultus nondum extirpaſſe ſordes? ubique Chriſtus, ubique ſupernæ gloriæ divitiæ nunciantur: nos autem hic deſides coram oculis noſtris patimur dæmonici juris immutilatas permanere ſedes? Quapropter, dulciſſime, ſequens exemplum noſtri Pauli qui gaudet in tribulationibus, lætatur in plagis, pro ipſis etiam mori deſiderat inimicis, ſecurus de superni plenitudine auxilii, vade, perfidis iſtis annuncia regnum Dei, nec magnitudine imminantium revoceris malorum: quia quo amplius in loco incolatus tui pro Domini nomine laboraveris, eo amplius bea-

CIRCA AN. 600 24. Octob.

titudine muneris in patria Juſtorum donaberis. His Martinus auditis, licet multorum experientia ſua fruſtrari conjiceret cœpta, roboratus tamen promiſſionibus adjutorii cœleſtis & formidine poſtpoſita mortis, quod jubetur aggredi conatur. Benedictionem itaque poſtulatam adeptus comite Chriſti ſuffragio, Ligeris ſe ſe credidit alveo: & velut alter Jonas Niniviris prædicaturus accedit. Sane Propheta cunctabundus invituſque populo Ninivitico imminentis exitii ſæva nunciavit diſcrimina: Martinus lætus & alacer perituræ urbi ſalutis prædicare orſus eſt inſtituta. Minantem illum crudelia plebs ſalvanda audivit, obſecrantem hunc & jugiter admonentem populus periturus audire contempſit. Doluit ille promiſſi excidii Ninivem pericula non ſenſiſſe: doluit hic urbem Herbadillam æterni interitus ſupplicium incurriſſe.

7. Igitur Martinus navi ſubvectus ad urbem properat, populoque regnum Dei annunciat vitæ æternæ delicias Erebique perpetuas intimans pœnas, omnipotentis Divinitatis majeſtatem Patris & Filii & Spiritus-ſancti: vanitatis eorum ſuperſtitioſa redarguens inſtituta, ſingularis facundiæ prædicabat gratia: Dii, inquit, veſtri quos profano acti errore dementeſque colitis, artis humanæ induſtria facti ſunt dum non eſſent, ingentiſque curæ ſollertia cuſtoditi ne pereant. Quod ſi quis caſus eos, qui cuſtodiæ ſuæ impotes ſunt, læſerit, qui hominum ſcienti peritia facti ſunt, hominum nihilominus arte curantur. Quomodo ergo eos creditis Deos quos labore manuum veſtrarum cognoſcitis factos? Magis quippe vos dii eorum cenſemini, qui eorum indeſinentis curæ pervigili ſollicitudine fatigamini. Siquidem viderat ibi Martinus aurei Jovis ſimulacrum, Mercurii & Dianæ Veneris quoque & Herculis, ære aut marmore fuſa portenta. Itaque vir beatus nullatenus quieſcere patiebatur, ſed opportune importune arguendo, obſecrando, increpando verbum Chriſti in perditorum mentibus ſerere nitebatur. Nunciabat his qualiter in mundi principio Deus hominem ad ſui condidit imaginem, qualiter paradiſi beatitudinem felicem amiſit: & per virulenti anguis prolapſus ſuaſionem, per unici Filii ſui recuperavit Incarnationem. His etiam addebat partum Virginis, Paſſionem beatiſſimæ crucis, Reſurrectionem ex mortuis, Aſcenſionem in cœlis, Adventum Spiritus-ſancti, remiſſionem peccatorum per lavacrum Baptiſmi, futurum in conſummatione ſæculi judicium Dei, reſurrectionem noſtræ carnis, gaudia Sanctorum, necnon pœnas malorum: quæ omnia in Chriſto & per Chriſtum impleta ſive implenda, Fides docet Catholica. Talibus ejus monitis & prædicationibus effera plebs facta atrocior, ad tantam inſipientiæ devoluta eſt veſaniam, ut non modo verba vitalia deridere non timeret, verumetiam denunciatorem ſalutis ab omni humanitatis & hoſpitalitatis gratia ſecludendum putaret.

8. Porro autem Martinus cum videret verborum ſalutarium jacturam fieri, ſeque ipſam a lege naturæ ſecerni, ſecum querebatur tanti impietatem infortunii. Divina autem gratia quæ numquam relinquit ſperantes in ſe, inſpiravit uni civium cui charum uxoris erat ſolatium, nomenque ROMANUS, qui beatum virum, qui amplius hominum impietatem quam ſuam querebatur neceſſitatem, proprio ſuſciperet hoſpitio, & pro poſſe congruenti foveret alimento. Hunc ubi Martinus tantæ vidit devotionis, ut temporalibus recompenſaret æterna, CHRISTI-JESU huic protinus nomen declarat, virtutem prædicat, regnum annunciat, credentemque cum uxore in fide ſanctæ Trinitatis baptizat: commanenſque illi indeſinentiam ut cœperat vitæ æternæ miſeræ ingerebat civitati. Turba autem cœtus perituri multimodæ illius longanimitatis ridente perſeverantiam cœpit nimis tædiari, animique mœrentis anguſtia confici. Itaque cogitans inimicam deſerere urbem, valde cœpit tribulari, quod nemo eorum cœleſtis vocationis gratiæ dignus fuerit adjungi: ſecumque conſiderans ſuperni æquitatem conſilii decrevit concilium vanitatis & iniqua gerentium a ſe debere relinqui: ne cultor factus infructuoſæ telluris, quid Chriſto veniente meteret non haberet. Nanctus etiam ſi ipſis qui ſe malitiæ cœno involventes porcis non immerito judicarentur æquales, divinæ gratiæ quam ſemel ſpreverant margaritas anteferret, inobedientiæ reus ſententiam damnationis Chriſto judice ſuſtineret.

Deſpicitur ab incolis.

9. Hæc eo igitur ſecum volvente, vox vehemens ſupero deſcendit ab axe, quæ illum perfida perituræ urbis contubernia ſpernere & ad dilecti ſibi ſilentii juberet otia remeare. Dumque hanc juſſionis divinæ vocem aure capeſſit intima, intelligit protinus damnatæ urbi debita cœlitus imminere ſupplicia. Vocato hoſpite quem jam Chriſto aſſignarat, cœleſtis juſtitiæ animadverſionem indicat, & ut perituros ſecum fugiendo deſerat hortando ſollicitat. Cunctabundus ille tandem precibus victus & minis perterritus quod jubetur cum uxore nititur implere feſtinus. Quibus cum Martino jam urbis digreſſis juſſus interminatu terribili ne retrorſus ut ad urbem auderent converti, nimirum ſentiens per Spiritum hic etiam proventuræ Sodomiticæ ruinæ diſcrimina, quibus Loth exemptus ab Angelo cum uxore & gemina ſobole præcepto accepit, ne retrorſum debeat aſpicere. Hujus ergo Martinus memor periculi, quos ab urbe diremerat, ne magnitudine cujuſcumque tumultus a directi itineris flecterentur obtutu, minaci voce coercet.

Recedit ab ea cum hoſpite.

10. Cum ergo hos ita monuiſſet & monendo terruiſſet, jamque ab urbe longiuſcule diſceſſiſſet, elevatis ſurſum oculis, manibuſque cœlo porrectis: Tu, inquit, Chriſte, qui potenti bonitatis tuæ ductus pietate humanum genus a te conditum, culpæ ſuæ merito perditum veniſti redimere, penetret nunc oratio puſillitatis meæ magnificentia juſtitiæ tuæ. Laboravi hanc urbem miſericordiæ tuæ adquirere, ſed conſpice, laboravit ſuis ſe erroribus vindicare:

Urbi eidem imprecatur.

 hoſpi-

CIRCA AN. 600 24. Octobr.

hoſpites renuit; verba bonitatis tuæ pro nihilo computavit. Juſſiſti me Domine eam fugiendo ſpernere, jube eam rex in æternum juſtiſſime perire, ut hic amplius non ſedes operantium iniqua, ſed operiens eam abyſſus a conſpectu Divinitatis tuæ oblivione ſecludat æterna. Cum itaque verba hujuſmodi cum ingenti gemitu & lacrymis peroraſſet, repente terra dehiſcens a conſpectu ſuperno juſſa diſcedere abſuit: pontuſque ſurgens ab imo alta murorum faſtigia, ſeu templorum culmina dicto citius complanavit. Operuit eam abyſſus, facta eſt ſedes piſcium quæ quondam florentiſſimis conventibus gaudebat hominum. *Væ*

Luc. 6. 25. enim, *vobis*, dicit Veritas, *qui ridetis, quia plorabitis*. Et vere civitas hæc, quia ſine modo ſequi niſa eſt temporalem lætitiam, ad æternum pervenit lamentum. Hac ſane ultionis cenſura urbs meruit interire quæ Martini noſtri contempſit monitis obedire. Videant & perpendant qui famulos veritatis ſpernunt, & intelligant ſi poſſunt qua ultionis auſteritate

1. Cor. 3. 17. multandi ſunt. Sanctum enim virum quis ignoret Dei eſſe templum? Templum enim Dei, clamat Apoſtolus, ſanctum eſt quod eſtis vos. Et cum hujuſmodi templum provocatur ad iracundiam, habitator nimirum templi excitatur ad vindictam.

Hoſpita retroaſpiciens vertitur in ſtatuam. Luc. 13. 3.

11. Ea enim quæ pertulit ſupplicia urbis illius plebs impia, noverint quique reproborum, & veritati reſiſtentium ſibi in perpetuum præparata, ſicut Dominus ipſe referentibus ſibi de Galileis, quorum ſanguinem Pilatus cum eorum miſcuerat ſacrificiis, dixiſſe legitur: *Amen dico vobis, quia niſi pænitentiam egeritis, ſimiliter omnes peribitis*. Verum ut ad id redeamus unde paullo evagati ſumus; Martini hoſpitis uxor attonita ſonore pereuntium, oblita comminationis, quam a Martino audierat, converſa eſt retrorſum, ut videret quænam cauſa tumultum hujuſmodi excitaſſet. Porro converſa diriguit, & modo quo acclinis erat in lapidem ſtupefacta remanſit. Uber quidem hic dicendi locus eſt, ſed ne lectoris animum multiplicitate confundamus ſermonum, quid in hoc facto amplius dicendum viſum ſit, peritioribus relinquamus. Unum inſerere placet, ne poſtquam venimus ad Chriſtum, perpetremus iniquum.

In ſolitudinem ſe recipit.

12. Hujus ergo tam horrendo exitii judicio patrato Martinus a longe ſtans cœpit caſus eorum ſortem multæ amaritudinis lacrymis deflere, & interitus eorum ſe auctorem ingeminare quam nequivit monendo convertere. Cum hujuſmodi ergo animi defectu, quod olim cogitarat, perficere diſponit. Siquidem cuncta quæ mundi ſunt deſerens, eremi vaſtæ ſolitudinem petit, quo cum magna cordis & ſpiritus contritione per multorum dierum curricula manſit, hominum vitans contubernia, cœleſtibuſque ſupernæ gloriæ myſteriis oculos figens mentis, contemplatione paſcebatur divina: quantumque ſe rebus diremerat humanis, tanto liberius Angelicis propinquabat choreis. Nutriebatur ſane quoties corporeæ auræ neceſſitas imperaret, herbis herbarumque radicibus, quæ illius eremi torrida gignit humus: quarum amariſſimi ſucci fervorem temperabat laticis unda cœlitus in dulcem vini converſa liquorem. Nam ibi fons dulciſſimas manabat aquas quem dum Martinus levandæ ſitis gratia adiret, faciente Chriſto qui cuncta condidit ex nihilo pro vilibus aquis vino refovebatur præcipuo. Nimirum ibi Dominus præſens erat, qui olim in Cana Galileæ aquarum vilem materiam in pretioſiſſimam vini convertit naturam. Ut enim ſervus ſuus alacrior fieret in ejus potentis gratiæ laudibus, non ſolum relevabat eum ſpe ſuperventuræ gloriæ, ſed etiam congruenti fovebat ope tranſeuntis vitæ. Sic ergo Martinus in eremo vivens in gratiarum actione & contemplationis acumine tota ſuſpendebatur mentis intentione: cum plane cunctis rebus quæ volvuntur eminens, cœleſtibuſque proximus expectabat eum qui ſe ſalvum faceret a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Omnis enim homo inter homines vivens tempeſtatis tumultum patitur in mente, & quaſi quidam eum impellit turbo, dum cogitationum ſe ingerit multitudo. Dumque hoc nunc, aliud item cogitat, incerto fluctuans animus quaſi a facie turbinis ubi abſcondi poſſit ignorat. Qui vero ſecretioris vitæ remotionem petunt, a motibus mundani fluctus ſequeſtres in continua Auctoris ſui pace requieſcunt: ac velut in tranquillo contemplationis ſpeculo fœditatem ſive pulchritudinem animæ ſuæ contuentur. Verum non de omnibus hoc: nam & multi in civitatibus conſtituti ſecretiori mente Domino placuerunt, & nonnulli in ſolitudinibus reſidentes per mentis incuriam ignavi facti ſunt. Verum Martinus noſter non otio aut deſidiæ manus dedit, ſed ardua ſemper & ſecretiora appetens, perfectiſſimorum quorumque ſive exemplum ſive imitator fuit.

Vertavum petit, ubi multos ad ſe trahit.

13. Cum itaque diſpoſuiſſet, immo ante ſæcula diſpoſitum in ſecreto conſilii ſui ante humanos oculos ſupernæ benignitatis providentia compleri vellet Martini vitam, ſcilicet ad hominum proferre notitiam; admonetur idem per ſoporis quietem humanæ habitationis denuo reviſere communionem, videlicet ut exemplorum ipſius beatitudine multi ad juſtitiam erudirentur, & a peccatorum ſqualoribus liberati vitæ mundiſſimæ redderentur: ut etiam lucerna Dei non modio ſuppoſita, ſed ſupra candelabrum Eccleſiæ ſtatuta, cunctis qui in domo ſunt luceret, & caliginem tenebrarum vitæ præſentis luminis ſui fulgore radiaret, quo præſentes viderent ubi ſpiritualium greſſuum intentionem dirigerent, & a via pacis in via ſcandali ulterius non deviarent. Igitur Martinus a ſylvæ illius quam *Dumen* vocant, remotiſſimis digreſſus partibus, ad locum qui nunc Vertavus dicitur properavit: ibique nondum multum temporis tranſegerat, cum ecce frequentari ab innumeris populorum cœpit quos odor beatæ famæ illius a remotiſſimis excitabat oris, cupientes ſancti ejus meriti precibus Chriſto commendari attentius. Alii nihilominus ſe famulo Dei conjunge-

CIRCA AN. 600

24. Octobr.

jugebant exemplorum illius vera cœleſti diſciplina gaudentes illuminari, ut cum eo in retributionis regno partem beatitudinis invenirent, cujus hic paſſionum laborumque agonibus communicarent. Quidam etiam ſummæ devotionis & potentiæ ſancto viro ingentia juris ſui conferebant prædia: quibus & Monaſteria conſtrueret, & pauperum indigentiæ ſubveniret. Filios quoque ſuos gratiam neceſſitudinis primam nonnulli offerebant, orantes eos ſpiritualis alimoniæ lacte nutriri, uſquedum ſolidioris cibi convaleſcerent cœleſtium mandatorum eſcu refectum iri.

Cœnobium illic condit.

14. Poſtquam ergo tam multitudine prædiorum, quam etiam virorum ad ſe confluentium practice compulſus eſt vivere, non tamen supernæ abeſſe funditus theoriæ; in honorem Baptiſtæ Joannis, quo major inter natos mulierum nemo ſurrexit, nobiliſſimum Cœnobium ædificavit. Hunc itaque locum, ut ſupra jam dictum, antiqui vocavere Vertavum, quem remur a viroris venuſtate ſic dictum, quod gratæ planitiei circumſeptus limbo, non tam gratia pulchritudinis, quam etiam omni præſtat prærogativa utilitatis. Hic ergo Martinus multitudinem aggregans Monachorum, Angelicam cum his ducebat vitam, ad perennem futuræ beatitudinis magis magiſque ſuſpirans gloriam. Regulæ quoque beatiſſimam ſtatuit normam, quam ſatis arduam & diſcretionis cenſura præcipuam olim ipſe a Tranſalpinæ regionis partibus fertur detuliſſe. Ex hujus ergo loci ſancto contubernio velut fertili apiaſtro cœleſtis inſtitutionis melle redolentia tanta eruperunt examina, ut mirum in modum tota ea eorum coadunatis floribus fragraret Neuſtria. Nam Martinus ab hoc loco digreſſus plurima undique vitæ regularis conſtruxit Cœnobia, in quibus Monachorum multitudo inerat magna: adeout tercentenus multitudine vinceretur numerus, quibus communis erga Deum & ſanctæ vitæ propoſitum coalebat affectus.

Item aliæ plura.

15. Hos ergo quos extra conſtituerat perquiſitis inter eos ſtrenuiſſimis delegavit, Vertavum ſuæ ſollicitudini & curæ reliquit, non tamen forenſes penitus deſerens, ſed congruis temporum momentis viſitans, & vitæ æternæ pabula ſubminiſtrans, ne quis eorum illicita admitteret, juſſa Divinitatis abnueret, malorum ſe communionis ſodalitate fœdaret, ſumma & inexplebili piæ ſollicitudinis invigilabat cura, illuſtribus tam exemplis piæ actionis, quam etiam charitativæ manu exhortationis de virtute in virtutem ſcandere ſuadens, infirmos non deſpiciens, ſed puſillanimitati eorum Chriſti Imitator condeſcendens fideliter, ſuperbos redarguens, humilium manſuetorumque indiviſum ſe ſodalem & imitatorem aſciſcens: præcipueque illius mentem humilitatis ſibi vindicaverat amor, unde & continuus vitandæ cunctis ſuperbiæ in ore ejus volvebatur ſermo. Quis autem ejus parſimoniæ conſiderans arduum votum non illico totum mundum odio habuit & deſpexit? quis abjectionem in veſtibus? quis mortificationem corporis non ſtatim voluptatibus ſuperbæ renunciavit vitæ? Tanta quippe erat illi ſtrenuitas in jejuniis, aſſiduitas in ſanctarum vigiliarum excubiis, ut contuentes ſtuperent qualiter vires ejus ſacri corporis non modo multiplicitati laborum non ſuccumberent, verumetiam laboris exercitio ſolidatæ augmentum quotidiani profectus mirabiliter capeſſerent. Nimirum Chriſtus in eo ſuæ exaggerabat pietatis donum: ut qui eum indeſinenter ejus potentiſſimæ opis auxilio convaleſceret, nequando a contemplationis ejus dulcedine Martini mens jejunaret.

Apud Durivum duplex monaſterium ædificat.

16. Itaque dum perlucrandis Chriſto fidelium animabus ſollicitus diverſum abiret, Durivum venit. Porro hoc in loco Martinus idem duo ædificarat Cœnobia, quorum unum virorum inſigniebant agmina, aliud ſane Sanctimonialium gubernabatur caterva. Ibi ergo vir Dei aliquamdiu commoratus, diſcipulorum mores & vitam perſcrutabatur ſedulus, impertiens unicuique ſicut videbat monita ſalutis perpetuæ, & qualiter ab inſidiis lubrici anguis animarum ſuarum lucratores fierent, non deſinens inſtruere.

Morti proximus dæmonem videt.

17. His igitur intentus febre tangitur, & ut pulſanti Judici aperire debeat urgetur. Omni ergo virtute corporeæ ſalutis deſtitutus, & tamen animo lætus & alacer præſtolabatur exitum, ſciens & ſperans a juſto Judice repoſitam ſibi coronam juſtitiæ. Cumque Fratres filiique ſui ejus circumſtarent lectulum, & ſeſe tanti Patris quererentur deſtitui ſolatio, ſubito Martinus reſpiciens vidit malignorum ſpirituum agmina cum ingenti clamoris ſtrepitu horrendum reſonantia: & ut de magno Martino illo Pontificum ſpeculo legitur, minime extimuit: ſed Chriſti Jesu de potenti benignitate ſecurus coram cunctis qui adſtabant exclamavit: Quid hic, inquiens, tenebroſæ phalanges agitis? abite ocius, ego pii Jesu redemptus ſanguine non ero particeps damnationis veſtræ. Hæc ubi dixit, omnis illa immundorum ſpirituum infeſtatio coram oculis ejus evanuit. Mox ergo corporis invaleſcente moleſtia, depoſita corruptibilis hominis ſarcina ad contemplanda beatorum gaudia felix illius emigrat anima, non jam in ænigmate aut per ſpeculi indaginem, ſed ut facie ad faciem perpetuo ſui Creatoris contemplaretur claritatem.

Vertavenſes cum Durivenſibus de ipſius corpore contendunt.

18. Cum ergo Martini obitum Fratrum audiſſet turba Vertavenſium, cum maximi mœroris luctu Durivum adeunt, & ut glebam illius ſanctiſſimi corporis ſecum evehant, omnimodis nituntur. Durivenſes econtra contendunt dicentes, ut ubi Chriſto vocante ſuſceperat terminum vitæ, ibi nihilominus Chriſto annuente jus habeat ſepulturæ. Quid plura? pretium ſalutis vertitur in tumultum ſeditionis, & niſi Chriſti pietas terminum litigantibus poneret, Martinus olim vitæ miniſter, auctor mortis plurimæ videretur. Sed Chriſtus conſilio bonitatis ſuæ conſilium jurgantium diremit hoc modo. Supervenientibus * imbris & noctis intempeſta, cunctis quietem optantibus Durivenſes omnes tam gran-

* forte ſuperveniente

CIRCA AN. 600 24. Octob.

dir ſopor invadit, ut nullur ſupereſſet qui ea eorum numeruſirate vigilaret. Videnter ergo partis adverſæ Vertavenſer æmulos obdormiſſe, pertinaciter corporis ſancti onus efferunt, ingentiſque lætitiæ animoſi certatim ad propria reverti moliuntur. Ecce autem venienti ſancto corpori obviur factur eſt greſſuum officio deſtitutur, qui illico ut ad ſanctum attigit peplum, priſtinæ ſanitatis adeptus eſt gaudium. Alter etiam caſſur lumine ibidem per Martini ſuffragia cæcitatis gravedine pulſa denuo ſe reducem gauder conſpicere lucem. Sic ergo cum omni velocitatis curſu ad oram fluminis quod tunc LAUDOKA dicebatur, perveniunt, nunc autem proventu rei quam dictori ſumur SAPARIS nomen ſortitum. At Durivenſes, ut altius paullo repetamus, evigilantes, theſauroque quem ſervabant ſe privatos videntes, perſequi aggreſſi ſunt ſugientes. Porro illi altero Moyſe duce jam ad oram ſupradicti fluminis convenerant, cum ecce vident cominus armaturam telis minacem, jamque fluvii litora propinquantem. Diffidunt animis, precibuſque converſi excelſo ſupplicant Domino, ut proprio ſe nequaquam fruſtrari pateretur Patrono. Illis itaque intenta mente precum fundentibus vota, mox fluviur rapida ſui curſus retorquens veſtigia, atque in unius molis ſe ſe attollens verticem, vectoribur corporis ſancti facultatem tribuit tranſeundi. Durivenſes econtra memores periculi quod olim contigerat Pharaoni, haudquaquam fluminis alveo ſe credere auſi ſpectabant, mirabanturque tantæ novitatis eventum, victoreſque alterum Domino concinentes Moſaici carminir hymnum. His ergo qui Martini corpur vectitabant velociter tranſmiſſis, rurſus aquæ notas repetentes ſemitas alveo meatus ſui reſtitutæ ſunt. Cum ergo tranſiſſent, hoſteſque jam minime timerent, unur eorum converſus, cum inſultationis elogio Durivenſibus air: Quare vos tardiur promoviſtis? quo dicto, dum hos lætitia erigit, illos opprimit pudor: nomen illi loco uſque hodie permanet *Attarde* vocatur. Videntes ergo Durivenſes tot mirabilia, nec voluntati ſuperni artificis reniti potentes, cum confuſionis nota revertuntur ad propria.

Vertavenſes illud miraculo obtinent.

19. Igitur hi qui Martini beatis honorabantur exequiis, tanto exempti periculo gratiarum actione largitori bonorum exhibita Chriſto, cum ingenti cordis ac ſpiritur lætitia ad Vertavenſis Monaſterii pervenere limina. Ibi ergo ſecundum voluntatem Dei tumulatur corpur Sancti viri in Eccleſia quam ipſe a fundamentis erexerat in nomine ſancti Joannir Baptiſtæ, quæ etiam poſita eſt in illiur montis prominentiori parte. In hoc ergo loco quanta vel qualia operata ſit Chriſti clementia, nulla humanæ induſtriæ expedire ſuffirit facundia. Licet enim paganis obſiſtentibus locur ille olim floretiſſimur ad eremi ſolitudinem ſit redactus, propterque barbarorum ferinam rabiem beati viri corpur inde ſit elatum; tamen adhuc multis & innumeris miraculorum illuſtratur ſignir. Everſionir itaque hiſtoriam ſequenti libello reſervabimur: ea etiam que de Martini adhuc inventis operibus fidelir ſama vulgavit addere curabimur, aliqua etiam ex his quæ per diverſa loca dum ſacræ ejus aſportarentur exuviæ Chriſtum per Martinum cognovimus effeciſſe: ſive etiam quæ ipſi vidimus in loco ubi nunc Chriſto propitio jacer tumulatur. Tranſiit autem in Domino beatus Martinus 9. Kal. Novembris florente & vigente Chriſti Fide in toto jam pene urbe, cedente Ieſu-Chriſti Eccleſiæ vaniſſima dæmoniaci cultur ſuperſtitione, triumphante etiam JESU-CHRISTO Domino noſtro, cui cum Patre & Spiritu-ſancto virtur & gloria, poteſtas & imperium & ante omnia ſæcula & nunc & in diem æternitatis, Amen.

CIRCA AN. 600 24. Octobr.

MIRACULA, & TRANSLATIO

I. De Urſo ad officium ſumpto.

1. BEATO MARTINO votl ſemper erat continuo Romam ire B. Petri Apoſtolorum Principir ſedem, & ſepulchrum videre: quorum memoriam dum domi eſſer, dulciſſime conſueverat flere; curaque maxima illi erat, ſicubi via foret difficilis, in pontibus ſternendir, lapidibur quoque interdum etiam maximis rupibur exæquandis: quod qui Romam hinc vadunt, ſi ſtudium adhibent, quam bonæ inſtitutionis vir iſte fuerit, perpendere poſſunt. Sane quia hæc cunctis notiſſima ſunt, ad narrationis noſtræ ſeriem convertamur.

Urſus loco aſini Martino famulitium præbet.

2. Dum beatus vice quadam ab Urbe rediret, ſolatio ei erat B. MAXIMINUS *a*, qui poſtea factus eſt Treverorum Epiſcopus, quibus ad ſupplementum ſarcinæ deportandæ ſolus tantummodo habebatur aſellus. Itaque cum veniſſent ad civitatem quæ Sutrium * dicitur, B. Martinus pro coemendis neceſſariis opidum petit: Maximinur cuſtos aſelli mediis in compitis manet, quo paululum ſoporato miſer aſellus dum paſtu occupatur, viæ limen excedit, & ab obvio urſo intercipitur, & ſine mora conſumitur. Reverſus Martinus ab opido, vectorem ſarcinæ requirit, cum cuſtode conqueritur quid de aſino ſactum ſit. Denique inquirenter inveniunt urſum ambeſi cadaveris reliquiir inſidentem & cruentos ore proprio ungues

* Sutry.

a S. Maximinus Treverorum Epiſcopus alios vidit ſoles, ut qui Conſtantino Magno imperante floruit. Similes habet tricas S. Viventii Confeſſoris vita apud Bollandum 13. Janu. in qua Viventius S. Hilario Pictavorum Epiſcopo ætate æqualis, & tamen (ſi Deo placet) Martino Abbati Vertavenſi familiaris fuiſſe dicitur. Errorum cauſis inveſtigandis ſuperſedemus.

CIRCA AN. 600
24. Octob.

ungues lingentem. Fraus non eſt in ambiguo dum fraudator convincitur ore cruento. Quia, inquit Martinus, nobis intuliſti damnum ſolatii, arripe officium aſini, ut cujus factus es invaſor ſanguinis, ſucceſſor fias in adminiſtratione laboris. Ad quam vocem confugit urſus, & cervice dejecta manibus famulorum Dei manſuefactus ſubditur, ſarcinamque ſuſcipiens prædo, ſocius Beatorum efficitur: nec præcipientis Martini imperium fera abnuere potuit, quia pectori ejus Chriſti virtutem in eſſe perſenſit. Cumque ad eum locum ventum eſſet, qui Urſeria vallis dicitur, ne jactantiæ videretur quod feram in ſuo obſequio haberent, jubent Sancti abire beſtiam evidentia ſecum ſarcinæ ſigna gerentem. Nam ubi cingulum pectorale & poſtula * fuit, ademptis pilis, cutis nuda apparuit: qui etiam cum honore donatus eſt, ut a nemine captus, nativo fine deficeret, omniſque germinis ſui ſoboles iiſdem inſignibus redimiſas propagaret. Vidimus etiam noſtris diebus quoſdam Roma redeuntium ex eodem genere juxta incolarum teſtimonium pelles emiſſe: & domum nihilominus pro judicio detuliſſe. Cujus rei teſtis eſt venerabilis RAINALDUS Andegavorum Vicecomes, qui hæc & alia plurima de Martino ſtupenda narrat miracula.

* lege poſtilena.

3. Dicturi autem ſumus rem admirabilem de baculo, quem vir Dei poſt ariditatem multorum annorum medio plantavit Clauſtro. In magnæ etenim arboris molem coaluit, & multis (ſicut vir Dei prædixerat) hactenus ſaluti fuit. Si aliqua rami occaſione avellantur, impune non cedit. Unde ipſa arbor nimis horrida, & ab imis ſtirpibus tota videtur comata, quam & ipſi vidimus & amore Patris noſtri tutius deoſculati ſumus. In tanta autem admirationis veneratione ab incolis habetur, ut proceres Britonum (quorum viris eadem regio eſt) ſi quando acceſſerint, prius ad arborem *a* venientes ibidem Chriſtum adorent, & poſtmodum Eccleſiam ineant. Quod Rex ALANUS facere conſueverat, & morem hunc avitis parentibus ſuis fuiſſe dicebat. Eſt autem id genus arboris aptum ſpiculis & arcubaliſticis, vulgo enim dicitur Ivus *. Cumque poſt multa tempora ibidem Normanni veniſſent *b*, duo eorum aſcendentes arborem, arcus ſibi demere ſcrutabantur. Unus repentino crepitu oculos amiſit, alter decidens colli ſui integritatem motione contrivit; alter nihilominus dum deſcendere nititur & ubi pedem ponat neſcit, lapſus illico coxam ſibi maleſanus confregit: quod videntes ceteri pavore percuſſi, præſumere ulterius talia non ſunt auſi.

Martini baculus in Clauſtro defixus revireſcit in arborem.

* vulgo If.

4. Locus autem idem per multa temporum curricula nobiliſſime floruit, Patreſque ſtrenuiſſimos habuit, donec ex permiſſu pii Judicis Paganorum immanis rabies excrevit: ex quibus Patribus unus fuit LAUNEGISILUS *c*, cujus induſtria & ſagacis animi ſollicitudo legenti Præceptorum noſtrorum tenorem lucide poterit eſſe manifeſta. Miraculorum quoque copia non deſuit, quæ partim ignaviæ oblivioni tradita, partim a venerabili SIGNO Archidiacono ſunt deſcripta; quæ pauca hic inſerimus ut ad tranſmigrationis hiſtoriam ordine veniamus.

Vertavi florens ſtatus.

Siguinus Martini Miracula ſcripſit.

5. Eodem tempore cum idem locus clare polleret, fuit quidam juvenis Tholoſanus claris parentibus ortus, cui a primævo nativitatis exordio eundi & videndi officia negata ſunt. Qui per ſomni quietem audivit, ſi Martini tumulum peteret, illico ſanitate gauderet. Ignorans hic cujus Martini ſuffragium petere juberetur, Turonis urbem ſubvectus a B. Martino de recipiendæ ſanitatis gaudio auditus non eſt. Poſthæc Salmurum * petens cum nihil proficeret, rurſum jubetur in ſomnis Vertavum adire, de hoc Martino ſibi juſſum fuiſſe. Qui conſurgens afferri ſe præcepit, & ad Vertavum die quæ Dominica habebatur, maturius advenit. Sed antequam ad Monaſterii limina peraccederet, audivit voces Fratrum in principio Miſſæ Antiphonam, *In voluntate tua*, canentium: quo audito caput erigens, clare Monaſterium cœpit intueri, exſilienſque de lectica qua vehebatur abſque ullo adminiculo, ad beati viri venerandum acceſſit ſepulchrum; ubi diutius præ gaudio lacrymatus, cum ſurrexiſſet ſciſcitantibus Fratribus cuncta explanat, & locum eumdem pro poſſe muneribus ſatis honorat. Fratres læti & alacres, innumeras Chriſto & fideli ejus famulo referunt gratiarum actiones.

Cæcus lumen recipit.

* Saumur, ſupra Ligerim.

6. Rex DAGOBERTUS Francorum Reipublicæ Princeps cum multis & variis bellorum eventibus premeretur, de Cœnobiis Sanctorum multa abſtulit, quæ ſuis militibus partitus eſt. Hæc autem ut præſumeret, perſuaſus eſt CENTULPHI conſilio, qui erat Princeps aulicus nimis callidus & ſuaſioni idoneus. Cum Rex juſſiſſet, conſilii ipſe executor foret, cœpit facultates ſanctorum locorum inquirere & medias tabulis fiſcorum Regalium inſcribere. Quod exſequens, ſimilia cum facturus Vertavum veniſſet ubi nobilia habebantur prædia, mediam eorum partem fiſco addidit & mediam Fratribus reliquit: qui licet dolerent, tamen quia his ſolis cenſura hæc non processerat, tacendum putaverunt. Centulfus ad Regem profectus eam quæ reſidua fuerat prædiorum partem integris poſſeſſionibus aliorum Sanctorum mentitus eſt eſſe majorem: ſuadebatque Regi id quod remanſerat dividere, ſufficere dicens tertiam partem Fratribus quos in loco eodem ſe vidiſſe dicebat. Adjungens, Ut quid hi quibus jubetur victu & mediocri habitu contentos eſſe, magnorum erunt poſſeſſores prædiorum? Vivant & nobis militantibus & Domino Regi ſervientibus pauciora habere permittant. Quod

Centulfus Dagoberti nutu Vertavenſe Monaſterium ſpolians pœnas luit.

a Cernitur etiamnum illius arboris truncus, cujus particulas incolæ avide expetunt ac religioſe ſervant.
b Nempe anno Chriſti 843. ut Albertus refert.
c Eumdem eſſe putamus cum Launegiſilo Abbate Henſionenſis Monaſterii, nunc S. Jovini de Marnis, cui Launegiſilo S. Generoſus Abbas ſucceſſiſſe legitur.

CIRCA AN. 600 24. Octobr.

dicens ſuaſit Regi ſic fieri & ad hoc peragendum ipſe exſecutor miſſus eſt. Qui veniens cum a Fratribus non ut hoſtis ſuſceptus eſſet, aſſerit ſe invitum ad peragendum Regis veniſſe mandatum. Cui Fratres reſpondentes dixerunt: Si invitus, ut aſſeris, venis, proculdubio manifeſtabis. Quo dicente habere ſe dominum, & ejus ſe ſpernere non poſſe mandatum: Fratres admodum triſtes & impotes rebellionis Monaſterii ſe recipiunt Clauſtris. Centulfus lætus & alacer dapſiliter pranſurus accubat, ſeque ſocioſque inter pocula ad maturandum propter quod venerant ſermonibus armat. Fratres noctem pervigiles ducunt, & ſacris cineribus Martini adſtantes importunis vocibus querimonias ingeminant ſuffragia poſtulantes. Centulfus epulis oppletus pulcherrimo componitur lectulo, contemptumque Sanctorum animo deſtinat exaggerare ſuperbo: cum ecce tempore conticinii videt in conſpectu ſuo duos adſtare viros ſpecie terribiles & veſte fulgentes, qui cum atroci vultu perquirerent an dormiret, ſolita uſus ſuperbia reſpondit; Quis es, inquiens, tantæ dementiæ qui me audeas, ſuſcitare? Nos, inquiunt: JOANNES *a* & MARTINUS en adſumus quos deſpexiſti, quibus inſultans prædia hujus loci immeritus uſurpaſti. En morere & commiſſi ſupplicium vel invitus lue. Quo dicto prior Joannes ventri ejus fortiter elidit calces, & omnia ejus exta ventris ejectione protinus *. At ille ſurgere conatus apertis jam oculis vidit ſibi Martinum baculo inſiſtentem & ſemet graviter in capite ferientem: & diro implens clamore locum, expergefactis sociis multationis ſuæ auctores ejulando clamitat, & ſic celeri morte ad tartara feſtinat. Quo ita patrato diſſuit qui eo tempore res ſancti Martini invaderet, vel Fratribus ejus loci moleſtiam inferre tentaret.

* ſupple efſuſa ſunt.

II. De filia principis tranſmarini a legione ſanata.

Principis filiam a dæmonibus vexatam liberat Martinus.

7. Erat autem Princeps, cujus nomen excidit, tranſmarinus in partibus, qui filiam habebat quam atrox dæmonum legio vexare conſueverat, qui dum multimode nititur opem ferre filiæ, nequicquam quotidie tormenta exaggerabat puellæ. Tandem inſonat dæmonium per os obſeſſæ, Martini Vertavenſis precibus legionem exituram, & quantum temporis nobis supereſt, o ſocii, expulſionis noſtræ vindicate fugam. Ad hanc vocem tot ſtridoribus, tot motibus agi cœpit puella, quot ſpiritibus tenebatur aſtricta. Quid faceret anxius pater? Martinum neſciebat, quibus horis cum inquireret, invenire non poterat: Legatos dirigit qui cunctas luſtrarent provincias ſicubi Martinus inveniretur, & inventus honore cum maximo ad ſe evocaretur. Immenſo maris pelago poſt multos viæ circuitus, Martinum Deo volente inveniunt, adorant, venerantur, cauſamque ſuæ navigationis exponunt. Vir autem Domini cum eos humaniſſime ſuſcepiſſet, poſtquam eos omni charitate pii ſolaminis ſovit, cauſas vexationis puellæ percunctari cœpit: quod cum ipſi dicerent ab infantia ei id morbi cauſa accidiſſe; Potens eſt, inquit, Dominus facturam ſuam de manu impii vaſtatoris liberare. Itaque uno ſuorum ſecum aſſumpto cum Legatis vadit, & tranſmiſſo æquoris ſpatio ad Principis jam dicti patriam venit. Legatorum quidam præcurrunt, famulum Dei nuntiant, Princeps occurrit gaudens vehementer quod effectum ſui deſiderii invenire potuerit; jamque ſalutem filiæ tenens corde, veſtigiis reverendis viri Dei advolvitur, gratias agit quod pro ſe indigno vir Sanctus laborem tanti itineris aſſumpſerit. Cum ergo vir Domini Palatio cum Principe properaret, ſubito auditur confuſarum multitudo vocum Martini præſentiam adclamantium. Non ſuſtinens ergo iniqua legio, ſe ſancti viri conſpectibus præſentari, multum diſcerpens vexanſque puellam confuſa & turbida tenues receſſit in auras. Vir autem Domini ingreſſus jacentem puellam erexit, & impreſſo fronti ejus ſalutiferæ Crucis ſigno ſoſpitem patri repræſentat, eamque nec invitam Chriſti ſponſam ſacri velaminis impoſitione conſignat.

Diſcum marmoreum a Principe accipit.

8. Lætiſſimus ergo pater pro ſalute filiæ, multam auri & argenti congeriem beato viro jubet offerri: qui nec oculos ad hæc retorquere dignatus, cuncta pauperibus juſſit dari. Aliquibus etiam ibi commanens diebus omnem Principis illius domum fideli ſatis devotione Chriſto mancipavit.

III. De diſco undis impulſo, nec merſo.

Eo pro cimba utitur.

Viderat ſane Vir Domini Martinus in aula Principis ſupradicti diſcum marmoreum miræ magnitudinis, miræque venuſtatis: qui ut conſecraret Chriſto aram *b*, a Principe poſtulavit. Qui libentiſſime annuens etiam ſubvectionem diſci ad litus maris uſque providit. Sanctus autem vir cunctis rite peractis reverti diſpoſuit, & ad mare uſque properavit, ubi opperiebantur eum qui ſubvectionem diſci fecerant & ex juſſu principis tranſponere ponto debebant. Quibus vir Domini ne in eundo vel redeundo aliqua generaretur moleſtia, vale dicens eos redire imperat, potentique Domino ſuam evectionem commendat: impreſſoque in diſco Crucis vexillo eum undis impulit, ſeque eodem ſancto vallans munimine cum fideli ſocio lapidem

---

a Joanni Baptiſtæ primum dedicata eſt Vertavenſis Baſilica, ſupra num. 8. Vitæ.

b Iſte lapis creditur is eſſe, qui nunc Vertavenſis Eccleſiæ noſtræ majori altari impoſitus cernitur, habens longitudinis pedes decem cum tribus pollicibus, latitudinis quatuor pedes & duos pollices, altitudinis ſeu craſſitudinis pollices octo.

CIRCA AN. 600 24. Octob.

dem conſcendit, eademque die portum Neuſtriæ tsanquillime appullit, mirumque in modum tantæ molis ſaxum ſuper undas veluti molle papaver cucurrit, & nec ventorum procella deviare lapidem potuit, nec pondus teſidenrium in aliquo titubare coegit. Nimirum ipſe Chriſtus ſuſtinuit, & veluti altero Petro, fortioris tamen fidei benignam manum porrexit. Ipſe gubesnatoe, ipſe proreta fuit. Mox ergo ad lirus ventum eſt data evectione diſcum illum Martinus Saviniaco villa deportari imperar, & ſubſecutus ſuper altare ejuſdem loci Ecclesiæ iu honore Chriſti coaptat, ubi uſque bodie Chriſtus Deos pes Martini ſuffragia præbet petentibus multa beneficia. Hujus rei quam diximus, licet adſint multi reſtes, ipſaque res ſuis utarus teſtimoniis, unus psæcipue eſt ARNULFUA, cui barbara Nosmannorum utraſque abſtulit manus. Nam hic ex antiqua Vertavenſis Monaſterii fuie familia, locumque adhuc incolit qui Attarde dicitus, ubi corpus viri Dei diviſis tranſiit aquis, ſicut jam ſupra dictum eſt: in quo etiam loco nos fuimus & eum eodem homine ſæpe conſabulati ſumus. De quo mirabile eſt, quia quamvis utraſque manus perdiderit, venationis induſtriam non amiſit, adeo ut apros qui in loco eodem ferociſſimi habentur, non ſolum pedicis, ſed etiam haſta adſecurus fit. Hæc ideo diximus, ut quæ de Martino ſcribimus ficta non eſſe cunctis innoteſcamus.

IV. *Quod ſeverus fuerit, & de baculo ejus.*

Martini ſeveritas. Greg. lib 2. Dial. cap. 23

9. Fertur autem de hoc viro Dei quod acersimæ ſeveritaris fuerit, & tam potens & efficax, ut sermo quem protulerit saro vel numquam incaſſum ceciderit. Nimisum ut de B. BENEDICTO ſanctus dicit Gregorius, cujus cor ſe in altum ſuſpenderat, ejus verba incaſſum minime cadebant. Jam diximus qualiter ad ejus commotionem urbs Herbadilla fit obruta, & erumpente deorſum abyſſo perpetuis aquis ſit adoperta. Quod quoties non santum de urbibus, verum de aliquibus fecerit locis, ſi exſequi cœperimus, vanas ſabulas retexere videbimur. Hoc enim de vico olim florentiſſimo Saslebia nomine peregit, qui quamvis pesennibus aquis oppletus ſit, nomen tamen priſtinum uſque hodie permanſit. Multaque præterea ſunt quæ multorum celebrantus ore, naturam humanæ fragiliratis pene excedentia, quæ nos non dubierate poſtponimus, ſed ne tædium legentibus multa facilitare verborum ingesere videamur: ob hoc etiam quia reſtant plurima quæ omitti non oportet quæ aut ipſi vidimus, aut eum his qui interſuere converſari ſumus.

Mortem ſuam prædicit.

10. Vis Domini Masrinus nolens ralentum Domini ſui in teera abſcondere, vicinis & procul poſitis verbum Dei feſtinabat nuntiare. Cumque id muneris exſequens a Monaſterii Clauſtro longiuſcule diſceſſiſſer, ei Angelus Domini per ſoporis quietem adſtitie, ad Monaſterium sedire impesar, obitumque ejus jam imminere & ad oſtium eſſe denuntiat. Qui ſurgens regredi cœpit, & cum a Monaſterio tribus adhuc fere millibus abeſſet, ſigna ejuſdem Cœnobii cœpta moveri, ſonitumque ſolito elatiorem ſundere cœperunt. Non Fratres latuit Martini præſentia, ſed exſilientes eum Pſalmis & Canticis ſpiritualibus ei occurrerunt. Quibus præeuntibus Ecclesiam intsar, & inter ſacra piæ osationis munia gregem ſuum bono Paſtori Chriſto commendat: ſurgenſque ab oratione, coram poſitis Fratribus baculum quem piis manibus ſempes geſtarat, quique per Dei virtutem multorum fontium inventor fuerat, medio figit Clauſtso. Hoc ſignum directionis meæ, inquiens, habebitis, quod locum hunc quem Chriſto propitio ſandavi, plus ceteris omnibus amavi. Nam hic baculus qui hic figitar, mei præſentiam vobis repræſentabit, & futuræ ætati emolumenti ſalutaris erit. Me autem amplius vobis converſantem minime videbitis, quia tempus meæ prope eſt seſolutionis. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: ad quam imaginem veſtros animos præparate, & per viam Chriſti me præeunte incedite, ut participes meæ ſitis coronæ. Pacem Chriſti do vobis, pacis ejus charitatem & meæ dilectionis selinquo vobis. Commendo vos Deo quem ſecuti eſtis, ue ejus auxilio ad cœleſte Regnum pervenire poſſitis. Et dara pace omnibus Durivum profectus eſt. In magno mœsore & gravi luctu cunctos seliquit Fratres: cumque Durivum veniſſet paucis interpoſitis diebus, tactus dolore lateris (ut ſupra jam diximus) ad cœleſtia regna pervenit: ſanctiſſimum vero cospus ejus Deo volenre delatum eſt, & in Baſilica S. Joannis ſepultum Domino anouente.

Moritur.

V. *De eodem Baculo quomodo coaluerit, & quæ ſigna per eum oſtenſa ſint.*

Hoc etiam num. 5. & ſeq. refertur.

Dicturi autem ſumus sem admisabilem de Baculo quem vis Dei poſt ariditatem multosum annorum medio plantavit clauſtro. In magnæ etenim arboris molem coaluit, & multis ſicut vir Dei prædixerat hactenus ſaluti fuit, nam febricitantibus variiſque languoribus oppreſſis samuſculi ejus avulſi remedio ſunt. Si alia occaſione avellantur, impune non cedit. Unde ipſa arbos nimis horrida & ab imis ſtirpibus tota videtus comata, quam & ipſi vidimus, & amore Patris noſtri toties deoſculati ſumus. In tanta autem admirationis veneratione ab incolis habetur, ut Proceres Britronum quorum juris eadem regio eſt, ſi quando ibi acceſſesint, prius ad arborem venientes ibidem Chriſtum adorent, & poſtmodum Eccleſiam. Quod rex ALANUS facere conſuevesat & morem hunc avitis parentibus ſuis fuiſſe

dice-

Digitized by Google

CIRCA AN. 600 24. Octob.

dicebat : Eſt autem id genus arboris aptum ſpiculis & arcubaliſtis ; vulgo enim dicitur Ivus. Cumque poſt multa tempora ibidem Normanni veniſſent, duo eorum aſcendentes arborem, arcus ſibi demere ſcrutabantur. Unus repentino crepitu oculos amiſit, alter decidens colli ſui integritatem moriens contrivit; alter nihilominus dum deſcendere nititur, & ubi pedem ponat neſcit, lapſus illico coxam ſibi maleſanus confregit. Quod videntes ceteri pavore percuſſi, præſumere talia ulterius non ſunt auſi. Locus autem idem per multa temporum curricula nobiliſſime floruit, Patreſque ſtrenuiſſimos habuit, donec ex permiſſu pii Judicis paganorum immanis rabies exerevit. Ex quibus Patribus unus fuit LAUNACIARIUS, cujus induſtria & ſagacis animi ſollertia legenti Præceptorum noſtrorum tenorem lucide poterit eſſe manifeſta. Miraculorum quoque copia non defuit: quæ partim ignavia oblivioni tradita, partim a venerabili SIGUINO Archidiacono ſunt deſcripta: quæ pauca hic inſerimus, ut ad tranſmigrationis hiſtoriam ordine veniamus.

VI. De cæco & claudo curato.

Eo tempore cum idem locus clare polleret, fuit quidam juvenis Toloſanus, *&c. pag. 363. num. 5.*

VII. De Centulfo regis conſiliario punito.

Rex Dagobertus Francorum Reipub. princeps cum cunctis & variis bellorum eventibus premeretur, de Cœnobiis Sanctorum multa abſtulit, *&c. ibid. num. 6.*

VIII. Namnetenſis clades per Normannos.

* lege quadrageſimo quarto vel tertio, V. Geſta Normann.

* S. Gohar.

Igitur anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo * quarto ; cum nomen gentis Normannicæ apud noſtrates nec auditum foret, repente de vagina ſuæ habitationis exiens nacta piraticam, contigua mari Britannico depopulata loca, navibuſque longis alveum ingreſſa Ligeris, Namneticæ properat ad mœnia urbis, ſpeciem præferens multitudinis negotium exercentis. Dies tunc feſtivus cunctum ad Eccleſiam invitarat populum : nam erat ſancti Præcurſoris nativitas: nec erat ſuſpicio bellici tumultus, & intrabatur portis ſemper patentibus. Sanctus etiam Pontifex GUNHARDUS * in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſuper ara Ferreoli Martyris, quæ eſt ad levam illius ſedis, reverenter ſacris inſtabat Miſſarum ſolemniis. Igitur nullo prohibente ingreſſi Normanni, ſub veſtibus arma celant, gladioſque ſubumbrant, intranteſque Eccleſiam enſes denudant, ipſumque Pontificem *Surſum corda* dicentem juxta ſacram Victimam obtruncant : bacchanteſque per populum nulli ætati parcendum putant: ipſaque urbe vaſtata, Eccleſiaque incenſa cum grandi captivorum multitudine & pretioſa civitatis ſupellectile naves conſcendunt, & in inſulam quamdam contubernium faciunt. Inde eruptionibus crebris maritimis infeſtioris, multa fortitudine preſſos incolas ignotas cogunt perquirere terras. Unde Fratres nimium ſolliciti Vertavenſes, quippe cum ipſi Namneticæ civitati contigui eſſent, & interpoſito Ligeris & Viennæ alveo vix tribus millibus ab ea dirimerentur; colligunt quæ poſſunt, & in ſex magnis navibus componunt, effoſſoque a loco ſepulturæ beato viro, loculo imponunt aureo *a* gemmis nobilibus inſignito. Tamen dum morantur, & more humanæ fragilitatis turbatio illis non modica aſt: duæ navium impatientia ventorum obrutæ, & cum omnibus rebus peſſumdatæ ſunt. Antiquam Eccleſiam ipſi everterant, & majoris venuſtatis inſtaurara diſpoſuerant, quod oculis hodieque conſpici licet. Nam idem opus tribus a pavimento ulnis porrectum, nobilitatis & potentiæ eorum qui ædificare cœperant teſtimonio eſt. Collegerant autem cooperiendæ ædi immenſam plumbi molem, quæ ab eis terræ obruta & a nobis nuper inventa aſt. Quidam etiam coram poſitis nobis ejuſdem maſſæ quippiam furto abſtulit, & ne ab aliis id præſumeretur, illico contractis nervis diriguit: confeſſuſque reatum & ad Beati ſepulchrum ſe ſe tradens, nobis videntibus ſanitatem adeptus eſt. Alias quoque res pretii non ignobilis iidem Fratres abſcondere, quæ a nobis ſciuntur & tempore ſuo manifeſtabuntur.

IX. Quomodo corpus ejus ſanctum a Pictavinis ſit repudiatum, & quid de hoc Pipinus Rex decreverit.

Tempore illo Mandram hujus loci regebat Abbas RAIMNALDUS, vir conſiliis providus & portandi infortunii forti animo præparatus : qui aſcito Advocato loci, cui nomen erat BADILO fugam parat, & ut idem tutelæ ſit jubens exorat. Qui libenti animo reſpondit ſe potius cuncta relinquere, quam beato viro debitum ſervitium denegare. Loculo itaque ſancti Viri oſſa gerente in lecticam diligenter compoſito, cum tota ſupellectile mobili, cum omni familia, cum omnigenis vehiculis & immenſo jumentorum apparatu, flantibus

a Ergo Sanctorum corpora eo adhuc tempore, non in loculis ſeu thecis fabrefactis, ſed in ſepulchris aſſervabantur: quod etiam ex articulo x. apparet : licet B. Eligium ejuſmodi thecas plures fabricaſſe legamus.

tibus cunctis & nimio luctu deditis Vertavus relinquitur, & ignotæ ſedes novit exulibus re- CIRCA AN.
quiruntur. Ventum autem ad locum qui Novihetia dicitur, ubi beatus VETERANUS 600
quieſcit humatus, & ibi aliquanto tempore commoratum. Dicere autem impoſſibile eſt, 24. Octob.
quantas virtutes omnipotens Deus per ſingula fecerit loca, per quæ ſancti Viri beatiſſima Monaſterii
ſunt evecta membra. Inde ergo moventes ad Cellam ſui juris tendunt, quæ ENSION di- Henſionen-
citur, in quo loco mors Vertavi duo ſunt constructa Cœnobia: in montis quidem vertice ſis ſtatus.
ſancti Joannis Baptiſtæ, & ad Orientem verſus ſancti Petri Apoſtoli dicatum honore. Porro in Eccleſiæ ſancti Joannis corpus requieſcit ſancti JUVINI ejuſdem loci Abbatis. In hoc ergo loco Canonicis qui eo tempore videbantur, quidam FULRADUS præpoſitus erat, quibus Abbas RAINALDUS ceterique Fratres mandant ut corpus beati viri ſeque recipiant, & juris viri Dei Martini locum eumdem fuiſſe cognoſcant. Qui inter ſe conſilio habito, verentesque Monachorum dominium, eos ſuſcipere recuſant, & finium ſuorum excedere terminos mandant. Quibus cedentes, Arvernicum expetunt pagum, hanc & alias querimonias coram PIPINO depoſituri, qui per id tempus regnator erat Aquitanorum, qui Branziacum cunctis cum appendiciis eis reddidit: & rogante LANDRICO qui his rebus eatenus beneficiatus fuerat, præceptum Regiæ auctoritatis ex hoc fieri præcepit: miſitque ad Comitem Pictavorum Enſionenſe eis Monaſterium reddi præcipiens, & Canonicorum qui Monachicum habitum voluiſſent, manerent, qui vero noluiſſent pellerentur. Qua auctoritate Fratres animæquiores facti Pictavum pagum repetunt, ſancta pii ſecum referentes oſſa Patroni, in quo itinere quæ vel qualia operata ſit Chriſti clementia, noſtra expedire non ſufficit lingua: de quibus vel unum dicemus, ex quo ceteris fidem aſtruere valeamus.

X. *Miraculum de Bodilonis vulnere curato.*

Itaque dum cum pretioſo apparatu Sanctum inde Fratres veherent, & in quodam ſaltu refectionis gratia conſediſſent, ſubito duodecim latrunculi erumpentes equos eorum invadunt. Quod ubi BODILO eorum advocatus animadvertit, e medio Fratrum exiliens correptis armis acriter prædonibus occurrit, quos partim ſternit, & reliquos in fugam cogit: & graviter latus ſaucius, cuncta tamen quæ fures diripuerant, revocavit. Cumque grandi rivo ſanguis ejus defflueret, a flentibus Monachis vulneri particula adipis imponitur, & ſic aſtricta faſcia colligatur. Rogant igitur illum aliquid capere cibi. Quo refutante, luctu & lacrymis in eodem loco totam pervigilem duxere noctem. Valde enim eum amabant, & pro ſui bonitate omnibus reverentiæ erat. Aurora itaque diei erumpente ſeminecem eum equo imponunt, & mœſti iter aſſumunt. Cumque in cujuſdam vallis obliquo conveniſſent, loco titubantibus equis qui Sanctum gerebant, pene fuit ut ſcrinium caderet, ni idem ſaucius equitando accurrens ſui oblitus manus oppoſuiſſet. Cumque iniquitatem loci evaſiſſent, deſcendit, & cingulo equum fortius aſtringens faſciam qua conſtrictus erat, diſſolvit: nihilque de hoc intelligens ſuum equum aſcendit, & particulam adipis quæ loco vulneris impoſita fuerat, ſinu ſuo calidam ineſſe præſentit: putanſque ſe viſceribus vacuum, confeſtim mori timuit, & cum ingenti clamore Fratribus hoc indicavit. Qui feſtinanter equo deponunt, & locum vulneris inviſentes eum ſaniſſimum ac ſi illæſus fuiſſet, & omnino integerrimum reperiunt. Videbatur autem ſemita quaſi fili tenuiſſimi coloris ſanguinei per eum locum quem ictus aperuerat ferri: qui illico ſurgens ſaniſſimus beatum Martinum innumeris effert laudibus, & ingruentem de ſui ſoſpitate lætitiam cunctis affert Fratribus. Pervenientes igitur ad Enſionenſe Cœnobium, juxta membra viri Dei Jovini corpus tumulant ſancti Martini: unde non poſt multum tempus elatus, & in Eccleſia ſancti Petri, de qua jam diximus, IV. Nonas Decembris annuente Domino venerabiliter tranſlatus eſt *a*. Quæ autem vel qualia ibi Chriſtus ad laudem ſui ſtrenui Bellatoris operatus ſit, partim prout ipſe dedit, ſequens ſermo declarabit.

XI. *De Fratre non malo animo peccante.*

Vir quidam SICARANNUS nomine hoc in loco ad converſionem veniens, octingentos ſolidos Fratribus detulit, & ſecum clanculo ducentos reſervavit: uxorem ſuam ſecum adduxit, & ſanctimoniæ jura ſuſcipere nec adeo renitentem cogit, ſeorſumque diviſi ut ceteri Fratrum ſtipe Monaſterii alebantur. Converſatuſque eſt idem vir ſimpliciter, & ab omni-

a In vetuſto Breviario MS. S. Jovini hæc leguntur: *Pipini Aquitanorum Regis temporibus Abbate* RAMIRANDO *viro in conſiliis provido corpus B. Martini Vertavenſis ab Amniaco pago miraculis coruſcans eſt relatum, & apud Enſum in Cellula ſui quondam juris auctoritate Regia ſuſceptum, atque in Eccleſia B. Joannis Evang. juxta corpus S. Jovini ejuſdem loci Abb. venerabiliter eſt locatum. Quo tempore duæ inibi ejuſdem honores & reverentiæ conſecratæ Deo habebantur Eccleſiæ, alia ad Auſtrum in B. Joannis Evang. alia vero ex regione ad Septentrionem in memoriam S. Joannis Bapt. Inter iſtas duas collaterales Eccleſias media intercapedine via eſſe videbatur, per quam ob reverentiam & ſanctitatem Baſilicarum ne aliquis equitando tranſiret, jure antiquitus ſervabatur: beatique Martini ablato corpore via obſtruitur, Monachorum inibi manſiones diſponuntur, & Eccleſia S. Joannis Bapt. in Refectorium coaptatur.* S. Martini Reliquiæ non amplius exſtant in Monaſterio Enſionenſi, quod nunc S. Jovini de Marnis appellatur, ab hæreticis dire violatum. Sacrum ipſius caput in S. Florentii Abbatia Salmurienſi colitur, os vero brachii in Cœnobio Vertavenſi, ubi ſancti viri lapis ſepulchralis longus amplius quinque pedes cernitur, & a Fidelibus frequentatur.

CIRCA AN. omnibus pro ſui lenitate cavebatur reverenter. Quod autem perpetrarat, nemo mortalium
600 noverat, ſed neque hoc ipſe malum eſſe cogitabat. Cumque unus quinque ant eo amplius in
24. Octob. Monaſterio converſatus eſſet, moleſtia corporis ſuperveniente biduo fere exanimis jacuit. Jamque in hoc poſitis Fratribus ut ſepulchro corpus ejus efferretur, ingenti ſuſpirio cunctorum præſentium ad ſe ſe oculos converti coegit. Qui accedentes & faciem ejus denudantes, viventem eum inveniunt, & multum attoniti cauſas tantæ mutationis inquirunt. At ille cum grandi gemitu reſpondit ſe reum eſſe, ductumque ſe ait ad inferni loca & ibi vidiſſe tormenta horrifica & facies diras tortorum. Cumque & ipſe ad hoc a quibuſdam duceretur ut in manibus eorum traderetur; aſtiterunt duo viri veſte veneranda mirabiles, & canitie venerandi: Ubi ſunt nummi, dicentes, quos abſcondiſti? quare nunc eos pro tui redemptione non offers? qui intelligens & dicens ignoranter ſe feciſſe: In hoc, inquiunt, apparebit te hoc malitia non egiſſe, ſi ad ſupernos rediens, omnem ſpem terrenarum repuletis rerum. In qua ſponſiona relictus, ductu eorumdem virorum tormentorum loca tranſgreditur, & corpus ſuum iterum aſſumere jubetur. Qui cum requireret quinam ipſi eſſent qui tam clementem curam de ſe haberent: Nos, inquiunt, ſumus Martinus & Jovinus ſub quorum confugiſti alas, & quorum tu ſatis fida capetiſti patrocinia. Vide ergo teipſum, & qualiter tibi ſit agendum ipſe pertracta. Hæc cum ipſe Fratribus retuliſſet: Ite, ait, deſignans locum: ibi ducentos invenietis ſolidos, quos ſumite, & quod placuerit facite. Hæc cum dixiſſet, & ea ægritudine convaluit, & in hac vita diu permanens devotiſſime poſtmodum converſatus eſt. Cumque poſt longum tempus ad obitum veniſſet, uxorem ſuam quæ fuerat, ſacramento conſtrinxit, ne ab eodem loco unquam recederet; nec de quinquaginta ſolidis quos a Fratribus ſuo juſſu acceperat, alicujus lucrum niſi Sanctorum facere tentaret. Quo defuncto cum ea id abrumpere tentaret, (nam habebat filiam, quæ eam ſolidorum gratia a Monaſterio avellere cupiebat) die quadam cum RAINALDUS Monachus ei adſtaret, horæ ſextæ ſignum ſonuit, & idem Frater iturus ad Eccleſiam ſe convertit. Antequam pene limen domus excederet, illa ad terram corruit, & ululatum diræ vocis emiſit. Clamore accitus revertitur Monachus, & erigens eam cauſas inquirit clamoris illius. Domine Pater dum a me redires, quidam iracundus Abbas ingreſſus ſicut ignis qui crudeli virga in capite feriens oculum meum excæcavit. Scio autem ego multationis meæ cauſam, quia conventiones cum viro meo factas abrumpere cogitabam. Hæc dicens & ſolidos reddidit & uſque ad vitæ terminum cæca permanſit.

XII. De eo qui de Eccleſia cecidit & læſus non eſt.

Rurſus ingruente culpa incuriæ quædam domus contigua Baſilicæ igne valido cœpit ardere. Flante ergo Borea ſurens incendium irrepſit in nido corvi perantiquo poſito ſuper unam piramidum, quæ in quatuor porrectæ angulis undique fulciebant Templum. Certatim igitur molientibus quibuſque ignis inexhauſti validas compeſcere vires, vir quidam nomine MARTINUS nec ſufficientem ſcalam ſubit, & mira celeritate tecta conſcendit, niſuſque tegmina ædis avellere nec valens, conatur capitellum primo ſolvere, & ſic ceteris poſtmodum operam dare. Cumque tenacia cuncta ſenſiſſet tergum obvertit, & nitens pedibus acriter impingere cœpit: avelleuſque capitellum, cum eodem & machinis in idem confixis ſupra domum inſra poſitam ruit. Cumque & ipſa propter metum ignium retecta foret, ad terram uſque ceteris languentibus devolutus eſt. Quem cum omnes mœſtiſſimi jam mortuum dicerent, repente e domo exiliens arguere ceteros cœpit, cur attoniti ſtarent, & Eccleſiæ non ſubvenirent. Quod dicens inſtare acerrime cœpit: & in omni ſubventione ex die omnes præceſſit. Eccleſia itaque ab ignibus eruta cunctis Deum & famulum ejus Martinum laudantibus ſaniſſimus ipſe domum revertitur: & annis poſtea plurimis feliciter vixit. Nam interim diximus hæc ad comprobandum affectum beati viri circa devotos: tangendum quiddam quo appareat quam ſeverus interdum ſit, quamque clemens erga minus cautos.

XIII. De ſerviente percuſſo & ſanato.

Monaſterii noſtri quidam cocus fuit ALDRINCUS nomine, cujus filius adhuc ſupereſt, & officio & vocabulo fungitur ipſo: qui propter metum Brittonum, qui ex immiſſione SAVERICI Turonenſibus infeſti erant, domum ſuam in ſuburbio reliquit, & quamdam domum penes cryptam beati viri poſitam cum familia ſubintravit: manenſque ibi aliquot diebus ludis & riſui minime pepercit. Igitur die quadam cum de officio ſuo reverteretur, jamque ingruentibus umbris nox adveniret, ipſe domum eamdem properat, ubi uxor & familia ejus erat: invenitque quemdam Abbatem canitie venerandum & habitu mirabilem ſuper baſim parietis a dextris parietis reſidentem. Qui vocans eum ſuo nomine, percontari cœpit ubi vellet ire. De officio inquit dominorum eorum regredior, & ad familiolam meam feſtino. Hanc inquit viam deſere, & aliud tibi hoſpitium quære. At ille tranſire conatus terque prohibitus, dum verbis non adquieſcit, verberibus agitur: & graviter caput ictus crudeli virga multatur, illicoque corruens ingentem ſanguinis rivum cruentato diſpulit ore. Unde manibus aliorum ſublatus & ad domum corpore nigerrimo deportatus, cunctiſque Fratribus accitis, cum reſpiraſſet omnia exponit, & Dominico vexillo quod in loco eodem pretioſiſſimum fuit a Fratribus conſignatus, & domum reliquit & omni infirmitate pulſa diutius in hac vita manſit.

XIV.

CIRCA AN. 600
24. Octobr.

XIV. De Vexillo Dominico.

Sane quia moutionem ſecimus Veailli Domiuici, quiddam nobia addendum videtur. Fertur enim qood hoc beatus Martinus compoſuerit, & quidquid pretioſi inveuire potuit, iu eo recondere ſeſtinarit. Quod exterius aureis braccis locidum, gemmiſque nobilibus redimitum, iuterioris virtutis multa & inuumera dedit experimenta. Nam ſi quis ſebricitans aut quolibet æſtoans incommodo vel eo ſiguatos vel vinum bauſiſſet quod in id intioctum foret, mirum dictu quauta efficacia ſanitas ſeqoeretur Jumeuta etiam aliquibus morbis laboraotia eo capiti eorum admoto omni ſoſpitate illico potiebantur. Ad reprimendos ignium impetus quautæ eſt efficaciæ? Videres eum aut illico mori, aut qaaſi multo metu reſugere. Deuique com quædam magna domus jam peue iguibus abſumpta foret, ceteris nequicquam ageutibus quidam Monachus LAMAERTUS nomine curſu rapidiſſimo Veaillum advehit, & cum longa virga impoſitum ſuper globos flammarum eaponit: diſcurreotibos ceteris Mooachus impellitur, & ſignam ſalutiferum medios inter vapores cadit. Anxius Mooachus mediis ignibus inſilit, & id efferens ipſe contemplantibus cunctis & eapillis & veſtibus iuuſtus apparuit. Quod Signum quidam homunculi nequam furto auferentes nobis hactenus magui mœroris cauſam reliquere.

XV. De muliere percuſſa & mirabiliter ſanata.

Nobilis quædam matrona RAINSOINDIS nomine, quæ ſuperſtes hodieque viget, juxta Eccleſiam commanebat, qua viri Dei Martini membra coluntur humata. Hæc itaque ſenſim & per intervalla temporum eo morbo laborabat, quem vulgo Dragunculum vocant. Cumque nocte quadam eadem moleſtia inquietaretur, mittit unam ancillarum iutempeſta noctis hora: Vada, inquit, poſt cryptam beati Martini, deſer mihi maorellam quam dum tranſirem vidi ibi eſſe copioſam. Obtemperans ancilla præceptis dominæ, ſilentio vadit, maurellam decerpit revertique cupiens a quodam Abbate ioæſtimabilis reverentiæ vidit ſe graviter iu capire feriri: amenſqua ad domiuam reverſa, ictum monſtrat, oculomque ſoum tautæ jam groſſitatis ut quid ſoerit nou appareret. Erat autem ipſa noa venerabilis & feſtiva, cum aſſet annua tranſitus ſancti Viri Dei Martini: ſurgenteſque Fratres ſe Matutinorum præparabant officio. Multo adſtaute populo tota ædes illaſtratur diverſorum luminum ſulgore coruſco, cum ecce domina cæcam præſert ancillam: & beato Martino dat eam ut eſſet ipſe poſſeſſor benignos, qui percuſſor voluit eſſe ſeverus. Quæ miſſa a Fratribus inter aram ſancti Petri & ſepulchrum ſancti viri ibi lacrymis incumbens flagitabat cœleſtis upem medici. Vtotum igitur ut Evangelium more regulari legeretur: Evangelium aotem hoc erat, *Videte, vigilate, & orate*. Cumque pronunciaſſet Sacerdos, *Vigilate ergo*, tanta lua ſubitu cœlitus lapſa eſt, ut omnes ingenti ſtupore attoniti tenerentur, Manſitque donec Evangelium cum ſubſequenti terminaretur hymno: moxque & mulieri reſtituitor viſus, & ipſa ſaniſſima conſurgens gaudium magnum cunctis fecit Fratribos. Vocatur autem ipſa mulier GAUZBERGA, & hujus rei ſufficiens teſtimooium præbet.

XVI. De Dæmoniaco ſanato.

Eſt etiam quædam villula trans fluvium Divæ quæ Æſtivalis dicitur, in qua quidam conductitius meſſor (nam tempus triticeæ meſſis erat) immundis ſpiritibos iovaſus eſt. Qui cum magno labore vix captus, & iuquiſitus qoid haberet; Septem inquit ſumus, duo alibi vadent, quinque Martini illius vetoli (Eccleſiam reſpiciens) imperium ſuſtinebuut. Ligatur ergo impoſituſque biroto ad Monaſterium ſancti cum ſtridoribus & nimiis clamoribus advesperaſcente ſabbati die advehitur, atque ante ſanctum deductus altare ibi multa prece ejaſdem noctis hoſpitium cœpit poſtulare. Quo quaſi non impetrato illico ſanctum virum conviciis aggreſſus inter manos tenentium labitur, & in ſomno reſolutus omni infeſtatione immundorum ſpirituum liberatur. Spiritus autem nequam eapulſionem ſui non ferentes, per vicum vicinum qui Marnas dicitur fugientes, domos evertunt contiguamque penetrantes ſylvam ejusquam maximam partem radicitus avellunt. Homo autem ſanitate potitus, uliquot diebus cum Fratribus commoratus eſt. Vocabator autem Idem TATBALDUS, qoi poſtquam uobis uliquamdiu commanſit, domum ſuam reverſus eſt.

XVII. Item aliud miraculum de quodam qui Monachus fieri nolebat.

Huic quippe aliud nectitur miraculum, iu quo homana ſollicitudu ſalabre percipit conſilium, & diabolicum valde ſpernitur jaculum. Nam nec multo poſt tempore cum illic Domino ſanctoque ſervientes Martino ingentium eanberante copia rerum relinquereot Monaſticæ converſationis Decretum, perveutum eſt ad Canonicorum habitum, magis eligentes ſæculum quam dominum diligere. In quo etiam diu commorantes, cum jam univerſa Cœnobia præcipue & beati Martini, quia circumdantur Oceano mari, depopulante barbarica tempeſtate viderentur anoullari, decreverunt ea illis duodecim ſuffragante Divina pietate

Status Monaſterii Vertavenſis.

CIRCA AN. tate fieri Monachi cum tribus quos nutriebant alumnis, ut Patribus cotum præcedentibus
600 conjungerentur in cœleſtibus, & ſi forte deſereretur locus, a populo ſuſciperentur religioſius.
24. Octob. Quod quibuslibet ſuſcipientibus & quibuslibet recuentibus, non quadrantis ſed trientis calculatione duodenarii partiti numerus, non dodrante ſed ſemiſſe irreligioſe permanente, Deo anouente in Monachilem habitum converſus eſt. Nec mirum ſi duodenarii octonarius deperiit quaternario ad religionem converſo, quamvis conſter quaternario bis multiplicato: cum & binarii unum, quamquam non perficiatur niſi duabus unitatibus, in primordio ſæculi altero adeſt electo, fratricida periit effectus. Sed Deo auxiliatore revertamur a quo avertimur. Horum vero duodecimus, a quo ſalutare hoc decretum prius fuerat ſancitum, dicebatur RAIMBOLDUS, cujus & nepos eodem vocabulo ſed differentiæ cauſa vulgo dicebatur CORDA: ipſe enim ſonabilem atque concordem gerebat vocem. Quippe qui dum intempeſta quadam nocte ante ſui avunculi lectum hortantis eum & multoties deprecantis fieri Monachum ſomno comprimeretur, vociferabatur ſe a dæmonibus per capillos trahi, & domo per ſumarium capelli, atque ſi facultas daretur revertendi Monachum ſe velocius effici. Quod cum audiens avunculus de lecto tremefactus ſurrexiſſet, & hac illacque curſitando eum requireret, accepit veſtem quam vocamus Cucullam, & illam in partem qua audiebatur jaciens ſuper eum poſuit. Quo pacto ſtatim a demonibus ereptus demumque reverſus, factus eſt Monachus. Hinc proculdubio annuente Domino advolevit grea Cœnobialis in Monaſterio, ſæpeque quietus, ſemper ſollicitus ne prævaleret in eis amplius hoſtis incurſus. Interea flagitamus animos audientium æſtimare quod dicitur eſſe verum; neque aliqua adulationis ſive imaginationis cauſa compoſitum. Sed eodem teſte per plurimorum ſpatia temporum nobis revelatum eſt: eumdemque etiam nonnulli mecum noverunt & multo poſt a Paganis adverſa fuiſſe perpeſſum.

XVIII. Rainoldus Dux ob invaſa Monaſterii prædia cæditur.

Nec inter plurima maximum prætermittendum miraculum in quo cupido non valuit obtinere vim poſſibilitatis. RAINOLDUS quippe nobilis proſapiæ, qui erat Dux regionis Franciæ decore ſuffultus civitatis Cenomannicæ, inflammatus facie iniquitatis nefariæ, beato Martino voluit rapere quod adquiſierat diutino tempore. Videns itaque res ſancti Martini communem terminum habere cum ſuis, cœpit eas revocare ſibi cum ſingulorum reditibus annorum. Cum vero ingens rumor populi almi Martini hoc Monachis nunciaret, miſerunt ad eum ea ſe imploraturos ne tantum nefas fieret. Qui renuens apud ſe quod poſtulaverant impetrare, non ſolum quod uſurpaverat non reddidit, verumetiam alia ſe ablaturum vita comite promiſit. Sed Deus omnipotens ne fieret diſtulit. Illi quidem mœſto corde abeuntes renuntiaverunt ceteris nihil eumdem dimiſſurum quod decreverat animo ſe facturum. Unanimes autem ſolita arma videlicet orationis ſumentes, proſtrati corpore ſolo quæſierunt auxilium a Domino, quo poſſent beato ſervire Martino in ipſo Cœnobio. Sed exauditor omnium nolens fruſtrare preces ſervorum, miſit eis Sanctos ſuos, ſcilicet Petrum & Joannem Baptiſtam necnon & prædictum Martinum in adjutorium. Venientes igitur ante eum quadam nocte jacentem in lecto, interrogaverunt an dormiret. Eo quippe cujus rei gratia veniebant ſciſcitante dixit Joannes: Mittimur certe a Deo ſcire cur Sanctorum prædia aut Dei audeas invadere: cum & ipſi jam eum coregnent ſine fine: cum iſte nec alii mali tibi nihil commiſerint: cur hunc, qui eſt in præſentia, virum tam vehementer dehoneſtaſti? deinde jube, inquit, Petre (converſa ad eum facie) præceptor cœleſtis januæ quid pœnæ debeat ſuſtinere. At ille reſerata cœleſti clave juſſit tribus eum verberibus donare. Tum quippe juſſioni obedientes Apoſtolicæ, tria quaſi de funiculis fecere flagella: & Petrus horum primus ſingulari verbere percutiens, eum duobus reliquit cædendum, quorum prior Joannes, alter vero Martinus noviſſime ſingulari ut Petrus ceciderunt verbere. Tribus quidem flagellatus ictibus non opus dicere an fuerit caſtigatus ex verbere, qui non ſolum quod abſtulerat reddidit, verumetiam quod juſte poſſidebat, obtulit. Nos itaque quia pauca de hujus ſancti diſſeruimus virtutibus, interim de ceteris ſileamus, nobis ſapientioribus relinquentes quæ ſuperſunt, ut ea deſcribantur in poſteriorum notitiam.

PROSA RHYTHMICA DE EODEM.

Ex vetuſto codd. MS. Vertavenſi.

LINGUA, corde, mente tota
Nunc MARTINI plebs devota
Recolat ſolemnia.
Cujus probant ſanctitatem
Et ferventem charitatem
Miracula varia.
Dum non credit, caſum dedit
Herbadilla funditus:
Per Martinum Vertavinum
Floret agmen primitus.
Liberata & ſalvata
Principis eſt filia:
Urſus cedit & obedit
Remora lævitia.
Saxum nare ſcit per mare
Præſentis imperio:
Nectar ſapit fons quem capit
Iſte præ ſolatio.
Ceſſit unda & immunda
Cohors ſub efflamine:
Hic redemptus ſum & emptus
Clamat ſacro ſanguine.

S. LEAN-

S. LEANDRI EPISCOPI
HISPALENSIS
ELOGIUM HISTORICUM.

AN.CHR. 601 27. Febr.

Leandri elogium ex S. Iſidoro.

1. S*Ancti* LEANDRI *Hiſpalenſis Epiſcopi res geſtas nemo melius novit ac ſcripſit, quam S.* ISIDORUS *ipſius frater & ſucceſſor, qui in lib. de Script. Eccleſ. cap. 28. germanum commendat in hunc modum, prout ex MS. cod. Thuaneo deſcripſimus.* LEANDER genitus patre SEVERIANO Carthaginienſis provinciæ Spaniæ, profeſſione Monachus, & ex Monacho Spalenſis Eccleſiæ Beticæ conſtitutus Epiſcopus, vir ſuavis eloquio, ingenio præſtantiſſimus, vita quoque tantum atque doctrina clariſſimus, ut etiam fide ejus atque induſtria populi gentis Gothorum ab Ariana inſania ad fidem Catholicam reverterentur. Hic namque in exſilii ſui peregrinatione compoſuit duos adverſus hæreticorum dogmata libros, eruditione ſanctarum Scripturarum ditiſſimos: in quibus vehementi ſtilo Arrianæ impietatis confodit ac detegit pravitatem, oſtendens ſcilicet quid contra eoſdem habeat Catholica Eccleſia, vel quantum diſtet ab eis religione vel Fidei ſacramentis. Exſtat & aliud laudabile ejus opuſculum adverſus inſtituta Arrianorum, in quo propoſitis eorum dictis ſuas reſponſiones opponit. Præterea edidit unum ad FLORENTINAM ſororem de Inſtitutione Virginum & contemptu mundi libellum, titulorum diſtinctionibus prænotatum. Siquidem & in Eccleſiaſticis officiis idem non parvo elaboravit ſtudio. In toto enim Pſalterio duplici editione orationes conſcripſit: in Sacrificii quoque laudibus atque Pſalmis multa dulciſone compoſuit. Scripſit & epiſtolas multas, ad Papam GREGORIUM de Baptiſmo unam; alteram ad Fratrem *, in qua præmonet cuiquam mortem non eſſe timendam; ad ceteros quoque Coepiſcopos plurimas promulgavit familiares Epiſtolas, etſi non ſatis ſplendidas verbis, acutas tamen ſententiis. Floruit ſub RECCAREDO viro religioſo ac Principe glorioſo, cujus etiam temporibus mirabili obitu actualis vitæ terminum clauſit. *Hæc Iſidorus pro germano modeſte quidem, & quantum ad inſtitutum ſatis, ſed pro tanti viri merito ac dignitate brevius quam par fuit. Verum quando a nemine Scriptorum veterum diligentius tradita S. Leandri geſta accepimus, collectis hinc inde laciniis eum exornare pro virili tentabimus.*

* In cod. Thuan. deeſt ad fratrem.

Ejus patria & parentes.

2. *In primis quod ad S. Leandri patriam attinet, Murciæ quæ Bicaſtris ſeu Bigaſtris Gothis dicta eſt, in vulgato Maximi Chronico Era 72. anno Chriſti 534. natus legitur. Urbs Bigaſtrum quæ modo everſa jacet, Epiſcopalis quondam Sedes fuit. Nam in Concilio 5. Toletano* VITIGINUS *Bigaſtrenſis Epiſcopus ſubſcriptus reperitur, in 7. vero cum Bonifacio Carthaginenſi Epiſcopo. Unde ſi aliquando (ut ſentit Garſias de Loayſa in Notis ad Conc. Tolet.) Sedes Carthaginenſis Bigaſtrum tranſlata eſt, non tum primum Bigaſtro Epiſcopalis honoris dignitas acceſſit. Verba Chronici, quiſquis tandem ejus auctor eſt, dum graviora non ſuppetunt argumenta, referre juvat.* LEANDER SEVERIANI Ducis filius & Flaviæ SANCTINÆ, Murciæ quæ Bigaſtrum Gothis dicta eſt, natus ex matre THEODORA CERVELLA femina nobiliſſima, in Æde B. Mariæ ſuburbana tingitur. *Fabuloſa ſunt quæ in eodem Chronico Era 554. ſeu anno Chriſti 514. & in Pſeudo-Luitprandi Diaconi Ticinenſis Adverſar. num. 242. leguntur de paterna Severiani origine ex* THEODORICO *Gothorum Rege: qui ſive dicatur Theodoricus junior, a quo* RECHIARIUS *ſeu Ricimerus Svevorum Rex oppreſſus eſt, uti Prudentio Sandovali in S. Leaudri Vita apud Brouverum videtur; ſive Theodericus Amalus Oſtrogothorum in Italia Rex, quod Joanni Tamayo in Martyrol. Hiſpan. ad diem 15. Januarii in S. Iſidoro magis placet; haudquaquam Severiani pater eſſe potuit. Non qnidem primus,*

AN.CHR. 601 27.Febr.

qui Puſino & Joanne Conſſ. hoc eſt anno Chriſti 467. *a fratre Eurico cæſus (ut Marius Aventicenſis in Chronico auctor eſt, conſentiuntque Iſidorus itidem in Chronico & Rodericus Toletanus in lib.* 2. *de reb. Hiſpan. cap.* 29.) *longe ante deſiit, quam natus ſit, vel* AMALARICUS ALARICI *filius, cui adhuc puero tutor conceſſus a Sandevale dicitur; vel Severianus Leandri pater, alias Severianus minimum ſexagenarius Leandrum primogenitum ex conjuge ſuſcepiſſet. Non etiam ſecundus, Theodericus ſcilicet Amalus, Severiani parens fuit. Nam licet Amalarici nepotis res atque Regnum curaverit, non conſtat an unquam in Hiſpaniam profectus ſit: & præter concubinam ex qua* THEUDETUSAM *generavit, unicam uxorem habuit* AUDEFLEDAM CLODOVEI *Francorum Regis ſororem, quæ ipſi* AMALASUINTHAM *peperit.*

Fratres ac ſorores.

3. *Si Pſeudo-Luitprando in Adverſariis num.* 243. *credimus*, SEVERIANUS duxit uxorem THEODORAM CERVELAM 14. annorum. Naſcitur anno ſequenti LEANDER, ſcilicet 542. Anno ſequenti THEODORA vel THEODOSIA, uxor LEOVIGILDI, mater HERMENEGILDI Martyris & RECCAREDI. Era 548. naſcitur FLORENTINA in die S. Florentii Martyris, obiitque ſancte anno 610. annorum 60. *Leander ipſe in Regula ad Florentinam ſororem cap. ultimo meminit* FULGENTII & ISIDORI *fratrum, de Theodoſia vero ne verbum quidem dicit, treſque dumtaxat germanos ſuperſtites, præter Iſidorum, memorat his verbis.* Poſtremo chariſſimam te germanam quæſo, ut mei orando memineris, nec junioris fratris ISIDORI obliviſcaris: quem quia ſub Dei tuitione & tribus germanis ſuperſtitibus (LEANDRO *videlicet*, FULGENTIO & FLORENTINA) parentes reliquerunt communes, læti & de ejus nihil formidantes infantia ad Dominum commearunt.

Mors parentum S. Leandri.

4. *Ex his verbis manifeſtum eſt, utrumque Leandri parentem jam mortuum tum, cum Leander ſuam Regulam ad ſororem dictabat. Et quidem Severianus vitam clauſit in exſilio apud Hiſpalim, quo ab Agilane cauſa fidei relegatus eſt cum conjuge & liberis, ſi Fulgentium & Iſidorum Hiſpali natos excipias, ut Luitprandus in Adverſar. num.* 252. & 254. *opinatur. Mater etiam extra patriam, forte in Monaſterio ſupremos annos exegit, quemadmodum ex Regulæ capite mox citato colligi poteſt.* Denique errorem meum ipſe fateor, (*inquit Leander*) me communem matrem ſæpe allocutum, noſſe cupiens ſi vellet reverti ad patriam. Illa autem quæ ſe noverat Dei voluntate cauſa inde ſalutis exiſſe, ſub divina obteſtatione dicebat, nec velle ſe videre, nec unquam viſuram illam patriam eſſe, & cum magnis dicebat fletibus: Peregrinatio me Deum fecit agnoſcere, peregrina moriar; & ibi ſepulchrum habeam, ubi Dei cognitionem accepi. Teſte JESU hoc in ejus experiiſſe deſideriis memor ſum, ut etiamſi diu viveret, patriam illam non reviſeret.

Leander ex Monacho Epiſcopus Veſigothos convertit.

5. *Sed ut ad S. Leandrum revertamur, is relicto ſæculo Monaſterium Hiſpalenſe ingreſſus, S. P. Benedicti Regulam profeſſus eſt, ut communi conſenſu tradunt Scriptores Hiſpanici; deinde in Monaſterio S. Claudii Legionenſis, ut fert Majorum traditio, aliquandiu demoratus, ad proprium Cœnobium rediit, unde mortuo* STEPHANO, *aliis* DAVIDE, *Epiſcopo Hiſpalenſi in iſtius Eccleſiæ regimen vocatus eſt. Quo in munere Apoſtolicam ubique diligentiam præferens, verbis & exemplis Arianos quamplures, in his* HERMENEGILDUM LEUVIGILDI *Regis filium ad Catholicam Fidem adduxit. Hujuſce rei teſtis eſt Gregorius Magnus in lib.* 3. *Dial. cap.* 31. Sicut multorum qui ab Hiſpaniarum partibus veniunt relatione cognovimus, nuper Hermenegildus Rex Leuvigildi Regis Wiſigothorum filius ab Ariana hæreſi ad fidem Catholicam viro reverendiſſimo Leandro Hiſpalitano Epiſcopo dudum mihi in amicitiis familiariter juncto converſus eſt.

Leuvigildus Hermenegildum & Catholicos armis impetit.

6. *Non tulit iſtam mutationem Arianus pater, ſed filium blanditiis, tum minis & armis adortus, Catholicis acre bellum indixit. Nam* iniquæ perfidiæ furore repletus (*inquit Iſidorus in Chronico Era* 608.) in Catholicos perſecutione commota plurimos Epiſcoporum exſilio relegavit, Eccleſiarum redditus & privilegia tulit, multos quoque terroribus ſuis in Arianam hæreſim & peſti-

len-

AN.CHR. 601 27. Febr.

lentiam impulit, pleroſque ſine perſecutione illectos auro rebuſque decepit. Auſus quinetiam inter cetera hæreſis ſuæ contagia rebaptizare Catholicos, & non ſolum ex plebe, ſed etiam ex Sacerdotalis Ordinis dignitate, ſicut VINCENTIUM Cæſarauguſtanum, quem de Epiſcopo apoſtatam fecit, & tamquam a cœlo in inferna projecit. Exſtitit autem & quibuſdam ſuorum pernicioſus. Nam vi cupiditatis & livoris, quoſcumque potentes ac nobiles vidit, aut capite damnavit, aut opibus ablatis proſcripſit. Ærarium quoque ac fiſcum primus iſte auxit, primuſque inter ſuos Regali veſte opertus ſolio reſedit. Nam ante eum & habitus & conſeſſus omnis ut genti, ita & Regibus erat.

Leander Conſtantinopoli cum Gregorio amicitiam init.

7. *Hiſce malis acerbiſſimis aliquod remedium cogitans Hermenegildus, Conſtantinopolim ad* MAURITIUM *Auguſtum anno 583. Leandrum legat, ut laborantibus ſub gladio Ariano Catholicis Imperator ſuppetias ferret. Parum, ne dicam nihil, profectum eſt apud Imperatorem, qui rebus Perſicis occupabatur; nec tamen Leandri peregrinatio ſuo fructu caruit. Nam cum eo ipſo tempore Gregorius adhuc Diaconus pro Eccleſiæ negotiis in eadem urbe verſaretur, tantam cum Leandro neceſſitudinem contraxit, ut eo hortante libros Moralium aggreſſus ſit, ſicut in Præfatione teſtatur in hunc modum.* Dudum te, Frater beatiſſime, in Conſtantinopolitana urbe cognoſcens, cum me illic ſedis Apoſtolicæ reſponſa conſtringerent, & te illuc injuncta pro cauſis Fidei Regis Wiſigothorum legatio perduxiſſet, omne tuis auribus quod de me diſplicebat expoſui . . . . . . Tunc eiſdem Fratribus etiam cogente te placuit ſicut ipſe meminiſti, ut librum beati Job exponere importuna me petitione compellerent. *Libros iſtos cum Paſtorali ſuo Gregorius poſtea Leandro dirigens, ita ad eum ſcribit lib. 4. Epiſt.* 46. Quanto ardore videre te ſitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis leges. Sed quia longo terrarum ſpatio disjunctum te videre nequeo, unum quod mihi de te dictavit charitas feci, ut librum Regulæ Paſtoralis quem in Epiſcopatus noſtri exordio ſcripſi, & libros quos in expoſitione Beati Job jamdudum me feciſſe cognoviſti, Sanctitati veſtræ tranſmittere curavi. *Denique quanto eum amore conſtringeret, oſtendit in lib.* 1. *Epiſt.* 41. Etiam abſentem corpore, præſentem mihi te ſemper intueor, quia vultus tui imaginem intra cordis viſcera impreſſam porto.

Libros Moralium Gregorius eo hortante ſcribit.

Leandri ſcripta.

8. *Leandro a legatione ſua reverſo quieto eſſe non licuit, ſed cum Hermenegildus patris juſſu de medio ſublatus eſſet, in exſilium ipſe cum aliis Epiſcopis pulſus eſt: in quo duos libros adverſus Arianos teſte Iſidoro elucubratus eſt, tum etiam librum ad* FLORENTINAM *ſororem de Inſtitutione Virginum, quantum ex ipſius verbis intelligi datur; quibus in cap. ult. patriæ ſuæ ſtatum ita depingit.* Ego tamen expertus loquor, ſic perdidiſſe ſtatum & ſpeciem illam patriam; ut nec liber quiſquam in ea ſuperſit, nec terra ipſa ſolita ſit ubertate ſecunda, & non ſine Dei judicio. Terra enim cui cives erepti ſunt & conceſſi extraneo, mox ut dignitatem perdidit, caruit & fecunditate. *Huncce librum ſeu Regulam Luitprandus adverſar. num.* 255. *male a Leandro anno primo ſui pontificatus ſcriptam aſſerit ad ſororem undevicennem; alias cum Leander ex eodem auctore num.* 243. *ſororem uno dumtaxat anno ſuperarit, iſtam Regulam vicennis dumtaxat, jamque Epiſcopus exaraſſet. Exſtat ea Regula in Codice Regularum & apud Brouverum de Sanctis Germaniæ, quæ ſola cum Oratione in Concilio Toletano III. a Leandro habita ex omnibus ipſius operibus ſupereſt. Porro quanti Gregorius M. amici ſui eruditionem fecerit, teſtatum reliquit in lib.* 7. *Epiſt.* 127. Sanctitatis tuæ accepi epiſtolam ſolius charitatis calamo ſcriptam: ex corde enim lingua tinxerat, quod in chartæ pagina refundebat. Boni autem ſapienteſque viri cum legeretur adfuerunt, quorum ſtatim viſcera in compunctione commota ſunt. Cœpit quiſque amoris manu in ſuo corde te rapere, quia in illa epiſtola tuæ mentis dulcedinem non erat audire, ſed cernere. *Nec omittendum hoc loco Iſidori fratris teſtimonium in Epiſtola ad Claudium Ducem.* Memento, *inquit*, communis noſtri Doctoris LEANDRI, & ejus fidem atque doctrinam pro viribus imitare.

Gothorum converſio.

9. *Dum tantiſper Leuvigildi deferbuit furor, tum Catholicis mitius agere cœpit, & mor-*

AN.CHR. 601 27.Februar. *& morti proximus Leandro Epiſcopo jam ab exſilio revocato Reccaredum filium commendavit, ut in lib. 3. Dial. cap. 31. Gregorius M. memorat. Nec fruſtra quidem. Tanto enim veritatis Catholicæ zelo Leandri monitis Reccaredus accenſus eſt, ut ejurata hæreſi ſubditos omnes ad Fidei unitatem reduxerit.* Reccaredus, *inquit Joannes Abbat Biclarenſis*, primo regni ſui anno menſe 10. Catholicus Deo juvante efficitur, & Sacerdotes ſectæ Arianæ ſapienti colloquio aggreſſus, ratione potius quam imperio converti ad Catholicam Fidem fecit, gentemque omnium Gothorum & Svevorum ad unitatem & pacem revocat Chriſtianæ Eccleſiæ. *Et infra*. Anno 8. Mauritii Imperatoris qui eſt Reccaredi Regis 4. annus, ſancta Synodus Epiſcoporum totius Hiſpaniæ, Galliæ & Gallæciæ in urbe Toletana præcepto Principis Reccaredi congregatur Epiſcoporum numero 72. in qua Synodo iotererat memoratus Chriſtianiſſimus Reccaredus, ordinem converſioois ſuæ & omnium Sacerdotum vel gentis Gothicæ confeſſionem tomo ſcriptam manu ſua Epiſcopis porrigens, & omnia quæ ad profeſſionem Fidei Orthodoxæ pertinent innoteſcens, cujus tomi ordinem decrevit ſancta Epiſcoporum Synodus canonicis applicare monumentis. Summa tamen Synodalis negotii penes S. LEANDRUM Hiſpalenſis Eccleſiæ Epiſcopum & beatiſſimum EUTROPIUM Monaſterii Servitani Abbatem fuit, &c. *Similia apud Iſidorum in Chronico leges*.

Synodus Toletana anno Chriſti 593.

Leandri oratio in illa Synodo.

10. *Illa in Synodo Leander gratulatoriam de gentis ſuæ converſione orationem habuit, atque præter alia.* Nos majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos Eccleſiam parturiiſſe populos intuemur: & quorum aſperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Ergo materia gaudii noſtri, tribulationis præteritæ occaſio fuit. Gemebamus dum gravaremur, ſed gemitus illi id egerunt, ut hi qui per infidelitatem nobis erant ſarcina, fierent noſtra per ſuam converſionem corona. *Cetera videſis apud Baronium To. 7. Annal. ad ann. 589. & apud Joannem Tamayum in Martyrol. Hiſp. 27. Febr. Eidem Synodo Leander Apoſtolicus Legatus præfuit ex dictis, primuſque ſine dubio ſubſcripſit, quamvis in tomis Conciliorum editis omiſſus ſit.*

11. *Biennio ante dictam Synodum, nempe Indictione 9. Leandro de trina Baptiſmi merſione conſulenti Gregorius Magnus lib. 4. Epiſt. 41. reſcripſerat his aliiſque verbis.* De trina merſione Baptiſmatis oihil reſponderi verius poteſt, quam quod ipſi ſeoſiſtis quia in una Fide nihil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diverſa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus. *Et infra*. Sed quia nunc hucuſque ab hæreticis infans in Baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud vos eſſe non cenſeo: ne dum merſiones numerant, Divinitatem dividant; dumque quod faciebant faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe glorientur. *Nec eſt quod de iſtius Epiſtolæ auctore addubites. Licet enim Alcuinus ſimplici Hiſpanorum merſioni infenſus in Epiſt. 10. revocet eam in dubium, quod in Epiſtolari ſuo libro quem Roma acceperat non inveniretur; ad tollendam Alcuini ſuſpicionem ſufficit Iſidori Hiſpalenſis Epiſc. auctoritas, qui in lib. de Script. Eccleſ. cap. 27. prædictæ Epiſtolæ diſerte meminit. Qua de re conſule ſi lubet Menardum in lib. Sacram. pag. 101. & 102.*

Conſultatio de trina merſione in Baptiſmo.

12. *Iiſdem litteris Gregorius ſuum exprimit gaudium de Reccaredi Regis converſione, quam ipſi Leander ſignificaverat.* Explere loquendo, *inquit*, nullatenus valeo gaudium meum, quod communem filium Reccaredumglorioſiſſimum Regem ad Catholicam Fidem integerrima agnovi devotione converſum. Hujus dum mihi per ſcripta veſtra mores exprimitis, amare etiam quem neſcio feciſtis. Sed quia antiqui hoſtis inſidias ſcitis, quoniam bellum durius contra victores proponit; nunc erga eumdem ſollertius Sanctitas veſtra evigilet, ut bene cœpta perficiat, oe ſe de perfectis bonis operibus extollat: ut Fidem cognitam vitæ quoque meritis teneat.

Gregorii lætitia de Regis converſione.

13. *Cœpit poſtmodum Leander podagræ laboribus atteri, quod amico Gregorio nuntiavit, accepitque ab eo Pallium cum Epiſtola 127. lib. 7. Indict. 9. ſcripta, cujus hæc verba.* De podagræ vero moleſtia Sanctitas veſtra, ut ſcribit, affligitur, cujus dolore aſſiduo & ipſe vehementer attritus ſum. Sed facilis erit conſo-

Leander podagra laborans Pallium accipit.

la-

latio, ſi inter flagella quæ patimur, quæcumque fecimus ad memoriam delicta revocamus: atque hæc non jam flagella ſed dona eſſe conſpicimus, ſi quæ carnis delectatione peccavimus, carnis dolore purgemus. Præterea ex benedictione B. Petri Apoſtolorum principis Pallium vobis tranſmiſimus ad ſola Miſſarum ſolemnia utendum. Quo tranſmiſſo valde debui qualiter vobis eſſet vivendum admonere: ſed locutionem ſupprimo, quia verba moribus anteitis. AN.CHR. 601 27.Febr.

14. *Hæc cum anno 599. contigerint, non diu ſuperſtes fuit S. Leander, qui invaleſcente podagra aliiſque ſuccedentibus morbis biennio non duravit. Sed antequam ipſius obitum referamus, poſtremis Gregorii verbis movemur divinos ejus mores eximiaſque virtutes rimari atque in lucem proferre. Cui rei exeſquendæ unicum nobis ſupereſt monumentum, nimirum Regula ad Florentinam ſororem a Leandro ſcripta, in qua animi ſui ſenſa pioſque motus egregie depinxit.* Leandri virtutes.

15. *Terrenarum rerum contemptum quem a tenerioribus annis Leander in Monaſterio amplexus erat, primum omnium ſorori commendat in hunc modum:* Perquirenti mihi, Soror chariſſima FLORENTINA, quibus te divitiarum cumulis heredem facerem, qua te patrimonii ſorte ditarem, multæ rerum fallacium occurrebant imagines, quas cum ego ut importunas muſcas manu mentis abigerem, ajebam: Aurum & argentum de terra eſt & in terram revertitur; fundus & patrimoniorum redditus vilia & tranſitoria ſunt: Præterit enim figura hujus mundi. Quidquid enim ſub ſole conſpexi, nihil te dignum, ſoror, arbitratus ſum, nihil muneri tuo credidi eſſe gratiſſimum; omnia mutabunda, caduca & vana fore conſpexi. *Et infra:* His certe rebus humanis implicatus animus a Deo avertitur, & ab illa immobili ac permanentis veritatis forma recedit: nec poteſt ad ſe admittere divini verbi dulcedinem aut Spiritus ſancti ſuavitatem pectus quod tot mundanis agitatur moleſtiis, tot curarum temporalium ſtimulis verberatur. Si ergo te his nexibus alligarem, talibuſque onerarem ponderibus, & mole terrenæ cogitationis opprimerem, inimicum me non parentem deberes æſtimare, interemptorem non fratrem eſſe ſentire. *Deinde ita infert.* Eja ſoror chariſſima, quoniam quidquid axe cœli concluditur terrena ſuſtinent fundamenta, & telluris ſuper faciem volvitur; nihil dignum quo ditari poſſes invenimus. Supra cœlos quærendum eſt unde munus virginitatis auxiſti, ut ibi præmium & patrimonium virginitatis invenias. *Hæc qui legit, nonniſi ab homine in Deum rapto profecta intelliget.* Terrenorum contemptus. Præf. Regulæ.

16. *Quid de Virginitate, ad quam rerum omnium contemptus gradus eſt, ſanctus ille vir ſenſerit; nemo melius ipſo nobis explicaverit.* Non ſum idoneus, *ait*, eloqui, ſoror amantiſſima, præmia virginitatis. Eſt enim ineffabile donum, abſconſum oculis, celatum auribus intelligentiæ obſeratum. Quod omnes eſſe ſperant Sancti, & poſt reſurrectionem cuncta præſtolatur Eccleſia fieri, vos jam eſtis. *Et paucis interjectis:* Vos enim eſtis prima delibatio corporis Eccleſiæ: vos itaque ex tota corporis maſſa oblationes Deo acceptæ, & in ſupernis altaribus conſecratæ. *Quid ergo?* Vide ſoror quantum profeceris, vide quam ſummum teneas apicem, ut multorum gratiam beneficiorum in unum eumdemque inveneris Chriſtum. Sponſus eſt, Frater eſt, Amicus eſt, Hereditas eſt, Pretium eſt, Deus & Dominus eſt. *In his duabus virtutibus, virginitate ſcilicet & mundi deſpectu, totius doctrinæ ejus ſumma conſiſtit, ut vel ex ipſa Regulæ inſcriptione, quæ de Inſtitutione Virginum & mundi contemptu eſt, advertere licet. Porro in 21. Regulæ capitibus id unum agit, quo Virginitatis tuendæ præcepta tradat, ubi non quorumlibet virorum, ſed etiam ſanctorum conſuetudinem monet eſſe fugiendam, immo & feminarum laicarum, quas* organum ſatanæ & Sirenes vocat. Leander Virginitatis præco. In Præfat. Regulæ. poſtea ſæpe. Regulæ cap. 2. cap. 1.

17. *Ne vero quis in animum inducat ſuum, Virginitatem æque in domo privata ac in Monaſterio (quæ nonnullorum hodie ſententia eſt) ſervari poſſe; Leandri in eam rem monita expendamus.* Ut in Monaſterio permaneas (*inquit cap. 16.*) ſollicite admoneo: multarum enim ſocietate proficies, & virtutes aliarum videndo eris virgo virtutum . . . . . . Erudiunt carnales ſpiritualium patien- Monaſterium Virginibus apriſſimum prædicat.

AN.CHR. 601 27. Febr.

tiam, & dant quæ ſanctæ ſunt bonarum documenta virtutum : ac ſic animæ proficienti utræque ſunt utiles, & quas patienter tolerat, & quas imitatur ſuaviter. *Et cap.* 17. Fuge quæſo privatam vitam, nec velis imitari eas virgines, quæ in urbibus per cellulas demorantur, quas multimoda cura conſtringit prius placendi ſæculo ne fœdo prodeant amictu : & domeſtica oppreſſæ ſollicitudine dum pro vitæ ſubſidio ſatagunt, minus quæ ad Deum pertinent quærunt. Privatam enim vitam de uſu Gentilium traxit Eccleſia, quos dum non quiverunt Apoſtoli ad normam ſuæ vitæ traducere, Eccleſiæ venieoti ex Gentibus permiſerunt private vivere propriiſque rebus uti. Ceterum qui ſub Apoſtolis crediderunt ex Hebræis, eamdem normam quam nunc tenent Monaſterio ſervaverunt. *Denique concludit :* Vide quod viventes io Monaſterio regulariter, Apoſtolorum teneant vitam : nec dubitent eorum aſſequi merita, quorum imitantur exempla.

S. Leandri mens de humilitate.

18. *Præclara ſunt omnino quæ de Humilitate cap.* 12. *præſcribit*. Quas tibi fecit aut fecerit ancillas conditio & ſorores profeſſio, jam oon pro nexu ſervitutis exulceres, ſed pro paritate profeſſionis honores. Quæ ergo tecum in Chriſto virginitatis ſtipendiis militat, pari tecum libertate exultat. Nec ſic vos provocamus ad humilitatem, ut illas ſuperbia erigamus : quas dum tu accipis ut ſorores, gratius illæ tibi ſint famulæ, præbeantque obſequium non ſervitute addictæ, ſed liberæ charitate. *Objectioni occurrit cap.* 13. Sed dicis, cur converſa eſt niſi ut fiat humilis ex potente? Si ergo iſta ex inclito ad humilitatem deſcendit, illa ex paupere quod humiliaretur noo habuit forſitan ſi ſuperbit. Charitas autem omnia temperat, atque ad eumdem pacis pertrahit limitem : ut nec illa infletur quæ reliquit potentiam, nec illa frangatur quæ fuit pauper vel ancilla. *Quid prudentius, quid modeſtius, quid generoſius*.

Modeſtia ejus humiliſque confeſſio.

In Præf. Reg.

19. *Verum en tibi luculentiſſimum Leandri modeſtiæ exemplum, qui Hieronymum imitatus in commendanda Virginitate, eumdem ſecutus eſt in humilitatis profeſſione*. Virginitatem in cœlum fero, *inquit Hieronymus in Apol. ad Pammach. adverſ. Jovin.* noo quia habeam, ſed quia magis mirer quod non habeo. Ingenua & verecunda confeſſio eſt quo ipſe careas, id in aliis prædicare. *Quid vero Leander?* Senti fratris animum tuos deſiderare profectus, ſenti fratris concupiſcentiam velle te eſſe cum Chriſto. Qui etſi in me non habeo quod io te perficere volo, perdidiſſe me doleam quod te tenere deſidero. Erit mihi interim quædam portio remiſſionis, ſi tu quæ pars melior noſtri es corporis, in via peccatorum non ſteteris, ſi quod tenes firmiſſime teneas. Heu mihi, ſi alius accipiat coronam tuam. Tu apud Chriſtum tutamen meum, tu chariſſima meum pignus, tu hoſtia mea ſacratiſſima, qua expiari a peccati colluvione non dubito. *En quantum ſibi tribuit vir innocentiſſimus, nec aliud humilitatis ipſius argumentum quæras quam propriam accuſationem : quamquam jure dubites ipſine hac in parte de ſeipſo credas*.

Leandri elogium.

20. *Nimius ſit qui ceteras ejus virtutes perſequi velit, zelum in Chriſtiana Religione propaganda, in propugnanda Catholica Fide conſtantiam, in profligandis hæreſeon monſtris fortitudinem : adeout non immerito eum colant Hiſpani tamquam Gentis ſuæ Doctorem & Apoſtolum, cui potiſſimum debet Hiſpania, quod & rectam Fidem, & Catholicos habeat Reges. Juvat in id argumenti adducere verſus quoſdam a S. Ildefonſo Epiſc. Toletano, ut ferunt, compoſitos, quales exhibet Joannes Tamayus in Martyrol. Hiſp. 27. Febr. in quibus* MAUSONA *Præſul Emeritenſis, Concilii Toletani III. ſubſcriptione & Pauli Emeritenſis calamo celebratus, una cum Leandro ſic compellatur*.

LEANDER Pater excellens quem ſuſcipit æther
Laudibus ornatum, conſpicuum titulis;
Incus Arcanæ gentis, medicator & idem,
Doctor Iſidori, quem generat Domino:
Tuque frater felix, Meritenſis gloria terræ
MAUSONA, conſilio, pectore nocte, fide:

Am-

AN.CHR. 601

27. Febr.

Ambo pares animis pietate & laudibus ambo,
Inque domo magni murus uterque Dei:
Viciſtis tolerando minas animumque rebellem
Regis, eum ſceleris pœnituiſſe ferunt.
Vos ſoboli Regis biforem reſeraſtis olympum,
Per vos alter enim Martyr ad aſtra volat;
Alter & ad roſeas pervenit luminis auras:
Et quia luce caret, tunc jubar ejus habet.
Vos memorant genti Gothicæ tribuiſſe ſalutem,
Linquit & inviſum dogma piumque tenet.
Vos merito victrix laurus, ſequiturque perennis
Gloria, tot meritis debita magnificis.
Semper veſter heros atque inclita fama manebit,
Voſque canent populi, ſed magis aſtra canunt.
Eſtis enim æterna præcincti tempora fronde
Inter DOCTORES ſplendidiore loco.

21. *De die & anno S. Leandri obitus diſputant nonnulli: diem 3. Kalend. Martii adſignant in Martyrol. Beda, Uſuardus, Ado, Wandelbertus & Notkerus: in Hiſpanicis vero Eccleſiis feſtus ejus dies 3. Id. Martii celebratur. Sed præferenda videtur auctoritas ſuperiorum Auctorum, quibus Martyrologium Romanum ſubjectumque Epitaphium ſuffragantur. Quod autem S. Leandri memoria alio apud Hiſpanos die celebratur, id fortaſſe accidit ob aliquam ſacri ejus corporis Translationem, quamvis quo jaceat loco hodie ignoretur. Porro annus ex Gregorio Papa & Iſidoro Epiſcopo mutuo collatis ſatis intelligitur. Ille ſiquidem lib. 7. Epiſtolam 107. ad Leandrum direxit Indictione 9. ſeu anno Chriſti 599. Hic vero Leandrum Reccaredo adhuc regnante mortuum aſſerit in elogio, quod principio ex ipſo retulimus. Cum ergo Reccaredus Era 539. hoc eſt anno Chriſti 601. juxta Iſidori Chronicon Regnum cum vita amiſerit, Leander anno 600. vel inſequentis initio obiiſſe dicendus eſt. Cui calculo prope accedit Epitaphium ſubſequens in Codice Regul. poſt S. Leandri Regulam editum hoc modo.* Annus & dies ejus obitus.

Crux hæc alma gerit ſanctorum corpora fratrum
LEANDRI, ISIDORIque piorum ex ordine vatum;
Tertia FLORENTINA ſoror devota perennis
Et poſita amborum conſors ſic digna quieſcit;
ISIDORUS medio disjungit membra duorum.
Hi quales fuerint, libris inquirito, Lector,
Et cognoſce illos bene cuncta fuiſſe locutos.
Dogmate Sanctorum cernens creviſſe Fideles
Æterno Domino, quos impia jura tenebant.
Utque viros credas ſublimes vivere ſemper,
Aſpiciens ſurſum pictos contende videre.
Obiit felicis memoriæ Leander Epiſcopus die 3.
Kal. Mart. Era 641.

Fortean legendum, Era ſexcenteſima quadrageſima minus una; *ſed quidquid ſit, præferenda omnino Iſidori ſententia, qui Leandrum* Reccaredi temporibus floruiſſe, ac terminum vitæ clauſiſſe *affirmat*.

AN.CHR. 604 12.Martii.

VITA S. GREGORII PAPÆ.

HUJUS NOMINIS PRIMI, COGNOMENTO MAGNI,

Auctore Paulo Diacono, Monacho Caſſinenſi, qui ſæculi IX. principio adhuc florebat.

Ex MSS. codd. San-Germanenſi, Conchenſi, & Moiſſacenſi, qui nunc eſt V. C. Claudii Jolii *Canonicì Pariſ.*

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Nemo fere veterum Scriptorum in* Gregorii Magni *laudes admirabundus non excurrit. Nam* Gregorius *Epiſcopus Turonicus in lib.10. cap.1.* Isidorus *Hiſpalenſis ipſiuſque frater* Ildefonsus *Toletanæ Epiſcopi in lib. de Viris illuſt. hic cap.1. ille 27. præ ceteris vero Venerabilis* Beda *in lib. 2. Hiſt. cap.1.* Paulus & Joannes *uterque Diaconus ac Monachus, de eo magnifice ſcripſerunt. Ut vero tot Illuſtrium virorum ſcripta quibuſcumque obvia fruſtra non congeramus, duos ex illis ſelegimus* Paulum *videlicet &* Joannem, *qui S. Doctoris geſta diligentius ſunt proſecuti.*

2. Paulus *Aquileienſis Patriarchiæ Diaconus Regiſque Deſiderii Longobardorum Regis Notarius, poſtea vero ſub Theodemaro Abbate Monachus Caſſinenſis, meminit Vitæ Gregorii Magni a ſe ſcriptæ in lib.3. de Geſtis Lang. cap.25.* Ideo, *inquit*, de B. Gregorio plura dicere omittimus, quia jam ante aliquot annos ejus Vitam Deo auxiliante texuimus. *Hanc autem Vitam quam ex MSS. codicibus nunc primum eruimus, eſſe eam ipſam quam Paulus exaravit, evidenter colligitur ex Joanne Diacono, qui in lib.4. Vitæ S. Gregorii cap.99. quædam Pauli Diaconi verba refert in hunc modum:* Cujus nimirum venerabile meritum, quouſque mundi hujus orbita volvitur (ut cum Paulo viro diſertiſſimo fatear) ſemper accipiet incrementum, &c. *Quæ verba eadem omnino in ſubjecta Vita num.25. leguntur. Exſtat quidem iſtud monumentum in vetuſtis membranis paſſim abſque Auctoris nomine, codex tamen MS. Monaſterii Conchenſis in Normannia hanc præfert inſcriptionem:* Vita S. Gregorii Papæ urbis Romæ edita a Paulo Caſſinenſi Monacho; *quamvis ut verum fateamur, iſtam lucubrationem Paulus ex Bedæ verbis ut plurimum contexuit. Porro alia S. Gregorii Vita ab Henrico Caniſio Antiq. Lect. Tom.6. edita quam a noſtra diverſa ſit, ex mutua utriuſque comparatione ſtatim apparebit.*

3. Paulo *mortuo, paucis poſt annis* Joannes *S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus, præcipiente Joanne Papa VIII. qui anno 872. ſedere cœpit, S. Gregorii geſta quatuor libris excepit, eidemque Pontifici Joanni dedicavit. Quæ in Opere nonnulla certe errata Cæſar Baronius animadvertit: at magnam ei ſemper auctoritatem Eccleſiæ approbatio conciliavit: ſiquidem teſte Guimundo Averſano lib. 3. de Euch.* eam Vitam tot ſanctiſſimi doctiſſimique Romani Pontifices nullo diſſonante hactenus probaverunt, eorumque auctoritatem ſecutæ tot Eccleſiæ cuncto populo Chriſtiano conſonante nunc uſque ſuſceperunt.

4. Primum *quod in Joanne carpit Baronius, eſt, quod Felicem Papam IV. S. Gregorii atavum in lib.1. cap.1. dicat.* Secundum, *quod ejuſdem lib. cap. 25. Gregorium Diaconum Card. a Benedicto Pontifice creatum ſcribat.* Tertium *eſt vulgata Trajani fabula lib.2. cap.45.* Quartum *id quod Joannes in lib.4. cap. 69. de Gregorii libris æmulorum invidia combuſtis tradit. Hæc ſuis locis diſcutiemus, Baronii vero de Monaſtica S. Gregorii profeſſione ſententiam in noſtra Præfatione expendimus.*

5. *Miranda, ſed plane haud indebita, Gregorii de eximia ſanctitate, deque Scriptis ejus pene divinis prædicant Auctores. Si Iſidoro Hiſpalenſi cap.26. de Vir. Illuſt. credimus,* fuit tanto per gratiam S. Spiritus ſcientiæ lumine præditus, ut non modo illi præſentium temporum quiſquam Doctorum, ſed nec in præteritis quidem par fuerit unquam. *Si Ildefonſo Toletano de*

To.2.Conc. Angl. pag. 380. *Vir Illuſt. cap. 1.* Vicit ſanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, ſapientia Auguſtinum. *Gregorius (ſcribit* Aluredus *Britanniæ Rex in Præfat. Libri Paſtoralis a ſe Anglice redditi)* conſideratæ vir fortitudinis abſque furore, ſummo ſenſu, ſapientia, conſilio præditus, immenſus theſaurus, quoniam is generis humani partem maximam cœlo lucri fecit: Romanorum vir optimus, mentis magnitudine abundantiſſimus, majeſtate liberrimus. *Denique*

Atto in Epiſt 3.To. 8.Spicil. Vet.Script. *ut Attonis Vercellenſis Epiſcopi verbis concludamus.* Beatus Papa Gregorius *is eſt,* cujus inſtitutionibus pene totus regulator orbis.

6. *Feſtum S. Gregorii diem ante ſæculum 9. celebravit Eccleſia non ſolum Romana (quod ex Joannis Diaconi Præfatione liquet.) ſed etiam Gallicana, præſertim vero Britannica. Nam in*

* vulgo Clyff. *Concilio Clovethoviæ * anno 747. habito,* Decimo-ſeptimo conſtitutum eſt præcepto, ut dies Natalitius Beati Papæ Gregorii & dies quoque depoſitionis S. Auguſtini Archiep. ab

um.

omnibus; ſicut decet, honorifice venerentur: itaut uterque dies ab Eccleſiaſticis & Monaſterialibus feriatus habeatur. *Jam tandem videamus Pauli Diaconi libellum de S. Gregorii vita hactenus ignotum, cui ejuſdem Auctoris Epiſtolam ad B. Adelhardum Abbatem Corbejenſem ſcriptam, quod Gregorium attinet, ſubjiciemus.* AN.CHR. 604 12. Martii.

1. GREGORIUS hac urbe Romana patre GORDIANO, matre vero SILVIA editus, non ſolum ſpectabili Senatorum proſapia, verumetiam religioſa originem duxit. Nam FELIX * iſtius Apoſtolicæ ſedis Antiſtes vir magnæ virtutis, & Eccleſiæ in Chriſto gloria, ejus atavus fuit. Sed tamen hanc GREGORIUS tantæ nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decoravit. Denique, ut poſt in propatulo claruit, non ſine magno præſagio tale ſortitus eſt nomen. GREGORIUS namque ex Græco eloquio in noſtram linguam, Vigilator, ſeu Vigilans ſonat. Re etenim vera vigilavit ſibi, dum Divinis inhærendo præceptis laudabiliter vixit; vigilavit & Fidelibus populis, dum doctrinæ affluentis ingenio eis quo tramite cœleſtia ſcanderent patefecit. Diſciplinis vero liberalibus, hoc eſt Grammatica, Rhetorica, Dialectica ita a pueritia eſt inſtitutus, ut quamvis hic eo tempore potiſſimum florerent ſtudia litterarum, nulli in urbe hac putaretur eſſe ſecundus. Inerat ei in parva adhuc ætate maturum jam ſtudium *, adhærere ſcilicet dictis majorum; & ſi quid dignum potuiſſet auditu percipere, non ſegniter oblivioni tradere; ſed tenaci potius memoriæ commendare. Hauriebatque jam tunc ſitibundo doctrinæ fluenta pectore, quæ poſt congruenti tempore mellito gutture eructaret.

Parentes ejus & educatio. * nempe tertius, infra. * NOTA.

2. Hic in annis adoleſcentiæ in quibus ſolet hujuſmodi ætas ſæculi vias ingredi, Deo cœpit devotus exiſtere, & ad ſupernæ vitæ patriam totis deſideriis anhelare. Sed dum diu longeque converſionis gratiam differret, & poſtquam cœleſti eſt afflatus deſiderio, ſæculari habitu contegi melius putaret, velletque præſenti mundo quaſi ſpecie tenus deſervire, cœperunt multa contra eum ex ejuſdem mundi cura ſuccreſcere, ut in eo non jam ſpecie, ſed ut ipſe de ſe aſſeruit, retineretur & mente. Tandem cum parentum jamdudum obitu a liberam diſponendarum ſuarum rerum haberet facultatem, quod mente prius geſtabat aperuit, quodque jam in Divinis erat obtutibus, humanis etiam viſibus oſtendit. Mox etenim cuncta quæ habere potuit, ad pietatis opus diſtribuit, ut Chriſtum pro nobis factum egenum egenus ipſe ſequeretur. Sex denique in Sicilia Monaſteria conſtruens Fratres illic Chriſto ſervituros aggregavit. Septimum vero intra urbis hujus muros inſtituit, in quo & ipſe poſtmodum regulari tramite multis ſibi ſociatis Fratribus ſub Abbatis imperio militavit. Quibus Monaſteriis tantum de redditibus prædiorum delegavit, quantum poſſet illic commorantibus ad quotidianum victum ſufficere; reliqua vero cum omni domus præſidio vendidit, ac pauperibus erogavit; nobilitatemque illam quam ad ſæculum videbatur habere, totam ad naneiſcendam ſupernæ gloriam dignitatis, divina gratia largiente convertit: & qui ante ſerico contextu ac gemmis micantibus ſolitus erat per urbem procedere trabeatus, poſt vili contextus tegmine miniſtrabat pauper ipſe pauperibus.

Conſilium init vitæ ſuæ. Facultates in pios uſus diſtribuit.

3. Etenim mutato repente ſæculi habitu Monaſterium petiit, & ex hujus mundi naufragio nudus evaſit. In quo tanta perfectionis gratia cœpit converſari, ut jam tunc in ipſis initiis perfectorum numero poſſet deputari. Inerat denique ei tanta abſtinentia in cibis, vigilantia in orationibus, ſtrenuitas in jejuniis, ut infirmato ſtomacho vix conſiſtere poſſet. Suſtinebat præterea aſſiduas corporis infirmitates, maximeque ea pulſabatur moleſtia quam Medici græco eloquio ſyncopin vocant: cujus incommodis ita vitalium cruciabatur inciſione, ut crebris interceptus anguſtiis, per ſingula pene horarum momenta ad exitum propinquaret.

Monaſterium ingreditur. Ejus abſtinentia & infirmitas.

4. Qualis autem in Monaſterio fuerit, quamque laudabili ſtudio vitam duxe-

Qualis fuerit in Monaſterio

---

a Hoc Joanni Diacono adverſari videtur, dum in libri 1. capite 9. ſcribit, Silviam Gregorii matrem filio jam Monacho facto legumina miniſtraſſe. Nondum ergo mortua erat. De hoc infra, loco citato.

AN.CHR. 604 12.Martii. xerit, ex ipſius poſſumus verbis colligere, quibus ipſe in Pontificatu jam poſitus, dum cum Petro ſuo colloqueretur Diacono, flendo uſus eſt dicens: „ Infelix quippe animus meus occupationis ſuæ pulſatus vulnere; meminit qualis „ aliquando in Monaſterio fuit, quomodo ei labentia cuncta ſubter erant, „ quantum rebus quæ volvuntur eminebat, quod nulla niſi cœleſtia cogitare „ conſueverat, quod etiam retentus corpore ipſa jam carnis clauſtra contemplatione tranſibat, quod mortem quoque quæ pene cunctis pœna eſt, videlicet „ ut ingreſſum vitæ & laboris ſui præmium amabat. At nunc ex occaſione curæ Paſtoralis ſæcularium hominum negotia patitur, & poſt tam pulchram „ quietis ſuæ ſpeciem terreni actus pulvere fœdatur. Perpendo itaque quod tolero, perpendo quid amiſi: cumque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior, atque in „ navi multis tempeſtatis validæ procellis inlidor: & cum prioris vitæ recolo, „ quaſi poſt tergum reductis oculis viſo litore ſuſpiro. Quodque adhuc eſt gravius, dum immenſis fluctibus turbatus feror, vix jam portum valeo videre „ quem reliqui. Hæc autem ipſe de ſe non profectum jactando virtutum, ſed deflendo potius defectum referre conſueverat, quem ſe per Paſtoralem curam incurriſſe metuebat. Sed quamvis de ſe talia ex magnæ humilitatis intentione dixerit, nos tamen credere decet, nihil eum Monachicæ perfectionis perdidiſſe occaſione curæ Paſtoralis, immo potiorem tunc ſumpſiſſe profectum de labore converſionis multorum, quam de propriæ quondam quiete converſationis habuerit.

Præfat. in lib. I. Dialog.

Fit Diaconus & Legatus.

5. Sed qualiter hic Sanctus vir ad Diaconatus officium & poſt ad Pontificatus culmen aſcenderit, ſubſequens ſermo declarabit. Denique cernens Romanus Pontifex qui tunc Eccleſiæ præerat, virtutum gradibus Gregorium ad alta conſcendere, eum abſtractum a Monaſterio Eccleſiaſtici ordinis officio ſublimavit, Levitamque ſeptimum ad ſuum adjutorium adſcivit: nec multo poſt pro Reſponſis Eccleſiaſticis ad Urbem Conſtantinopolim Apochriſiarium direxit *a*. Nec tamen ille quamvis in terreno converſaretur palatio, vitæ cœleſtis intermiſit propoſitum. Secuti namque ſunt eum multi ex Monaſterio Fratres ſui, germana devincti charitate. Quod Divina factum diſpenſatione conſpicitur, ut eorum videlicet exemplo ad orationis placidum litus, quaſi anchoræ fune reſtringeretur: ut dum cauſarum ſæcularium inceſſabili pulſu fluctuaret, ad illorum conſortium velut ad tutiſſimi portus ſinum terreni actus volumina fluctuſque refugeret. Et licet illud eum miniſterium ex Monaſterio abſtractum, a priſtinæ quietis vita mucrone ſuæ occupationis exſtinxerit, intus tamen eos per ſtudioſæ lectionis alloquium quotidianæ aſpiratio compunctionis animabat.

Monachi propoſitum non intermittit.

Rogatus Commentaria in Job aggreditur.

6. Horum ergo conſortio non ſolum a terrenis eſt munitus incurſibus, verumetiam ad cœleſtis vitæ exercitia magis magiſque ſuccenſus. Tunc ab eiſdem Fratribus enixe rogatus, maximeque a LEANDRO venerabili viro Hiſpalenſi * Epiſcopo, qui pro cauſis Wiſigotorum Legatus eo tempore Conſtantinopolim advenerat compulſus eſt, ut librum beati Job multis involutum myſteriis enodaret. Neque ille negare potuit opus quod ſibi charitate interveniente amor fraternus multis utile imponebat futurum. Sed eumdem librum quomodo juxta litteram intelligendus, qualiter ad Chriſti Eccleſiæque ſacramenta referendus, quo ſenſu unicuique fidelium ſit aptandus, per triginta quinque librorum ſeriem miranda ratione perdocuit. In quibus libris ita de virtutibus vitiiſque diſſeruit, ut non ſolis videatur eadem verbis exponere, ſed formis modo aliquo viſibilibus demonſtrare. Unde non eſt dubium eum perfectionem ipſarum adſecutum eſſe virtutum, quarum ita efficaciter intimare valuit effectum.

* de eo ſupra.

Eutychii dogma de reſurrectione convellit.

7. Qui cum adhuc eſſet in eadem Regia Urbe poſitus, naſcentem ibi novam hæreſem de ſtatu noſtræ reſurrectionis, cum ipſo quo exorta eſt initio, juvante

a Hic locus pugnare videtur adverſus Joannem Diac. qui Gregorium a Benedicto Papa Diaconum Cardinalem creatum, a Pelagio vero Conſtantinopolim miſſum in lib. 1. Vitæ cap. 25. aſſerit. Contra vero Paulus hic utrumque tribuit eidem Pontifici, indubie Pelagio II, quem prædictæ legationis auctorem anno 582. fuiſſe conſtat.

AN.CHR. 604

12. Martii.

te gratia Catholicæ veritatis adtrivit. Siquidem EUTICIUS ejuſdem Urbis Epiſcopus dogmatizabat, corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria impalpabile, ventis aereque ſubtilius eſſe futurum. Quod ille audiens, & ratione veritatis, & exemplo Dominicæ reſurrectionis, probavit hoc dogma Orthodoxæ fidei omnimodis eſſe contrarium. Catholica etenim fides habet, quod corpus noſtrum in illa immortalitatis gloria ſublimatum, ſubtile quidem ſit per effectum ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile per veritatem naturæ juxta exemplum Dominici corporis, de quo a mortuis ſuſcitato dicit ipſe diſcipulis: *Palpate & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. In cujus aſſertione fidei, venerabilis Pater Gregorius intantum contra naſcentem hæreſem novam laborare contendit, tanta hanc inſtantia juvante etiam piiſſimo Imperatore TIBERIO CONSTANTINO ita comminuit, ut nullus exinde ſit inventus, qui ejus reſuſcitator exiſteret.

Luc. 24. 39.

8. Igitur poſtquam Romam venerandus Levita regreſſus eſt, aliquanto tempore interjecto, tanta inundatione Tiberis fluvius alveum ſuum egreſſus eſt, tantumque excrevit, ut ejus unda per Urbis muros influeret, atque in ea maximam partem regionis occuparet, itaut plura antiquarum ædium mœnia dejiceret. Qua etiam aquarum violentia horrea Eccleſiæ ſubverſa ſunt, in quibus nonnulla modiorum tritici millia perierunt. Tunc ſiquidem multitudo ſerpentium cum magno dracone in modum trabis validæ, per hujus fluvii alveum in mare deſcendit: ſed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidi fluctus, nec mora, litore ejectæ ſunt. Subſecuta eſt eveſtigio clades quam Inguinariam vocant. Nam medio menſe undecimo adveniens, primum omnium juxta illud quod in Ezechiel legitur, *A ſanctuario meo incipite*, PELAGIUM Papam perculit, & ſine mora extinxit. Quo defuncto tanta ſtrages populi facta eſt, ut paſſim ſubtractis habitatoribus domus in urbe plurimæ vacuæ remanerent. Sed quia Eccleſia Dei ſine Rectore eſſe non poterat, beatum GREGORIUM licet totis viribus renitentem plebs omnis elegit. Quem ille apicem attentius fugere tentans, eſſe ſe omnino indignum tali honote clamitabat; videlicet metuens ne mundi gloria quam prius abjecerat, ei ſub Eccleſiaſtici colore regiminis aliquo modo ſubrepere poſſet. Unde factum eſt ut epiſtolam ad Imperatorem MAURICIUM dirigeret, cujus filium ex lavacro ſancto ſuſceperat, adjurans & mulra prece depoſcens, ne unquam adſenſum populis præberet, ut ſe hujus honoris gloria ſublimaret. Sed præfectus Urbis GERMANUS nomine, ejus nuntium anticipavit, comprehenſoque eo ac diſruptis epiſtolis conſenſum quem populus fecerat Imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia Diaconi, eo quod locum deferendi ei honoris ut cupierat reperiſſet, data illico præceptione ipſum inſtitui præcepit.

Ex Greg. Turon. in lib. 10. c. 1.

Ezech. 9. 6.

Pelagio Papæ ſubſtituitur licet reluctans.

Scribit ad Imperatorem ne Pontifex fieret.

Ab Imperatore confirmatur.

9. Cumque in hoc reſtaret ut benediceretur, & lues populum devaſtaret,
„ verbum ad plebem pro agenda pœnitentia hoc modo exorſus eſt. Oportet,
„ Fratres dilectiſſimi, ut flagella Dei quæ metuere ventura debuimus, fal-
„ tim præſentia & experta timeamus. Converſionis nobis aditum dolor ape-
„ riat, & cordis noſtri duritiam ipſa quam patimur pœna diſſolvat. Ut enim
„ Propheta teſte prædictum eſt: *Pervenit gladius uſque ad animam*. Ecce et-
„ enim cuncta plebs cœleſtis ire mucrone percutitur, & repentina ſinguli cæde
„ vaſtantur. Nec languor mortem prævenit, ſed languoris moras, ut cernitis,
„ mors ipſa præcurrit. Percuſſus quiſque ante rapitur, quam ad lamenta pœ-
„ nitentiæ convettatur. Penſate ergo qualis ad conſpectum diſtricti Judicis per-
„ venit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quique non ex parte ſub-
„ trahuntur, ſed pariter corruunt. Domus vacuæ relinquuntur, filiorum fune-
„ ra parentes aſpiciunt, & ſui eos ad interitum hæredes præcedunt. Unuſquiſ-
„ que ergo noſtrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percuſſio-
„ nem vacat. Revocemus ante oculos mentis quidquid errando commiſimus,
„ & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præveniamus faciem ejus in con-
„ feſſione, & ſicut Propheta admonet, *Levemus corda noſtra cum manibus ad*
„ *Dominum*. Ad Dominum quippe corda cum manibus levare, eſt orationis
no-

Concio ejus ad populum lue ingruente. Lib. 11. Epiſt. 2.

Jerem. 4. 10.

Thren. 3. 41.

AN.CHR. 604 „ noſtræ ſtudium cum merito bonæ operationis erigere. Dat profectò, dat tremori noſtro fiduciam, qui per Prophetam clamat: *Nolo mortem peccatoris*, 12. Martii. „ *ſed ut convertatur & vivat*. Nullus autem de iniquitatum ſuarum immanitate deſperet. Ezech. 3. 11. Veternoſas namque Ninivitarum culpas triduana pœnitentia abſterſit, & converſus latro vitæ præmia etiam in ipſa ſententia ſuæ mortis emeruit. Mutemus ergo corda, & præſumamus nos jam percepiſſe quod petimus. Citius ad precem Judex flectitur, ſi a pravitate ſua petitor corrigitur. Imminente ergo tantæ animadverſionis gladio, nos importunis fletibus inſiſtamus. Ea * namque quæ ingrata eſſe hominibus importunitas ſolet, Judici veritatis placet. (* al. ecce.) Quia pius ac miſericors Deus vult a ſe precibus exigi, qui quantum meremur non vult iraſci. Hinc etenim per Pſalmiſtam dicit: *Invoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te & magnificabis me*. (Pſal. 49. 15.) Ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia invocantibus miſereri deſiderat, qui admonet ut invocetur. Proinde Fratres chariſſimi, contrito corde & correctis operibus ab ipſo feriæ quartæ diluculo ſeptiformi * letania *a* devota ad lacrymas interveniamus, (* al. Septimi menſis.) ut diſtrictus Judex cum culpas noſtras nos punire conſiderat, ipſe a ſententia propoſitæ damnationis parcat. „ Quam exhortationem beati Gregorii ideo huic opuſculo inſerendam putavimus, ut a quanta perfectione prædicationis initium ſumpſerit monſtraremus. (Letaniarum ſupplicationes.)

10. Igitur dum magna multitudo Sacerdotum, Monachorum, diverſique ſexus & ætatis juxta præceptionem beati Gregorii die conſtituta Dominum rogatura veniſſet, in tantum lues ipſa divino judicio deſævit, ut intra unius horæ ſpatium, dum voces plebs ad Dominum ſupplicationis emitteret, octoginta homines in terram corruentes ſpiritum exhalarent. (Peſtis atrocitas.) Sed non deſtitit Sacerdos tantus populo prædicare, ne ab oratione ceſſarent, donec miſeratione Divina peſtis ipſa quieſceret.

11. Cumque adhuc futurus Antiſtes fugæ latibula præpararet *b*, Urbis ſollicitudo & portis vigiliæ deputantur, donec opportune & glorioſe ut ordo ſacer expoſcit, in eo divina munia complerentur. (Occultatus indice columna lucida detegitur.) Obtinet is a negotiatoribus, ut in cratera occultatus educeretur ab Urbe. Sicque latebra triduo ſe occultavit, donec illum jejuniis & orationibus populus Romanus columna lucis, tertia ſuper eum nocte cœlitus emiſſa, obtinuit: quæ non parvo noctis ſpatio a ſummo cœli uſque ad eumdem ipſum linea recta refulgens, quærentibus votum optabile demonſtravit. (Item ob Anachoretæ.) Sed & cuidam Anachoretæ Urbi contiguo Angeli aſcendentes & deſcendentes per præfatam columnam ſuper illum ſuot viſi. Qui mox felix ſacrumque ſumens auſpicium de ea quam vidit in ſomnis ſanctus Jacob ſcala, ibidemque domum Domini dixit fore, Rectorem domus Dei quæ eſt Eccleſia immo ipſum Dei templum, inibi eſſe abſconditum exclamavit. Tandemque electus & dilectus Domini invenitur, capitur, trahitur, & ad B. Petri Apoſtoli Baſilicam ducitur, ibique ad Pontificalis gratiæ officium conſecratus, Papa urbis efficitur. (Conſecratur.)

12. Quo in tempore dum a JOANNE Ravennatis urbis Epiſcopo *c* reprehenſus fuiſſet, cur a Paſtorali officio deliteſcendo ſe ſubducere vir tam idoneus voluiſſet, hac occaſione compulſus, volumen egregium, qui PASTORALIS appellatur, compoſuit: (Qua occaſione librum Paſtoralis ſcripſerit.) in quo manifeſta luce pateſecit, qualis ad Eccleſiæ regimen aſſumi, qualiter ipſi Rectores vivere, qua diſcretione ſingulas quaſque audientium perſonas inſtruere, quantaque diſcretione & conſideratione propriam quotidie debeant fragilitatem penſare. (Alia ejus opera.) Sed & Homilias Evaogeliorum numero quadraginta compoſuit, quas in duobus codicibus æqua ſorte diſtinxit. Libros etiam

---

a *Septiformis letania ideo dicta eſt*, inquit Paulus Diac. in lib. 3. de Geſt. Lang. cap. 25. *quia omnis urbis populus a B. Gregorio in ſeptem partes deprecaturus Dominum eſt diviſus*, &c. Lege Vitam ſeq. lib. 1. cap. 40.

b In cod. Muiſſacenſi multis prætermiſſis ita legitur. *Cumque adhuc futurus Antiſtes fugæ latibula præpararet, capitur, trahitur, & ad B. Petri Baſilicam ducitur*, &c. ut infra.

c Iſte liber Regulæ Paſtoralis dictus in omnibus codd. MSS. Joanni Ravennati Epiſcopo inſcribitur. Corrigendus ergo videtur Iſidorus, qui in lib. de Viris illuſt. cap. 27. *Librum Regulæ Paſtoralis directum ad* JOANNEM *Conſtantinopolitanæ Sedis* affirmat.

etiam Dialogorum quatuor edidit, in quibus rogatu PETRI Diaconi ſui virtutes Sanctorum quos in Italia clariores noſſe vel audire poterat, ad exemplum viventium poſteris collegit: ut ſicut in libris expoſitionum ſuarum, quibus ſit virtutibus inſudandum edocuit; ita etiam deſcriptis Sanctorum miraculis, quæ virtutum earumdem ſit claritas oſtenderet. Primam * quoque & ſecundam & ultimam Ezechielis Prophetæ partem, quæ videbantur obſcuriores, per homilias viginti & duas, quantum intus lucis habeant demonſtravit. Scripſit præterea & alia nonnulla: ſed & Epiſtolas quamplures, quæ ſingillatim cuncta edicere brevitatis ſtudio omiſi.

AN.CHR. 604

12. Martii.

* Moiſſac. primam quoque & ultimam. & rectius, infra.

Quod eo magis mirum eſt tot eum ac tanta condere volumina potuiſſe, qui „ omni fere juventutis ſuæ tempore, ut verbis ipſius loquar, crebris viſcerum „ doloribus cruciabatur horis momentiſque omnibus, fracta ſtomachi virtute „ laſſeſcebat, lentis quidem ſed tamen continuis febribus anhelabat. Frequens etiam eum greſſuum dolor vehementer affligebat. Verum inter hæc dum ſollicitus penſaret, quia Scriptura teſte: Omnis filius qui recipitur flagellatur, quo malis præſentibus durius premebatur, eo de æterna certius præſumptione reſpirabat. Fatigabat eum præterea de ordinandis Urbis vigiliis, ne ab hoſtibus caperetur, ſollicitudo continua: urebant quoque inceſſanter ejus animum filiorum hinc inde diſcrimina nuntiata. Sed tamen ille inter tot & talia deprehenſus incommoda numquam otio indulgebat, quin aut filiorum utilitatibus inſerviret, aut aliquid dignum Eccleſiæ ſcriberet, aut per contemplationis gratiam cœli ſecretis intereſſet. Denique cum de tota pene Italia Langobardorum gladios metuentes plurimi undique ad Romanam Urbem confluerent, ſollertem pro omnibus curam gerebat, & Univerſis cum verbi pabulo corporis ſubſidia miniſtrabat. In tantum namque ejus animum miſericordiæ amor devinxerat, ut non ſolum eorum quos præſentes habebat neceſſitatibus occurreret, ſed inſuper longe poſitis opem ſuæ largitatis impenderet: adeo ut etiam in monte Sinay Dei famulis conſtitutis, quæque erant opportuna tranſmitteret. Nam alii quidem Pontifices conſtruendis ornandiſque auro vel argento Eccleſiis operam dabant: hic autem & his inſiſtebat, & quaſi his omiſſis totus erga animarum lucra vacabat: & quidquid pecuniæ habere poterat, ſedulus diſpergere & dare pauperibus curabat, ut juſtitia ejus maneret in ſæculum ſæculi, & cornu ejus exaltaretur in gloria; ita ut illud beati Job veraciter dicere poſſet: *Benedictio perituri ſuper me veniebat & cor viduæ conſolatus ſum. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento & diademate judicio meo. Oculus fui cæco & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam diligentiſſime inveſtigabam.* Et paulopoſt.: *Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit puſillus ex ea. Quia ab infantia crevit mecum miſeratio, & de utero matris egreſſa eſt mecum.*

Mirum eſt tanta ab eo ſcribi potuiſſe.

Hebr. 12. 6.

Ejus cura & ſollicitudo pro omnibus.

Pſal. 112. 9.

Job. 29.

14. Ad cujus pietatis & juſtitiæ opus pertinet, quod Anglorum gentem per Prædicatores quos illuc direxit, de dentibus antiqui hoſtis eripiens, æternæ libertatis fecit eſſe participem. Etenim quia qui Deo noſtro fideliter adhæret, ſemper ex ejus largifluo munere ad potiora conſcendit; dum Sanctus iſte ardenti ſtudio pro colligendis particulatim Fidelium animabus ſatageret, donavit illi pius Dominus ut totam pariter converteret gentem. Cujus converſionis, ut putatur, facta divinitus hæc occaſio fuit. Dum die quadam advenientibus nuper mercatoribus multa venalia in forum Romæ collata fuiſſent, multique ad emendum hinc inde confluerent; contigit & Gregorium ante ſcilicet quam Pontificale decus haberet, per forum tranſitum facere, ac vidiſſe inter alia pueros venales poſitos lactei corporis, ac venuſti vultus, capillos quoque præcipui candoris habentes. Quos cum aſpiceret, interrogavit de qua regione vel terra eſſent allati. Dictumque eſt quia de Britannia Inſula, cujus incolæ tali omnes decore niterent. Rurſus interrogavit, utrum iidem Inſulani Chriſtiani eſſent, an Paganorum erroribus implicati: Dictumque eſt quod eſſent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens ſuſpiria: Heu, proh dolor! inquit, quod tam lucidi vultus homines tenebrarum auctor poſſidet, tantaque frontis ſpecies ægram mentem & ab internis gaudiis vacuam geſtat. Rurſus ergo interrogavit quod eſſet vo-

Anglorum converſionem aggreditur.

Qua occaſione.

AN. CHR. 604 12. Martii.

vocabulum gentis illius: Reſponſum eſt, quod Angli vocarentur. At ille, bene, inquit. Nam & Angelicam habent faciem, & tales Angelorum in cœlis decet eſſe coheredes. Quod habet, inquit, nomen ipſa provincia de qua iſti ſunt allati. Reſponſum eſt quia Deiri *a* vocarentur iidem provinciales. At ille, Bene, inquit, Deiri, de ira eruti & ad miſericordiam Chriſti vocati. Rex, ait, provinciæ illius quomodo vocatur? Reſponſum eſt quod ALLE * vocaretur. At ille adludens ad nomen ait: Laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari. Accedenſque ad Pontificem hujus Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, rogavit ut genti Anglorum in Britanniam aliquos verbi miniſtros, per quos ad Chriſtum converteretur mitteret, aſſerens & ipſum in hoc opus Domino cooperante perficiendum paratum eſſe; ſi tamen eidem Apoſtolico Papæ hoc ut fieret complaceret. Quod *b* cum ei primo minime Pontifex annuiſſet, poſtremo infatigabilibus ejus precibus victus aſſenſit. Qui civibus profectionis ſuæ celans negotium (quoniam ſi id noſſent nullatenus illi quoquo pacto adquieviſſent) quanto celerius potuit, iter cum Apoſtolica benedictione arripuit. Hæc interea ad notitiam populi veniunt, ſtatim unanimi condicto omnes Urbici ac ſuburbani, vel quique audientes occurrere potuerunt, ſeſe in tres partes dividunt, & proficiſcenti Apoſtolico PELAGIO ad Eccleſiam ſancti Petri, terribili voce con„ clamant: Eja Apoſtolice quid feciſti? Sanctum Petrum offendiſti, Romam „ deſtruxiſti, Gregorium non tantum dimiſiſti quam expuliſti. His ergo vocibus horribiliter permotus Pontifex, populumque vehementiſſime metuens, poſt eum ſumma cum feſtinatiooe & obligationis ut quantocius Romam rediret, interdictione direxit.

* al. Hohel Beda Elle.

In Angliam ea de cauſa iter inſtituit.

15. Sed antequam Miſſi eum adiſſent, trium dierum jam confecto itinere, dum idem vir Domini Gregorius, ut iter agentibus moris eſt, circa ſextam horam in quodam prato ſociis quibuſdam quieſcentibus, aliis autem illi aſſiſtentibus, vel quibuſque rebus neceſſariis occupatis ſederet & legeret, venit ad eum locuſta, & dans ſaltum paginæ quam percurrebat inſedit. Cernenſque eam beatus Gregorius tam manſuete loco quo aſſederat permanere, cœpit collectans ſo„ dalibus ipſius nomen reciprocans quaſi interpretari: Locuſta, inquam, eo di„ ci poteſt, quaſi loco ſta. Et ſubjungens: Sciatis, inquit, non progreſſius nos „ iter cœptum licere protendere. Verumtamen ſurgite & jumenta ſternite, ut „ quantum licuerit, quo tendimus properemus. Dum autem hinc mutuo confabularentur & ſecum quærerent, pervenerunt Miſſi Apoſtolici equis ſudantibus & admodum fatigatis; ſtatimque illi cum magna celeritate epiſtolam quam de„ tulerant porrexerunt. Qua perlecta, Ita eſt, inquit, ſocii ut prædixeram, „ Romam celerius remeabimus.

Revocatur ab itinere.

16. Talique ordine interim delato ſuæ devotionis effectu, mox ut ipſe Pontificatus officio functus eſt, opus diu deſideratum perfecit; alios quidem prædicatores mittens, ſed ipſe prædicationem ut fructificaret ſuis exhortationibus ac precibus ſeu muneribus fulciens. Denique direxit ad eamdem inſulam ſervos Dei MELLITUM, AUGUSTINUM & JOANNEM cum multis aliis Deum timentibus Monachis, qui intra breve temporis ſpatium Regem illum, qui in capite Inſulæ morabatur, cum ſuo populo converterunt. Quibus Deus tantam faciendorum miraculorum gratiam contulit, ut verbum Fidei quod ore prædicabant, ſignorum efficacia confirmarent. Unde factum eſt, ut paucis elabentibus annis etiam ceteri inſulæ ipſius Reges cum his qui ei erant ſubjecti, ad Chriſti Domini Fidem accederent. De cujus gentis converſione ſimul & miraculorum prodigiis quæ ibidem fiebant, ita beatus Gregorius in libris Moralibus perhibet di„ cens: Ecce lingua Britanniæ quæ nihil aliud noverat quam barbarum frende„ re, jamdudum in divinis laudibus Hebræa cœpit verba ſonare. Ecce quon„ dam tumidus jam ſubſtratus Sanctorum pedibus ſervit Oceanus, ejuſque bar„ ba-

Auguſtinum & ſocios in Angliam mittit.

a Modo Eboracenſes, Anglis *TorKe-Shire* appellantur. Lege Bedam lib. 3. Hiſt. cap. 1.

b Moiſſac. cod. ſic ſcribit. *Quod dum perficere non poſſet, quia etſi Pontifex concederet, ille quod petierat vellet, non tamen cives Romanos ut tam longe ab Urbe ſecederet, putaret permittere; mox ut ipſe Pontificatus officio functus eſt, opus diu deſideratum perfecit*, &c. ut infra.

„ baros motus quos terreni Principes edomare ferro nequiverant, hos pro divi- AN.CHR. 604
„ na formidine Sacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant: & qui catervas pu-
„ gnantium infidelis nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas 12.Martii.
„ timet. Quia enim perceptis cœleſtibus verbis, clareſcentibus quoque miracu-
„ lis virtus ei divinæ cognitionis infunditur, ejuſdem Divinitatis terrore refre-
„ natur, ut prave agere metuat, ac totis deſideriis ad æternitatis gratiam veni-
„ re concupiſcat. Quod totum ut fieret, ita eidem beato Gregorio gratia divina conceſſit ut merito ab Anglorum populis * debeat Apoſtolus appellari; quia etſi aliis non eſt Apoſtolus, ſed tamen illis eſt; Nam ſignaculum Apoſtolatus ejus ipſi ſunt in Domino. (* al. gente. — B. Gregorius dicendus Anglorum Apoſtolus.)

17. Jam vero utrum aliquibus vir iſte tanti meriti miraculis claruerit, ſuperfluo quæritur: quod luce clarius conſtat quod is qui virtutum ſigna ſuis meritis valuit aliis quoque Chriſto largiente adquirere, ſi exegiſſet opportunitas, facilius poterat hæc etiam ipſe promereri *a*. Sed ne his, qui cum Judæis ſigna viſibilia ad oſtendendam ſanctitatem expetunt, ſatisfactio deſit; & illis qui Sanctorum exemplis ad meliora accendi & provehi quærunt, ædificatio proſit; quædam autumo referenda, quæ per eum Dominus ad excitandum & corroborandum noſtræ mentis teporem, & (ut ſic dictum ſit) forte infidelitatem potius quam ignorantiam, fieri & manifeſtari decrevit. (1.Cor. 9. 2.)

18. Materfamilias quædam nobilis erat in civitate hac Romana, quæ religionis & devotionis ſtudio oblationes facere, & die Dominica ad Eccleſiam deferre, ſummoque Pontifici Eccleſiaſticæ conſuetudinis & familiaritatis ejuſdem gratia offerre ſolebat. Quæ cum quadam die ex more ad communicandum de manu Apoſtolici ordine ſuo accederet, illique Pontifex offam Dominici Corporis porrexiſſet dicens: *Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti proſit tibi in remiſſionem peccatorum omnium & vitam æternam*, ſubriſit. Quod vir Domini cernens, illi communionem ſacram retraxit, & ſeparatim ſuper altare poſuit, eamque Diacono ſervandam uſquedum cuncti Fideles communicarent, tradidit. Expleto vero ſacro myſterio interrogavit eam beatus Gregorius dicens: Dic rogo, quid cordi tuo emerſerit, cum communicatura riſiſti? At illa, Recognovi, inquit, portiunculam illam ex eadem oblatione fuiſſe, quam ego manibus meis feci & tibi obtuli. Et cum eam te intellexerim Corpus Domini appellaſſe, ſubriſi. Tunc Sanctus Domini Pontifex ſermonem exinde fecit ad populum & hortatus eſt eum ut ſuppliciter Dominum exoraret, quatinus ad multorum fidem corroborandam carnis oculis oſtenderet, quid infidelitas hujus mulieris mentis oculis videre & Fidei luminibus conſpicere debuiſſet. Quod cum fuiſſet oratum, ipſe una cum populo & eadem muliere ab oratione exurgens ad altare cunctis cernentibus & ſeſe ad cernendum cœleſte ſpectaculum comprimentibus corporalem pallam revelat, & univerſo populo, ipſaque muliere contuente partem di- (Miracula S.Gregorii. — De Eucharistia.)
„ giti auricularis ſanguine cruentatum invenit, ac mulieri dixit: Diſce, in-
„ quam, veritati vel modo jam credere conteſtanti: *Panis quem ego do, caro* Joan. 6. 51.
„ *mea eſt; Sanguis meus vere eſt potus*. Sed præſcius Conditor noſter infirmita- Ibid. 5.
„ tis noſtræ, ea poteſtate qua cuncta fecit ex nihilo & corpus ſibi ex carne ſem-
„ per Virginis operante ſancto Spiritu ſabricavit, panem & vinum aqua mix- Tranſſubſtantiatio.
„ tum manente propria ſpecie in carnem & ſanguinem ſuum ad Catholicam
„ precem ob reparationem noſtram Spiritus-ſancti ſanctificatione convertit. Inde que univerſos juſſit Divinam precari potentiam, ut in formam priſtinam ſacroſanctum reformaret Myſterium, quatinus mulieri ad ſumendum fuiſſet poſſibile. Quod & factum eſt. Unde ſæpeſata mulier plurimum in ſancta religione ac fide proficiens, participatione Dominici Sacramenti conſecrata eſt, & omnes qui viderant in Divino amore & Orthodoxa credulitate ferventius excreverunt.

19. Quidam quoque nobiliſſimus ſecundum carnis proſapiam & potentiſſimus juxta Regiam in ſuo modo magnificentiam, cum per internuntios familiaritatem

---

a Poſt hæc verba, miraculis omiſſis, ſic in cod. Moiſſac. legitur. *Hæc breviter de vita vel actibus B. Gregorii*, &c. ut infra.

AN.CHR. 604 12. Martii.

De panniculis ſacris inſtar Reliquiarum miſſis.

tem Apoſtolicæ ſedis adeptus eſſet, & frequenti admonitione, epiſtolarum etiam a beato Gregorio tranſmiſſarum inſtructione erga Dei & Sanctorum cultum ſufficienter fuiſſet imbutus, miſit per ſtrenuos & devotos Miſſos condigna exenia ad ſedem Pontificalem, petens Reliquias beatorum Apoſtolorum ac Martyrum ſibi tranſmitti. Cujus Legatos ſanctus Apoſtolicus honorabiliter & gratanter ſuſcipiens, aliquamdiu ſecum morari fecit: atque indeſinenter ſanctorum Apoſtolorum memorias ac cimeteria Martyrum ex more priſco pro hujuſmodi negotio Miſſas celebrando & Reliquias in eorum veneratione conſecrando circumiens, præfatoſque Legatos ſibi comites ſemper habens, cum explicuiſſet eorum celebrationes quorum Reliquiæ petebantur, particulatim eoſdem pannos conſecratos ſuper quibus Sancta celebraverat, diviſit, & ſingulis ſingillatim buxis a impoſuit, munitiſque eis ſigillo ſuæ ſanctæ auctoritatis petitoribus uſu Eccleſiaſtico tradidit. Qui debita cum veneratione benedictione petita, & accepta ſuſcipientes profecti ſunt viam ſuam gaudentes. Sed dum per aliquantos dies regreſſionis ſuæ iter carperent, ei qui primus ceteris habebatur, amica humanitati ſubripuit curioſitas, dixitque ſodalibus ſe ſtulte tanti itineris ſubiiſſe laborem, cum neſcirent quid pretioſi domino ſuo referrent. Pedetentim autem creſcente collatione verborum & vireſcente ſuggeſtione ſociorum, confractis Apoſtolicæ dignitatis ſigillis apertæ ſunt buxtulæ, & in ſingulis ſingulæ panni repertæ ſunt portiunculæ. Moxque cum indignatione Romam regreſſi, Archidiaconem adeunt conquerentes: „ Ut quid, inquiunt, Domnus Apoſtolicus tam vilipendit „ dominum noſtrum, qui tantam gratiam ſe apud eum obtinuiſſe ſperaverat, „ quod ſic voluerit illi illudere & nos dehonorationi & offenſioni ſuæ addicere? „ Æſtimavimus ſiquidem nos oſſa Apoſtolorum vel Martyrum pretioſa hinc „ ferre, ſicut decuerat tantum virum, uti dominus noſter eſt, a tanta nihilo„ minus Sede quæſita tam longo & difficillimo ſatis itinere; & datæ ſunt nobis „ panni modicæ portiunculæ, acſi hujuſmodi panniculi genus apud nos nequiviſ„ ſet inveniri. Niſi enim cauta ſollicitudo nobis ſubveniſſet, ut quod gereba„ mus cognoſceremus, & ſic ſtolide ad noſtrum dominum nobis contigiſſet ve„ nire; dubium non eſt periculum honoris & gratiæ ſuæ nos debuiſſe incurre„ re. Quos Archidiaconus modeſta increpatione redarguit cur in tantam præ„ ſumptionem eruperint, ut Apoſtolica ſigilla corrumperent, hortans eos ut redirent, & quæ acceperant domino ſuo cum honore deferrent. Sed hi nullatenus monitis ejus adquieſcentes uſque ad Domni GREGORII venere præſentiam: factoque comperto patientiſſime eorum tulit ſtultitiam, eoſque ſacro-ſanctis Miſſarum ſolemniis præcepit intereſſe. Unde cum ad locum ſui ſermonis eſt ventum, ſuadet populo Dei Sanctorum gratiam exorare, quatinus in hac re dignetur apertiſſime ſic ſuam potentiam pateſacere, ut quid mereatur fides evidentius minus creduli & ignorantes poſſint cognoſcere. Et data oratione accepit cultellum qui temeraverat ſigna, & ſuper altare corporis ſancti Petri acceptam unam panni portionem per medium pungens ſecuit: ex qua ſtatim ſanguis decucurrit, & omnem eamdem portiunculam cruentavit. Videntes autem ſupraſcripti Legatarii & omnes populi ſtupendum & arcanum fidei ſacræ miraculum, Pſal. 67. 36. ceciderunt proni in terram adorantes Dominum dicentes: *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſrael, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.* Et facto ſilentio, inter alia fidei documenta dixit ad eos beatus Gregorius, qui ante has venerandas Reliquias parvi duxerant: „ Scitote, Fratres, quia in con„ ſecratione Corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU-CHRISTI cum ob ſan„ ctificationem Reliquiarum in honore Apoſtolorum vel Martyrum ipſius qui„ bus ſpecialiter aſſignabantur, ſupra ſacroſanctum altare libamina offereban„ tur, ſemper illorum ſanguis hos pannos intravit qui effuſus eſt pro nomine „ Chriſti Domini noſtri. Et ædificatis in fide cunctis qui viderant, munitiſque iterum buxtulis ſigno ſuo tradidit eis incomparabilia munera voti ſui. Et cum gaudio reverſi hæc per ordinem domino ſuo nuntiaverunt, & ſui deſiderii compo-

---

a Buxum ſeu buxtula ſignificat thecam ex buxo confectam, gallice *boete*.

potentem reddiderunt. Qui pretioſa ſanctorum patrocinia reverenter ſuſcepit, AN.CHR.
& honorabiliter in loco venerabili condidit. Quo Deus frequentiora quam in 604
ſancti Petri Eccleſia miracula operari dignatur, ad laudem & gloriam nominis ſui uſque in hodiernum diem. 12. Martii.

20. Pater nibilominus familias erat Romæ valde rebus ditiſſimus, ſed religione nimis egenus, qui non vitiis minus plenus quam rebus, cum uxor ſua ei diſplicuiſſet, fecit ſibi ab ea contra præceptum Salvatoris noſtri divortium. Res vero beatum Gregorium latere non potuit, quia & magnitudo mali & magnatio perſonarum ſe facile prodidit. Cui beatus Gregorius multis & ſuaviſſimis monitionibus, ſeu diſtricti Divini examinis terroribus ſtudioſiſſime & ſæpiſſime immo indeſinenter perſuadere contendit, ut uxorem ſuam in gratiam pactam reciperet, a qua quoquomodo divelli niſi morte aut amborum conſenſu intercedente nequiret. Sed is diabolica præventus irremediabiliter pertinacia monita ejus ſprevit: quem beatus Gregorius Apoſtolica auctoritate ab Eccleſia ſub anathemate niſi reſipiſceret ſequeſtravit. Quam excommunicationem idem ægre admodum ferens, & peccata peccatis accumulans, duos magos pecuniis ex placito locat, ut in ſanctum Apoſtolicum ad vindictam ejus apodixem * artis ſuæ exercerent. Qui eum facie ignorantes dum quadam die ad proceſſionem ex more pergit beatus Gregorius, illi eminus ſecus tranſitum ſtantes, ſibi eum rogant inſinuari: Quibus reſponſum eſt ipſum eſſe, qui ſolus Pontificali dignitate equitans, præcedentem & ſubſequentem cuneum Eccleſiaſticorum virorum haberet. Et intuentes eum, repente equum illius maleficiis ſuis a dæmonibus vexari fecerunt. Statimque beatus Gregorius invocato nomine Domini noſtri Jesu-Christi, & edito ſigno Crucis ab equo proturbavit dæmonia. Reſpicienſque in partem, mox ut Magos eſt contemplatus, illi cæcati & ab eiſdem dæmoniis pervaſi ceciderunt retrorſum. Unde intellexit Vir Domini eorum id perpetratum nequitia. Et cum juſſiſſet eos ad ſe duci, interrogati rei ordinem prodiderunt. Quibus reſpondit beatiſſimus Pontifex: „ Perpetuo cæci eſſe debetis, ne videntes ad „ conſuetam perverſitatem redire tentetis. In nomine autem Domini noſtri „ Jesu-Christi operante beato Petro liberi a vexatione dæmonum ſitis. Qui conſeſtim a dæmonibus emundati, & credentes fonte ſalutari perfuſi ſunt, ac permanente cæcitate damnati, jubente beato Gregorio de cetero ſtipe ſunt Eccleſiaſtica aliti.

De Magis excæcatis.

* id eſt experimentum.

21. Sed & tyrannus quidam multam oppreſſionem cum pene importabili importunitate quieti ingerebat ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, poſſeſſioneſque ejdem & mancipia pertinentes crudeliſſime devaſtabat. Qua de re beati Pontificis per internuntios admonitione correptus, majori exarſit inſania, adeo ut Urbem depopulandam adiret. Cui advenienti beatus Gregorius ut colloqueretur occurrit. Tantamque vim nutu Divino ejus verbis ineſſe expertus fuit, ut cum humillima indulgentia religioſo Apoſtolico ſatisfaceret, & ſe deinceps ſibi ſubditum, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ devotum famulum ſpopondiſſet. Is denique poſtea uſque ad exitum infirmatus, venerandi Papæ orationem popoſcit, atque in reſponſum accepit quod ei Dominus adhuc ſpatium pœnitentiæ largiretur, & ut plenius convaleſceret, illis quibus nutritus fuerat cibis indulgere ſtuderet. Qui juſſis obtemperans convaluit, & in reliquum devotius vixit.

De quodam tyranno in melius commutato.

22. Idem vero perfectiſſimus & acceptabilis Deo Sacerdos, cum quadam die per forum Trajani, quod opere mirifico conſtat eſſe extructum, procederet, & inſignia miſericordiæ ejus conſpiceret, interque memorabile illud comperiret, videlicet quod cum idem orbis princeps in expeditionem circumvallatus militum cuneis pergeret, ibidem obviam habuerit vetuſtiſſimam viduam ſenio ſimulque dolore ac paupertate confectam, cujus lacrymis atque „ vocibus ſic compellatur: Princeps piiſſime Trajane; Ecce hic ſunt homines „ qui modo mibi unicum filium, ſenectutis videlicet meæ baculum & om„ ne ſolatium, occiderunt, meque una cum eo nolentes occidere, dedignan-

De Trajano.

AN. CHR. 604 12. Martii. „ tur etiam mihi pro eo rationem aliquam reddere. Cui ille feſtinato, ut res „ exigebat, pertranſiens. Cum rediero, inquit, dicito mihi & faciam tibi om- „ nem juſtitiam. Tum illa, Domine, inquit, etſi tu non redieris, ego quid fa- „ ciam? ad quam vocem ſubſtitit, & reos coram ſe adduci ſecit. Neque cum ſuggereretur a cunctis accelerare negotium, greſſum a loco movit, quouſque & viduæ a fiſco quod juridicis ſanctionibus decretum eſt, perſolvi pro re fecit, demumque ſupplicationum precibus & fletibus ſuper factis ſuis pœnitentes viſcerali clementia flexus, non tam poteſtate quam precatu & lenitate vinctos Prætorialibus catenis abſolvit. Hujus rei gratia compunctus venerabilis Pontifex, cœpit lacrymoſis gemitibus ſecum inter verba precantia hæc ſiquidem Pro- Iſa. 1. 17. „ phetica & Evangelica revolvere oracula. Tu Domine dixiſti: *Judicate pupil-* Marc. 6. 27. „ *lo, defendite viduam & venite & arguite me*. Et alibi: *Dimittite & dimitte-* „ *tur vobis*. Ne immemor ſis, quæſo. Peccator ego indigniſſimus propter no- „ men gloriæ tuæ & fideliſſimæ promiſſionis tuæ, in hujus devotiſſimi viri facto „ pietati tuæ humiliter ſupplico. Pervenienſque ad ſepulchrum beati Petri, ibi diutius oravit, & flevit, atque veluti ſomno correptus, in extaſim eſt raptus. Quo per revelationem exauditum ſe diſcit *a*, & ne ulterius jam talia de quoquam ſine Baptiſmate ſancto defuncto præſumeret petere, promeruit caſtigari. Qua in re licet a viris perfectæ fidei & curioſis quædam valeant quæri, & plura ab his qui credunt Veritati fideliter dicenti; *Quæ apud homines impoſſibilia ſunt vel videntur, facilia ſunt apud Deum*, ſalubriter explanari; tutius tamen videtur in hoc actu divinæ pietatis & poteſtatis judicium venerari & a nemine diſcuti.

De columba ei ſcribenda ſuggerente. 23. Denique a fideli & religioſo viro ac huic noſtro Patri ſanctiſſimo pro ſuæ religionis & utilitatis merito valde familiariſſimo *b* fideliter poſt obitum ejus nobis narratum didicimus; quod cum idem vas electionis & habitaculum ſancti Spiritus viſionem ultimam Prophetæ Ezechielis interpretaretur, oppanſum velum inter ipſum & eumdem Exceptorem tractatus ſui, illo per intervalla prolixius reticente, idem miniſter ejus ſtilo perſoraverit, & eventa per foramen conſpiciens vidit columbam nive candidiorem ſuper ejus caput ſedentem, roſtrumque ipſius ori diu tenere appoſitum. Quæ cum ſe ab ore ejuſdem amoveret, incipiebat ſanctus Pontifex loqui & a Notario graphium ceris imprimi. Cum vero reticebat ſancti Spiritus organum, miniſter ejus oculum foramini iterum applicabat, eumque acſi in oratione levatis ad cœlum manibus ſimul & oculis, columbæ roſtrum more ſolito conſpicabatur ore ſuſcipere. Quod tandem eodem ſpiritu revelante Pontifex ſanctus cognovit, & vehementiſſime triſtis effectus, interminatus eſt auctoritate Apoſtolica miraculi divini in ſe perpetrati conſcio, ne in vita ſua id alicui quoquomodo patefaceret. Quod is interim ſecretum cuſtodiens poſt defunctionem ſanctiſſimi Sacerdotis compulſus quorumdam invidia, qui obtrectabant virum beatiſſimum præſumptionis tumore, tanta ac talia de cœleſtium arcanorum myſteriis fuiſſe locutum, hæc ita ſe per omnia vidiſſe fideliter enarravit.

24. Migrato namque ad Dominum ſæpe dicto reverendiſſimo Pontifice, cum fames validiſſima non modo in hac civitate Romana, verum & in omnibus circa regionibus ſatis ſuperque graſſaretur, & is qui ei in ſede Pontificali ſucceſſerat *, horrea Eccleſiæ ementibus frumenta aperiret, & illis quos beatus Gregorius per Monaſteria & Xenodochia ſeu Diaconias vel Hoſpitalia ſtipendiis alendos Eccleſiaſticis ordinaverat, clauderet; cœperunt omnes famis compellente inopia Apoſtolici aures inquietare dicentes: Domne Apoſtolice, quos Pater noſter deceſſor tuus Sanctus Gregorius hactenus ſtuduit paſcere, tua Sanctitas fame non ſinat perire. Quos vociferantium clamores idem moleſte ferens, reſpondit: Si Gregorius ad famam ſuæ laudis cunctos populos curavit ſuſcipere, nos om-

* Sabinianus.

a Hanc de Trajano fabulam (cujus meminit Joannes Damaſcenus, ſeu quiſquis auctor eſt Sermonis de defunctis, inter Damaſceni opera relati) merito explodunt ac refutant Baronius To. 8. ann. 604. & Bellarminus lib. 2. de Purg. cap. 8.

b Nimirum Petro Diacono, de quo poſt S. Gregorium agemus.

omnes non poſſumus paſcere; ſicque vacuos ſivit abire. Quæ verba reſponſio- AN.CHR.
nis cum ſæpius ad ſe clamantibus iterans adderet, apparuit ei in viſu S. GRE- 604
GORIUS tertio, illumque tertio blande increpans ſuper ſua detractione & ipſius 12. Martii.
tenacia ſeu miſerorum indigentia admonuit atque corripuit. Qui nec cor ad mi- Pontifex
ſericordiam flexit, nec ori ab obtrectatione adhibere cuſtodiam voluit, nec ma- S Gregorio
num ad largitatem extendit. Unde illi quarto apparens B. Gregorius horribili- detrahens
ter eum redarguit, & comminans in capite illum percuſſit. Cujus dolore vexa- percutitur.
tus in brevi defunctus eſt.

24. Hæc breviter de vita vel actibus beati Gregorii dicta ſint. Ceterum
quamdiu mundi hujus orbita volvitur, ejus laudabile meritum ſemper accipit
incrementum: Quia ipſius ſine dubio gloriæ adſcribitur, quod hæc Romana ci-
vitas una cum ſanctis Apoſtolis ejus precibus conſtare videtur, & quod Anglo-
rum Eccleſia nova ſemper ſobole ſecundatur, & quod illius doctrinis per orbem
univerſum multi de peccato elongati ad Chriſti clementiam revertuntur, & quod
boni quique ejus ſuaſionibus inflammati cœleſtem patriam deſideranter inquirunt. Quamdiu
Qui beatiſſimus Pontifex, poſtquam ſedem hujus Romanæ & Apoſtolicæ Ec- vixerit in
cleſiæ annis tredecim, menſibus ſex & diebus decem glorioſiſſime rexit, ex hac Pontificatu.
luce ſubtractus atque ad æternam eſt regni cœleſtis ſedem translatus. Sepultus *anno 604.
vero eſt in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ante Secretarium die quarto Iduum
Martiarum, regnante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spi-
ritu-ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

MONITUM.

Poſt S. Gregorii Vitam a Paulo Diacono ſcriptam, juvat hic inſerere ipſius Pauli Epiſtolium ad S. ADALHARDUM Abbatem Corbejenſem tranſmiſſum una cum S. Doctoris Epiſtolis LV. ipſius Pauli manu partim correctis: quarum ex authographo Corbejenſi ſubjectum epiſtolium Pauli itidem calamo (ut quidem videtur) exaratum depromſimus, hujus hac forma:

CHariſſimo Fratri & domino ADALARDO Viro Dei PAULUS ſupplex. Cupieram, di-
lecte mi, æſtate præterita videre faciem tuam, quando illis io partibus ſui: ſed præ-
peditus laſſitudine ſonipedum ad te venire non potui. Interioribus tamen oculis, quibus ſo-
lis valeo, tuæ fraternitatis dulcedinem frequenter aſpicio. Volueram equidem tuis imperiis
jam ante parere: ſed ut pote pauper & cui deſunt librarii, prius hoc facere nequivi; maxi-
me cum me tam prolixa valitudo contriverit, ut a menſe Septembrio pene uſque ad diem
Nativitatis Domini lectulo detentus ſim: neque licuerit Clericulo illi qui hæc eadem * ut-
cumque ſcripſit, manum ad atramentarium mittere. Suſcipe tamen quamvis ſero Epiſtolas * nempe Epiſtolas Gregorii.
quas deſideraſti: & quia mihi eas ante relegere præ occupatione totas non licuit, XXXIV. ex
eis ſcito electas, & prout potui emendatas eſſe, præter pauca loca in quibus minus inveni,
& tamen meo ea ſenſu ſupplere nolui, ne viderer tanti Doctoris verba immutare. Quibus in
locis & ſorinſecus ad aurem * zetam, quod eſt vitii ſignum, appoſui. Tua itaque Frater-
nitas ſi ſe facultas dederit, reliquas Epiſtolas ad emendatiorem relegere ſtupeat codicem, ſed * forte ſtudeat.
& loca in quibus minus habetur nihilominus ſupplere. Hoc tamen Sanctitati tuæ ſuadeo,
ne paſſim propter aliqua quæ in eis minus idoneos latere magis quam ſcire convenit, pu-
blicentur. Vale Frater amabilis ſemper in bonis gliſcens: & cum mentem ad ſuperna teten-
deris, memento mei.

Ante ſuos refluus Rhenus repedabit ad ortus;
 Ante petet fontem clara Moſella ſuum;
Quam tuus e noſtro carum ac memorabile ſemper
 Dulce, ADALARD', nomen pectore cedat amor;
Tu quoque ſi felix vigeat de munere Chriſti,
 Eſto memor PAULI tempus in omne tui.

ALIA VITA

A JOANNE DIACONO quatuor libris ſcripta.

Carmen Auctoris ad Joannem Papam VIII.

SUSCIPE Romuleos, Paſtor venerande, triumphos,
 GREGORII ſancti ſuſcipe geſta tui.

AN.CHR. 604 12.Martii.

Qui nituit factis, verbis, ſcriptiſque beatis,
Ut jubar auricomi ſolis in orbe cluit.
Forma, decus, ſpeculum tibi ſit, via, vita per ævum,
Si cupis æternum ferre Sacerdotium.
Nam qui non hujus ſequitur veſtigia Præſul,
Ante Deum Præſul non erit, immo pecus.
Hinc Pſalmiſta canit hominem ſimilare caballis
Ignavum ſtultis, qui ſub honore perit.
Nocturnum dedimus Sancto cantumque diurnum,
Carminibus clarum concinimuſque virum.
Redde vicem, ſcriptor, reddens cola, commata, punctos,
Ne tua mendoſum pagina ſervet opus.
Ludere me libuit variabilis ordine campi,
Poſtquam proſa fugit, muſa jocoſa redit.
Hæc mihi tu tribuis, Doctor pretioſe GREGORI,
Qui bona das famulis, ſed mala nulla tuis.
Veſtitus cœpi, nudus tua munia dixi,
Indue me factis velleribuſque tuis.
Et quia mortalis deſunt commercia carnis,
Da mihi ſub pedibus poſſe jacere tuis.

PRÆFATIO AUCTORIS ad eumdem.

BEATISSIMO *ac feliciſſimo Domno* JOANNI *ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Præſuli*, JOANNES *ultimus Levitarum*. Nuper ad vigilias beati GREGORII Romani Pontificis, Anglorum, ſcilicet gentis Apoſtoli, lectione de Paulino civitatis Nolanæ Præſule conſuetudinaliter perſonante, viſus es a venerabilibus Epiſcopis, Divino quodam inſtinctu commotus, requirere, cur tantus Pontifex, qui multorum Sanctorum vitas texuerat, geſtis propriis in propria dumtaxat Eccleſia caruiſſet: præſertim * cum & apud Saxones, & apud Langobardorum ſibi prorſus inſenſiſſimam gentem, geſtis propriis ubique polleret. Cumque venerabiles Epiſcopi hæc ab utriſque gentibus haberi quidem, ſed compendioſiſſime, reſponderent: meam quoque parvitatem conſciſcens, præceperas, ut vitam ipſius de ſcrinio ſanctæ Sedis Apoſtolicæ tanto plenius, quanto & certius carpere ſtuduiſſem. Sed dum ego propriæ inertiæ conſcius, me meis prioribus, ac per hoc ſapientioribus, qui vitam ejus, licet breviter, tamen pio conatu, pulcherrimoque ſtilo deſcripſerant, conferre penitus dubitarem; identidem jubendo vehementer hortatus es, ut Romanæ Sedis Pontificem, ejuſdem ſedis Præſulis auctoritate deſcriberem, cui Deus omnipotens probandorum, ſeu repellendorum ſcriptorum omnium ſpecialem dederit proculdubio poteſtatem. Itaque tam imperioſis auctoritatibus tandem compulſus, vix primum librum Gregorianæ vitæ compleveram, quando huic in ejuſdem vigiliis annua vertigine revolutis, tua probavit pariter, ac publicavit auctoritas. Ergo ſollicitior factus ad cetera, pauca de multis, te incentore, te præceprore, te fautore, teque judice, colligens, in libris quatuor, auxiliante Domino, coartavi: & ſecundum diſtributionem ejuſdem doctoris, qui * librum Regulæ paſtoralis quadripertita ratione diſtinxerat, ego quoque illum, qualiter ad culmen regiminis venerit, in primo hujus operis libro perhibui: & ad hoc rite perveniens, qualiter vixerit, in ſecundo diſſerui: & bene vivens, qualiter docuerit, in tertio deſignavi: & recte docens, infirmitatem ſuam quotidie quanta conſideratione cognoverit, in quarto concluſi. Neque magnopere tempora temporibus contuli, ſed rebus ſimilibus ſimilia coaptavi: quoniam revera non tantum quando feciſſet, ſed quantum feciſſet, ſollicitus deflorate curavi. In quibus quamquam multa & varia memoratu digna ſtudio brevitatis omiſerim, nihil memini me poſuiſſe, quod ſcriptorum veterum nequeat auctoritate defendi, exceptis illis miraculis, quæ noſtris temporibus ſa-

* qui &

S. Pontifex librorum legitimus cenſor.

Operis diſtributio.

* quo

Temporis ratio neglecta.

facta, * multorum adhuc ſuperſtitum vivis vocibus celebrantur. Si eui tamen, ut aſſolet, viſum fuerit aliter, ad plenitudinem ſcrinii veſtri recurrens, tot chartacios libros epiſtolarum ejuſdem Patris, quot annos probatur vixiſſe *a*, revolvat. Et quia quædam illorum, vario tempore deſtinatæ, varium ſenſum * retinent; eædemque nonnullis integræ, quibuſdam vero parte aliqua diminutæ pro perſonarum, locorum, ſive temporum diſpenſatione videntur, finetenus relegendo conſpiciat: ſicque demum lucidam veritatem cognoſcens, me aut cum amaſiis defendat, aut cum oſoribus arguat: quamquam in eo, quod tuo judicio placeo, eunctis veritatem tuentibus me perpetuo placiturum fore præſumam. Peto igitur, ut, ſicut tuis juſſionibus humiliter parui: ſie beati Gregorii precibus, & in hoc ſæculo ab æmulorum inſidiis, & in futuro a peccatorum nexibus merear miſericorditer liberari per JESUM-CHRISTUM Dominum noſtrum. Amen.

AN. CHR. 604
12. Martii.

* a multis adhuc ſuperſtitibus.
* varietatem ſenſuum.

CAPITA PRIMI LIBRI.

CAP. I. De genere beati Gregorii.
ii. Quod φερόνομος fuerit.
iii. De inſtitatione ejus.
iv. Prætor urbanus exprimitur.
v. Sex Monaſteria in Sicilia fecit.
vi. Sub Abbatibus in ſuę domus monaſterio militans, poſtmodum Abbas efficitur.
vii. Paſchali ſabbato jejunare non valet.
viii. A Domino jejunandi fortitudinem impetrat.
ix. Mater Silvia ei conſuetudinaliter legumina mandat.
a. Duabus vicibus ab Angelo Dei tentatur, tertia vero liberaliſſimus comprobatur.
xi. Frater furtum faciens, a dæmonio vexatur, & a Gregorio liberatur.
xii. Fugitivus frater cæcatur, & a nigri canis morſibus liberatur.
xiii. Frater fugam molitus a dæmone corripitur, a Gregorio liberatur.
xiv. Fratrum latebra immobilitate cavallorum cognoſcuntur.
xv. Frater Juſtus pro re peculiari ſeveriter in morte punitur.
xvi. Ejus anima de inferni cruciatibus liberatur.
xvii. Dimiſſis peccatis Antonius mori jubetur
xviii. Gerontios cum quibuſdam Fratribus ſe aſſerit moriturum.
xix. Joannes, ab Apoſtolo ſanatus a defuncto vocatur.
xx. Frater Merolus albis floribus ſe ſomniat coronatam.
xai. De venalibus Anglorum pueris percontatur.
xxii. Pro convertendis Anglis Britanniam periturus abſolvitur.
aaiii. A Præſole tribus ſententiis conſternato redire jubetur.
xxiv. Per locuſtam ſe cognoſcit continuo reverſurum.
xav. A Monaſterio tractus Diaconus conſecratur.
aavi. Conſtantinopolim Apocriſiarius deſtinatur.
xxvii. Pro exponendo libro beati Job enixe rogatur.
xxviii. Cum Eutychio diſputans victor agnoſcitur.
xxix. Liber Eutychii ab Auguſto ignibus deputatur.
xxx. Eutychius moriens pellem manus ſuæ tenebat, dicens ſe in ea veraciter reſurrecturum.
xxxi. Apocriſiariatus Gregorii qualitas declaratur.
xxaii. Epiſtola Pelagii Papæ Gregorio mittitur.
xaxiii. Maximianus cum Fratribus a naufragio liberatur.
xxxiv. Romana urbs diluvio Tiberis inundatur.
axxv. Atheſis fluvius mirabiliter ſolidatur.
axxvi. Dracone cum beſtiis in mari necato; aer corrumpitur.
xxxvii. Sagittis cœleſtibus, eladem ferentibus, Pelagius Præſul extinguitur.
xaaviii. Theodorus, a dracone liberatus, convertitur.
xxxix. Gregorius ad Pontificatum nolens eligitur.
xl. Pontificatum ſubterfugere geſtiens, Imperatori litteras latenter mittit.
xli. Pro concione pœnitentiam prædicat.
xlii. Septiformem letaniam localiter ordinat.
xliii. Octoginta homines peſtilentia proſternuntur.
xliv. Ab urbe diffugiens, indicio cœleſti monſtratur: & reductus, primæ ſedis Pontifex conſecratur.
alv. Noluiſſe ſummum Sacerdotium, veraciter demonſtratur.
xlvi. Diſcretionis ejus perfecta qualitas indicatur.

a In Pontificatu ſcilicet: nam Gregorius teſte Joanne Diac. infra lib. 4. Vitæ cap. 71. Epiſtolarum libros 13. pro totidem Pontificatus annis ſcripſit: obſervatque Baronius ex libris duodecimo & tertiodecimo qui breviſſimus erat, unicum fuiſſe conflatum. Et tamen S. Ildefonſus Toletanus de Viris illuſt. cap. 1. *Has*, inquit, *uno volumine artans, in lib. 12. diſtinxit, & Regiſtrum nominandum eſſe decrevit*. Selectiores Epiſtolas in Decretalium lib. 12. redegiſſe dicitur Hadrianus Papa I. infra lib. 4. cap. 71.

AN. CHR. 604 12. Martii.

xlvii. Conabatur extra mundum, & extra carnem fieri, & ad ſpeciem anhelare.
xlviii. Condoluit ruinę ſuæ gentium renovari.
xlix. Ex ſcriptis Anaſtaſii Patriarchæ quaſi beatitudinis requiem, ſalutem accipiens, fontem ſitiens, umbram æſtuans invenit.
l. Ab Andreæ illuſtris charitate & animo non receſſit.
li. Joannis excuſulis bona excellentiæ eſt expertus.
lii. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo reſpondere noluit, epiſtolis ad ſe tranſmiſſis.
liii. Cum magno angore animi ſummum Sacerdotium ſuſcepit.
liv. Inveſtigare ſuperna judicia, nullus homo ſufficere poteſt.

LIBER PRIMUS.

Qua ratione, quibuſve virtutibus ad pontificatum aſcenderit, cumulate diſſeritur.

I. Beda lib. 2. cap. 1. Hiſt. Angl. GREGORIUS genere Romanus, arte Philoſophus, GORDIANI viri clariſſimi, & beatæ SILVIÆ filius, præfuit Romanæ ſedi annis tredecim, menſibus ſex, diebus decem, temporibus Tiberii,
Ado in Martii. Mauritii, & Phocæ Auguſtorum. Iſte Senatoria ſtirpe progenitus, tam nobi-
Beda, ibid. Greg. Turon. lib. 10. hiſt. liſſimam, quam etiam religioſiſſimam genealogiam duxit, ita ut quartus FELIX *a* ſedis Apoſtolicæ Pontifex, vir magnæ in Chriſti Eccleſia reverentiæ, qui Baſilicam ſanctorum Coſmæ & Damiani Martyrum via ſacra juxta Templum Romuli, ſicut hactenus cernitur, venuſtiſſime fabricavit, ejus atavus fuerit: & beata virgo THARSILLA, quæ moritura promiſſionis cœleſtis audivit harmoniam, & JESUM-CHRISTUM ad ſe recipiendam videre meruit, amita nihilominus ejus extiterit.

Quam Gregorius geminæ nobilitatis lineam piis moribus extulit, probis acti-
II. bus exornavit, adeo ut præſagio quodam Græce Γρηγόριος, quod Latine Vigilantius reſonat, vocaretur. Nam recta, quæ docturus erat, dum vivis operibus adimplevit, ſibimetipſi utique ſe vigilaſſe perdocuit: dum vero recta, quæ faciebat, docendo quoque diſſeruit, vigilaſſe dignoſcitur, non ſolum ſibi * ſed
* ſui. etiam futuri temporis Chriſtianis.

Siquidem inerant ei in tenera ætate matura jam ſtudia, & auditurus incogni-
III. ta, religioſis ſenibus indagator ſolertiſſimus adhærebat: ſumptaque doctrinæ ſemina, tenaci memoria ruminanda, quæ poſt in populos mellito declamaret gutture, congerebat. Denique docilis adoleſcens, cum tranſmiſſo communiter ſty-
S. Ant. in Chr. p. 2. tit. 12. c. 3. lo ſurgentis infantiæ, ad bivium Pythagoricæ litteræ perveniſſet, incunctanter ſiniſtrum ramum cum ſæculi voluptate relinquere, & ad dextrum cœpit cum cœleſti deſiderio totis viribus anhelare.

Sed dum converſionis ſuæ gratiam longius protrahens, tutius * ſe Chriſto fa-
IV. mulaturum putaret, ſi ſub Prætoris urbani habitu, mundo ſpecietenus deſer-
* tutum. viret; cœperunt multæ contra eum ejuſdem ſæculi curæ ſuccreſcere, ita ut non jam, ſicut propoſuerat, ſpecie, ſed in eo retineretur & mente.

Tandem patre orbatus, ubi liberam diſponendarum rerum ſuarum nactus eſt
V. facultatem, ſex Monaſteria in Sicilia fabricans, ſufficientibus Fratribus cumu-
Greg. Tur. lib. 10. hiſt. lavit: quibus tantum prædiorum contulit, quantum poſſet ad victum quotidianum Deo illic militantium ſine indigentia ſuffragari.

Septimum intra Romanæ urbis mœnia ſub honore ſancti Andreæ Apoſtoli,
VI. juxta Baſilicam ſanctorum Joannis & Pauli ad clivum Scauri Monaſterium in proprio domate fabricavit. In quo, relictis ſericis, auro gemmiſque radiantibus
Idem loco cod. togis, ſimulque ſuppellectilibus reliquis in uſum pauperum erogatis *, ex hujus
* prærogatis. mundi naufragio nudus evaſit: diuque deſideratum Monachicum capiens indumentum, primo ſub HILARIONIS *b*, deinde ſub MAXIMIANI, venerabilium

a Multis argumentis Baronius in Martyrol. Roman. ad diem 25. Februarii & in Annal. To. 7. an. 581. probat atavum S. Gregorii fuiſſe Felicem tertium, non quartum. De eo agit Gregorius lib. Dial. cap. 16. & Homil. 38. in Evang.

b Baronius ad an. 581. num. 8. colligit ex lib. 4. Dialog. cap. 21. S. Gregorium in Monaſterio inſtitutorem habuiſſe ſolum Valentium ſeu Valentinum Abbatem, cui Hilarione expuncto ſucceſſerint Maximianus. Pretioſus, atque Probus. Verum in loco a Baronio in confirmationem adducto, nimirum 4. Dialog. cap. 55. Pretioſum non Abbatem, ſed Præpoſitum tantum fuiſſe conſtat. Vide Antonium Yepez in Chronico ad ann. 576. cap. 3. Monaſterium S. Andreæ nunc pertinet ad Monachos Camaldulenſes.

lium Patrum regimine, multis ſibi ſociatis Fratribus, regulari tramite milita- AN.CHR.
vit. Poſt vero cum ſubeſſe mallet, Fratrum votiva concordia imminente præ- 604
eſſe non renuit, ſicut in conſequentibus apparebit. 12.Martii.

Erat ei abſtinentia tanta ciborum, ſedulitas orationum & jejuniorum, ſtudioſitas tam deſiderata ſacrorum librorum, ut infirmato ſtomacho laceſſitus vix ſubſiſtere proculdubio videretur. Nam cum quodam tempore inciſionem vitalium, quam Græci σύɩκοπὴν dicunt, pateretur, crebriſque anguſtiis per horarum momenta deficeret, & ad exitum propinquaret, ac niſi eum Fratres frequenter cibo reficerent, vitalis ei ſpiritus funditus intercipi videretur, Paſchalis ſupervenit dies. Et dum ſacratiſſimo ſabbato, in quo omnes, etiam parvuli pueri jejunant, ipſe jejunare non poſſet, cœpit plus mœrore, quam infirmitate deficere. VII. Ibid. Lib. 3. Diac. leg. c. 33.

Mox acceſſito viro ſanctiſſimo ELEUTHERIO, dudum penes Spoletum multis Præpoſito, tunc vero ejuſdem ſui Monaſterii Monacho, a quo videlicet audierat mortuum fuiſſe ſuſcitatum, Oratorium petiit, ſeſeque cum lacrymis, ut ſaltem die illo ad jejunandum ſibi virtus daretur, in orationem dedit. Et poſt paululum, completa oratione digreſſus, tantam virtutem ſuum ſtomachum percepiſſe cognovit, ut ei cibus & morbus de memoria funditus tolleretur. Cœpit ſecum mirari, quis eſſet, qui fuerit: & cum ad animum redibat infirmitas, nihil in ſe ex his, quæ meminerat, recognoſcere prævalebat. Cumque in diſpoſitione Monaſterii occupata mens eſſet, obliviſcebatur funditus ægritudinis ſuæ. Si vero rediret ægritudo ad memoriam, cum tam ſortem ſe eſſe ſentiret, mirabatur ſi non comediſſet. Qui veniens ad veſperum, cognovit ſibi tantam fortitudinem permanere, ut ad diem alterum jejunium transferre potuiſſet, ſi voluiſſet. Verum quamquam pene quotidiano languore tabeſceret, nullam tamen corpori ſuo cupiebat commodare quietem, quo minus aut oraret, aut legeret, aut ſcriberet, aut dictaret. VIII. Ibid.

In hujus ſacri Monaſterii penetralibus idem vir omnipoteotis Dei Gregorius, a matre Silvia *a* tunc temporis juxta portam beati Pauli Apoſtoli, loco, qui dicitur Cella nova, quo hactenus Oratorium nomini ejus dedicatum, & famoſum ſancti Sabæ Confeſſoris Chriſti Monaſterium, cujus laus eſt in ſexta & ſeptima Synodo, conſtitutum videretur, degente, crudis leguminibus paſcebatur. IX.

Ubi hunc de more quædam ſcribentem Angelus Dei reperiens miſereri ſibi flebiliter ſub habitu naufragi poſtulabat. Cui Gregorius ex intimo corde compatiens, bis ternis numiſmatibus datis, abire præcepit. Nec multo poſt, eadem die idem naufragus rediit, ſeque multa perdidiſſe, pauca vero ſuſcepiſſe perhibuit. A quo, pari modo ſenis numiſmatibus ſumptis, lætabundus abſceſſit. Sed die tertia rediens, identidem adjutorium naufragus importunis vocibus requirebat. Cui liberaliſſimus Pater, acceſſito veſtiario, alia ſex numiſmata dari præcipiens, cognovit in veſtiario oihil oumiſmatum, unde poſſet conſolari naufragum, remanſiſſe. Quid faceret, neſciebat. Æſtuabat Deo devoti pectoris pietas, non ſufferens vacuam proximi reliquiſſe miſeriam. Rurſus veſtiarium ſuum, ſi forte vas quodlibet aut veſtimentum haberet, interrogans, audivit, nil penitus remanſiſſe, præter matris argenteam, quæ cum infuſis leguminibus „ mitti ſolita erat, ſcutellam. Mox alacrior factus, Ergo, inquit, frater hanc „ defer, ne triſtis abeat, qui conſolari quærit, pauper. Itaque delatam ſcutellam Gregorio ſatis hilariter largiente pauper qui putabatur, lætus amplectitur, non jam ad expetenda, ſed ad conferenda ſuffragia rediturus. A quo videlicet Angelicæ viſitationis tempore tantis miraculis, tantis eſt virtutibus publicatus, ut omnibus ſecum viventibus, & exemplo fuerit, & terrori: quippe qui non ſolus, ſed ſocialiter cum beato Andrea Apoſtolo, ſuo Monaſterio, ſignis evidentibus, ſit præfuiſſe putatus. X. Infra lib. 2. c. 23. S. Anton. p. 2. c. 3. tit. 12. §. 9.

a Et tamen Paulus Diaconus in vita ſuperius relata, num. 2. ſcribit Gregorium, nonniſi poſt parentum obitum, Monachum fuiſſe. An vero hoc factum, non ad Sylviam Gregorii matrem referendum eſt, ſed ad ipſius nutricem, quæ tempore Pontificatus ejus adhuc vivebat? ut conſtat ex lib. 7. epiſt. 44. ad Ruſticianam.

AN.CHR. Nam ut pauca de multis loquar, quadam die duos exinde Fratres tranſmi-
604 ſit, qui aliquid emere pro ejuſdem Monaſterii utilitate debuiſſent: unus junior,
12.Martii. qui prudentior videbatur: alter ſenior, qui cuſtos junioris eſſet. Perrexerunt u-
XI. trique, & de pretio quod acceperunt, ipſe qui cuſtos miſſus fuerat, neſciente
S. Ant. altero, furtum fecit. Qui mox ut in Monaſterium ſunt reverſi, atque ante
chronic. p. 2. c. 3. tit. Oratorii limen venerunt, arreptus a dæmonio is qui furtum fecerat, cecidit. Di-
12. miſſus autem a dæmonio is, concurrentibus Monachis, Abbatis juſſu requiſitus
Ibid. * ne. eſt, an * forte de eo, quod acceperat, furtum feciſſet. Negavit, & iterum
vexatus eſt. Dimiſſus, atque iterum requiſitus, negavit, atque iterum vexa-
tus eſt. Octo itaque vicibus negavit, octo vicibus vexatus eſt. Poſt octavam
* quot vero negationem, Gregorio interrogante confeſſus eſt, quod * nummos furto ab-
ſtulerat: eique proſtratus ſe peccaſſe teſtatus eſt: perceptaque pœnitentia, ulte-
rius ad eum dæmonium non acceſſit.

XII. Alio quoque tempore, dum in die natalitio ejuſdem Apoſtoli, jam meridia-
nis horis Fratres quieſcerent, ſubito quidam Frater apertis oculis cæcatus, cœ-
pit tremere, voces ingentes emittere, quibus vocibus teſtabatur, ferre ſe non
Ibidem. poſſe, quod patiebatur. Concurrerunt Fratres, viderunt cæcum, apertis ocu-
lis, trementem, & clamantem, & a præſentibus alienum, nihilque quod foris
agi poterat, ſentientem. Hunc in manibus levaverunt, atque ante altare ſan-
cti Andreæ Apoſtoli, juſſu Gregorii projecerunt, ipſique pro eo in orationem
proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reverſus, confeſſus eſt, quia ſenex quidam ei
apparuit, & canem nigrum ad eum dilacerandum dimiſit, dicens: Quare fuge-
re voluiſti de Monaſterio iſto? Cumque evadere de canis morſibus nullo modo
potuiſſem, venerunt quidam Monachi, & eumdem ſenem pro me rogaverunt,
qui ſtatim juſſit canem abſcedere: & ipſe ad me reverſus ſum. Hic etiam ſæ-
pe confeſſus eſt poſtea, dicens, quod eo die quo iſta pertulerat, conſilium ha-
buerit de Monaſterio fugiendi.

XIII. Alius quoque Monachus diſcedere ex eodem Monaſterio latenter voluit. Cum-
que hoc in mente tractaſſet. Oratorium ingredi voluit, ſed dæmone corripien-
te nequivit. Relinquebatur a dæmone, quamdiu extra Oratorium ſtabat; ſi in-
S. Ant. gredi conabatur, ſtatim maligno ſpiritui traditus vexabatur. Hoc dum ſæpius
ibid. fieret, tandem Gregorio inquirente, ſe de Monaſterio fugere voluiſſe confeſſus
eſt: ejuſque per triduum ſimul cum Fratrum precibus ita pietate divina curatus
eſt, ut ad eum poſtmodum malignus ſpiritus numquam accedere tentaviſſet.

XIV. Alio quoque tempore duo Fratres * ex Patris Monaſterio fugerunt: qui ali-
Ibid. * Alii quoque duo fratres de ejuſdem. qua prius colloquendo Fratribus ſigna dederant, quod per viam Appiam deſcen-
dentes, Hieroſolymam tenderent. Hi exeuntes diverterunt de itinere, & ut a
ſequentibus inveniri minime poſſent *, retruſas cryptas juxta Flaminiam portam
* potuiſſent. invenientes, in eis ſe occultaverunt. Cum vero veſpertinis horis, juſſu Grego-
rii requiſiti, minime in congregatione inventi fuiſſent, aſcenſis caballis, eos qui-
dam Fratres ſecuti ſunt. Per Metronii portam exeuntes, ut eos in Latinam,
vel Appiam viam ſequerentur: ſubito eis conſilium ortum eſt, ut eos in Sala-
riam viam extra civitatem requirere debuiſſent. Igitur pergentes deflexerunt
iter: & in Salaria eos veteri non invenientes, per portam Flaminiam decreve-
runt redire. Cumque reverterentur, mox ut equi ante cryptas illas venerunt,
in quibus ſe Monachi abſconderant, fixerunt gradum: pulſati, & compulſi,
paſſum movere noluerunt. Conſideraverunt equites rem talem ſine myſterio eſ-
ſe non poſſe, adtenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus miſſa maceria præ-
damnatos: ſed caballis ſuis nuſquam ire volentibus, deſcenderunt: & lapides,
quibus ora cryptarum compoſiti fuerant, deponentes, ingreſſi ſunt, eoſque in
eiſdem tenebroſis latibulis conſternatos terræ invenerunt. Qui ad Monaſterium
reducti, tam ſtupore miraculi, quam exhortatione venerabilis patris Gregorii
XV. ſic meliorati ſunt, ut eis multum profuerit ad parvum temporis de Monaſterio
Lib. 4. receſſiſſe.

Dial. c.55. Alio quoque tempore quidam Monachus, JUSTUS nomine, medicinali arte
Ivo p.17. c. 67. imbutus, beato Gregorio ſedule obſequi, atque in aſſiduis ægritudinibus ejus
ex-

excubare conſueverat. Hic itaque corporis languore præventus, ad extrema de- AN.CHR.
ductus eſt: cui in ipſa moleſtia frater germanus, COPIOSUS nomine, ſervie- 604
bat. Sed prædictus Juſtus cum jam ſe ad extrema perveniſſe cognoſceret, eidem 12. Martii.
Copioſo fratri ſuo, quia occultos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum
Fratribus celari non potuit: qui ſubtiliter indagantes, atque illius medicamen-
ta omnia perſcrutantes, eoſdem tres aureos invenerunt in medicamine abſcondi-
tos. Quod mox ut Gregorio nunciatum eſt, tantum malum de fratre, qui ſe-
cum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valuit: quippe qui * eidem * quia.
Monaſterio jamdudum regulam conſtituerat, ut cuncti fratres ita communiter
viverent, quatenus eis ſingulis nulla habere propria liceret. Tunc Gregorius ni-
mio mœrore percuſſus, cogitare cœpit vel quid ad purgationem morientis face-
ret, vel quid ad exemplum viventibus provideret. PRETIOSO igitur ejuſdem
Monaſterii Præpoſito ad ſe accerſito, dixit: Vide, ut nullus ex Fratribus ſe ad * quæſierit.
eum morientem jungat, nec ſermonem conſolationis ex cujuslibet eorum ore per- * pro ſolidis quos
cipiat: ſed cum in morte conſtitutus fratres exquiſierit *, ei ſuus frater carna- occulte.
lis dicat, quia propter aureos * quos occultatos habuit, a cunctis fratribus abo-
„ minatus ſit: ut ſaltem in morte de culpa ſua mentem illius amaritudo tranſ-
„ verberet, atque a peccato, quod perpetravit, purget. Cum vero mortuus Act. 8.
„ fuerit, corpus illius cum Fratrum corporibus non ponatur: ſed quolibet in
„ ſterquilinio foſſam facite, & in ea corpus projicite, ibique ſuper eum tres
„ aureos, quos reliquit, jactate ſimul omnes clamantes: Pecunia tua tecum ſit
in perditionem: & ſic eum terra cooperite. In quibus utriſque rebus ſolertiſſi-
mus pater Gregorius unam morienti, alteram vero viventibus fratribus prodeſſe
voluit *: ut & illum amaritudo mortis a culpa ſolubilem faceret, & iſtos ava- * decrevit.
ritiæ tanta damnatio terreret, atque a culpa prohiberet *. Quod ita factum eſt. * miſceri
Nam cum idem Monachus perveniſſet ad mortem, atque anxie ſe quæreret Fra- talibus prohiberet.
tribus commendare, nulluſque Fratrum ei applicare, vel loqui tentaret; ei car-
nalis frater, cur ab omnibus eſſet abominatus, aperuit. Ille protinus ut audi-
vit, de reatu ſuo vehementer ingemuit, atque in ipſa triſtitia e corpore exivit.
Qui ita eſt ſepultus, ut Gregorius juſſerat. Sed Fratres omnes eadem ejus ſen-
tentia conturbati *, cœperunt ſinguli extrema quæque & vilia, & quæ eis ha- * perterriti.
bere regulariter ſemper licuerat, ad medium proferre: vehementerque formida-
re, ne quid apud ſe eſſet, unde reprehendi potuiſſent.

Cum vero poſt mortem Fratris triginta jam eſſent dies evoluti, cœpit animus XVI.
Gregorii miſericorditer ei compati, ejuſque cum gravi mœrore ſupplicia penſa- Lib. 4.
re: & ſi quod eſſet ereptionis ejus remedium, quærere. Tunc evocato ad ſe eo- Dial. c. 55.
„ dem Pretioſo, Monaſterii ſui Præpoſito, triſtis dixit: Diu eſt, quod frater Ivo ne ſup.
„ ille Juſtus, qui defunctus eſt, in igne cruciatur, debemus ei aliquid charita- Tricenarius Miſſarum numerus.
„ tis impendere, & ei, inquantum poſſumus, ut eripiatur, adjutorium noſtrum
„ commodare. Vade itaque, & ab hodierna die continuis triginta diebus offer-
„ re pro eo ſacrificium ſtude: ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro
„ abſolutione illius ſalutaris hoſtia non offeratur. * Qui protinus abſceſſit, & * maſſe-
dictis paruit. Gregorio autem alia curante, atque evolutos dies minime nume- tur.
rante, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri ſuo Copioſo per
viſionem apparuit. Quem ille cum vidiſſet, inquiſivit dicens: Quid eſt frater?
quomodo es? Cui ipſe reſpondit: Nunc uſque male fui, ſed jam modo bene
ſum: quia hodie communionem recepi. Quod idem Copioſus pergens, protinus
in Monaſterio fratribus indicavit. Fratres vero ſolicite computaverunt dies, &
ipſum diem fuiſſe invenerunt, quo pro eo trigeſima oblatio fuerat completa *: * impleta.
cum & Copioſus neſciret, quid pro eo Fratres, auctore Gregorio, agerent, &
fratres ignorarent, quid de eo Copioſus vidiſſet: uno eodemque tempore dum a-
gnoſcit ille oblationem, iſti audiunt ſomnium, trigeſimumque diem cognoſcunt;
concordante ſimul viſione, & ſacrificio, res aperte claruit, quia frater, quem
ſub animadverſionis ſententia Gregorius mori permiſerat, per ſalutarem hoſtiam * liberarat.
a ſupplicio liberatus * eſſet. XVII.

Sed quia iſdem venerabilis Pater, quemadmodum fratribus terrori fuerit, ex Lib. 4. Dial. c. 47.

AN.CHR. 604 22.Martii.

parte jam tetigi; qualiter ejus exemplis iidem profecerint, breviter indicandum putavi. Frater quidam in eodem Monaſterio, nomine ANTONIUS *a*, beato Gregorio ſedulus adhærebat : qui tanti Patris verbis, exemplíſque commonitus, multis, quotidianiſque lacrymis ad gaudia patriæ cœleſtis anhelabat. Cumque ſtudioſiſſime & cum magno fervore deſiderii, duce Gregorio, ſacra eloquia meditaretur, * non in eis verba ſcientiæ, ſed fletum compunctionis inquirebat, quatenus per hæc excitata * mens ejus inardeſceret *, & ima deſerens, ad regionem cœleſtis patriæ per contemplationem pervolaret. Huic per nocturnam viſionem dictum eſt: Paratus eſto, quia Dominus juſſit migrare te. Cumque ille non habere ſe ſumptus ad migrandum, diceret, reſponſum protinus audivit, dicens : Si de peccatis tuis agitur, dimiſſa ſunt. Quod cum ſemel audiſſet, & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoque alia in eiſdem eſt verbis admonitus. Poſt quinque vero dies ſebre correptus, cunctis Fratribus orantibus, flentibuſque defunctus eſt. *

* ſcrutaretur. * incitata mens ejus exardeſceret. * & quia dominus juſſit, migres. * defungitur.

XVIII. Dial.lib. 4. cap. 26.

In eodem Monaſterio frater quidam GERONTIUS dicebatur, qui dum gravi moleſtia corporis fuiſſet depreſſus, in viſione nocturna albatos viros, & clari omnimodo habitus in hoc ipſum Monaſterium deſcendere de ſuperioribus aſpexit. Qui dum coram lecto jacentis aſſiſterent, unus eorum dixit : Ad hoc venimus, ut de Monaſterio Gregorii quoſdam fratres in militiam mittamus. Atque alteri præcipiens, adjunxit : Scribe MARCELLUM, VALENTINIANUM, AGNELLUM atque alios, quorum nunc minime recordor *. Quibus expletis, addidit dicens : Scribe & hunc ipſum, qui nos aſpicit. Ex qua viſione Gerontius certus redditus *, facto mane innotuit Fratribus, quot & qui eſſent ex eodem Monaſterio morituri, ſeque illos continuo ſecuturum. Cumque die alio prædicti Fratres mori cœperunt, atque ſub eodem ordine ſe in mortem ſecuti ſunt, quo fuerant in deſcriptione nominati, ad extremum vero & ipſe obiit, qui eoſdem fratres morituros prævidit.

* cognitionem ego non habeo. * effectus.

XIX. Dial. lib.4. cap.47.

Alius etiam Frater in eodem Monaſterio MERULUS dicebatur, vehementer lacrymis atque eleemoſynis, ex Gregorii viri venerabilis doctrina, intentus pſalmodia vero ex ore illius pene nullo tempore ceſſare conſueverat, excepto cum aut alimentum corpori, aut membra dediſſet ſopori. Huic nocturna viſione apparuit, quia ex albis floribus corona de cœlo in caput illius deſcendebat. Qui mox moleſtia corporis occupatus, cum magna ſecuritate animi atque hilaritate defunctus eſt. Ad cujus ſepulchrum, dum poſt annos quatuordecim, PETRUS qui Pontificatus iſtius beati Gregorii tempore Monaſterio eidem præfuit, ſibi ſepulturam facere voluiſſet, tanta de eodem ſepulchro fratris Meruli fragrantia ſuavitatis emanavit, ac ſi illic florum omnium fuiſſent odoramenta congregata *. Ex qua re manifeſte patuit, quam * verum fuit, quod per nocturnam viſionem tanti Patris diſcipulus vidit.

* congeſta. * quia.

XX. eod.lib. &c.

Alius quoque Frater in eodem Monaſterio JOANNES dictus eſt, magnæ indolis adoleſcens qui ætatem ſuam intellectu, & humilitate, & gravitate, docente Gregorio tranſcendebat *. Huic ægrotanti, atque ad extremum deducto, per nocturnam viſionem ſub habitu ſenis beatus Apoſtolus Andreas apparuit, & hunc virga tetigit, eique dixit : Surge, ex hac enim moleſtia modo minime morieris, ſed paratus eſto : quia longum tempus hic facturus non eris. Qui dum jam eſſet a Medicis deſperatus, repente ſanatus eſt, atque convaluit. Rem quam viderat, narravit, ſeque per biennium in Dei ſervitio, ſicut prædixi, ultra ætatis ſuæ annos exhibuit. Evolutis autem duobus annis, cum quidam Frater fuiſſet mortuus, atque in Monaſterii ejuſdem cœmeterio a Gregorio Fratribuſque ſepultus, cunctis inde diſcedentibus, idem Joannes, ſicut poſtmodum pallens & tremens Gregorio & Fratribus indicavit, ſolus inventus, ab eodem Fratre qui ſepultus fuerat, de ſepulchro vocatus eſt. Quod mox etiam ſubſequens finis edocuit *. Nam poſt dies decem invaſus, carne ſolutus eſt *. Ve-

* qui ætatem ſuam intellectus, & humilitatis dulcedine, & gravitate morum imminente Gregorio. * oſtendit * correptus febrib. moriendo vocantem ſequutus eſt.

---

a Antonii, Meruli, & Joannis memoria conſignatur in Tabulis Eccleſiaſticis & Benedictinis 17. Januarii, de quibus Gregorius lib. 4. Dial. cap. 47. eadem quæ hic refert.

Verum quia longum eſt, & multa reſtant, quæ de hujus viri ſanctimonia cer- AN.CHR.
tis poſſunt atteſtationibus prædicari, quæ etiam ex relatione majorum, ſcriptiſ- 604
ve priorum compererim, his inſerenda decrevi. 12.Martii.

Quadam die, cum advenientibus nuper oegotiatoribus, multa venalia in fo- XXI.
rum Romanæ urbis fuiſſent propoſita, multique ad emendum undique conflu- S.Ant.p.2.
xiſſent, contigit & Gregorium virum Deo digniſſimum præterire: qui cer- c.1.§.7.
nens, inter alia, pueros corpore candidos, forma pulcherrimos, vultu venuſtos, Bed. li. 2.c.
capillorum quoque nitore perſpicuos eſſe venales, interrogavit mercatorem, de 1.hiſt.Ang.
qua patria illos attuliſſet. Ille reſpondit: De Britanniæ inſula, cujus incolarum Nauel Ge-
omnium facies ſimili candore fulgeſcit. Gregorius dixit: Chriſtianini ſunt ii- ner. 20.
dem inſulani, an adhuc paganis tenentur erroribus implicati? Mercator reſpon-
dit: Non ſunt Chriſtiani, ſed paganis tenentur laqueis irretiti. Tunc Grego-
rius acriter ingemiſcens: Heu pro dolor, inquit, quam ſplendidas facies * * ſpecie
princeps tenebrarum nunc poſſidet: tantaque frontis ſpecies * vacuam ab in- * frontiſpi-
terna Dei gratia mentem geſtat. Rurſum interrogavit, quod eſſet vocabulum tii gratia.
gentis illius. Mercator reſpondit: Angli vocantur. At ille: Bene, inquit,
Angli quaſi Angeli: quia & Angelicos vultus habent, & tales in cœlis Ange-
lorum decet eſſe concives. Iterum ergo interrogavit *, quod nomen haberet * interro-
ipſa provincia. Mercator reſpondit: Provinciales illi Deiri vocantur. Et Gre- gat.
gorius: Bene, inquit, Deiri, quia de ira ſunt eruendi, & ad Chriſti gratiam
convocandi. Rex, ait, illius provinciæ quo modo nuncupatur? Mercator reſpon-
dit: Aelle vocatur. Et Gregorius, alludens ad nomen, dixit: Bene, Lib. 27.
quia rex dicitur Aelle. Alleluja etenim in laude Creatoris in partibus illis Moral. c.8.
oportet decantari.

Mox itaque accedens ad Benedictum, Apoſtolicæ ſedis Pontificem, XXII.
cœpit vehementer expetere, ut in Britanniam aliquos verbi miniſtros mitte- S.Ant.ibid.
ret. Quo cum neminem ire velle cognoſceret, ſemetipſum quoque non du-
bitavit ingerere, dummodo ſibi Pontifex licentiam commodaret. Qui licet
cum magna eunctatione totius cleri ac populi, Gregorium ſponte proficiſci
cupientem abire permiſit imprecatus ei divinitus proſpera miniſtrari.

De cujus abſentia Romani plurimum perturbati, deliberato conſilio triſa- XXIII.
rie per loca viæ contigua, uode Pontifex ad beati Petri Baſilicam profectu- S.Ant.ibid.
rus erat, partiuntur: eumque turmatim taliter alloquuntur: Petrum offen-
diſti, Romam deſtruxiſti, quia Gregorium dimiſiſti. Quibus ſententiis om-
nino Papa perterritus, miſit continuo nuncios, qui virum Domini revoca-
rent Gregorium. Quod ipſe ſibi commeantibus jam prædixerat fore futu-
rum.

Jamque trium dierum itinere profligato, ad quemdam locum requieturi, XXIV.
forte diverterant: quo, ſingulis quieſcentibus, Gregorius lectitabat. Quem S.Ant.ibid.
locuſta ſuperveniens coegit paululum a legendo quieſcere, & ex conſideratio-
ne ſui nominis docuit eum in eodem loco ſe ſtare debere. Tunc fertur di-
xiſſe: Locuſta, inquit, dici poteſt, quaſi loco ſtat. Statimque comites ad-
hortatus, feſtinantius ire certabat: ſed prævenientibus Apoſtolicis nunciis,
licet magnopere triſtaretur, redire tamen ad proprii compulſus eſt Monaſte-
rii curam.

Denique cernens Benedictus venerabilis Pontifex *a*, virtutum gradi- XXV.
bus Gregorium ad alta conſcendere, violenter eum a quiete Monaſterii ſui ab- S.Ant.ibid.
ſtrahens, Eccleſiaſtici ordinis officio ſublimavit, Levitamque ſeptimum ad ſuum
adjutorium conſecravit. In quo venerabilis pater Gregorius * tanta humilitate * Levita.
viguit, tanta ſolertia miniſtravit: ut in Eccleſiaſticæ hierarchiæ miniſterio vi-
deretur divinis Angelis non ſolum nitore habitus, verumetiam claritate morum
probabilium quodam modo coæquari.

Nec

a Hunc locum cenſura ſarit Card. Baronius ad annum 581. contenditque Gregorium non a Benedicto Papa, ſed a Pelagio ordinatum Diaconum Cardinalem. Baronio Paulus Diac. in Vita præmiſſa num. 5. ſuffragari videtur.

AN.CHR. 604 22.Martii.

XXVI. Nec multo poſt pro reſponſis Eccleſiaſticis ad Urbem Conſtantinopolim a PELAGIO Præſule deſtinatur : ubi quamvis in terreno converſaretur palatio, vitæ cœleſtis non intermiſit propoſitum. Secuti namque ſunt eum multi ex ſuo Monaſterio Fratres germana devincti charitate. Quod Divina factum diſpenſatione conſpicitur, ut eorum videlicet exemplo ad orationis placidum litus ; quaſi anchoræ fune ſtringererur : & dum cauſarum ſæcularium continuatis vertiginibus fluctuaret, ad illorum conſortium, velut ad tutiſſimi portus ſinum * refugeret. Ac licet illud eum miniſterium, a Monaſterio abſtractum, a priſtinæ quoque quietis vita mucrone ſuæ occupationis extinxerat ; inter eos tamen per ſtudioſæ lectionis alloquium, quotidianæ aſpiratio compunctionis animabat.

Beda lib. 2. cap. 1. hiſt. Angl. S. Ant. in Chro. p. 1. c.2. tit. 12. Blond. li. 8. Dec. 2.

* volumina litataque.

XXVII. Horum ergo conſortio non ſolum a terrenis eſt munitus incurſibus, verumetiam ad vitæ cœleſtis exercitia magis magiſque ſuccenſus. Nam ab eiſdem Fratribus enixe rogatus, maximeque a LEANDRO Hiſpalenſi Epiſcopo; qui pro cauſis Wiſigothorum legatus eodem tempore Conſtantinopolim venerat, compulſus eſt, ut librum beati Job, multis involutum myſteriis enodaret. Neque ille negare potuit opus, quod ſibi amor fraternus multis utile imponebat futurum : ſed eumdem librum quomodo juxta litteram intelligendus, qualiter ad Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta referendus, quo ſenſu unicuique fidelium ſit aptaodus, per trifarias intelligendi * ſpecies miranda ratione perdocuit ; in quibus tamen * ita de virtutibus vitiiſque diſſeruit, ut non ſolum videatur eadem verbis exponere, ſed formis quodammodo viſibilibus, ſeu palpabilibus, demonſtrare . Unde non eſt dubium perfectionem ipſarum eum conſecutum fuiſſe virtutum, quarum tam efficaciter valuit indicare profectus.

Epiſt. in expoſit. Job. c. 1.

* per trigiota quoque librorum ſeriem

* in quibus libris.

XXVIII. Præterea venerabilis Levita Gregorius in eadem urbe regia conſtitutus, naſcentem novam hæreſim de ſtatu noſtræ reſurrectionis cum ipſo quo orta eſt ioitio, juvante gratia noſtri Redemptoris *, attribuit. Siquidem EUTYCHIUS ejuſdem civitatis Epiſcopus, libro de reſurrectione mortuorum confecto, dogmatizabat corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria impalpabile, ventis aereque ſubtilius eſſe futurum. Quod Gtegorius audiens, & ratione veritatis, & exemplum Dominicæ reſurrectionis probavit hoc dogma Orthodoxæ fidei omni modo eſſe contrarium. Catholica etenim fides habet, quod corpus noſtrum in illa immortalitatis gloria ſublimatum, ſubtile quidem erit per effectum ſpiritalis potentiæ, ſed palpabile per veritatem naturæ, juxta exemplum Dominici corporis, de quo a mortuis reſuſcitato dicit ipſe diſcipulis : *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non babet, ſicut me videtis babere*. Cumque hoc Evangelicæ veritatis teſtimonium Gregorius protuliſſet, Eutychius ait : Idcirco hoc Dominus fecit, ut dubitationem reſurrectionis ſuæ de diſcipulorum cordibus amoveret. Cui Gregorius dixit : Mira res eſt valde, quam adſtruis, „ ut inde nobis dubietas ſurgat, unde diſcipulorum corda fuerunt a dubietate ſanata. Quid enim deterius dici poteſt, quam ut hoc nobis de ejus „ vera carne dubium fiat, per quod diſcipuli ejus ad fidem ab omni dubietate ſunt reparati ? Si enim hoc non habuiſſe adſtruitur, quod oſtendit : unde fides diſcipulorum ejus eſt confirmata, inde noſtra deſtruitur. Eutychius ait : Corpus palpabile habuit, quod oſtendit ; ſed poſt confirmata corda palpantium, omne illud in Domino, quod palpari potuit, in ſubtilitatem „ eſt aliquam redactum. Ad hæc Gregorius reſpondit : Scriptum eſt : Chriſtus „ reſurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non domioabitur. „ Si quid ergo in ejus corpore poſt reſurrectionem potuit mutari *, contra veridicam Pauli ſententiam Dominus rediit in mortem poſt reſurrectionem. Quod quis dicere vel ſtultus præſumat, niſi qui veram carnis „ ejus reſurrectionem denegat ? Tunc Eutychius objecit dicens : Cum ſcriptum ſit : Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt : qua ratione „ credendum eſt reſurgere veraciter carnem? Cui Gregorius reſpondit : In „ ſacro eloquio aliter caro dicitur juxta naturam, atque aliter juxta culpam, vel

* catholicæ veritatis

Lib. 4. Moral. c. 29. Beda lib. 2. c. 1. hiſtor. Angl. Jo. Diac. lib. 4. Vit. c. 27. S. Ant. in chron. c. 2. tit. 12. §. 12. Luc. 24.

Rom. 6.

* immutari

1. Cor. 15.

Gen. 3.

„ vel corruptionem. Caro quippe dicitur juxta naturam, ſicut ſcriptum eſt : AN.CHR.
„ *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Et Verbum caro factum eſt,* 604
„ *& habitavit in nobis.* Caro vero juxta culpam, ſicut ſcriptum eſt: *Non per-* 12.Martii.
„ *manebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quod ſunt caro.* Et ſicut Pſalmiſta Joan. 1.
„ ait : *Memoratus eſt, quia caro ſunt : ſpiritus vadens, & non rediens.* Unde Gen. 6. Pſal. 7.
„ & diſcipulis Paulus dicebat : *Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Ne- Rom. 8.
„ que enim in carne non erant quibus epiſtolas tranſmittebat : ſed quia paſſio-
„ nes carnalium deſideriorum vicerant, jam liberi per virtutem ſpiritus in car-
„ ne non erant. Quod ergo Paulus Apoſtolus dicit : *Quia caro & ſanguis re-*
„ *gnum Dei non poſſidebunt* * : carnem ſecundum culpam intelligi voluit, non 1. Cor. 15. * poſſidere non poſſunt.
„ carnem ſecundum naturam. Unde & mox quia carnem ſecundum culpam
„ diceret, oſtendit ſubdens : Neque corruptio incorruptelam poſſidebit. In
„ illa ergo cœleſtis regni gloria caro ſecundum naturam erit, ſed ſecundum
„ corruptionem vel etiam paſſionis deſideria non erit : quia devicto mortis
„ aculeo, in æterna incorruptione regnabit. Quibus auditis, Eutychius con-
ſentire ſe protinus reſpondebat : ſed tamen adhuc corpus palpabile reſurge-
re poſſe denegabat : qui etiam in libello, quem de reſurrectione ſcripſerat,
Pauli quoque teſtimonium indiderat, dicentis : Tu quod ſeminas, non vivi-
ficatur, niſi prius moriatur : & quia non corpus, quod futurum eſt, ſemi- 1. Cor. 15.
nas, ſed nudum granum. Hoc nimirum oſtendere feſtinans, quia caro vel
palpabilis, vel ipſa non erit, dum ſanctus Apoſtolus de reſurrectionis agens
gloria, non corpus, quod futurum eſt, ſeminari dixerit, ſed nudum granum.
Sed ad hæc citius Gregorius reſpondit : Paulus Apoſtolus dicens : Non
corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum: hoc inſinuat, quod vi-
demus : quia videlicet granum cum culmo & foliis naſcitur, quod ſine culmo
& foliis ſeminatur. Ille itaque in argumento gloriæ reſurrectionis non dixit gra-
no ſeminis deeſſe quod erat, ſed adeſſe quod non erat. Tu autem dum verum
corpus reſurgere denegas, nequaquam dicis adeſſe quod deerat, ſed deeſſe quod
erat.

Tunc itaque Gregorius Romanus Diaconus, & Eutychius Conſtantinopolita- XXIX.
nus Epiſcopus, hac de re in longam contentionem perducti, graviſſima cœperunt
ab invicem ſimultate reſilire. Tum piæ memoriæ Tiberius Conſtantinopolita- Moral. ibidem.
nus Imperator ſecreto utrumque ſuſcipiens, quid inter eos diſcordiæ verſaretur,
agnovit : & utriuſque partis allegationem ſubtiliter penſans, eumdem librum,
quem Eutychius de reſurrectione conſcripſerat, ſuis quoque allegationibus de-
ſtruens, deliberavit, ut flammis cremari debuiſſet. A quo videlicet piiſſimo
Imperatore, ut ſimul egreſſi ſunt, poſt longiſſimæ diſputationis conflictum, pa-
riter ægrotantes in lectulum deciderunt.

Cum ergo Gregorius validiſſimis febribus æſtuaret, Eutychius cum mor- XXX.
te confligens, pellem manus ſuæ tenebat coram omnibus dicens : Confiteor
quia omnes in hac carne reſurgemus. Poſt quam Catholicæ fidei confeſſio-
nem defunctus eſt : quo mortuo, quia pene nullus erat, qui ejus dicta ſe- Moral. ibidem.
queretur, Gregorius diſſimulavit cœpta perſequi, ne in favillas videretur ver-
ba jaculari.

Quanta autem auctoritate miniſterium ſui Apocriſiariatus impleverit, quan- XXXI.
tæ reverentiæ apud Auguſtos extiterit, quantaque ſollicitudine afflictæ Italiæ
ſuccurri ſæpius fecerit, ſi quis plenus noſſe deſiderat, epiſtolas anteceſſoris ejus
* Papæ Pelagii ad eum ſuper multimodis Eccleſiæ Dei neceſſitatibus deſtina- * ſui.
tas, quæ hactenus in ſcrinio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſtudioſiſſime conſervantur,
percurrat : ex quarum multitudine hic unam interſero, quatenus & illius
miniſterii qualitas, & reliquarum quoque conſequentia cognoſcatur, quæ ita ſe
habet.

„ Pelagius Epiſcopus dilecto filio Gregorio venerabili Diacono. Omnia XXXII.
„ quidem, quæ neceſſaria fuerunt, per HONORATUM notarium, tibi cu- In Collect. Conc. Epiſt.
„ ravimus indicare : *&c.* Data quarto nonarum Octobrium, Indictione 3. Pelagii II
„ tertia *.

Huic * ſexta.

AN.CHR. 604 12.Martii. XXXIII

Dial. lib. 3 c. 37. S. Anton. chron. p. 2. cap 1. tit. 12. § 4

* in MSS. Suculus, Succulus

Huic ſiquidem Monaſterio, cujus hic Papa Pelagius meminit, Siculus* MAXIMIANUS *a*, qui poſtea Siracuſanus Epiſcopus extitit, eodem tempore præfuit: qui ad venerabilem Levitam Gregorium in ejuſdem regiæ urbis palatio pro reſponſis Eccleſiaſticis deſudantem, viſitationis gratia cum Fratribus venit: & dum ad Monaſterium ejus ſibi quoque commiſſum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempeſtate deprehenſus, inæſtimabili ordine atque inuſitato miraculo erga ſe, cunctoſque qui ſecum aderant, omnipotentis Dei & iram cognovit, & gratiam. Nam cum in eorum morte ventorum nimietatibus fluctus elevati ſævirent, ex navi clavi perditi, arbor abſciſſa eſt, vela in undis projecta, totumque vas navis nimiis quaſſatum fluctibus ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Rimis itaque patentibus, intravit mare, atque uſque ad ſuperiores tabulas implevit, ita ut non magis navis inter undas, quam undæ jam intra navim eſſe viderentur. Tunc in eadem navi reſidentes, non jam ex mortis vicinia, ſed ex ipſa ejus præſenti viſione turbati, omnes ſibimetipſis pacem dederunt, corpus & ſanguinem Redemptoris acceperunt, Deo ſe ſinguli commendantes, ut eorum animas benigne ſuſciperet, quorum corpora ita pavendæ morti tradidiſſet. Sed omnipotens Deus, qui eorum mentem mirabiliter terruit, eorum quoque vitam per meritum Gregorii famuli ſui, pro cujus ſpeciali amore venerant, mirabilius reſervavit. Nam diebus octo navis eadem uſque ad ſuperiores tabulas aquis plena iter proprium peragens, enatavit. Nono autem die ad * Crotonienſis caſtri portum * deducta eſt. Ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prædicto Maximiano viro venerabili navigabant. Cumque poſt eos ipſe quoque fuiſſet egreſſus, mox in ejuſdem portus profundum navis demerſa eſt, acſi illis egredientibus pro pondere ſublevatione caruiſſet; & quæ plena hominibus in pelago aquas portaverat, atque natarat, Maximiano cum Fratribus recedente, aquas ſine hominibus in portu nec portare valuit, nec natare: ut hinc omnipotens Deus oſtenderet, quia per meritum Gregorii, quem Fratres viſitaverant, hanc onuſtam ſua manu tenuerat, quæ ab hominibus vacua permanere non potuit ſuper aquas.

* in * portu

XXXIV. Igitur poſtquam Romam Gregorius venerabilis Levita reverſus eſt, aliquanto interjecto tempore, tanta inundatione Tiberis fluvius alveum ſuum egreſſus eſt, tantumque excrevit, ut ejus unda ſuper muros urbis influeret, atque in ea regiones maximas occuparet, & antiquarum ædium plurima monimenta dejiceret, Eccleſiaſtica quoque horrea violenter ſubverteret, in quibus nonnulla modiorum tritici millia periere.

XXXV. Tunc ſiquidem apud Veronenſem urbem fluvius Atheſis, ut idem Gregorius

Lib. 3. Dial. c. 19.

refert, excreſcens, ad beati Zenonis Martyris atque Pontificis Eccleſiam venit. Cujus Eccleſiæ dum eſſent januæ apertæ, aqua in eam minime intravit. Quæ paulisper creſcens, uſque ad feneſtras Eccleſiæ, quæ erant tectis proximæ, pervenit: ſicque ſtans aqua Eccleſiæ januam clauſit, acſi illud elementum liquidum in ſoliditatem parietis fuiſſet mutatum *. Cumque eſſent multi interius inventi, ſed aquarum magnitudine circumdata omni Eccleſia, qua poſſent egredi, non haberent, ibique ſe fame & ſiti deficere formidarent, ad Eccleſiæ januam veniebant, ad bibendum hauriebant aquam, quæ uſque ad feneſtras excreverat, & tamen intra Eccleſiam aqua nullo modo diffluebat. Stans autem ante januam, ad oſtendendum cunctis meritum Martyris, & aqua ad adjutorium erat, & aqua non erat ad invadendum * locum. Quod nimirum miraculum Babylonici illius ignis miraculo non diſſimile poterit æſtimari, qui trium puerorum & veſtimenta non tetigit, & vincula incendit.

* immutatum.

* occupandum.

Dan. 3.

XXXVI. Tunc etiam innumerabilis multitudo ſerpentium cum magno dracone, in modum trabis validæ per Tiberini fluminis alveum, in mare deſcendit: ſed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidiſſimi fluctus ſine mora in litore deciderunt, ſuaque putredine totum aerem corruperunt.

Greg. Tur. lib. 10 hiſt. cap. 1.

XXXVII. Secuta eſt eveſtigio clades inguinaria, quæ Romanam urbem adeo vehementi

---

a Maximianus ad ſuperos evolavit anno ſal. 594. die 9. Junii, quo die Sanctum colunt Syracuſani ejus Reliquiis gaudentes. Vita defunctum Gregorius deflet lib. 4. Epiſt. 19.

ti peſtilentia laniavit, ut etiam corporali viſu ſagittæ cœlitus venire, & ſingu- AN.CHR.
los quoſque percutere viderentur. Quæ in menſe undecimo veniens, primum 604
omnium juxta illud, quod in Ezechiele Propheta legitur: *A ſanctuario meo in-* 12.Martii.
cipite, Pelagium Papam perculit, & ſine mora extinxit. Quo deſuncto, ita in S.Ant.in
reliquum vulgus deſævit, ut ſubtractis habitatoribus, domus in urbe plurimas, chron. p.2. c.3. tit. 12.
vacuas omnino reliquerit. §. 1.

Eodem tempore in Monaſterio Venerabilis Levitæ Gregorii puer inquietus val- Ezech. 8.
de, THEODORUS nomine, cum fratre religioſo magis neceſſitate, quam vo- XXXVIII Dial. l.1.
luntare degebat, cui nimium gravis erat, ſi quis ei pro ſui ſalute quidquam di- c.38. & l.4.
cebat. Bona autem non ſolum facere, ſed etiam audire non poterat. Num- c. 37. S.Ant.in
quam ſe ad ſanctæ converſationis habitum venire, jurando, iraſcendo, ac de- chron. p.1. c.3. tit.12.
ridendo teſtabarur: qui tamen ejuſdem peſtilentiæ clade percuſſus in inguine, eſt §. 4.
perductus ad mortem. Cumque extremum ſpiritum ageret, convenerunt cum
Gregorio Fratres, ut egreſſum illius orando proregerent. Jam corpus ejus ab ex-
trema fuerat parte præmortuum: in ſolo tantummodo pectore vitalis adhuc ca-
lor anhelabat. Cuncti autem Fratres, qui aderant, tanto pro eo cœperunt eni-
xius orare, quanrum eum jam videbant ſub celeritate diſcedere: cum repente
cœpit eiſdem Fratribus aſſiſtentibus clamare, atque cum magnis vocibus oratio-
nes eorum interrumpere, dicens: Recedite, ecce draconi ad devorandum datus
ſum, qui propter veſtram præſentiam me devorare non poteſt. Caput meum in
ſuo ore jam abſorbuit, date locum, ut me amplius non cruciet, ſed faciat quod
facturus eſt. Si ei ad devorandum datus ſum, quare propter vos moras patior?
Tunc Fratres cum Gregorio cœperunt ei dicere: Quid eſt, quod loqueris Fra-
ter? ſignum tibi ſanctæ Crucis imprime. Reſpondir ille cum magnis clamoribus
dicens: Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia ſquamis hujus draconis premor.
Cumque hoc Fratres audirent, una cum Levita Dei Gregorio in terram proſtra-
ti, cum lacrymis cœperunt pro ereptione illius vehementius Dominum orare *. *deprecari.
Et ecce ſubito cœpit æger cum magnis vocibus clamare, dicens: Gratias Deo,
ecce draco, qui me ad devorandum acceperat *, fugit: orationibus veſtris ex- * ſuſcepe-
pulſus ſtare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite, quia converti, & rat.
ſæcularem vitam relinquere funditus ſum paratus. Homo igitur *, qui, ſicut * ergo
jam dictum eſt, ab extrema parte fuerat præmortuus, Gregorii precibus &
morte corporis caruit, & ſalutem animæ acquiſivit.

Sed peſtilentia ſupra modum ſævienre, qui Eccleſia Dei ſine Rectore eſſe non XXXIX.
poterat, Gregorium licet totis viribus renitentem, Clerus, Senatus, populuſ- S.Ant.ibid.
que Romanus ſibi concorditer Pontificem delegerunr. Quem ille apicem rotis
viribus evitare decemens, ſeſe indignum omnino tali honore clamitabat, videli-
cet metuens, ne mundi gloria, quam prius abjecerat, ei ſub Eccleſiaſtici colo-
re regiminis aliquo modo ſurrepere * potuiſſet. * ſubripere.

At ubi decretum generalitatis evadere nequivit, conſenſurum ſe tandem ali- XL.
quando ſimulavit: & Imperatori MAURITIO, cujus filium ex lavacro ſancto S.Ant.ibid.
ſuſceperat, lateoter litteras deſtinavit, adjurans, & multa prece depoſcens, ne
unquam aſſenſum populis præberet, ut ſe hujus honoris gloria ſublimaret. Sed
Præfectus urbis, GERMANUS oomine, ejus nunrium anticipavit, comprehen-
ſumque ac diruptis epiſtolis conſenſum, quem populus ſecerat, Imperatori di-
rexit. At ille gratias agens Deo pro amicitia Diaconi, eoquod locum deferen-
di ei honoris, ut cupierat, reperiſſet, data præceptione ipſum ordinari præcepit.

Interim dum ab urbe regia Imperatoris præſtolaretur aſſenſus, & lues ipſa XLI.
populum vehementius devaſtaret, venerabilis Levita Gregorius verbum ad ple- Reg. l. 11.
„ bem exorſus eſt, dicens: Oportet, ſratres chariſſimi, ut flagella Dei, quæ ep.2.
„ metuere ventura debuimus, ſaltem præſentia, & experta timeamus, *&c.*
„ *uſque* damnationis parcat.

„ Letania Clericorum *a* exeat ab Eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ: Letania XLII.
„ Vi-

a Perſonarum atque locorum ordinem aliter exprimit Gregorius Turon. in lib.10. cap.1. forte quod illæ ſupplicationes non ſemel indictæ ſunt, ut Baronius ad ann.590. cenſet. Paulus Diac. in lib.3. de Geſt. Lang. *in primo choro*, inquit, *fuit omnis Clerus*, *in 2. omnes Abbates cum Monachis ſuis*, *in 3. omnes Abbatiſſa cum Congregationibus ſuis*, *in 4. omnes infantes*, *in 5. omnes laici*, *in 6. univerſæ viduæ*, *in 7. omnes mulieres conjugata*.

AN.CHR. 604 12.Martii. Reg. ibid. Auc. ibid. Greg. Tur. lib. 10. hiſt. c. 1.

„ virorum ab Eccleſia ſancti Martyris Marcelli: Letania Monachorum ab Ec„ cleſia ſanctorum Martyrum Joannis & Pauli: Letania Ancillarum Dei ab „ Eccleſia beatorum Martyrum Coſmæ & Damiani: Letania feminarum con„ jugatarum ab Eccleſia beati primi Martyris Stephani: Letania viduarum ab „ Eccleſia beati Martyris Vitalis: Letania pauperum & infantium ab Eccleſia „ beatæ Ceciliæ Martyris.

XLIII. * communis.

Igitur dum magna multitudo omnis * ætatis, ſexus, atque profeſſionis, juxta præceptionem Levitæ Gregorii, die conſtituta, Dominum rogatura veniſſet: in tantum lues ipſa judicio divino deſævit, ut intra unius horæ ſpatium, dum voces plebs ad Dominum ſupplicationis emitteret, octoginta homines ad terram corruentes ſpiritum exhalarent. Sed nequaquam deſtirit facundiſſimus Rhetor populo prædicare, ne ab oratione ceſſarent, donec miſeratione divina peſtis ipſa quieſceret.

XLIV. * voluntatis * videbatur * ferebatur * expetiit.

Enimvero cum adhuc futurus Antiſtes putaret, ſe Principem a conſenſu conſecrationis ſuæ penitus avertiſſe, cognovit tandem ſuas litteras a Germano, Præfecto urbis, interceptas fuiſſe. Cujus rei gratia Imperiale reſponſum, quod videlicet voluntati * ſuæ contrarium rebatur *, præveniens, quia palam egredi portas civitatis non poterat, a negotiatoribus exponendum ſe diſſimulato, ut fertur *, habitu callidus impetravit, ſilvarum ſaltus petiit *, cavernarum latibula requiſivit. In quibus dum ab omnibus ſumma ſollicitudine quæreretur, indicio columnæ fulgidæ *a* ſuper ſe jugiter a cœlo dependentis agnoſcitur, capitur, trahitur, & apud Beati Petri Apoſtolorum Principis Templum ſummus Pontifex conſecratur *b*.

XLV. * perfidiæ. Regiſt. l. 1. Epiſt. 3. * eminentiſſimo.

Verum quia ſunt nonnulli Langobardorum perſidi *, qui Gregorium appetiſſe magis Pontificium autument, quam fugiſſe, operæpretium reor, pauca de multis inſerere, quibus eum, inquantum ſine pertinaciæ vitio potuit, noluiſſe Pontificium, immo quaſi pondus importabile penitus cavere voluiſſe, luce clarius manifeſtem. Ait enim, pene in ipſo conſecrationis ſuæ principio, in epi„ ſtola PAULO Scholaſtico: Quidquid mihi ex honore Sacerdotalis officii ex„ tranei arrident, non valde penſo: de vobis aurem mihi hac re arridentibus, „ non minimum doleo, qui deſiderium meum pleniſſime ſcitis, & tamen pro„ feciſſe me creditis. Summus enim mihi profectus fuerat, ſi potuiſſem imple„ re, quod volui: ſi voluntatem meam, quam dudum cognitam habetis, per„ ficere, optatæ quietis perceptione, valuiſſem. At quia honoris nunc hujus „ vinculis in civitate teneor Romana religatus, habeo aliquid, quod etiam ve„ ſtræ gloriæ exultem, quia viro excellentiſſimo * domno LEONE Exconſule „ veniente, vos in Sicilia remanere non ſuſpicor: & cum ipſe quoque tuo ho„ nore religatus Romæ retineri cœperis, quid mœroris, quid amaritudinis ego „ patiar, agnoſces. Veniente autem viro magnifico domno MAURENTIO Char„ tulario, ei, quæſo, in Romanæ urbis neceſſitate concurrite, quia hoſtilibus „ gladiis foris ſine ceſſatione confodimur: ſed ſeditione militum, interno peri„ culo gravius urgemur.

XLVI. Reg. lib. 1. ep. 4. * ut

„ Item Gregorius JOANNI, Patriarchæ Conſtantinopolitano: Si charitatis „ virtus in proximi dilectione conſiſtit, ſi ſic diligere proximos ſicut nos jube„ mur: quid eſt, quod me beatitudo veſtra non ita ſicut * ſe diligit? *&c. uſ„ que* longius ſtatis.

XLVII. Reg. lib. 1. ep. 5.

„ Item Gregorius THEOCTISTÆ, ſorori Imperatoris: Mens mea veſtræ „ venerationi quanta devotione ſubſternitur, explere verbis nequeo: nec tamen „ me prodere laboro: quia & me tacente, in veſtro corde legitis, quid de mea „ devotione ſentiatis. Miror autem, quod in me collatas dudum continentias „ veſtras, ex hac moderna Paſtoralis officii continentia diſtraxiſtis, in qua ſub „ co-

a Iſtius miraculi mentionem inſinuavit Gregorius ipſe in lib. 1. Epiſt. 20. & in lib. 6. Epiſt. 4. dum ſupernis diviniſque indiciis electioni ſuæ ſuffragantibus ſe tandem acquieviſſe dicit.

b Hæc ordinatio Gregorii Papæ conſignatur in Tabulis Eccleſiaſticis tertio Nonas Septembris anno Chriſti 590. in quem diem olim ejus Natalis feſtivitas transferebatur ex Radulpho Tungrenſi cap. 16. de Obſerv. Can. Et tamen in MS. cod. Sacram. Ratoldi Abb. Corbejenſis qui anno 986. ubiis, menſe Martio refertur his verbis: *4. Kal. April. Romæ Ordinatio S. Gregorii Papæ*.

„ colore Epiſcopatus ad ſæculum ſum reductus: in qua tantis terræ curis inſer- AN.CHR.
„ vio, quantis me in vita laica * nequaquam deſerviſſe reminiſcor. Alta enim 604
„ quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, aſcendiſſe exterius videor, un- 12.Martii.
„ de me a Conditoris mei facie longe expulſum deploro. Conabar namque quo- * laicali
„ tidie extra mundum, extra carnem fieri, cuncta phantaſmata corporis ab o-
„ culis mentis abigere, & ſuperna gaudia incorporaliter videre: & non ſolum * * ſolis
„ vocibus, ſed totis medullis cordis ad Dei ſpeciem anhelans, dicebam: Tibi Pſ. 26.
„ dixit cor meum: Quæſivi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram.
„ Nihil autem in hoc mundo appetens, nihil pertimeſcens, videbar mihi in
„ quodam rerum vertice ſtare, *&c. uſque* infirmo commiſit.

„ Item Gregorius NARSI Patricio. Dum contemplationis dulcedinem alte XLVIII.
„ deſcripſiſtis *, ruinæ meæ mihi gemitum renovaſtis: quia audivi quid intus * alta de-
„ perdidi, dum foras ad culmen regiminis immeritus aſcendi, *&c. uſque* ama- ſcribitis lib. 1. E-
„ ritudine plenus ſum. piſt. 6.

„ Item Gregorius ANASTASIO, Patriarchæ Antiocheno. Scripta veſtræ XLIX.
„ beatitudinis, ut feſſus requiem, ſalutem æger, fontem ſitiens, umbram æſtuans * inveni
„ accepi *, *&c. uſque* ſit ita, quia dicitis.

„ Item Gregorius ANDREÆ Illuſtri. Omnipotens Deus dulciſſimo cordi ve- L.
„ ſtro indicet, quia & abſens corpore, a charitate veſtra animo non receſſi. Bo- Reg. lib. 1. ep. 29.
„ na enim veſtra, etiam ſi volo, obliviſci non valeo. Hoc autem, quod me ad
„ Epiſcopatus ordinem cognoſcitis perveniſſe, ſi me diligitis, plangite: quia hic
„ hujus mundi occupationes ſunt, ut per Epiſcopatus ordinem pene ab amore
„ Dei me videam eſſe ſeparatum, quod inceſſanter defleo: atque, ut pro me
„ Dominum exoretis, rogo.

„ Item Gregorius JOANNI Exconſuli, & Quæſtori atque Patricio. Bona LI.
„ veſtræ excellentiæ expertus, tanto erga vos amore conſtringor, ut veſtra me- Reg. lib. 1. ep. 30.
„ moria de meo pectore aboleri nullatenus poſſit. Sed contra amorem non mo-
„ dice contriſtor *: quia quietem me quærere cognoviſtis, & ad inquietudinem * conſtringor.
„ perduxiſtis, *&c. uſque* amplius decreſcit.

„ Gregorius LEANDRO, Hiſpalenſi Epiſcopo. Reſpondere epiſtolis veſtris LII.
„ tota intentione voluiſſem, niſi Paſtoralis curæ ita me labor attereret, ut mihi lib. 1. Epiſt. 41.
„ magis flere libeat, quam aliquid dicere, *&c. uſque* valentior exiſtas.

Sed quia Gregorium non ſolum declinare voluiſſe, quin etiam cum magno an- LIII.
gore animi ſummum Sacerdotium ſuſcepiſſe, ſatis, ut opinor, probatum eſt:
qua diſcretione id fecerit, videtur breviter indicandum: ne ſcilicet tantus vir,
aut pertinaciæ, aut puſillanimitatis vitio ſaltem leviter ſuccubuiſſe putetur.

„ Ait enim in epiſtola ANASTASIO Corinthiorum Archiepiſcopo. Judicia LIV.
„ Dei * quanto ſunt inveſtigabilia, tanto debent eſſe humanis ſenſibus metuen- * Domini Reg. lib. 1.
„ da: ut quia ea ratio mortalis comprehendere non valet, his ſe neceſſe eſt hu- ep. 26.
„ mili cordis cervice ſubſternat: quatenus quo eam regentis voluntas duxerit,
„ illuc * obedientis mentis greſſibus proſequatur. Ego autem conſiderans infir- * illic
„ mitatem meam ad Apoſtolicæ ſedis culmen non poſſe pertingere, onus hoc
„ malui declinare: ne in Paſtorali regimine imparis adminiſtrationis actione ſuc-
„ cumberem. Sed quia contraire non eſt Domini diſponentis arbitrio, obedien-
„ ter ſecutus ſum, quod miſericors de me regentis manus voluit operari. Nam
„ Fraternitati veſtræ, etſi præſens non eveniret occaſio, neceſſario fuerat indi-
„ candum, quod, licet indignum, me Apoſtolicæ ſedi Dominus præeſſe digna-
„ tus eſt.

„ Item de eadem re PHILIPPO, Comiti Excubitorum. In quantum homo Reg. lib. 1.
„ diſcutere & inveſtigare judicia ſuperna non ſufficit, in tantum ſub eis * de- ep. 31.
„ bet cervicem cordis inflectere: ut quia id, quod ſibi tribuitur, quo judicio di- * ea
„ ſponatur ignorat, nec ad appetendum locum procax inſiſtere, nec ad repellen-
„ dum contumax debet inveniri, *&c. uſque* invenire valeatis.

At ego hic a deflorationis opere paululum reſpirabo, ut, quæ ſpecialiter de
Pontificio ejus dicenda ſunt, in libello alio, ſuffragante Domino, referantur.

AN.CHR.
604
12.Martii.

CAPITA SECUNDI LIBRI.

Cap. i. Gregorius Servum ſervorum Dei ſe ſcribens, mediocribus veſtimentis amicitur.

ii. Fidei ſuæ inreprehenſibile Symbolum dictat.

iii. Patriarchalibus thronis ſuam Synodicam dirigit.

iv. Quinque Concilia ſe venerari fatetur.

v. Collecta Synodo pravas conſuetudines damnat.

vi. Antiphonarium centonizans, Cantorum conſtituit ſcholam.

vii. Cur Occidentales dulcedinem cantilenæ corrumpant.

viii. Per Joannem Romanum cantorem correcti ſunt.

ix. Carolus Rex diſſonantia cantus offenſus, duos Clericorum ſuorum erudiendos Romæ dimiſit.

x. Idem diſſonantia rurſus offenſus duos Romanos cantores ab Hadriano Papa percepit.

xi. Gregorius pulſis laicis, familiares ſibi Clericos elegit.

xii. Talem Eccleſiam Romanam exhibuit, qualis prima ſub Apoſtolis fuit.

xiii. Quanta & qualia tunc Romæ ſtudia reſlorebant.

xiv. Quod non divites, ſed ſapientes ad conſilium convocabat.

xv. Quamobrem laici primo cœperint tonſurari.

xvi. Laicos non ad Eccleſiaſticum officium admittit, ſed tantum ad Monachicum habitum.

xvii. Codicem Gelaſianum coartat.

xviii. Stationes conſtituens, tractatus Evangeliorum declamat.

xix. Cum verbi pabulo pauperibus alimenta miniſtrat.

xx. Conſuetudines novas inducit.

xxi. Murmurantibus pro eiſdem humiliter ſatisfacit.

xxii. Pro hoſpite Dominum recipit.

xxiii. Duodecim invitatis, tertium-decimum Angelum ſibi deputatum divinitus recognoſcit.

xxiv. Quater in anno diſtribuendum per polyptychum cenſet.

xxv. Auros & peregrina veſtimenta largitur.

xxvi. Kalendatim diverſas ſpecies erogat.

xxvii. Tribus millibus Ancillis Dei, octoginta libras annualiter præſtat.

xxviii. Dietim per veredarios coacta ſtipendia deſtinat.

xxix. Pro paupere mortuo vehementiſſime lamentatur.

xxx. Quot & qualium remunerandorum nomina in ſcrinio tenèantur.

Cap. xxxi. Arrianorum Baſilicam in Suburra Domino dedicat.

xxxii. Quot & qualia miracula ibi divinitus ſint oſtenſa.

xxxiii. Pro convertendis Saxonibus, Auguſtinum cum aliis mittit.

xxxiv. Sine perfectu redire volentes ad proficiſcendum hortatur.

xxxv. Prædicantes miracula faciunt, multoſque convertunt.

xxxvi. Auguſtinus Epiſcopus conſecratus poſtulat adjutores.

xxxvii. Ei Gregorius pallium, & diverſa neceſſaria ſimulque nonnulla reſponſa tranſmittit,

xxxviii. De conſanguinitatibus percunctatus, ponit Pontifici Felici rationem.

xxxix. Quanta & qualia de converſione Saxonum, ſignifque diſcipulorum ſuorum Gregorius præconetur.

xl. Auguſtinum monet, ne pro miraculis tumeat.

xli. Panis fruſtum in carnem, carnem rurſus in panis primordia reformavit.

xlii. Pannum pupugit, & ſanguis effluxit.

xliii. Maleficos cæcitate mulctavit.

xliv. Qualiter intelligi valeat, Gregorium Trajani animam de inferni cruciatibus liberaſſe.

xlv. Monachum ſub excommunicatione defunctum mirabiliter ſolvit.

xlvi. Paganos pueros comparat, ut Chriſtianos efficiat.

xlvii. Pro paganis ruſticis Epiſcopis comminatur.

xlviii. Judæos convertens a penſionibus levigat.

xlix. Baptizandis veſtimenta largitur.

l. Pueris Arianorum ſubveniri prædicat.

li. Singulis Diaconiis, vel Xenodochiis ſingulos rectores conſtituit.

lii. Hieroſolymis Xenodochium conſtituens, & ibi & in monte Sina Monachis annualia ſtipendia mandat.

liii. Singulis patrimoniis ſingulos rectores conſtituit.

liv. Uni perſonæ duo miniſteria nullo modo committenda definit.

lv. Eleemoſynas localiter ac perſonaliter ordinat.

lvi. Quod omni petenti ſe, voluntarie tribuit.

lvii. Quod etiam non petenti neceſſaria miniſtravit.

lviii. Liberalitatis ejus innocentia comprobatur.

lix. Pro faciendis eleemoſynis frumenta comparat quinquaginta libris auri.

lx. Quale de eo ſomnium Eremita cognoverit.

LIBER SECUNDUS.

De iis quæ in Pontificatu geſſit.

I. AGE jam nunc, quoniam Athletæ Chriſti Gregorii viriliter in gymnaſio ſanctæ ipſius Eccleſiæ deſudantis, prælato libello, toroſa membra deſcripta ſunt; qualiter in palæſtra quoque conflixerit, aſpirante Domino, proferatur. Siquidem mox ut ſummum Pontificium feliciſſimæ Romanæ urbis, Chriſto mortalibus conſulente, ſortitus eſt; ſuperſtitioſum UNIVERSALIS vocabulum, quod JOANNES Conſtantinopolitanus Epiſcopus inſolenter ſibi tunc temporis uſurpabat, more anteceſſorum ſuorum Pontificum ſub diſtrictiſſimæ interminationis ſententia refutavit, & primus omnium ſe in principio epiſtolarum ſuarum SERVUM SERVORUM DEI ſcribi, ſatis humiliter definivit : cunctiſque ſuis ſucceſſoribus documentum ſuæ humilitatis tam in hoc, quam in mediocribus Pontificalibus indumentis, quod videlicet hactenus in ſancta Romana Eccleſia conſervatur, hereditarinm reliquit *. *dereliquit

II. Denique in ſpecula * ſanctæ univerſalis Eccleſiæ, vir totius humanitatis ac auctoritatis orthodoxæ * unde videri & audiri clarius Evangelicus præco valeret, conſiſtens, oris ſui diviniſſimo gladio, & rectam Fidem munivit, & cunctas hæreſes uno Symbolo diſſipavit. Quod videlicet ſacræ confeſſionis Symbo- * ſpeculo * humilitatis, auctoritatis, ac orthodoxiæ.
,, lum ita ſe habet : Credo in unum Deum omnipotentem, Patrem, & Fi-
,, lium & Spiritum ſanctum, tres perſonas, unam ſubſtantiam : Patrem inge-
,, nitum, Filium genitum, Spiritum vero ſanctum nec genitum, nec ingenitum,
,, ſed coæternum, de Patre & Filio procedentem. Confiteor unigenitum Fi-
,, lium conſubſtantialem, & ſine tempore natum de Patre, omnium viſibilium,
,, & inviſibilium conditorem, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero,
,, ſplendorem gloriæ, figuram ſubſtantiæ : qui manens Verbum ante ſæcula,
,, perfectus homo creatus eſt juxta finem ſæculorum, conceptus & natus ex
,, Spiritu ſancto & de Maria virgine, qui naturam noſtram ſuſcepit abſque pec-
,, cato : & ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, & ſepultus, tertia die reſurrexit
,, a mortuis : die autem quadrageſimo aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram
,, Patris, inde * venturus eſt judicare vivos & mortuos, poſiturus ante oculos * unde
,, omnium omnia occulta ſingulorum : daturus Juſtis * perpetua præmia re- * ſanctis
,, gni cœleſtis, iniqnis autem ſupplicia ignis æterni : innovaturus ſæculnm per
,, ignem & carnis reſurrectionem *. Confiteor unam Fidem, unum Baptiſma, * in carnis reſurrectione.
,, unam Apoſtolicam, & univerſalem Eccleſiam : in qua ſola poſſunt laxari
,, peccata in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

III. Synodicam quoque ſuam Gtegorius, ſecundum priſcum deceſſorum ſuorum morem, JOANNI Conſtantinopolitano, EULOGIO Alexandrino, GREGORIO Antiocheno, JOANNI Hieroſolymitano, & ANASTATIO Ex-Patriar- Reg. lib. 1. Epiſt. 24.
,, cha Antiochiæ *a* deſtinavit, quæ ita ſe habet : Conſideranti mihi, quod
,, impar meritis, ac toto animo renitens Paſtoralis curæ pondera portare com-
,, pulſus ſim, caligo mœroris occurrit, & triſte cot nihil aliud, niſi eas, quæ
,, videri nil ſinunt, tenebras videt. Nam quid Antiſtes ad Dominum, niſi pro
,, delictis populi interceſſor eligitur? Qua itaque fiducia ad eum pro peccatis
,, alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum? *&c. uſque*
,, & cetera,, quæ poſt in libro Paſtorali proſequitur.

IV. ,, Præterea quia corde, inquit, creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio
,, fit ad ſalutem : ſicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia Rom. 10.

a Aliis *Patriarcha Antiocheno* : ſed utraque lectio probatur : nam duo tunc temporis erant Patriarchæ in ſede Antiochena. Anaſtaſio quippe Sinaitæ, qui Juſtiniano hæreſim promulgare ſatagenti reſiſtebat, ex Epiſcopatu dejecto ſubrogatus eſt ab Imperatore Gregorius, quem Eccleſiæ utilem ceteri Imperatores non rejecerunt.

AN.CHR. 604 12.Martii. „ ſuſcipere, & venerari me fateor : Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arrii dogma deſtruitur : Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur : Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur : Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio : quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ Fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ atque actionis norma conſiſtit : quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena, reprobatur : & Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur. Scripta quoque Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda Concilia perſooas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector. Quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit, aut ſolvere quos religant, aut ligare quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit.

V. Hoc modo, poſtquam Gregorius fundamentum ſuæ fidei ſecundum priſcum prædeceſſorum ſuorum Pontificum morem, luculenter Apoſtolicis thronis expoſuit, animadvertens ſe ideo a Domino ſuper gentes & regna ſummum Pontificem conſtitutum, ut, juxta illud Propheticum, vitiorum radices evelleret, deſtrueret atque diſperderet, ſicque demum ædificaret, plantaretque virtutes : omnes conſuetudines, quas contra priſcam Traditionem Apoſtolicam noviter pullulaſſe cognoverat, videlicet de miniſtris, Cantoribus, de laicis Pontifici familiariter adhærentibus, de titulandis præjudicialiter quibuſlibet rebus, de contegendo Dalmaticis Apoſtolico feretro, de Paſtillatico *a* pro Pallio, vel conſecratione Pontificum, & de non admittendis paſſim laicis ad Eccleſiaſtici juris officium : primo quidem a Romanæ Eccleſiæ, poſtmodum vero collectis circumquaque poſitarum provinciarum Epiſcopis, a totius ſanctæ univerſalis Eccleſiæ corpore ſegregavit, eaque ſub interpoſitione terribilis anathematis tam generaliter, quam perpetualiter condemnavit.

VI. Deinde in domum Domini, more ſapientiſſimi Salomonis propter muſicæ compunctionem dulcedinis, Antiphonarium centonem Cantorum ſtudioſſimus * nimis utiliter compilavit; ſcholam quoque Cantorum, quæ hactenus eiſdem inſtitutionibus in ſancta Romana Eccleſia modulatur, conſtituit : eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, ſcilicet alterum ſub gradibus Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, alterum vero ſub Lateranenſis Patriarchii domibus fabricavit : ubi uſque hodie lectus ejus, in quo recubans modulabatur, & flagellum ipſius, quo pueris minabatur, veneratione congrua cum autentico Antiphonario reſervatur : quæ videlicet loca per præcepti ſeriem ſub interpoſitione anathematis, ob miniſterii quotidiani utrobique gratiam ſubdiviſit.

* cento cantorum, al. concentu ſtudioſiſſimo.

Ant. in Chron. p. 2. c. 3. tit. 12. §. 5.

VII. Hujus modulationis dulcedinem inter alias Europæ gentes Germani, ſeu Galli diſcere, crebroque rediſcere inſigniter potuerunt : incorruptam vero tam levitate animi, qua nonnulla de proprio Gregorianis cantibus miſcuerunt, quam feritate quoque naturali, ſervare minime potuerunt. Alpina ſiquidem corpora, vocum ſuarum tonitruis altiſone perſtrepentia, ſuſceptæ modulationis dulcedinem proprie non reſultant : quia bibuli gutturis barbari * feritas, dum inflexionibus & repercuſſionibus mitem * nititur edere cantilenam, naturali quodam fragore, quaſi plauſtra per gradus confuſe ſonantia rigidas voces jactat, ſicque audientium animos, quos mulcere debuerat, exaſperando magis ac obſtrependo conturbat.

* barbara

* clarum

VIII. Hinc eſt, quod hujus Gregorii tempore cum Auguſtino tunc Britannias adeunte, per Occidentem quoque Romanæ inſtitutionis Cantores diſperſi, bar-

a Paſtillaticum ſeu Paſſellaticum eſt id quod datur a Simoniacis ad ſacram dignitatem conſequendam. De hoc iterum lib. 3. cap. 5.

barbaros inſigniter docuerunt. Quibus defunctis Occidentales Eccleſiæ ita ſuſce- ANCHR.
ptum modulationis organum vitiarunt, ut JOANNES quidem * Romanus can- 604
tor cum THEODORO æque cive Romano, ſed Eburaci Archiepiſcopo, per 12. Martii.
Gallias in Britannias a VITELLIANO ſit Præſule deſtinatus: qui circumqua- * quidam
que poſitarum Eccleſiarum filios ad priſtinam cantilenæ dulcedinem revocans,
tam per ſe, quam per ſuos diſcipulos multis annis Romanæ doctrinæ regulam
conſervavit.

Sed & CAROLUS noſter Patricius, Rex autem Francorum, diſſonantia IX.
Romani & Gallicani cantus Romæ offenſus, cum Gallorum procacitas cantum
a noſtratibus quibuſdam næniis argumentaretur eſſe corruptum, noſtrique e di-
verſo autenticum Antiphonarium probabiliter oſtentarent, interrogaſſe fertur:
quis inter rivum, & fontem limpidiorem aquam conſervare ſoleret? reſponden-
tibus fontem, prudenter adjecit: Ergo & nos, qui de rivo corruptam lym-
pham uſque hactenus bibimus, ad perennis fontis neceſſe eſt fluenta principalia Ant. ibid. c. 13. §. 5.
recurramus. Mox itaque duos ſuorum induſtrios Clericos HADRIANO tunc
Epiſcopo dereliquit: quibus tandem ſatis eleganter inſtructis, Metenſem me-
tropolim ad ſuavitatem modulationis priſtinæ revocavit, perque illam, totam
Galliam ſuam correxit.

Sed cum multa poſt tempora defunctis his, qui Romæ fuerant educati, can- X.
tum Gallicanarum Eccleſiarum a Metenſi diſcrepare prudentiſſimus Regum vi-
diſſet, ac unumquemque ab alterutro vitiatum cantum jactantem adverteret:
Iterum, inquit, redeamus ad fontem. Tunc Regis precibus, ſicut hodie qui-
dam veridice adſtipulantur, Hadrianus Papa permotus, duos in Galliam Canto-
res miſit: quorum judicio Rex omnes quidem corrupiſſe dulcedinem Romani can-
tus levitate quadam cognovit: Metenſes vero ſola naturali feritate paululum quid
diſſonare pervidit *. Denique uſque hodie quantum Romano cantui Metenſis ce- * prævidit.
dit, tantum Metenſi Eccleſiæ cedere Gallicanarum Eccleſiarum Germaniarum-
que cantus ab his qui puram * veritatem diligunt, comprobatur. Hæc ergo per * meram.
anticipationem retulerim, ne indiſcuſſam Gallorum levitatem videar præteriiſſe.

Ceterum prudentiſſimus rector Gregorius, remotis a ſuo cubiculo ſæculari- XI.
bus, Clericos ſibi prudentiſſimos conſiliarios familiareſque delegit: inter quos
PETRUM Diaconum coætaneum ſuum, cum quo poſtea diſputans, quatuor
Dialogorum libros compoſuit; ÆMILIANUM quoque Notarium, qui qua-
draginta homilias Evangelii cum ſociis ſuis excepit *; PATERIUM æque No- * expoſuit.
tarium, qui ab eo Secundicerius * factus, ex libris ipſius aliqua utiliſſima * * id eſt ſecundus Notarius.
defloravit: & JOANNEM Defenſorem, qui ejus juſſu in Hiſpanias cognitor * utiliſsima.
deſtinatus, JANUARIUM Epiſcopum civitatis Malalitanæ, ab Epiſcopis ſuis
compatriotis depoſitum ſedi propriæ reſtituit *, & depoſitores ejus cum eo, * reſtauravit.
qui in locum ejus obrepſerat pari ſententia condemnavit. Monachorum ve-
ro ſanctiſſimos ſibi familiares elegit: inter quos MAXIMIANUM Monaſte- Ant. ibid. §. 6. Beda lib. 2. c. 1. Hiſt. Angl.
rii ſui Abbatem, quem poſtea Syracuſis Epiſcopum fecit, eique per Sici-
liam vices ſuas commiſit; AUGUSTINUM ejuſdem Monaſterii ſui Præpoſi-
tum, & MELLITUM, per quos Anglorum gentes ad Chriſtianiſmi gratiam
convocavit, MARINIANUM ejuſdem Monaſterii ſui Monachum, quem in
Ravennati Metropoli Epiſcopum conſecravit; PROBUM quem ſubito Ab-
batem ſpiritu revelante conſtituens, pro conſtruendo Xenodochio Hieroſoly-
mam deſtinavit: ſimulque CLAUDIUM * Claſſitanæ civitatis Abbatem, * V. Regeſt. l. 10. Epiſt. 22.
qui de Proverbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris Regum,
deque Heptateucho, Papa diſputante, multa, licet non eodem ſenſu, com-
poſuit.

Cum quibus Gregorius die noctuque verſatus nihil Monaſticæ perfectionis in XII.
palatio, nihil Pontificalis inſtitutionis in Eccleſia dereliquit. Videbantur paſſim
cum eruditiſſimis Clericis adhærere Pontifici religioſiſſimi Monachi, & in di-
verſis profeſſionibus habebatur vita communis: itaut talis eſſet tunc ſub Grego-
rio penes urbem Romanam Eccleſia, qualem hanc fuiſſe ſub Apoſtolis Lucas,
& ſub Marco Evangeliſta penes Alexandriam Philo commemorat.

AN.CHR. 604 12.Martii. Tunc rerum ſapientia Romæ ſibi templum viſibiliter quodammodo fabricarat, & ſeptemplicibus artibus veluti columnis nobiliſſimorum totidem lapidum, Apoſtolicæ ſedis atrium fulciebat. Nullus Pontifici famulantium a minimo uſ-

XIII. que ad maximum, barbarum quodlibet in ſermone, vel habitu præferebat: ſed togata, Quiritum more, ſeu trabeata Latinitas ſuum Latium in ipſo Lateriali palatio ſingulariter obtinebat. Refloruerant ibi diverſarum artium ſtudia: & qui vel ſanctimonia, vel prudentia forte carebat, ſuo ipſus judicio ſubſiſtendi coram Pontifice fiduciam non habebat.

XIV. Atceſſebantur Pontificalibus profundis conſiliis prudentes viri quos perhibui, potius quam potentes: & paupere Philoſophia intrinſecus, quid potius aut potiſſimum in unoquoque negotio ſequendum putaretur, artificioſis argumentationibus rationaliter inquirente, dives inertia quæ modo ſe de ſapientibus pari ſorte ulciſcitur, præ cubiculi foribus deſpicabilis remanebat. Sola deerat interpretandi bilinguis peritia, & facundiſſima virgo Cecropia *a*, quæ quondam ſuæ mentis acumina, Varrone cœlibatum ſuum auferente, Latinis tradiderat, impoſturarum ſibi præſtigia, ſicut ipſe in ſuis epiſtolis queritur, vindicabat.

XV. Nemo laicorum quodlibet palatii miniſterium, vel Eccleſiaſticum patrimonium procurabat, ſed omnia Eccleſiaſtici juris munia Eccleſiaſtici viri ſubibant, nimirum laicis ad armorum ſolam militiam, vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc ſe nonnulli procerum ſub obtentu religionis primo tonſurare cœperunt. Quorum tergiverſationi MAURICIUS Imperator prudenter occurrens, data per LONGINUM Stratorem lege præcepit, ut quiſquis fuiſſet publicis adminiſtrationibus implicatus, ei ad Eccleſiaſticum venire officium non lice-
„ ret. Quam legem Gregorius ſuper hoc valde laudavit, dicens: Qui ſæcula-
„ rem habitum deferens, ad Eccleſiaſtica officia venire feſtinat, non relinquere
„ cupit ſæculum, ſed mutate.

XVI. Verum dum ad Clericalem profeſſionem tam ex Eccleſiaſtica, quam ex ſæculari quoque militia, diverſis occaſionibus, quotidie pene innumerabilis multitudo conflueret: Paſtor ad omnia providus, nequaquam eos ad Eccleſiaſtici decoris officium, ſed ad capiendum ſolummodo Monachicum propoſitum ſuſci-
„ piendos eſſe cenſebat, dicens: Multos ex Eccleſiaſtica familia, ſeu ſæculari
„ militia, novimus ad omnipotentis Dei ſervitium feſtinare, ut ab humana
*videantur „ ſervitute liberi in divino ſervitio valeant * familiarius in Monaſteriis conver-
„ ſari. Quos ſi paſſim dimittimus, omnibus fugiendi Eccleſiaſtici vel ſæcula-
„ ris juris dominium, occaſionem præbemus. Si vero feſtinantes ad omnipoten-
„ tis Dei ſervitium, incaute retinemus, illi invenimur negare quædam, qui
*quiſquis „ dedit omnia. Unde neceſſe eſt, ut ſi quis * ex juris Eccleſiaſtici, vel ſæcu-
„ laris militiæ ſervitute Dei ad ſervitium converti deſiderat, probetur prius in
„ laico habitu conſtitutus. Et ſi mores ejus atque converſatio bono deſiderio il-
*ferunt lius teſtimonium perhibuerint *, abſque ulla retractatione ſervire in Monaſterio omnipotenti Deo permittatur, ut ab humano ſervitio liber recedat, qui in
*obſequio divino amore * diſtrictiorem ſubire appetit ſervitutem. Si autem & in Monachico habitu ſecundum patrum Regulas inreprehenſibiliter fuerit converſatus, poſt præfixa ſacris canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet Eccleſiaſticum officium provehatur: ſi tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in Teſtamento veteri morte mulctantur.

XVII. Sed & Gelaſianum codicem de Miſſarum ſolemniis, multa ſubtrahens, pau-
ſuper. ca convertens, nonnulla vero adjiciens, pro exponendis Evangelicis lectionibus in unius libri volumine coartavit. In Canone Miſſæ appoſuit: *Dieſque noſtros in tua pace diſpone, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari.*

XVIII. Stationes per Baſilicas, vel ſanctorum Martyrum * cœmeteria ſecundum
*beatorum quod hactenus plebs Romana quaſi eo vivente certatim diſcurrit, ſollicitus ordinavit: per quas & ipſe ſimul diſcurrens, dum adhuc eloqui prævaleret, viginti

a Cecropia, ut veri ſimile eſt, hic pro lingua Græca ſumitur: nam Cecropia arx fuit Athenis.

ginti homilias Evangelii coram Eccleſia diverſo tempore declamavit : reliquas vero ejuſdem numeri dictavit quidem, ſed laſſeſcente ſtomacho languore continuo, aliis pronunciandas commiſit. AN.CHR. 604 12.Martii.

XIX. Sequebatur exercitus Domini ultra citraque Gregorium præeuntem , & audituræ verbum doctrinæ innumerabiles undique diverſi ſexus, ætatis ac profeſſionis voluntariæ confluebant cohortes : quibus ille, utpote ductor cœleſtis militiæ, cunctis dumtaxat arma ſpiritalia ſuggerebat : pauperibus vero , & advenis, qui pro conditione temporum Romam influxerant , quotidiana ſtipendia miniſtrabat.

XX. Super corpora beatorum Petri , & Pauli Apoſtolorum, Miſſarum ſolemnia celebrari decrevit , acquiſitis numeroſiſſimis olivetis, quorum ſummam in tabulis marmoreis præ foribus ejuſdem Baſilicæ annotavit, luminaria ſuperaddidit , officia ſedula deputavit. De ſepultura juxta Eccleſiam , commodum ſperare prohibuit. Septem ex Defenſoribus honore regionario decorandos indixit . *Alleluja*, extra Pentecoſtes tempora, dici ad Miſſas fecit . Subdiaconos exſpoliatos procedere ſtatuit. *Kyrie eleiſon* cantari præcepit : & Orationem Dominicam mox poſt Canonem ſuper Hoſtiam cenſuit recitari.

XXI. De quibus cum poſtea quoſdam murmurare ſentiret, tamquam qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ conſuetudines ſequeretur , piiſſimus Pater non dedignatus Regeſt l.7. Epiſt. 63.
„ eſt reddere rationem dicens : Nos in nullo horum aliam Eccleſiam ſecuti ſu-
„ mus. Nam ut *Alleluja* hic non diceretur , de Hieroſolymorum Eccleſia ex
„ beati Hieronymi traditione , tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ , tradi-
„ tur tractum : & ideo magis in hac Sede * illam conſuetudinem amputavi- * re.
„ mus, quæ hic a Græcis fuerat tradita . Subdiaconos autem ut exſpoliatos
„ procedere facerem, antiqua conſuetudo Eccleſiæ fuit : ſed quia placuit cui-
„ dam noſtro Pontifici, neſcio cui, qui eos veſtitos procedere præcepit . Nam
„ veſtræ * Eccleſiæ, numquid traditionem a Græcis acceperunt ? Unde ergo * Siciliæ.
„ habent hodie, ut Subdiaconi in lineis tunicis procedant , niſi * quia hoc a * nonne.
„ matre ſua Romana Eccleſia perceperunt? *Kyrie eleiſon* autem nos neque di-
„ ximus, neque dicimus, ſicut a Græcis dicitur : quia in Græcia omnes ſimul
„ dicunt : apud nos vero a Clericis ſimul dicitur , a populo reſpondetur , &
„ totidem vocibus etiam *Chriſte eleiſon* dicitur : quod apud Græcos nullo modo
„ dicitur. Io quotidianis autem Miſſis alia , quæ dici ſolent , tacemus : tan-
„ tummodo *Kyrie eleiſon*, & *Chriſte eleiſon* dicimus, ut in his deprecationis vo-
„ cibus paulo diutius occupemur . Orationem vero Dominicam idcirco mox
„ poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo
„ orationem oblationis hoſtiam conſecrarent . Et valde mihi inconveniens viſum
„ eſt, ut precem, quam Scholaſticus compoſuerat , ſuper oblationem dicere-
„ mus : & ipſam traditionem, quam Redemptor noſter compoſuit , ſuper ejus
„ corpus & ſanguinem non diceremus. Sed & Dominica Oratio apud Græcos
„ ab omni populo dicitur : apud nos vero a ſolo Sacerdote cantatur . In quo
„ ergo Græcorum conſuetudines ſecuti ſumus, qui aut veteres noſtras reparavi-
„ mus , aut novas & utiles conſtituimus, in quibus tamen alios comprobamur *
„ imitari ? Ergo veſtra charitas , cum occaſio dederit , ut ad Catanenſem ci- * non probamus.
„ vitatem pergat, vel io Syracuſana Eccleſia eos, quos credit aut intelligit ,
„ quia de hac re murmurare potuerunt, facta collocutione * doceat, & quaſi * collatione.
„ alia ex occaſione eos inſtruere non deſiſtat. Nam de Conſtantinopolitana Ec-
„ cleſia, quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubjectam ? quod
„ & piiſſimus Domnus Imperator, & frater noſter EUSEBIUS ejuſdem civi-
„ tatis Epiſcopus , aſſidue profitentur : tamen ſi quid boni vel ipſa , vel altera
„ Eccleſia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imi-
„ tari paratus ſum. Stultus eſt enim, qui in eo ſe primum exiſtimat, ut bona,
„ quæ viderit , diſcere contemnat.

XXII. Tantæ hoſpitalitatis Gregorius in ipſo etiam Patriarchio permanſit , ut exceptis his , quos tam per diverſas regiones , quam Romæ quoque Langobardorum perfidiæ gladios fugientes , Eccleſiaſtica ſtipe miſericorditer nutrie-

 bat :

AN.CHR. bat : ad menſam ſuam, quotidie peregrinos quoslibet invitaret. Inter quos,
604 die quadam unus acceſſit, in cujus manibus dum ipſe ex humilitatis miniſterio
12.Martii. aquam fundere vellet, converſus urceum accepit : ſed repente eum, in cujus
* voluerat. manibus aquam fundere volebat *, non invenit. Cumque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte Dominus ei per viſionem dixit : Ceteris diebus me in membris meis, heſtemo autem die me in memetipſo ſuſcepiſti.

XXIII. Alio quoque tempore idem Gregorius, juxta conſuetudinem ſuam, præcepit Sacellario, ut duodecim peregrinos ad prandium invitaret. Qui pergens juſſa complevit, eoſque ad menſam pariter ordinavit. Dum autem ſimul diſcumberent, intuens Papa tredecim numeravit : & accerſito Sacellario, cur contra
* inquiſivit. juſſionem ſuam tertium decimum invitare præſumpſerit, requiſivit *. Ille obſtupefactus, convivantes peregrinos curioſius numeravit, & duodecim ſolos inveniens, veluti ſecurus reſpondit : Crede mihi, honorabilis Pater, non ſunt niſi duodecim, ſicut ipſe juſſiſti. Ergo dum convictus ſæpius duodecim identidem numeraret, ac tertium decimum, quem ſolus Papa videre poterat, non videret : animadvertit ſpiritalis pater Gregorius virum propius diſcumbentem vultus crebro convertere, & nunc adoleſcentem, nunc vero vetulum veneranda quadam canitie ſimulare. Finito convivio, duodecim quidem abire permiſit : tertium decimum vero manu ſuſcipiens, in cubiculum ſuum induxit, vehementer adjurans, ut ei ſe nomenque ſuum ſimpliciter prodere dignaretur.
* reſpondens dixit. Qui reſpondit *, dicens : Et cur interrogas de nomine meo, quod eſt mirabile? Verumtamen ſcito memoria recognoſcens, quia ego ſum naufragus ille, qui quondam veni ad te, quando ſcribebas in cella Monaſterii tui ad clivum Scauri, cui dediſti duodecim numiſmata, & argenteam ſcutellam, quam tibi miſerat cum infuſis leguminibus beata Silvia mater tua. Et hoc tibi pro certo ſit cognitum, quia ab illo die, quo mihi hæc hilari animo tribuiſti, deſtinavit te Dominus fieri Præſulem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, pro qua & proprium ſanguinem fudit, & eſſe te ſucceſſorem atque vicarium Apoſtolorum principis Petri, cujus & virtutem imitatus es, cum ſubſtantiam offerentium divideret, prout cuique opus erat. Hæc audiens Gregorius dixit : Et tu quo modo noſti, quod tunc me Dominus præeſſe ſanctæ Eccleſiæ ſuæ deſtinarit? At ille, inquit, quoniam ego Angelus ejus ſum, & ſum ab eo ad tuum inquirendum propoſitum deſtinatus. Tunc Gregorius, quia nondum manifeſte viderat Angelum, prorſus expavit : ſibique hunc taliter dicentem audivit : Ne timeas, neque formides: ecce enim miſit me Dominus, ut ſim tibi cuſtos, quamdiu fueris in iſto mortali ſæculo : quatenus quamcumque rem petieris, per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Illico Gregorius in faciem ſuam corruit, dicens : Si propter puſillum meæ parvitatis munuſculum tanta mihi retribuit omnipotentiſſimus Dominus, ut & Pontificem me ſanctæ ſuæ Eccleſiæ faceret, & cuſtodem mihi ſuum Angelum deputaret; quanta putem mihi reſtitui, ſi in præceptis ejus totis viribus permanens, plura ſtuduero de pluribus erogare?

XXIV. Igitur incipiens tantum largior eſſe de collato temporali commodo, quantum certior de recipiendo præmio ſempiterno; cunctorum patrimoniorum prædiorumque redditus ex Gelaſiano polyptyco *a*, cujus nimirum ſtudioſiſſimus videbatur pediſſequus, adæravit, eorumque penſionibus in auro argentoque collatis omnibus ordinibus Eccleſiaſticis, vel palatinis, Monaſteriis, Eccleſiis, cœmeteriis,
* ſibi. Diaconiis, Xenodochiis urbanis, vel ſuburbanis, quot ſolidi * ſingulis quater in anno diſtribuerentur, Paſcha ſcilicet, Natali Apoſtolorum, Natali ſancti Andreæ Natalitioque ſuo, per polyptycum quo hactenus erogatur, indixit.

XXV. Extra quos primo Dominicæ Reſurrectionis diluculo in Baſilica quondam doctiſſimi Papæ Vigilii, juxta quam conſuetudinaliter habitabat, ad impertiendum pacis oſculum reſidens, cunctis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, aliiſque

a Polyptychum, a Græco πτύχες, ſignificat veſtium, chartarum & aliorum quæ complicantur, ſingulas plicaturas, folia, ac laminas.

que axiomaticis *a* aureos erogabat. Natalitio vero Apoſtolorum vel ſuo, mixtos ſolidos offerens, peregrinis * nihilominus veſtimenta donabat. AN.CHR. 604

Omnibus omnino Kalendis, pauperibus generaliter eaſdem ſpecies, quæ congerebantur, ex redditibus erogabat: & ſuo tempore frumentum, ſuo vinum, ſuo caſeum, ſuo legumen, ſuo lardum, ſuo manducabilia animalia, ſuo piſces, vel oleum paterfamilias Domini diſcretiſſime dividebat. Pigmenta vero, aliaque delicatiora commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita ut nihil aliud, quam communia quædam horrea, communis putaretur Eccleſia. 12. Martii. * peregrinos. XXVI.

Tribus millibus ancillis Dei, quas Græci Monaſtrias vocant, quindecim libras auri pro lectiſterniis dedit, eiſque pro quotidianis ſtipendiis octoginta libras annualiter conferebat. De quibus THEOCTISTO Patricio ſcribens *: „ Harum, inquit, talis vita eſt, atque intantum lacrymis, & abſtinentia diſtricta, ut credamus, quia ſi ipſæ non eſſent, nullus noſtrum jam per tot annos in loco hoc ſubſiſtere inter Langobardorum gladios potuiſſet. XXVII. * Theoctiſtæ patriciæ. Lib. 6. Epiſt. 23.

Quotidianis quibuſque diebus per omnium regionum vicos, vel compita infirmis, ſeu qualibet corporis parte debilibus certa * ſtipendia per conſtitutos veredarios emittebat. Verecundioribus vero, antequam ipſe cibum caperet, a menſa ſua benedictionis Apoſtolicæ oſtiatim dirigere curabat ſcutellam, ita ut neminem prorſus exciperet * miſericordiſſimi benevolentia proviſoris, quem ad Fidem traxerat omnipotentis cognitio Creatoris. XXVIII. * cocta * nemo prorſus eſſet, quem non

Horum dum quemdam pauperem in anguſtis Andronarum receſſibus a veſpillionibus inveniri mortuum contigiſſet, æſtimans eum ſtipis inopia periiſſe, ita per aliquot dies, ut dicitur, a Miſſarum celebratione vacando, triſtatus eſt, tamquam ſi eum propriis manibus, quod dictu nefas eſt, peremiſſet. XXIX.

Extat uſque hodie in ſacratiſſimo Lateranenſis palatii ſcrinio hujus confectum temporibus chartaceum prægrande volumen, in quo communis ſexus cunctarum ætatum ac profeſſionum nomina tam Romæ, quam per ſuburbana, civitateſve vicinas, necnon longinquas maritimas urbes degentium cum ſuis cognominibus, temporibus, & remunerationibus expreſſius continentur. Quorum ſummam, ne videlicet faſtiditus tranſiliar, ego transferre diffugio: meique lectoris oculum ad illius venerandi ſcrinii plenitudinem, cujus ipſe pene in cunctis auctoritatem, Papa largiente, ſecutus ſum, tranſmitto. XXX.

Præterea cum Arianorum Baſilica in regione urbis hujus, quæ Suburra *b* dicitur, clauſa uſque ad Gregorii Pontificatus tempora remanſiſſet, placuit ei, ut in fide Catholica, introductis illuc beati Sebaſtiani, & ſanctæ Agathæ Martyrum Reliquiis, dedicari debuiſſet: quod factum eſt. Nam cum magna populi multitudine Gregorius laudes canendo perveniens, Baſilicam præfatam ingreſſus eſt. Cumque venerabilis Pontifex jam Miſſarum ſolemnia celebraret, ac propter ejuſdem loci anguſtias, populi ſe turba comprimerent; quidam ex his, qui extra ſacrarium ſtabant, porcum ſubito inter ſuos pedes huc, & illuc diſcurrere ſenſerunt. Quem dum unuſquiſque ſentiret, & juxta ſe ſtantibus indicaret, idem porcus Eccleſiæ januas petiit, & omnes, per quos tranſiit, in admirationem convertit: ſed videri nil potuit, quamvis ſentiri potuiſſet. Quod idcirco divina pietas oſtendit, ut cunctis pateſceret, quia veniente cum Reliquiis Sanctorum Gregorio, de loco eodem immundus habitator exiret. XXXI.

Peracta igitur Miſſarum celebratione, Papa cum plebe receſſit: ſed adhuc nocte eadem magnus iu ejuſdem Eccleſiæ tectis ſtrepitus factus eſt, acſi in ea aliquis errando diſcurreret. Sequenti autem nocte gravior ſonitus excrevit, cum ſubito tantus terror inſonuit, acſi omnis Eccleſia illa a fundamentis fuiſſet everſa: & protinus receſſit, ac nulla illic ulterius inquietudo antiqui hoſtis apparuit: ſed per terroris ſonitum, quem fecit, innotuit, a loco quem diu tenuerat, quod per invocationem Gregorii coactus exibat. Poſt paucos vero dies in magna ſerenitate aeris, ſuper altare ejuſdem Eccleſiæ nubes cœlitus deſcendit, ſuoque il- XXXII.

a Axiomatici, viri in dignitatibus conſtituti, ἀξίωμα dignitas.
b Suburra Vicus ſeu regio Romæ in ſecunda regione quæ Cœlimontana vocatur.

AN.CHR. 604 12.Martii. lud velamine operuit, omnemque Eccleſiam tanto terrore ac ſuavitate odoris implevit, ut, patentibus januis, nullus illic præſumeret intrare: & Sacerdotes atque cuſtodes, vel hi, qui ad celebranda Miſſarum ſolemnia venerant, & rem videbant, ingredi minime poterant, & ſuavitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alia in ea lampades ſine lumine ſunt accenſæ. Poſt paucos iterum dies cum expletis Miſſarum ſolemniis, extinctis lampadibus, cuſtos ex eadem Eccleſia egreſſus fuiſſet, poſt paululum intravit, & lampades quas extinxerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxiſſe ſe credidit, atque eas jam ſollicitius extinxit, qui exiens Eccleſiam clauſit. Sed poſt horarum trium ſpatium regreſſus, lucentes lampades, quas extinxerat, invenit: ut videlicet ex ipſo lumine aperte elareſceret, quia per beatum Gregorium locus ille de tenebris ad lucem veniſſet.

XXXIII. Sed cum Gregorius pro convertendis Anglis-Saxonibus, quemadmodum in Monachatu ſuo propoſuerat, aſſiduis cogitationum fluctibus urgeretur, mox ubi Eccleſiæ ſtatu compoſito, quartum * ſui Pontificatus annum intravit, AUGUSTINUM cum aliis domus ſuæ Monaſterii Monachis in Britanniam evangelizandi gratia deſtinavit. Qui ſuſceptæ peregrinationis, poſt dies aliquot, inerti tædio prægravati, redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cujus ne linguam quidem intelligerent, adire decreverunt. Nec mora, Auguſtinum, quem eis Epiſcopum conſecrandum, ſi ab Anglis exciperentur, indixerat, Romam remittunt, ſummum Præſulem deprecantes, ut tam laborioſam, tam incertam, tamque periculoſam peregrinationem ſibi nuper impoſitam removeret, & ad ſuos reverti permitteret. Quibus ille reſcripſit, dicens:

* lege ſextum

XXXIV. „ Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ſervis Domini Noſtri JESU CHRISTI. Quia melius fuerat bona non incipere, quam ab his, quæ cœpta
„ ſunt, cogitatione retrorſum redire; ſummo ſtudio, dilectiſſimi filii, oportet,
„ ut opus bonum, quod cœpiſtis, auxiliante Domino, compleatis. Nec labor
„ vos ergo itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant, ſed omni in-
„ ſtantia, omnique fervore, quæ inchoaſtis, Deo auctore peragite, ſcientes,
„ quod laborem magnum major æternæ retributionis gloria conſequetur. Re-
„ meanti autem Auguſtino Præpoſito veſtro, quem & Abbatem vobis conſti-
„ tuimus, in omnibus humiliter obedire, ſcientes, veſtris animabus per omnia
„ profuturum, quidquid a vobis fuerit in ejus admonitione completum. Om-
„ nipotens Deus ſua vos gratia protegat, & noſtri laboris fructum in æterna
„ me patria videre concedat: quatenus etſi vobiſcum laborare nequeo, ſimul *
„ in gaudio retributionis inveniar, quia laborare ſcilicet volo.

Hæ litteræ exſtant apud Bedam lib. 1. hiſt. c. 23.

* ſimili

XXXV. His exhortationibus Auguſtinus cum Fratribus roboratus, per ÆTHERII Arelatenſis vatis, perque aliorum Epiſcoporum Galliæ, Regumque quibus eos piiſſimus Pater propriis litteris commendarat, hoſpitia, Britanniam petiit, & ad EDELBERTUM regem Cantuariorum veniens, Dei cooperante gratia, non ſolum licentiam prædicandi, verumetiam victus & manſiones in civitate Dorvernenſi, quæ erat regni ejus metropolis, facile impetravit. Ad quam Auguſtinus cum ſociis prælata Cruce, ſeu Salvatoris imagine, appropinquans cecinit dicens: Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus, iraque tua a civitate iſta, & a domo ſancta tua, quoniam peccavimus. Prædicantibus autem eis, & in nomine JESU miracula facientibus, crediderunt multi, & baptizati ſunt, mirantes innocentis vitæ ſimplicitatem, complectenteſque dulcedinem cœleſtis doctrinæ.

XXXVI. Quapropter Auguſtinus Arelas venit, & ſecundum Gregorii juſſionem ab Ætherio *a* Epiſcopus conſecratus, in Britanniam remeavit: illicoque per LAURENTIUM Presbyterum, & PETRUM Monachum Papæ Gregorio converſionem gentis Anglorum, ſeque conſecratum innotuit, ſuggerens, ut ſibi mitteret plu-

a Legendum, VIRGILIO, qui illis diebus ſedi Arelatenſi præſidebat, Ætherius vero Lugdunenſi. Joannes hunc errorem hauſit ex Beda lib 1. hiſt. cap. 27. Auguſtini ordinatio contigit anno 597. quo in Angliam pervenit.

plurimos verbi miniſtros, eoquod meſſem quidem multam haberet, operarios AN.CHR.
autem paucos. 604

Quibus relationibus Gregorius in Chriſto lætificatus, miſit Auguſtino pluri- 12.Martii.
mos verbi miniſtros, in quibus præcipui erant, MELLITUS, JUSTUS, PAU- XXXVII.
LINUS, & RUFINIANUS: & per eos univerſa, quæ ad cultum erant Eccle-
ſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium, ornamenta Eccle-
ſiaſtica, veſtimenta Clericalia, Apoſtolorum & multorum Sanctorum Reli-
quias, & codices multos. Miſit ei & Pallium, jubens, ut ſub metropoli ſua
Cantiæ duodecim Epiſcopos ordinaret, ad Lundoniam, & Eburacam ſingulos
Epiſcopos mitteret, qui ſub ſe duodecim nihilominus Epiſcopos conſecrantes,
Pallium ab Apoſtolica ſede perciperent, & poſt Auguſtini obitum ipſe inter eos
primus haberi debuiſſet, qui prius conſecrari meruiſſet. Præcepit quoque, ut
in Anglorum gente idolorum fama non deſtrueret, ſed ſanctificatis aquis reſper-
ſas in Baſilicas dedicaret. Et quia ſolebant Saxones in ſacrificio dæmonum boves
multos occidere, juſſit, ut in die dedicationis, vel Natalitiis ſanctorum Marty-
rum, quorum Reliquiæ illic ponerentur, tabernacula ſibi circa eaſdem Eccle-
ſias, quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arborum facerent, & religioſis
conviviis ſolemnitates debitas celebrarent. Et quia ſuper quibuſdam capitulis
Auguſtinus eum interrogans, qualiter Epiſcopus cum ſuis converſari deberet Cle-
„ ricis, requiſivit, doctor humillimus inter cetera ſic reſcripſit: Quia tua fra- Lib. 12.
„ ternitas Monaſterii regulis erudita, ſeorſum vivere non debet a Clericis ſuis, Epiſt. 31.
„ in Eccleſia Anglorum, quæ nuper, auctore Deo, ad Fidem converſa eſt *, * perducta
„ hanc debet converſationem inſtituere, quæ in initio naſcentis Eccleſiæ fuit
„ Patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his, quæ poſſidebant, aliquid
„ ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Cum una ſit fides: cur
ſuper Miſſarum celebratione, Gallicana Eccleſia a Romana diſcordet, Augu-
„ ſtino quærenti, Gregorius ait: Novit tua fraternitas Romanæ Eccleſiæ con-
„ ſuetudinem, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, ut ſive in Ro-
„ mana, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo
„ poſſit placere, ſollicite eligas, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc nova eſt
„ ad Fidem, inſtitutione præcipua, quæ de multis Eccleſiis colligere potuiſti,
„ infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex
„ ſingulis ergo quibuſque Eccleſiis, quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt,
„ elige: & hæc quaſi in vaſculo collecta, apud Anglorum menſam in conſuetu-
„ dinem depone *. Interrogatus etiam, quomodo ea, quæ fures de Eccleſiis, * vertas
„ abſtulerint, reddere debeant: mitiſſimus Pater, Abſit, inquit, ut Eccleſia
„ cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra
„ vana requirere. Sane requiſitus ab eodem Auguſtino, uſque ad quotam ge-
„ nerationem Fideles debeant copulari: Gregorius diſpenſatorie ſic reſcripſit:
„ Quædam terrena lex in Romana republica permittit, ut ſive frater, & ſo-
„ ror, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius, & filia
„ miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio ſobolem non poſſe
„ ſuccreſcere: & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde
„ neceſſe eſt, ut jam tertia, vel quarta generatione generatio Fidelium licen-
„ ter ſibi jungi debeat. Nam in ſecunda, quam prædiximus, omnimodo de-
„ bet abſtinere.

Verum poſt multum temporis a FELICE Meſſanæ Siciliæ Præſule requiſi- XXXVIII.
tus, utrum Auguſtino ſcripſiſſet, ut Anglorum quarta generatione contracta ma-
trimonia minime ſolverentur, humillimus Pater Gregorius inter cetera talem
„ reddidit rationem: Quod ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis Epiſcopo, alum- Regeſt.
„ no videlicet noſtro, ut recordor, de ſanguinis conjunctione, ipſi & Anglo- lib. 12. Ep.
„ rum genti, quæ nuper ad Fidem venerat, ne a bono, quod cœperat, me- 31. Felicis
„ tuendo auſteriora recederet, ſpecialiter & non generaliter ceteris me ſcripſiſ- Epiſtolam habes in
„ ſe cognoſcas. Unde & mihi teſtis omnis Romana civitas exiſtit. Nec ea in- To. Concil.
„ tentione hæc illis ſcriptis mandavi, ut poſtquam firma radice fuerint in Fide
„ ſolidati, ſi infra propriam conſanguinitatem inventi fuerint, non ſeparentur:
„ aut

AN.CHR. 604 12.Martii. „ aut infra affinitatis lineam , ideſt , uſque ad ſeptimam generationem jungantur: ſed adhuc illos neophytos exiſtentes, ſæpiſſime eos prius illicita docere, „ vitare, & verbis, ac exemplis inſtruere: & quæ poſt de talibus egerint, rationabiliter ac fideliter excludere oportet. Nam juxta Apoſtolum, qui ait: „ *Lac vobis potum dedi, non eſcam:* iſta illis modo, non poſteris , ut præfixum „ eſt, temporibus tenenda indulſimus: ne bonum, quod infirma adhuc radice „ plantatum eſt, erueretur *, ſed cœptum aliquantulum firmaretur, & uſque „ ad perfectionem, cuſtodiretur. Hæc ego idcirco perſtringenda curavi, ut hi, qui occaſione novæ diſpenſationis illicita matrimonia contrahunt, eruditiſſimum Papam Gregorium non regulariter quartæ generationis copulam cenſuiſſe , immo venialiter ſimulque temporaliter permiſiſſe cognoſcant. Cujus nimirum precibus Deus omnipotens tantam Auguſtino, ejuſque ſociis faciendorum ſignorum gratiam contulit: ut verbum vitæ, quod ore prædicabant, ſignorum efficacia confirmarent. Unde factum eſt, ut paucis elabentibus annis, etiam ceteri Saxoniæ Reges ad Chriſti Domini Fidem per diſcipulos ejus accederent.

1. Cor. 3.2.

* erat, exureretur.

XXXIX. De cujus gentis converſione , ſimulque miraculorum prodigiis , quæ ibidem „ fiebant, ita Gregorius in libris Moralibus perhibet, dicens: Ecce lingua Britanniæ, quæ nihil aliud noverat, quam barbarum frendere, jamdudum in „ Dei laudibus Hebræa cœpit verba ſonare *. Ecce quondam tumidus, jam „ ſubſtratus Sanctorum pedibus ſervit Oceanus: ejuſque barbaros motus, quos „ terreni Principes edomare ferro nequiverant, hos, pro divina formidine, Sacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant : & qui catervas pugnantium infidelis „ nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim „ perceptis cœleſtibus verbis, clareſcentibus quoque miraculis, virtus ei divinæ „ cognitionis infunditur , ejuſdem Divinitatis terrore refrenatur , ut prave agere metuat, ac totis deſideriis ad æternitatis gratiam pervenire concupiſcat.

Lib. 27. Moral. c. 8.

* reſonare

Regeſt. l. 7. Epiſt. 30.

EULOGIO quoque, Patriarchæ Alexandrino, de doctrina ſuæ Eccleſiæ , converſione hæreticorum, concordiaque Fidelium plauſibilia referenti , Gregorius „ ita reſcripſit: Quoniam in bonis, quæ agitis , ſcio quod & aliis congaudetis, „ veſtræ quoque gratiæ vicem reddo: quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc uſque remaneret, ex „ veſtræ mihi orationis adjutorio placuit, ut ad eam Monaſterii mei Monachum „ in prædicationem tranſmittere, Deo auctore, debuiſſem: *&c. uſque* in eo loco, ubi eſtis.

XL. Nihilominus eidem Auguſtino ſuper eiſdem miraculis inter alia ſcribit , in- „ quiens: Scio, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gentem , quam „ eligi voluit, magna miracula oſtendit . Unde neceſſe eſt , ut de eodem dono „ cœleſti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas : gaudeas , videlicet, „ quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur pertimeſcas vero, ne inter ſigna, quæ fiunt, infirmus animus in ſui „ præſumptione ſe elevet, ut unde foras per honorem tollitur, inde per inanem „ gloriam intus cadat, &c.

Lib. 9. Epiſt. 38.

XLI. Quæ autem de Gregorii miraculis penes eaſdem Anglorum Eccleſias vulgo leguntur, omittenda non arbitror, ne ſtudioſi lectoris animus, aut defraudaſſe pervicaciter, aut negligenter præteriiſſe me cognitionem congruam ſuſpicetur. Matrona quædam beato Gregorio, per ſtationes publicas Miſſarum ſolemnia celebranti, ſolitas oblationes obtulerat. Cui poſt myſteria traditurus cum diceret: Corpus Domini Noſtri JESU-CHRISTI conſervet animam tuam: laſciva ſubriſit. Ille continuo dexteram ab ejus ore convertens, partem illam Dominici corporis ſuper altare depoſuit. Expletis vero Miſſarum ſolemniis, matronam coram populo inquiſivit, quamobrem corpus Dominicum ſumptura * ridere præſumpſerit. At illa diu muſſitans, tandem prorupit, quia panem, inquiens, quem propriis manibus me feciſſe cognoveram, tu corpus Dominicum perhibebas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris cum tota plebe ſe in orationem proſtravit: & poſt paululum ſurgens, particulam panis, quam ſuper altare poſuerat, carnem factam reperit: quam coram cunctis incredulæ matronæ demonſtrans,

Anton. p. 2. c. 1. tit. 12. §. 2.

* ſuſceptura

ſtrans, ad credulitatis gratiam tam illam revocare potuit, quam totum popu- AN.CHR.
lum confirmare curavit. Rurſus itaque in orationem cum eiſdem proſtratus, 604
carnis fruſtum in panis primordia reformavit. 12.Martii.

Alio quoque tempore vir Dei Gregorius miraculum pene huic ſimile perpe- XLII.
travit. Nam cum petentibus quibuſdam Occidentalibus per Legatos, in ſingulis S. Ant. ubi
pyxidibus ſub nominibus petitorum Martyrum, brandeum *a* ſolito more con- ſup.
cludens, deſuper ſigillaſſet, Legatis largitus eſt. Illi ſuſceptas Reliquias vene-
ratione congrua deferentes, poſtquam quædam itineris milliaria conſumpſerunt,
ſtulte ſe tantum viaticum confeciſſe murmurare cœperunt, ſi neſciant utrum
Sanctorum oſſa, an magis carnes a Romano Pontifice ſuſcepiſſent. Itaque com-
muni conſilio, remoto Pontificali ſignaculo, reſeratiſque pyxidibus, particulas
brandei repererunt: Mox ad urbis mœnia cum furore nimio revertentes, per
Archidiaconum a Gregorio ſe deluſos fuiſſe, ut pro Reliquiis vilem pannum
ſuſciperent, flebiliter querebantur, dicentes, dominos ſuos pulcherrimis palliis
abundare, ac per hoc Romanorum vilibus brandeis non egere. Forte tunc Gre-
gorius Miſſarum ſolemnia celebrabat. Quibus expletis, ab eiſdem Legatis bran-
deum coram cunctis recipiens, ſuper altare compoſuit: ſeque cum omnibus in
orationem dedit, ut Deus omnipotens, utrum quod a liminibus Apoſtolorum
de more tranſmiſſum eſt, pro Reliquiis Martyrum venerari deberet, quanto-
cius indicaret. Deinde ab oratione ſurgens, incredulos Legatos propius aſtare
fecit *. Cultellum petiit: more ſanctiſſimi Papæ Leonis, brandeum pupugit: * præcepit
de cujus punctionibus ſanguis protinus emanavit. Quo miraculo tam Legati
confuſi, quam omnes, qui aderant, tremefacti, juſſu Gregorii cum eo terræ
proſtrati ſunt, nec ante ab oratione ceſſaverunt, quam cuncta brandeorum fo-
ramina divinitus clauderentur.

Quidam præterea divitum Romanorum relicta conjuge fuerat a Romano Pon- XLIII.
tifice communione privatus. Quod ille moleſtiſſime ferens, & auctoritatem tan-
ti Pontificis evacuare non prævalens, magorum ſuffragia requiſivit. Qui magnis
muneribus perſuaſi, poſſe ſe ſuis carminibus agere, ut immiſſo dæmone tam
diu caballus Pontificis vexaretur, quouſque cum ſeſſore ſuo periclitaretur, fi-
ducialiter promiſerunr. Hac inceſtus judex pollicitatione lætatus, magos juxta
viam, qua Pontiſex ad ſtationem profecturus erat, in edito ſtare permiſit, ut
videre tranſeuntes, non videri a tranſeuntibus poſſenr. Cumque magi ex plane-
tatorum mappulatorumque *b* proceſſionibus magnum Pontificem cognoviſſent,
immiſſo dæmone tam fortiter ejus equum vexari fecerunt, ut numquam a ſeſ-
ſore, ſive a ſtratoribus teneri poſſe putaretur. Tunc Gregorius, revelante Spi-
ritu-ſancto dæmoniacam immiſſionem * cognoſcens, facto Crucis ſigno *, tam * ſummiſ-
caballum a præſenti rabie liberavit, quam maleficos ex latente culmine jubens ſionem
deponere, perpetua cæcitate mulctavit. Quos reatum ſuum ſuggeſtione inceſti * ſignaculo
judicis confitentes, ac poſt multum temporis ad ſacri baptiſmatis gratiam ve-
nientes, luminibus quidem, ne magica relegerent, reddere noluit: eos tamen
Eccleſiaſtica ſtipe nutriri præcepit.

Legitur etiam penes eaſdem Anglorum Eccleſias, quod Gregorius per forum XLIV.
Trajani, quod ipſe quondam pulcherrimis ædificiis venuſtarat, procedens, judi-
cii ejus, quo viduam conſolatus fuerat, recordatus atque miratus ſit: quod ſci-
licet, ſicut a prioribus traditur, ita ſe habet. Quodam tempore Trajano ad im-
minentis belli procinctum vehementiſſime feſtinanti, vidua quædam proceſſit fle-
biliter dicens: Filius meus innocens, te regnante, peremptus eſt: obſecro, ut
quia eum mihi reddere non vales, ſanguinem ejus legaliter vindicare digneris.
Cumque Trajanus, ſi ſanus reverteretur a prælio, hunc ſe vindicaturum per
omnia reſponderet: vidua dixit: Si tu in prælio mortuus fueris, quis mihi præ-
ſtabit? Trajanus dixit *: Ille qui poſt me imperabit. Vidua dixit: Et tibi quid * reſpondit
pro-

a Brandeum Iſidoro zonarum genus, velum eſt quo corpus defendi, vel ſacræ Reliquiæ teguntur. Vide infra lib. 3. cap. 56. & Baron. To. 2. Annal. & Notas ad Martyrol. 25. Junii.

b Planetati, ſunt Diaconi; Mappulati, Subdiaconi: quorum illi Planetas ſeu Tunicas, hi mappulas quas Manipulos vocant, in ſacris officiis geſtare ſoliti ſunt, Vide infra lib. 4. cap. 2.

AN.CHR. 604 22. Martii. profuerit, ſi alter mihi juſtitiam fecerit? Trajanus reſpondit: Utique nihil. Et vidua: Nonne, inquit, melius tibi eſt, ut tu mihi juſtitiam facias, & tu pro hoc mercedem tuam recipias, quam alteri hanc tranſmittas? Tunc Trajanus ratione pariter, pietateque commotus, equo deſcendit, nec ante diſceſſit, quam judicium viduæ per ſemet imminens profligaret. Hujus ergo manſuetudinem judicis aſſerunt Gregorium recordatum ad ſancti Petri Apoſtoli Baſilicam perveniſſe: ibique tamdiu ſuper errore tam clementiſſimi Principis defleviſſe, quouſque reſponſum ſequenti nocte cepiſſet, ſe pro Trajano fuiſſe auditum *, tantum pro nullo ulterius pagano preces effunderet. Sed cum de ſuperioribus miraculis Romanorum ſit nemo qui dubitet, de hoc quod apud Saxones legitur, hujus precibus Trajani animam ab inferni cruciatibus liberatam, ob id vel maxime dubitari videtur, quod tantus Doctor nequaquam præſumeret pro pagano prorſus orare, qui quarto Dialogorum ſuorum libro docuerit, eamdem cauſam eſſe, cur non oretur a Sanctis in futuro judicio pro peccatoribus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt, ut non orent ſancti homines pro hominibus infidelibus impiiſque defunctis: non advertentes, quia non legitur pro Trajano Gregorium exoraſſe, ſed tantum fleviſſe. Sic enim cum non oraverit Gregorius, plangendo potuit exaudiri, ſicuti Moyſes cum dolendo taceret, potuit clamaſſe videri: cui Dominus tacenti labiis: Quid clamas, inquit, ad me? Nimirum Deus omnipotens corda reneſque ſcrutatur, & frequenter ea miſertus concedit, quæ homo quamvis ut carnalis deſideret, ea tamen petere non præſumit. Unde Pſalmiſta: *Deſiderium pauperum exaudivit Dominus:* & „ *Deſideria cordis eorum audivit auris tua*. Et notandum, quia non legitur Gregorii precibus Trajani anima ab inferno liberata, & in paradiſo repoſita: (quod omnino incredibile videtur propter illud, quod ſcriptum eſt: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu-ſancto, non intrabit in regnum cœlorum:*) ſed ſimpliciter dicitur, ab inferni ſolummodo cruciatibus liberata. Quod videlicet poteſt videri credibile, quippe cum ita valeat anima in inferno exiſtere, & inferni cruciatus per Dei miſericordiam non ſentire, ſicuti unus gehennæ ignis valet omnes peccatores pariter detinere: ſed per Dei juſtitiam cunctos non valet æqualiter exurere. Nam uniuſcujuſque quantum meruit culpa, juſto Dei judicio tantum ſentietur & pœna.

* V. Notas in 2. Vitam num. 21.

Exo. 14.

Pſal. 9.

Pſal. 9.

Joan. 3.

XLV. Ex prato ſpirituali cap. 192.

Nihilominus ex libro, qui a Græcis λειμὼν dicitur, a Latinis vero intelligitur campus, vel pratum, præceptor meus inter alia toto orbe jam diffamata miracula interpretatus eſt, mihi ſcribens: Enarravit nobis Presbyter nomine Petrus de ſancto Gregorio Papa Romano (illinc enim erat reverentiſſimus hic Preſbyter.) Is, inquit, effectus Papa, ædificavit Monaſterium virorum magnum, & dedit mandatum, ut nullus Monachorum proprium aliquid haberet uſque ad unum obolum. Frater ergo de Monaſterio habebat fratrem ſæcularem, & poſtulavit eum, dicens: Caſulam *a* non habeo: ſed fac charitatem: eme mihi. Dicit ei ſæcularis frater: Ecce tria numiſmata ſuſcipiens, compara, qualis tibi placet. Acceptis itaque Monachus tribus numiſmatibus habebat ea apud ſe. Alius autem Frater videns eum habentem tria numiſmata, pergens nuntiavit Abbati. Abbas vero audiens *, retulit beatiſſimo Papæ. Beatiſſimus autem Gregorius diſcens hoc ab Abbate, ſegregavit eum a communione, tamquam qui ſolverat Regulam Monaſterii. Igitur poſt modicum temporis moritur Frater ſegregatus, neſciente Papa. Poſt duos ergo aut tres dies pergens Abbas nuntiavit ei, quia Frater requievit. In hoc itaque non mediocriter triſtatus eſt, quia antequam exiret de hac vita, non ſolvit eum ab excommunicationis epitimio *b*: & ſcribens orationem in pyctatio, dedit uni Diaconorum ſuorum, jubens ei ire, & ſuper Fratrem legi eam. Erat autem oratio ſolvens ab excommunicatione defunctum. Vadit ergo Diaconus, ſicut præceptum ei fuerat, & ſu-

* videns

a Caſula veſtis ſeu tunica Monachorum, licet vulgo ſumatur pro caſula Presbyteri, de qua notanda verba Synodi ſub Carlomanno habitæ anno 742. *Decrevimus quoque ut Presbyteri vel Diaconi, non ſagis laicorum more, ſed caſulis utantur ritu ſervorum Dei*, id eſt Monachorum.

b Epitimium, multa Eccleſiaſtica; pittacium, tabella litteraria.

ſuper tumulum fratris legit pictatium, habens orationem. Et ipſa nocte vidit AN.CHR.
Abbas Fratrem illum defunctum, & dixit ei: Non es mortuus Frater? Ille re- 604
ſpondit, Etiam. Et iterum interrogavit eum Abbas: Ubi eras uſque hodie? 12.Martii.
Reſpondit Frater: Vere domine in cuſtodia, & uſque heri non ſum * abſolu- * fui
tus. Notum itaque factum eſt omnibus, quia in hora, qua Diaconus orationem
dixit ſuper ſepulchrum, in ea hora abſolutus eſt ab excommunicatione, & li-
berata eſt a damnatione *a* anima ejus.

Igitur Gregorius non ſolum Saxones * in propriis ſedibus commanentes Chri- XLVI.
ſto Domino dedicavit, verumetiam pueros eorum per exteras regiones diffuſos, * id eſt Anglos.
ſuis pretiis comparans annualiter, ad cognitionem Fidei deducebat. Unde CAN- Regeſt.l.5.
„ DIDUM Presbyterum commonet dicens: Pergens, auxiliante Domino Deo No- Epiſt. 10.
„ ſtro JESU-CHRISTO, ad patrimonium, quod eſt in Galliis gubernandum,
„ volumus ut dilectio tua ex ſolidis, quos acceperit, veſtimenta pauperum, vel
„ pueros Anglos, qui ſunt ab annis decem & ſeptem, vel decem & octo, in
„ Monaſteriis dati, ut Deo proficiant, comparent; quatenus ſolidi Galliarum,
„ qui in terra noſtra expendi non poſſunt, apud locum proprium utiliter ex-
„ pendantur, *&c. uſque* debeat baptizare.

Sardiniæ quoque ruſticos mitiſſimus rector Gregorius in errore vetuſtiſſimo * XLVII.
adeo permanere condoluit, ut JANUARIUM Caralitanum Epiſcopum pro negli- * vetuſtatis
„ gentiis increpando, inter cetera ſcribat: Accidit aliud valde lugendum, quia Lib. 3.
„ ipſos ruſticos, quos habet Eccleſia, nunc uſque in infidelitate remanere ne- Epiſt. 26.
„ gligentia fraternitatis veſtræ permiſit. Et quid vos admoneo, ut ad Dominum
„ extraneos adducatis, qui veſtros ab infidelitate negligitis corrigere? *&c. uſ-*
„ *que* ad rectitudinem feſtinare.

Quod cum Gregorius fructuoſe ſimulque ſalubriter in Sardiniæ ruſticos proceſ- XLVIII.
ſiſſe cognoſceret, etiam in Judæos patrimoniorum ſuorum ruſticos non diſſimili- Lib. 4.
„ ter eſt conatus extendere. Unde CYPRIANO Diacono ſcribit dicens: Per- Epiſt.6.
„ venit ad me, eſſe Hebræos in poſſeſſionibus noſtris, qui converti ad Deum
„ nullatenus volunt. Sed videtur mihi, ut per omnes poſſeſſiones, in quibus ipſi
„ Hebræi eſſe noſcuntur, epiſtolas tranſmittere debeas, eis ex me ſpecialiter
„ promittens, quod quicumque ad verum Dominum Deum noſtrum JESUM-
„ CHRISTUM ex eis converſus fuerit, onus poſſeſſionis ejus ex aliqua parte
„ imminuetur, *&c. uſque* pro Chriſto dimittimus.

Enimvero tam levigationibus dationum, quam promiſſionibus regni cœlorum XLIX.
Judæi per diverſa loca redire ad Chriſtum, quem patres eorum negaverant, ve-
nire * cœperunt. Quibus cum ſalute animæ veſtimenta quoque baptizandis ha- * venientem
„ bilia conferebat. Unde FANTINO Defenſori: Domina, inquit, Abbatiſſa Lib. 7.
„ Monaſteri S. Stephani, quod in Agrigentino *b* eſt territorio conſtitutum, in- Epiſt. 24.
„ dicante, comperimus multos Judæorum ad Chriſtianam Fidem, divina gratia
„ inſpirante, velle converti: ſed eſſe neceſſarium, ut aliquis illuc ex noſtro
„ mandato debeat proficiſci. Proinde hujus tibi auctoritatis tenore præcipimus,
„ ut omni excuſatione ſummota, ad prædictum locum pergere, & deſiderium
„ eorum tuis, Deo propitio, adhortationibus adjuvare feſtines. Quibus ta- NOTA.
„ men, ſi longum vel triſte videtur ſolemnitatem ſuſtinere Paſchalem *c*, &
„ eos nunc ad baptiſma feſtinare cognoſcis; ne (quod abſit) longa dilatio eo-
„ rum retro poſſit animos revocare, cum Epiſcopo loci ipſius loquere, ut pœ-
„ nitentia ac abſtinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico, aut ſi
„ ce-

---

a Nempe a damnatione Purgatorii non Inferni. Vide Notas in Vitam S. P. Benedicti cap. 23.

b Agrigentum, *Gergenty*, urbs Epiſcopalis Siciliæ ſub Archiepiſcopo Panormitano.

c Solemne fuit quondam in Eccleſia, ut Baptiſmus ſola Paſchatis vel Pentecoſtes vigilia frequentaretur. Qui mos non ſolum ad Caroli Magni tempora viguit in Eccleſia Gallicana, ſed uſque ad ſeculum 11. perduravit. Nam in Conc. Rotomagenſi anno 1072. apud Ordericum Vital. lib. 4. Hiſt. Eccl. pag. 529. ſtatuitur, *ne generale Baptiſma niſi Sabbato Paſchæ & Pentecoſtes fiat*. In Britannia Baptiſmo aliquando deputati ſunt dies Paſchæ, Pentecoſtes, & Epiphaniæ, ut patet ex Synodo S. Patricii cap. 19. Plura item Anglorum millia in Natali Domini baptizantur ſupra cap. 39. Certe Chlodoveus I. Franc. Rex eadem die Baptiſmo initiatus eſt. De Baptiſmo in die Natali S. Joannis Bapt. teſtis eſt Gregorius Turon. in lib. 8. cap. 9. Synodus tamen Autiſſiodorenſis anno 586. habita ſolum Paſchatis diem can. 18. adſignat. Quoad Catechumenorum pœnitentiam, Albaſpinæus in lib. 2. Obſervat. 1. contendit, illam ab Epiſcopis non iniſſe impoſitam, cui Auctori locus iſte non parum adverſatur.

AN.CHR. „ celeberrima feſtivitas ſortaſſis occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia
604 „ protegente, baptizet; quia & temporis qualitas propter eam, quæ ſibi im-
12.Martii. „ minet, damnationem * impellit, ut deſideria eorum nulla debeant dilatione
* cladem „ differri. Quoſcumque vero ex eis pauperes, & ad veſtem ſibi emendam non
„ ſufficere poſſe cognoſces, te eis veſtem, quam ad baptiſmum habeant, com-
„ parare volumus ac præbere: in quibus pretium, quod dederis, tuis noveris
„ rationibus imputandum. Si vero ſanctum Paſcha elegerint expectare, ite-
„ rum cum Epiſcopo loquere, ut modo quidem Catechumeni fiant, atque ad
„ eos frequenter accedat, geratque ſollicitudinem, & animos eorum admoni-
*elongatus „ tione ſuæ adhortationis accendat; ut quanto, quæ expectatur, eſt longa *
*præparare „ feſtivitas, tanto ſe præparant *, & eam deſiderio ferventi debeant ſuſtinere.
Lib.7 Ep.2 „ Item Petro Epiſcopo Corſicæ, inter alia: Tranſmiſimus, ait, fraternitati
„ tuæ quinquaginta ſolidos ad veſtimenta eorum, qui baptizandi ſunt, compa-
„ randa.

L. Nihilominus pro Arianorum parvulis Fidei Catholicæ ſociandis, Gregorius
Lib. 1. Epiſt. 17. Paſtoralis curæ ſollicitudinem prorſus extendit. Quapropter univerſis Epiſcopis
„ Italiæ ſcribens, ait: Quoniam nefandiſſimus Autharith *a* in hac, quæ nuper
* exempta „ expleta * eſt, Paſchali feſtivitate, Langobardorum filios in Fide Catholica
„ baptizari prohibuit, pro qua culpa eum Divina majeſtas extinxit, ut ſolem-
„ nitatem Paſchæ ulterius non videret; veſtram fraternitatem decet cunctos
„ per loca veſtra Langobardos admonere, ut quia ubique gravis mortalitas
„ imminet, eoſdem filios ſuos, in Ariana hæreſi baptizatos, ad Catholicam
„ Fidem concilient: quatenus iram ſuper eos omnipotentis Dei placent. Item
Lib. 2. ep. 2. Ind. 10. „ PROJECTITIO Epiſcopi Narnienſi: Pervenit ad nos, peccatis imminenti-
„ bus, in civitate veſtra Narnienſi mortalitatem omnino graſſari: *&c. uſque*
„ facinoribus abſoluti.

LI. Igitur prudentiſſimus paterfamilias Chriſti Gregorius ſingulis Diaconiis, vel
Xenodochiis viros idoneos deputavit: quos etiam, ut ſecurius, immo ſagacius
in opere pietatis ac miſericordiæ laborarent, hujuſmodi privilegiis muniendos
S Anton in chron. p.2. cap.3. §.9. „ eſſe decrevit. Licet eos, qui pia intentione ſollicitudinis curam debilibus ac
„ egenis impendunt, ſua apud omnes valeat tueri devotio; melius tamen eſt,
„ ſi pro quiete ſua de his fuerint muniti, quæ geſſerint: ne inde eis inquieti-
Regeſt.l.9. Ep. 24. „ tudinis occaſio, unde magis laudandi ſunt, oriatur, *&c. uſque* compenſante
„ recipias.

LII. Hæc quidem Gregorius intra, vel extra urbem ſtudio pietatis exercuit: ceterum PROBUM religioſum Abbatem cum multis pecuniis Hieroſolymam deſtinavit cujus inſtantia venerabile Xenodochium conſtituit & tam ibi, quam in monte Sina penes Arabiam, Dei famulis ſub regimine PALLADII conſtitutis, quotidiani victus & veſtimenti copiam quamdiu vivere potuit, annualiter mittere procuravit.

LIII. Nihilominus per diverſas provincias pro cuſtodia ſacræ religionis, rebuſque pauperum ſtrenue gubernandis, Eccleſiæ ſuæ viros induſtrios, rectores patrimoniorum aſcivit. In quibus CYPRIANUM Diaconum patrimonii Siculi, PANTALEONEM Notarium Syracuſani, FANTINUM Deſenſorem Panormitani, SERGIUM Deſenſorem Calabritani, ROMANUM Notarium Apuli, BENENATUM Deſenſorem Samnitici, ANTHEMIUM Subdiaconum Neapolitani, PETRUM Subdiaconum Campani, CANDIDUM Deſenſorem Tuſci, URBICUM Deſenſorem Sabini, OPTATUM Deſenſorem Nurſini, BENEDICTUM Notarium * Carſeolani (* Deſenſorem.), FELICEM Subdiaconum Appiæ, CASTORIUM Chartularium Ravennatis, CASTORIUM Notarium Hiſtriani, ANTONIUM Subdiaconum Dalmatiani, JOANNEM Notarium Illyriciani, SYMMACHUM Deſenſorem Sardiniæ, BONIFACIUM Notarium Corſicani, PANTALEONEM Notarium Liguriæ, HIERONYMUM Deſenſorem Alpium Cottiarum, HILARIUM Notarium Germanitiani, & CANDIDUM Presbyterum Galliciani.

Hæc

a Autharith Rex Langobardorum, anno 590. veneno Papiæ necatus.

Hæc autem prudentiſſimus Pater Gregorius, non ſolum in Romana, ſed & per AN.CHR.
diverſas Eccleſias perpetualiter obſervanda cenſebat. Unde JANUARIO Cara- 604
,, litano Epiſcopo inter cetera ſcribit dicens: Indicatum eſt nobis, quod laicis 12.Martii.
,, quibuſdam curam veſtri patrimonii committentes, poſtmodum in ruſticorum Reg. lib.7.
,, veſtrorum deprædationibus, atque per hoc & fatigationibus fuerint deprehen- ep. 66.
,, ſi, & reddere res quas indecenter retinent, habitas quaſi ſuæ ditionis, quippe
,, veſtræ non ſuppoſiti curationi poſtponunt, vobiſque deſpiciant actuum ſuo-
,, rum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtricte a vobis diſcuti convenit,
,, atque inter eos, Eccleſiæque veſtræ ruſticos cauſam examinari ſubtilius: ut
,, quidquid in eis fuerit fraudis inventum, cum pœna legibus ſtatuta reddere
,, compellantur. De cetero vero cavendum a fraternitate veſtra eſt, ne ſæcu-
,, laribus viris, atque non ſub regula veſtra degentibus, cujuslibet res Eccleſiæ
,, committantur, ſed probatis de veſtro officio Clericis: in quibus ſi quid repe-
,, riri poterit pravitatis, ut in ſubditis emendare, quod illicite geſtum fuerit,
,, valeatis: quo videlicet apud vos habitus ſui officium magis commendet *, * conveniat
,, quam excuſet.

Singula Eccleſiaſtici juris officia, ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim * com- LIV.
mitti debere jubebat, aſſerens, quia ſicut in uno coepore multa membra habe- * ſingillatim
mus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita in Eccleſiæ cor- Ivo par 6.
pore ſecundum veridicam Pauli ſententiam, in uno eodemque ſpiritu, alii con- cap. 344. Ro. 12.
ſerendum eſt hoc officium, alii committendum eſt illud: neque uni, quantumlibet exercitatæ perſonæ, uno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diverſa officia, & robur corporis ſervat, & pulchritudinem repræſentat: ita varietas perſonarum per diverſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, ut in corpore humano alterum membrum alterius ſungatur officio, ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Hinc eſt, quod quibuſdam ambitioſis, ſicut in ſuis litteris, quas ego ſtudio brevitatis omiſi, poterit inveniri, moderationis fræna frequenter impoſuit. Unde ANTHEMIO Subdiacono pro PASCHASIO Epiſcopo, qui per ſemetipſum ſibimet Major-domus, & Vicedominus permanebat, inter ce-
,, tera præcepit, dicens: Volumus autem, ut frater noſter Paſchaſius, & Vi- Lib. 9.
,, cedominum ſibi ordinet, & Majorem domus: quatenus poſſit, vel hoſpitibus Epiſt. 66.
,, ſupervenientibus, vel cauſis, quæ eveniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si
,, vero vel negligentem eum proſpicis, vel ea, quæ dicimus, implere differen-
,, tem; omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi conſilio ipſi eligant, quo-
,, rum perſonæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari. Item Ravennatibus
,, Clericis, ad Monaſteriorum regimina importune tendentibus reſtitit, JOAN- Lib. 4.
,, NI Ravennati Epiſcopo ſcribens: Pervenit ad me, quod in Eccleſia fraterni- Epiſt. 3.
,, tatis tuæ aliqua loca dudum Monaſteriis conſecrata, nunc habitacula Clerico-
,, rum, aut etiam laicorum facta ſunt: dumque hi, qui ſunt in Eccleſiis, fin-
,, gunt ſe religioſe vivere, Monaſteriis præponi appetunt, & per eorum vitam
,, Monaſteria deſtruuntur. Nemo enim poteſt, & Eccleſiaſticis obſequiis deſer-
,, vire, & in Monachica regula ordinate perſiſtere: ut ipſe diſtrictionem Mo-
,, naſterii teneat, qui quotidie in Miniſterio Eccleſiaſtico cogitur permanere.
,, Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum eſt, emendare feſtinet;
,, quia ego nullo modo patior, ut loca ſacra per Clericorum ambitum deſtruan-
,, tur. Item MARIANO Epiſcopo Ravennæ: Dudum ad nos multorum rela- Lib. 7.
,, tione pervenerat, Monaſteria in Ravennæ partibus conſtituta, omnino Cleri- Epiſt. 40.
,, corum veſtrorum dominio prægravari: ita ut occaſione quaſi regiminis, ea
,, (quod dici grave eſt) velut in proprietate poſſideant. Quibus non modicum
,, condolentes, deceſſori veſtro litteras miſimus, ut hoc emendare per omnia de-
,, buiſſet. Sed quoniam vitæ eſt termino citius occupatus, ne hoc onus Mona-
,, ſteriis remaneret, fraternitati veſtræ eadem nos ſcripſiſſe recolimus. Et quia,
,, ut comperimus, in hujus rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hæc ad vos

AN.CHR. „ iterum prævidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora omni-
604 „ que excuſatione ſummota, ita Monaſteria ipſa ab ejuſmodi ſtudeatis grava-
12. Martii. „ mine relevare, quatenus nullam deinceps in eis Clerici, vel hi qui in ſacro
„ ſunt Ordine conſtituti, ob aliud habeant, niſi orandi tantummodo cauſa, ac-
„ cedendi licentiam: aut ſi forte ad peragenda ſacra Miſſarum fuerint invitati
„ myſteria. Sed ne vel pro cujuslibet Monachi aut Abbatis promotione onus a-
„ liquod fortaſſe ſuſtineant, ſtudendum nobis eſt, ut ſi quiſpiam Abbatum aut
„ Monachorum ex quocumque Monaſterio ad Clericatus officium, vel Ordinem
„ ſacrum acceſſerit, non illic aliquam habeat, ut diximus, ulterius poteſta-
„ tem *a*: ne Monaſteria hujus occaſionis velamine, ea, quæ prohibemus, ſu-
„ ſtinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare jam
„ ſecundo commonita Sanctitas veſtra non differat: ne ſi poſt hoc negligentes vos
„ eſſe (quod non credimus) ſenſerimus, aliter Monaſteriorum quieti proſpice-
„ re compellamur. Nam notum vobis ſit, quia tantæ neceſſitati ſervorum Dei
„ congregationem amplius ſubjacere non patimur. Item MAXIMIANO Epi-
Reg. lib. 3. „ ſcopo Syracuſano poſt aliqua: Presbyteros, Diaconos, ceteroſque cujuslibet
ep. 11. Ind. „ Ordinis Clericos, qui in Eccleſiis quoquomodo militant, Abbates fieri per
12. „ Monaſteria non permittas, *&c. uſque* Monachatus impediatur.

LV. Qualiter ſane Gregorius per procuratores Eccleſiaſticorum patrimoniorum,
S. Ant. in chron. p. 2. velut Argus quidam luminoſiſſimus, per totius mundi latitudinem ſuæ paſtora-
tit. 12. §. 20. lis ſollicitudinis oculos circumtulerit, non ab re forſitan duxerim perſtringendum.
Reg. lib. 1. „ Ait enim in epiſtola ANTHEMIO Subdiacono: Diſcedenti tibi mandavimus, &
ep. 37. „ poſtmodum præceptis diſcurrentibus injunxiſſe me memini, ut curam paupe-
„ rum gereres: & ſi quos illic egere cognoſceres, ſcriptis recurrentibus indica-
„ res: & vix de paucis hæc facere curaſti. Volo autem, ut Domnæ Patriar-
„ chiæ meæ mox, ut præſentem juſſionem ſuſceperis, offeras ad calciarium pue-
„ rorum ſolidos quadraginta, & tritici modios quadringentos: Domnæ Palati-
„ næ relictæ Urbici ſolidos viginti, & tritici modios trecentos: Domnæ Vivia-
„ næ relictæ Felicis ſolidos viginti, & tritici modios trecentos, qui omnes ſimul
„ octoginta ſolidi in tuis rationibus imputentur. Summam vero penſionis ſub
* adducito „ feſtinatione tranſmitte *, & ad Paſchalem diem, Domino auxiliante, oc-
Reg. lib 1. ep. 23. c. 3. „ currito. Item eidem: Inſinuatum nobis eſt, ancillas Domini quaſdam Nola-
* Aboridans domo commanentes. „ næ civitatis, in Boritana domo commorantes *, nimiam victus, veſtituſque
„ penuriam ſuſtinere. Quibus ex præcepto Dei ſubvenire nos convenit, & ino-
„ piam earum, quantum poſſumus, donante Domino ſublevare. Propterea *
* præterea „ experientiæ tuæ præſenti juſſione mandamus, ut hac præſenti nona * Indictione
* de hac præſ. nova „ quadraginta in auro eis ſolidos dare debeas: & deinceps ſuccedentibus Indi-
„ ctionibus annuos viginti ſolidos miniſtrare, qui tuis poſſint rationibus imputa-
„ ri. Præterea PAULINO Presbytero Monaſterii ſancti Eraſmi, quod in late-
„ re montis Soractis ſitum eſt, ſed & duobus Monachis in Oratorio ſancti Ar-
„ changeli ſervientibus, quod in Lucullano noſtro caſtro juxta ſancti Petri Baſi-
„ licam eſſe dinoſcitur, binos te tantummodo ſolidos dare præcipimus, qui &
„ ipſi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac, ut impenſæ mercedis tu quo-
Reg. lib. 1. ep. 65 Ind. 9 „ que participium ſortiaris. Item eidem: Si in proximorum neceſſitatibus, ha-
„ bita compaſſione, benigna mente concurrimus, noſtris proculdubio petitioni-
„ bus clementem Dominum reperimus. Palatina ſiquidem illuſtris femina con-
„ tinua hoſtilitate inſinuavit ſe plurimis neceſſitatibus ſubjacere. Propterea expe-
„ rientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, ut ei pro ſuſtentatione ejus an-
„ nuos ſolidos triginta dare non differas, qui tuis poſſint poſtmodum rationibus
„ imputari. Ita ergo fac, ut & tu bene miniſtrando mercedis commodum per-
Reg. lib. 1. ep. 18. Ind. 9. „ cipias, & noſtra ad effectum præcepta perducas.
„ Item PETRO Subdiacono: Inſinuatum nobis eſt Marcellum Barumtanæ
Ec-

a Et tamen Gregorius ipſe in litteris ad Urbicum Abbatem lib. 9. Epiſt. 42. *Volumus*, inquit, *ut* DOMITIUS *Presbyter*, *Abbas eſſe Lucuſiani Monaſterii debeat*. Certe in Gallia pauci admodum Abbates Sacerdotii expertes hoc tempore erant, immo & Monachi. Vide primam S. Maximini Abbatis Miciacenſis Vitam num. 16. Quam ergo hic præſcribit Gregorius, ſpecialis pro loco illo conſtitutio eſt, ad retundendam Clericorum Monaſteriis inhiantium cupiditatem. Confer cap. 14. ſupra.

„ Eccleſiæ, ibidem in civitate Panormitana in Monaſterio ſancti Adriani in AN.CHR.
„ pœnitentiam deputatum, non ſolum victus neceſſitatem pati, ſed & nudi- 604
„ tatis nimiam ſuſtinere moleſtiam. Pro quá re neceſſe habemus ſtrenuita- 12 Martii:
„ ti tuæ præſenti juſſione præcipere, ut ipſi pro victu ac veſtimento, ſtra-
„ toque ad continentiam, pueroque ejus annonam, quantam proſpexeris ſatis
„ eſſe, conſtitutas, *&c. uſque* participari mercede. Item eidem Monaſterium Lib. 2.
„ S. Archaugeli, *&c. uſque* ſollertes perſtiterint. Item eidem: Divina præce- Epiſt. 1. &
„ pta nos admonent, *&c. uſque* particeps inveniri. 44.

„ Item Gregorius CYPRIANO Diacono: Coſmas ex variis periculorum ne- Reg. lib. 2.
„ ceſſitatibus, multis ſe dicit debitis obligatum, ita ut pro eis a creditori- ep.55. c.94.
„ bus ſuis ſuos dicat filios detineri. Quæ res, ſi ita eſt, nos omnino commo-
„ vet *, *&c. uſque* eſſe reputandum. Idem eidem: Zeno frater & Coepiſco- * commovit.
„ pus noſter, quoſdam in civitate ſua alimoniarum neceſſitatem innotuit, ſu- Reg. lib 5.
„ ſtinere. Quibus quoniam, ut poſſibile eſt, aliquod deſideramus ferre con- ep. 4. Ind.
„ ſultum, idcirco dilectionem tuam antedicto Fratri noſtro mille modios tri- 14.
„ tici, aut, ſi plus levare potuerit, uſque ad duo millia ſcriptis te dare præ-
„ ſentibus deputamus. Hortamur ergo, ut in his præbendis nullam moram,
„ aut excuſationem adducas: quatenus, dum tempus ſinit, & hinc cum Dei
„ adjutorio ſine periculo ad propria remeare, & citius neceſſitatem patienti-
„ bus valeat ſubvenire. Item Gregorius EUSEBIO religioſo Abbati. Credat Reg. lib.2.
„ mihi charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, *& cetera*. ep.24. Ind.
„ Propterea centum ſolidos per Petrum ſubdiaconum dilectioni tuæ dari fe- 10.
„ cimus *, quos peto, ut abſque injuria ſuſcipias. * mandamus.

„ Item Gregorius CANDIDO Defenſori. Neceſſitatem patientibus Ponti- Reg. lib. 3.
„ ficale convenit adeſſe ſubſidium. Pro quo * experientiæ tuæ præſenti au- ep. 28.
„ ctoritate præcipimus, quatenus Albino privato luminibus, filio quondam * qua re Reg. lib.3.
„ Martini coloni, ſingulis annis duos tremiſſes ſine aliqua dilatione præſtare ep.41.
„ non deſinat: non dubitatura, ſuis hoc ſine dubio rationibus imputari. Item
„ Gregorius FANTINO Defenſori: Lator præſentium, Coſmas Syrus, in
„ negotio, quod agebat, debitum ſe contraxiſſe perhibuit: quod & multis
„ aliis, & lacrymis ejus atteſtantibus verum eſſe credimus. Et quia centum
„ quinquaginta ſolidos debebat, volui ut creditores illius cum eo aliquid pa-
„ ciſcerentur: quoniam & lex habet, quod homo liber nullatenus pro debi-
„ to teneatur, ſi res defuerint, quæ poſſint eidem debito addici, *&c. uſque* Reg lib.4.
„ ſcripto conficiant. Item Gregorius CASTORIO Diacono, & chartulario ep.24. c.68.
„ Ravennæ, inter cetera: Valerianum Monachum, quem emendatum in Mo-
„ naſterio beati Joannis in Claſſe poſito tradidiſti, in eodem eum Monaſterio
„ ſine dubio volumus permanere. Præterea ne quam neceſſitatem in expen-
„ ſis tua experientia patiatur, de redditibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui
„ illic te providente aggregati ſunt, omnes expenſas tuas te facere volumus:
„ & ſi quid ſuperfuerit, nobis, cum veneris, defer. Item Gregorius ROMANO Reg. lib.7.
„ Defenſori: Divinorum nos admonent eloquia præceptorum, neceſſitatem pa- ep.38. Ind.
„ tientibus Eccleſiaſticum præbere ſubſidium. Quia ergo dilectiſſimus filius 2.
„ noſter Cyprianus Diaconus, Gaudioſum Defenſorem Sedis noſtræ qui Sy-
„ racuſis degere comprobatur, paupertatis aſſeruit inopia conſtringi; idcirco
„ experientiæ tuæ præſentium auctoritate mandamus, ut a præſenti ſecunda
„ Indictione ſex ſolidos annis ſingulis ei dare non differas, ut & ille hujus
„ remedii ſolatio potiatur, & tu quod dederis, tuis ſine dubio noveris ra-
„ tionibus imputandum.

„ Item Gregorius Libertino Expætori: Quanta vos ſæculi hujus premat Reg. lib.8.
„ anguſtia, incognitum non habemus. Sed quia in ſumma tribulatione poſi- ep. 31.
„ tis ſola eſt conſolatio miſericordia Creatoris, in eum ſpem veſtram ponite,
„ ad ipſum vos tota mente convertite, qui & juſte, quem vult, permittit affli-
„ gi, & confidentem in ſe miſericorditer liberabit, *&c. uſque* beneficia æterna Reg. l. 11.
„ præſtare. Item Gregorius PHILIPPO Epiſcopo: Suſcepi Epiſtolas dilectionis tuæ, ep. 62.
„ in quibus mihi innoteſcere curaſti *, quod vir venerabilis Andreas Presbyter * curavit
 „ de

AN.CHR. ,, de hac luce migraverit. De cujus ereptione gaviſus ſum, quia ad ea quæ
604 ,, ſemper expetiit gaudia æterna pervenit. De ſolidis vero, qui pro facien-
12.Martii, ,, do Xenodochio a filio noſtro Probo abbate Hieroſolymis relicti ſunt, hoc
,, quod deliberatum fuerat, ut fieri debuiſſet, immutare non potui, ſed be-
,, nedictionem parvulam ſanctitati veſtræ quinquaginta ſolidos tranſmiſi.

LVI. Longum eſt, nimiſque difficile, ſi eleemoſynarum ejus ſaltem hujuſmodi
Reg. lib.4. proſequar actiones: hoc breviter aſſero, quia & non petentibus ultro di-
ep.30. c.74. ſtribuit, & omnibus ſibi petentibus hilariter miniſtravit. Unde Eliæ Preſ-
,, bytero & Abbati Provinciæ Iſauriæ: Evangelia, inquit, ſicut mandaſtis
,, tranſmiſimus. Et poſt pauca: Solidos autem vobis voluiſtis pro neceſſita-
,, tibus Cellæ quinquaginta tranſmitti, *&c. uſque* præſumere debetis.

LVII. ,, Item eidem JULIANO: Gloriæ veſtræ ſcripta ſuſcipiens, legenda læ-
Lib. 11. ,, tus aperui, ſed triſtis perlecta replicavi. In eis quippe dicebatur, quod
Epiſt. 21. ,, pudoris cauſa fuerit, mihi vos ea quæ dicenda erant, tempore multo ta-
,, cuiſſe. Et certum eſt, quia minus amatur, qui adhuc erubeſcitur. Abſ-
,, que modo contriſtatus ſum, quia me a vobis comperi minus, quam æſti-
,, maveram amari. In hoc autem valde me continetis, ſi mercedis cauſas
,, mihi aſſidue providendas ſtudioſe non requiritis. Nec debet eſſe verecun-
,, diæ ei aliquid de eleemoſynis importune dicere, quem conſtat non ſuas,
,, ſed ad diſpenſandum res pauperum habere, *&c. uſque* benedictio offertur.

LVIII. Sane quia ſunt nonnulli, qui ea quidem quæ habent tribuunt, ſed aliena
Reg. l.11. quæ non habent rapere non deſiſtunt; & dum valde videri munifici appe-
ep.41. tunt, violenter ab habentibus auferunt, quæ quaſi miſericorditer non haben-
tibus largiantur; duas hic Gregorii epiſtolas inſero, quibus liberalitatis ejus
innocentia mirabiliter doceatur. Ait enim in epiſtola PANTALEONI No-
,, tario: Experientia tua, quod vel quale apud ſacratiſſimum corpus B. Pe-
,, tri Apoſtoli jusjurandum præbuit, memor eſt. Unde nos quoque ſecuri
* ei ,, diſcuſſionis tibi * cauſas in patrimonio partis Syracuſanæ commiſimus. O-
,, portet ergo te fidem tuam, & ejuſdem beati Petri Apoſtoli timorem ſem-
,, per ante oculos habere, atque ita agere, ut neque in præſenti vita ab ho-
,, minibus, neque ab omnipotenti Deo in extremo judicio valeas reprehen-
Salerio ,, di. Valerio * ſiquidem Chartulario noſtro narrante cognovimus, quia mo-
,, dium, cum quo coloni Eccleſiæ frumenta dare compellebantur, viginti &
,, quinque ſextariorum inveneris, quod omnino * execrati ſumus, atque eam-
* omnimodo. ,, dem diſcuſſionis cauſam te tarde feciſſe doluimus, *&c. uſque* examine ha-
,, bebis.

LIX. ,, Item idem PETRO Subdiacono: Quod reſponſalem tuum tarde dimi-
Lib. 1. ,, ſimus, Paſchalis feſtivitatis occupationibus implicati eum relaxare citius
ep. 42. ,, minime valuimus *. Cauſas vero de * quibus indicandum curaſti, omnes
* potuimus ,, ſubtiliter perquirentes, qualiter diſpoſuimus, inferius agnoſces. Cognovi-
* in ,, mus ruſticos Eccleſiæ vehementer in frumentorum pretiis gravari *, itaut
* aggravari ,, inſtituta ſumma eis in compatatione, abundantiæ tempore non ſervetur.
,, Et volumus, ut juxta pretia publica in omni tempore ſive minus, ſive
,, amplius frumenta naſcantur, in eis comparationis menſura teneatur. Fru-
* perierunt ,, menta autem, quæ naufragio pereunt *, per omnia volumus reputari: ita
,, tamen ut a te negligentia ad tranſmittendum minime fiat: ne dum tranſ-
,, mittendis tempus negligitur, damnum ex vitio veſtro generetur. Valde
* autem ,, enim * iniquum & injuſtum eſſe perſpeximus, ut a ruſticis Eccleſiæ de
,, ſextariaticis aliquid accipiatur, & ad majorem modium dare compellan-
,, tur, quam in horreis Eccleſiæ infertur, *&c. uſque* Audiſti quid volo: vi-
,, de, quid agas.

LX. Hactenus de Gregorianæ liberalitatis innocentia me retuliſſe ſufficiat. Cete-
rum, quia famis tempore, ut videlicet haberet unde Chriſti pauperibus ſubve-
niret, frumenta comparare ſtudebat, nullo modo prætermittam. Ait enim in alia
Reg. lib.1. ,, epiſtola eidem PETRO Subdiacono inter cetera: Quinquaginta auri libris nova
Epiſt. 70. ,, frumenta ab extraneis comparata, & in Sicilia in locis, in quibus non pereant,
re-

„ repone: ut menſe Februario illuc naves, quantas poſſumus, dirigamus, ut hæc AN.CHR.
„ eadem ad nos frumenta deſerantur. Sed & ſi nos tranſmittere ceſſamus, ipſe 604
„ naves provide, ut ad nos auxiliante Domino hæc eadem frumenta Februario 12. Martii
„ menſe tranſmitte, exceptis dumtaxat frumentis, quæ nunc menſe Septem-
„ brio *, vel Octobrio juxta conſuetudinem tranſmitti præſtolamur. Ita ergo * Februa-
„ tua experientia faciat, ut ſine alicujus vexatione coloni Eccleſiaſtici frumen- rio
„ ta congregentur: quia tam * hic parva nativitas fuit, ut niſi auxiliante Deo * intantum
„ de Sicilia frumenta congregentur, fames vehementer immineat.

Hujus liberalitatis multitudinem quidam Eremitarum, vir magnæ virtutis, LXI.
qui nihil in mundo poſſidebat præter unam cattam, quam blandiens crebro quaſi cohabitatricem in ſuis gremiis reſovebat, cognoſcens, oraſſe fertur ad Dominum, ut ſibi oſtendere dignaretur, quam futuræ remunerationis manſionem ſperare debuiſſet, qui pro illius amore ſæculum deſerens, nil ex ejus divitiis poſſideret. Cumque nocte quadam dormiret, cognoſcit ſibi revelatum fuiſſe, ut cum Gregorio Romano Pontifice manſionem ſibi præparandam ſperare debuiſſet. At ille fortiter ingemiſcens, parum ſibi profuiſſe voluntariam rerum inopiam, tantaque ſuæ remotionis jejunia putabat, ſi cum eo manſionem reciperet, qui tantis mundialibus divitiis redundaret. Cum vero Gregorianas divitias ſuæ paupertati die noctuque ſuſpirando conferret, alia nocte quieſcens, audivit ſibi Dominum in ſomniis dicentem: Quando divitem non poſſeſſio divitiarum faciat, ſed cupido; cur audes paupertatem tuam Gregorii divitiis comparare, qui magis illam cattam quam habes, quotidie palpando, nullique conferendo, diligere comprobaris, quam ille, qui tantas divitias non amando, ſed contemnendo, cunctiſque liberaliter largiendo, diſperſit? Ita ſolitarius increpatus Deo gratias retulit: & qui meritum ſuum decreviſſe putaverat, ſi Gregorio conferretur; orare vehementius cœpit, ut cum eo manſionem quandoque percipere mereretur. Sed iſtius jam ſecundi libri finis adveniat, ut, quæ ſecutura ſunt, auxiliante Domino, tertius proſequatur.

CAPITA TERTII LIBRI.

CAP. i. QUIBUS Gregorius ſtudiir commiſſam ſibi regebat Eccleſiam.
ii. Quantis anctoritaribur contra ſimoniacam, & Neopbytorum hæreſes dimicarit.
iii. Pro eiſdem fieri Synodum juſſit.
iv. Contra eaſdem totis viribus non pugnaotes, cum Simone mago portionem habituros prædixit.
v. Quam ſapienter etiam paſtellaticum pro uſu Pallii, vel conſecratione Pontificis, dari, ſive accipi prohibuerit.
vi. Tria genera ſimoniacæ dationis notavit.
vii. In ordinandis Epiſcopatibus, neque Cardinalibus Eccleſiæ ſuæ, neque Monachii pepercit.
viii. Violenter neminem omnino promovit.
ix. Violenter promotos, in priſtinum gradum reduxit.
x. Ab aliis calumnioſe dejectos in ordines ſuos reſtituit.
xi. Forenſes ad cardinem revocavit.
xii. Undecumque meliores eligere potuerat, Epiſcopos conſecrabat; & quanta diſtrictione conſecrandos examinaret.
xiii. Etiam alterius diœceſis Epiſcopos ad regendas ſuæ diœceſis Eccleſias invitabat.
xiv. Quemadmodum Epiſcopatuum ſedes univerit.
xv. Vacantes Epiſcopos, vacantibus incardinavit Eccleſiis.
xvi. Inthronizatis Epiſcopis expulſos Præſules junxit.
xvii. Sedium loca mutavit.
xviii. Nulla occaſione Pontificem ab una in aliam Eccleſiam, aut mutavit, aut mutari permiſit.
aix. Alterius parœcianum ſibi Cardinalem ſacravit.
xx. Qualiter alterius Eccleſiæ Clericos, aliis incardinari permiſerit.
xxi. Numquam prioribus Clericis poſterius ordinatos prætulit.
xxii. Qualiter deſunctorum Epiſcoporum Eccleſias vicinis viſitatoribus committebat.
xxiii. Pro inventario faciendo, nihil accipiendum decrevit.
xxiv. Conſuetudines dationum, vel xeniorum repulit.
xxv. Epiſcopos ad urbem Romanam, niſi ſemel in quinquennio, venire ſtatuit.
xxvi. Etiam rerum pretia ſuſcipere recuſavit.
xxvii. Suffraganeis ſuis Epiſcopis neceſſaria prærogavit.

AN.CHR. 604 12.Martii.

xaviii. Quam curioſe ab eiſdem ſanctitatem, ſapientiam, & liberalitatem quærebat.

xaix. Marinianum Epiſcopum, avaritia notat.

aaa. Serenum Epiſcopum, pro confractis imaginibus arguit.

xxxi. Januarium Epiſcopum ſuas injurias vindicantem deterret.

aaaii. Eumdem pro exaratione meſſis exaſperat.

aaalii. Deſiderium Epiſcopum pro lectione librorum gentilium corripit.

aaxiv. Natalem Epiſcopum de negligentia ſimulque conviviis reprehendit.

axav. Quam facetiſſime eumdem propriis aſſertionibus obligat.

xxxvi. Epiſcopos ab Ecclesia deeſſe vetuit.

xxxvii. Epiſcopos per diverſa loca non vagari cenſuit.

xaxviii. Lapſum propriæ amitæ non dubitavit memoriæ commendare.

xxxix. Vitalianum Epiſcopum, pro ſemina quæ religioſum habitum mutaverat, arguit.

xl. Sergium Deſenſorem pro negligentia reprehendit.

xli. Paſchaſium Epiſcopum pro fabrica navis, & ſui vilitate compeſcuit.

xlii. Campanorum Epiſcoporum, & Victoris Panormitani negligentias increpat.

aliii. Quam moderate Andream Epiſcopum, pro concubina dijudicat.

aliv. A pravis conſiliariis abſtinendum cenſuit.

xlv. Lapſos, vel criminoſos ab Epiſcoporum familiaritate repulit.

xlvi. Reſtringendam præpoſitorum iram; & unius culpam alii non eſſe nocivam ſtatuit.

alvii. Libetos homines verberari, vel includi vetuit.

alviii. Qualiter judicum vitia redarguens publicarit.

xlix. Inſtigante diabolo judices contra eum ſævierunt.

l. Mauritio Imperatori, peſſimam legem ferenti, viriliter contradicit.

li. De hypocriſi Joannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ſe univerſalem fatentis.

lii. Auguſtales litteras pro eo ſupplicantes redarguit.

liii. Tempora Mauritii, moreſque deturpat.

liv. Superbiam hypocritæ ſapienter enervat.

lv. Conſtantiam ſuam demonſtrans, aſſerit ſe pro Imperatore fidem nullatenus perditurum.

lvi. Quamobrem poſtulatas Reliquias Imperatrici non dederit.

lvii. Uſque ad illa tempora Romanus Pontifex pro Reliquiis brandeum conferebat.

lviii. Quantis miraculis veſtes ſancti Joannia claruerint.

lix. Quid ſit de ejuſdem veſtibus ſentiendum.

la. Gregorius peſtem univerſalis nominis, a totius Eccleſiæ univerſitate repulit.

LIBER TERTIUS.

Quo exponitur, quemadmodum Sancti Gregorii vita doctrinæ reſponderit.

I. S. Ant. chr. p. 2. cap. 3. tit. 12. §. 5. TALIBUS venerabilis Papa Gregorius commiſſam ſibi divinitus Eccleſiam ſtudiis efficaciter gubernabat. Jam Ligures, Venetos, Iberos, alioſque a ſchiſmate ſub libello confeſſos, Chalcedonenſem Synodum venerari compellens, ad unitatem ſanctæ Eccleſiæ revocarat. Jam Barbaricinos, Sardos, & Campaniæ ruſticos tam prædicationibus, quam verberibus emendatos, a paganizandi vanitate removerat. Jam Donatiſtarum hæreſim penes Africam, Manichæorum penes Siciliam, Arianorum penes Hiſpaniam, Agnoetarum vero penes Alexandriam, ſcriptorum ſuorum validiſſimis auctoritatibus, importuniſſimiſque legationibus, Domino ſuffragante, a corpore totius ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtrarat. Sola penes Galliam Neophytorum hæreſis, quot ſimoniacis muneribus, quaſi tot radicibus pullulans, longe lateque prorſus excreverat, & manabat. Contra quam venerabilis Pater apud BRUNICHILDEM Reginam, TEODERICUM quoque & THEODOBERTUM Francorum Reges, fortiter expugnavit: donec collecta generali Synodo hanc ſub anathemate damnandam penitus impetraret. Nec ante SYAGRIO Epiſcopo Auguſtodunenſi, Regina & Regibus multis precibus flagitantibus, Pallium dedit, quam, præſente Cyriaco ſuo Abbate, ipſi, quod de propellendis hæreſibus moniti fuerant, adimplerent.

II. Regiſt. 7. Epiſt. 113. Grat. diſt. 81. cap. 2. Nam pro his BRUNICHILDI Reginæ inter cetera ſcribit, dicens: Sacer-
„ dotale officium in tantam illic, ſicut didicimus, ambitionem perductum
„ eſt, ut Sacerdotes ſubito (quod grave nimis eſt) ex laicis ordinentur. Sed
„ quid

„ quid iſti acturi, quid populo præſtaturi ſunt, qui non ad utilitatem, ſed fieri AN.CHR.
„ ad honorem, Epiſcopi concupiſcunt? Hi ergo qui necdum, quod docere de- 604
„ beant, didicerunt, quid aliud agunt, niſi, ut paucorum provectus illicitus, 12. Martii.
„ fiat multis interius, & in confuſionem Eccleſiaſticæ moderationis obſervan-
„ tia deducatur? Quippe ubi nullus regularis ordo ſervatur. Nam qui ad ejus
„ regimen improvidus *, vel præcipitatus accedit, qua admonitione ſubjectos * improviſus
„ ædificet, cujus exemplum non rationem docuit, ſed errorem? Pudet profe-
„ cto, pudet aliis imperare, quod ipſi neſciunt cuſtodire *. Nec illud quidem, * ipſe neſcit
„ quod ſimili emendatione radendum eſt, prætcrimus: ſed omnino execrabile,
„ & eſſe graviſſimum deteſtamur, eo, quod ſacri illic Ordines per ſimoniacam
„ hæreſim, quæ prima contra Eccleſiam orta eſt, & diſtricta maledictione
„ damnata eſt, conferantur. Hinc ergo agitur, ut Sacerdotii * dignitas in de- * Sacerdotis
„ ſpectu, & ſanctus * ſit honor in crimine. Petit utique reverentia, adimitur * & ſanctis
„ diſciplina: quia, qui culpas debuit emendare, committit, & nefaria ambi-
„ tione honorabilis Sacerdotii ducitur in depravationem cenſura. Nam quis de-
„ nuo veneretur, quod venditur? Aut quis non vile putet eſſe, quod emitur?
„ Unde valde contriſtor, & terræ illius condoleo: quia dum Spiritum ſanctum,
„ quem per manus impoſitionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur,
„ Divino munere habere deſpiciunt, ſed præmiis aſſequuntur; Sacerdotium il-
„ lic ſubſiſtere diu, non arbitror. Nam ubi dona ſupernæ gratiæ venalia judi-
„ cantur, ad Dei ſervitium non vita quæritur; ſed magis contra Deum pecu-
„ niæ venerantur.

Item de eiſdem THEODORICO, & THEODEBERTO Regibus Franco- Lib. 7.
„ rum poſt aliqua: Fertur Simoniaca hæreſis, quæ prima contra Dei Eccle- Epiſt. 114.
„ ſiam diabolica plantatione ſubrepſit, & in ipſo ortu ſuo, zelo Apoſtolicæ
„ ultionis percuſſa atque damnata eſt, in regni veſtri finibus dominari, *&c.*
„ *uſque* negligit emendare.

Item pro eiſdem hæreſibus SYAGRIO, Epiſcopo Auguſtodunenſi, & aliis Reg. lib. 7.
„ Epiſcopis: Nuncio apud nos olim diſcurrente vulgatum eſt, quod in Gallia- Epiſt. 110.
„ rum partibus ſacri Ordines per ſimoniacam hæreſim conferantur, *&c. uſque* Grat. 1. qu. 1. c. 3.
„ correptionis adduci. Et poſt pauca. De his itaque, quæ ſuperius dicta ſunt, III.
„ fraternitatem veſtram *, auctore Deo, volumus Synodum congregare: at- * fraternitati veſtræ.
„ que in ea Reverendiſſimo Fratre noſtro AREGIO Epiſcopo *a*, & dilectiſſimo Lib. 7.
„ filio noſtro CYRIACO Abbate mediantibus, omnia, quæ ſanctis Canonibus, Epiſt. 110. & 111.
„ ſicut prædiximus, ſunt adverſa, diſtrictæ ſub anathematis impoſitione * dam- * interpoſitione.
„ nentur: ideſt, ut nullus pro adipiſcendis Eccleſiaſticis ordinibus dare aliquod
„ commodum præſumat, vel pro datis accipere: neque ex laico habitu quiſ-
„ quam repente audeat ad locum ſacti regiminis pervenire: neque ut aliæ mu-
„ lieres cum Sacerdotibus habitent, niſi quæ ſacris Canonibus ſunt permiſſæ.

Has peſtiferas hæreſes cernens prudentiſſimus Doctor Gregorius, per Sacerdo- IV.
tum conniventiam, ſive taciturnitatem magis magiſque diffuſis muneribus, qua-
ſi peſtifer cancer, non ſolum infirma poſſe corrodere, verumetiam fortia mem-
bra mucrone pulcherrimarum rerum corrumpere, divino zelo commotus, VI- Lib. 10.
„ CTORI Epiſcopo generalem ſententiam protulit, dicens: Quiſquis ad hoc fa- Epiſt. 33.
„ cinus, videlicet ſimoniæ, ac neophytorum hæreſim emendandam, officii ſui
„ conſideratione vehementer non arſerit: cum ipſo ſe habere non dubitet por-
„ tionem, a quo prius hoc piaculare flagitium ſumpſit exordium.

Cum vero quoſdam cognoſceret, ad evitanda ſimoniacæ hæreſis crimina, pe- V.
ſtiferæ negotiationis munera paſtellaticum callide vocitare, ac hujuſmodi mutato Synod.
nomine, ſuæ cupiditatis avaritiam velle contegere; prudentiſſimus Doctor Gre- Rom. c. 4.
gorius ſententiam, quam in primordio ſui Pontificatus coram Synodo promulga-
„ verat, iterato protulit, dicens: Antiquam patrum regulam ſequens, nulli un-
„ quam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo: neque ex datione Pallii, neque.

a Aregius ſeu Aredius, de quo hic, fuit Epiſcopus Vapincenſis, Gregorio chariſſimus, quem ad Synodum illam invitavit lib. 7. Epiſt. 113.

AN.CHR. „ ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem ſimula-
604 „ tio invenit, appellatione paſtelli. Quia enim in ordinando Epiſcopo Pontifex
12.Martii. „ manum imponit, Evangelii vero lectionem miniſter legit, confirmationis au-
* ſcribit „ tem ejus epiſtolam Notarius excipit *: ſicut Pontificem non decet manum,
„ quam imponit, vendere: ita miniſter, vel Notarius non debet in ordinatio-
„ ne ejus vocem ſuam, vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel
* pallii uſu „ Pallio, ſeu * chartis atque paſtellis eumdem, qui ordinandus eſt, vel ordi-
„ natur, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus ſi quis hinc
„ aliquid commodi appellatione exigere, vel petere forte præſumpſerit, in di-
„ ſtricto Dei omnipotentis examine reatui ſubjacebit.
Regeſt. l. 4. Epiſt. 55. „ Item JOANNI Epiſcopo Corinthiorum, poſt multa: Novit, inquit, fra-
„ ternitas veſtra, quia prius Pallium, niſi dato commodo, non dabatur. Quod
„ quoniam incongruum erat, facto Concilio ante corpus beati Petri Apoſtolo-
„ rum principis, tam de hoc, quam de ordinationibus, aliquid accipere ſub di-
Grat. diſt. 100. c. 3. „ ſtricta interdictione vetuimus. Oportet ergo, ut neque per commodum, ne-
„ que per gratiam, aut per quorumdam ſupplicationem aliquos ad ſacros Or-
„ dines conſentiatis, vel permittatis adduci.

VI. Sed aſtuta turpiſſimæ cupiditatis iniquitas non ſufferens tantis ſe commodis,
licet turpiſſimis, immo periculoſiſſimis, anguſtari, commentum ſatis artificio-
ſum reperit: quo ſcilicet illos Sacerdotio ſublimaret, qui ſibi poſt conſecratio-
nem tanto ſubjectiores eſſe debuiſſent, quanto non divino, quin potius humano
Homil. 4. in Evang. judicio ſe fuiſſe promotos, ipſi proculdubio reputarent. Quapropter omnipoten-
Grat. 1. q. 1. cap 114. tis Dei præco Gregorius in Evangeliorum tractatibus, ut ſcilicet frequentius le-
„ gi, vel audiri potuiſſet, diſputat, inquiens: Sunt nonnulli, qui quidem num-
„ morum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen ſacros Ordines pro
„ humana gratia largiuntur: atque de largitate eadem, laudis ſolummodo re-
„ tributionem quærunt. Hi nimirum, quod gratis acceperunt, gratis non tri-
„ buunt: quia de impenſo officio ſanctitatis, expetunt nummum favoris. Un-
Iſa. 33. 6. „ de bene, cum juſtum virum deſcriberet, Propheta ait: *Qui excutit manus*
„ *ſuas ab omni munere*. Neque enim dixit: Qui excutit manus ſuas a munere,
„ ſed adjunxit, ab omni: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus a ma-
„ nu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obſequio eſt ſubjectio indebite
„ impenſa: munus a manu, pecunia: munus a lingua, favor. Qui ergo ſacros
„ Ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis re-
„ bus non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam non requirit.

VII. Hæ ſunt Gregorii ſuper ſimoniacis & illicitis ordinationibus doctiſſimi Papæ
ſententiæ, quas ipſe ſummo cultu ſervaſſe docetur, in eo, quod ab ipſo ſuæ con-
ſecrationis exordio per omnem diœceſim ſuam Epiſcopos undecumque meliores
invenire potuit, ſtudioſiſſime ordinavit. Et ſi quando neceſſitas ordinandi Sacer-
dotis obrepſit, neque Cardinales Eccleſiæ ſuæ, neque Monachos Monaſterii ſui
penitus excuſavit, quo minus illis Eccleſiam regendam committeret, qui exem-
plis, & verbis pariter illam ædificare melius potuiſſent. Nam, ut pauca de mul-
tis contingam, ex Presbyteris Cardinalibus Eccleſiæ ſuæ conſecravit Epiſcopos,
BONIFACIUM Rhegii, HABENTIUM Peruſii, & DONUM Meſſanæ Siciliæ.
* Feſtum Ex Subdiaconibus vero GLORIOSUM Oſtiæ, FAUSTUM * Capuæ, PETRUM
Trecis, & CASTORIUM Arimini. At vero ex Monachis Monaſterii ſui, MA-
RINIANUM Ravennæ, MAXIMIANUM Siracuſis, & SABINUM Callipoli
Præſules ordinavit. Sed & AUGUSTINUM penes Anglos a Galliarum Epiſco-
pis ordinari præcepit. Per quem nihilominus ad Epiſcopatum in eadem gente
Monachi ejuſdem Patris, tempore diverſo, provecti ſunt: MELLITUS, JU-
STUS, LAURENTIUS, & PAULINUS. Solis Diaconibus Apoſtolicæ Sedis ſu-
per hac quodam modo parte parcebat: quorum cum decem & novem plenitudi-
ne redundaret, ipſe BONIFACIUM, FLORENTIUM, & EPIPHANIUM
conſecravit. Nec quemquam eorum ab officio, niſi LAURENTIUM Archi-
diaconum pro ſuperbia, reliquiſque criminibus, in Baſilica Lateranenſi, quæ di-
citur Aurea, ubi mox HONORATUM Archidiaconum conſtituit, ſequeſtravit.

Cum-

Cumque Gregorius percepta occaſione ſuæ Eccleſiæ Cardinales, ſi tamen conſentirent, ſatis voluntarie proveheret; neminem prorſus, quantacumque neceſſitate coactus, violenter promovere certabat: ne ſub hujuſmodi occaſione, quemquam eliminando deponere videretur. Unde SCHOLASTICO Judici * AN.CHR. 604 12.Martii. VIII.
„ Campaniæ ſcribens, ait: Dum de Neapolitanæ civitatis cura deſtitu- * Dei Reg. lib.2.
„ tæ Sacerdotis ſolatio vehementius angeremur, ſupervenicotes præſentium Ep. 35.
„ latores cum decreto in Florentium Subdiaconum noſtrum confecto, aliquid Ind. 11.
„ nobis in tanto cogitationis pondere relevationis invenerant: ſed dum præfatus
„ Subdiaconus noſter refugiens civitatem ipſam, ordinationem ſuam lacrymabi-
„ liter evitaſſet: quaſi ex majori quadam deſperatione, noſtram cognoſcite cre-
„ viſſe mœſtitiam. Atque ideo ſalutantes, hortamur magnitudinem veſtram, ut
„ convocantes priores, vel populum civitatis, de electione alterius cogitetis, qui
„ digous poſſit cum Dei * ſolatio ad Sacerdotium promoveri. Io quo decreto * Chriſti
„ ſolemniter facto, atque ad hanc urbem tranſmiſſo, ordinatio illic tandem,
„ Chriſto auxiliante, proveniat.

Ab aliis quoque violenter promotos, io gradus priſtinos revocabat. Unde ANTONIO Subdiacono ſcribens, ait: Honoratus Archidiaconus Eccleſiæ Saloni- IX. Reg. lib 2. ep.16. Ind. 16.
„ tanæ a ſanctæ memoriæ deceſſore meo, miſſa ſupplicatione, popoſcerat, ut Grat. diſt.
„ ab Antiſtite ſuo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem, contra morem, 74. cap. 8.
„ nullatenus cogetetur, *&c. uſque* acceptione perſonæ, ſetvamus. Item Hono- Reg lib.2.
„ rato Salonitano, jam ex Presbyterio in Diaconatum reducto: Dudum quidem ep.32.c.71.
„ deceſſoris oostri noſtraque præceptio ad dilectionem tuam cucurrerat, in qua,
„ & de objectis tibi calumnioſe capitulis fueras abſolutus, & in tui gradus or-
„ dinem ſine aliqua inſtituimus altercatione reſtitui, *&c. uſque* occaſione præju- Reg. lib 2.
„ dicet. Item eidem in alia Epiſtola poſt multa: Sed etiam nunc dico, aut eaſdem ep. 520.91.
„ perſonas, videlicet Joannem Chalcedonenſem, & Athanaſium Iſaurios Presby-
„ teros in ſuis ordinibus ſuſcipe, eiſque quietem præbe, *&c. uſque* exigit fidem.

Item Cardinales violenter io Parochiis ordinatos forenſibus, in priſtinum cardinem *a* Gregorius revocabat. Quapropter Joanni Epiſcopo Syracuſano ſcribens: X.
„ ait: Quorumdam ad oos relatione pervenit, Coſmam, qui ex Monacho Mo- Reg.lib.91 ep. 34.
„ naſterii ſanctæ Lueiæ, a deceſſore tuo memorandæ memoriæ Maximiano in
„ Eccleſia Syracuſana Subdiaconus factus, atque a te poſtea in poſſeſſione, quæ
„ Juliana vocatur, Presbyter dicitur ordinatus, ita nimia triſtitia, & loci qua-
„ litate vehementer afflictum, ut vitam ſibi pœnam exiſtimet, & contriſtatio-
„ nis ſuæ, fugam, quærat auxilium. Et ideo, quia tales erga ſubjectos no-
„ ſtros debemus exiſtere, quales nos, ſi ſubjecti fuiſſemus, oostros
„ volueramus eſſe præpoſitos; magnæ benignitatis * eſt, ſi eum in Eccleſiam, * pietatis
„ ubi Subdiaconatus eſt functus officio, Sanctitas tua reducere, atque illie Pres-
„ byterum ſtuduerit conſtituere Cardinalem. Quod & facere, quantum arbi-
„ tramur, debes, ſi nihil eſt, quod juſte contra ipſum animum tuum exaſpe-
„ ret. Si vero aliqua culpa eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis fraternitas tua, ut ſcire
„ poſſimus, inſinuet.

Quanta curioſitate Gregorius idoneos quoſque ad regimen deſtitutarum quæſierit plebium, breviter indicabo: ut tantus vir non ſolum doctrinis, quin & operibus verus paterfamilias fuiſſe gregis Dominici probabiliter colligatur. XI.
„ Ait enim in epiſtola MAXIMIANO Syracuſano Epiſcopo: Felix vir conſu- Reg. lib.2.
„ laris * præſentium lator, edocuit nos, eſſe quemdam in illis partibus Presby- ep.18.c.98. Ind. 10.
„ terum, qui ad Epiſcopatus ordinem provehi probatæ vitæ merito dignus ap- * clariſſimus
„ pareat. Hunc ergo fraternitas tua coram ſe deduci faciat: eumque ſicut cer-
„ tus ſum, propter aoimæ periculum diligenter examinet. Quem ſi ad hunc
„ provehi gradum dignum eſſe perſpexerit, ad nos ſtudeat deſtinare, ut eum,

 „ Do-

a In ſingulis Epiſcopalibus Eccleſiis olim erant Cardinales, ita dicti, quod cardine urbis conſtricti eſſent, ut patet ex can. 3. Synodi Romanæ ſub Silveſtro 1. Mos enim tum erat ut nulli Clerici ordinarentur, niſi ad certam quamdam Eccleſiam, ut ſtatuitur canone 6. Concilii Chalcedonenſis. Vide infrà cap. 15. & ſeq. Attamen S. Paulinus Nolanus hac lege ſolutus eſt. Lege ſextam ejus Epiſtolam ad Severum.

AN.CHR. „ Domino diſponente, loco, cui præviderimus, poſſimus ordinare Paſtorem.
604 „ Item CYPRIANO Diacono: Amariſſimas dilectionis tuæ Epiſtolas de dom-
12.Martii. „ ni Maximiani obitu, menſe Novembri ſuſcepi. Et quidem ille ad præmia
Lib. 4. epiſt. 19. „ deſiderata pervenit: ſed infelix populus Syracuſanæ civitatis lugendus eſt,
„ qui Paſtorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua ſollicitudi-
„ nem gerat, ut in eadem Eccleſia talis debeat ad ordinandum eligi, qui poſt
„ domnum Maximianum, ejuſdem regiminis locum non indignus videatur, aut
Lib. 8. epiſt. 17. „ immeritus ſortiri, *&c. uſque* valeat inveniri. Item CLEMENTINÆ patri-
„ ciæ: Amandum Presbyterum a Surrentinis ad Epiſcopatum, glorioſa filia,
„ electum eſſe cognoſcas. Quem quia huc ſcripſimus debere tranſmitti, contri-
„ ſtari de ejus abſentia non debetis; quia nec abſcedere creditur, qui mente vo-
Lib. 10. epiſt. 13. „ biſcum eſt, *&c. uſque* vocatur, ut creſcat. Item PASSIVO Epiſcopo: Bene
Grat. diſt. 61. c. 18. „ novit fraternitas veſtra, quam longo tempore Aprutium paſtorali ſollicitudi-
„ ne deſtitutum. Ubi diu quæſivimus, quis ordinari debuiſſet, & ſit nequa-
„ quam potuimus invenire. Sed quia Importunus mihi in moribus ſuis, in
„ pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatus, religioſam vitam om-
„ nimodo agere dicitur; hunc volumus, ut fraternitas veſtra ad ſe faciat veni-
„ re, & de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudiis creſcat: & ſi nulla
„ ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte multata ſunt, obviant; tunc
„ hortandus eſt, ut vel Monachus, vel a nobis Subdiaconus fiat: & poſt ali-
„ quantum temporis, ſi Deo placuerit, ipſe ad Paſtoralem curam debeat pro-
„ moveri. Item VENANTIO Patricio Panormitano petenti ſibi quemdam
Lib. 11. epiſt. 14. „ Presbyterum Epiſcopum conſecrari, reſcribit inter cetera, dicens: Hunc
„ Presbyterum dare omnino nobis Excellentia veſtra ſciat eſſe difficile: quia
„ perſonarum nos neceſſitas, ad ordinanda alia loca Paſtoribus deſtituta, non
„ levis anguſtat.

XII. Sed quia neceſſitate ordinandarum ſe anguſtatum meminit perſonarum, ne
indiſcuſſe quemquam promoviſſe putetur, uno exemplo videtur eſſe docendum.
„ Ait enim in epiſtola JOANNI Epiſcopo: Ne incauta eorum ordinatio, qui
Reg. lib. 12. ep. 6. „ ad Epiſcopatum eliguntur, valeat provenire, vigilanti de eorum perſonis eſt
Grat. diſt. 85. cap. 1. „ ſollicitudine requirendum. Indicatum ſiquidem nobis eſt, Florentium Archi-
„ diaconum Eccleſiæ Anconitanæ, qui ad Epiſcopatum electus fuerat, Scri-
„ pturæ quidem ſacræ ſcientiam habere, ſed ita ætatis eſſe ſenio jam confe-
„ ctum, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere, adjicientes etiam ita il-
„ lum tenacem exiſtere, ut in domum ejus amicus ad charitatem numquam
„ introeat. Ruſticus autem, Diaconus ejuſdem Eccleſiæ, qui ſimiliter electus
„ fuerat, vigilans quidem homo dicitur, ſed, quantum aſſeritur, Pſalmos
„ ignorat *a*, *&c. uſque* concedere videatur.

XIII. Et quidem Gregorius, prudenter cognoſcens totum corpus Eccleſiæ tam per
bonos Epiſcopos feliciter ſtare, quam per malos infeliciter cadere; non ſolum
Reg. lib. 4. ep. 35. diverſarum gentium diverſi ordinis Clericos verumetiam vacantes Epiſcopos in
ſuæ diœceſeos Epiſcopatus invitabat. Unde SEBASTIANO Smyrnenſi Epiſco-
„ po inter cetera ſcribit, dicens: Debitum ſalutationis alloquium ſolvens, in-
*cognovi „ dico * quod ad me Bonifacio Defenſore referente pervenerit: quia vir ſan-
„ ctiſſimus frater noſter domnus Anaſtaſius Patriarcha in una ſuarum civitatum
„ regendam vobis Eccleſiam committere voluit, & conſentire noluiſtis. Quem
„ ſenſum, & ſapientiam veſtram valde ego libenter amplexus ſum, & laudavi
„ vehementer: & vos felices, me infelicem eſſe deputavi, qui tali hoc tem-
„ pore regimen Eccleſiæ ſuſcipere conſenſi. Si tamen animus veſter fortaſſis
„ fra-

a Burchardus lib. 2. c. 2. & ex eo Ivo Parte 6. c. 22. Gratianus P. 1. Diſt. 38. c. 5. Hæc ex Auguſtini dictis citant. *Quæ ipſi Sacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum, id eſt Liber Sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſterium, Computus, Canon pœnitentialis, Pſalterium, Homelia per circulum anni Dominicis diebus & ſingulis feſtivitatibus apta. Ex quibus ſi unum defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo conſtabit.* &c. Quæ quidem Auguſtini non Hipponenſis, ſed Cantuarienſis Epiſcopi eſſe perſuaſum habemus. Synodus Toletana 8. c. 2. *Nullus cujuſcumque dignitatis Eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum Pſalterium vel Canticorum uſualium & Hymnorum perfecte noverint ſupplementum.* Lege Can. 2. Conc. Nic. 11.

„ fratribus condeſcendendo , & miſericordiæ operibus intentus, ad hoc unquam AN.CHR.
„ conſentire decreverit; peto, ut amori meo alium minime præponatis . Sunt 604
„ enim in Sicilia inſula Eccleſiæ vacantes Epiſcopis : & ſi vobis placet, aucto- 12.Martii.
„ re Deo, Eccleſiam regere, juxta beati Petri Apoſtoli limina cum ejus ad-
„ jutorio melius poteſtis. Si vero non placet, ſeliciter ſtate , & pro nobis in-
„ felicibus exorate.

Interea Gregorius locis munitis, Epiſcopis conſtitutis, diſſipatas Eccleſias a- XIV.
dunabat . Quapropter BAGAUDÆ Formienſi Epiſcopo ſcribit , dicens : Reg. lib. 1. ep. 8.
„ Et temporis neceſſitas nos perurget, & imminutio perſonarum exigit, ut de-
„ ſtitutis Eccleſiis, ſalubri ac provida debeamus diſpoſitione ſuccurrere . Et i-
„ deo quoniam Eccleſiam Minturnenſem funditus tam Cleri , quam plebis de-
„ ſtitutam deſolatione cognovimus : tuamque pro ea petitionem, quatenus For-
„ mianæ Eccleſiæ, in qua beati Eraſmi martyris corpus requieſcit, cuique fra-
„ ternitas tua præſidet adjungi debeat, piam eſſe ac juſtiſſimam providentes :
„ neceſſarium duximus, conſulentes tam deſolationi loci illius, quam tuæ Ec-
„ cleſiæ paupertati, redditus ſupradictæ Eccleſiæ Minturnenſis, vel quidquid ei
„ antiquo modernoque jure , vel privilegio potuit , poteſtve qualibet ratione
„ competere; ad tuæ Eccleſiæ jus poteſtatemque hac præcepti noſtri auctori-
„ tate migrare; ut a præſenti tempore ſicuti de propria Eccleſia debeas cogi-
„ tare, eique competentia , tua proviſione diſponere, quatenus deinceps, quod
„ perire hucuſque * potuit , pauperum Eccleſiæ tuæ utilitatibus Cleri- * nunc
„ que proficiat.

„ Item BENENATO Epiſcopo : Et temporis qualitas, & vicinitas nos lo- Reg. lib. 2.
„ corum invitat, ut Cumanam atque Miſenatium unire debeamus Eccleſias : ep. 32. c. 31. Grat. 16. q.
„ quoniam hæ non longo a ſe itineris intervallo ſejunctæ ſunt: nec, peccatis fa- 1. c. 48.
„ cientibus, tanta populi multitudo eſt, ut ſingulos, ſicut olim fuit , habere
„ debeant Sacerdotes, *&c. uſque* ſuſcepiſſe cognoſcit.

At vero civitatum deſolatarum Pontifices Gregorius vacantibus civitatibus XV.
incardinare curabat. Unde MARTINO Epiſcopo Corſicæ inter cetera ſcribens: Reg. lib. 1. ep. 77.
„ Quoniam, inquit, Eccleſia Tamitana, in qua dudum fuerat honore Sacer-
„ dotali tua fraternitas decorata, ita eſt, delictis ſacientibus , hoſtili ſeritate
„ occupata & diruta, ut illuc ulterius ſpes remeandi nulla remanſerit : in Ec-
„ cleſia te Alerienſi *, quæ jam diu eſt Pontificis auxilio deſtituta , Cardina- * eccleſiam
„ lem ſecundum petitionis tuæ modum hac auctoritate conſtituimus ſine dubio te Alerienſem.
„ Sacerdotem. Ita ergo ſtudio vigilanti cum Dei amore, ſecundum Canonum
„ præcepta cuncta diſpone & ordina , ut & fraternitas tua ſuis deſideriis ſe
„ gaudeat eſſe potitam, & Eccleſia Dei alterno gaudio repleatur, Cardinalem
„ te ſuſcepiſſe Pontificem. Item Joanni Epiſcopo Squillaceno : Paſtoralis offi- Reg. lib. 2.
cii cura nos admonet, deſtitutis Eccleſiis proprios conſtituere Sacerdotes , qui ep. 25. Ind. 10.
gregem Dominicum paſtorali debeant ſollicitudine gubernare. Propterea te Jo-
annem ab hoſtibus captivatæ Liſitanæ civitatis Epiſcopum in Squillacena Car-
dinalem neceſſe duximus conſtituere Sacerdotem : ut & ſuſceptam ſemel ani-
marum curam intuitu futuræ retributionis impleas, & licet a tua, hoſte immi-
nente, depulſus ſis, aliam quæ Paſtore vacat, debeas Eccleſiam gubernare :
„ ita tamen, ut ſi civitatem illam hoſtibus liberam effici , & Domino prote- Reg. lib 2.
„ gente, ad priorem ſtatum contigerit revocari : in eam, in qua & prius or- ep. 11. Ind.
„ dinatus es, Eccleſiam revertaris. Si autem prædicta civitas continua captivi- 10.
„ tatis calamitate premitur, in hac, in qua a nobis ordinatus es , debeas Ec-
„ cleſia permanere *a*. Item JOANNI Epiſcopo Veliterno * . Poſtquam ho- * Valeterino
„ ſtilis impietas diverſarum civitatum, ita peccatis facientibus , deſolavit Ec-
„ cleſias, ut reparandi eas ſpes nulla, populo deficiente , remanſerit : majori
„ valde cura conſtringimur, ne defunctis earum Sacerdotibus, reliquiæ plebis,
„ nullo Paſtoris moderamine gubernante , per devia * fidei, hoſtis callidi ra-
„ pian-

a Cetera hujus capitis verba quæ in Editione Romana reperiuntur, partim deſunt Editioni Surianæ, partim ad finem cap. 14. referuntur.

AN.CHR. 604 22.Martii.

* gubernatæ, per invia * insidia

„ piantur, quod abſit, invidia *. Hujus ergo rei ſollicitudine ſæpe commoni-
„ ti, hoc noſtro ſedit corde conſilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus
„ gubemandas. Ideoque fraternitati tuæ curam gubernationemque trium Ta-
„ bernenſium Eccleſiarum prævidimus committendam, quam tuæ Eccleſiæ ag-
„ gregari unirique neceſſe eſt : quatenus utrarumque Eccleſiarum Sacerdos &
„ rector, Chriſto adjutore, poſſis exiſtere : & quæcumque tibi de ejus patri-
„ monio, vel Cleri ordinatione ſeu promotione, vigilanti ac canonica viſa ſue-
„ rint cura diſponere, quippe ut Pontifex proprius liberam habebis ex præſen-
„ ti noſtra permiſſione licentiam. Item Gratioso Numentano Epiſcopo cu-
ram, gubemationemque ſancti Anthemii Eccleſiæ, in Curium civitatis Sabino-
rum territorio conſtitutæ incardinando conjunxit. Item Agnello Epiſcopo
Lib. 2. Epiſt. 13. Ind. 12. „ Fundano poſt aliqua : Quoniam propter cladem hoſtilitatis, nec in civitate,
„ nec in Eccleſia tua eſt cuiquam habitandi licentia : ideo hac te auctoritate
„ noſtra Terracinenſis Eccleſiæ Cardinalem conſtituimus eſſe Sacerdotem. Et
„ poſt pauca. Illud quoque fraternitatem tuam ſcire neceſſe eſt, quoniam ſic
„ te prædictæ Terracinenſis Eccleſiæ Cardinalem eſſe conſtituimus Sacerdotem,
„ ut & Fundenſis Eccleſiæ Pontiſex eſſe non deſinas, nec curam gubernatio-
„ nemque ejus prætereas.

XVI. Sed & expulſos Epiſcopos, quos tam cito Gregorius, vel incardinare non po-
terat, vel quorum reditum ad Sedes proprias contingere poſſe ſperabat, aliis E-
piſcopis, qui tunc videlicet in locis ſuis degebant, interim pro ſuſtentatione,
„ ac ſtipendiis præſentis vitæ jungebat, generaliter dicens : Fratres, & coe-
„ piſcopos noſtros, quos & captivitatis diverſarumque neceſſitatum anguſtiæ
„ comprimunt, ſtudete conſolandos, convivandoſque vobiſcum in Eccleſiaſticis
„ ſuſtentationibus libenter ſuſcipere : non quidem ut per communionem Epiſco-
„ palis throni dignitas dividatur, ſed ut ab Eccleſia juxta poſſibilitatem ſuffi-
„ cientia debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in Deo, & Deum
„ in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in veſtris Eccleſiis
„ auctoritatem tribuimus, ſed tantum veſtris ſolatiis eos contineri ſummopere
„ hortamur.

XVII. Loca quoque Sedium prudentiſſimus Pontiſex accepta juſta occaſione muta-
Lib. 1. Epiſt. 12. Grat. 7. q. 1. c. 44. „ bat. Unde Joanni Epiſcopo Veliterno ſcribit, dicens : Temporis qualitas
„ admonet, Epiſcoporum Sedes antiquitus certis civitatibus conſtitutas, ad alia
„ quæ ſecuriora putamus ejuſdem diœceſis loca tranſponere, quo & habitato-
„ res nunc degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Propte-
„ rea te Joannem fratrem coepiſcopumque noſtrum Veliternenſis civitatis, Se-
„ demque tuam in loco, qui appellatur Arenata, ad ſanctum Andream A-
„ poſtolum, præcipimus exinde tranſmigrare : quatenus & ab hoſtilitatis in-
„ curſu liberior exiſtere valeas, & illic conſuetudine ſolemnium feſta diſ-
„ ponas.

XVIII. Et notandum, quod Gregorius licet Monaſteria & Epiſcopatus unierit,
atque vacantes Epiſcopos vacantibus civitatibus incardinare ſtuduerit ; num-
quam tamen Epiſcopum ab integritate ſuæ Eccleſiæ, vel ipſe in aliam com-
mutavit, vel ſub quacumque occaſione migrare conſenſit. Nam poſtquam
Demetrium Neapolitanum Epiſcopum ſuper criminibus manifeſtis depoſuit,
cum ab eiſdem Neapolitanis incardinari ſibi Paulum Nepeſinum Epiſcopum
magnopere quereretur ; diſcretiſſimus Pontifex viſitatione civitatis Nepeſinæ
* dele gato Joanni Epiſcopo delegata *, eumdem quidem Paulum viſitatorem illis tri-
buit, Cardinalem vero conſtituere tam primo diſpenſatorie diſtulit, quam
poſtea penitus recuſavit. Cui poſtmodum licentiam revertendi ad ſuam diœ-
ceſim concedens, centum ſolidos de Neapolitana Eccleſia, & unum pueru-
lum orphanum, qualem ipſe de familia ejuſdem Eccleſiæ voluiſſet, dari
præcepit.

XIX. Aliarum parœciarum Clericos ſibi & aliis diſcretiſſimus Pontifex diſcretiſſime
Reg. lib 4. ep. 30. c. 74. incardinare curabat. Quapropter Heliæ Presbytero & Abbati Provinciæ I-
„ ſauriæ poſt aliqua ſcribens : Filium, inquit, veſtrum Epiphanium manda-

„ ſtis,

„ ſtis, ut ad ſacrum Ordinem provehere deberemus, vobiſque retranſmitte- AN.CHR.
„ re. Sed in uno vos audivimus, in altero vero audire minime potuimus. Dia- 604
„ conus quidem factus eſt : ſed quiſquis ſemel in hac Eccleſia ſacrum ordinem 22.Martii.
„ acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si ergo videre vos
„ non potui, hac ex re conſolationem habeo, quia in filio veſtro requieſco.

„ Item MAXIMIANO Epiſcopo Syracuſano: Præſentium lator, Felix Dia- XX.
„ conus, eum nullatenus in hæreticorum dogmata lapſus ſit, nec a Catholica Reg. lib. 5.
„ fide diſceſſerit, pravis illectus adverſus Conſtantinopolitanam Synodum ſuſpi- ep. 24. c. 14.
„ cionibus, in Iſtricorum ſe ſeparatione removerat. Qui cum Romam veniſ-
„ ſet, recepta a nobis, juvante Domino, ratione, exceſſum ſuum recepta Do-
„ minici corporis communione correxit. Quia ergo, ut dictum eſt, non in hæ-
„ reſim incidit, ſed a ſacris generalis Eccleſiæ myſteriis *, quaſi rectæ ſtudio * miniſteriis
„ intentionis erravit; imbecillitati ejus atque neceſſitatibus conſulentes, maxi-
„ meque ſuſtentationi ejus pietatis intuitu providentes, in tua Syracuſana Ec-
„ cleſia eum prævidimus cardinandum. Item FORTUNATO Epiſcopo Nea- Reg. lib. 5.
„ politano : Fraternitatem tuam a nobis petiſſe recolimus, ut Gratianum Ec- ep. 13. Ind. 24.
„ cleſiæ Venafranæ Diaconum, tuæ concederemus Eccleſiæ cardinandum. Et Grat. diſt.
„ quoniam nec Epiſcopum, cui obſecundare, nec propriam habet Eccleſiam, 73. c. 5.
„ hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere; petitio-
„ nem tuam non prævidimus differendam. Idcirco, ſcripris tibi præſentibus
„ eum neceſſario duximus concedendum, habituro licentiam Diaconum illum,
„ noſtra interveniente auctoritate, Eccleſiæ tuæ, Deo propitio, conſtituere
„ Cardinalem.

„ Item Cypriano Diacono : Sicut Dilectio tua ſtudioſe laboravit pro perſo- Reg. lib. 5.
„ na Fratris & Coepiſcopi noſtri Joannis, ut in Syracuſana Eccleſia auctore Deo ep. 20.
„ debuiſſet ordinari; ita nunc neceſſe eſt, ut per dilectionis tuæ ſtudia ei quo-
„ que regiminis ſolatia miniſtrentur. Quemdam enim Presbyterum proprium
„ habuiſſe ſe perhibet, qui tamen a Fratre & Coepiſcopo noſtro Leone in
„ Catanenſi Eccleſia dicitur ordinatus. Et quia in novam Eccleſiam vadit, &
„ ſuos illic proprios homines habere neceſſe eſt, ut dum cauſarum tumultibus
„ premitur, in ſecreto ſuo inveniat, ubi requieſcat; prædicto Fratri & Coepi-
„ ſcopo noſtro Leoni blande, & leniter perſuadere debes *, ut ei præfatum
„ Presbyterum cedere debeat : ne quem tam benignus ad ordinandum ceſſit, * dulciter perſuadere debet.
„ ordinatum deſtituere fortaſſe videatur.

Antiquiſſimum Eccleſiaſticæ conſuetudinis ordinem Gregorius ab Apoſtolis XXI.
traditum, & ad ſua uſque tempora ſolemniter conſervatum, adeo ſtudioſiſſime
retinebat, ut nullum, quantalibet ſanctitate, ſapientia, nobilitateve polleret,
anterioribus Clericis in conventu, confeſſu, ſtatione, ſive ſubſcriptione præpo-
„ neret. Unde JANUARIO Caralitano Epiſcopo, ſcribens : Liberatus, in- Reg. lib. 2.
„ quit, de quo nobis tua fraternitas indicavit, quia Diaconi ſungi perhibetur ep 81.
„ officio, ſi a deceſſore tuo non factus eſt Cardinalis, ordinatis a te Diaco-
„ nis nulla debet ratione præponi : ne eos, quos conſecrando probaſſe cognoſce-
„ ris, reprobare ſupponendo quodam modo videaris. Prædictum itaque Libe-
„ ratum, quem reprimendus ambitionis inflat ſpiritus, omni inſtantia ab in-
„ tentus ſui pravitate compeſce, & ultimum inter Diaconos ſtare conſtitue :
„ ne dum ſe illicite præferri contendit, immeritus loco, in quo nunc ſitus eſt,
„ judicetur. Cujus tamen ſi obedientia fueris invitatus, & eum poſt hoc face-
„ re Cardinalem volueris, niſi Pontificis ſui ceſſionem ſolemni more meruerit,
„ abſtinendum ab ejus incardinatione memineris : quoniam æquitati conve-
„ nire non ambigis, ut aliis ſervare non differas, quod ipſe quoque tibi ſer-
„ vari deſideras.

Hujus videlicet antiquiſſimæ conſuetudinis ordine Gregotius provocatus, de- XXII.
functorum Epiſcoporum Eccleſias pro faciendo inventario, & eligendo legitimæ
„ opinionis Epiſcopo, vicinis Epiſcopis commendabat, hoc modo ſcribens : O- Reg. lib. 2.
„ bitum illius Antiſtitis directa relatio pateſacit. Quapropter viſitationis deſti- Epiſt. 29.
„ tutæ Eccleſiæ, fraternitati tuæ operam ſolemniter delegamus : quam ita te

„ con-

AN.CHR. „ convenit exhibere; ut nihil de provectionibus Clericorum, reditu, ornatu,
604 „ miniſteriiſque vel quidquid illud eſt, in patrimonio ejuſdem a quoquam præ-
12. Martii. „ ſumarut Eccleſiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictam Eccleſiam ire pro-
* properabit „ perét *, & aſſiduis adhortationibus Clerum plebemque ejus admonere feſti-
„ net, ut remoto ſtudio, uno eodemque conſenſu talem ſibi præficiendum ex-
„ petant Sacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & a ve-
„ nerandis Canonibus nullatenus reſpuatur, *&c. uſque* actione reſpondeat. Item
Reg. lib. 2. „ Clero, ordini, & plebi : Veſtri Antiſtitis obitum cognoſcentes, curæ nobis
ep. 27. Ind. „ fuit deſtituræ Eccleſiæ viſitationem illi fratri, & Coepiſcopo noſtro Joanni
10. „ ſolemniter delegare, *&c. uſque* proculdubio noveritis.

XXIII. Nulla occaſione Gregorius quidquam de donariis, ſive prædiis quarumlibet
Reg. lib. 3. ep. 11. Ind. 12. Eccleſiarum patiebatur auferri. Idcirco MAXIMIANO Syracuſano Epiſcopo
„ inter alia ſcribit, dicens : Charitatem tuam commonere curavimus, ut ſi
„ quiſpiam Epiſcoporum de hac luce migraverit, vel quod abſit, pro ſuis fue-
* hieraticis „ rit remotus exceſſibus; convenientibus hierarchicis *, cunctiſque Cleri prio-
„ ribus, atque in ſui præſenria inventarium Eccleſiæ rerum ſacientibus, omnia
„ quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſctibantur : nec, ſicut antea fieri diceba-
„ tur, ſpecies quædam, aut aliud quodlibet de rebus Eccleſiæ, quaſi pro fa-
„ ciendi inventarii labore, tollatur. Sic namque ea, quæ ad munitionem facul-
„ tatis pauperum pertinent, deſideramus expleri, ut nulla penitus in rebus eo-
„ rum ambitioſis hominibus venalitatis relinquatur occaſio. Viſitatores Eccle-
„ ſiarum, Clerici quoque eorum, qui cum ipſis per non ſuæ civitatis parœcias
„ fatigantur, aliquod laboris ſui capiant, te diſponente, ſubſidium. Juſtum
„ namque eſt, ut illic conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum com-
„ modare reperiuntur obſequium.

XXIV. Conſuetudines dationum, vel exeniorum a ſuis Epiſcopis accipere Gregorius,
quaſi pondus quoddam peſtiferum toto mentis conamine detrectabat. Unde Fe-
Reg. lib. 1. ep. 64. Ind. 9. „ lici Epiſcopo Meſſanenſi : Conſuetudines, inquit, quæ Eccleſiis noſcuntur
„ gravamen inducere, noſtra nos decet conſideratione remittere : ne illuc ali-
„ qua cogantur inſerre, unde ſibi inferenda debent potius expectare. Clericis
„ quidem tuis, vel aliorum conſuetudinem te oportet illibatam ſervare, eiſque
„ annis ſingulis, quæ ſunt conſueta tranſmittere : nobis vero de cetero, ne
„ quid tranſmitti debeat, inhibemus. Er quoniam non delectamur exeniis, pal-
„ matianas *a*, quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcepimus:
„ ſed eas, ne quod exinde ſentire potuiſſes diſpendium, digno fecimus pretio
Lib. 4. „ venumdari, & id tuæ fraternitati tranſmiſimus ſigillatum, *&c. uſque* judici
Ep. 35. „ reſignemus. Item Joanni Epiſcopo primæ Juſtinianæ, *&c.*

XXV. Hinc eſt, quod Gregorius Epiſcoporum neminem ad urbem fatigare dele-
Reg. lib. 2. ctans, MAXIMIANO Syracuſano Epiſcopo vices ſuas per Siciliam totam com-
Ep. 4. miſit, præcipiens ut omnes Epiſcopi, ſemel in quinquennio, Romam venirent.
Reg. lib. 6. „ Unde CYPRIANO Diacono ſcribens : Novit, ait, dilectio rua hanc olim
Ep. 19. „ conſuetudinem tenuiſſe, ut Fratres & Coepiſcopi noſtri Romam ſemel in
„ triennio de Sicilia convenirent : ſed nos corum labori conſulentes, ſcias con-
„ ſtituiſſe, ut ſuam hic ſemel in quinquennio præſentiam exhiberent, &c. Ubi
„ notandum, quia ſi beatus Gregorius exenia (quod credi nefas eſt) anhelaret,
* prorogaret „ non Epiſcoporum adventus a triennio in quinquennium protelaret *, immo
„ a triennio in biennium proculdubio feſtinaret.

XXVI. Sed quando exenia grate ſuſciperet, qui quamvis diſpenſandas alterius elee-
moſynas recuſare timeret, eas ramen & timendo ſuſcipiebat, & cautiſſime di-
ſpenſabat? quique adco ſua dare, & aliena non accipere conſueverat, ut etiam
rerum quarumdam pretia penitus refutaret. Unde EULOGIO Patriarchæ A-
Reg. lib. 7. „ lexandrino inter cetera ſcribir, dicens : De lignis, quod ſcribitis, quia bre-
Ep. 29. „ via fuerint, navis, per quam tranſmiſſa ſunt, qualitas fecit : quia ſi majot
Ind. 2. „ navis veniſſet, potuiſſem ligna etiam majora tranſmittere. Quod autem dici-
„ tis,

a Forte veſtes palmis vel acu pictis vel intextis diſtinctas, quas Palmatas antiqui appellabant.

„ tis, quia ſi majora tranſmitrimus, pretium datis : largitati quidem gratias AN.CHR.
„ agimus, ſed accipere pretium, Evangelio interdicente, prohibemur. Nos 604
„ enim ea, quæ tranſmittimus ligna, non emimus : & quomodo poſſumus 12.Martii.
„ pretium accipere, cum ſcriptum ſit : *Gratis accepiſtis*, *gratis date* ? Nunc Matth. 10.
„ ergo juxta modum navis per nauclerum parva ligna tranſmiſimus : ſequenti
„ vero anno, ſi omnipotenti Deo placuerit, majora præparamus.

Non mirum ſi liberaliſſimus Pontifex nullas conſuetudines a ſuis Suffraganeis, XXVII.
nulla exenia capiebat, quibus ipſe, ſi qua neceſſaria videbantur, ſatis hilariter
„ miniſtrabat. Unde VENANTIO Epiſcopo Peruſino ſcribit, dicens : Fra- Reg.lib.10.
„ trem, & Coepiſcopum noſtrum Eccleſium frigore omnino laborare cognovi- ep. 53. Ind.
„ mus, pro eo, quod hiemalem veſtem non habeat. Et quia aliquid ſibi a no- 5.
„ bis petiit debere tranſmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præſentium
„ tranſmiſimus amphimallum, tunicam & pectorale, ut ad te ei debeant ſine
„ mora tranſmitti. Et ideo ad prædictum Fratrem noſtrum ſub omni illud ce-
„ leritate ſtude tranſmittere : atque nobis hoc ipſum, quia tranſmiſeris, tuis
„ renuntiare epiſtolis non omittas : ſed ita fac, ut ad tranſmittendum, quia
„ vehemens frigus eſt, moram aliquam minime facias.

„ Item eidem ECCLESIO Cluſino Epiſcopo : Scripta fraternitatis veſtræ Reg. lib 2.
„ ſuſcipientes, contriſtati ſumus, quod vos per ea, & graviter infirmatos, & ep. 46. Ind.
„ adhuc debiles eſſe cognovimus. Et licet Sanctitatem veſtram videndi deſide- 3.
„ rium haberemus, bene tamen feciſtis, iſto vos illic tempore continere : ne
„ venientes huc, de ægritudinis veſtræ moleſtia recidivam nobis triſtitiam fa-
„ ceretis. Et poſt pauca : Unum antem caballum vobis, qualem invenire po-
„ tuimus, de benedictione ſancti Petri tranſmiſimus, ut habeatis, cum quo
„ poſt infirmitatem vectari poſſitis.

Tali patrono tunc illius temporis Pontifices ampliati, tam novas Eccleſias a XXVIII.
fundamentis conſtruentes ornare, quam veteres quoque ſplendidiſſime renovare
cœperunt. Nam Gregorius nihil in ſuis Epiſcopis magis, quam ſanctitatem,
ſapientiam & liberalitatem curioſiſſime quæritabat. Quod, ut ſignificantius e-
luceſcat, quaſdam epiſtolarum ejus adhibebo, quarum teſtimonio lector meus
quorumdam Epiſcoporum vitia reprehenſa cognoſcat. Ait enim in epiſtola SE-
CUNDO ſervo Dei inter cetera, ſic :

„ Fratrem noſtrum Marinianum Epiſcopum verbis, quibus vales, excita, XXIX.
„ quia eum obdormiſſe ſuſpicor. Nam venerunt quidam ad me, in quibus erant Reg lib 5.
„ quidam ſenes mendicantes, qui a me diſcuſſi ſunt, a quibus, quid acceperint: ep. 29.
„ & per ſingula retulerunt quanta eis, & a quibus in itinere data ſint. Quos
„ dum ſollicite de prædicto Fratre requirerem quid eis dediſſet, reſponderunt
„ ſe eum rogaſſe, ſed ab eo ſe omnino nihil accepiſſe, ita ut neque panem in
„ via acceperint, quod dare omnibus, illi Eccleſiæ ſemper familiare fuit. Di-
„ xerunt enim : Reſpondit nobis dicens : Non habeo, quod vobis dare poſſim.
„ Et miror ſi is, qui veſtes habet, cellaria habet, argentum habet; quod pau-
„ peribus debeat dare, non habet. Dic ergo illi, ut cum loco mutet & men-
„ tem. Non ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere, ut remotus
„ ſtudeat ſedere, & de manu minime * fructificare : ſed largam manum ha- * nihil
„ beat, neceſſitatem patientibus occurrat, alienam inopiam ſuam credat : quia
„ ſi hæc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet.

„ Item SERENO Epiſcopo Maſſilienſi, poſt aliqua : Perlatum ad nos fuerat, XXX.
„ quod inconſiderato zelo ſuccenſus, Sanctorum imagines, ſub hac quaſi excu- Reg. lib. 9.
„ ſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem, quia eas adorari ve- ep.9. Ind.4.
„ tuiſſes, omnino laudavimus : fregiſſe vero reprehendimus. Dic Frater, a quo Ivo p. 3. c.
„ factum Sacerdote, aliquando auditum eſt, quod feciſti? Si non aliud, vel il- 42. Grat.
„ lud te non debuit revocare, ne * deſpectis aliis Fratribus, ſolum te & ſan- de conſec.
„ ctum eſſe crederes, & ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per dist.3.c.27.
„ picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptu- * ut
„ ra, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident, quod
„ ſequi debeant, in ipſa legunt qui litteras neſciunt, *&c. uſque* revocare feſtines.

JA-

AN CHR. Jᴀɴᴜᴀʀɪᴏ quoque Caralitano Epiſcopo, poſt aliqua ſcribit, dicens: Inter
604 „ querelas multiplices, Iſidorus vir clariſſimus a fraternitate tua fruſtra ſe ex-
12. Martii. „ communicatum anathematizatumque conqueſtus eſt. Quod quamobrem fa-
XXXI. „ ctum fuerit *, dum a Clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere,
Reg. lib. 2. Epiſt. 34. „ pro nulla alia cauſa, niſi pro eo, quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ
Ind. 10. „ res nos vehementer affligit: quia ſi ita eſt, nil te oſtendis de cœleſtibus cogi-
* fuerat „ tare, ſed terrenam te converſationem habere ſignificas: dum pro vindicta
„ propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis
„ invexiſti. Unde de cetero omnino eſto circumſpectus atque ſollicitus, & talia
„ cuiquam pro defenſione injuriæ tuæ, inferre denuo non præſumas. Nam ſi
„ tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.
XXXII. Lib. 7. ep. 1. „ Item eidem: Prædicator omnipotentis Dei Paulus Apoſtolus præcipit, di-
1. Tim. 5. 1. „ cens: *Seniorem ne increpaveris*. Sed hæc ejus regula * tunc ſervanda eſt, cum
* in eo „ culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda juoiorum. Ubi au-
* enim „ tem * ſenior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpa-
„ tione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt: *Laqueus juvenum omnes vos*. Et rurſum
Iſa. 42. Iſa. 66. „ Propheta dicit: *Peccator centum annorum maledictus erit*. Tanta autem ne-
„ quitia ad aures meas de tua ſenectute pervenit, ut eam niſi adhuc humanitus
Grat. diſt. „ penſaremus, fixa jam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi eſt, quod
26. c. 24. „ Dominico die priuſquam Miſſarum ſolemnia celebrares, ad exarandam meſ-
„ ſem latoris præſentium perrexiſti: & poſt exarationem ejus Miſſarum ſolem-
„ nia celebraſti. Poſt Miſſarum ſolemnia etiam, & terminos poſſeſſionis illius
„ eradicare minime timuiſti. Quod factum quæ pœna debuit inſequi, omnes qui
„ audiunt, ſciunt. Dubii autem de tanta hac perverſitate fueramus: ſed filius
„ noſter Cyriacus Abbas a nobis requiſitus, dum eſſet Caralis, ita ſe cognoviſſe
„ perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, aliquando reſipiſce
„ ſenex, atque a taota levitate morum & operum perverſitatem compeſce:
„ quia quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri ſollicitior, atque timidior de-
„ bes. Et quidem pene ſententia in te fuerat jaculanda: ſed quia ſimplicitatem
„ tuam cum ſenectute novimus, ioterim tacemus.
XXXIII. Omnes omnino Pontifices a lectione librorum Gentilium Gregorius inhibebat.
Reg. lib. 9. Quapropter Dᴇsɪᴅᴇʀɪᴏ *a* Galliarum Epiſcopo, Pallium poſtulanti, ſcribit,
Epiſt. 48. Grat. diſt. „ inquiens: Cum multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudiis nuntiata, ita
86. c. 1. „ cordi noſtro eſt nata lætitia, ut negare ea, quæ ſibi fraternitas veſtra conce-
* pateremus „ denda popoſcit, minime valeremus *. Sed poſt hæc pervenit ad nos, quod
„ ſine verecundia memorare non poſſumus, fraternitatem tuam Grammaticam
„ quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus vehe-
„ mentius aſpernati, ut ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiam
„ verteremus: quia in uno ſe ore cum Jovis laudibus, Chriſti laudes non ca-
„ piunt. Et quam grave, nefandumque ſit Epiſcopos canere, quod nec laico
* nam „ religioſo conveniat, ipſe conſidera. Et quamvis * dilectiſſimus filius noſter
* inquiſitus „ Candidus Presbyter poſtmodum veniens, hac de re ſubtiliter requiſitus *
„ negaverit, atque vos conatus fuerit excuſare, de ooſtro tamen adhuc animo
„ non receſſit: quia quantum execrabile eſt hoc de Sacerdote narrari, tanto
„ utrumne ita ſit, diſtricta & veraci oportet ſatisfactione cognoſci. Unde ſi
„ poſt hoc evidenter hæc, quæ ad nos perlata ſunt, falſa eſſe claruerint, ne-
„ que vos nugis & ſæcularibus litteris ſtudere contigerit *; & Deo noſtro gra-
„ tias agemus, qui cor veſtrum maculari blaſphemis nefandorum laudibus non
„ permiſit; & de concedendis, quæ poſcitis, ſecuri jam & ſine aliqua dubita-
„ tione tractabimus.
XXXIV. Nihilominus Nᴀᴛᴀʟɪ Salonitano Epiſcopo ſcribit, dicens: Multis ab urbe
Reg. lib. 2. Epiſt. 14. „ tua venientibus, Frater chariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te
Ind. 10. „ conviviis occupatum. Quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum
„ ex-

---

a Deſiderius Viennenſis Epiſcopus, ad quem hic Gregorius, martyrium ſubiit. 10. Kal. Junias in agro Lugdunenſi.

„ experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequa- AN.CHR.
„ quam exhortationi invigiles, ſed ipſum quoque uſum Eccleſiaſtici ordinis i- 604
„ gnores, hoc eſt in teſtimonium, quod eis, ſub quibus es poſitus, ſervare re- 12. Martii.
„ verentiam neſcis. Grat. diſt.

Sed cum Natalis per inanem Philoſophiam, ſcriptis propriis ſe niteretur in- 44. c. 5. XXXV.
„ culpabilem demonſtrare, mitiſſimus doctor Gregorius ita reſcripſit: In con- Reg. lib. 2.
„ viviorum defenſionem veſtra fraternitas Abrahæ convivium memorat, in Epiſt. 37. Gen. 18.
„ quo, teſte ſacro eloquio, tres Angelos ſuſcepiſſe perhibetur. Sed hoc exem-
„ plo de convivio, neque nos Beatirudinem veſtram reprehendimus, ſi hanc
„ ſuſcipere Angelos in hoſpitalitatem cognoſcimus. Rurſum narrat tua frater- Gen. 27.
„ nitas, Iſaac ſatiatum filio benedictionem dediſſe. Quæ utraque veteris Teſta-
„ menti, quia ita ſunt geſta per hiſtoriam, ut tamen ſignarent aliquid per al-
„ legoriam; utinam valeamus ſic res geſtas legendo percurrere, ut poſſimus et-
„ iam gerendas prævidendo ſentire, *&c. uſque* Convivia autem quæ ex intentio- Grat. diſt. 44. c. 6.
„ ne impendendæ charitatis fiunt, recte veſtra Sanctiras in ſuis epiſtolis laudat:
„ ſed tamen ſciendum eſt, quia tunc veraciter ex charitate prodeunt, cum in
„ eis nulla abſentium vita morderur, nullus ex irriſione reprehenditur: & non
„ in eis inanes ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiun-
„ tur: cum non plus, quam neceſſe eſt, ſervitur corpori, ſed ſola ejus infir-
„ mitas reficitur, ut ad uſum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque ſi vos
„ in veſtris conviviis agitis, abſtinentium fateor magiſtri eſtis, *&c. uſque* valde
„ delinquimus.

Neminem ſane Pontificum a parœcia ſua ſaltem parumper abſque inevitabili XXXVI.
prorſus neceſſitate diſcedere Gregorius permittebat: quos nimirum in cauſis Reg. lib. 8. ep. 33.
mundialibus occupari vehementiſſime prohibebat. Unde ROMANO Defenſori Grat. diſt.
„ ſcribit, dicens: Perlatum eſt ad nos, Reverentiſſimum Fratrem noſtrum 88. c. 4.
„ Baſilium Epiſcopum velut unum de laicis in cauſis ſæcularibus occupari, &
„ Prætoriis inutiliter deſervire. Quæ res, quoniam & ipſum vilem reddit, &
„ reverentiam Sacerdotalem annihilat; ut experientia tua hoc præceptum ſu-
„ ſceperit, eum ita ad revertendum diſtricta executione compellat, quatenus
„ ei illic, te inſiſtente, quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non
„ liceat, ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris,
„ eum ipſo apud nos graviter incipias eſſe culpabilis.

„ Item ANTHEMIO Subdiacono: Pervenit ad nos, Pimenium Amalfita- XXXVII.
„ næ civitatis Epiſcopum in Eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum, ſed Reg. lib. 5.
„ foras per loca diverſa vagari. Quod videntes alii, nec ipſi in caſtro ſe re- Ep. 23.
„ tinent, ſed ejus exemplum ſequentes, foris magis eligunt habitare. Et
„ quia ſic agentes, ipſi potius ad ſuam hoſtes deprædationem invitant; idcirco
„ hac tibi auctoritate præcipimus, ut ſupradicto Epiſcopo interminari non
„ deſinas, quatenus hoc de cetero facere non præſumat, ſed in Eccleſia ſua,
„ Sacerdotali more, reſideat. Quem ſi forte non emendari poſt tuam intermi-
„ nationem cognoveris, in Monaſterio eum deputare, & nobis curabis modis
„ omnibus indicare: ut quid facere debeas, noſtra iterum præceptione cogno-
„ ſcas.

Non mirum ſi Gregorius ex miniſterio ſibi credito curabat vitia quorum- XXXVIII
libet Præpoſitorum verbis ſalubribus increpare, qui lapſum propriæ amitæ
non dubitaverit ad inſtructionem populi poſteriorum memoriæ commendare.
Siquidem in Evangelica ſententia, qua dicitur: *Multi ſunt vocati, pauci vero* Matt. 22.
electi; volens multorum vocationem a paucorum electione formis exemplo- Homil. 38. in Evang.
„ rum diſcernere, perhibet, dicens: Pater meus tres ſorores habuit, quæ
„ cunctæ ſacræ virgines erant *: quarum una THARSILIA, alia GOR- * fuerunt
„ DIANA, alia ÆMILIANA dicebatur. Uno omnes amore converſæ,
„ uno eodemque tempore ſacratæ, ſub diſtrictione regulari degentes in domo
„ propria, ſocialem vitam ducebant. Cumque eſſent diutius in eadem con-
„ verſatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem Conditoris ſui
„ Tharſilla & Æmiliana ſuccreſcere: & cum ſolo hic eſſent corpore, quo-

AN.CHR. „ tidie animo ad æterna tranſire. At contra Gordianæ animus cœpit ab amore
604 „ caloris intimi per quotidiana decrementa tepeſcere, & paulifper ad hujus ſæ-
12.Martii. „ culi amorem redire. Crebro autem Tharſilla dicere Æmilianæ ſorori ſuæ cum
„ magno gemitu ſolebat: Video Gordianam ſororem noſtram de noſtra ſorte
„ non eſſe. Perpendo enim, quia foras defluit, & cor, ad quod propoſuit,
„ non cuſtodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque
„ a levitate morum ad gravitatem ſui habitus reformare. Quæ quidem reſume-
„ bat vultum ſubito gravitatis inter verba correptionis: ſed cum ejuſdem corre-
„ ptionis hora tranſiſſet, tranſibat protinus & ſuperducta gravitas honeſtatis,
„ moxque ad levia verba redibat. Puellarum gaudebat ſocietate laicarum: ei-
„ que perſona valde oneroſa erat, quæcumque huic mundo dedita non erat,
Matt. 22. „ *&c. uſque, pauci vero electi*.

XXXIX. Subditorum quoque negligentias Gregorius, & ſubtiliter inquirebat, & di-
Reg. lib 7. ſtrictiſſimis redargutionibus emendabat. Unde VITALIANO Epiſcopo Sypon-
ep.9. Ind 1. Grat. 27.q. „ tino ſcribens: Si cuſtos, inquit, religioſi habitus fuiſſes, aut eſſe noſſes E-
1. c. 18. „ piſcopus, filiam glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militiæ, te illic poſito,
„ nec projectis religioſis veſtibus ad ſæcularem reverti habitum, nec ad nos
„ licuiſſet perverſam epiſtolam deſtinare. Sed quia nimia deſidia, nimioque
* tepore „ torpore * deprimeris, in tuo dedecore res ad præſens illicita impune com-
„ miſſa eſt. Nam ſi, ut præfati ſumus, ſollicitus extitiſſes, prius ad nos
„ ultio mulieris praviſſimæ, quam culpa debuit pervenire. Quia ergo tan-
„ tum hebes, tantumque es negligens ut niſi canonicam in te fueris coercitio-
„ nem expertus, in aliis diſciplinæ diſtrictionem neſcias cuſtodire; qualiter de-
„ beas eſſe ſollicitus, congruo tibi, ſi Domino placuerit, tempore demonſtra-
„ bimus.

XL. „ Item SERGIO Defenſori: Si homo eſſes, aut diſcretionem * aliquam
* diſtrictionem „ habuiſſes, ita regularis diſciplinæ debuiſti cuſtos exiſtere, ut ea, quæ illic
Reg. lib. „ illicite committuntur, ante vindicta corrigeret, quam ad nos eorum nun-
eod. ep. 10. „ tius perveniret. Sed dum nimia te facit ſtultitia negligentem, non ſolum de
Grat. 27.q. 1, c. 17. „ illis offendimur, ſed etiam ad ulciſcendam deſidiam tuam nihilominus provo-
„ camur.

XLI. „ Item ANTHEMIO Subdiacono Campaniæ: Pervenit ad nos, Fratrem &
Reg lib. 11 ep. 29. „ Coepiſcopum noſtrum Paſchaſium ita deſidem, negligentemque in cunctis e-
Grat. diſt. 84. c. 1. „ xiſtere, ut in nullo, quia eſt Epiſcopus agnoſcatur; adeo ut neque Eccleſia
„ ipſius, neque Monaſteria, ſive filii Eccleſiæ, vel oppreſſi, vel pauperes ejus
„ erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant, nec aliquam ſupplicantibus ſibi iis, in
„ quibus juſtum eſt, opem defenſionis accommodet: & quod adhuc dici gra-
„ vius eſt, conſilia ſapientium & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſci-
„ pere, *&c. uſque* conveniat Sacerdotem.

XLII. „ Item eidem: Quoties illa de Fratribus Coepiſcopiſque noſtris audivimus,
Reg lib. 11 ep. 33. „ quæ & illos reprehenſibiles oſtendere, & nobis triſtitiam valeant generare,
Grat. diſt. „ de eorum nos emendatione non mediocriter cogit neceſſitas cogitare. Quia
34. c. 2. „ ergo nuntiatum nobis eſt, Campaniæ Epiſcopos ita negligentes exiſtere,
„ ut immemores honoris ſui, neque erga Eccleſias, neque erga filios ſuos
„ paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel Monaſteriorum ſollicitudinem ge-
„ rant, ſeu in oppreſſorum pauperum ſe tuitionem impendant; ideo hac tibi
„ auctoritate præcipimus, ut eis ad te convocatis, ex noſtro illos mandato
„ diſtricte commoneas, quatenus deſides ulterius eſſe non debeant, ſed Sa-
„ cerdotalem ſe habere zelum, & ſollicitudinem opere doceant, *&c. uſque*
„ diſtrictione ſentire.

Reg. lib. 4. Epiſt. 4. Item VICTORI Epiſcopo Panormitano poſt aliqua: Cujus, inquit, jam
„ culpæ ſis intelligis: ut ego tam longe poſitus, quæ in civitate tua aguntur,
XLIII. Reg lib. 2. „ agnoſcam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant, diſponam.
Epiſt. 44. Notandum ſane, quia ſicut manifeſta crimina diſcretiſſimus Præſul Grego-
Ind. 11. Grat. diſt. rius, aut vix, aut numquam ſine vindicta laxabat: ita nimirum in rebus dubiis
33. c. 7. numquam aliquando certam ſententiam proferebat. Quapropter ANDREÆ Ta-
ren-

,, rentino Epiſcopo ſcribit, dicens : Tribunal Judicis æterni ſecurus aſpiciet, AN.CHR.
,, quiſquis reatus ſui conſcius, digna eum modo pœnitentia placare contendit. 604
,, Habuiſſe ſiquidem te concubinam manifeſta veritate comperimus, de qua et- 12.Martii.
,, iam contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis abſo-
,, lutum non debet eſſe judicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus eſſe committen-
,, dum. Qua de re ſi in ſacro Ordine conſtitutus, ejus te permixtione eſſe re-
,, colis maculatum, Sacerdotii honore depoſito, ad miniſtrandum nullo modo
,, præſumas accedere : ſciturus in animæ tuæ periculum * miniſtrare, & Deo * periculo
,, noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi hujus ſceleris conſcius, in eo quo es
,, Ordine celans veritatem, permanere volueris.

Ob hoc ſollicitiſſimus Eccleſiæ Dei cuſtos Gregorius, uniuſcujuſque conſilia- XLIV.
rios arguens, quantum in ſe erat, omnes omnino ſalvare certabat. Unde VE- Reg. lib.1.
,, NANTIO ex Monacho Patricio poſt aliqua ſcribens, ait : Scio quia cum Epi- Epiſt. 33.
,, ſtola mea ſuſcipitur, protinus amici conveniunt, litterati clientes vocantur,
,, & de cauſa vitæ, conſilium a fautoribus mortis quæritur : qui dum non te,
,, ſed res tuas diligunt, nulla tibi, niſi quæ ad tempus placeant, loquuntur.
,, Tales enim fuerunt, ſicut ipſe reminiſceris, dudum conſiliarii, qui te ad tan-
,, ti facinus perduxerunt delicti. Et ut tibi aliquid ſæcularis auctoris loquar,
,, cum amicis omnia tractanda ſunt, ſed prius de ipſis. Si vero in cauſa tua ho-
,, minem conſiliarium quæris, conſiliarium rogo me ſuſcipe. Nullus tibi fidelior
,, eſſe ad conſilium poteſt, quam qui non tua, ſed te diligit.

,, Item JOANNI Conſtantinopolitano Epiſcopo poſt nonnulla : Ego beatiſſi- Reg. lib.2.
,, mo viro domino Joanni ſcripſeram : ſed credo, quia mihi familiaris ille veſter Ep.62.
,, juvenculus reſcripſit, qui adhuc de Deo nihil didicit, *&c. uſque* habere non
,, poterit.

,, Item JANUARIO Caralitano Epiſcopo : Eos, inquit, quorum conſiliis Reg. lib.7.
,, meſſem alterius exaraſti, & eradicare terminos minime timuiſti in duobus Ep. 1.
,, menſibus excommunicatos eſſe decernimus, ita ut ſi quid eis intra duorum
,, menſium ſpatium humanitus evenerit, benedictione viatici non priventur.
,, Deinceps autem ab eorum conſiliis cautus exiſte, teque ſollicite cuſtodi : ne,
,, ſi eis in malo diſcipulus fueris, quibus magiſter in bono eſſe debuiſti, nec
,, ſimplicitati tuæ ulterius, nec ſenectuti parcamus.

,, Item CALLINICO Exarcho Italiæ, poſt nonnulla : Illud vero cognoſci-
,, te, quia me non modice contriſtavit, quod Major-domus, qui petitionem E-
,, piſcopi volentis a ſchiſmate reverti, ſuſcepit, eam ſe perdidiſſe profeſſus eſt,
,, & poſtmodum ab adverſariis Eccleſiæ tenebatur. Quod ego non negligentia,
,, ſed venalitate ejus factum arbitror, *&c. uſque* non eſſet terroris.

,, Item SERENO Maſſilitano Epiſcopo poſt multa : Pervenit ad me, quod XLV.
,, dilectio tua libenter malos homines in ſocietate, vel conſilio ſuo recipiat, Reg. lib.9.
,, adeo ut Presbyterum quemdam, qui poſtquam lapſus eſt, & in ſuæ adhuc Ep.9.
,, dicitur iniquitatis pollutione verſari, familiarem habeat, *&c. uſque* animis non
,, inducas.

Pro unius culpa vindicari alium rectiſſimus judex Gregorius minime per- XLVI.
,, mittebat. Ideoque GODISCALCO Duci Campaniæ ſcribens ait : Illa Præ- Reg. lib.8. ep. 22.
,, poſitorum ſollicitudo utilis, illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio Grat. 11 q.
,, agit, & furor ſibi nihil vindicat. Reſtringenda ergo ſub ratione poteſtas eſt, 3. c. 67.
,, nec quidquam agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens
,, redeat. Nam commotionis tempore juſtum omne putat ira, quod fecerit.
,, Pervenit itaque ad nos, magnitudinem tuam uſque ad hoc eſſe impetu
,, furoris impulſam, ut non ſolum frangi januas Monaſterii ſancti Archangeli,
,, verumetiam diripi exinde, quod ibi inventum eſt, feceris. Inſuper autem
,, ſic contra Abbatem ejuſdem Monaſterii diceris exarſiſſe, ut niſi occultans
,, ſe iracundæ tuæ tempore latuiſſet, non leve diſcrimen incurriſſet : deni-
,, que, ut metu tuo perterritus, de domo, in qua ſe olim receperat, exire
,, hucuſque non audeat. Quod ne fruſtra feciſſe forſitan videreris, fugam Mo-
,, nachi ipſius, qui ad hoſtes abiit, ad ejus quantum ad nos perlatum eſt, cri-

AN.CHR. „ men impingis, aſſerens, quod illius voluntate fugerit. Quod ſi ita eſt, con-
604 „ triſtamur, & valde ſapientiam veſtram miramur. Nam ſi licitum putatis,
12.Martii. „ ut aliorum culpa alii ſit nociva, multi huic poſſunt crimini ſubjacere, *&c.*
„ *uſque* æſtimet applicandam?

XLVII. Lib. 8. Epiſt. 51. Libertatem uniuſcujuſque hominis Gregorius contra judicum inſolentias liberis nibilominus vocibus defendebat. Unde LEONTIO Exconſuli poſt aliqua
„ ſcribens, ait: Si Libertinus in iſta cauſa cautionis culpabilis invenitur, & de
„ aliis cauſis, quid pro ſe alleget, neſcio: unum tamen boc bene atque con-
„ ſtanter novi, quia etſi quam rebus publicis fraudem fecit, ſubſtantia ejus cæ-
„ di debuit, non libertas, *&c. uſque* & lingua deficiunt.

XLVIII. Cunctorum judicum cupiditates, vel ſcelera Gregorius quaſi camo, frenoque Pontificii ſui, validiſſimis auctoritatibus reſtringebat, & ſi quos dulciter a pravitate corrigere non valebat, ſcriptorum ſuorum redargutionibus publicabat.
Reg. lib. 4. ep. 18. „ Unde ROMANO Exarcbo Italiæ reſidenti Ravennæ ſcribit, inquiens: Apud
„ excellentiam veſtram, pravorum audacia, correptionis debet aculeos magis,
„ quam defenſionis invenire ſolatium. Nam ſatis grave eſt, ut contingat illic
„ habere pravam actionem refugium, unde diſciplinæ debet prodire cenſura *.
*decet prodire cenſuram „ Pervenit itaque ad nos, Specioſum quemdam Presbyterum, qui cauſa poſcente
„ in Monaſterio a Joanne Fratre & Coepiſcopo noſtro fuerat deputatus, contra
„ ſui Paſtoris exinde voluntatem exiſſe, & Eccleſiaſticæ conſtitutionis vigore
„ deſpecto, antedicto Epiſcopo veſtra fretum tuitione reſiſtere. Quod quia
„ excellentiæ veſtræ ſine dubio pulſat invidiam, neceſſe eſt, ut ab ejus vos, ha-
„ bita diſcretione, debeatis tuitione ſuſpendere: ne ſi nominis veſtri occaſione
* fuerit „ Paſtori ſuo inobediens, vel contumax exſtiterit *, ad tempus veſtros contra
„ vos judices defenſare, atque excellentiam veſtram hac ex re cogatur offende-
„ re, & nos pariter de veſtra diſcordia contriſtari. Comperimus præterea (quod
„ dici nefas eſt) quaſdam mulieres, quæ nunc uſque in religioſo atque Mona-
* religioſa „ chico babitu permanſerunt, ſacram * veſtem & ſuam velaturam deponere,
„ & conjugibus (quod ſine gravi dolore referre non poſſumus) ſociari. Sed hoc
„ quidem, ut dicere, vel attentare præſumant, favoris veſtri patrocinio fulciri
„ dicuntur. Quod nos credere perverſitatis ipſius acerbitas non permittit. Peti-
„ mus ergo ut in tanto vos peccato miſcere nullatenus debeatis. Nam hujuſmo-
„ di iniquitatem impunitam propter Deum nullo modo patimur remanere.
„ Unde iterum quæſumus, ut excellentia veſtra in talium ſe cauſarum defen-
„ ſione non miſceat: ne & Deus ſuam defendat injuriam, & inter nos aliorum
„ pariat culpa diſcordiam.

Reg. lib. 1. ep. 33. „ Item VENANTIO ex Monacho Patricio. Multi hominum ſtulti putave-
„ runt, quod ſi ad ordinem Epiſcopatus eveberer, te alloqui ac per Epiſtolas
„ frequentare recuſarem. Sed non ita eſt: quia ipſa jam loci mei neceſſitate
„ compellor, ut tacere non debeam. Et poſt pauca: Hac igitur conſideratione
„ compulſus, velis an nolis locuturus ſum, quia omni virtute, aut te cupio ſal-
„ vari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris, recolis & ſu-
„ pernæ diſtrictionis animadverſione poſtpoſita, ad quid ſis delapſus, agnoſcis,
„ *&c. uſque*, te videt & tolerat. Cumque Venantius in eadem apoſtaſia permanens, obortis quibuſdam ſimultatibus, oblationes ſuas a Joanne, Syracuſano Epiſcopo execratas cognoſceret; contra Epiſcopum hoſtili more commotus eſt, eumque non timuit Gregorio accuſare. Cui ipſe reſcribit, di-
Reg. lib. 5. Epiſt. 42. „ cens: Multum nos ea, quam direxiſtis, jam contriſtatos invenit epiſtola,
„ quod inter vos & Joannem Fratrem & Coepiſcopum noſtrum, de quorum
„ deſiderabamus gaudere concordia, ſcandalum prodiiſſe cognovimus. Quævis
„ enim cauſa fuiſſet, non uſque ad hoc debuit furor erumpere, ut armati ho-
„ mines veſtri, ſicut audivimus, in Epiſcopum irruerent, & diverſa hoſtili more
„ mala committerent, atque vos hæc res a paterna interim charitate divideret,
&c. uſque, etiam ipſe perageret, &c. Verum Venantius cum Epiſcopo in concordiam rediens, cum per undecim annos a Gregorio multiplicibus litteris exhortatus redire ad Monachicum propoſitum detrectaret, in graviſſimam ægri-

tudi-

tudinem cecidit. Quod a Joanne Syracuſano Epiſcopo Gregorius audiens, re- AN CHR. 604
„ ſcripſit, dicens: Fraternitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ mihi de dulciſſimi fi-
„ lii mei domni Venantii ægritudine loquebantur, & cuncta circa * eum, qua- 12. Martii.
„ liter acta ſunt, enarrabant. Sed uno tempore auditis, & illum deſperare, ac Reg. lib 9.
„ graviter ægrotare, & in rebus orphanorum filiorum ſcilicet ejus homines ini- Epiſt. 11. * erga
„ quos inſiſtere, vix ſe in corde meo dolor capere poterat. Sed in hoc fuit ſo-
„ latium, quod lacrymæ mihi per gemitus erumpebant. Veſtra igitur ſanctitas
„ primam, quam decet, curam negligere non debet, ut de anima ejus cogitare
„ debeat, exhortando, rogando, Dei terribile judicium proponendo, ineffabilem
„ ejus miſericordiam promittendo, ut ad habitum ſuum redire, vel in extre-
„ mis debeat: ne ei reatus tantæ culpæ in æterno judicio obſiſtat.

Si quos tamen judicum a ſuis pravitatibus inconvertibiles Gregorius adverte- Reg lib.4.
bat, eos ſcriptis propriis penes principes denotabat. Unde CONSTANTIÆ Au- Ep. 11.
„ guſtæ queritur dicens: Dum in Sardinia inſula multos eſſe Gentiles * cogno- *gentilium
„ viſſem, eoſque adhuc pravæ gentilitatis more * idolorum ſacrificiis deſervire, * errore
„ & ejuſdem inſulæ Sacerdotes ad prædicandum Redemptorem noſtrum tor-
„ pentes exiſtere; unum illuc ex Italiæ Epiſcopis miſi, qui multos Gentilium Grat. 12.
„ ad fidem, Domino cooperante convertit *. Sed quidam rem mihi ſacrilegam c.2. cap.8.
„ nunciavit, quia hi, qui in ea idolis immolant, judici præmium perſolvunt, * perduxit
„ ut hoc eis facere liceat. Quorum dum quidam baptizati eſſent, etiam immo-
„ lare idolis deſiviſſent, adhuc ab eodem inſulæ judice, etiam poſt baptiſmum,
„ præmium illud exigitur, quod dare prius pro idolorum immolatione conſue-
„ verant, *&c. uſque* culpa multaret.

Hinc eſt, quod hujus Gregorii tempore tot Sacerdotes & laici per diver- XLIX.
ſas regiooes miraculis coruſcaſſe Dialogo teſte probantur, quot numquam Dial. lib.4.
ſub poſterioribus Pontificibus inveniri poſtea potuerunt. Tantis igitur Eccle-
ſiæ Dei felicitatibus hoſtis humani generis invidens, nonnullos Pontificum ſi-
mulque ſæcularium judicum, ad ejus invidiam conflagravit. Super quorum
afflictione JOANNI Ravennati Epiſcopo ioter cetera queritur, dicens:
„ Peccatis meis hoc reputo, quia iſte, qui nunc intereſt, haud dubium quin
„ Romanus Exarchus, & pugnare contra inimicos ooſtros diſſimulat, & nos Reg. lib.2. Epiſt. 32.
„ facere pacem vetat: quamvis jam modo, etiamſi velit, facere omnino
„ non poſſumus: quia Arnulfus exercitum Autarith & Nordulfi habens,
„ eorum ſibi dari precaria deſiderat, ut vobiſcum loqui aliquid de pace
„ dignetur.

„ Item Sebaſtiano, Epiſcopo Sirmienſi poſt aliqua: Quæ ſanctiſſime frater, Reg. lib.4.
„ de amici veſtri domni Romani perſona in hac terra patimur, loqui minime Ep. 35.
„ valemus: breviter tamen dico, quia ejus in nos malitia gladios Langobardo-
„ rum vicit, ita ut benigniores videantur hoſtes, qui nos interimunt, quam
„ reipublicæ judices, qui nos malitia ſua rapinis atque fallaciis in cogitatione
„ conſumunt. Et uno tempore curam Epiſcoporum, atque Clericorum, Mo-
„ naſteriorum quoque, & populi gerere, contra hoſtium inſidias ſollicitum vi-
„ gilare, contra ducum fallacias, atque malitias ſuſpectum ſemper exiſtere:
„ cujus laboris, cujus doloris ſit *, veſtra fraternitas tanto verius penſat, quan- * ſint
„ to me, qui hæc patior, purius amat.

„ Item ANASTASIO Patriarchæ poſt multa: Quæ mala a barbarorum
„ gladiis, quæ a perverſitate judicum patimur, beatitudini veſtræ narrare
„ refugio, ne ejus gemitum augeam, quem minuere conſolando debue-
„ ram.

„ Item PALLADIO Presbytero de monte Sina poſt plurima: Peto, ut pro Reg. lib.8.
„ me orare debeas, quateous omnipotens Deus, & a malis me ſpiritibus, & a ep. 45.
perverſis hominibus cuſtodire dignetur: quia in hac vitæ meæ peregrinatione
mala me ſimul, & multa circumdant, ita ut cum Pſalmiſta jure dicam: *In* Pſ.87.
me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me ſicut
aqua tota die, circumdederunt me ſimul.

L.
Porro MAURICIO tunc avariſſimo ſimulque rapaciſſimo Principi, ſug- Reg. lib.2. ep. 61.

AN.CHR. geſtionibus inimicorum ſuorum funeſtiſſimam legem ferenti, ut nulli militum,
604 qui videlicet in manu ſignatus fuiſſet, liceret converti, inter cetera ſic reſpon-
12.Martii. „ dit : Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines, pietati dominorum meorum cœ-
„ litus data eſt, ut qui bona appetunt adjuventur, ut cœlorum via largius pa-
„ teat, ut terreſtre regnum cœleſti regno famuletur. Et ecce aperta voce dici-
„ tur, ut ei, qui ſemel in terrena militia ſignatus fuerit, niſi aut expleta mi-
„ litia, aut pro debilitate corporis repulſus, Domino noſtro JESU-CHRISTO mi-
„ litare non liceat. At hæc ecce per me, ſervum ultimum ſuum & veſtrum
„ reſpondebit Chriſtus dicens : Ego te de Notario Comitem excubitorum, de
„ Comite excubitorum Cæſarem, de Cæſare Imperatorem, nec ſolum hoc,
„ ſed etiam patrem Imperatorum feci. Sacerdotes meos tuæ manui commiſi :
„ & tu a meo ſervitio milites tuos ſubtrabis? Reſponde, rogo, piiſſime
„ Domine, ſervo tuo, quid venienti, & hæc dicenti reſponſurus es in ju-
* rogo „ dicio Domino tuo? Et poſt pauca : Requirat ergo * Dominus meus,
„ quis prior Imperator talem legem dedetit, & ſubtilius æſtimet, ſi dari de-
„ buerit.

Reg. lib.2. ep. 65. „ Item THEODORO Medico, poſt aliqua : Peccatis, inquit, meis fa-
„ cientibus, ex quorum ſuggeſtione, vel conſilio, neſcio an veſtro, tranſa-
„ cto anno, talem in Republica ſua legem protulit Imperator, ut nullus,
„ qui actionem publicam egit, nullus, qui officio, vel manu ſignatus, vel
„ inter milites habitus eſt, ei in Monaſterio converti liceat, niſi forte mili-
„ tia ejus fuerit expleta. Quam legem primum, ſicut hi dicunt, qui leges
„ veteres noverunt, Julianus protulit, de quo ſcimus omnes, quantum a
„ Deo averſus fuerit.

LI. Confortabat inſaniam judicum, ſive fovebat Joannes, tunc ex Monacho Regiæ urbis Antiſtes, qui eo tempore, quo Gregorius a Pelagio Præſule deſtinatus Apocriſiarius penes Conſtantinopolim morabatur, fugere ſe ſummum Sacerdotium quaſi humiliter finxit : ſed eo ſuſcepto uſque adeo in ſuperbiam doloſæ mentis excrevit, ut cauſa alia occaſionem quærens, Synodum faceret, in qua ſe Univerſalem appellare conatus eſt. Quod mox Papa Pelagius, ut agnovit, directis epiſtolis ex auctoritate ſancti Petri Apoſtoli, ejuſdem Synodi acta caſſavit. Diaconum vero, qui juxta morem pro reſponſis Eccleſiaſticis faciendis Imperatoribus adhærebat, cum eo Miſſarum ſolemnia celebrare prohibuit. Cujus ſententiam beatus quoque Gregorius ſequens, prædictum Joannem ſæpe commonitum acquieſcere differentem, ſententia pari multaverat, omnibuſque Pontificibus ſub interminatione proprii honoris mandaverat, ne unquam Univerſalis profanum vocabulum aut ſcriberent, aut ſcriptum ſuſciperent, aut ubi fuiſſet ſcriptum, ſubſcriberent. Quapropter Joanoes multis fallaciis ad ſuam hypocriſim conſenſum avariſſimi Imperatoris redimens, obtinuit, ut Imperator Gregorio ſcriberet, quod ſibi pacificus extitiſſet. Quapropter ipſe Imperatrici
Reg. lib.4. Epiſt. 34. „ CONSTANTIÆ ioter aliqua ſcribit dicens : Sabiniano Diacono Reſponſali
„ meo ſcribente cognovi, in cauſis beati Petri Apoſtolorum Principis contra
„ quoſdam ſuperbe humiles, ficte blandos, quanta ſe juſtitia, veſtra ſereni-
„ tas impendat. Unde adhuc peto, ut oullius prævalere contra veritatem
„ hypocriſim permittatis : quia ſunt quidam qui juxta egregii Prædicatoris vo-
„ cem, per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda inoocentium : qui
Rom. 16. „ veſte quidem deſpecti ſunt, ſed corde tument : & quaſi in hoc mundo cun-
„ cta deſpiciunt, ſed tamen ea, quæ mundi ſunt, cuncta ſimul adipiſci quæ-
„ runt. Qui indignos ſe omnibus hominibus fatentur, ſed privatis vocabulis
„ contenti eſſe non poſſunt : quia illud appetunt, unde omnibus digniores eſſe
„ videantur. Et poſt pauca:

LII. „ Præterea indico, quia piiſſimi Domini ſcripta ſuſcepi, ut cum fratre & con-
„ ſacerdote meo Joanne debeam eſſe pacificus. Et quidem ſic religioſum do-
* ſacerdotibus „ minum decuit, ut Sacerdoti * iſta præciperet. Sed cum ſe nova præſumptione
„ atque ſuperbia idem frater meus Univerſalem Epiſcopum appellet, ita ut
„ ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tempore aſcribi ſe in Synodo tali hoc ſuperbo

„ vo-

„ vocabulo faceret; quamvis cuncta illius Synodi, Sede Apoſtolica contradicen- AN.CHR.
„ te, ſoluta ſint, triſte mihi aliquid ſereniſſimus dominus innuit *, quod non 604
„ eum corripuit qui ſuperbit, ſed me potius ab intentione mea declinare, vo- 12.Martii.
„ luit: qui in hac cauſa, Evangeliorum & Canonum ſtatuta, humilitatis at- * innotuit
„ que rectitudinis veritatem defendo, *&c. uſque* dicere nil præſumunt.
Avariſſimo quoque Principi Gregorius voce libera contradicit, poſt aliqua LIII. Reg. lib.4.
„ ſcribens: Ecce claves regni cœleſtis, haud dubium eſt, quin Petrus accepit: Ep.32.c.76.
„ poteſtas ei ligandi atque ſolvendi tribuitur: cura ei totius Eccleſiæ, & prin- Matt. 16.
„ cipatus committitur, & tamen Univerſalis Apoſtolus non vocatur: & vir Io. 20. & 21.
„ ſanctiſſimus Conſacerdos meus Joannes vocari Univerſalis Epiſcopus conatur.
„ Exclamare compellor, ac dicere; O tempora, o mores, *&c. uſque* ſubtilius
„ indicavi.

„ Item JOANNI Epiſcopo Conſtantinopolitano: Eo tempore, quo frater- LIV.
„ nitas veſtra in Sacerdotalem honorem provecta eſt, quantam Eccleſiarum Reg. lib.4.
„ pacem atque concordiam invenerit, recolit: ſed quo auſu, quove tumore, Ep. 38.
„ neſcio, novum ſibi conata eſt nomen arripere, unde omnium Fratrum cor-
„ da potuiſſent ad ſcandalum pervenire, *&c. uſque* judicia ſuperna vigilabunt. Lib. 2. Ep.
„ Item eidem in alia epiſtola poſt multa: Sed etiam nunc dico: aut eaſdem 52. Indict.
„ perſonas, videlicet Joannem Chalcedonenſem & Athanaſium Iſauriæ Pres- 11.
„ byteros, in ſuis ordinibus ſuſcipe, eiſque quietem præbe: aut ſi hoc fortaſ-
„ ſe nolueris, omni altercatione poſtpoſita, de eorum cauſa ſtatuta majorum,
„ aut Canonum terminos cuſtodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem ri-
„ xam inferre nolumus, ſed tamen venientem a vobis non devitamus. Quid
„ autem de Epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant, bene
„ fraternitas veſtra novit. Paſtores etenim facti ſumus non percuſſores. Et
„ egregius Prædicator dicit: *Argue, obſecra, increpa, cum omni patientia, &* 2. Tim.4.
„ *doctrina*. Nova vero, atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus e-
„ xigit fidem.

„ Item SABINIANO Diacono Conſtantinopolitano: De cauſa fratris noſtri, LV.
„ viri reverendiſſimi Joannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, duas epiſtolas facere Reg. lib.4. Epiſt. 39.
„ nolui: ſed una breviter facta eſt, quæ utrumque habere videtur admiſtum,
„ id eſt & rectitudinem, & blandimentum. Tua itaque dilectio eam epiſto-
„ lam, quam nunc direxi, propter voluntatem Imperatoris ei dare ſtudeat.
„ Nam de ſubſequenti * talis alia tranſmittetur, de qua ejus ſuperbia non læ- * ſubſe-
„ tetur. Ad hoc enim uſque pervenit, ut ſub occaſione Presbyteri Joannis geſta quentibus
„ huc tranſmitteret, in quibus ſe pene per * omnem verſum Oecumenicum * in
„ Patriarcham nominaret. Sed ſpero in omnipotentem Deum, quia hypocriſim
„ illius ſuperna majeſtas diſſolvet, *&c. uſque* procedere præſumas.

At vero Joannes novæ præſumptionis inventor, ubi Mauricium Deo ad- LVI.
verſum, Gregorio cum ſuis complicibus fecit infenſum; cernens Conſtantinam
Imperatricem, totis conatibus Romanæ Eccleſiæ ſervanda Privilegia ſuadere;
quantis valuit artibus incitavit, ut propter eam, quam in honorem ſancti Pauli
Apoſtoli in palatio ædificabat Eccleſiam, a Gregorio caput ejuſdem Apoſtoli,
aut aliud quid de ipſius corpore ſibi dirigi poſtularet. Quam calliditatem bea-
„ tiſſimus Papa cognoſcens, Imperatricis animo taliter ſatisfecit. Dum illa Reg. lib.3. Ep.30.c.30
„ mihi deſiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens,
„ veſtram erga me gratiam potuiſſem amplius provocare; major me mœſtitia * * triſtitia
„ tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec poſſum nec audeo. Nam cor-
„ pora ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſiis ſuis coru-
„ ſcant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum ſine magno illuc ti-
„ more poſſit accedi. Denique dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia
„ argentum, quod ſupra ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli erat, longe
„ tamen ab eodem corpore fere quindecim pedum ſpatio, mutare voluit, ſi-
„ gnum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacra-
„ tiſſimum corpus ſancti Pauli Apoſtoli meliorare volui: & quia neceſſe erat ut
„ juxta ſepulchrum ejuſmodi effodi altius debuiſſet, præpoſitus loci illius oſſa

AN.CHR. „ aliqua, non quidem eidem ſepulchro conjuncta, reperit : quæ quoniam le-
604 „ vare præſumpſit, atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſ-
12.Martii. „ dam triſtibus ſignis ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem ſanctæ
„ memoriæ deceſſor meus idem ad corpus ſancti Laurentii Martyris quædam
„ meliorare deſiderans, dum neſcitur ubi corpus eſſet venerabile collocatum,
„ effoditur exquirendo : & ſubito ſepulchrum ipſius ignoranter apertum eſt :
„ & hi, qui præſentes erant, atque laborabant, Monachi & Manſionarii,
„ qui corpus ejuſdem Martyris viderunt (quod quidem minime tangere præ-
„ ſumpſerunt) omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitæ ſuper-
„ eſſe potuiſſet, qui ſanctum & juſtum corpus illius viderat. Cognoſcat au-
„ tem tranquillissima domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando San-
„ ctorum Reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore, ſed
„ tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima ſanctorum
„ corpora ponitur : quod levatum in Eccleſia, quæ eſt dedicanda, debita cum
„ veneratione reconditur : & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, acſi illic
NOTA. „ ſpecialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis
„ Leonis Papæ tempore, ſicut a majoribus traditur, dum quidam Græci de
„ talibus Reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis
* vallatia „ * forficibus incidit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxit. In Romanis nam-
„ que, vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile eſt, atque ſacrile-
„ gum, ſi Sanctorum corpora tangere quiſpiam fortaſſe voluerit. Quod ſi præ-
„ ſumpſerit, certum eſt, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit.
„ Pro qua re de Græcorum conſuetudine, qui oſſa levare Sanctorum ſe aſſe-
„ runt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam Græci Mona-
„ chi huc ante biennium venientes, nocturno ſilentio juxta Eccleſiam ſancti
„ Pauli corpora mortuorum in campo jacentia effodiebant, atque eorum oſſa
„ recondebant, ſervantes ſibi, dum recederent. Qui cum tenti, & cur hoc
„ facerent, diligenter fuiſſent diſcuſſi, confeſſi ſunt, quod illa oſſa ad Græciam
„ eſſent, tamquam Sanctorum Reliquias, portaturi. Ex quorum exemplo, ſi-
„ cut prædictum eſt, major nobis dubietas nata eſt, utrum verum ſit, quod
„ levari veraciter oſſa Sanctorum dicuntur. De corporibus vero Beatorum
„ Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? Dum conſtet, quia eo tempore, quo
„ paſſi ſunt, ex Oriente Fideles venerunt, qui eorum corpora ſicut civium
„ ſuorum repeterent, quæ ducta uſque ad ſecundum urbis miliarium, in loco,
„ qui dicitur Catacumbas, collocata ſunt. Sed dum ea exinde levare omnis
„ eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris ter-
„ ruit, ac diſperſit, ut talia denuo nullatenus tentare præſumerent. Tunc ex-
„ euntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, le-
„ vaverunt, & in locis, quibus nunc ſunt condita, poſuerunt, *&c. uſque* exeat,
„ non obtinetur.

LVII. In quibus Gregorii veracibus utique verbis apparet, quia uſque ad illa tempora pro Reliquiis brandeum Romanus Pontifex conferebat : cum poſteriori
NOTA. tempore de veſtibus, quæ ſub altari ſancti Joannis in Baſilica Conſtantiniana ſervantur, particulæ cœperint pro ſacris Reliquiis petentibus dari.

LVIII. Quæ quidem veſtes uſque hactenus tantis miraculis coruſcare probantur, ut ſiccitatis tempore foras excuſſæ pluviam conferant : inundationis vero, ſerenitatem reducant. Nam ſuper hæc, quæ per ſingulas Eccleſias faciunt, quæ in Oratorio domus meæ in Suburra poſitæ per eas Deus omniporens fecerit, non celabo. Nuper Hadriani Pontificis tempore viſum mihi eſt, ut altare ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, quod extra Oratorium ſancti Joannis in apertiſſimo atrio poſitum, congruis luminaribus honorari non poterat, intra Orarorium locari debuiſſet. Accerſitus vero Gaudericus Velitrenſis, qui adhuc ſupereſſe videtur, Epiſcopus, cum hymnis & canticis ab altari veteri pyxidulas duas ſigillatas excuſſit. Quarum alteram, me deprecante, nimium timoratus aperiens, de illis tunicis, quantum ex ſimilitudine curioſis oculis potuit deprehendi, particulas reperit, quas ſolemniter ſub novo altari depoſuit. Ubi ex-

tunc,

tunc, ſicut multi norunt, qui adhuc ſuperſtites eſſe probantur, divinitus accen- AN.CHR.
ſæ lampades frequentius ſolito patuerunt. Nam iſta octava Indictione in hebdo- 604
mada ante Dominici Natalis diem, cum ego ſuper hujuſmodi parum *quid du- 12.Martii.
bitarem, completis matutinalibus hymnis, manſionarius candelam extinxit. * pariter
Quam poſt veſperum ſuccendere cupiens, accenſam reperit: eamque ſe negli-
genter extinxiſſe perpendens, die altera ſollicitius prorſus extinxit: & obſeratis
januis, ad veſperum ſuccenſurus lampadem remeavit. Quam ubi nihilominus
accenſam reperit, ex conſcientia ſervatæ a ſe clavis, & miraculo non diminu-
ti olei, profecto cognovit, quia lampadem ille ſuccenderat, qui ne oleum in ea
diuturna ſuccenſione minui potuiſſet, divinitus ampliarat.

Harum quidem veſtium, ſicut opinor, altera quæ ſtrictioribus manicis con- LIX.
ſtat, veraciter ſancti Joannis eſt Tunica, quam beatus Gregorius ſuo tempore, Reg. lib. 2. ep.3. c. 43.
quodam Epiſcopo deferente, ſuſcepit. Unde JOANNI Abbati inter cetera ſcri-
„ bit, dicens: De Tunica ſancti Joannis omnino grate ſuſcepi, quia ſollicitus
„ fuiſti mihi indicare. Sed ſtudeat dilectio tua mihi ipſam Tunicam, aut, quod
„ eſt melius, eumdem Epiſcopum qui eam habet, cum Clericis ſuis, & cum
„ ipſa ad me tranſmittere: quatenus & benedictione Tunicæ perfruamur, &
„ de eodem Epiſcopo, vel Clericis mercedem habere valeamus. Altera vero:
quæ largioribus manicis, non Tunica, ſed plane * videtur eſſe Dalmatica, niſi * planeta
fallor, ſancti Paſchaſii Apoſtolicæ ſedis Diaconi conſtat, qui juxta quod idem
beatus Gregorius in quarto Dialogorum libro meminit, cum temporibus Sym- Dial. lib 4.
machi Papæ fuiſſet defunctus, ejus Dalmaticam feretro ſuperpoſitam dæmonia- cap. 40.
cus tetigit, ſtatimque ſalvatus eſt *. Sed quamobrem ambæ veſtes ſancti Joan- * ſanatur
nis dicantur, ideo priſcam conſuetudinem obtinuiſſe crediderim, quod ſub ejus
altari conſuetudinaliter recondantur. Nam quod earum altera Joannis Evange-
liſtæ, non autem Baptiſtæ ſit, nemo eſt qui dubitet; præſertim cum omnis ſa-
piens noverit Baptiſtam camelorum pilis pro veſtibus uſum fuiſſe: Evangeliſtam Matt. 3 6.
vero, qui per tot annos poſt paſſionem Domini Pontificium gerens, Miſſarum
ſolemnia frequentiſſime celebrabat, ſine Sacerdotalibus eſſe nequaquam veſtibus
potuiſſe. Si autem dicitur, quod Tunica, & Dalmatica, quia Pontificalia ſunt
indumenta, utraque ſancti Joannis credi debeant; conſiderandum eſt, quia Gre-
gorius Joanni Abbati non Dalmaticam, ſed Tunicam nominarit *: qui ſi Dal- * nominarat
maticam quoque ſancti Joannis fuiſſe ſentiret, ejus Tunicam quærens, conſequen-
ter habere ſe ipſius Dalmaticam non taceret.

Hæc de ſancti Joannis veſtibus, de quibus a quamplurimis dubitatur, me ut- LX.
cumque in beati Gregorii geſtis inſeruiſſe ſufficiat. Ceterum Joannes Conſtanti-
nopolitanus hypocrita, qui ab Univerſalis nominis ambitione converti multis ter-
giverſationibus recuſabat, juxta ejuſdem Patris prophetiam judicia Domini ſu-
per ſe vigilare cognoſcens, poſt non multi temporis ſpatium ſubita morte deſun-
gitur *: & cujus ambitioſam ſuperbiam totus capere mundus vix poterat, in * anno 596.
unius ſepulchri anguſtia facile collocatur. Poſt cujus paulatim diſceſſum, cum
Mauricius Imperator, Sacerdotum videlicet Chriſti contemptor, pro Cyriaco,
qui Joanni ſucceſſerat, ſuaderet, ne pro cauſa tam frivoli nominis Gregorius la-
boraret; ipſe tamdiu Pontificatus ſui auctoritatibus reſtitit, quouſque peſtem
Univerſalis nominis ab ipſis etiam ſubdolis adulatorum labiis penitus abſtuliſſet.
„ Quapropter EULOGIO, Patriarchæ Alexandrino poſt aliqua ſcribens, ait: Lib. 7.
„ Indicare veſtra beatitudo ſtuduit, jam ſe quibuſdam non ſcribere ſuperba vo- Epiſt. 30. Ind. 1.
„ cabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt: & mihi loquitur, dicens: Sicut
„ juſſiſtis. Quod verbum juſſionis, peto, a meo auditu removete: quia ſcio,
„ qui ſum, qui eſtis. Loco enim mihi Fratres eſtis, moribus Patres. Non er-
„ go juſſi, ſed quæ utilia ſunt, indicare curavi. Non tamen invenio veſtram
„ beatitudinem hoc ipſum, quod memoriæ veſtræ intuli, perfecte retinere vo-
„ luiſſe. Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid ſcribere de-
„ bere: & ecce in præfatione Epiſtolæ, quam ad me ipſum, qui prohibui, di-
„ rexiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, Univerſalem me Papam dicentes, Grat. diſt.
„ imprimere curaſtis. Quod, peto, dulciſſima mihi Sanctitas veſtra ultra non 99. cap. 5.

AN.CHR. 604 12 Martii. NOTA. Synod. Chalc.

„ faciat : quia vobis ſubtrahitur , quod alteri pluſquam ratio exigit , præbetur . Ego enim non verbis quæro proſperari , ſed moribus : nec honorem meum eſſe deputo , in quo Fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco . Meus namque honor eſt , honor univerſalis Eccleſiæ . Meus honor eſt , Fratrum meorum ſolidus vigor . Tunc ergo vere honoratus ſum , cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur . Si enim univerſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit , negat ſe hoc eſſe , quod me fatetur univerſum . Sed abſit hoc . Recedant verba , quæ vanitatem inflant , charitatem vulnerant . Et quidem in ſancta Chalcedonenſi Synodo , atque poſt a ſubſequentibus Patribus hoc decceſſoribus meis oblatum veſtra ſanctitas novit : ſed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit : ut dum in hoc mundo honorem Sacerdotum diligerent omnium , apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum.

CAPITA QUARTI LIBRI.

Cap. i. De temperantia Gregorii.

ii. Joanni Ravennati Epiſcopo uſum Pallii Mappularumque ſubduxit.

iii. Eidem ſuppliciter uſum Pallii repetenti quater in anno per plateas conceſſit.

iv. Eidem, pro diverſis vitiis increpato , diem ſuæ vocationis prædixit.

v. Joanne defuncto , Ravennatem Eccleſiam viſitatori committit ; Mariniano Epiſcopo conſecrato , Pallii uſum ſimili modo concedit.

vi. Andreæ ſupplicanti pro Pallio præcipit jusjurandum.

vii. Mariniano conſuetudinem Pallii , ſicut convenerat , defendere non valente , Gregorius in ſententia ſua permanſit.

viii. Pro uſurpatione compagarum Diaconos Catinenſes arguit.

ix. De Maximo Salonitanæ Eccleſiæ pervaſore.

x. Auctoritatem ſui Pontificatus contra tyrannum Imperatorem defendit.

xi. Contra votum imperiale Maximum cum ſuis complicibus excommunicans, Epiſcopos ipſius ad Eccleſiam reverti coegit.

xii. Maximi cauſam Ravennæ præcipit ventilari.

xiii. Maximus in terram procidens lacrymabiliter veniam petit.

xiv. Gregorius Maximo, coram ſancti Apollinaris corpore ſatisfacienti , miſerendum eſſe decernit.

xv. Maximo , humiliter ſatisfacienti , communionis gratiam reddit , & Pallium ſe daturum promittit.

xvi. Quam Didaſcalicis reſponſionibus ſuperbum Imperatorem terruerit.

xvii. Mauricio , in Gregorium ſævienti , mors per gladium imminet.

xviii. Mauricius pœnitens videt in ſomnis ſe Divino judicio, cum uxore & filiis Phocæ militi tradi.

xix. Seditione commota Mauricius , Phocæ juſſu , cum cuncta cognatione ſua perimitur.

xx. Imagine Auguſtali ſuſcepta ; ſapienter Mauricii vitia, Phocæ Imperatori dinumerat.

xxi. Ei Apocriſiarium more tranſmittit.

xxii. Pondere grandi remoto, imperiale jugum levius rediiſſe fatetur.

xxiii. Ex conſuetudine ſynodicam ſuam direxit , & quod Orientales nullius in diptychis nomen ſuſcipient , donec ſynodicam fidei ejus cognoverit.

xxiv. Suſceptis decretis Mediolanenſium ; eis Epiſcopum ordinari conſenſit.

xxv. Anaſtaſium Antiochenum poſt multos annos throno reddidit.

xxvi. Hadrianum Thebanum Epiſcopum ordini ſuo reſtituens diœceſim ipſius Alarici Epiſcopi poteſtati ſubduxit.

xxvii. Exceptis manifeſtis criminibus , neminem depoſuit , ſed communione privavit.

xxviii. Quanta diſtrictione accuſatorum lites tractaverit , & qualia de ordinibus judiciorum decreverit.

xxix. Aliorum auctoritates Epiſcoporum ſua auctoritate confirmabat , non minuebat.

xxx. Cunctis Epiſcopis propria jura conſervans , executores dari , & judices eligi ab accuſatis voluit.

xxxi. Falſarios delatores talione multavit.

xxxii. Semel ingeſta crimina indiſcuſſa præterire non paſſus eſt , & qualibus pœnis peccatorum accuſatores multaverit.

xxxiii. Conſueta ſtipendia etiam infirmis Clericis juſſit miniſtrari.

xxxiv. Cautiones Epiſcoporum ſuis Clericis factas firmavit, eiſque quartas pleniter dari juſſit.

xxxv. Ab aliis obligatos abſolvit.

xxxvi. Ab hæreſi ſe purgantes recepit.

xxxvii. Schiſmaticis ad ſuſcipiendam ſatisfactionem Romam invitare curavit.

xxxviii. Severum Aquilejenſem Epiſcopum ; Ravennam venire coegit : qui poſtquam ad unitatem rediit , denuo

ad

AN.CHR. 604 12. Martii.

ad ſuum ſchiſma recurrens, catholicoſque Sacerdotes affligens, cauſa perpetoæ diviſionis ſuæ diœceſis effectus eſt.

xxxix. Per ægritudinem corporis nemini ſucceſſorem dedit, & quod renuntiantibus ſuis ſedibus ſocceſſores non denegavit, eiſque de ſumptibus ejuſdem commoda miniſtrari præcedit.

xl. Stupratam in uaorem a ſtupratore ſumi juſſit.

xli. Virum jam tonſuratum conjugi reddi mandavit.

xlii. Vim nullam Judæis inſerendam ſtatuit.

xliii. Chriſtianos eis ſubjici, nulla occaſione debere cenſuit.

xliv. Chriſtianos eis violenter auferri jubebat, quorum ſi qui auferri non poterant, redimi ſanciebat.

xlv. Eorum mancipia confugientia ad Eccleſiam reddi vetuit.

xlvi. Pagana eorum mancipia venire ad fidem volentia: non reddenda ſtatuit.

xlvii. Judæorum mancipia ſuos dominos ad fidem præcedentia in eorum ſervitium nullatenus redigendos indixit: etiam ſi ipſi eos ad baptiſmatis gratiam ſequerentur.

xlviii. Neminem circumcidi paganorum permiſit.

xlix. A Judæis munera non ſuſcipienda decrevit.

l. Qualiter Judæi fuerint a Romanis Pontificibus habiti.

li. Gregorius non obſervari ſabbatum juſſit, & levari die Dominico permiſit.

lii. Quantæ compaſſionis exiterit in infirmitatibus Caſtorii, Eulogii, & Mariniani Epiſcoporum, ſive Ruſticianæ patriciæ.

liii. Pro barbaricis incurſionibus letaniam fieri voluit.

liv. Spiritum prophetiæ habuit.

lv. Pejora prioribus futura prædixit.

lvi. Neminem injuſte ab Eccleſia defendi permiſit.

lvii. Confugientibus ad Eccleſiam ſacramenta præſtari juſſit de ſervandis ſibi juſtitiis.

lviii. Omnes Sacerdotes, fratres, & comminiſtros, Clericos autem ceteros, dilectiſſimos filios; utriuſque vero ſexus laicos dominos vocavit.

lix. Tam fideli Theudelindæ reginæ quam ſuo Subdiacono ſatisfecit.

lx. Se indignum memorat revelatione Dei.

lxi. Se Presbytero comparans, illum ſuperiorem melioremque pronunciat.

lxii. Se indignum alieno favore fatetur.

lxiii. Monacho ſibi procidenti ſe in terram proſtravit.

lxiv. Accuſatus innocentiam ſuam expoſuit.

lxv. Quid de fine ſæculi ſenſerit.

lxvi. Qualia de incommoditate urbis ſcripſerit.

lxvii. Barbaricis incurſionibus ab exponendis libris deſtitit, & quibus doloribus cruciatus extitit.

lxviii. De ejus obitu, & faſtigiis argenteis ab eo patratis, nec non ſepulturæ ipſius loco, vel titulo.

lxix. Qua ratione, æmulis libros ejus incendere molientis, Petrus Diaconus moriendo obſtiterit.

lxx. Quanta Claudius ex verbis ejus ſe noverit: & quod Gregorius multa dictaverit, quæ nunc nequeant inveniri.

lxxi. Duodecim Epiſtolarum ſuarum libros reliquit, ex quibus Hadriani Papæ tempore duo volumina videntur excerpta.

lxxii. In diaconatu ſuo Moralia cœpit, & quomodo ea in Epiſcopatu ſuo per libros digeſſerit, eaque Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo roganti direxerit.

lxxiii. In Epiſcopatus ſui exordio librum Regulæ Paſtoralis Joanni Epiſcopo Ravennati exponens, imperitos compreſſit.

lxxiv. Per ſtationes diſcurrens, quadraginta lectiones dictavit, quas Secundo ſervo Dei petenti mandavit.

lxxv. Dialogorum quatuor libros deſcripſit; quos poſtea Zacharias Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus in Græcam linguam convertit.

lxxvi. Civibus ſuis petentibus, primam & ultimam Ezechielis prophetiæ partes per homilias viginti duas tractavit.

lxxvii. Quam humilia ipſe de ſuis tractatibus ſenſerit, quæ a poſteris doctoribus ſacetiſſima prædicantur.

lxxviii. Libros ſuos in comparatione Auguſtini tractatum ſurſures nominans, quouſque vixit, legi vetuit.

lxxix. Quanta conſideratione quotidie inſirmitatem cordis ſui cognoverit.

lxxx. Corpus ejus a Gregorio Quarto Papa translatum: & de antiquitate ipſius, vel mediocritate, ac regulari ſpecialitate.

lxxxi. Græca neſciens falſos tractatus ſuo nomine titulatos invenit.

lxxxii. Monachi, qui ab eo in Saxoniam miſſi ſunt, ſancti Benedicti regulis fuerunt mancipati.

lxxxiii. De formis, & veſtimentis patris, & matris ejus.

lxxxiv. De forma & habitu ſive diſticho ejus.

lxxxv. Saturninus Monachus juxta ejus effigiem imagines Apoſtolorum depinxit.

lxxxvi. De Joanne præpoſito, qui cum diabolo coram Chriſto conflixit: & de revelatione atque terribili tranſitu ipſius.

lxxxvii. De cruciatu Andreæ conductoris, qui

cum

AN.CHR. 604 12.Martii.

	eum in eodem Præpoſito Monaſterii chartulas ſe vendidiſſe profeſſus eſt.
lxxxviii.	De præſagio mortis Athanaſii œconomi, qui conſuetudines pauperum defraudavit.
lxxxix.	De diabolo a Monaſterii clauſtro fugato, qui Monachum jacentem percuſſit.
xc.	De viſione monachi, qui duodecim homines intra dies totidem morituros prævidit.
xci.	De Lucidi, Ficulenſis Epiſcopi converſione, & tranſitu.
xcii.	De revelatione monachi, qui per excuſationem lacrymarum cujuſdam Incluſi Presbyteri fratris ſui ſanitatem reverſionemque cognovit.
xciii.	De dæmone a fondo Barbiliano excuſſo, qui conductorem, & bubolcos occidens Caucum fuerat perſecutus.
xciv.	De viſione Tegaudii, Trevirenſis quondam Epiſcopi, qui a beato Gregorio pulſus eſt a Monaſterio.
xcv.	De increpatione Faraldi, qui a dæmonibus tota nocte ſuſpenſus eſt.
xcvi.	De Indulpho deſtructore Monaſterii a ſene percuſſo: & de revelatione Clerici, & digreſſione Sopponis.
xcvii.	De Dominio Presbytero, qui Gregorianum fontem detexerat, ligato, & verberato, ejuſque miſerabili tranſitu.
xcviii.	De modo Monaſterii, & diverſitate ipſius redundationis, necnon miraculo multiplicati divinitus panis.
xcix.	Quam frequenter in diverſis locis Gregorius demonſtretur.
c.	De viſione ſcriptoris, qui ab æmulo terreri potuit, & a beato Gregorio meruit conſolari.

LIBER QUARTUS.

Quo concluditur, quanta conſideratione Sanctus Gregorius recte docens quotidie ſuam infirmitatem cognoverit.

I. HÆC eſt Gregorii, de refutatione nominis, Univerſalis, plena rationis, humilitatiſque ſententia. Qui videlicet contra ſuperbos prudenter uti noverat ſerpentis aſtutia, & a columbæ ſimplicitate circa humiles
Reg. lib. 2. ep. 39. c. 39. Grat. 25. q. 3. cap. 8. minime recedebat. Quapropter ſuæ temperantiæ conſcius, DOMINICO Car-
„ thaginenſi Epiſcopo, poſt cetera: De Eccleſiaſticis, inquit, Privilegiis, quod
„ veſtra fraternitas ſcribit, hoc, poſtpoſita dubitatione, teneat: quia ſicut no-
„ ſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſiis ſua jura ſervamus. Nec cui-
„ libet, favente gratia, ultra quam meretur, impartior: nec ulli hoc, quod
* derogabo. „ ſui juris eſt, ambitu ſtimulante, derogo *: ſed Fratres meos honorare per om-
„ nia cupio, ſicque ſtudeo honore ſingulos ſubvehi: dummodo non ſit, quod
„ alteri jure ab altero poſſit opponi.

Reg. lib. 4. ep. 36. Rom. 11. 1. Theſſ. 2. Item EULOGIO Alexandrino, & ANASTASIO Antiocheno Patriarchis ſcri-
„ bit, dicens: Cum Prædicator egregius dicat: *Quamdiu quidem ſum Gentium*
„ *Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo:* qui rurſus alias dicit: *Facti ſumus*
„ *parvuli in medio veſtrum:* exemplum proculdubio nobis ſequentibus oſtendit,
„ ut & humilitatem teneamus in mente, & tamen ordinis noſtri dignitatem ſer-
„ vemus in honore: quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio ſit ſu-
„ perba: &c. Quod Gregorius, ſicut ex præcedentibus ac ſubſequentibus ma-
„ nifeſtiſſime colligi poterit, & fecit, & dixit.

II. Nam JOANNEM Ravennatem Epiſcopum, typo ſuperbiæ Pallium frequentantem, ſuoſque Presbyteros, ac Diaconos in mappulis præcedere permittentem,
Reg. lib. 2. ep. 54. primo per Caſtorium Chartularium familiariter arguit: poſt ex conſuetudine, ſive Privilegio ſibi hæc conceſſa pertinaciter defendentem, tali ſententia poſt non-
„ nulla multavit. Ut enim, inquit, ea, quæ ſuperius dixi, breviter colligam,
„ admoneo quatenus niſi deceſſorum meorum munificentia tibi hæc per Privi-
„ legium attributa docueris, uti in plateis Pallio ulterius non præſumas: ne non
„ habere & ad Miſſas incipias, quod audacter & in plateis uſurpas. De Secre-
„ tario autem, quod fraternitas tua reſediſſe cum Pallio, & filios Eccleſiæ ſu-
„ ſcepiſſe ſe, & fecit, & excuſavit, nunc interim nihil querimur: quia Syno-
„ dorum ſententiam ſequentes, minores culpas, quæ negantur, ulciſci recuſa-
„ mus. Hoc tamen, quia ſemel & iterum ſit factum, cognovimus, ſed fieri
ul-

„ ultra prohibemus. Fraternitas autem tua ſit omnino ſollicita, ne hoc, quod AN.CHR.
„ præſumptioni inchoanti adhuc ceditur, in proficiente deterius vindicetur. Et 604
„ poſt pauca: Illud autem, quod pro utendis a Clero veſtro mappulis ſcripſi- 12.Martii.
„ ſtis, a noſtris eſt Clericis fortiter obviatum, dicentibus, nulli hoc unquam Grat. diſt.
„ aliæ cuilibet conceſſum Eccleſiæ fuiſſe: nec Ravennates Clericos, vel illic, 91. c. 22.
„ vel in Romana civitate tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſſe. Nec,
„ ſi tentatum eſſet, ex furtiva uſurpatione ſibi præjudicium generari, ſed etiam
„ ſi in qualibet Eccleſia hoc præſumptum fuerit, aſſerunt emendandum: quod
„ non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſubreptione præſumitur. Sed nos
„ ſervantes honorem fraternitati tuæ, licet contra voluntatem antedicti Cleri
„ noſtri, tamen primis Diaconis veſtris, quos, nobis quidam teſtificati ſunt,
„ etiam ante eis uſos fuiſſe; in obſequio dumtaxat tuo, mappulis uti permitti-
„ mus. Alio autem tempore, vel alias perſonas hoc agere vehementiſſime pro-
„ hibemus.

Quam ſententiam vir vanæ gloriæ cupidiſſimus, moleſtiſſime ferens, per quoſ- III.
cumque poterat, uſum Pallii ſibi reſtitui magnopere flagitabat. Cui Gregorius Reg. lib.4.
„ ita ſcripſit: Fraternitatem veſtram valde invenio contriſtatam, pro eo, quod ep.10.
„ in letaniis induere Pallium rationis cenſura prohibetur, ſed per excellentiſſi-
„ mum Romanum Patricium, & per eminentiſſimum Præfectum, atque per
„ alios civitatis ſuæ nobiles viros importune expetit, ut hoc debeat concedi.
„ Nos autem ſollicite requirentes ab Adeodato, quondam Diacono fraternitatis
„ tuæ, cognovimus, quia numquam conſuetudo fuerit deceſſoribus tuis, ut in
„ letaniis Pallio, niſi in ſolemnitate beati Joannis Baptiſtæ, beati Petri Apoſto-
„ li, & beati Martyris Apollinaris, uterentur. Cui quidem nequaquam crede-
„ re debuimus: quia multi apud civitatem fraternitatis veſtræ Reſponſales ſæ-
„ pius fuerunt, qui ſe fatentur tale aliquid numquam vidiſſe: & hac de re,
„ multis potius credendum eſt, quam uni pro ſua Eccleſia aliquid atteſtanti.
„ Sed quia nos fraternitatem veſtram contriſtari nolumus, & petitionem filio-
„ rum noſtrorum apud nos minime fruſtrari; uſum Pallii, donec ſubtilius ve-
„ riuſque aliquid cognoſcamus, in letaniis ſolemnibus, ideſt, die Natalitio bea-
„ ti Joannis Baptiſtæ, & beati Petri Apoſtoli, & beati Apollinaris Martyris,
„ atque in ordinationis veſtræ celebratione concedimus. In Secretario vero ſe-
„ cundum morem priſtinum ſuſceptis ac dimiſſis Eccleſiæ filiis, induere veſtra
„ fraternitas Pallium debeat, atque ad Miſſarum ſolemnia ita proficiſci, & nihil
„ ſibi amplius auſu temerariæ præſumptionis arrogare: ne dum in exteriori habitu
„ inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quæ licere poterant, amittantur. IV.

Sed idem Joannes ab inanis gloriæ ambitione, freno Apoſtolicæ moderationis Reg. lib.4.
coercitus, ad detractionem Pontificis totus convertitur. Unde prudentiſſimus ep. 15.
„ Pontifex ſic eum admonet, dicens: Primum me hoc contriſtat, quia mihi
„ Fraternitas tua duplici corde ſcribit, & alia blandimenta in epiſtolis ſuis ex-
„ hibet, alia in lingua ſua ſæculariter oſtendit. Deinde grave mihi eſt, quia
„ irriſiones illas, quas habere notarii adhuc pueri ſolent, uſque hodie frater
„ meus Joannes in lingua ſua retinet, mordaciter loquitur, & quaſi de talibus
„ ſtudiis * lætatur. Amicis præſentibus blanditur, de abſentibus obloquitur. * tali aſtu-
„ Tertio grave mihi, & omnino execrabile eſt, quia ſervis ſuis, qua hora fue- tia.
„ rit, turpia crimina imponit, nt effeminati, & adhuc graviter hoc apertius
„ vocentur. Poſt hæc acceſſit, quod diſciplina ad vitam Clericorum cuſtodien-
„ dam nulla eſt, ſed tantummodo ſe Clericis ſuis dominum exhibet. Ultimum
„ vero eſt, quod tamen pondere elationis primum eſt, quia de uſu Pallii extra
„ Eccleſiam: quod temporibus deceſſorum meorum facere numquam quiſquam
„ præſumpſit, numquam a deceſſoribus ejus præſumptum eſt, ſicut Reſponſa-
„ les noſtri teſtantur, excepto ſi Reliquiæ conderentur. Quod tamen de Reli-
„ quiis unus tantummodo potuit inveniri, qui meis diebus in deſpectum meum,
„ cum ſumma audacia non ſolum faciebat, ſed etiam frequentabat. Ex quibus
„ omnibus invenio, quia honor Epiſcopatus veſtri totus foras in oſtenſione eſt,
„ non in mente, *&c. uſque* ultra eſſe, quam videris.

Hæc

AN.CHR. Hæc, quia Joannes emendare ſuperbiæ faſtu deſpexit, eodem anno juxta quod
604 Gregorius ei prædixerat, diem ſuæ vocationis, dum non attendit, incurrit*: &
22.Martii. ante tumidus crepuit, quam meruiſſet amictu Pallii ſaturari. Cujus rei gratia
V. Gregorius viſitationem Ravennatis Eccleſiæ Severo FICULINO Epiſcopo ſecun-
*anno 595. Lib. 4. dum conſuetudinem priſcam committens, MARINIANUM Monachum fami-
Epiſt. 54. liarem ſuum Ravennatibus Epiſcopum conſecravit: cui & Pallium dirigit, ſcri-
Ind. 13. ,, bens: Apoſtolicæ Sedis benevolentia, & antiquæ conſuetudinis ordine provo-
,, cati, Fraternitati tuæ, quam in Ravennati Eccleſia gubernationis conſtat ſu-
,, ſcepiſſe officium, Pallii uſum prævidimus concedendum: quo non aliter uti
,, te memineris, niſi in propria tuæ civitatis Eccleſia, dimiſſis jam filiis proce-
,, dens a ſalutatorio ad ſacra Miſſarum ſolemnia celebranda. Peractis vero Miſ-
,, ſis, id in ſalutatorio rurſum curabis deponere. Extra Eccleſiam vero non ali-
,, ter illo tibi, niſi quater in anno in letaniis, quas ad deceſſorem tuum Joan-
,, nem expreſſimus, uti permittimus.

VI. Sed Marinianus, Clericorum ſuorum ſuggeſtionibus delinitus, tam per An-
dream virum magnificum, quam per quoſcumque potuerat, reſtitui ſuæ Eccle-
Lib. 5. Epiſt. 35. ſiæ uſum Pallii flagitabat. Quapropter Gregorius CASTORIO Chartulario in-
,, ter cetera ſcribit, dicens: Tua experientia nullius perſonam, nullius verba
,, conſideret, ſolum Dei timorem, & rectitudinem ante oculos habeat: & ſe-
,, niores perſonas, ejuſdem Eccleſiæ Arcbidiaconem quem non ſuſpicor pro al-
,, terius honore pejerare, & alios antiquiores, qui in ſacris Ordinibus ante Joan-
,, nis Epiſcopi tempora fuerant, requirat, vel ſi qui maturiores ſunt extra ſa-
,, cros Ordines, & veniant ante corpus ſancti Apollinaris, & tacto ejus ſepul-
,, cbro jurent, quæ conſuetudo ante Joannis Epiſcopi tempora fuerit, *&c. uſque*
,, abſente Apocriſiario, uſurpaſſet.

VII. Hoc Gregorius per Indictionem quartamdecimam jusjurandum præceperat.
* docet Quod quia, ſicut rei exitus manifeſtat*, deficientibus teſtimoniis per tres con-
tinuos annos infectum remanſerat, iterum Marinianus ſuorum ſuggeſtione com-
* cognoverat pulſus, uſum Pallii, quem ex conſuetudine ſicut convenerat* vindicare non po-
terat, importunitate precum ſe poſſe recipere confidebat. Quapropter Gregorius
Reg. lib. 7. in eadem ſententia permanens, eidem Chartulario per Indictionem ſecundam
ep. 79. Ind. 2. ,, ſcribit, dicens: Dum Florentinus Ravennatis Eccleſiæ Diaconus, apud nos pro
,, reverentiſſimo fratre, & Coepiſcopo noſtro Mariniano, de uſu Pallii ageret,
,, requiſitus a nobis quæ eſſet antiqua conſuetudo, reſpondit: quod in omnibus
,, letaniis Pallio Ravennas Epiſcopus uteretur. Quod ita non eſſe, & ab aliis
,, didicimus, & ex Epiſtolis Joannis quondam Epiſcopi, quas ei oſtendi ſeci-
,, mus, evidenter apparuit: ſed hoc aſſeruit, quod dicere juſſus eſt, *&c. uſque*
Mariniani animos relevemus. At quia priſca conſuetudo a noſtratibus ſubtiliter in-
quiſita, a Ravennatibus probari nullo modo potuit: Gregorium in ſua ſententia
permanſiſſe proculdubio illud oſtendit, quod neque ob hoc, quantum ex apici-
bus ejus dinoſcitur, a quoquam ſollicitatus extitit, neque a ſemetipſo commo-
tus ulterius omnino reſcripſit.

VIII. Non ſolum in magnis rebus Gregorius ſollicitudinis ſuæ oculos convertebat,
Lib. 7. verumetiam ne impune præſumerentur quandoque majora, hoc in rebus mini-
Epiſt. 28. mis curioſiſſime præcavebat. Unde JOANNI Syracuſano Epiſcopo ſcribit, di-
Ind. 2. ,, cens: Eccleſiaſtici vigoris ordo confunditur, ſi aut temere illicita præſumantur,
,, aut impune non conceſſa tententur. Pervenit itaque ad nos Diacones Eccleſiæ
,, Catanenſis calceatos campagis *a* procedere præſumpſiſſe. Quod nulli hactenus
,, per totam Siciliam licuiſſe, niſi ſolis tantummodo Diaconibus Eccleſiæ Meſ-
,, ſanenſis, quibus olim a prædeceſſoribus noſtris non dubitatur conceſſum, be-
,, ne recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus non eſt leviter attendendus,
,, cum omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ita, ſicut ad nos
,, pervenit, invenerit, utrum a ſe, vel alicujus auctoritate hoc præſumpſerint,
,, no-

a *Campagus*, mendoſe *compagus*, eſt calceamentum quo Epiſcopi ſeu Prælati in Miſſa utuntur, a Græca voce *καμπὴ flexura*. Lege Sauſſajum in Panoplia Epiſcop. lib. 7. cap. 1. art. 4.

„ nobis ſubtiliter innoteſcat , ut cognita veritate , quid fieri debeat , diſpona- AN.CHR.
„ mus . Nam ſi negligenter ea , quæ male uſurpantur, omittimus, exceſſus 604
„ viam aliis aperimus. 12.Martii.

Interea NATALI Epiſcopo defuncto cum Dalmatinorum generalitas Honoratum Archidiaconem, quem ipſe ex Presbytero in Diaconem converterat, ſibi præficiendum concorditer elegiſſent, eorumque decretum Pontifex approbaſſet: factione Malchi Epiſcopi rectoris Apoſtolici patrimonii, manuque militari Maximus multis criminibus involutus Epiſcopatum Salonitanæ civitatis invaſit. Quod Gregorius audiens, Dalmatinis & Jadertinis Epiſcopis ne illi manus imponerent, ſub magna interminatione prohibuit. At vero Maximus, qui Epiſcopatus Sedem contra Canones invaſerat, etiam Sacerdotium contra Deum per ſimoniacam hæreſim ab Epiſcopis dumtaxat excommunicatis, pretio corruptis, non timuit promereri , favente ſibi occaſione temporis ex cupiditate ſimul inſolentiaque Auguſti, quem diſpergendo facultates invaſæ Eccleſiæ adeo defenſorem ſcelerum ſuorum effecit, ut a Gregorio non ſolum frequenter poſtularet, quatenus indiſcuſſam Maximi promotionem relinqueret, verumetiam Romam ſatisfacturum pro ſimoniaca hæreſi aliiſque criminibus, venientem cum honore ſuſciperet. Gregorius vero faciem nullius contra veritatem cuſtodiens, ipſum Maximum primo a Miſſarum ſolemniis, poſt a communione corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU-CHRISTI, quouſque ſuam præſentiam exhiberet, privavit. Maximus autem imperialibus militiis fultus, poſt excommunicationem, & Miſſas cecinit, & Sacramenta ſatis indignus accepit. Quapropter CONSTANTINÆ Auguſtæ poſt multa alia ſcribit, dicens: IX.

„ Salonitanæ civitatis Epiſcopus, me ac Reſponſale meo neſciente, ordina- X.
„ tus eſt: & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod Reg. lib.4.
„ ego audiens, ad eumdem prævaricatorem qui inordinate ordinatus eſt, proti- Epiſt. 34
„ nus miſi: ut omnino Miſſarum ſolemnia celebrare nullo modo præſumeret, Grat. diſt. 63. cap.24.
„ niſi prius a ſereniſſimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi juſſiſſent. Quod
„ ei ſub excommunicationis interpoſitione mandavi: & contempto me atque de-
„ ſpecto in audacia quorumdam ſæcularium hominum, quibus denudata ſua Ec-
„ cleſia, præmia multa præbere dicitur, nuncuſque Miſſas facere præſumit,
„ atque ad me venire ſecundum juſſionem dominorum noluit. Ego autem præ-
„ ceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me neſciente ordinatus
„ eſt, hoc quod in ordinatione ſua me, vel Reſponſalem prætermittere præ-
„ ſumpſit, ita ex corde laxavi, acſi me auctore fuerit ordinatus. Alia vero
„ perverſa illius, ſcilicet mala corporalia, quæ cognovi, vel quia cum pecuniis
„ eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere præſumpſit, propter Deum
„ irrequiſita præterire non poſſum; ſed opto, & Dominum deprecor, quate-
„ nus nihil de * eo, de his, quæ dicta ſunt valeat inveniri, & ſine periculo * in
„ animæ meæ cauſa ipſius terminetur. Prius tamen, quam hæc cognoſcantur,
„ ſereniſſimus dominus diſcurrente juſſione præcepit, ut eum venientem cum ho-
„ nore ſuſcipiam. Et valde grave eſt, ut vir, de quo tanta & talia nuntian-
„ tur, cum ante requiri, & diſcuti debeat honoretur. Et ſi Epiſcoporum cau-
„ ſæ mihi commiſſorum apud piiſſimos dominos aliorum patrocinio diſponun-
„ tur, infelix ego in Eccleſia iſta quid facio? Sed ut Epiſcopi mei me deſpi-
„ ciant, & contra me refugium ad ſæculares judices habeant, omnipotenti Deo
„ gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter ſuggero, quia aliquan-
„ tulum expecto: & ſi ad me venire diu diſtulerit, exercere in eo diſtrictio-
„ nem Canonicam nullo modo ceſſabo. In omnipotente autem Deo confido,
„ quia longa piiſſimis dominis vita tribuetur, & nos ſub manu veſtra non ſe-
„ cundum peccata noſtra, ſed ſecundum gratiæ ſuæ dona diſponet.

Hæc Gregorius diſſimulatrici Auguſtæ. Ceterum eodem Maximo in ſua præſumptione manente, conſecratores, atque omnes Dalmatinos & Jadertinos Epiſcopus ab ejus communione ſub excommunione * disjunxit: adeo ut ne nomen quidem Maximi inter ſacra Miſſarum ſolemnia memorarent. Quo facto ita omnes conſternati ſunt animo, ut ſub pœnitentiæ ſatiſfactione, relicto Maximo, XI.

* excommunicatione

ve-

AN.CHR. veniam poſtularent. Unde miſericordiſſimus Pontifex SABINIANO Jadertino
604 „ Epiſcopo ſcribens: Sicut, inquit, perſeveranti culpæ debetur jure vindicta,
12. Martii. „ ita reſipiſcentibus eſt venia concedenda. Nam ut res illa contra ſe merito ira-
Reg. lib. 7. Epiſt. 12. „ cundiam excitare; ſic hæc in ſua prorſus dilectione ſolet concordiam propa-
„ gare. Et ideo, quia fraternitatem tuam a conſortio & communione Maxi-
* ſacerdotis „ mi, ubi te prius neglectus impulerat, in tantum poſtea gravitas Sacerdotii *
„ ad animum reducta ſuſpendit, ut ejus ſola nullatenus patereris eſſe ſegregatio-
„ ne contentus, niſi & in Monaſterii te clauſtra recipiens, dudum commiſſa
„ defleres: eapropter in noſtra te gratia a communione receptum eſſe non du-
„ bites. Nam quantum nos prius culpa tuæ charitatis offenderat, tantum pœni-
„ tentia mitigavit.

XII. Itaque Maximus cernens tandem aliquando durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, relictis Imperialibus adminiculis per Galinicum Exarchum ſatis humiliter concedi ſibi pœnitentiam ſimulque veniam a Gregorio poſtulavit. Quem ipſe Romam fatigari nolens, cauſam ejus diſcutiendam Ravennæ commiſit,
Reg. lib. 7. Epiſt. 68. „ CONSTANTIO Mediolanenſi Epiſcopo, ſcribens: Maximus, inquit, Salo-
„ nitanæ Eccleſiæ prævaricator, poſtquam per poteſtates majores ſæculi obtine-
„ re nil valuit, ad minores ſe contulit: nobiſque tam nimietate precum, quam
„ atteſtatione bonorum operum prævalere contendit, *&c. uſque* ego judicium
„ meum deputo.

XIII. Inter hæc prævaricator Maximus anno ſeptimo excommunicationis ſuæ, poſt caſtigationes & flagella Gregorii ad cor revertens, Ravennam petiit, & jactavit ſe tenſus intra civitatem in media ſilice, clamans, & dicens: Peccavi Deo, & beatiſſimo Papæ Gregorio. Et agente eo pœnitentiam tribus horis, cucurrit Galinicus Exarchus, & Caſtorius chartularius Eccleſiæ Romanæ cum Mariniano Epiſcopo, & elevaverunt eum de ſilice: qui etiam cœpit ampliorem pœnitentiam coram eis agere. Quod Gregorius, ut audivit, ad miſericordiam pro-
Reg. lib. 7. Ep. 79. „ tinus rediit, MARINIANO Epiſcopo inter cetera ſcribens: Qualis de cauſa
Grat. 2. q. 5. „ Maximi fraternitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio, præſentium lato-
cap. 6. „ re Caſtorio, chartulario noſtro renunciante cognovimus. Ideoque ſi idem Ma-
„ ximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro de ſimoniaca hæreſi præſti-
„ to ſe ſacramento purgaverit, atque de aliis ante corpus ſancti Apollinaris tan-
„ tummodo requiſitus, liberum ſe eſſe reſponderit; cauſam ipſius fraternitati
„ veſtræ de eo, quod excommunicatus Miſſarum ſolemnia agere præſumpſit,
„ judicio committimus, quæ debeat pœnitentia talis culpa purgari, *&c. uſque*
„ præſentiam ſentiamus.

XIV. „ Item CASTORIO Notario & chartulario Ravennæ: Quanto credi tibi a
Reg. lib. 7. Ep. 80. „ nobis, & neceſſarias vides cauſas injungi, tanto te magis ſtrenuum debes &
„ ſollicitum exhibere. Proinde ſi Maximus Salonitanus, præſtito ſacramento
„ firmaverit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atque de aliis ante corpus ſancti
„ Apollinaris tantummodo requiſitus, innoxium ſe eſſe reſponderit, & de in-
„ obedientia ſua pœnitentiam, ſicut deputavimus, egerit; volumus, ut ad con-
„ ſolandum illum epiſtolam, quam ad eum ſcripſimus, ubi ei & gratiam no-
„ ſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignavimus, experientia tua dare de-
„ beat: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeveros eſſe nos convenit, ſic
* humilibus „ iterum humiliatis * & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.

XV. Cumque Maximus penes corpus beati Apollinaris ſecundum juſſum Gregorii de cunctis humiliter ſatisfeciſſet, Caſtorius chartularius conſolatoriam ei epiſto-
Reg. lib. 7. Epiſt. 81. „ lam præbuit, verbis Gregorii adſerentem: Quamvis culpabilibus ordinationis
V. Baron. ad an. 595. „ tuæ primordiis grave malum per inobedientiæ culpam addideris; nos tamen
„ ſedis Apoſtolicæ auctoritatem eo quo decuit moderamine temperantes, num-
„ quam contra te uſque adhuc, ut cauſa poſcebat, exarſimus: ſed ut longius
„ ſe ingratitudo noſtra, quam tu tibi excitaſti, produceret, credita nos ſolici-
„ tudo vehementer angebat: ne quædam illicita, quæ de te audieramus, ne-
„ gligenter omittere videremur. Quæ ſi bene conſideres, ipſe per te ſatisfacere
„ differendo firmabas: atque ex hoc adverſum te zelum noſtrum acrius inci-

ta-

„ tabas. At ubi ſalubri tandem conſilio uſus, jugo te obedientiæ humiliter ſub- AN.CHR.
„ miſiſti, & dilectio tua pœnitentiam agens, digna ſe, ut deputavimus, ſatiſ- 604
„ ſactione purgavit; redditam tibi gratiam fraternæ charitatis intellige, atque 12.Martii.
„ in noſtro te receptum conſortio gratulare: quia ſicut perſeverantibus in culpa
„ diſtrictos, ita reſipiſcentibus nos benignos decet eſſe ad veniam, *&c. uſque*
„ nec potuimus contriſtare.

Præterea cupidiſſimus ac tenaciſſimus Imperator, qui conſuetudinibus antiquiſſimis dationum, legionum quoque milites frequentiſſime, ſicuti Romanorum narrat hiſtoria, defraudabat, cernens Gregorium contra omnes mundi ſtrepitus Auguſtalibus defenſionibus, quarum ſuffragio ad arcem Pontificatus hunc ſe provexiſſe jactabat, penitus non egere, immo canonicis auctoritatibus ſanctitatis ac prudentiæ ſuæ virtutibus, Chriſto propitio, cunctis alta ſapientibus prævalere; ad odium detractionemque famæ illius magis magiſque converſus eſt, liberalitatem Pontificis, qui famelicis militibus tam Eccleſiaſtica, quam publica frumenta diviſerat, ſubdolis aſſertionibus reprehendens. Cui Gregorius, utpote qui provectionem ſuam Divino judicio, in cujus nimirum manu corda Regum conſiſtentia, quocumque voluerit, inclinantur, non caducis humanis favoribus deputabat, voce libera contradicens, his eum reſponſionibus fregit, deturpavit, atque nonnulla de futuro Dei judicio diſſerendo deterruit. In ſereniſſimis, inquit, juſſionibus ſuis XVI. Prov. 21. Lib. 4. Ep. 31.
„ dominorum pietas dum me de quibuſdam redarguere ſtuduit, parcendo mihi
„ minime pepercit. Nam in eis urbanæ ſimplicitatis vocabulo me fatuum ap-
„ pellat. In Scriptura etenim ſacra cum in bona intelligentia ſimplicitas poni-
„ tur, vigilanter ſæpe prudentiæ aut rectitudini ſociatur. Unde etiam de beato
„ Job ſcriptum eſt: *Erat vir ſimplex, & rectus*. Et beatus Paulus Apoſtolus Job. 1.
„ admonet dicens: *Eſtote ſimplices in malo, & prudentes in bono*. Et per ſemetip- Ro. 16.
„ ſam Veritas in Evangelio admonet, dicens: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &* Matt. 12.
„ *ſimplices ſicut columbæ:* eſſe valde inutile judicans, ſi aut ſimplicitati pruden-
„ tia, aut prudentiæ ſimplicitas deſit. Ut ergo ſervos ſuos ad cuncta eruditos
„ efficeret, eſſe eos & ſimplices ſicut columbas, & prudentes ut ſerpentes eſſe
„ voluit: quatenus in eis, & ſerpentis aſtutia columbæ ſimplicitatem acueret,
„ & columbæ ſimplicitas ſerpentis aſtutiam temperaret. Ego igitur, qui in ſe-
„ reniſſimis dominorum juſſionibus ab Ariulſi aſtutia deceptus, non adjuncta
„ prudentia, ſimplex denuncior; conſtat proculdubio, quia fatuuus appellor.
„ Quod ita eſſe ego quoque ipſe confiteor. Nam ſi hoc veſtra pietas taceat,
„ cauſæ clamant. Ego enim, ſi fatuus non fuiſſem, ad iſta toleranda quæ in-
„ ter Langobardorum gladios hoc in loco patior, minime veniſſem. In ea au-
„ tem re, quam de Ariulſo perhibui, quia toto corde venire ad Rempu-
„ blicam paratus fuit; dum mihi non creditur, etiam mentitus eſſe reprehen-
„ dor. Sed ſi Sacerdos non ſum, ſcio gravem eſſe hanc injuriam Sacerdoti,
„ ut veritati ſerviens, fallax credatur, *&c. uſque* ejus gratiam non offendam.

Denique Mauricius Imperator libertatem vocis tanti Pontificis, reprehenſioniſque conſtantiam admiratus, quia de futuro Dei judicio ſe terruerat, ad exercendam in eum tyrannidem prodire nitebatur: cum protinus eodem anno, vir quidam monachicis indutus veſtimentis, divina quadam virtute commotus, dextera ſpatham cœpit, quam videlicet a foro uſque ad æneam ſtatuam gladiatoris nudam circumferens, Imperatorem gladio cunctis moriturum prædixit. Quod Mauricius, ut audivit, a tyrannide Gregorio inferenda ſemet continuit, & judicium Divinum, quod ei minatus fuerat, cito ſe ſubiturum tanto magis timuit, quanto Gregorium credidit non poſſe mentiri. XVII.

Mox itaque ſcripto preces compoſitas tam eidem, quam cunctis Patriarchis, Epiſcopis, & Monachis civitatum, ſive ſolitudinum, pecunias multas, cereos & thymiamata deſtinavit: hoc potiſſimum deprecans, ut Domino ſupplicarent, quatenus in hoc ſæculo merita ſuorum malorum reciperet: tantum ut a futuris cruciatibus redimi meruiſſet. Cumque hoc & ipſe vehementius per mulra tempora cum lacrymis poſtularet, quadam nocte dormiens, videt apud æneam palatii portam ſe coram multo populo æneæ ſtatuæ Salvatoris aſſiſtere. Tunc XVIII.

AN.CHR. 604 12.Martii. „ vox terribilis facta eſt ipſo ex incarnati Verbi charactere, dicens: Date Mauri-
cium. Et capientes eum indiciorum miniſtri, poſuerunt juxta purpureum umbi-
„ licum, qui illic erat: Cui eadem vox characteris, ait: Ubi vis reddam tibi
„ mala, quæ in hoc ſæculo perpetraſti? Ille reſpondit: Amator hominum Do-
„ mine, & judex juſte, hic potius ea mihi, & non in ſæculo futuro retribue.
„ Statim divina vox juſſit tradi Mauricium, & Conſtantiam uxorem ejus, cum
„ filiis & filiabus omnique cognatione ipſius Phocæ militi. Evigilans ergo Mauri-
cius miſit Parrocenum. & vocavit ad ſe Philippicum generum ſuum, quem du-
dum ſuſpicatus fuerat imperium ſibi velle ſubripere *a*. At ille pro ſuſpicione ſe
*Gordianæ perdendum conjiciens, advocatæ Gordiæ * uxori ſuæ, tamquam non ſe
reviſuræ, ultimum vale dixit, Sacramentoque communionis accepto, ad pa-
latium venit; & cubiculum Imperatoris ingrediens, ad pedes ejus procidit. Cui
Imperator aſſurgens ad pedes ejus nihilominus corruit, dicens: Ignoſce, deprecor,
„ mihi: quia nunc profecto divina revelatione doctus cognovi, quod nihil in me,
„ unde ſuſpicabar, commiſeris. Sed ſi quem in agminibus noſtris cognoſcis, qui
„ Phocas ſoleat vocitari, dicito mihi. Et Philippicus, diu apud ſe recogitans,
„ ait: Unum Phocam cognoſco, qui nuper procurator ab exercitu nuncupatus
* illius „ contradicebat tuo Imperio. Cum vero Mauricius de qualitate ipſius * inqui-
„ reret, Philippicus ait: Eſt quidem juvenis, & temerarius, attamen timidus.
„ Et Mauricius: Si timidus, inquit, profecto & homicida. Dumque ſuper hu-
juſmodi titubaret, in craſtinum Magiſtrianus ab Eremitis, quibus Imperatoris
preces portaverat, rediens, reſponſum retulit, dicens: Deus, recepta pœniten-
„ tia, ſalvabit animam tuam, & cum Sanctis te, cum tota domo tua, con-
„ ſtituet: ab Imperio vero cum ignominia & diſcrimine decides.

XIX. Quibus auditis, Mauricius Deum glorificans, pœnitentiam tenuit: ſed a cu-
* vitio piditatis avaritia * uſque adeo non receſſit, ut exercitus in periculoſis locis hie-
maret, & tranſito Danubio victum ſibi de Sclavorum regione periclitabundi quæ-
rerent: ne videlicet alimenta publica manducarent. Quod cum Petro Prætori fe-
„ ralibus litteris immineret, ille, Taxiarchis vocatis, ait: Nimis mihi videntur
„ gravia Imperatoris præcepta, Romanos in aliena terra hiemare jubentia. Nam
„ illi non obedire, ſævum eſt: & rurſus obedire, ſæviſſimum. Nullum bonum
„ parit avaritia, quia mater omnium malorum conſiſtit: qua Imperator languens,
„ horum maximorum malorum cauſa Romanis efficitur. Exercitus itaque, hoc
per Taxiarchas audito, ad ſeditionem convertitur: exaltatumque ſuper clypeum
Phocam per centurionem, Exarchum acclamaverunt: fugatoque Prætore, Theo-
doſio filio Imperatoris, & Germano ſocero ejus, dirigunt ut alter eorum ſibi im-
perare ſtuderet. Illi nullo modo conſenſerunt, immo hoc Mauricio retulerunt.
At ille Germanum perdere voluit, qui quoniam in Eccleſiam fugerat, filium
tamquam proditorem ſui conſilii flagellavit: multoſque hunc ab eadem Eccleſia
extrahendum tranſmittens, numquam permittitur, immo multis conviciis a
populo laceratus Marcioniſta hæreticus appellatur: & commoto intra Conſtan-
tinopolim gravi tumultu, Mauricius, diſſimulato habitu, cum uxore & filiis
noctu dromonem *b* conſcendit: & fugiens, apud ſanctum Antonomum venit. At
vero Phocas cum exercitu in Septimum veniens Imperator efficitur, a quo Mau-
ricius cum uxore, filiis & filiabus penes Chalcedonam viſus, quemadmodum
ſibi denunciatum fuerat, decollatur. Et quia oratio Gregorii, qua illum petie-
rat in terribili Dei judicio liberum ab omnibus delictis inveniri, vacua eſſe non
potuit; idem Mauricius id recepit, quod meruit: & in cunctis ſuis incommodis
Deum benedicens, a ſempiterno ſupplicio meruit liberari.

XX. *anno 603. Igitur ſeptimo Kalendarum Majarum Indictione ſexta * imago Phocæ, & Leon-
tiæ Auguſtorum cum eorumdem favorabilibus litteris Romam delata eſt. Et
Lib. 11. Epiſt. 38. poſtquam a Clero, & Senatu acclamatum eſt eis in Baſilica Julii, juſſu Grego-
rii in Oratorio ſancti Cæſarii Lateranenſi palatio conſtituta reponitur. Qui etiam
Pho-

---

a Philippicus hic erat Mauritii ſororis maritus, quem ideo ſuſpectum habebat, quod vaticinio didiciſ-
ſet, ab eo ſibi cavendum eſſe, cujus nomen a Ph literis inciperet. Vide Baronium ad annum 602.

b *Dromones* navigii genus celerrimum. Lege Notas in lib. 2. Vitæ S. Cæſarii Epiſc. Arel. n. 25.

„ Phocæ Imperatori ita reſcripſit: Gloria in excelſis Deo, qui, juxta quod ſcri- AN.CHR.
„ ptum eſt, mutat tempora, & transfert regna: & qui hoc cunctis innotuit, 604
„ quod per Prophetam ſuum loqui dignatus eſt, dicens: *Quia dominatur excel-* 12. Martii.
„ *ſus in regno hominum: & cui voluerit, ipſe dat illud, &c. uſque* domini liberorum. Dan. 2. Dan. 4.
Cumque Phocas mandari * ſibi Romanæ ſedis Diaconem cum magna humili- XXI.
„ tatis reverentia poſtularet, Gregorius ita reſcripſit: Conſiderare cum gaudiis * mitti
„ & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti Deo laudes debemus,
„ quod remoto triſtitiæ jugo, ad libertatis tempora ſub imperiali benignitatis
„ veſtræ pietate pervenimus. Nam quod permanere in palatio juxta antiquam con- Lib. 12. Epiſt. 43.
„ ſuetudinem Apoſtolicæ ſedis Diaconem veſtra ſerenitas non invenit, non hoc
„ meæ negligentiæ, ſed graviſſimæ neceſſitatis fuit: quia dum miniſtri omnes hu-
„ jus noſtræ Eccleſiæ contrita, aſperaque tempora cum formidine declinarent
„ atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, ut ad urbem regiam in pa-
„ latio permanſurus accederet. Sed poſtquam veſtram clementiam, omnipoten-
„ tis Dei gratia diſponente, ad culmen imperii perveniſſe cognoverunt, ipſi quo-
„ que ſuadente lætitia, ad veſtra veſtigia venire feſtinant, qui illuc prius acce-
„ dere valde timuerant, *&c. uſque* extinguet crudeles inimicos.

„ Item Leontiæ Auguſtæ: Quæ lingua eloqui, quis animus cogitare ſuf- XXII.
„ ficiat, quantas de Serenitate veſtri imperii omnipotenti Deo gratias debemus, Reg lib. 12. Ep. 34.
„ quod tam dura longi temporis pondera cervicibus noſtris amota ſunt, & im-
„ perialis culminis leve jugum ſubiit *, quod libeat portare ſubjectis? Redda- * rediit
„ tur ergo Creatori omnium ab hymnidicis Angelorum choris gloria in cœlo,
„ perſolvatur ab hominibus gratiarum actio in terra: quia univerſa reſpublica,
„ quæ multa mœroris pertulit vulnera, jam nunc conſolationis veſtræ iovenit
„ fomenta, *&c. uſque* parcendo tolerare.

His Gregorius laudibus aut ideo novos Principes demulcebat, ut audien- XXIII.
tes quales eſſe debebant, fierent mitiores quam Mauricius fuerat, cujus tot cri-
minibus involuta tempora cognoſcebant: aut quia eos ſibi ſuæque Eccleſiæ
devotiſſimos cernens, non eos ad tyrannidem ruituros eſſe putabat. Qui ſicut
quorumlibet vitia liberis vocibus arguebat, & contra Canones, priſcaſve con-
ſuetudines venire neminem permittebat; ita, quæ conſuetudinis fuerant, nul-
li penitus denegabat. Nam mox ut Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis enituit, Pa-
triarchalibus ſedibus ſuam ſynodicam deſtinavit, & poſtmodum Secundo
„ ſervo Dei Incluſo inter cetera ſcribit, dicens: Hinc eſt etiam, quod quo-
„ ties in quatuor præcipuis Sedibus Antiſtites ordinantur, ſynodales ſibi epiſto- Reg lib. 7. Ep. 53.
„ las viciſſim mittant: in quibus ſe ſanctam Chalcedonenſem Synodum cum
„ generalibus Synodis cuſtodire fateantur. Item Athanasio Presbytero de
„ Iſauria poſt multa: Fratri noſtro Cyriaco Conſtantinopolitanæ civitatis An- Reg. lib 5. Epiſt. 64.
„ tiſtiti, qui nuper in Joannis reverentiſſimi Epiſcopi loco ordinatus eſt, no-
„ ſtra voluimus ſcripta tranſmittere: ſed quia non eſt conſuetudo, ut prius,
„ quam ad nos ejus ſynodica deferatur, ei ſcribere debeamus: idcirco nunc di-
„ ſtulimus, poſtea autem indicabimus. Quam videlicet conſuetudinem ſicut
noſtri quoque, qui ante biennium ab Hadriano liberaliſſimo Papa in ſancta
octava Synodo præfuere, teſtantur, ita Orientales præcipue retinent uſque ha-
ctenus Sedes, ut in ſuis dyptichis nullius Pontificis nomen ſcribant, quouſ-
que ſynodicam ipſius ſuſcipiant: & tamdiu defunctum Pontificem inter vi-
ventes annumerent, quamdiu ſucceſſor illius ſuas litteras ſtuduerit deſtinare.

Hinc eſt nimirum, quod Gregorius a conſuetudine priſca non diſcrepans, XXIV.
„ Joanni Subdiacono, rectori patrimonii Liguriæ ſcribit, dicens: Quanto Reg. lib. 2. Epiſt. 32.
„ Apoſtolica ſedes, Deo auctore, cunctis prælata conſtat Eccleſiis, tanto inter
„ multiplices curas & illa nos valde ſollicitat, ubi ad conſecrandum Antiſtitem,
„ noſtrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio Eccleſiæ Me-
„ diolanenſis Epiſcopo, ſua nobis relatione Clerus innotuit, in electione ſe fi-
„ lii noſtri Constantii Diaconi ſui unanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam
„ eadem non fuit ſubſcripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet, omit-
„ tamus; idcirco hujus præcepti auctoritate ſuffultum, Genuam te proficiſci

AN.CHR. 604 12.Martii. „ neceſſe eſt; & quia illic multi Mediolanenſium, coacti Langobardorum barbarica feritate conſiſtunt: eorum te voluntates oportet, convocatis eis, in commune perſcrutari. Et ſi nulla eos diverſitas ab electionis unitate diſterminat, ſi quidem in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium voluntates atque conſenſum perdurare cognoſcis, tunc eum a propriis Epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu, ſolatiante Domino, facias conſecrari: quatenus hujuſmodi ſervata conſuetudine, & Apoſtolica ſedes proprium vigorem retineat, & a ſe conceſſa aliis ſua jura non minuat. Sed cum poſt annos aliquot CONSTANTIUS functus inſigniter Pontificio, dormiſſet in Domino *, Clerus & plebs Mediolanenſis DEUSDEDIT Diaconum eligentes, ab Agilulſo rege terrentur: quatenus illum eligerent, quem Langobardorum barbaries voluiſſet. At illi decretum ſuum Gregorio dirigentes, conſilium & licentiam petunt. Quibus ipſe inter cetera ſic reſcripſit: Illud, quod vobis ab Agilulſo „ indicaſtis ſcriptum, dilectionem veſtram non moveat. Nam quod nos utilitati „ veſtræ ſalubriter conſulere velimus in homine, qui non a Catholicis, & maxime Langobardis eligitur, nulla præbemus ratione conſenſum: quia vicarius „ ſancti Ambroſii indignus evidenter oſtenditur, ſi electus a talibus ordinatur. „ Et poſt pauca: Ut igitur in ordinando Deuſdedit Diacono, qui a vobis electus „ eſt, nulla poſſit mora contingere, Pantaleonem notarium noſtrum tranſmiſimus, „ qui eum, ut moris eſt, annuente conſenſus noſtri auctoritate, faciat conſecrari.

* anno 600.

Reg. lib.2. Ep. 65.

XXV. Ab adverſis poteſtatibus prægravatos fortiſſimus miles Chriſti Gregorius viriliter defendebat: injuſteque dejectos non ſolum inter depoſitos non habebat, verumetiam priſtinis gradibus auctoritatis ſuæ privilegio reformabat. Nam Anaſtaſium Antiochenum Patriarcham, qui Joannem Conſtantinopolitanum Præſulem voce libera reprehendens, Imperatoris Juſtini juſſu detruſus in exilium, ab ipſis Joannis Papæ temporibus, uſque ad ſui Pontificatus tempora permanebat, mox ut ſommum Sacerdotium meruit, inter Patriarchas eum „ reputans, ſcriptis talibus animavit: Præterea, inquit, ſicuti Patriarchis aliis „ paribus veſtris, ſynodicam vobis epiſtolam direxi: quia apud me ſemper „ hoc eſtis, quod ex omnipotentis Dei munere accepiſtis eſſe, non quod ex „ voluntate hominum putamini non eſſe. Item eidem in alia epiſtola poſt „ nonnulla ſcribens: Fraternitati tuæ indico, quia a ſereniſſimis dominis, quantis valui precibus poſtulavi, ut vos honore proprio reſtitutos ad ſancti Petri „ Apoſtolorum principis limina venire, & quouſque ita Deo placuerit, hic „ mecum vivere concedant: quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis noſtræ tædium, de æterna patria invicem loquendo, relevemus. Denique ſtudioſiſſimus pater Gregorius tamdiu penes Mauricium Imperatorem ſuggeſtionibus ſuis imminuit; donec poſt multorum annorum curricula magnus Anaſtaſius throno proprio redderetur. Cui congratulabundus reſcripſit, dicens: „ Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia „ magnus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochiæ ſaxa reliquerat, ad „ proprium alveum reverſus, ſubjectas & juxta poſitas valles rigat: ut unum „ trigeſimum, aliud ſexageſimum, aliud vero centeſimum, ferat fructum.

Reg. lib.1. Epiſt. 25.

Reg. lib. 1. Epiſt.7.

Reg. lib.4. Epiſt.37.

XXVI. Hadrianum Thebanæ civitatis Epiſcopum a Joanne Primæ Juſtinianæ & altero Joanne Lariſſæo Epiſcopis injuſte depoſitum, non ſolum ſedi propriæ reddidit, verumetiam ipſius Eccleſiam Romano jure defendens, a Lariſſæi Epiſcopi poteſtate ſubduxit, inter cetera dicens: Hadrianum Epiſcopum reperimus, & tuo contra Sacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo jure pecuniariis „ in cauſis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab „ antefato Joanne Primæ Juſtinianæ Epiſcopo contra jus Canoneſque depoſitus, „ honoris ſui gradu carere non potuit; in ſua eum reformari Eccleſia, atque in „ propriæ dignitatis ordinem decrevimus revocari. Et cum oportuiſſe te ex eo „ Dominici corporis communione privari, quod admonitione ſanctæ memoriæ „ deceſſoris mei contempta, per quam eum Eccleſiamque ejus de tuæ juriſdictione poteſtatis exemit, rurſus in eis aliquid tibi juris & ditionis ſervare „ præſumpſeris; tamen nos humanius decernentes, communioniſque tibi ſacramen-

Reg. lib.2. Ep.7. Indict.11.

„ mentum interim conſervantes, decernimus, ut fraternitas tua ab eo, Eccle- AN.CHR.
„ ſiaque ejus omnem antehabitæ ſuæ poteſtatem juriſdictionis abſtineat; & ſe- 604
„ cundum ſcripta deceſſoris noſtri, ſi qua cauſa, vel fidei, vel criminis, vel 12.Martii.
„ pecuniaria, adverſus præfatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit
„ evenire; vel per eos, qui noſtri ſunt, vel fuerint in urbe regia Reſponſales,
„ ſi mediocris eſt quæſtio, cognoſcatur: vel huc ab Apoſtolicam Sedem, ſi eſt
„ ardua, deducatur: quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. Quod ſi
„ contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore, ſeu qualibet occaſione, vel
„ ſubreptione venire tentaveris; ſacra te ſcias commuoione privatum, nec eam
„ te, excepto ultimo vitæ tuæ tempore, niſi conceſſa Romani Pootificis decer-
„ nimus juſſione percipere *. Hæc enim conſona ſanctis Patribus definimus ſan- * recipere
„ ctione *, ut qui ſacris neſcit obedire Canonibus, nec ſacris adminiſtrare, * definitione ſancivimus.
„ vel communionem capere ſit dignus altaribus.

„ Item JOANNI Epiſcopo Primæ Juſtinianæ: Poſt longas tribulationes, quas
„ Hadrianus Thebanæ civitatis Epiſcopus a Conſacerdotibus ſuis, velut ab ho- Reg. lib. 2.
„ ſtibus pertulit, in Romanam civitatem confugit: & licet adverſus Joannem Epiſt. 6.
„ Lariſſæum Epiſcopum ejus fuiſſet prima ſuggeſtio, non ab eo in cauſis pecu- Ind. 11.
„ niariis, reſervatis legibus, eſſe judicatum: tamen poſt hæc magis contra perſonam
„ fraternitatis tuæ, a qua non juſte ſe a Sacerdotii gradu flagitabat eſſe deje-
„ ctum, graviſſime querebatur. Et infra: Quod vero, inquit, ad præſens at-
„ tinet, caſſatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis,
„ ex beati Petri Apoſtolorum priocipis auctoritate decernimus, triginta dierum
„ ſpatio ſacra te communione privatum, ab omnipotente Deo noſtro tanti exceſſus
„ veniam cum ſumma pœnitentia, ac lacrymis exorare, *&c. uſque* incorrecta
„ remaneat.

Hinc eſt, quod exceptis criminibus neminem Sacerdotum Gregorius depone- XXVII.
bat: immo pro qualitatibus delictorum venialiter communione privabat. Un- Reg. lib. 2.
„ de JOANNI, Epiſcopo Calliopolitano poſt aliqua ſcribens, ait: Matriculam Epiſt. 45. Ind. 11.
„ quam frater & Coepiſcopus noſter Andreas Tarentinus Epiſcopus fecit ſuſti-
„ bus caſtigari, quamvis exiode poſt octo menſes hanc obiiſſe oon credamus,
„ tamen quia eum contra propoſiti ſui ordinem hujuſmodi fecit affligi, duobus
„ menſibus a Miſſarum ſolemnitate ſuſpende: ut vel hæc cum verecundia, qua-
„ lem ſe de cetero exhibere poſſit, inſtituat.

Si quando ſuper Sacerdotum criminibus erat aliquid ventilandum, cum ſum- XXVIII.
ma diſtrictione, grandique cautela Gregorius uniuſcujuſque capituli modulos quæ-
rens, ſententiam ſuam magis difficulter, quam faciliter, promulgabat. Unde NA-
„ TALI Salonitano Epiſcopo ſcribens, ait: Cum cuncta negotia indagandæ ſol- Reg. lib. 2.
„ licitudine veritatis indigeant, tum quæ ad dejectionem Sacerdotalium perti- Ep. 8. Ind. 11.
„ nent graduum, ſunt diſtrictius trutinanda: in quibus non tam de humanis
„ conſtitutis, quam de divinæ quodam modo benedictionis refragatione tracta-
„ tur, *&c. uſque* mancipentur effectui. Item CONSTANTIO Epiſcopo Me-
„ diolanenſi: Relectis epiſtolis, quas ad nos per Marianum latorem præſentium
„ tranſmiſiſtis, gratam nobis ſollicitudinem veſtram fuiſſe reſcripſimus, quod
„ ea, quæ ad nos de Fratre & Coepiſcopo noſtro Pompejo, qui adhuc a nobis Reg. lib. 5.
„ ita eſt nominandus, perveoerunt, diſſimulare minime pertuliſtis. Sed qualis Ep. 30.
„ ſuit in requiſitione cura, ſi talis ſuiſſet in diſcuſſione ſubtilitas, nihil ex hoc,
„ quod de eo dictum eſt, fuiſſet ambiguum, *&c. uſque* retractare ſententias.

„ Item JOANNI Defenſori poſt aliqua: Quia, inquit, Stephanus Epiſcopus in Reg. lib. 11.
„ odio ſuo quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum, neque aliquid ordi- Epiſt. 30.
„ nabiliter factum, ſed injuſte ſe aſſerit condemnatum; diligenter quærendum eſt,
„ primo ſi judicium ordinabiliter eſt habitum, ſi alii accuſatores, alii teſtes fue-
„ runt. Deinde cauſarum qualitas eſt examinanda, ſi digna exilio, vel depoſitio-
„ ne fuit: aut ſi eo præſente qui accuſatus eſt, ſub jurejurando contra eum te-
„ ſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt, ſi ipſe licentiam reſpondendi &
„ defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſub-
„ tiliter quærendum eſt, cujus vitæ, cujus conditionis, cujuſque opinionis,

AN.CHR. ,, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra præfatum Epiſcopum inimi-
604 ,, citias habuiſſent: & utrum teſtimonium ex auditu dixerunt, aut certe ſe
12.Martii. ,, ſcire ſpecialiter teſtati ſunt: ſi ſcriptis judicatum eſt, & partibus præſeoti-
,, bus ſententia recitata eſt. Quod ſi forte hæc ſolemniter acta non ſunt, ne-
,, que cauſa probata eſt, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit: in Eccleſiam
,, ſuam modis omnibus revocetur.

Auctoritatem quorumlibet ſummorum Pontificum Gregorius auctoritatis ſuæ
XXIX. magnitudine nullo modo minuebat, quin potius multipliciter roborabat. Et
quamvis inter culpabiles auctoritatem ſui prioratus agnoſceret, tamen inter
Lib. 7. Ep. 64. inſontes Epiſcopos, ſe præbebat prorſus æqualem. Quapropter JOANNI Sy-
,, racuſano Epiſcopo inter cetera ſcribens ait: Quod Primas Bizacenus a ſuis
,, Epiſcopis impetitus, ſe Sedi Apoſtolicæ dicit ſubjici; ſi qua culpa in Epi-
NOTA. ,, ſcopis invenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubjectus non ſit. Cum vero cul-
,, pa non exigit, omnes Epiſcopi ſecundum rationem humilitatis æquales
* ſumus ,, ſunt *, &c. Item in libro Regulæ paſtoralis: Liquet, inquit, quod omnes
Paſtor. p. 2. ,, homines natura æquales genuit: ſed variante meritorum ordine, alios aliis
c. 6. ,, culpa poſtponit. Ipſa autem diverſitas, quæ acceſſit ex vitio, divino judicio
* expenſatur. ,, diſpenſatur *: ut, quia omnis homo æque ſtare non valet, alter regatur ab
,, altero. Unde cuncti, qui præſunt, non in ſe debent poteſtatem ordinis,
,, ſed æqualitatem penſare conditionis: nec præeſſe ſe hominibus gaudeant, ſed
,, prodeſſe, *&c. uſque* jus aperuit poteſtatis. Et paulo poſt: Sed cum delinquen-
,, tes ſubditos Præpoſiti corrigunt, reſtat, neceſſe eſt, ut ſollicite attendant,
,, quatenus per diſciplinæ debitum culpas quidem jure poteſtatis feriant, ſed
,, per humilitatis cuſtodiam æquales ſe ipſis Fratribus, qui corriguntur, agno-
,, ſcant: quamvis plerumque etiam dignum eſt, ut eoſdem, quos corrigimus,
,, tacita nobis cogitatione præferamus. Illorum namque per nos vitia diſciplinæ
,, vigore feriuntur: in his vero, quæ ipſi committimus, ne verbi quidem ab
,, aliquo invectione laceramur. Tanto ergo apud Deum obligatiores ſumus,
,, quanto apud homines inulte peccamus.

XXX. Hac Gregorius æqualitate ſervata, ROMANO Defenſori Siciliæ ſcribit, di-
Reg. lib. 9. cens: Pervenit ad nos, quod ſi quis contra quoslibet Clericos cauſam habeat,
Epiſt. 32. ,, deſpectis eorum Epiſcopis, eoſdem Clericos in tuo facias judicio exhiberi.
,, Quod ſi ita eſt, quia valde conſtat eſſe incongruum, hac tibi auctoritate præ-
,, cipimus, ut hoc denuo facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet
,, Clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat,
,, aut certe ab ipſo judices deputentur. Aut ſi ob hoc fortaſſe ad arbitros eun-
,, dum eſt, partes ad eligendum judicem ab ipſo executio deputata compel-
,, lat. Si quis vero, vel Clericus, vel laicus contra Epiſcopum cauſam habue-
,, rit, tunc te interponere debes: ut inter eos aut ipſe cognoſcas, aut certe
,, te admonente ſibi judices eligant. Nam ſi ſua unicuique Epiſcopo juriſdi-
,, ctio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi, ut per quos Eccleſiaſticus cuſtodi-
,, ri ordo debuerat, confundatur?

Sicut convictum de crimine ſine vindicta canonica Gregorius neminem relin-
XXXI. quebat ſic, nimirum falſarium delatorem regulari tramite puniebat. Unde
Reg. lib. 9. Ep. 66. ,, ANTHEMIO Subdiacono ſcribens, ait: Cum fortius punienda ſint crimina,
,, quæ inſontibus, & maxime ſacris Ordinibus ingeruntur, quam ſitis culpabi-
,, les omnes, qui in cauſa Joannis Diaconi reſediſtis, attendite, ut Hilarium
,, criminatorem ejus nulla ex diffinitione veſtra pœna veniens caſtigaret. Nec
,, illud ad excuſationem veſtram eſſe credatis idoneum, quod vobis quaſi judi-
,, care volentibus, ſolus Frater & Coepiſcopus noſter Paſchaſius dicitur diſtuliſſe.
,, Nam ſi zelus in vobis rectitudinis viguiſſet, facilius uni a multis rationabiliter
,, ſuaderi, quam multi ab uno poterant ſine cauſa differri. Quia ergo tantæ ne-
,, quitiæ malum ſine digna non debet ultione tranſire: ſupraſcriptum Fratrem
,, noſtrum Paſchaſium volumus admoneri, ut eumdem Hilarium prius Subdiaco-
,, nii, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice caſtigatum
,, faciat in exilium deportari: ut unius pœna multorum poſſit eſſe correctio. Cujus ſi

forte

„ ſorte lenitatem Diaconii ſui adhuc opinio lacerata non commovet, & in hoc, AN.CHR.
„ quod non credimus, torpens, extiterit; experientia tua hæc, quæ diximus, 604
„ ſaciat, & de illius nobis neglectu renunciet. 12.Martii.

Idcirco Gregorius non probantem, quod objecerat, Subdiaconum officio jubet privari: quia juxta canonicas Patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret. Ac Grat.6.q.6. c.1.
per hoc, quia Subdiaconus crimen Diacono probare non potuit, quoniam impoſitionem manus, qua carere potuiſſet, non habuit *a*: non Sacerdotio, ſed officio caruit: & tamquam revera infamis meruit verberibus caſtigari. Nam cui cum tribus teſtibus veluti laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod objecit, dum probare non ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex juris ſimilitudine ſubjugatur. Quod enim eſſet Diacono gradum amittere, hoc fuit Subdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

Crimina ſemel audita Gregorius indiſcuſſa nullo modo præteribat, etiam ſi XXXII.
accuſatus cum accuſatore ſuo rediſſet in gratiam. Quapropter univerſis Epiſco- Reg. lib. 2. Ep. 18.
„ pis Corinthi ſcribens, ait: Deſiderii noſtri eſt ad concordiam redigere diſcor-
„ des, & unitos eſſe in gratia eos, quos diviſos ab alterutra dilectione voluntatis
„ facit eſſe diverſitas. Scripta igitur fraternitatis veſtræ relegentes agnovimus,
„ quod ii, qui contra Adrianum Fratrem & Coepiſcopum noſtrum aliqua dixe-
„ rant, modo cum eodem Epiſcopo in amicitia conveniſſent: & magna nobis
„ ad præſens facta eſt de eorum unitate lætitia. Sed quoniam ea, quæ dicta
„ ſunt, indiſcuſſa remanere non patimur, Sedis noſtræ Diaconum ad ea inve-
„ ſtiganda dirigimus: quia nuntiati nos facinoris qualitas vehementer impellit,
„ ut ea, quæ audivimus, diſſimulare nullatenus debeamus, præſertim cum ac-
„ cuſatores & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis, hoc nobis neceſſe eſt
„ ſubtilius perſcrutari, ne fortaſſe eorum ſit comparata concordia: quæ ſi, quod
„ abſit, non ex charitate, ſed ex præmio facta conſtiterit, majori hoc emen-
„ datione plectendum eſt. Nam nos, qui canonice, revelante Deo, mala, ſi
„ quidem vera ſunt, reſecare præcedentia feſtinamus, commiſſam poſtmodum
„ culpam ſine vindicta nulla ratione dimittimus.

„ Item JOANNI Epiſcopo Corinthiorum poſt aliqua: Paulum, inquit, Reg. lib.4. Ep.30.
„ Diaconum, latorem præſentium, quamvis culpa ſua vehementer confundat
„ atque redarguat, quod deceptus promiſſione, ab accuſatione nuper depoſiti
„ quondam Epiſcopi ſui deſtiterit; & cupiditatis ſtudio ſilere contra animam
„ ſuam potius, quam prodere vera conſenſit; tamen quia plus nos eſſe convenit
„ miſericordes *, quam diſtrictos, hanc ei culpam ignoſcimus, atque in eum * pios
„ ordine locoque ſuo recipiendum cenſemus, *&c. uſque* imminutione præbere.

Conſueta Clericorum ſtipendia nullis quarumlibet ægritudinum occaſionibus XXXIII.
miſericordiſſimus pater Gregorius retrahebat. Unde CANDIDO Epiſcopo Ur- Reg. lib.2. Epiſt.5.
bis veteris ſcribens, ait: Cum percuſſio corporalis, utrum pro purgatione, an
„ pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur; non debet a nobis ad-
„ di flagellatis aſflictio, ne nos culpæ, quod abſit, offenſa reſpiciat. Et quia
„ præſentium lator calumnioſus pro hac percuſſione, quam ſuſtinet, conſueta ſibi
„ commoda ab Eccleſia veſtra aſſerit denegari; idcirco fraternitatem tuam præ-
„ ſentibus hortamur epiſtolis, quatenus nihil eum ad percipienda, quæ conſue-
„ ta ſunt, hæc ægritudo debeat impedire: quia diverſis in Eccleſia militanti-
„ bus, varia, ſicut noſti, ſæpe contingit infirmitas. Et ſi hoc ſuerint exemplo
„ deterriti, nullus de cetero, qui Eccleſiæ militet, poterit inveniri: ſed ſe-
„ cundum loci ipſius * ordinem, quæque ei, ſi ſanus eſſer, poterant miniſtra- * ejus
„ ri, de ipſa exiguitate, quæ Eccleſiæ poteſt accidere, fraternitas tua Divini
„ contemplatione judicii ægrotanti præbere non deſinat.

Epiſcoporum venerabilium factas propriis Clericis ſponſiones Gregorius Apoſto- XXXIV.

a Nam tempore Gregorii Subdiaconatus non cenſebatur Ordo ſacer, ideoque manus impoſitione non conferebatur. Unde ita legitur in ejus Libro Sacramentorum ubi de Ordinatione Subdiaconi: *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam & calicem vacuum.* Vide Menardi Notas pag.280.

AN.CHR. licæ ſedis auctoritatibus roborabat. Unde JOANNI Panormitano Epiſcopo ſcribit »
604 „ dicens: Implenda ſemper ſunt poſtulantium deſideria, quoties illa poſcuntur »
12.Martii. „ quæ a ratione non deviant. Et ideo, quia quædam capitula, quæ ſervatu-
Reg. l.12. „ rum te Clericis tuis petentibus promiſiſti, noſtra ab eis poſtulatur auctorita-
Ep. 49. „ te firmari; Fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut ea, quæ præſen-
„ tia ſcripta continent, ſine aliqua debeat refragatione ſervare. Primum, ut de
„ redditibus Eccleſiæ quartam in integro portionem *a* Eccleſiæ tuæ Clericis ſe-
„ cundum meritum, vel officium, ſive laborem ſuum, ut ipſe unicuique dare
„ proſpexeris, ſine aliqua debeas præbere tarditate. De hoc vero, quod ex fi-
„ delium oblatione acceſſerit, ideſt, quartam partem in ſolidis, vel cellario,
„ eis juxta priſtinam conſuetudinem dare non differas. Reliqua autem omnia
„ mobilia in tua retineas poteſtate: immobilia cuncta Eccleſiaſticis redditibus
„ aggregentur, ut multiplicata quantitate Clericorum tuorum uſibus, Deo lar-
„ giente, proficiant. Tabularium autem una cum conſenſu ſeniorum & Cleri,
„ memineris ordinandum, qui annis ſingulis ad amputandam fraudis ſuſpicio-
„ nem ſolemniter ſuas debeat rationes exponere. Vindemiarum vero tempore
„ idem Clerus emendi vinum de poſſeſſionibus Eccleſiæ tuæ ad juſta pretia, in-
„ quantum vendendum eſt, remedium conſequatur. Nam ſatis contra rationem
„ eſt, ut, quod poteſt extraneis venundari, Clericis, dato pretio, denegetur,
Lib. 3. „ *&c. uſque* invenire valeant murmurandi. Item MAXIMIANO Syracuſano Epiſco-
Epiſt. 11. „ po, poſt pauca: Cognovimus de redditibus Eccleſiæ noviter acquiſitis cano-
„ nicam diſpoſitionem quartarum minime provenire: ſed Epiſcopos locorum tan-
„ tummodo diſtribuere quartam antiquorum reddituum, nunc vero quæſita ſuis
„ uſibus retinere. Quamobrem pravam ſubintroductam conſuetudinem fraterni-
„ tas tua vivaciter emendare feſtinet: ut ſive de præteritis redditibus, ſive de
„ his, quæ noviter obvenere, vel obvenientibus, quarta ſecundum diſtributio-
„ nem canonicam diſpenſetur. Incongruum namque eſt, unam eamdemque Ec-
„ cleſiæ ſubſtantiam duplici quodam modo jure cenſeri, id eſt uſurpationis, &
„ canonum.

XXXV. Ab aliis Epiſcopis communione privatos Gregorius communioni priſtinæ re-
Reg. lib.2. formabat. Quapropter MAGNO Presbytero Mediolanenſis Eccleſiæ ſcribens,
Epiſt. 26. „ ait: Sicut, exigente culpa, digne quis a ſacramento communionis abigitur,
„ ita inſontibus nullo modo talis irrogari debet vindicta. Comperimus ſiqui-
„ dem, quod Laurentius quondam Frater & Coepiſcopus noſter nullis te cul-
„ pis extantibus communione privaverit: ideoque hujus præcepti noſtri aucto-
„ ritate munitus, officium tuum ſecurus perage, & communionem ſine aliqua
„ ſume formidine.

XXXVI. Purgantes ſe a crimine cujuslibet hæreſis Gregorius non ſolum recipiebat, im-
Reg. lib.5. mo etiam Catholicos declarabat. Unde JOANNI Conſtantinopolitano Epiſcopo
Epiſt. 15. „ ſcribit dicens: Sicut hæreticorum pravitas zelo rectæ fidei comprimenda, ita
„ veræ confeſſionis eſt integritas amplectenda *. Nam ſi credi fideliter confiten-
* comple-ctenda. „ ti deſpicitur, cunctorum in dubium fides adducitur, atque errores ex incau-
„ ta diſtrictione mortiferi generantur: & hinc non ſolum errantes oves ad cau-
„ las minime Dominicas revocantur, ſed etiam intus poſitæ ferinis dentibus la-
„ niandæ crudeliter exponuntur. Hoc ergo ſubtiliter, frater chariſſime, per-
„ pendamus, ſub prætextu hæreſis affligi quempiam veraciter profitentem fidem
„ Catholicam non ſinamus, ne, quod abſit, hæreſim fieri ſub emendationis
„ magis ſpecie permittamus. Valde autem mirati ſumus, cur ii in cauſa fidei
„ judices contra Joannem Chalcedonenſis Eccleſiæ Presbyterum a vobis fuerant
„ deputati, negligentes veritatem, opinioni crediderunt, & credere diſtricte
„ profitenti noluerunt: maxime cum accuſatores ipſius, Marcioniſtarum, quam
„ memorabant, hæreſim, unde eum reum moliebantur efficere, interrogati
„ quæ

---

a Juvat hic Gregorii Magni primam ad Auguſtini interrogata reſponſionem ſubjicere. *Mos ſedis Apoſtolica eſt* (inquit lib. 12. Epiſt. 31.) *ordinatis Epiſcopis præcepta tradere, ut omni ſtipendio quod accedit, quatuor debeant fieri portiones. Una videlicet Epiſcopo & familiæ propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem; alia Clero; tertia pauperibus; quarta Eccleſiis reparandis.*

„ quæ eſſet, neſcire ſe manifeſta profeſſione reſponderint. Ex qua re evidenter AN.CHR.
„ agnoſcitur, quia perſonam ipſius ſine Dei reſpectu non juſte, ſed contra ani- 604
„ mas ſuas ſola gravare voluntate tantummodo voluerunt. Nos itaque, facto 12.Martii.
„ Concilio, ſicut geſtorum apud nos habitorum tenor oſtendit, cuncta, quæ
„ erant neceſſaria, ſubtiliter perſcrutantes ac tractantes, quoniam in nullo an-
„ tedictum Presbyterum reum invenire potuimus, præcipue, quia libellus quem
„ delegatis a vobis judicibus obtulit, rectæ fidei per omnia ſinceritati concor-
„ dat; eapropter eorumdem judicum reprobantes ſententiam, noſtra eum dif-
„ finitione Catholicum, & ab omni hæreticorum * crimine liberum eſſe, Chri- * hæretico
„ ſti Dei Redemptoris noſtri miſericordia, & gratia revelante, denunciavi-
„ mus. Item MAURICIO Imperatori poſt pauca: Relatis in Concilio, quæ Reg. lib 5.
„ contra Joannem Eccleſiæ Chalcedonenſis Presbyterum acta ſunt, ſimul & ſe- Ep. 56.
„ rie judicatis, majorem illum injuſtitiam ſuſtinuiſſe cognovimus: quippe quem
„ clamantem ſe atque monſtrantem eſſe Catholicum, non reatus culpa, ſed * pertrivit
„ diu accuſatio incerta contrivit *, *&c. uſque* fidelibus non habere.

„ Item NARSI Comiti de eodem poſt alia: De Joanne vero Presbytero co- Reg. lib.5.
„ gnoſcite, quia illius cauſa per Synodum deciſa eſt: in qua aperte cognovi, Epiſt. 14.
„ quia ejus adverſarii eum facere hæreticum voluerunt, & diu conati ſunt, ſed
„ minime potuerunt. Item ATHANASIO Presbytero de Iſauria: Sicut de eis, Ibid. ep.64.
„ quos ab unitate Eccleſiæ hæreticæ pravitatis error abſcidit, affligimur & do-
„ lemus; ita his, quos intra ſinum ſuum Catholicæ fidei profeſſio continet,
„ congaudemus: & ut paſtorali ſollicitudine illorum non oportet impietatibus
„ obviare, ſic piis eorum profeſſionibus congruit favorem impendere, & ſince-
„ ra eſſe, quæ ſapiunt, declarare. Atque ideo dum tibi Athanaſio Presbytero
„ Monaſterii ſancti Milæ, cui eſt vocabulum Tannaco, quod in Lycaonia eſt
„ provincia conſtitutum, contraria integræ fidei orta ſuſpicio eſt; ut profeſſio-
„ nis tuæ potuiſſet integritas apparere, ad Apoſtolicam ſedem, cui præſide-
„ mus, elegiſti recurrere, aſſerens etiam te corporaliter verberatum aliquam
„ injuſte, ac violenter feciſſe. Et quamquam ea, quæ vi impulſionis fiunt,
„ Canonum minime cenſura recipiat, & jure habeantur infirma, quia ipſe ea
„ diſſolvit, qui injuſtum fateri compellit, ſed magis illa eſt ſuſcipienda & am-
„ plectenda confeſſio, quæ ex ſpontanea monſtratur voluntate procedere, ſicut
„ apud nos feciſſe dinoſceris: ne quid tamen nobis ambiguum potuiſſet exiſte-
„ re, ſanctiſſimo Joanni quondam fratri noſtro Conſtantinopolitanæ civitatis An-
„ tiſtiti de te prævidimus ſcribendum, ut ſuis, quid actum eſſet, epiſtolis in-
„ formaret. Qui ſæpe a nobis admonitus reſcribens innotuit, quemdam codi-
„ cem apud te fuiſſe inventum, quo plura continebantur hæretica: & ob hoc
„ adverſus dilectionem tuam fuiſſe commotum. Quem quia ad nos ſtuduit pro
„ ſatisfactione tranſmittere, priores ejus partes ſollicita lectione percurrimus:
„ & quoniam manifeſta in eo hæreticæ pravitatis venena reperimus, ne denuo
„ debuiſſet legi, vetuimus. Sed quia hunc te ſimpliciter legiſſe teſtatus es, ad
„ amputandam ambiguæ ſuſpicionis materiam, libellum nobis manu tua porre-
„ xiſti perſcriptum, in quo fidem tuam exponens, omnes generaliter hæreſes,
„ vel quidquid adverſus Catholicæ profeſſionis integritatem eſt, apertiſſime con-
„ demnaſti: & cuncta, quæ ſanctæ quatuor univerſales Synodi recipiunt; te
„ ſemper recepiſſe, ac recipere, & quæ condemnaverunt, condemnaſſe condem-
„ nareque profeſſus es. Eam quoque Synodum, quæ Imperatoris Juſtiniani tem-
„ poribus de Tribus Capitulis facta eſt, te ſuſcipere & cuſtodire promiſiſti: &
„ prohibitus a nobis codicem ipſum legere, in quo peſtiferæ virus fraudis inne-
„ xum eſt, libentiſſime conſenſiſti: reprobans etiam atque condemnans omnia,
„ quæ in eo contra Catholicæ fidei integritatem in eo dicta, vel latenter inſer-
„ ta ſunt, nec eum te legere denuo promiſiſti. Hac ratione permoti, poſt-
„ quam etiam exprobrata eſt a te libelli pagina, & fides tua nobis Catholica,
„ Deo cuſtodiente, præclaruit, ab omni te hæreticæ perverſitatis macula jux-
„ ta profeſſionem tuam liberum eſſe decernimus, atque Catholicum, atque ſin-
„ ceræ in omnibus fidei profeſſorem, ac ſequacem JESU-CHRISTI Salvatoris

AN.CHR. „ gratia claruiſſe pronunciamus: liberam quoque tribuendo licentiam ad tuum
604 „ Monaſterium in tuo te loco, vel ordine nihilominus remeare.
12.Martii. Schiſmaticos ad recipiendam ſatisfactionem venire Gregorius invitabat:
XXXVII. quibus etiam, ſi nuſquam ad unitatem Eccleſiæ redire voluiſſent, nullam ſe facturum violentiam promittebat. Unde Petro & Prudentio Epiſcopis de Iſtria ſcribens, ait: Deus, qui lætatur in unitate Fidelium, & revelat quærentibus veritatem, cordibus veſtris *, dilectiſſimi Fratres, aperiat quanto vos deſiderio in gremio cupiam ſanctæ univerſalis Eccleſiæ contineri, & in ejus manere unitate concordes. Quod fore non dubito, ſi abjecto contentionis ſtimulo, ſatisfieri vobis veraciter de his de quibus eſt dubietas, intendatis. Remeantis autem Caſtorii Notarii mei edoctus relatione ſum, fraternitatem veſtram ad me habere deſiderium veniendi, ſi promiſſum fuerit, quia nullam moleſtiam ſuſtinebit. Hoc ego cognoſcens, & opto, & ſuccenſus ardore charitatis invito, ut ad me veniendi debeatis laborem aſſumere: quatenus pariter conferentes, quæ vera & Redemptori noſtro ſunt placita, & communiter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego vero Divinæ protectionis gratia ſuffragante ſatisfacere vobis de quibus dubitatis paratus ſum, & confido de omnipotentis Dei miſericordia *, quia ita vobis ſatisfactio mea interius inhærebit, ut nihil charitati veſtræ de cetero poſſit ambiguum remanere. Nam illa, quæ ſanctiſſimæ quatuor Synodi ſapuerunt *, atque diffinierunt, ſicuti prædeceſſor noſter Leo ſanctiſſimus Papa, ita ea & nos ſapimus, ſequimur, ac tenemus: nec ab earum fide aliquo modo diſſentimus. Sed quia plus perſona præſens, quam epiſtola ſatisfacit; hortor, dilectiſſimi Fratres, ut ad me venire, ſicut præfatus ſum, debeatis: dummodo ratione percepta, a concordia ſanctæ univerſalis Eccleſiæ diſſenſio vos nulla diſſociet. Hoc tamen certa ſit veſtra charitas, quia vos, & cum affectu, quo decet, ſuſcipiam, & cum gratia relaxabo: nec aliquam vos vel quoſcumque alios, qui pro hac ad me cauſa venire voluerint, afflictionem, vel moleſtiam ſuſtinere permitto: ſed ſeu ad conſentiendum mihi cor veſtrum miſericordia divina compunxerit, ſive, quod abſit, in ea vos durare diſſenſione contigerit, ad propria vos remeare, quando volueritis, juxta promiſſionem meam, ſine læſione, vel moleſtia relaxare curabimus.

Reg. lib. 4. ep. 49.

* cordi veſtro

* noſtri clementia

* aperuerunt

XXXVIII „ Severum Aquilejenſem Epiſcopum, caput totius ſchiſmatis exiſtentem, Romam venire compellit, dicens: Sicut gradientem per devia, carpentem denuo rectum tramitem, tota Dominus aviditate complectitur; ita demum de deſerente cognitam veritatis viam, majori mœrore, quam gaudio, quo de convertente lætatus fuerat, contriſtatur: quia minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere, quam in eadem cognita * non manere: aliudque eſt, quod ab errante committitur, aliud quod per ſcientiam perpetratur. Et nos ſiquidem, quantum incorporatum te jam pridem fuiſſe in unitate Eccleſiæ gaviſi fueramus, abundantius nunc diſſociatum a Catholica ſocietate confundimur. Pro qua re imminente latore præſentium juxta Chriſtianiſſimi & ſereniſſimi rerum domini juſſionem, ad beati Petri Apoſtoli limina cum tuis ſequacibus venire te volumus: ut, auctore Deo, aggregata Synodo, de ea, quæ inter vos vertitur, dubietate, quod juſtum fuerit, judicetur. At Severus Apoſtolica ſimul, Imperialique juſſione coactus, imminente Smaragdo Exarcho, ſimulque Antonio Eccleſiæ Romanæ defenſore Ravennam perducitur. Ubi veritus cum Gregorio Synodalem ſubire conflictum, ad unitatem ſanctæ univerſalis Eccleſiæ, mediante Joanne Ravennati Pontifice, remeavit. Sed cum poſt anni ſpatium ad propria rediiſſet, ab aliis ſchiſmaticis perſuaſus, non ſolum ad priſtinum vomitum rediit, verumetiam Mauricii Deo ſemper adverſi juſſione ſubrepta, qua jubebatur, ut ſchiſmatici redire ad unitatem Eccleſiæ minime cogerentur, reliquis Epiſcopis Eccleſiæ ſe jungentibus maximas ſeditiones conflabat. Quapropter Gregorius neminem jam revertentium ſine cautione juratoria penitus ſuſcipere ſatagebat. Qua præſtita hujuſmodi litteris eidem Patricio Exarcho commendabat: Firminus Frater & Coepiſcopus noſter, Tre-

Lib. 2. ep. 26.

* agnita

Lib. 11. ep. 38.

ge-

„ geſtinæ Antiſtes Eccleſiæ, ante adventum veſtræ excellentiæ ſalubri conſilio AN.CHR.
„ ab ſchiſmate, cui inhæſerat, reſipiſcens, atque ad unitatem matris Eccleſiæ 604
„ rediens, noſtris eſt epiſtolis confirmatus, *&c. uſque*, occaſio oborta * ſequen- 12.Martii.
tium. Denique Severus, quia ad unitatem ſanctæ univerſalis Eccleſiæ redire * aperta
non meruit, ad ſcindendam quoque ſuæ ipſius diœceſeos unitatem, Romanum
Pontificem ſua vecordia ſuſcitavit: adeo ut ab ipſo illius obitus tempore, A-
quilejenſis diœceſis in duos Metropolitanos, Catholicorum videlicet, ſchiſmati-
corumque diviſa ſit: neque potuit * poſtmodum, licet omnes generaliter ad * potuiſſet
unitatem de ſchiſmate repedaverint, ad priſtinæ conjunctionis unionem unctionem
uſque hactenus reformari.

Sicut nulli Clericorum pro infirmitate corporis quartarum ſubſidia Gregorius XXXIX.
minuebat, ita nulli Pontificum pro ægritudine qualibet ſuccedendum fore
docebat. Unde ANATOLIO Conſtantinopolitano Subdiacono reſcribens, ait:
„ Scripſit mihi dilectio tua, piiſſimum dominum noſtrum reverentiſſimo Reg. lib 9. Epiſt. 42.
„ Fratri meo Primæ Juſtinianæ Epiſcopo pro ægritudine capitis, quam pa-
„ titur, præcipere ſuccedi, ne ſorte dum Epiſcopi jura eadem civitas non
„ habet, quod abſit, ab hoſtibus pereat. Et hæc quidem nuſquam Canones
„ præcipiunt, ut pro ægritudine Epiſcopi, Epiſcopo ſuccedatur: & ideo om-
„ nino injuſtum eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo privetur ægro-
„ tus; atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea ani-
„ ma ex ejus depoſitione veniat. Sed ſuggerendum eſt, ut ſi is, qui eſt in re-
„ gimine, ægrotat, diſpenſator illi talis requiratur, qui poſſit ejus curam om-
„ nem agere, & locum illius in regimine Eccleſiæ, ipſo non depoſito, ac in
„ cuſtodia civitatis implere: ut neque Deus omnipotens offendatur, neque ci-
„ vitas inveniatur eſſe neglecta. Si vero idem reverentiſſimus Joannes fortaſſe
„ pro moleſtia ſua petierit, ut ab Epiſcopatus honore debeat vacare *, eo * revocari
„ petitionem dante ſcripto, concedendum eſt. Aliter autem nos id facere pro
„ omnipotentis Dei timore omni modo non audemus *. Quod ſi hoc petere * valemus
„ ille noluerit, quod piiſſimo Imperatori complacet, quidquid jubet facere,
„ in ejus eſt poteſtate: ſicut novit, ipſe provideat: nos tantummodo in de-
„ poſitionem inſontis non faciat permiſceri. Quod vero ipſe fecerit, ſi canoni-
„ cum eſt, ſequimur: ſi vero canonicum non eſt, inquantum ſine peccato no-
„ ſtro valemus, portamus. Pontificibus voluntarie ſuis renunciantibus Sedibus
„ ſucceſſores Gregorius nullo modo denegabat: eoſque poſtmodum de redditi-
„ bus relictæ Eccleſiæ ſufficienter nutriendos eſſe cenſebat. Unde MARINIANO Reg. lib.7. ep. 49
„ Ravennati Epiſcopo ſignificans, ait: Qualiter ordinati a nobis Sacerdotis,
„ corporis qua notum eſt impediente moleſtia, Ariminenſis Eccleſia Paſtorali
„ hactenus ſit regimine deſtituta, dudum fraternitas veſtra cognovit, *&c. uſque*
„ proviſione concurrant.

„ Item ELEUTHERIO * Epiſcopo: Quamvis triſte nobis ſit valde quod Reg.lib.12. ep. 7.
„ loquimur, atque fraterna nos potius compaſſione urgeat, quam aliquid de * Ætherio
„ auditis diffinire permittat; ſuſcepti tamen ſollicitudo regiminis cor noſtrum
„ inſtanti pulſat aculeo, magna nos Eccleſiis cura proſpicere, & antequam ha-
„ rum poſſit utilitas deperire, quid fieri debeat, Deo auctore, diſponere. Per-
„ venit igitur ad nos, quemdam Epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe,
„ *&c. uſque* debeat conſecrari.

Virginem ſtupratam Gregorius jubebat uxorem percipere, aut ſtupratorem XL.
ejus caſtigatum verberibus in Monaſterio deputare. Unde FELICI Sypontino Reg. lib.2. Epiſt. 42.
„ Epiſcopo ſcribit, dicens: Expectamus fraternitatem tuam ſua aliquos ad
„ Deum prædicatione convertere, & male agentes ad rectitudinem revocare.
„ Qua de re nimis contriſtamur, quia e diverſo in nepotis tui Felicis pravitate
„ tua evidenter, qui talem nutriſti, culpa monſtrata eſt. Pervenit itaque ad
„ nos, quod ſupraſcriptus Felix Evangeli Diaconi tui filiam ſtupro deceperit.
„ Quod ſi verum eſt, quamvis gravi eſſet de lege pœna plectendus, nos tamen
„ aliquatenus legis duritiam mollientes, hujuſcemodi diſponendo præcipimus,
„ ut aut quam ſtupravit, uxorem habeat: aut certe ſi renuendum putaverit,
„ di-

AN.CHR. ,, diſtrictus, ac corporaliter caſtigatus[1], excommunicatuſque in Monaſterium,
604 ,, in quo pœnitentiam peragat, retrudatur: de quo ei nulla ſit egrediendi, ſi-
22. Martii. ,, ne noſtra præceptione, licentia.

XLI. Virum ſine uxoris propriæ voluntate converſum, etiam ſi fuiſſet jam tonſu-
Reg. l. 9. Ep. 44. ratus, Gregorius uxori reddi jubebat. Quapropter HADRIANO Panormitano
Grat. 27. q. 2. cap. 21. ,, Notario ſcribens, ait: Agathoſa latrix præſentium queſta eſt, maritum ſuum
,, contra voluntatem ſuam in Monaſterio Urbici Abbatis eſſe converſum.
,, Quod quia ad ejuſdem Abbatis culpam, & invidiam non eſt dubium perti-
,, nere, experientiæ tuæ præcipimus, ut diligenti inquiſitione diſcutiat, ne for-
,, te cum ejus voluntate converſus ſit, vel ipſa ſe mutare promiſerit: & ſi hoc
,, repererit, & illum in Monaſterio permanere provideat, & hanc, ſicut pro-
,, miſit, mutare compellat. Si vero nihil horum eſt, nec quoddam fornicationis
,, crimen, propter quod viro licet uxorem relinquere, prædictam mulierem com-
,, miſiſſe cognoveris; ne illius converſio uxori relictæ in ſæculo fieri poſſit per-
,, ditionis occaſio, volumus ut maritum ſuum illi, etiam ſi jam tonſuratus
,, eſt, reddere debeas omni excuſatione ceſſante: quia etſi mundana lex
,, præcipit, converſionis gratia, utrolibet invito, ſolvi poſſe conjugium; divi-
,, na lex fieri non permittit. Nam, excepta fornicationis cauſa, virum u-
,, xorem relinquere nulla ratione concedit: quia postquam copulatione conjugii
,, viri atque mulieris unum corpus efficitur, non poteſt ex parte converti, &
,, ex parte in ſæculo remanere.

XLII. Judæorum perfidiam rationibus magis, quam violentiis excutere, Gregorius
Reg. lib. 1. Epiſt. 45. decertabat. Quapropter VIRGILIO [a], & THEODORO Epiſcopis Galliarum,
,, poſt aliqua ſcribens, ait: Plurimi Judaicæ religionis viri in hac provincia
,, commanentes, ac ſubinde in Maſſiliæ partibus pro diverſis negotiis ambu-
,, lantes, ad noſtram perduxere notitiam, multos conſiſtentium in illis parti-
,, bus Judæorum vi magis ad fontem Baptiſmatis, quam prædicatione perdu-
,, ctos. Nam intentum quidem hujuſcemodi & laude dignum cenſeo, & de
,, Domini noſtri deſcendere dilectione profiteor: ſed hanc eamdem intentionem,
,, niſi competens Scripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo, ne aut mercedis
,, opus exinde non proveniat, aut juxta aliquid animarum, quas eripi volu-
,, mus, quod abſit, diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſ-
,, matis fontem non prædicationis ſuavitate, ſed neceſſitate pervenerit; ad
,, priſtinam ſuperſtitionem remeans, inde deterius moritur, unde renatus eſſe vide-
,, batur. Fraternitas ergo veſtra hujuſmodi homines frequenti prædicatione provo-
,, cet quatenus mutare veterem magis vitam de doctoris ſuavitate deſiderent. Sic
,, enim & intentio veſtra recte perficitur, & converſi animus ad priorem denuo vo-
,, mitum non mutatur. Adhibendus ergo illis eſt ſermo, qui & errorum in ipſis
,, ſpinas urere debeat, & prædicando quod in his tenebreſcit, illuminet:
,, ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra recipiat *, &
* rapiat ,, eorum quantos Deus donaverit ad regenerationem novæ vitæ perducat.
,, Item VICTORI Epiſcopo Panormitano: Sicut Judæis non debet eſſe licentia
Lib. 7. Ep. 26. Ind. 1. ,, quidquam in Synagogis ſuis ultra, quam permiſſum eſt lege, præſumere,
,, ita in his, quæ eis conceſſa ſunt, nullum debent præjudicium ſuſtinere.

Quemadmodum Judæos violenter baptizari Gregorius denegabat, ita Chri-
,, ſtianos eis quoquo modo ſubjici nullatenus permittebat. Unde LIBERTINO
XLIII. ,, Prætori Siciliæ ſcribens ait: Fertur, quod Naſas quidam ſceleratiſſimus Ju-
Lib. 2. Ep. 35. Ind. 11. ,, dæorum ſub nomine beati Eliæ altare punienda temeritate conſtruxerit, mul-
,, toſque illic Chriſtianorum ad adorandum ſacrilega ſeductione deceperit:
,, ſed & Chriſtiana, ut dicitur, mancipia comparavit, & ſuis ea obſequiis,
,, ac utilitatibus deputavit. Dum igitur ſeveriſſime in eum pro tantis ſaci-
,, noribus debuiſſet ulciſci, glorioſus Juſtinus medicamento avaritiæ, ut no-
,, bis ſcriptum eſt, delinitus, Dei diſtulit injuriam vindicare. Gloria autem
,, veſtra hæc omnia diſtricta examinatione perquirat, & hujuſcemodi mani-
fe-

---

[a] Virgilio Arelatenſi & Theodoro Maſſilienſi Epiſcopis Gregorius hanc ſcripſit epiſtolam anno 591.

„ feſtum eſſe repererit, ita diſtrictiſſime ac corporaliter in eumdem ſceleratum AN.CHR.
„ feſtinet vindicare Judæum, quatenus hac ex cauſa & gratiam ſibi Dei noſtri 604
„ conciliet, & his ſe poſteris pro ſua mercede imitandum monſtret exemplis. 12.Martii.
„ Mancipia autem Chriſtiana, quæcumque eum comparaſſe patuerit, ad liber-
„ tatem juxta legum præcepta ſine omni ambiguitate perducite: ne, quod ab-
„ ſit, Chriſtiana religio Judæis quoquo modo ſubdita polluatur. Item VENAN-
„ TIO Epiſcopo Lunenſi: Multorum ad nos relatione pervenit, a Judæis in ci- Reg. lib. 3. Ep. 21.
„ vitate Lunenſi degentibus in ſervitium Chriſtiana detineri mancipia. Quæ
„ res nobis tanto viſa eſt aſperior, quanto a fraternitate tua patientia operoſior,
„ *&c. uſque* ſanctione ſervetur.

Si quos Chriſtianorum pro longitudine itineris per provincias ab Hebræorum XLIV.
ſervitio per legalem violentiam Gregorius liberare non poterat, ſuis pretiis re-
dimendos eſſe cenſebat. Unde CANDIDO Presbytero per Gallias ſcribens:
„ Dominicus, inquit, præſentium portitor lacrymabiliter nobis innotuit, qua- Reg lib.6. ep. 21.
„ tuor fratres ſuos de captivitate a Judæis redemptos eſſe, atque eos nunc Nar-
„ bonæ in eorumdem Judæorum ſervitio detineri. Et quia omnino grave exe-
„ crandumque eſt Chriſtianos in ſervitio eſſe Judæorum, dilectionem tuam ſcri-
„ ptis præſentibus adhortamur, ut cum omni ſubtilitate & ſollicitudine ſtudeat
„ perſcrutari: & ſi re vera ita eſt, atque manifeſta veritate tibi conſtiterit,
„ quia neque ipſi unde ſe redimant, neque ſupraſcriptus portitor habet, eos
„ ſtudii tui ſit redimere, ſciens, quia quidquid in eis dederis, tuis ſine dubio
„ rationibus imputabitur.

Judæorum mancipia ſemel confugientia ad Eccleſiam, numquam quibuslibet XLV.
ſuaſionibus reddi jubebat. Unde JANUARIO Caralitano Epiſcopo inter cetera Reg. lib. 3. ep. 9.
„ ſcribens, ait: Pervenit ad nos, ſervos ancillaſque Judæorum fidei cauſa ad
„ Eccleſiam confugientes, aut infidelibus dominis reſtitui, aut eorum, ne reſti-
„ tuantur, pretium dari. Hortamur igitur, ut nullatenus tam pravam conſue-
„ tudinem manere permittas: ſed cum quilibet Judæorum ſervus ad venerabi-
„ lia loca fidei cauſa confugerit, nullatenus eum patiamini præjudicium ſuſti-
„ nere: ſed ſive olim Chriſtianus, ſive nunc fuerit baptizandus, ſine nullo
„ pauperum Chriſtianorum damno, religioſo Eccleſiaſticæ pietatis patrocinio
„ in libertatem modis omnibus defendatur.

Non ſolum Chriſtiana mancipia Gregorius in libertatem priſtinam legaliter XLVI.
revocabat, verumetiam pagana ad fidem venire volentia, vendi nullo modo Reg. lib. 5. ep. 31.
permittebat. Unde FORTUNATO Neapolitano Epiſcopo inter cetera ſcribens,
„ ait: Fraternitatem veſtram oportet eſſe ſollicitam, ut ſi de Judæorum ſervitio
„ non ſolum Judæus, ſed etiam quiſquam paganorum fieri voluerit Chriſtianus,
„ poſtquam voluntas ejus fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet ingenio, vel
„ argumento cuipiam Judæorum venundandi facultas ſit: ſed is, qui ad Fidem
„ Chriſtianam converti deſiderat, defenſione veſtra in libertatem modis omni-
„ bus vindicetur, *&c. uſque* intelligitur reſervaſſe.

Pagana mancipia, Judæos videlicet dominos ſuos ad fidem præcedentia, in XLVII.
eorum ſervitium, etiamſi ipſi eos ad Chriſtianitatem ſubſequebantur, nullo
„ modo revocabat. Unde JOANNI Syracuſano Epiſcopo, Felix, inquit, præ- Reg. lib. 7. ep. 22. Ind. 1
„ ſentium portitor queſtus nobis eſt, cum ſit de Chriſtianis parentibus natus,
„ a quodam Chriſtiano Samaræo, quod dici ſcelus eſt, ſe eſſe donatum: &
„ dum hujuſcemodi ſuperſtitionis homines Chriſtiana quolibet modo mancipia
„ poſſidere, nec ratio legis, nec reverentia religionis admittat; ſe tamen per
„ decem & octo annos in ejus aſſerit ſervitio permanſiſſe. Sed cognoſcente hoc
„ deceſſore veſtro ſanctæ memoriæ Maximiano, ſano zelo, ſicut decuit, ſacer-
„ dotali commoto, de Samaræi nefario ſervitio liberavit. Sed quia ejuſdem Sa-
„ maræi filius poſt quinque annos factus dicitur Chriſtianus, & ſupradictum
„ Felicem in ejus ſervitium, quantum ipſe dicit, quidam nituntur redigere,
„ ſanctitas veſtra hæc, quæ edocti ſumus, diligenter inquirat: & ſi ita ei eſſe
„ conſtiterit, eum tueri ſtudeat, & a nullo ſub qualibet occaſione gravari per-
„ mittat, *&c. uſque* de legibus ſuſtinere.

Cir-

AN.CHR. 604 Circumcidi ſaltem paganotum neminem Gregorius permittebat. Quamobrem
12.Martii. ,, Leoni Catanenſi Epiſcopo : Res, inquit, ad nos omnino deteſtabilis, &
XLVIII. ,, legibus inimica pervenit, quæ ſi vera eſt, fraternitatem tuam vehementer
Reg. lib.5. ep. 32. ,, accuſat : quia eam de minori ſollicitudine probat eſſe culpabilem. Compe-
,, rimus autem, quod Samaræi degentes Catanæ pagana mancipia emerint, at-
,, que ea circumcidere auſu temerario præſumpſerint. Atque idcirco neceſſe eſt,
,, ut omni modo zelum in hac cauſa ſacerdotalem exerceas, *&c. uſque* de legi-
,, bus feriendi.

XLIX. Sane quia Judæorum perfidia zelum Chriſtianorum datis contra ſe muneribus
ludificare ſolebat, non ſolum nil penitus ab eis capiebat, quinimmo eorum mu-
nera Gregorius execrabilia judicabat. Unde Recaredo regi Wiſigothorum
Reg. lib.7. Epiſt. 126. ,, poſt cetera ſcribit, dicens : Præterea indico, quia crevit de veſtro opere in
,, laudibus Dei hoc, quod dilectiſſimo filio meo Probino Presbytero narrante
,, cognovi, quia cum veſtra Excellentia conſtitutionem quamdam contra Ju-
,, dæorum perfidiam dediſſet, ii, de quibus prolata fuerat, rectitudinem ve-
,, ſtræ mentis inflectere, pecuniarum ſummam offerendo, moliti ſunt. Quam
,, Excellentia veſtra contempſit : & omnipotentis Dei placere judicio requi-
,, rens, auro innocentiam prætulit. Qua in re mihi David regis ſactum ad me-
,, moriam venit, *&c.*

L. Hinc eſt, quod ſicut a Majoribus traditur, & nos uſque ad tempora noſtra,
dum adhuc pubeſceremus, oculis noſtris conſpeximus, conſuetudo vetus obti-
nuit, ut omnes illius ſuperſtitionis homines quantumcumque pulcherrima merci-
monia detuliſſent, numquam Pontificalibus alloquiis fruerentur, numquam ob-
NOTA. tutibus Apoſtolicis potirentur, ſed extra velum longiſſimæ porticus, non qui-
dem in ſcamnis, ſed in marmoreo pavimento ſedentes, ſuſcepta pretia numera-
bant : ne videlicet viderentur aliquid de manu Pontificis accepiſſe. Nam reve-
rendæ memoriæ Nicolaus Pontifex, Arsenium quondam Hortanæ ci-
vitatis Epiſcopum, Judaicas tunc primum pellicias introducere molientem, adeo
averſatus eſt, ut ei palatinam proceſſionem vellet adimere, niſi ſuperſtitioſæ
gentis veſtibus abjurando, eum ſacerdotalibus infulis conſuetudinaliter procede-
re ſtuduiſſet.

LI. Antichriſti præcurſores obſervari debere Sabbatum prædicantes, Gregorius
Reg.lib.11 ep.3. Ind 6. ,, taliter refutavit : Pervenit ad me, quoſdam perverſi ſpiritus homines prava
,, inter vos aliqua, & ſanctæ Fidei adverſa ſeminaſſe, ita ut die Sabbati aliquid
,, operari prohiberent. Quos, quid aliud, niſi Antichriſti prædicatores dixe-
,, rim? qui veniens, diem Sabbatum atque Dominicum, ab omni faciet opere
,, cuſtodiri, *&c. uſque* precibus expietur.

LII. Tanta compaſſionis gratia circa omnes Gregorius redundabat, ut alterius in-
firmitatem in ſuo corpore hunc ſuſtinuiſſe, ſi velis, aſpicias. Unde Joanni
Reg. lib.8. ep. 22. Ind. 10. ,, Ravennati Epiſcopo ſcribens, ait : Dominicis mandatis præcipimur proximos
,, ſicut noſmetipſos diligere, eorumque languoribus tamquam propriis infirmita-
,, tibus condolere. Quorum memor veſtra Fraternitas competenti ſibi more Ca-
,, ſtorium Fratrem & Coepiſcopum noſtrum, & prius per compaſſionem ſtu-
,, duit viſitare, & eum poſtmodum pro excreſcente moleſtia corporis, in Ra-
,, vennati urbe ſuſcipere. Unde non ſolum nos impenſæ charitatis, ſed & Deum
,, vobis feciſtis proculdubio debitorem, cui in fratris infirmitate condoluiſſe
,, probamini, ipſumque ægrum in ſui membri moleſtia non ſolum viſitaſſe, ſed
,, etiam ſuſcepiſſe. Quem quidem ipſe pro ſua ſimplicitate illic ordinare omni-
,, no renuebam : ſed petentium importunitas fecit, ut contradicere nullatenus
,, potuiſſem. Si autem fieri poteſt, multum mihi & ipſi conſulitis, ſi eum ad
Ibid. epiſt. 24. ,, me, vel per Siciliam tranſmittatis. Item Leontio, Epiſcopo Urbinati :
,, Caſtorium Fratrem Coepiſcopumque noſtrum Romæ pro corporis ſua mole-
,, ſtia retinemus : & quia nunc ad ſuam non valet Eccleſiam remeare, propte-
,, rea, eo abſente, Eccleſiæ ipſius fraternitati tuæ viſitationis operam providi-
,, mus delegandam. Item univerſis habitatoribus Arimini : Si culpam veſtram,
Ibid. ep.25. ,, filii dilectiſſimi, intentius velitis attendere, aſſidua vos apud Deum debetis
,, ora-

„ oratione purgare, quod Epiſcopum veſtrum non devota mente, nec ut filii ANCHR.
„ ſuſcepiſtis: quem inquietudo & tribulatio a vobis illata ad hoc uſque perdu- 604
„ xit, ut moleſtiam corporalem incurreret: quamvis in eo nihil de his, quæ 12.Martii.
„ nobis ſunt ſcripta, cognovimus, ſed ſolam ineſſe debilitatem vidimus, pro
„ qua eum hic retinere curavimus. Item EULOGIO Patriarchæ Alexandri- Lib. 11.
„ no: Ante hoc temporis Boniſacii chartularii Reſponſalis mei, qui in urbe ep. 47.
„ regia demoratur, vehementer me ſcripta turbaverunt, quæ dicebant dulciſ-
„ ſimam mihi atque ſuaviſſimam ſanctitatem veſtram defectum corporei lumi-
„ nis pertuliſſe. Ex quibus ſcriptis gravi mœrore percuſſus ſum: ſed ſubito
„ Creatoris ac Redemptoris noſtri gratia proſperante, Beatitudinis veſtræ ſu-
„ ſcepi Epiſtolam, & ſanum de ea corporis moleſtia, quam audieram, agno-
„ ſcens, exultavi vehementer: quia tanta cordis lætitia ſecuta eſt, quanta
„ prius triſtitiæ amaritudo præceſſerat. Scimus enim, quia in omnipotentis Dei
„ adjutorio multorum ſalus eſt vita veſtra. Item RUSTICIANÆ Patriciæ: Ibid. epiſt.
„ Quoties de urbe Regia ad nos aliquis venit, curæ nobis eſt, de corporis ve- 24.
„ ſtri ſoſpitate requirere. Sed peccatis meis ſacientibus ſemper audio, quæ me
„ tædet audire: quia in tanta tenuitate atque debilitate adhuc in vobis reſe-
„ runt podagræ dolores excreſcere. Sed oro omnipotentem Dominum, ut om-
„ nia, quæ in veſtro corpore aguntur, ad ſalutem animæ dirigantur, flagella
„ temporalia æternam vobis quietem præparent: & per eos dolores, qui cum
„ fine ſunt, gaudia vobis ſine fine concedat.

Item MARINIANO Ravennati Epiſcopo: Venientes quidam Ravennates Reg lib. 9.
„ homines graviſſimo me mœrore percuſſerunt *, quia fraternitatem tuam retu- ep. 28. Ind. 4.
„ lerunt de vomitu ſanguinis ægrotare. Ex qua re ſollicite, & ſingulatim eos, * invenerunt percuſſum.
„ quos hic doctos lectione novimus, Medicos ſecimus requiri: & quid ſinguli
„ ſenſerint, quidve dictaverint, ſanctitati veſtræ ſcriptum miſimus: qui tamen
„ quietem & ſilentium præ omnibus dictant. Quam ſi tua fraternitas in ſua
„ Eccleſia poſſit habere, valde ſum dubius: & ideo videtur mihi, ut ordina-
„ ta illic Eccleſia, vel qui Miſſarum ſolemnia explere valeant, vel qui Epiſco-
„ pi curam gerere, hoſpitalitatem & ſuſceptionem poſſit exhibere, quive Mo-
„ naſteriis cuſtodiendis præeſſe; tua fraternitas ad me ante æſtivum tempus de-
„ beat venire, ut ægritudinis tuæ ego ſpecialiter, inquantum valeo, curam
„ geram, quietemque tuam cuſtodiam: quia huic ægritudini æſtivum tempus
„ Medici vehementer dicunt periculoſum. Et valde pertimeſco, ne ſi curas a-
„ liquas cum adverſitate temporis ceperis, amplius ex eadem moleſtia pericli-
„ teris. Ego enim ipſe valde ſum debilis, & omnino eſt utile, ut cum Dei
„ gratia ſanus ad tuam Eccleſiam redeas: aut certe ſi vocandus es, inter ma-
„ nus tuorum voceris: & ego, qui me morti proximum video, ſi me omni-
„ potens Deus ante vocare voluerit, inter tuas manus debeam tranſire.

Pro Barbarorum incurſionibus bis in hebdomada fieri letanias Gregorius de- LIII.
„ cernebat. Quapropter univerſis Epiſcopis Siciliæ ſcribens, ait: Super affli- Reg. lib. 9. ep. 45.
„ ctiones & gemitus, quos annoſa hic continuatione de hoſtibus ſuſtinemus,
„ major nos metus excruciat, quod inimicos noſtros omni anniſu ad Siciliæ in-
„ vaſionem cognoſcimus feſtinare. Sed ne, hoc illis molientibus, proſperitatem
„ multitudo noſtrorum præbeat peccatorum, toto nos corde ad Redemptoris
„ noſtri remedia conſeramus, & quibus reſiſtere virtute non poſſumus, lacry-
„ mis obviemus. Nam quid vobis cavendum, quidve ſit vehementius formi-
„ dandum, ex iſtius provinciæ debetis deſolatione colligere. Itaque hortor,
„ fratres chariſſimi, ut omni hebdomada, quarta & ſexta feria letaniam inexcu-
„ ſabiliter indicatis: & contra hos barbaricæ crudelitatis incurſus ſupernæ pro-
„ tectionis auxilium imploretis.

Eamdem Siciliam ſimoniaca hæreſi libidineque ſordentem Gregorius, ſicut LIV.
modo cernitur, perituram prædixit, MAXIMIANO Syracuſano Epiſcopo ſcri- Lib. 1. ep. 12.
„ bens: Tanta nobis ſubinde mala, quæ aguntur in illa provincia, nunciantur,
„ ut peccatis ſacientibus (quod avertat omnipotens Deus) celeriter eam peri-
„ turam credamus.

Sed

AN.CHR. 604 Sed & pejora prioribus eſſe futura, præſago ſpiritu, MAXIMO Salonitano
„ Epiſcopo ſcribit, dicens: Ad Romanam urbem veniens communis filius
12. Martii. „ Presbyter Veteranus ita me podagræ doloribus debilem reperit, ut fraterni-
LV. „ tatis tuæ epiſtolis per me reſpondere nullatenus valuiſſem *. Et quidem de
Reg. lib. 8. Epiſt. 36. „ Sclavorum gente, quæ vobis valde imminet, & affligor vehementer & con-
*potuiſſem „ turbor. Affligor in his, quæ jam in vobis patior: conturbor autem, quia
„ per Iſtriæ aditum jam ad Italiam intrare cœperunt. De Juliano autem Scri-
„ bone quid dicam? quando ubique video, quia nobis peccata noſtra reſpon-
„ deant: ut & foris a gentibus, & intus a perverſis judicibus conturbemur?
„ Sed nolite de talibus omnimodo contriſtari: quia qui poſt nos vixerint, de-
„ teriora tempora videbunt: ita ut in comparatione ſui temporis, felices nos
„ æſtiment dies habuiſſe. In quantum vero fraternitas tua prævalet, opponere
„ ſe pro oppreſſis debet: quæ, etiam ſi prodeſſe minime valuerit, ipſa omni-
Prov. 24. „ potenti Deo mentis devotio ſufficit, quam dedit. Scriptum eſt enim: *Eripe
„ eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes.
„ Quod ſi dixerit: Vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit.*
„ In omni ergo, quod agis, inſpectorem cordis appete habere placatum. Quid-
„ quid eſt, unde illi placeas, facere non omittas. Nam humani terrores &
„ gratia, fumo ſunt ſimiles, qui leni aura raptus evaneſcit. Hoc certiſſime ſci-
„ to, quia placere Deo ſine pravis hominibus nullus poteſt. In tanto ergo ſe
„ æſtimet fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe, quanto ſe perverſis ho-
„ minibus diſplicuiſſe cognoverit. Ipſa tamen defenſio pauperum moderata &
„ gravis ſit: ne ſi quid nimis rigide agitis, ex juventute vos arbitrentur ho-
„ mines ſuperbire. Sed talis neceſſe eſt, ut inveniatur pro oppreſſis veſtra
„ defenſio, quatenus & humiles protectionem ſentiant, & oppreſſores non
„ facile inveniant, quod ex malevola mente reprehendant, *&c. uſque* inimicos
„ vivere.

LVI. „ Hujus cautelæ ſuæ conſcius ROMANO Defenſori Gregorius ait: Pervenit
Reg. lib. 7. Epiſt. 24. „ ad nos, quia quidam homines minorem omnimodo diſcretionem tenentes, in
Ind. 2. „ ſuis nos periculis implicari deſiderant: atque ita volunt ab Eccleſiaſticis per-
„ ſonis defendi, ut ipſæ quoque Eccleſiaſticæ perſonæ ex eorum culpa tenean-
„ tur. Idcirco præſenti te præceptione admoneo, & per te Fratrem & Coe-
„ piſcopum noſtrum domnum Joannem, vel ceteros, qui intereſſe poſſunt, ut
„ patrocinia Eccleſiaſtica, ſive mea ſuſcipiatis ſcripta, ſive etiam ea minime
„ fuerint directa, ſub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus ſi qui
„ in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videantur injuſte defendi: ne
„ opinionem male agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos ullo modo trans-
„ feramus: ſed quantum decet, Eccleſiam admonendo & verbum interceſſio-
„ nis abhibendo, quibus valetis ſuccurrite, ut & illis opem feratis, & opinio-
„ nem ſanctæ Eccleſiæ non inquinetis.

LVII. „ Item JOANNI Epiſcopo poſt aliqua. Si qui eorum, de quibus eſt aliqua
„ quæſtio, in Eccleſiam fortaſſe reſugerint, ita debet cauſa diſponi, ut nec ipſi
„ violentiam patiantur, nec hi qui dicuntur oppreſſi, damna ſuſtineant, *&c.
„ uſque* promiſſa ſerventur.

LVIII. Quantæ humilitatis Gregorius fuerit, cum ex multis, tum ex his mani-
feſtiſſime poterit deprehendi, quod omnes quidem Sacerdotes, fratres &
comminiſtros; Clericos autem diverſi ordinis dilectiſſimos filios; at vero lai-
cos viros dominos: & feminas dominas in ſuis litteris nominabat: neque ab
aliquo ſe Summum Pontificem, aut Univerſalem, ſive dominum vocari æqua-
nimiter permittebat. Nam ut ea, quæ ſuper hujuſmodi comprehenſa ſunt,
„ prætermittam, RUSTICIANÆ Patriciæ ſcribens, ait: Excellentiæ veſtræ
Lib. 9. ep. 38 „ ſcripta ſuſcepi, quæ me in graviſſima ægritudine poſitum, de ſalute, de
„ devotione, ac de dulcedine ſua omnino relevarunt. Unum vero ægre ſu-
„ ſcepi, quia in eiſdem epiſtolis ad me (quod ſemel eſſe poterat) ſæpius dice-
„ batur, ancilla veſtra, ancilla veſtra. Ego enim, qui per Epiſcopatus onera
„ ſervus ſum omnium factus, qua ratione te mihi ancillam dicis, cujus ante

„ ſuſce-

„ ſuſceptum Epiſcopatum proprius fui? Et ideo rogo, per omnipoten- AN.CHR.
„ tem Deum, ne hoc verbum aliquando ad me in ſcriptis veſtris inve- 604
„ niam. 12.Martii.

Hujus humilitatis manſuetudine Gregorius non ſolum THEUDELINDÆ LIX.
Reginæ Langobardorum pro Tribus Capitulis, verumetiam inter alios SAVINO Reg. lib.2.
„ quoque ſuo Subdiacono ſatisfacere non renuit, dicens: Exeuntes maligni ho- ep.10. Ind. 11.
„ mines turbaverunt animos veſtros, non intelligentes neque quæ loquuntur,
„ neque de quibus affirmant, aſtruentes, quod aliquid de ſancta Chalcedonenſi
„ Synodo piæ memoriæ Juſtiniani temporibus ſit immioutum: quam nos om-
„ oi fide, omnique devotione veneramur; & ſic quatuor Synodos ſanctæ uni-
„ verſalis Eccleſiæ, ſicut quatuor libros ſancti Evangelii recipimus, *&c. uſque*
„ regni cœleſtis obſiſtat.

„ Item GREGORIÆ Cubiculariæ Auguſtæ, poſt cetera. Quod dulcedo LX. Reg. lib.6.
„ tua io ſuis epiſtolis ſubjunxit, importunam ſe mihi exiſtere, quouſque ſcri- ep. 22.
„ bam mihi eſſe revelatum, quia peccata tua dimiſſa ſint. Rem & difficilem
„ & inutilem poſtulaſti. Difficilem quidem, quia ego indignus ſum, cui reve-
„ latio fieri debeat: inutilem vero, quia ſecura de peccatis tuis fieri non de-
„ bes, niſi cum jam in die vitæ tuæ ultimo plangere eadem peccata minime
„ valebis: quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida me-
„ tuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lavare.

„ Item ANASTASIO Presbytero Iſauriæ, poſt aliqua: Tua itaque fraternitas LXI. Reg. lib 6.
„ quantum in charitate perfecta ſit, ſcio: & qui omnipotentem Deum multum Epiſt. 29.
„ diligit, oportet ut de proximo multum præſumat. Non enim loca vel ordines Ind. 15.
„ Creatori noſtro proximos faciunt, ſed ei nos aut merita bona conjungunt, aut
„ mala disjungunt. Quia ergo adhuc incertum eſt, quis interius qualis ſit, cur
„ non audeas ſcribere, cum inter me & te quis ſit ſuperior, ignores? Et qui-
„ dem bene te vivere ſcio, me autem multis oneratum peccatis cognoſco. Sed
„ etſi ipſe peccatores, tamen me multo melior es: quia tua tu tantummodo,
„ ego vero & eorum, qui mihi commiſſi ſunt, peccata porto. In hoc ergo te
„ altum, in hoc te magnum aſpicio, quia ante humanos oculos in magno atque
„ in alto loco minime profeciſti: in quo ſæpe dum exterius ab hominibus ho-
„ nor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis diſcerpentibus gravatur.
„ Tibi autem omnipotens Deus juxta hoc, quod ſcriptum eſt, *Aſcenſus in cor-* Pſ. 83.
„ *de diſpoſuit in valle lacrymarum*. Multo autem mihi altior, multo ſublimior vi-
„ deri poteras, ſi neque ducatum Monaſterii, quod Neas dicitur, ſuſcepiſſes.

„ Item STEPHANO Epiſcopo, inter alia: Multum mihi, & ultra quam LXII.
„ indignus audire debui, favorem in epiſtolis demonſtratis: & ſcriptum eſt: Reg. lib.6.
„ *Ne laudes hominem, quamdiu vivit*. Attamen ſi audire talia dignus non fui, ep. 8. Eccl. 11.
„ orationibus veſtris peto, ut dignus efficiar: ut ſi bona in me non ideo dixi-
„ ſtis quia ſunt, ideo ſint quia dixiſtis.

Sed ne ſolis verbis tanti Præſulis humilitas inculcari credatur, supereſt, ut LXIII
ex Græcorum relationibus ad me nuper interpretatis eadem Patris humilitas vi-
„ vis operibus demonſtretur: in quibus videlicet ita refertur: Enarravit nobis Prat.Spirit. c. 151.
„ Abbas Joannes Perſa ſanctus & reverendus vir exiſtens, de magno Gregorio
„ beatiſſimo Papa Romano, dicens: Quoniam ivi Romam ad adorandum lo-
„ culos ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: & una dierum, cum ſtarem
„ in medio civitatis, video Papam Gregorium per me tranſiturum: & cogi-
„ tavi me mittere ante eum. Cum ergo appropinquaſſet mihi Papa, videns
„ quia pergerem, ut mitterem me ante eum, ſicut coram Deo dico, fratres,
„ primus miſit ſe ante me ſuper terram: & non ante ſurrexit, quam ego prior
„ ſurgerem: & amplexatus me cum magna * humilitate, tribuit mihi per * multa
„ manum numiſmata tria: & juſſit mihi dari caſulam & neceſſitates meas om-
„ nes. Glorificavi ergo Deum, qui donavit ei talem humilitatem circa omnes,
„ & eleemoſynam & charitatem.

Hinc eſt, quod patientiſſimus paſtor Gregorius penes Imperatorem Mauri- LXIV.
cium, ſibi prorſus inſenſum, dudum accuſatus, quod Malchum Epiſcopum

 ſui

AN.CHR. ſui patrimonii proviſorem pro retentis penſionibus tamdiu in cuſtodiis afflixiſſet,
604 quouſque ſpiritum exhalaret; SABINIANO ſuo Diacono Conſtantinopolitano
12.Martii. „ ſcribens, ait: Unum eſt, quod breviter ſuggeras ſereniſſimis dominis noſtris,
Lib. 7. Ep. „ quia ſi ego ſervus eorum in Morte Langobardorum me miſcere voluiſſem,
Ind.1. „ hodie Langobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione diviſa eſſet. Sed quia Deum timeo, in morte cujuslibet hominis me miſcere formido. Malchus autem idem Epiſcopus neque in cuſtodia fuit, neque in aliqua afflictione: ſed die, qua cauſam dixit & addictus eſt, neſciente me a Bonifacio notario in domum ejus ductus eſt, ibique prandidit, & honoratus eſt ab eo, & nocte ſubito mortuus eſt inventus.

LXV. Igitur in omnibus ſuis dictis, vel operibus, Gregorius imminentem futuræ retributionis diem ultimum perpendebat: tantoque cautius cuncta cunctorum negotia ponderabat: quanto propinquius finem mundi inſiſtere, ruinis ejus crebreſcentibus, advertebat. Quapropter in homiliis Evangelicis perhibet dicens:

Homil. 1. in Evang. „ Exurget gens contra gentem, & regnum adverſus regnum: & erunt terræmotus magni per loca, peſtilentiæ, & fames. Et quibuſdam interpoſitis adjunxit: Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia in proximo ventura formidamus, *&c. uſque* florere regna terrarum.

LXVI. Quæ autem de iſtius urbis Gregorius incommoditate deſcripſerit indicabo, quatenus ii qui nunc in ruinis ejus habitantes, eam ordinatiorem ac per hoc valentiorem fuiſſe non autumant, contremiſcant. Ait enim in expoſitionis Ezechielis homilia octavadecima ſic: Quid eſt jam rogo, quod in hoc mundo libeat? Ubique luctus aſpicimus, ubique gemitus audivimus. Deſtructæ urbes, everſa ſunt caſtra, depopulati ſunt agri, in ſolitudinem terra redacta eſt, *&c. uſque* per quos aliena rapiebat. Item in Dialogorum libro ſe-

Lib. 2. Dial. c. 15. „ cundo: Præterea, inquit, Antiſtes Canuſinæ Eccleſiæ ad BENEDICTUM Domini famulam venire conſueverat, quem vir Dei pro vitæ ſuæ merito val-

Lib. 2. Ep. 32. Ind. 10. „ de diligebat, *&c. uſque* videmus. Item in epiſtola Joanni Epiſcopo Ravennati, poſt aliqua: Si quo modo eſt aliquando locus obtinendi, agat apud Exarchum fraternitas veſtra ut pacem cum Agilulpho, ſi aliquid poſſumus, faciamus, quia miles de Romana urbe ablatus eſt, ſicut ipſe novit. Theodoſiani vero, qui hic remanſerunt, togam non accipientes, vix ad murorum quidem cuſtodiam ſe accommodant, & deſtituta ab omnibus civitas, ſi pacem ejus non habet, quo modo ſubſiſtet?

LXVII. Tantis curarum tumultibus pro animarum pariter ac civitatis cuſtodia Gregorius gravabatur, ut in coli * moleſtia corruens, non ſolum (ſicut propoſuerat) per ordinem Ezechielis myſteria minime pertractaret: verumetiam hoſtilibus incurſionibus multiſque corporis debilitatibus aggravatus, a ſtudio expoſitionis omnino deſiſteret, & ad dies illos ſe perveniſſe defleret, atque diſſolutionem ſui corporis totis conatibus flagitaret. Quapropter eidem Joanni Epiſcopo queritur, dicens: Quod multis veſtræ beatitudini minime reſpondi, non hoc torpori meo, ſed languori deputate: quia peccatis meis facientibus eo tempore, quo Agilulphus ad Romanam urbem veniens, alios occidit, alios detruncavit, tanta mœſtitia affectus ſum, ut in coli moleſtiam caderem.

* colicam vocant.

„ Item in expoſitione ultimæ viſionis Ezechielis Prophetæ: Quia multis cu-

In Præfat. lib. 2. in Ezech. „ ris prementibus, Ezechielis Prophetæ librum coram charitate veſtra totum per ordinem perſcrutari non licuit, bonis veſtris deſideriis placuit petere, ut ſaltem extrema ejus viſio, quæ ei facta eſt de ædificio in monte conſtituto, quæ & cunctis eſt viſionibus ejus obſcurior, exponi debuiſſet. Et quidem voluntati veſtræ me parere neceſſe eſt: ſed duo ſunt, quæ hac in re perturbant animum meum: Unum, quod hæc eadem viſio tantæ obſcuritatis nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid, intellectu interlucente, videatur. Aliud, quod

„ jam

„ jam Agilulphum, Langobardorum Regem ad obſidionem noſtram ſummo- AN.CHR. 604
„ pere feſtinantem, Padum tranſiſſe cognovimus. Unde penſate, fratres cha-
„ riſſimi, in caliginoſis ac myſticis ſenſibus quid valeat mens miſera, timoris 12. Martii.
„ ſui perturbationibus occupata. Quanto enim circa terrena plus ſatagit, tanto
„ in his quæ ſunt cœleſtia minus videt: pro eo quod curis ſuis extra ſe duci-
„ tur, valde intus minor eſt; quia ſcriptum eſt: *Deprimit terrena inhabitatio* Sap. 9.
„ *ſenſum multa cogitantem*. Quæ enim ſuperiora penetrare, etiam collecta, non
„ ſufficit; penſate, quid agere poterit diviſa. Scimus autem omnes, quia &
„ fluvius, qui in multis rivis dividitur, a ſuo alveo, ſiccatur.

„ Item in ejuſdem Prophetæ tractatibus, homilia 11. Sive, inquit, Juſtus
„ in culpam, ſive peccator in mortem corruat, ſpeculatori timendum eſt, ne
„ hunc ex ſuo ſilentio reatus peccantium pariter involvat, *&c. uſque* poſſum
„ dulcia propinare?

„ Item idem Italicæ Patriciæ, & Venantio ex Monacho Patricio: Quoſ- Lib. 7. ep. 27. Ind. 2.
„ dam de Sicilia venientes, affectu quo debui, de ſoſpitate excellentiæ veſtræ
„ requirere curavi: ſed de aſſiduitate ægritudinum mihi triſtia reſponderunt.
„ Hæc autem dicens, nec ego vobis de meipſo invenio aliud, quod debeam
„ nuntiare, niſi quod, peccatis meis facientibus, ecce jam undecim menſes
„ ſunt, quod valde rarum eſt, ſi de lecto ſurgere aliquando potui. Tantis e-
„ nim podagræ doloribus, tantiſque moleſtiarum premor angoribus, ut vita
„ mea mihi graviſſima pœna ſit. Quotidie enim in dolore deficio, & mortis
„ remedium expectando ſuſpiro. In Clero vero hujus urbis & populo tanti fe-
„ brium languores irruerunt, ut pene nullus liber, nullus ſervus remanſerit,
„ qui idoneus eſſe ad aliquod officium vel miniſterium poſſit. De vicinis autem
„ urbibus ſtrages nobis mortalitatis quotidie nunciantur. Africa autem qualiter
„ mortalitate & languoribus vaſtetur, quanto viciniores eſtis, tanto credo
„ quod ſubtilius cognoviſtis. De Oriente vero qui veniunt, graviores deſola-
„ tiones nunciant. In his itaque omnibus, quia appropinquante fine mundi,
„ generalem percuſſionem eſſe cognoſcimus, affligi nimis de propriis moleſtiis
„ non debemus.

„ Item EULOGIO Patriarchæ Alexandrino: Tranſacto anno, ſuaviſſima Lib. 8. ep. 35.
„ ſanctitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quibus pro ægritudinis meæ nimietate re-
„ ſpondere nunc uſque non valui. Ecce enim jam biennium pene expletur, quo
„ lectulo teneor, tantiſque podagræ doloribus affligor, ut vix in diebus feſtis
„ uſque ad horarum trium ſpatium ſurgere valeam Miſſarum ſolemnia celebra-
„ re. Mox autem cum gravi compellor dolore decumbere, ut cruciatum meum
„ poſſim, gemitu interrumpente, tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus
„ eſt, interdum nimius: ſed neque ita lentus, ut recedat: neque ita nimius,
„ ut interficiat, *&c. uſque* gloriæ filiorum Dei.

„ Item eidem: Peto autem, ut pro me enixius veſtra ſanctitas orare de- Reg lib. 7. ep. 78.
„ beat, quia podagræ doloribus, & barbarorum gladiis, & curarum afflictio-
„ nibus inceſſanter premor. Sed ſi mihi orationis veſtræ opem impenditis, cre-
„ do quod me contra adverſa omnia fortiter juvetis.

„ Item eidem: Rogo ergo, ut pro me peccatore enixius oretis: quia & do- Reg. lib. 11 ep. 47.
„ lor corporis ex podagris, & amaritudo cordis ex curarum afflictionibus, &
„ immenſa vaſtitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me vehementer
„ affligit. Inter quæ omnia non temporalem, ſed æternam conſolationem re-
„ quiro, quam per me impetrare non valeo, ſed per interceſſionem veſtræ
„ beatitudinis hanc me obtinere confido. Item MAXIMIANO Epiſcopo Arabiæ:
„ Multum jam tempus eſt, quo ſurgere de lecto non valeo: nam non modo Lib 9. ep. 16
„ podagræ dolor cruciat, modo neſcio quis in toto corpore ſe ignis cum do-
„ lore expandit. Et fit plerumque, ut uno in me tempore ardor cum dolore af-
„ fligat, & corpus in me animuſque deficiat. Quantis autem aliis neceſſitati-
„ bus extra has, quas protuli, infirmitates afficiar, enumerare non valeo:
„ ſed breviter dico, quia ſic me infectio noxii humoris imbibit, ut vivere
„ mihi pœna ſit, & mortem deſideranter expectem, quam gemitibus meis ſo-

AN.CHR. 604 22.Martii. „ lam eſſe credo remedium. Proinde, Frater ſanctiſſime, Divinæ pro me pie„ tatis miſericordiam deprecare : ut percuſſionis ſuæ erga me flagella propitius „ mitiget, & patientiam tolerandi concedat, ne nimio, quod abſit, tædio in „ impatientiam cor erumpat : & quæ curari per plagam poterat, culpa creſcat „ ex murmure.

Reg. lib 9. Epiſt. 38. „ Item Ruſticianæ Patriciæ : De podagræ moleſtia, quam vobis eveniſſe „ ſignaſtis, & contriſtatus vehementer ſum, & lætatus. Lætatus, quia humor „ noxius inferiora petens, ſuperiora profecto deſeruit. Contriſtatus vero, quia „ in tam tenuiſſimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimeſco. Ubi enim „ deeſt caro, quæ virtus eſſe poterit doloribus reſiſtens? Me etenim, quem „ qualis fuerim noſtis, ita amaritudo animi, & aſſidua exacerbatio, atque „ per hoc podagræ moleſtia affecit, ut corpus meum tamquam in ſepultura ſic-

Lib. 12. ep. 24. „ catum ſit : unde fit, ut jam raro de lecto ſurgere valeam. Item eidem : „ Ego in tanto gemitu & occupationibus vivo, ut ad dies, quos ago, perve„ niſſe me pœniteat : ſolaque mihi in conſolatione ſit mortis expectatio. Un„ de peto, ut pro me orare debeatis, quatenus de hoc carnis carcere citius e-

Lib.7. ep 3. Ind. 1. „ ducar, ne tantis laboribus diutius torquear. Item ANASTASIO Antioche„ no : Rogo, ut pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipo„ tens Deus mentem meam a malis omnibus pro veſtra interceſſione tueatur, „ & citius me de tot procellis hujus tempeſtatis eripiat, atque in æternæ quie„ tis litore perducat.

LXVIII. Tantis precibus Gregorius tandem aliquando divinitus exauditus, poſtquam ſedem Catholicæ & Apoſtolicæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ annis tredecim, menſibus ſex, & diebus decem, doctrinis pariter ac operibus feliciſſimis illuſtravit, anno Imperii Phocæ ſecundo, Indictione ſeptima, quarto Iduum Martiarum, a carnis corruptione ſubtractus eſt [a], incorruptionis perpetuæ gloria ſublimandus. Qui videlicet omni vitæ ſuæ tempore ſicut novas Baſilicas minime fabricarat, ita nimirum fabricatarum veterum ſarta tecta cum ſummo ſtudio annualiter reparabat: quas redditibus, luminaribus, officiis atque donariis cumulans, in Baſilica beati Petri Apoſtoli faſtigium de argento puriſſimo, quod a Leone Tertio Pontifice in Baſilica Sixtiana ſanctæ MARIÆ nomini dedicata translatum eſt, fabricavit : & in Baſilica beati Pauli Apoſtoli ſuper altare nihilominus aliud faſtigium procuravit. Hujus præterea venerabile corpus in extrema porticu Baſilicæ beati Petri Apoſtoli ante ſecretarium tunc antiquiſſimum, quo videlicet Leo, Simplicius, Gelaſius, atque Symmachus, Apoſtolicæ Sedis Epiſcopi cum nonnullis aliis tumulati, ſuis hactenus epitaphiis prædicantur, ſepultum tali titulo decoratur.

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,
Reddere quod valeas, vivificante Deo.
Spiritus alta petit, lethi nil jura nocebunt,
Cui vitæ alterius mors magis illa via eſt.
Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulchro,
Qui innumeris ſemper vivit ubique bonis.
Eſuriem dapibus ſuperavit, frigora veſte,
Atque animas monitis texit ab hoſte ſacris.
Implebatque actu quidquid ſermone docebat:
Eſſet ut exemplum myſtica verba loquens.
Ad Chriſtum Anglos convertit pietate magiſtra,
Acquirens fidei agmina gente nova.
Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc Paſtor agebas,
Ut Domino offerres plurima lucra gregis.
Hiſque Dei conſul factus, lætare triumphis,
Nam mercedem operum jam ſine fine tenes.

Quo

[a] Hi characteras chronologici cum anno Chriſti 604. conveniunt : tametſi Venerabilis Beda S. Doctoris obitum ad 605. refert, eumque ſecutus Paulus Diac. in lib. 4. Hiſt. Lang. Indictioni 8. conſignat.

Quo ſcilicet liberaliſſimo Paſtore defuncto, vehementiſſima fames eodem an- AN.CHR.
no incubuit : & quanto patrono tunc Roma caruerit, licet rerum inopia toto 604
pene mundo monſtraverit, invidorum tamen ſeritas minime recognovit. Nam 12.Martii.
ſieut a majoribus traditur *a*, eum calumniarum veterum incentores, Gregorium LXIX.
prodigum dilapidatoremque multiplieis Patriarchatus theſauri perſtreperent,
deficiente perſonali materie, ad comburendos libros ejus cœperunt pariter anhe-
lare. Quorum dum quoſdam jam combuſſiſſent, ac reliquos vellent exurere,
PETRUS Diaconus familiariſſimus ejus, eum quo quatuor Dialogorum libros
diſputaverat, traditur * vehementiſſime obſtitiſſe, dicens, ad obliterandam * creditur
ejus memoriam, librorum exuſtionem nihil proficere, quorum exemplaria,
diverſis petentibus *, mundi ambitum penetraſſent : ſubjungens immane ſacri- * temporibus
legium eſſe, tanti Patris tot & tales libros exurere, ſuper eujus caput ipſe
Spiritum ſanctum in ſimilitudine Columbæ tractantis frequentiſſime perſpe-
xiſſet. Cumque dudum devotum populum Diaconus cemeret occaſione tem-
poris cum invidis reſultare, in hoc omnium ſententiam dieitur provocaſſe,
ut, ſi quod dixerat, jurejurando confirmans mori continuo meruiſſet, ipſi a
librorum exuſtione deſiſterent : ſi vero teſtimonii ſui ſuperſtes extitiſſet,
ipſe quoque combuſtoribus manus daret. Itaque cum Evangeliis in ambo-
nem venerabilis Levita Petrus aſcendens, mox ut Gregorianæ ſanctitati teſti-
monium præbuit, inter verba veræ confeſſionis ſpiritum efflavit, a & dolore
mortis extraneus juxta pyrgi baſim *b*, ſicut hactenus cernitur, Confeſſor veri-
tatis meruit ſepeliri.

Hinc eſt, quod conſuetudinaliter Spiritus ſanctus in ſpecie Columbæ ſuper LXX.
ſcribentis Gregorii caput depingitur, & quod expoſitionum illius pars maxima,
quæ utique ab invidis exuſta recolitur, non habetur. Quarum ipſe ſummam
Joanni Subdiacono Ravennæ reſponſali ſuo ſignificare videtur, inter cetera ſic
„ deſcribens : Quia chariſſimus quondam filius meus Claudius, aliqua me lo- Reg.lib.10 Epiſt. 22. Ind. 5.
„ quente de Proverbiis, de Canticis Canticorum, de Prophetis, de libris quo-
„ que Regum, & de Heptateueho audierat : quæ ego ſcripto tradere præ in-
„ firmitate non potui, ipſe ea ſuo ſenſu dictavit, ne oblivione deperirent, ut
„ apto tempore hæc eadem mihi inferrentur, & emendatius dictarentur. Quæ
„ cnm mihi legiſſet, inveni dictorum meorum ſenſum valde in mnltis fuiſſe
„ permutatum. Unde neceſſe eſt, ut tua experientia, omni excuſatione atque
mora ceſſante ad ejus Monaſterium accedat, convenire Fratres faciat : & ſub
omni veritate quantaſeumque de diverſis ſcripturis chartulas detulit, ad medium
deducat : quas tu ſuſcipe, & mihi celerrime tranſmitte. Enimvero, quia ſtu-
dioſitas Gregorii, qui poſt hæc tribus ferme annis ſuperfuit, falli non potuit :
conſtat nimirum, quia plures libros, quam nunc habeantur, compoſuit. Quo-
rum memoriam quidam in Epiſcopali ejus perſtringens, ait, Job, Ezechiel,
Evangelia & Paſtoralem expoſuit, & multa alia : ut ſubaudias, quæ jam in-
veniri non poſſunt : quoniam revera ante ſuccenſa ſunt : quam edita, ſieut re-
liqua ipſius opera, quæ nunc in ſancta Romana Eccleſia retinentur adhuc ſub
cuſtodia, ne penitus vulgarentur.

Itaque ſi curioſus perpendatur, omne Gregorii tractandi tempus, quo li- LXXI.
bros, qui nunc habentur, expoſuit, a Diacono ſuo uſque ad penultimum ſui
Pontificatus annum extenditur : & licet Langobardorum perfidia ſæviente, poſt
Ezechielis tractatus ab expoſitione librorum deſtiterit, ab componendis ta-
men epiſtolis *, quamdiu vivere potuit, numquam omnino ceſſavit : qua- * exponendis
rum videlicet tot libros in ſcrinio reliquit, quot annos advixit. Unde tertium de-
eimum epiſtolarum librum * ſeptimæ Indictionis imperfectum reliquit, quo- * V. Notas in Præfat. hujus Vitæ.
niam ad ejuſdem Indictionis terminum non pertigit. Ex quarum multitudi-
ne primi Hadriani Papæ temporibus quædam epiſtolæ decretales per ſingulas
Indictiones exeerptæ ſunt, & in duobus voluminibus, ſicut modo cernitur,

a Hæc hiſtoria Baronio ad annum 604. dubia videtur, quod de illa nihil apud Iſidorum, Ildefonſum, Pateriumve ſcriptum reperiatur. De Petro Diacono infra.

b Pyrgobaſis eſt domus turrita : Pyrgi baſis, pes turris ſeu fulcimentum.

AN.CHR. congregatæ. Et Gregorius jamdudum in Monaſterio poſitus, ubi eum Angelus
604 Domini ſub habitu naufragi ſcribentem repererat, nimirum quædam dicta-
12.Martii. verat, ut ad expoſitionem tantæ profunditatis, quam in libro Job penetrare potuit, eo paratior, quo ex dictandi conſuetudine doctior, perveniret.

LXXII. Ergo Gregorius in Diaconio ſuo, dum illum in Conſtantinopolitana urbe ſedis Apoſtolicæ reſponſa conſtringerent, & Leandrum Hiſpanum Epiſcopum injuncta pro cauſis fidei Wiſigothorum ibi legatio perduxiſſet; eodem Leandro
Lib.1.c.27. (ſicut in primo libro dixiſſe me recolo) cum Fratribus tunc Gregorio adhærentibus, importuniſſime compellente, librum beati Job cœpit exponere. Quibus coram poſitis priora libri ſub oculis dixit: & quia tempus paullo vacantius reperit, poſteriora tractando dictavit. Cumque ei ſpatia largiora ſuppeterent, multa augens, pauca ſubtrahens, atque ita ut inventa ſunt nonnulla derelinquens, ea quæ ſe loquente excerpta ſub oculis fuerant, per libros emendando compoſuit. Qui cum jam factus Epiſcopus Romæ poſtrema dictaret, quo ſtylo prima dixerat ſollicite attendens, egit ut ea quæ locutus fuerat, ſtudioſa emendatione tranſcurrens, quaſi ad ſimilitudinem dictatus erigeret: & ea quæ dictaverat, non longe a colloquentis ſermone diſcreparent: quatenus dum hoc tenditur, illud adtrahitur, edita modo diſſimili res non diſſimilis formaretur: quamvis tertiam ipſius operis partem ut colloquendo protulit, pene ita dereliquit: quia dum eum Fratres ad alia exponenda pertraherent, hanc ſubtilius emendari noluerunt. Quibus multa jubentibus, dum parere modo per expoſitionis myſterium, modo per contemplationis aſcenſum, modo per moralitatis inſtrumentum ſtuderet; hoc opus per triginta & quinque libros extenſum, in ſex codicibus explevit. Quorum exemplaria primo per Urbis Monaſteria ſubdiviſit: poſtremo vero eidem Leandro Epiſcopo deſtinavit.

LXXIII. Sed in ipſo ſui Epiſcopatus exordio, dum a Joanne Ravennatis urbis Epiſcopo humiliter reprehenſus fuiſſet, cur paſtoralis curæ deliteſcendo pondera fugere vir tam idoneus voluiſſet, librum regulæ paſtoralis compoſuit: quem quadripartita ratione diſtinguens, valde penſandum eſſe perdocuit, cum rerum neceſſitas expoſcit, ad culmen quiſque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat: & bene vivens, qualiter doceat: & recte docens, infirmitatem ſuam quotidie, quanta valet conſideratione cognoſcat: ne aut humilitas acceſſum fugiat: aut perventioni vita contradicat: aut vitam doctrina deſtituat: aut doctrinam præſumptio extollat. Primum ergo appetitum timor temperet: poſt autem magiſterium, quod a non quærente ſuſcipitur, vita commendet. Deinde neceſſe eſt ut Paſtoris bonum, quod vivendo oſtenditur, etiam loquendo propagetur. Ad extremum vero ſupereſt, ut perfecta quæque opera conſideratio propriæ infirmitatis deprimat: ne hæc ante occulti Arbitri oculos tumor elationis extinguat. Et quia quoſdam imperitos ad Sacerdotium conſpiraſſe cognoverat, quoſdam conſpiraturos eſſe prævidebat, qui metiri ſe neſcientes, quæ non didicerunt, docere concupiſcerent, quique pondus magiſterii tanto levius æſtimarent, quanto vim illius magnitudinis ignorarent: hos in ipſo libri ſui reprehendit exordio, ut ſi quando indocti ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetiſſent, a præcipitationis ſuæ auſibus in ipſa Gregorianæ locutionis janua pellerentur. Hunc librum ANATOLIUS Diaconus ejus Apocriſiarius quærenti ac jubenti Imperatori quondam obtulerat, quem magnus ANASTASIUS Antiochenus Epiſcopus in Græ-
* tranſtulit cam linguam tranſfudit *, & Orientalibus Eccleſiis opus venerabile procuravit.

LXXIV. Deinde, ſicut in ſecundo hujus operis libro jam retuli, dum adhuc Gregorius ad loquendum voce flatuque ſibi ſufficeret, per ſtationes diſcurrens, viginti homilias Evangelii diverſo tempore coram populo declamavit: reliquas vero ejuſdem numeri dictavit quidem, ſed laſſeſcente ſtomacho languore continuo, aliis pronunciare permiſit: quarum exemplaria SECUNDO ſervo Dei petenti mandavit.

Cum-

Cumque a ſuis ſamiliaribus, ut aliqua de miraculis Patrum deſcriberet, Gre- AN.CHR.
gorius enixius rogaretur, MAXIMIANO Syracuſano Epiſcopo ſcripſit, dicens: 604
„ Fratres mei, qui mecum familiariter vivunt, omni modo me compellunt a- 12. Martii.
„ liqua de miraculis Patrum, quæ in Italia facta audivimus, ſub brevitate de- LXXV.
„ ſcribere. Ad quam rem ſolatio veſtræ charitatis vehementer indigeo: ut quæ Reg. l. 2.
„ vobis in memoriam redeunt, quæque cognoviſſe vos contigit, mihi breviter Ep. 50. Ind. 13.
„ indicetis. De domno autem Nonnoſo Abbate, qui juxta domnum Anaſta-
„ ſium de Pentoniis fuit, aliqua retuliſſe te memini, quæ oblivioni mandavi.
„ Et hæc ergo, & ſi qua ſunt alia, tuis peto epiſtolis imprimi, & mihi ſub
„ celeritate tranſmitti: ſi tamen ad me ipſe non proficiſceris. Hinc Gregorius
roboratus, ſanctorum miracula Patrum cum Petro ſuo diacono quæ per inqui-
ſitionem atque reſponſionem protulerat, expoſitionis altius ſtudium interrum-
pens, ſola nominum prænotatione diſtinxit, & in libros quatuor ordinavit: ut
ſicut in libris expoſitionum ſuarum, quibus eſſet virtutibus inſudandum, do-
cuerat; ita etiam deſcriptis Sanctorum miraculis, quæ virtutum ſuiſſet earum-
dem claritas, luce clarius oſtentaret. Quos libros Zacharias ſanctæ Eccleſiæ Roma-
næ Epiſcopus græco latinoque ſermone doctiſſimus, temporibus Conſtantini Im-
peratoris poſt annos ferme centum ſeptuaginta quinque in græcam linguam con-
vertens, Orientalibus Eccleſiis divulgavit, quamvis aſtuta Græcorum perverſi-
tas in commemoratione Spiritus ſancti a Patre procedentis, nomen filii ſuaptim
radens *a*, abſtulerit.

Primam quoque & ultimam Ezechielis prophetæ partes, quæ videbantur ob- LXXVI.
ſcuriores, Romanis poſtulantibus, pertractavit, eaſque per homilias viginti &
duas diſtinguens, quantum lucis intus habeant, demonſtravit, & in his tractan-
dis, ſicut ſuperius patuit, finem fecit.

Qui libri dum a doctoribus ſequentis temporis tam rectiſſimis ſententiis edi- LXXVII.
ti, quam luculentiſſimo rhetoricæ facundiæ ſtylo compoſiti veraciter docean-
tur; eos beatus Gregorius ex humilitatis ſuæ dulcedine incultos perhibet, Le-
„ andro Epiſcopo inter cetera ſcribens: Quæſo ut hujus operis, (haud du- In Job. c. 5.
„ bium quin Moralium) dicta percurrens, in his verborum folia non requi-
„ ras: quia per ſacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuoſæ loquacitatis Deut. 16.
„ levitas ſtudioſe compeſcitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur.
„ Et cuncti proculdubio ſcimus, quia quoties in foliis male lætæ ſegetis culmi
„ proficiunt, minori plenitudine ſpicarum grana turgeſcunt. Unde & ipſam lo-
„ quendi artem, quam magiſterium diſciplinæ exterioris inſinuat, ſervare
„ deſpexi. Nam ſicut hujus quoque epiſtolæ tenor renunciat, non metaciſmi
„ colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem devito, hiatus motuſque
„ etiam, & præpoſitionum caſus ſervare contemno: quia indignum vehementer
„ exiſtimo, ut verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. Neque
„ enim hæc ab illius * temporis interpretibus in Scripturæ ſacræ auctoritate * illius
„ ſervata ſunt. Ex qua re nimirum quia noſtra expoſitio oritur, dignum
„ profecto eſt, ut quaſi edita ſoboles ſpeciem ſuæ matris imitetur. In quibus
verbis agnoſcitur Gregorius non affectaſſe * locutionem pompaticam, ſed ex * ſtuduiſſe
priſtina ſæcularis exercitii conſuetudine potius incurriſſe. Cujus facundiæ con-
ſonantiam Iſidorus Hiſpalenſis urbis Epiſcopus in expoſitione Geneſeos admi-
„ ratus: Sumpta, inquit, ſunt ab auctoribus hæc Origene, Victorino, Ambro- Iſid. in
„ ſio, Hieronymo, Caſſiano, Auguſtino, Fulgentio, ac noſtris temporibus Gen.
inſigniter eloquente Gregorio. Sed & Beda Presbyter in libro de ſchemati-
„ bus oratores homæoteleuton facere perhibens, exemplum propoſuit dicens: Beda de
„ Beatus Job Deo ſoli ſibique cognitus, in tentatione ad noſtram notitiam Schem.
„ perducendus, tactus eſt vulnere, ut odorem ſuarum virium tanto latius ſpar-
„ geret, quanto, more aromatum, melius ex intentione fragraret. Quo ſche-

a Sic enim lib. 2. Dial. cap. ult. legitur in vulgato Zachariæ contextu Græco: Φανερὸν οὖν ὑπάρχει, ὅτι τὸ παράκλητον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ υἱῷ διαμένει. Id eſt, *Aperte igitur patet, quod Paracletus Spiritus a Patre procedit, & in Filio permanet*: cum Gregorius in loco citato ita ſcriptum reliquerit: *Cum enim conſtet, quia Paraclitus Spiritus a Patre ſemper procedat & Filio.*

AN.CHR. ,, mate, ipſe qui hoc dixit beatus Papa Gregorius ſæpiſſime uſus fuiſſe cogno-
604 ,, ſcitur : & hujuſmodi orationes eſſe reor, quas Hieronymus concinnas Rhe-
12.Martii. ,, torum declamationes appellat.

LXXVIII. At Gregorius humilitatis ſuæ cautela commonitus, non ſolum facundiæ ſuæ
redolentiam contemnebat, verumetiam in comparatione tractatus alterius *
* ſcil Auguſtini dictatum ſum furfurem nominans, libros ſuos legi, quamdiu viveret, vehe-
mentiſſime prohibebat, INNOCENTIO præfecto Africæ inter cetera ſcri-
Reg. lib. 8. Epiſt. 37. ,, bens : Quod in expoſitione ſancti Job tranſmitti vobis codicem voluiſtis,
,, veſtro omnino ſtudio congaudemus : quoniam illi rei eminentiam veſtram
,, ſtudere conſpicimus, quæ nec totos foras vos exire permittat, & ad cor
,, iterum ſæcularibus curis diſperſos recolligat. Sed ſi delicioſo cupitis pa-
,, bulo ſaginari, Beati Auguſtini patriotæ veſtri opuſcula legite : & ad
,, comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quæratis. Item JO-
Lib. 6. ep 9. ,, ANNI Epiſcopo Syracuſano : Præterea audio, quod aliqua de his, quæ ſcri-
,, pſiſſe me memini, fraternitas veſtra ad menſam ſuam coram extraneis legi
,, faciat. Quod mihi non videtur eſſe faciendum : quia hoc, quod vos pro
,, charitate facitis, poſſunt quidam, quantum ad me eſt, vanæ gloriæ deputa-
,, re. Ideoque coram extraneis antiquorum dicta legite, ex quorum auctorita-
Lib. 10. ep. 22. ,, te valeant, qui audiunt, reformari. Item JOANNI Subdiacono Ravennæ
,, poſt multa. Illud, inquit, quod ad me quorumdam relatione perlatum eſt,
* noſter ,, quia reverentiſſimus Frater & Coepiſcopus meus * Marinianus legi commen-
,, ta beati Job publice ad vigilias facit, non grate ſuſcepi : quia illud opus
,, non eſt populare, & rudibus auditoribus impedimentum magis, quam pro-
* legi faciat ,, vectum generat. Sed dic ei, ut commenta Pſalmorum legat * ad vigilias,
,, quæ mentes ſæcularium ad bonos mores præcipue informent. Neque enim
,, volo, dum in hac carne ſum, ſi qua dixiſſe me contigit, ea facile hominibus
,, innoteſci.

LXXIX. Quanta conſideratione Gregorius, quì ad culmen regiminis humiliter per-
veniſſe, ad hoc opus perveniens bene vixiſſe, bene vivendo recte docuiſſe,
ſatis, ut opinor, monſtratus eſt, infirmitatem ſuam cognoverit in extremo
,, libro Moralium manifeſtat, cum dicit : Expleto itaque hoc opere, ad me
,, mihi video eſſe redeundum. Multum quippe mens noſtra etiam cum recte
,, loqui conatur, extra ſemetipſam ſpargitur. Integritatem namque animi, dum
,, cogitantur verba, qualiter proferantur, quia trahunt extrinſecus, minuunt.
,, Igitur a publico locutionis redeundum eſt ad curiam cordis : ut quaſi in
,, quodam concilio conſultationis ad me ipſum diſcernendum convocem co-
,, gitationes mentis : quatenus ibi videam me aut incaute mala, aut bona non
,, bene dixerim. Tunc enim bene dicitur bonum, cum is qui dicit, ſoli ei, a
,, quo accepit, per id appetit placere, quod dicit. Et quidem mala me ali-
,, qua, etſi dixiſſe non invenio, tamen quia omnino non dixerim, non de-
,, fendo. Bona vero ſi qua divinitus accipiens dixi, meo videlicet vitio minus
,, me bene dixiſſe profiteor. Nam ad me intrinſecus rediens, poſtpoſitis ver-
,, borum foliis, poſtpoſitis ſententiarum ramis, dum ipſam ſubtiliter radicem
,, intentionis inſpicio, Deo quidem ex ea me ſummopere placere voluiſſe co-
,, gnoſco : ſed eidem intentioni, qua Deo placere ſtudeo, furtim ſe neſcio
,, quo modo intentio humanæ laudis interſerit. Quod cum jam poſtmodum
,, tardeque diſcerno, invenio me aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe.
,, Sic enim ſæpe intentionem noſtram, dum ante Dei oculos recte incipitur,
,, occulte ſubjuncta, & eam velut in itinere comprehendens humanæ laudis
,, intentio aſſequitur : ſicut pro neceſſitate quidem cibus ſumitur, ſed in ipſo
,, eſu, dum furtim gula ſubrepit, edendi delectatio permiſcetur : unde ple-
,, rumque contingit, ut refectionem corporis, quam ſalutis cauſa cepimus,
,, cauſa voluptatis expleamus. Fatendum eſt igitur, quod rectam quidem in-
,, tentionem noſtram, quæ ſoli Deo placere appetit, nonnumquam intentio
,, minus recta, quæ de donis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comi-
,, tatur. Si autem de his divinitus diſtricte diſcutimur, quis inter iſta remanet
,, ſalu-

,, ſalutis locus, quando & mala noſtra pura mala ſunt, & bona, quæ nos ha- AN.CHR.
,, bere credimus, pura bona eſſe nequaquam poſſunt? Sed hoc mihi operæ 604
,, pretium credo, quod fraternis auribus omne quod in me latenter ipſe repre- 12.Martii.
,, hendo, incunctanter aperio. Quia enim exponendo non celavi quod ſenſi,
,, confitendo non abſcondo quod patior. Per expoſitionem patefeci dona, per
,, confeſſionem detego vulnera. Et quia in hoc tam magno humano genere, nec
,, parvi deſunr, qui dictis meis debeant inſtrui, nec magni deſunt, qui cogni-
,, tæ meæ valeant * infirmitati miſereri: per hæc utraque aliis fratribus, quan- * debeant
,, tum poſſum, curam confero, ab aliis quæro. Illis dixi exponendo quod fa-
,, ciant, iſtis aperio confitendo quod parcant. Illis verborum medicamenta non
,, ſubtraho, iſtis lacerationem vulnerum non abſcondo. Igitur quæſo, ut quiſ-
,, quis hoc legerit, apud diſtrictum Judicem ſolatium mihi ſuæ orationis im-
,, pendat, & omne, quod in me ſordidum deprehendit, fletibus diluat:
,, Orationis autem atque expoſitionis virtute collata, lector meus in recom-
,, penſatione me ſuperat, ſi cum per me verba accipit, pro me lacrymas
,, reddit.

Hujus Beatiſſimi Gregorii venerabile corpus a Gregorio Quarto Sedis Apo- LXXX.
ſtolicæ Præſule poſt annos circiter quinquaginta *a* translatum ante novellum Secretarium conſtructis abſidibus, ſicuti modo cernitur, ſub altaris ſui nominibus collocatur: quo ejus anniverſaria ſolemnitas cunctis certatim pernoctantibus veneratione gratiſſima celebratur: in qua pallium ejus & phylacteria *b*, ſed & baltheus ejus conſuetudinaliter oſculantur. Quæ ſingillatim conſiderata, & antiquitatem viri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem Regularis propoſiti ſignis perſpicuis repræſentant. Nam in eo quod Pallium ejus byſſo candente contextum nullis fuiſſe cernitur acubus perforatum, ſic ipſum circa ſcapulas obvolutum fuiſſe, non autem confixum dignoſcitur, ſicuti vetuſtiſſimis muſivis vel picturis oſtenditur. Quod autem Reliquiarum phylacteria tenui argento fabricata, vilique pallio de collo ſuſpenſa fuiſſe videntur, habitus ejus mediocritas demonſtratur. Porro in exilitate balthei, quæ unius pollicis menſuram numquam excedit, ſpeciem propoſiti Regularis olim a ſancto BENEDICTO ſtatuti, cujus ipſe vitam deſcribens, in Dialogo Regulam quoque laudaverat, eum ſervaſſe luce clarius manifeſtat: præſertim cum idem venerabilis Doctor Gregorius Græcam linguam neſcierit, & ſui Monaſterii Monachos Benedicti utique Regulis mancipato in Saxoniam deſtinarit.

Siquidem quod Græcam linguam neſcierit, ipſe teſtatur in epiſtola Euſe- LXXXI.
,, bio Theſſalonicenſi Epiſcopo ſcribens: Lator præſentium Theodorus Eccle- Reg. lib.9. Epiſt.69.
,, ſiæ veſtræ lector ad Sanctorum Apoſtolorum limina veniens, dum homo
,, (quippe ut novus) haberetur incognitus, Andreæ Monacho, qui ad ſanctum
,, Paulum incluſus fuerat, res & chartas, quas detulit, ut re vera olim no-
,, to innocenter depoſuit, credens, quod mens ipſius (ſicut & nos ante putave-
,, ramus) cum habitu concordaret. Sed illæ tantæ pravitatis inventus eſt, ut
,, ſi ejus ſtultitiæ ſub incluſionis ſpecie paullo adhuc amplius licuiſſet, multo-
,, rum animas malitiæ ſuæ falſitate deciperet: & quæcumque potuiſſet non levia
,, ſcandala generaret. Nam inter alia, quæ idem Andreas peſſime cogitavit &
,, fecit, eam quoque quam ad nos miſiſtis, dum apud ipſum a præfato lectore
,, eſſet depoſita infalſavit Epiſtolam: ut quicumque eam legeret, vos nec Ca-
,, tholica, nec recta ſapere evidenter argueret. Ex qua re contigit, ut dum
,, veritatem ſtudioſe quæreremus, ejus quæ latebat, iniquitas vulgaretur: & tan-
,, ta in eo reperta ſunt, quanta nec de ſcelerato quocumque laico crederentur.
,, Et quia inter diverſa mala aliquos etiam ſermones ſcripſit atque eos ex noſtro
,, nomine titulavit, & ſuſpecti ſumus ne eos alicubi tranſmiſerit, fraternitas
,, veſtra ſollicitudinem gerat: & ſi quid tale repererit, eos exſcindi, & omni-

 ,, modo

a Lege ducentos viginti quinque: nam Gregorius IV. anno 827. ſedere cœpit. Forte Joannes ſcripſit, *ante annos circiter quinquaginta*, nempe quam hæc dictaret.

b Phylacteriorum nomine intellige Crucem pectoralem Reliquiis refertam, quam geſtari ſolitam refert Gregorius lib.12. Epiſt.7.

AN.CHR. „ modo faciat aboleri: ut quod imperitus litterarum, & ſcripturæ divinæ neſcius noſtro, ſicut diximus, nomine prænotavit, quorumdam animos non poſſit inficere. Nam nos nec Græce novimus, nec aliquod opus Græce aliquando conſcripſimus.

604

12.Martii.

LXXXII. Quod vero Monachi, qui a Gregorio in Saxoniam miſſi ſunt, ſancti BENEDICTI Regulæ fuerint mancipati: inter alia etiam illud oſtendit, quod ex ipſius diſcipulis vix poteſt in illis partibus Monachus aliquis inveniri, a quo non obſervetur tam in propoſito, quam in habitu Regula Benedicti. Quapropter ſicut conſtat Gregorianum Monaſterium a Latinitate in Græcitatem *a* neceſſitate potius, quam voluntate converſum; ita fideliter præſtolatur in Latinitatis cultum favente Domino denuo reverſurum.

LXXXIII. In cujus venerabilis Monaſterii atrio juſſu Gregorii juxta Nymphium *b* duæ iconiæ * veterrimæ artificialiter depictæ uſque hactenus videntur. In quarum altera beatus Petrus Apoſtolus ſedens conſpicitur ſtantem GORDIANUM Regionarium *c*, videlicet patrem Gregorii, manu dextera per dexteram nihilominus ſuſcepiſſe. Cujus Gordiani habitus caſtanei coloris planeta eſt, ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens, ſtatura longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, capilli condenſi, vultus gravis. In altera vero mater Gregorii ſedens depicta eſt SILVIA, candido velamine a dextro humero taliter contra ſiniſtram revoluto contecta, ut ſub eo manus numquam de planeta ſubducat: & circa pectus ſub gula inferior tunica pſeudolactini coloris appareat, quæ magno ſinuamine ſuper pedes defluat: duabus zonis ad ſimilitudinem dalmaticarum, ſed latioribus omnino diſtincta, ſtatura plena, facies rotunda quidem & candida, ſed ſenio jam rugoſa: quam ipſa quoque ſenectus pulcherrimam fuiſſe ſignificat: oculis glaucis & grandibus, ſuperciliis modicis, labellis venuſtis, vultu hilaris, ferens in capite matronalem mitram candentis brandei raritate niblatam *d*: duobus dexteræ digitis ſignaculo crucis ſe munire velle prætendens, in ſiniſtra vero patens Pſalterium retinens, in quo hoc ſcriptum eſt:

* iconæ.

Pſal.118. *Vivit anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.* A dextero vero cubitu uſque ad ſiniſtrum circa ſcapulas verſus aſcendens reflectitur, qui ita ſe habet: GREGORIUS SILVIÆ matri fecit.

LXXXIV. Sed & in abſidicula poſt Fratrum Cellarium Gregorius ejuſdem artificis magiſterio in rota gypſea pictus oſtenditur, ſtatura juſta & bene formata, facie de paternæ faciei longitudine, & materna rotunditate ita medie temperata, ut cum rotunditate quadam decentiſſime videatur eſſe deducta, barba paterno more ſubſulva & modica, ita calvaſter, ut in medio frontis gemellos cincinnos raruſculos habeat, & dextrorſum reflexos: corona rotunda, & ſpatioſa, capillo ſubnigro, & decenter intorto, ſub auriculæ medium propendente, fronte ſpecioſa, elatis & longis, ſed exilibus ſuperciliis: oculis pupilla fulvis, non quidem magnis, ſed patulis, ſubocularibus plenis, naſo a radice vergentium ſuperciliorum ſubtiliter directo, circa medium latiore: deinde paulum recurvo, & in extremo patulis naribus præminente, ore rubeo, craſſis & ſubdividuis labiis, genis compoſitis, mento a confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino & livido, nondum, ſicut ei poſtea contigit, cardiaco, vultu mitis, manibus pulchris, teretibus digitis, & habilibus ad ſcribendum. Præterea planeta ſuper dalmaticam caſtanea, Evangelium in ſiniſtra, modus crucis in dextra: Pallio mediocri a dextro videlicet humero ſub pectore ſuper ſtomachum circulatim deducto: deinde ſurſum per ſiniſtrum humerum poſt tergum

a An forte S. Andreæ Monaſterium Græcis Monachis conceſſum eſt a Stephano Papa III. qui Monachis itidem Græcis Cœnobium S. Dionyſio Areopagitæ ſacrum a ſe erectum attribuit? Ut ut ſit, illud S. Andreæ Aſceterium Benedictinis juxta Joannis Diaconi votum aliquando reſtitutum, tandem Camaldulenſibus a Gregorio XIII. adſignatum eſt.

b Nymphium templum feminarum ſeu locus templi feminis deſtinatus.

c Ex hac deſcriptione Baronius ad annum 604. ſuſpicatur Gordianum S. Gregorii patrem Diaconum fuiſſe Regionarium, hoc eſt, unum ex ſeptem Diaconis Cardinalibus. At contra Ferrarius *lib 2. de re veſtiaria cap. 18.* cenſet Planetam & Dalmaticam in promiſcuo tum uſu fuiſſe. Lege Præfationem noſtram.

d Forte *nimbatam* nam nimbus eſt faſciola tranſverſa ex auro aſſuta linteo in fronte feminarum.

gûm depoſito, cujus pars altera ſuper eumdem humerum veniens propria re- AN.CHR.
ctitudine, non per medium corporis, ſed ex latere pendet; circa verticem ve- 604
ro tabulæ ſimilitudinem, quod viventis inſigne eſt, præferens, non coronam. 12.Martii.
Ex quo manifeſtiſſime declaratur: quia Gregorius dum adhuc viveret, ſuam
ſimilitudinem depingi ſalubriter voluit, in qua poſſet a ſuis Monachis non pro
elationis gloria, ſed pro cognitæ diſtrictionis cautela frequentius intueri. Ubi hu-
juſmodi diſtichon ipſe dictavit.

Chriſte potens Domine noſtri largitor honoris,
Indultum officium ſolita pietate guberna.

Ibi * etiam jam tempore Petri Archidiaconi, & Joannis Oeconomi Saturni- LXXXV.
nus Monachus dextra lævaque Gregorii beati effigies ſanctorum Apoſtolorum, * ubi
quemadmodum modo videntur, depinxit. Quo ſcilicet loco nonnumquam divi-
nitus candela ſuccenditur, & in ejuſdem ſimilitudinis effigie pro regimine ſui
Monaſterii ſæpe beatus Gregorius præſentatur.

Nam ut pauca de multis contingam, Leonis Quarti *a* Pontificis tempore, LXXXVI.
cum MEGISTUS Oſtienſis Epiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius, ei-
dem Monaſterio præeſſet, Joannes Presbyter ejuſdem Præpoſitus cum quadam
femina turpiter vivens, vehementiſſimo podagræ dolore correptus eſt, qui me-
dicorum manu cauteriatus per exuſtionis vulnus calcem cœpit effundere. Quam
reſtringere nullis artibus prævalens, in tantam deſperationem perductus eſt, ut
ab omni illius feminæ viſitatione deſiſteret, & illa ſibi alterum ſub eodem fa-
cinore copularet. Sed poſt annum Presbyter ad priſtinam ſanitatem revertens,
quamquam propoſitum ſibi fuiſſet, ut ulterius nullam contingeret, ad eamdem
tamen miſſo nuncio futuro die Dominico ſe redire profeſſus eſt. Quo recepto, ubi
ſuo deſiderio votum quoque mulierculæ convenire gaviſus eſt, ad balnea proceſſit.
Unde revertens, tantum lætitiæ potionibus & cantionibus ſe diſſolvit, ut ſub-
repente ſomno intereſſe nocturnis cum Fratribus numquam potuiſſet officiis.
Eadem nocte cuidam Presbytero & Monacho beatus Gregorius in ſomnis ap-
parens ait: Surge, & dic Præpoſito ut pœnitentiam agens, peculium ſuum,
quod eum aggregare non puduit pro peccato conſcientiæ ſuæ, diſpergat: quia
die tertia funditus extinguetur a vita. Quod Præpoſitus, ut audivit, vehementer
expavit. Et quia Gregorii mandato incredulus eſſe non poterat, pœnitentiam cœ-
pit: cunctaque ſua ſanus diſtribuens, tanto febris ardore correptus eſt, ut a di-
luculo diei tertii uſque ad horam tertiam cum ingenti fragore præ incendio lin-
guam ab ore projiciens, ultimum flatum protraheret. Quem Presbyteri tam
duriter laborare videntes, deputatis illic Monachis qui cum pſalmodiis ejus exi-
tum commendarent, ipſi pro eo omnipotenti Deo ſtuduerunt ſolemnes hoſtias
immolare. Sed Monachi pſalmodiam deſerentes, non timuerunt inter ſe mo-
rienti Fratri detrahere: cum ecce Presbyteri a Miſſarum ſolemniis circa horam
ſeptimam remeantes, Joannem Presbyterum, quem incredibiliter cum morte
luctantem reliquerant, levius ſe habere mirati ſunt, eumque nominatim cla-
mare cœperunt. Mox ille oculos, ſubridendo, concutiens: Parcat, inquit, vo-
„ bis Dominus Fratres: quare me ſollicitare voluiſtis? Qui ab ipſo hujus diei
„ principio uſque nunc coram Chriſto præſidenti multis millibus Angelorum
„ cum diabolo ad judicium ſteti: & adjuvantibus me ſanctis Andrea & Grego-
„ rio, cunctis ejus objectionibus bene reſpondi. Sciatis autem, quia Monaſterii
„ ſextarium, modium, libram, conſuetudinem eleemoſynarum & luminum,
„ omnemque menſuram curioſiſſime Chriſto quærenti uſque ad ſcabellum pe-
„ dum ejus portavi. Sed de una objectione, fateor, convictus erubui, de qua
„ me nimium, ſicut vidiſtis, laborando vexavi, & me adhuc liberare non
„ potui. Cumque Fratres de ea requirerent, ait: Non audeo dicere, quia
„ quando vos me clamaſtis, & ſancto Gregorio redire juſſus ſum, ut vobis et-
„ iam de menſuris & conſuetudinibus Monaſterii ponerem rationem, diabolus
„ queſtus eſt, putans, quod me Pater ad pœnitentiam remiſiſſet. Quapropter
„ bea-

a Leo IV. ſedem Romanam iniit anno 847. eamque annis octo tenuit.

AN.CHR. 604 „ beatum Gregorium vadem dedi, ne commotam calumniam cuilibet revelarem. Illis magis imminentibus, & pro eo deprecaturos Deum * promittentibus, ut cauſam Fratribus revelaret, defunctorum quorumdam domos, & viventium merita proferebat, dicens: Iſte dignus, ille indignus eſt. Rurſus interrogatus a Monachis, qui pridem ſecum remanſerunt, converſus eſt, dicens: „ Omnia, in quibus mihi detraxiſtis, Fratres, audivi, quamquam reſpondere „ nequiverim: & impedimentum mihi non modicum generaſtis: quia tam a „ vobis, quam a diabolo ſub uno tempore accuſatus, neſciebam cui primitus „ calumniæ reſponderem. Sed ſi quando quemlibet migrantem videritis, com„ patimini ſorti communi, & nolite de eo judicare, qui ad tam diſtricti Ju„ dicis cum criminatore ſuo judicium vadit. His expletis cunctos jubent abſcedere, ſolum Presbyterum qui ſibi mortem prænunciaverat, ſecum tenens. Qui ſolus remanere paveſcens, alterum ſecum tenuit, hortatus ut cauſam, pro qua conflixerat, ſaltem ſibi pandere non timeret. At ille vehementer ingemuit, & converſo ad parietem capite, clamabat, dicens: O Andrea, Andrea, hoc anno pereas, qui me pravo conſilio ad periculum compuliſti. Eveſtigio Zacharias medicus, qui anno præterito ad ſuos videlicet Saracenos apoſtatando reverſus eſt, adfuit: tactiſque temporibus, jurare cœpit Presbyterum ex eadem valetudine minime moriturum. Quem languidus ut audivit, cum in„ genti animadverſione repulit, dicens: Fratres, jam omne corpus meum eſt „ mortuum, in extremis faucibus ſpiritum permiſſum retineo, continuo mo„ riturus: tantum pſallite, ut revideam Angelos, quos videbam, & innuens „ vobis oſtendam. Quibus orantibus totus cœpit tremere, palleſcere, ſurſum deſideranter aſpicere: cum ſubito ſpiritus adventare * conſpiciens, revolutis terribiliter oculis, Monachis innuit, & abſceſſit: eoſque tanto terrore perculſos dimiſit, ut multis noctibus ſoli jacere timuerint.

12.Martii. * Domino

* adventantes

LXXXVII Eodem die, ſicut poſtea deprehenſum eſt, eodemque momento, quando Presbytero moriens Andreæ periculum fuerat imprecatus, idem Andreas, fundi Barbiliani, poſiti ſcilicet via Oſtienſi, conductor, in lectulum decidit: in qua per multum temporis continuo languore correptus, ita totus emarcuit, ut omne corpus ejus particulatim videretur diſſolvi. Cumque defluentibus carnibus conſumi poſſet, mori autem non poſſet, uxor, quæ fœtorem vulnerum, virique cruciatus jam ſuſtinere non poterat, intellexit tanti languoris incommoda ſine divinæ ultionis ſententia hunc nullatenus incurriſſe. Quem flendo curavit inquirere, ut quoniam a moriente Præpoſito fruſtra vocari non poterat, quid eum ipſo commiſerat, ut Monachis revelaret, ſi forte Dominus ejus confeſſionem recipiens, eum a tantis cruciatibus * liberaret. At ille, malum cognoſcens, quod fecerat, latere non poſſe, Monaſterii Monachos convocari rogavit: eiſque confeſſus eſt cum eodem Præpoſito quaſdam Monaſterii chartulas rapuiſſe, ac receptis pretiis extraneis tradidiſſe, ſeque certum exiſtere, quia pro hoc flagitio mori non poſſet, quouſque hoc coram omnibus revelaret. Quod videlicet verum fuiſſe, rei exitus evidenter oſtendit. Nam mox ut tantum facinus eunctis innotuit, is qui dudum mori volens non poterat, inter verba ſuæ confeſſionis efflavit. Quem idcirco Deus omnipotens diu cruciari voluit, mori autem, donec reatum ſuum confiteretur, non poſſe ſe permiſit; ut exemplo ſui cruciatus oſtenderet, quid conſumptores rerum Gregorii de ſemetipſis utique ſperare debuiſſent.

* periculis

LXXXVIII. Ipſius quoque Pontificis tempore ejuſdem Patris Monaſterio ATHANASIUS præfuit *, vir quidem charitate conſpicuus & ſui Monaſterii cautiſſimus executor. Qui cum ſævientis inopiæ tempus agnoſceret, ne Monachis neceſſitas fortaſſis incumberet, quadraginta pauperum, quos beatus Gregorius paſci ſemel in anno decreverat, refectionem ſubduxit. Quod impune ſe feciſſe perpendens, etiam duodecim pauperum prandium totidemque denarios, qui die depoſitionis beati Gregorii pro commemoratione duodecim ab eo quondam invitatorum, quorum tertius decimus Angelum ſe eſſe profeſſus eſt, conſuetudinaliter paſcebantur, penitus intercepit: cum ejuſdem Quadrageſimæ tempore beatus Gregorius

*Anaſtaſius

gorius eidem Presbytero, cui ſupra & Monacho, in ſomnis apparuit, dicens: AN.CHR.
„ Vade & dic œconomo, quia diminuit conſuetudinem, quam ego conſtitui, 604
„ Dominus quoque ejus dies diminuet. Quod œconomus ut audivit, primo qui- 12.Martii.
„ dem contremuit, poſt vero tanto minus credidit, quanto vitam ſuam longius
cognoſcebat extendi. Et ecce ſub ipſis Albis Paſchalibus in Oratorio ſancti Severini
cum Fratribus veſpertinis aſſiſtens officiis, ardere parietem vidit, quem Fratribus
extinguere imperavit. Quibus hunc vinolentum credentibus, ipſe tandem ſerulam,
quam tenebat, projiciens, manuſque per parietem circumducens conabatur ſo-
ris flammas extinguere, quas conſtabat intima ejus depaſcere. Denique tandem
ad hoſpitium rediens, tantæ ſebris ardore ſuccenſus eſt, ut pervenire ad diem
ſeptimum nullatenus potuiſſet. Quia ergo dum conſuluiſſe putavit ſe Monachis,
pauperibus nocuiſſe non timuit, ac per hoc, quo ſe placare poſſe Gregorium
credidit, prorſus offendit; fruſtra flammas parietis extinguere voluit, qui tena-
citatis ſuæ flammas extinguere recuſavit.

Eodem nihilominus tempore poſt abſidem Oratorii ſanctæ Mariæ ſemper Vir- LXXXIX.
ginis Oratorio ſanctæ Barbaræ, ubi Gregorius laudes Domino celebrare ſole-
bat, conjuncto, dæmon apparuit, ſibique in antro, quod illic cernitur, hoſpi-
tium ſaciens, nocturnis horis tanto crepitabat ſragore, ut omnia ſundamenta
Monaſterii putaretur convellere. Nonnumquam equos de ſtabulis auferens au-
diebatur tota nocte diſcurrere: quorum duos præcipitio demerſiſſe probatus eſt.
Cumque pavore tanti ſonitus Monachos a triclinio, in quo ad auram propter
fervorem caumatis jacere ſolebant, penitus avertiſſet, unus eorum confiſus in
virtute Dei omnipotentis ante foramen decumbens, oratione facta, cœpit dor-
mire. Cui dæmon in ſimilitudine catti apparuit: cumque unguibus eſt aggreſ-
ſus diſcerpere. Quo Monachus oratione repulſo, identidem ſopori ſe tradi-
dit, cum ſubito dæmon in ſimilitudine cujuſdam Æthiopis lancea minando
apparuit, dicens: Ego quidem hinc vado: ſed te vulneratum dimitto. Quo
dicto, lanceam vibravit, Monachumque, ſicut videbatur, in ſomnis percuſſit.
Qui tantis clamoribus ejulavit, tamquam ſi re vera percuſſus extiterit: accur-
rentibuſque Monachis, licet pavidus, quod viderat indicavit, & deinceps ibi
ulterius dæmonium non acceſſit.

Benedicti [a] quoque Pontificis tempore, Lucido Ficulino Epiſcopo XC.
eidem Monaſterio præminente, cum peſtilentia faucium multitudo quotidie ma-
xima deperiret: idem Monachus præcluſis ſaucibus, venit ad mortem, cui de-
ſperanti beatus Gregorius in ſomnis apparuit, dicens: Vis ſanus fieri? At ille re-
ſpondit ſe velle. Et Beatus Gregorius: Si mihi, inquit, promiſeris ea, quæ ti-
bi dixero ſore dicturum, ſcito te eſſe ſanandum: ſin vero, citius moriturum.
Cumque ille ſe dicturum tota certitudine promitteret, audivit: Ito, denuncians
Sabæ, Joanni, Benedicto, Martino, Palumbo, & Antonio Monachis, Lauren-
tio coco, Gemmoſo carpentario, Accepto piſtori, Andreæ, Romano, & Leo-
ni laicis, quoniam a craſtino incipientes omnes dietim ſe moriendo ſubſequen-
tur. Poſt quorum deceſſum denuncia, Lucidum Epiſcopum, qui tenet id Mo-
naſterium, die ſeptimo moriturum. His dictis, Monachum oſcitare præci-
piens, duos digitos in ſaucem conjecit: vulnuſque diſrumpens ut excrearet in-
junxit. Ille tuſſiens, partem coagulatam ſanguinis in modum lapidis revera
projecit: & ab ipſis pene mortis januis liberatus, eadem nocte contra ſpem
omnium matutinalibus hymnis interfuit. Mirantibus Fratribus, ſanitatis
ſuæ modum innotuit, quos quando & qualiter ex Monaſterii ſamilia moritu-
ros præviderit, indicavit: de ſola interim Epiſcopi morte dubitando conti-
cuit. Et e veſtigio in cunctorum morti deputatorum auribus volans fama di-
ſcurrit: & dum ex relatione Monachi ſe morituros certo die cognoſcerent,
diſpoſitis ſuis reculis, ita ſe in mortem ſecuti ſunt, ſicut fuerant in ſomnio
nominati.

Cumque Presbyter Monachus Lucido Epiſcopo tam dirum nuntium reve- CXI.
lare

[a] Benedictus III. præfato Leoni quarto ſucceſſit anno 855.

AN.CHR. 604 12. Martii. lare timeret, tacere autem penitus non auderet; Monaſterio ſe tandem proripuit: & ad domum Epiſcopi non longe a flumine Tiberi, regione videlicet juxta Baſilicam ſanctorum Cyri & Joannis poſitam, ſomnium nuntiaturus acceſſit. Quem ſcilicet, ubi cum Pontifice in palatio prandere cognovit, expectans redeuntem, ſacerdotalibus veſtimentis indutum, colore fulgidum, valetudine quoque ſaniſſimum, ſalutare curavit. Cui Epiſcopus ait: Jam nunc in tota urbe pro divino haberis, quia de his quos morituros prænuntiaſti, ſolus unus remanſit. At ille: Utinam ſicut & ille, quem vivere putas, defunctus eſt: ſic ipſe, qui hunc ſequi prædictus eſt, exiliret. Cumque Epiſcopus de eo tota curioſitate requireret, & Monachus dicere palpitaret, tandem ubi die ſexto ſe moriturum cognovit, expalluit atque contremuit: reſumptiſque viribus contra Monachum frenduit: quem redire volentem retinuit. Interiora cubiculi pervagus penetravit, paulatim ſibi fauces dolere perſenſit. Deinde ſibi tacto pulſu, mox febris ſigna cognovit, Monacho credidit, domum ſuam diſpoſuit, ad Monaſterium, cui præerat, iiſdem infulis redimitus, quibus a Patriarchio reverſus fuerat, venit. Secunda feria cunctis tam ſubitam converſionem mirantibus, Monachicum habitum ſuſcepit: & paulatim ingraveſcente moleſtia, ſextæ feriæ diluculo ſubdormivit. Ac denuo ſuſcitatus apparuiſſe ſibi ſanctum Andream Apoſtolum, ſeque circa horam tertiam vocandum eſſe, ſibique præceptum perhibuit, ut quia ſuæ mortis expectatione ſuſpenſi Monachi, ſancti Fiabiani munia ſolita * celebrare non poterant, mox corpus ſuum ſepulturæ traderent: acceptiſque a ſe cereis ac thymiamatibus ad peragenda ſolemnia feſtinarent. Hora itaque tertia Epiſcopus lætus defungitur, ut in ipſa vultus ejus lætitia, converſio ipſius Deo fuiſſe placabilis cunctis videntibus monſtraretur.

* feſto

CXII. Eodem tempore germanus ejuſdem Monachi mentis inſaniam paſſus eſt, ita ut humana conſortia fugiens, multo tempore pervagus per cryptas ſolitarias, & cœnoſa monumenta diſcurreret. Cujus inſaniæ frater nimium condolens, quotidie ſanctum Gregorium profuſis lacrymis precabatur, ut ſibi fratrem ſoſpitem reddere dignaretur. Itaque cum nocte quadam poſt hujuſmodi fletus quieſceret, beatus Gregorius apparuit ei dicens: Videns lacrymas tuas, ſuſcepi orationem tuam: & ecce germanum tuum tibi hodie ſanum reducam. Et hoc tibi ſignum, quia ſtatim ut dies illuxerit, juſſu Pontificis Presbyter, qui hic incluſus eſt, extrahetur. Qui ſurgens matutinali tempore Fratribus indicavit. Forte tunc idem Presbyter Campanus de loco, qui Clauſtrum non longe a Terracina vocatur, a ſuis pro quodam crimine accuſatus in eodem Monaſterio tenebatur, & temporibus multis labentibus a ſuis accuſatoribus jam contemptus, a cunctis quoque ſuis fuerat in oblivionem deductus, cum nullum propinquum, nullum in urbe cognitum habere potuiſſet, qui de eo Pontifici ſuggeſſiſſet, & Monachi quidem pro eo ſatagerent, ſed proficiendi aditum non haberent: Pontifex divinitus recordatus ejuſdem diluculo hunc ab ergaſtulo juſſit extrahi, liberumque dimitti. Nec multo poſt Monachi frater ita ſanus reverſus eſt, ut videretur hactenus in ejuſdem Patris Monaſterio tanto fidelius deſerviſſe, quanto ſe illius adminiculo meminit ad priſtinam ſanitatem remeaſſe.

XCIII. Reverendæ quoque memoriæ NICOLAI a Pontificis tempore, regimen ejuſdem Monaſterii ZACHARIA civitatis Anagninæ Præſule, ſicut hodie ſupereſt, procurante, ſundum Barbilianum, cujus ſuperius feceram mentionem, pro incolarum ſceleribus dæmon aggreſſus eſt: & in ſimilitudine taurelli de pratis mugiendo ad domum recurrens, inviſibiliter ſuis corniculis virum ſentiebatur noctu percutere, boveſque a præſepiis extrahens, per contiguos campos & compita curſu velociſſimo fatigare. Cumque hoc diutius faceret, crebroque ruſticis noxius immineret; hujuſmodi percuſſionibus Saxulum quemdam ejuſdem prædii conductorem affligendo diſperdidit. Deinde bubulcos aggreſſus, tanta cæde perdomuit, ut intra trium menſium ſpatium neminem illic præter

a Nicolaus I. cognomento Magnus, poſt Benedictum III. ſedit ab anno 868, ad annum 867.

ter unum tantum Urſellum * nomine, quem ſimiliter affligebat, reliquerit. AN.CHR.
Qui Romam veniens, dum tantæ cladis periculum Fratribus indicatet, inter- 604
rupto ſermone Monaſterii portis egreſſus eſt, & obſtupeſcentibus Monachis 12. Martii.
non niſi mane facto reverſus eſt. A quibus curioſe diſcuſſus, quonam ſe pri- * Urſulum
dem tam ſubita velocitate proriperet, confeſſus eſt dicens: Dum vobis inſaniam dæmonis revelarem, taurellus adſuit, anterioribuſque pedibus me complectens, ac ſuis corniculis tundens, ante ſe cœpit minare, & tota nocte me ſubire muros coegit & arbores. Cumque noviſſime per pontem me conaretur demergere, de complexibus ipſius exilui, eumque toto conamine fugiens, ad portas, quas Euthymius œconomus fecerat, Monaſterii hujus perveni: quas clauſas inveniens, ambabus manibus ambos ejus annulos apprehendi: & dum ab eis me luctaretur divellere, quidam calvus Pontifex obliquo latere ſe inter portarum rimas excutiens, ferula caput taurelli percuſſit: eumque in fugam compellens, me ab illius percuſſionibus liberavit. Ergo dum incolæ deperiſſent, & oullus ibidem habitator accederet, ac per hoc Monachi pro deſolatiooe loci ſatagerent; cuidam eorum Gregorius in ſomnis apparens jubet, ut ſi dæmonem a Monaſterii fundo voluiſſent depellere, uſque ad Oratorium ſanctæ Mariæ ibidem in Dominica conſtitutum, Fratres cum letaniis aquam ſpargentes exorcizatam procederent. Quo facto ita dæmon Monaſterii fundo repulſus eſt, ut poſtea per confinii limites ore naribus atque oculis flammas ejicere, porcoſque cogere a ſubulco notatus ſit: ſed intra fines Monaſterii oumquam intrare permiſſus.

Alio quoque tempore THETGAUDUS quondam Treverenſis Epiſcopus, XCIV.
qui cum GUNTARIO Aggrippinæ Coloniæ Epiſcopo a reverendæ memoriæ NICOLAO fuerat Sacerdotali privatus officio, liberalitate HADRIANI Pontificis *a* in eodem Monaſterio manſionem ſuſcepit. Cui beatus Gregorios in ſomnis apparens, maximum terrorem, quo de ſuo Monaſterio concitus egrederetur, incuſſit. Ille perpendens viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta rurſus dormire cœpit. Cui Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens: Nonne, inquit, dixi tibi, ut a Monaſterio meo, quod in rebus propriis per invocationem ſancti Andreæ Apoſtoli Domino dedicavi, recederes, quia diverſorium fieri oullo modo licuiſſet? Cumque Thetgaudus hoſpitandi ſibi licentiam ſuſcepiſſe ſe a Pontifice reſpondiſſet, Gregorius ait: Et tu, qui petiſti, & ille, qui dedit, utrique contra Deum feciſtis, cujus vindictam citius incurretis. Evigilans Thetgaudus intremuit, & facta oratione ſopori ſe reddere voluit, cum repente venieotium ſonitum audiens vehementer expavit, ſeque dormire ſimulavit. Appropinquans ergo Gregorius ſanctum Andream Apoſtolum per dexteram tenens, præcepit Subdiacono qui ſe præibat cum lumine, dicens: Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet, Gregorius ait: Aſpice nos. Intuitus in eos Thetgaudus magis intremuit: eumque ſibi taliter comminantem audivit: Quia ſecundo commonitus verbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobedientia adeo provocaſti, ut hunc Apoſtolum Dei huc ſatigare ſtuduerim; ſcito cognoſcens, quia niſi hodie ab hoc Monaſterio meo receſſeris, futura hebdomada cum tuis omnibus vita privaberis. Si vero receſſeris, ab hac quidem momentanea ſententia liberaberis; ſed neque tu, neque aliquis hic tecum degentium ſuam patriam revidebit. Mox Thetgaudus lectulo ſe proripuit, & primo ſuis, deinde Monaſterii Monachis, poſtremo quibuſcumque potuit ſomnium revelavit. Et quia aliud hoſpitium citius a Pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos conſedens, eodem anno cum ſuis omnibus vita privatus eſt.

Eodem quoque tempore SUPPO Piceni Comes ibi applicuit, qui Monachis XCV.
quidem plurimam dapſilitatem oſtendit, & in rebus tam venerabilis Monaſterii uſurpationem ſuorum prohibuit. Hujus familiaris quidam nomine FARALDUS

a Hadrianus II. Nicolao primo ſucceſſit anno 867. Thetgaudus vero Trevirenſis inſequenti anno mortuus eſt, ut ſcribit Baronius.

AN.CHR. 604 12. Martii. dus exiſtens, ſi quando Suppo ad palatium proceſſiſſet, fornicarias illuc, deteſtantibus Monachis, non verebatur inducere, atque cum eis comeſſationes, & ſaltationes illicitas celebrare. Idemque noctis principio ſeceſſum petens, a ſpiritibus immundis in aere per capillos appenſus eſt. Cumque tota nocte pendens vocis officium non haberet, matutinalibus horis beatus Gregorius ei videndum ſe præbuit, dicens: Inimice Dei, non ſufficiunt tibi alia mala, quæ in meo Monaſterio pervicaciter perpetraſti *, niſi inſuper ſcenicas meretriculas in clauſtro Monachico tamquam in theatro conducas? crede mihi, hoc anno peribis. Tunc ille magnis cœpit viribus pœnitentiam ſupplicare, & de cetero plenam correctionem promittere. Continuo Gregorius juſſit eum dimitti. Qui ad terram decidens, quia corrigi noluit, eodem anno veram fuiſſe Gregorii ſententiam moriendo probavit.

* operatis

XCVI. Ejuſdem Comitis homo ſub alio tempore INDULFUS vocatus eſt, cui dum cocus pro comparandis lignis denarios peteret, nullo modo potuit impetrare, ſed nefario jure percepit licentiam, ut attegias, & feneſtras & vicini dormitorii tabulas aggreſſus diriperet, earumque ignibus ſibi prandium præpararet. Cum ſequenti nocte idem Indulfus ad ſeceſſum pergens, cur Monaſterii tabulas tam petulanter incendi præcepiſſet, a quodam ſene diſcuſſus eſt. At ille more Gallico ſanctum ſenem increpitans follem *, ab eo quidem virga leniter percuſſus eſt: ſed vir ſuperbus tanto terrore * lapſus eſt, ut ſemivivus humi decumberet. Eodem momento ſub eadem ſpecie cuidam Clerico foris dormienti idem ſenex apparuit, dicens: Surge, & dic Comiti, ut ab hoc meo Monaſterio, in quo diverſorium fieri omnino non licet, antequam me ad iracundiam provocet, ſalvus recedat. Ecce ego familiari ejus mihi obnoxio, quem videlicet percuſſum ante ſeceſſum dimiſi, congruam medelam refundam. Quem cum, quis eſſet Clericus, requireret, ipſum ſe eſſe perhibuit, qui ex pictura, quæ ejus lectulo præminebat, agnoſci facile potuiſſet. Statim Clericus ſurgens lumen arripuit, & ex picturæ ſimilitudine ſanctum Andream Apoſtolum ſibi apparuiſſe cognovit. Itaque ad Indulſum jacentem perrexit, & eum ſemivivum jam reperit. Quem magnis ejulatibus clamare incipiens, tam Comitem, quam cunctos, qui ſub eiſdem domibus dormiebant, miſerabili vociferatione venire coegit, & in faciem jacentis aquam ſuffundens, & per invocationem ſancti Andreæ Apoſtoli tandem aliquando loqui fecit: atque cuncta, quæ ſibi revelata fuerant, cum eo pariter Comiti revelavit. Qui die facto Monachos evocavit, quid contra ſanctum Andream commiſerit, querelabundus inquirere cœpit. At illi deletum dormitorium cocorum manibus oſtenderunt. Cumque Deo devotus Comes eos vellet ſupplicio ſubjugare, confeſſi ſunt ſe illud ædificium Indulfi juſſionibus deleviſſe. Pro cujus reparatione dum Comes Monachis argentum voluiſſet tribuere; Sergius magiſter militum reſtitit, promittens illud ſe pro eo continuo melius refecturum. Mox Comes humiliter a Monaſterii clauſtro ſecedens, ad domum Petri filii quondam Caroli cum omnibus ſuis conceſſit: neque ulterius in eodem Monaſterio hoſpitium ſibi dari conceſſit. Indulſus vero in domo ejuſdem Sergii magiſtri militum derelictus diſperiit, ſibique ſanctum Apoſtolum prævaluiſſe ſuo ipſius detrimento monſtravit.

* Gall. fou.
* pondere.

XCVII. Nuper DOMINICUS quidam Præsbyter, ZACARIA Epiſcopo, de quo præfatus ſum, Gregoriani Monaſterii curam gerente Præpoſitus extitit Monaſterii: qui carnis fragilitate corruptus, EUPRAXIAM quamdam Sanctimonialem a Monaſterio ſancti Andreæ Apoſtoli, quod appellatur Clivus Scauri, diripuit vel ſubduxit, & in regione ſeptem viarum loco, qui dicitur Vipera, collocavit. Cui cum corrupta Sanctimonialis, quia latrinam & furnum contiguum non habebat, crebro videretur eſſe moleſta; infelix Presbyter peccatum peccato connectens, ut meretriculæ placere potuiſſet, beatum Gregorium non recuſavit offendere: cujus mirabilis, immo ſaluberrimi fontis ligna tegulaſque diripiens, ſeceſſum & furnum proſtitutæ feminæ non erubuit fabricare. Quibus peractis, cum ſequenti nocte jam ſecurior a querelis laſci-

laſcivæ mulieris in eadem domo dormiret, vidit duos quoſdam terribiles cubicularios ſe ligatis manibus ad venerabile Monaſterium reducentes. Quos interrogans, cujus præcepto ſibi talia facerent, audivit hoc Romanum Pontificem præcepiſſe. Forte tunc Joannes ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Pontifex contra Saracenorum incurſus littora peragrabat: cujus abſentiæ ligatus Presbyter recordatus, increpando ſubjunxit: Dominus Papa pridie contra Saracenos perrexit, & vos quomodo dicitis quod ipſe me ligari juſſerit, qui eum poſtea non vidiſtis? At illi dixerunt: Si Joannes Papa hinc abiit, ſanctus Gregorius hic remanſit, qui Monaſterii ſui clauſtra ſolito more perluſtrans, a te ſuum fontem reperit diſſipatum, & nos ex ejus tegminibus tuæ meretriculæ ſumum ac neceſſarium vidimus coopertum. Quod Presbyter ut audivit, erubeſcens intremuit, eorumque violentia ſe in chorte Monaſterii teneri conſpiciens quemdam Subdiaconum ab intimis egredientem, atque cubiculariis dicentem audivit: Extendite eum, & cum quadraginta rubricis ventrem, totidemque dorſum fornicatoris atque ſacrilegi Presbyteri verberate. Quarum doloribus revera Presbyter jam febricitans excitatus ad Monaſterium caballo impoſitus, dextra lævaque ab aliis ſuſtentatus recucurrit, reatus ſui ſententiam Fratribus indicavit, & inviſibilibus verberibus ſub febris ſpecie laniatus nihil aliud dicere poterat, niſi: Domne reficio, Domne reficio. Cumque interrogaretur cur hoc tam frequenter repeteret, dicebat ſe ſub continuo verbere gemere: ſicque ſexto die ſub hac miſerabili voce defunctus eſt. Siquidem plurimis documentis probatum eſt in eodem venerabili Monaſterio fornicationis contagione pollutos diu ſubſiſtere omnino non poſſe.

AN.CHR. 604 12. Martii.

Quo ſcilicet hactenus libra omniſque menſura, quam idem beatus Gregorius inſtituit, cum modio reſervatur, de cujus menſura ſi quis ad opus Monaſterii panes velit efficere, triginta & quinque fiunt, ſinguli dumtaxat trium librarum: ſi quis vero ad opus alterius, ad eumdem numerum numquam pertingit. Quod cum præfatus Zacharias Epiſcopus pro certo vellet addiſcere, pro celebranda feſtivitate beati Andreæ Apoſtoli decem modiorum tritici menſuram piſtoribus dedit: e quibus pro undecim modiis multiplicatos, obſtupeſcentibus eiſdem piſtoribus, panes recepit: qui utique ſollicite prius dinumerantes, ſi ſuperfluos aliquot inveniſſent, ſibi proculdubio reſervarent. XCVIII.

Sane quam frequenter beatus Gregorius tam illic quam in Apoſtolorum Baſilicis, nec non in Patriarchio nunc exhortans innoxios, nunc vero deterrens obnoxios in ipſa ſuæ cognitionis effigie appareſcat, quia nunc narrare non valeo, hic hujus operis, adminiculante Domino, terminum facio: & reliqua ejuſdem Patris miracula poſt me doctioribus memoranda relinquo. Cujus nimirum venerabile meritum quouſque mundi hujus orbita volvitur (ut cum PAULO * viro diſertiſſimo fatear) ſemper accipiet incrementum: quia ipſius ſine dubio gratiæ adſcribitur, vel quod Anglorum Eccleſia nova ſemper ſobole ſecundatur, vel quod illius doctrinis per orbem univerſum multi per peccatum elongati, ad Chriſti clementiam revertuntur: vel quod boni quique ipſius ſuaſionibus inflammati cœleſtem patriam deſideranter inquirunt. CXIX.

* ex Paulo Diac. ſupra in Vita S. Greg. num. 24.

Ecce, ſtudioſe Pontificum, juſſionis tuæ virtute coactus, dum quædam geſtorum beati Gregorii prædeceſſoris tui, Saxonum videlicet gentis Apoſtoli, deflorare deſidero, virum deſcripſi rhetoricum ſcriptor ignarus. Sed deprecor ut ea curioſitate, qua me dudum hæc decerpere juſſeras, ad omnium, ſicut cœpiſti, facias perveniri notitiam, ut in eo, quod ſacro-ſancto veſtro judicio placuiſſe me gaudeo, nulli penitus dijudicandus addicar, quin potius judicaturus inveniar. Siquidem nuperrime quando hunc quartum librum cooperante Domino claudere geſtiebam, nocte, qua Dominicæ Reſurrectionis dies venerabilis illuceſcebat, in ſomnis deſcribens, quidam ſub effigie cujuſdam veteris inſidiatoris palam videndum ſe præbuit, & candidiſſima tunica, ſimulque tenuiſſima, cujus nimirum raritate nigredo ſubterioris tunicæ extra lucebat, ſacerdotaliter inſignitus mox propius aſtitit, & inflatis buccis riſum C.

AN.CHR. 604 12.Martii. riſum continere non potuit. Cui dum curulem præparare cogitarem, hunc ſupra modum cachinnantem conſpiciens, compellare videbar, quamobrem nocturno ſilentio tam petulanter, vir officii gravioris perſtreperet. At ille, Quia, inquit, tu ſcribis de mortuis, quos viventes aliquando, numquam vidiſti. Cumque ego tanto me veracius ſcribere, quanto incognitum facie, non autem incognitum lectione, ſine ullo livoris, vel adulationis vitio retuliſſem, reſpondit: Tu, ſicut video, quod voluiſti feciſti: at ego, quæ facere potero, non ceſſabo. Hæc dicens lucernæ flammas, cujus lumine forte fruebar, prorſus extinxit: & lychnum totum quidem extinguere non potuit, me tamen in tenebris conſtitutum ita perterruit, ut putarem me gladiis ab eo protinus jugulari: cum poſt paululum deſperanti mihi beatus Gregorius, comitante ſecum dextrorſum reverendæ memoriæ Papa Nicolao, ſiniſtrorſum vero (ſicut mihi videbatur) Petro ſuo Diacono, multo lumine clarificatus apparuit, dicens: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Cui dum ego priori pavore perculſus reſpondere non poſſem, benevolus mihi pater Nicolaus latentem adverſarium poſt cortinam, quæ tunc meum lectulum circumdabat, digito manifeſtans, Quia inquit, hic invidus lucernæ ipſius flammas quantum in ſe fuit, extinxit. Mox Gregorius manum Diaconi, qua magnam facem tenere videbatur, arripiens, ejuſque flammis os faciemque petulantis exurens, ad inſtar Æthiopis denigravit. Qua exuſtione ab ore petulantis parviſſima ſcintilla deſcendens, candentem tunicam dicto citius conflagravit: ſicque nigerrimus totus apparuit. Cumque Diaconus diceret ſatis adverſarium denigratum, beatus Gregorius: Nos, ait, illum non denigramus, ſed nigrum fuiſſe monſtravimus. Deinde infortunium meum diverſis conſolationibus exhortatus abſceſſit: & facem quidem ſecum detulit, ſed tanto lumine locum, in quo dormiebam, revera fulgentem dimiſit, ut expergefactus pueros ante me dormientes crebrius inclamarem: nec ante quidquam ſub gravi ſopore quoquo modo reſponderent, aut ſurgere potuiſſent, quam relictæ lucis copia paulatim ſe ſubtrahens, penitus effluxiſſet. At de his Deus viderit: ego tamen Divinæ ſpei fiducia roboratus, quia GAUDERICUS Epiſcopus Veliternus expoſtulat, ad CLEMENTEM Romanæ Sedis Antiſtitem, ſuffragante Domino ſtilum convertam: quatenus qui continuis infortuniis tenuatus, amicis meis, a quibus utcumque ſuſtentor, meritum rependere nequeo, ſaltem verba, quæ valeo, minime denegaſſe cognoſcar.

M O N I T U M.

In hac S. Gregorii Vita (cujus Epiſtolas fuſius a Joanne relatas nonnumquam breviavimus) ad lib.4.cap.80. mentio ſit Translationis Corporis ipſius S. Gregorii, a Gregorio Papa IV. facta, quam in Sæculum proprium rejici poſtulabat propoſiti noſtri ratio: niſi Joannis Diaconi libros diſtrahere nefas putaſſemus. Præter iſtam Translationem, aliam expendemus Sæculo IV. Benedictino, Chriſti IX. quo S. Doctoris Reliquiæ Monaſterio S. Medardi apud Sueſſiones conceſſæ leguntur; caput vero, Joannis Romani Pontificis VIII. munere, ab Anſegiſo Senonenſium Archiepiſcopo in S. Petri Vivi Monaſterio honorifice repoſitum eſt.

CIRCA AN. 606 12.Martii.

B. PETRI DIACONI S. R. E. GREGORII PAPÆ MAGNI DISCIPULI, ELOGIUM HISTORICUM.

1. GREGORII *Magni commendationi nonnihil decedere videretur, ſi* PETRUM *Diaconum chariſſimum ejus diſcipulum ſilentio præteriremus: quem diſtinguere neceſſe eſt ab alio cognomine* PETRO *Diacono Caſſinenſi, homine ſæculi duodecimi; cum iſte, Romanæ Eccleſiæ Diaconus, Gregorio Magno coævus fuerit, de quo ita ſcribit Petrus Equilinus:* Petrus S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus, & B. Gregorii diſcipulus fuit: ad cujus inſtantiam ipſe Doctor librum Dialogorum compoſuit, & utriuſque mutuas collocu-

Duo cognomines.

Hic Archidiac.

tiones

tiones in eo inſeruit. Hic ſanctitate conſpicuus, bonus Magiſtri imitator extitit. *Eum Romanæ* Eccleſiæ Archidiaconum *Zacharias in titulis lib.1. & 2. Dialog. appellat.* CIRCA AN. 606

2. *An Petrus Monaſticis votis addictus fuerit, in quæſtionem vocari poteſt, quamvis in Martyrologio Benedictino locum habeat. Rationem dubitandi ſuggerit Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii lib.2. cap.11. his verbis:* Ceterum prudentiſſimus Rector Gregorius, remotis a cubiculo ſuo Sæcularibus, Clericos ſibi prudentiſſimos Conſiliarios familiareſque delegit: inter quos PETRUM Diaconum coætaneum ſuum, cum quo poſtea diſputans quatuor Dialogorum libros compoſuit. *Et aliis quibuſdam Clericis enumeratis,* Monachorum vero, *inquit,* ſanctiſſimos ſibi familiares elegit, *&c. Ubi Petrus non in claſſe Monachorum, ſed Clericorum Gregorio familiarium adnumeratur. Ex libri 1. Dial. exordio diſcimus, Petrum magno neceſſitudinis vinculo Gregorio conjunctum, at Monachum fuiſſe conjectura tantum colligimus. Sic Gregorius loquitur.* Cum afflictus valde & diu tacitus ſederem dilectiſſimus filius meus PETRUS Diaconus adfuit, qui mihi a primævo juventutis flore in amicitiis familiariter obſtrictus eſt atque ad ſacri verbi indagationem ſocius. 12. Martii. An Monachus.

3. *Joannes Diaconus in lib.4. Vitæ S. Gregorii cap.69. mira quadam ex Majorum (ait) traditione accepta narrat de B. Petro Diacono, qui cum Magiſtri ſui demortui æmulos de libris ejus comburendis conſilium inire cerneret,* immane ſacrilegium eſſe dixit tanti Patris tot & tales libros exurere, ſuper cujus caput ipſe Spiritum-ſanctum in ſimilitudinem columbæ tractantis frequentiſſime perſpexiſſet. *Porro* ſi quod dixerat jurejurando confirmans mori continuo meruiſſet, ipſi a librorum exuſtione deſiſterent: ſi vero teſtimonii ſui ſuperſtes extitiſſet, ipſe quoque combuſtoribus manus daret. Itaque cum Evangeliis in ambonem venerabilis Levita Petrus aſcendens, mox ut Gregorianæ ſanctitati teſtimonium præbuit, inter verba veræ confeſſionis ſpiritum exhalavit: & a doloſe mortis extraneus, juxta pyrgi baſim, ſicut hactenus cernitur, Confeſſor veritatis meruit ſepeliri. *Iſtam narrationem Scriptoribus Joanne antiquioribus ignotam non immerito rejicit Baronius: maxime cum Paulus Diaconus de Columba Gregorio adſiſtente agens, ubi aptiſſima hujus rei commemorandæ occaſio erat, nihil ſimile de Petro Diacono proferat.* Mors ejus qualis. Baron. an. 604.

4. Petri corpus, *ſcribit Ferrarius*, cum apud Magiſtri tumulum conditum fuiſſet, poſtea Cæſarianum oppidum Vercellenſis diœceſis delatum diu latuit, ac demum repertum anno ſalutis 1480. Salutiolam pagum ejuſdem diœceſis in Eccleſiam ejus nomini dicatam, ac multis redditibus pro alendis Canonicis præditam translatum fuit, ibique miraculis fulget. Nam & caſtrum & Templum ab igne ab hoſtibus accenſo, columbis tribus circumvolitantibus viſis, immunia ſervata ſunt. Filius dominorum Salutiolæ mutus a nativitate ad S. Petri tumulum delatus, fandi obtinuit facultatem. Quidam factus amens ad ejus ſepulchrum deductus, mentis compos evaſit. *Ita ille.* Translatio. Ferrar. in Catal. SS. Ital. 12. Martii.

5. *Salutiolæ dies feſtus B. Petro pridie Kalend. Maji maxime ſolemnis eſt, quo dies ejus Tranſlatio, dies vero Natalis 4. Id. Martii celebratur.*

VITA S. AUGUSTINI EPISCOPI CANTUARIENSIS PRIMI, ANGLORUMQUE APOSTOLI.

AN. CHR. 607 26. Maji.

Auctore GOTCELINO, Bertiniano primum deinde Cantuarienſi Monacho, qui vertente ſæculo XI. ſcripſit.

Ex MSS. codd. eruta a noſtro Claudio Chantelou.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Geſta S.* AUGUSTINI, *Gregorii Magni diſcipuli, communis utrique Scriptor Venerabilis Beda celebravit in lib.1. Hiſt. Angl. cap.23. & ſeq. & in lib.2. cap.2. & 3. Bedam ducem ſecuti ſunt poſteri Auctores Anglicani, inter exteros Sigebertus Gemblacenſis, qui Auguſtini acta per ſingulos digeſſit annos. Omnium vero diligentiſſime* GOTCELINUS *ſeu Goſcelinus Monachus S. Auguſtini Vitam poſt Bedam duplici deſcripſit Opuſculo,* Majore *ſcilicet &* Minore, *ut in ſequenti Præfatione* [a] *appellat: quorum alterum inter Lanfranci Opera tacito Auctoris nomine reperitur, alterum nempe Majus opuſculum nuſquam editum hic ſubjicitur cum libro Miraculorum ab eodem Gotcelino compoſito: qui Gotcelinus præterea duobus libris B. Anſelmo Cantuariorum Archiepiſcopo nuncupatis comprehendit S. Auguſtini hiſtoriam Tranſlationis, a nobis Deo auſpice Sæculo ſexto Benedictino proferendam.* [a] num. 4.

2. *Auguſtinum antiquis Anglis numquam ſatis laudatum inſimulant Novatores.* De Auguſtini moribus, *inquit Spelmanus,* ego nihil definiam. Cauſantur hodierni, laudant Veteres. Doctum pium & primitivæ ſanctitatis æmulum prædicant & Anglorum Apoſtolum... Male etiam audit ex cæde Cleri Banchorenſis, nec immerito quidem, ſi (quod ſuggerunt) Regem Edilfridum ad truculentum adeo flagitium excitaverat. *Hic invidiæ labes! Quippe abjecto Auguſtino hodierni patrocinantur Britonibus, eodem quo illi animo Romanæ Eccleſiæ diſciplinæ immo & doctrinæ infenſi. Cædes Banchorenſis, mera calumnia, infra ad caput 35. diluenda.* Spelm. To. 1. Conc. Angl. p.93.

AN.CHR. 607 26. Maji. 3. *Quam vero longe religioſiores adverſus benemerentiſſimum Patronum & Apoſtolum ſuum fuerint priſci Britannicæ Eccleſiæ Proceres, teſtatum facit in primis Synodi Clovesbovienſis anno 747. habita Conſtitutio in hæc verba :* Septimodecimo conſtitutum eſt præcepto, ut dies natalitius B. Papæ Gregorii, & dies quoque Depoſitionis (qui eſt 7. Kalend. Junii) S. Auguſtini Archiepiſcopi atque Confeſſoris, qui genti Anglorum miſſus a Præfato Papa & Patre noſtro Gregorio, ſcientiam Fidei, Baptiſmi Sacramentum & cœleſtis patriæ notitiam primus adtulit, ab omnibus, ſicut decet, honorifice venerentur: itaut uterque dies ab Eccleſiaſticis & Monaſterialibus feriatus habeatur : nomenque ejuſdem B. Patris & Doctoris noſtri AUGUSTINI in Litaniæ decantatione poſt S. Gregorii vocationem ſemper dicatur.
Idem To. 2. pag 599. *Exſtat in Tom. 2. Conc. Ang. Bulla Innocentii ſexti Romani Pontificis, Pontificatus ſui anno tertio, Chriſti 1354. conceſſa, qua præcipitur, ut S.* AUGUSTINI feſtivitas ſub duplici Officio celebretur, & nihilominus in dicta feſtivitate ceſſetur a mechanicis & aliis operibus inter-
Ibid. pag. 620.621. dictis in feſtis duplicibus. *Quod decretum Gregorius Papa XI. Pontificatus ſui anno 5. Chriſti 1376. confirmavit. Auguſtini honorifice meminerunt Beda, Uſuardus & Ado in Martyrol. ad diem 26. Maji, Wandelbertus uni Auguſtino conſecravit.*

4. *Ad Auguſtinum ſpectat Goſcelini Vitæ Scriptoris notitia, quem Willelmus Malmesburienſis in lib. 4. de Regib. Angl. cap. ult. egregie commendat.* Hic occaſio temporum Willelmi, *inquit*, Translationem AUGUSTINI præcellentiſſimi Anglorum Apoſtoli cum ſociis ſuis exponi animaret, niſi peritiſſimi Goſcelini præcuriſſet ingenium; GOSCELINI, qui Monachus de S. Bertino cum Heremanno Epiſcopo Salesberiæ quondam Angliam venerat, inſignis litterarum & cantuum peritia. Is multu Epiſcopatus & Abbatias perluſtrans tempore, præclaræ ſcientiæ multis locis monumenta dedit, in laudibus Sanctorum Angliæ nulli poſt Bedam ſecundus, Muſicæ porro palmam poſt Osbernum adeptus. Denique innumeras Sanctorum Vitas ſtilo extulit, Veterum vel hoſtilitate amiſſas, vel informiter editas comptius renovavit. Hujus quoque Translationis ſeriem ita expolivit, ut eam præſentibus monſtraſſe digito, futurorumque videatur ſubjeciſſe oculo. Felix lingua quæ tot Sanctis ſervierit, felix pectus quod tot vocales melodias emiſerit: præſertim cum in ejus converſatione certaret honeſtas doctrinæ. *Idem Willelmus in lib. de Archiep. Doroberneuſ.* Horum (*nempe Auguſtini & ſucceſſorum*) virtutes quantum Veterum relatione addiſcere potuit, GOSCELINUS quidam, de quo alias dixi, ſcripſit miras prorſus & prædicandas, adjiciens quas oculata fide perſpexerat novas. *Cui ſane elogio quidquam addere neceſſe non eſt.*

PROLOGUS GOTSELINI MONACHI S. AUGUSTINI
Cantuarienſis Commonachis ejuſdem Eccleſiæ de Vita & virtutibus S. Auguſtini Anglorum Apoſtoli.

LIBER MAJOR.

1. DOMINIS *chariſſimis & Paternæ dilectionis filiis Eccleſiæ ſancti* AUGUSTINI *cum ſuo reverendo Monaſteriarcha, ille abjectiſſimus, nec recolendus tamen omnium amicus ſincerus in Domino ſalutem.* Decreveram hanc hiſtoriam velut divæ ſponſæ & maternæ Eccleſiæ filiam perpulchram non prius de talamo ſuo procedere, quam ſuis ornamentis, redimiculis ac monilibus compoſita ſine nota poſſet procedere. Verum veſtra imperatrice dilectione moræ impatiente & acrius impellente, tandem exoptatam ſpecie exhibere compellimur pudoroſa, dum adeo nequeamus formoſa. Multæ enim rerum turbæ propoſitam nobis elegantiam & volucrem acceſſum ſuſtulere. Quam vero vera quæ ſcripſimus comprobentur, tempora, loca, perſonæ, quando, ubi & in quibus facta noſcuntur: antiqua etiam & moderna ſcripta veſtra, præſentium quoque oculi, inficiabiliter teſtantur.

Excuſat ſe Auctor ob novam ſcriptionem. 2. Quod autem de veteribus nova fecimus, vel recenter facta recenti ſtylo propagamus, nemo vetuſtatis accola indignetur novitati: ne forte Deo ſemper nova creanti videantur indignari: quia Deus Abraham Deus eſt Auguſtini; & antiquorum ſignorum operator eadem hodie in modernis & hodiernis Sanctis ſuis operatur, cui clamat Propheta: *Innova ſigna & immuta mirabilia*, creat
Eccl. 36 6. novos cœlos, & ſedens in throno nova facit omnia. Si antiqui Patres non ſuſcepiſſent quæ tunc habebantur nova, nulla nobis modo eſſent vetuſta. Sed Judæi & ceteri increduli ſanctæ novitatis ac veritatis inimici malunt permanere in tenebris vetuſtatis & erroris ſui, quam luce novæ gratiæ illuſtrari. Hoc etiam ſub ipſa gratia videntur imitari, qui rancore vetuſti uſus aggravati, refugiunt novis

vis Dei miraculis in melius renovari. Plerique etiam hominum quod ſpemunt, AN.CHR. credere renuunt: quod amant, ultro credentes appetunt. Nemo autem qua- 607 „ lemcumque vel minimum contemnat veritatis præconem. Nam ſicut men- 26. Maji. „ dacium nullius auctoritate poteſt eſſe verum, ita veritas ſuam per ſe ha- „ bet in quolibet auctoritatem. Quæ autem per viſum vel in ſomnis mandata, vera probantur ex rerum conſequentia: utpote legimus ægros per ſomnum ad Sanctorum buſta ſalutis gratia juſſos venire, & obedientes ſoſpitatem ibi recepiſſe. Qui hanc veri evidentiam mavult velut ſomnia vana deridere, quam attendere; poterit & Joſeph & Danielem aliſque Prophetas, ipſumque Joſeph in Evangelio & alienigenam Nabuchodonoſor, qui Divina myſteria conſpexere, velut ſomniatores abnuere.

3. Sunt etiam qui inepte indignantur, cum in vilibus perſonis facta Sanctorum miracula recitantur, quaſi probroſa ſit talium memoria vel nomina: cum nullum verbum fiat propter eos, ſed propter ipſorum in Deo gloriam, qui mira in minimis facit, omnia enarrentur. Nam omnium Dominus Lazarum mendicum ex nomine proferre non dedignatur. Denique nec Herodes nec proditor Judas nec Caiphas in Evangelio nominarentur, niſi propter Dominum vel ſuos quibus inſidiabantur. Hæc nos propter diverſorum controverſiam proferre noverint benivolæ animæ, ne cum obloquentibus incipiant quod diligunt faſtidire, & quod verius cognoverunt, infirmius credere: *Corrumpunt* enim *ſenſus bonos colloquia mala*. 1.Cor.15.33

Scriptoris tenuitas non minuit Sanctorum laudem.

4. Fecimus autem de eadem materia duos codices, Majorem & Minorem: quatenus minor amicabiliter obtemperet amicis exteris tædioſis, major uberius redundet domeſticis filiis deſideriosis. Verumtamen quædam habet major, quædam minor quæ non habet uterque liber; & alter alia, alia alter ſapit condimenta. Item eadem geſta aliter ibi, aliter hic ſunt dicta, ut alter alterius ope egeat & gratia. De Ulyſſe facundo ait Poeta:

Auctoris duæ de S. Augustino lucubrationes.

Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.

Hæc piis amicis pie alludendo & pie commendando oramus & præſentes & poſteros memores eſſe affectus noſtri & ſervitii devoti quamvis ingrati.

INCIPIUNT CAPITULA.

i. CAP. Victore mundi Domino regna captivati Tyranni ſuis palmigeris diſtribuente AUGUSTINUS divinus Legatarius a Romano apice hæreditatem ſortitur Oceanitidis Britanniæ.

ii. Deſcribitur hic Auguſtinenſis mundus, ut quidam terrenus paradiſus rerum fecundus & gratioſus.

iii. Hoc ingens hujus omnibus domicilium paravit Dominus ſuo Auguſtino, ut ab initio conditum mundum homini condita; & Auguſtinus relinquens patriam factus eſt in gentem magnam.

iv. Hunc Papa GREGORIUS aſſumpſit, quem pro ſe mitteret in Angliam, ut Anglos gentem candidam, gentem faceret Angelicam.

v. Mittitur vir virtutum cum quadraginta Evangelicis Collegis ad convertendam Angliam; eunt armati ad fructiferam gloriæ patientiam.

vi. Sancti rumore pravo exterriti, Gregoriana epiſtola ad cœptum iter virtutum fortius per Auguſtinum ſunt animati.

vii. Epiſtola B. Gregorii ad ipſos ut perſeveranter agant & Auguſtino obediant.

viii. Epiſtola ejuſdem Papæ Arelatenſi Archiepiſcopo Ætherio, ut Auguſtino ejuſque conſortibus neceſſaria provideat.

ix. Auguſtino referente ſociis Apoſtolica mandata, feſtinant per adverſa & proſpera ad vera præmia, conſolante eos etiam miraculis ſuperna gratia.

x. Andegavæ Dei peregrini per fœminas expulſi, evolantem baculum de manu Auguſtini per tria ſtadia ſecuti noctu ſub dio quieſcentes irradiantur ſplendore cœleſti, & ſatiantur fonte divinitus producto humi: ſcripſitque ibi Dux nomen & cauſam itineris ſui.

xi. Vicini tanto jubare noctu viſo perterriti, mane ad locum currunt, in amiſſis Sanctis reatum ſuum plangunt, ex litteris in terra deſcriptis Auguſtinum cognoſcunt: Eccleſiam ibi in ejus honore, quæ omnem fœminam perpetuo excludit, conſtituunt.

xii. Matrona cum ceteris hanc tentans intrare, ante limen in ipſa vetita meta ruptis inteſtinis interiit, cunctaſque ſui ſexus acrius exterruit.

xiii. Mi-

AN. CHR. 607 26. Maji. xiii. Miraculum auditum ab ipſo Andegavenſi Epiſcopo qui hanc Eccleſiam reædificatam dedicavit: qualiter in dedicatione funditus conculcatæ ſegetes ac penitus deſperatæ omnibus aliis uberiores extiterint in meſſe.

xiv. Auguſtinus cum ſociis poſt diverſa terrarum diſcrimina applicuit Britanniam ad manſionem perpetuam Divinitatis præordinatam.

xv. Tanetus inſula Chriſtum in ſanctis ſuis ſuſcepit prima, felix tellus fecunditate ſua tot Deiferorum advenarum feliciſſima.

xvi. ÆTHELBERTUS Rex Anglorum Regum tertius, ſed Chriſticola primus, uxore Chriſtiana clementior optimum æternæ ſalutis nuntium ab Auguſtino ſuſcepit, ſed non facile adquieſcit, ut ex difficultate Sanctis gloria accreſcat; venit in Dnoetum audire advenas, Dominicæ Crucis vexilliferos & præcones.

xvii. Auguſtinus exponit Regi optimum nuntium quod attulerit, videlicet mundi conditorem & Redemptorem humano generi Regnum cœlorum aperuiſſe, & de terrigenis cœleſtes indigenas feciſſe, & homines ita dilexiſſe, ut homo fieri atque inſuper poſt innumera Divinitatis ſuæ miracula & oſtenta pro hominum morte crucis mori voluerit, & ſuos Legatos ad convertendas nationes omnibus tormentis invincibiles inextinguibiliter accenderit: quodque ipſi tali charitatis flamma ſtimulante advenerint.

xviii. Rex Æthelbertus laudat quidem æternæ beatitudinis promiſſa & colligit Sanctos pro illorum benivolentia: ſed neſcit adhuc vetuſti erroris tenebras exuere & indui Luce nova.

xix. Regis clementia, immo Dei providentia, ſancti advenæ cum elato Dominicæ Crucis vexillo & canoris precibus in perpetuam habitationem Doroberniæ ingreſſi, vivebant Angelice ut peregrini mundi & indigenæ cœli & coheredes ſibi gliſcentes Regni Dei.

xx. In Orientali Doroberniæ Eccleſia B. Martini olim a Romanis Chriſtianis condita, fidus Reginæ cuſtos B. præſul LETARDUS agebat divina officia quæ ſacratiſſimus Auguſtinus cum ſuo choro irradiabat Apoſtolica vita & doctrina, & ſignorum, qua plures convertit affluentia.

xxi. Victus Rex per dulcia æternæ felicitatis blandimenta & irrefragabilia virtutum exempla, ſubjicitur Chriſto fide devota.

xxii. Rex de excelſo humillimus, de Principe puer Eccleſiaſticus baptizatur in ſummæ Trinitatis confeſſione & nomine, repletur candida Chriſti columba, fit de veteri idololatra novus Chriſticola. Hinc Auguſtinus gloriam Deo canit cum ſuperna chorea gaudens ſua vota ſic proſperata.

xxiii. Gloriatur Rex fraternitate nova de Ducum & plebium combaptizatorum turba, nec jam ſuum Regnum æſtimat quod adminiſtrabat, ſed totum cum ſubjectis ſibi Regibus & populis in dulcem Chriſti ditionem transferre ac dilatare decertat; Epiſcopia, Monaſteria, Eccleſias tamquam Dominica caſtella regaliter ædificat.

xxiv. Auguſtinus præbens ſe electioni Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ, nimirum Aſſumptioni Dominicæ ab Arelatenſi Archipræſule conſecratur in primitivum Patriarcham Angliæ, perpetuamque benedictionem refert Doroberniæ.

xxv. Mittit Auguſtinus Romam nuntiare beato Gregorio Regem & populum Anglorum cultum Chriſti ſuſcepiſſe, ſe Epiſcopum factum eſſe, jamque multæ meſſi operarios deeſſe. Qui Papa remittit Apoſtolicum Pallium & plurima Doctorum auxilia, & diverſarum interrogationum reſponſa.

xxvi. Epiſtola beati Gregorii Papæ de miſſo Pallio, de jure Londonienſis Epiſcopi, de Eboraci Metropolitano, & de Auguſtini ditione ſuper omnes Sacerdotes Britanniæ.

xxvii. Item ejuſdem per Mellitum ad Auguſtinum epiſtola, ut deſtruantur idola, & fana bene conſtructa aqua benedicta ad Divina purgentur officia; nec diabolo animalia Fideles immolent, ſed ad laudem Dei in eſum ſuum animalia occidant, & donatori omnium gratias referant.

xxviii. Item ipſe Papa auditis tot tamque aſſiduis Auguſtini miraculis ſicut gaudens in gloriam Dei exclamat, ſic timens humanæ imbecillitati ne inſoleſcat, virum virtutum miſſa Epiſtola attemperat.

xxix. Item ipſe beatus Gregorius Æthelberti Regis ſuſceptæ Chriſtianitati congaudens hortatur eum dulci epiſtola hanc gratiam ſollicite ſervare, & hanc in ſubditos ſibi populos ocius extendere, idola exterminare, fana evertere, ſubjectos exhortando, terrendo, corrigendo, ædificare exemplo Conſtantini piiſſimi Imperatoris, qui abjectis idolis Romam cum gentium populis tota mente ſecum ad Chriſtum convertit, ſimul monet ut Auguſtino obediat, quatenus illum Deus pro ipſo orantem citius exaudiat.

xxx. Venerabilem quoque Reginam BERTAM idem præcellentiſſimus illuſtrator Eccleſiarum gratifice laudat epiſtolari ſerie, tam pro Regis converſione quam pro pia erga beatum Auguſtinum ſuoſque conſortes procuratione, hortaturque hæc famoſa merita attentius augere.

xxxi. Hos epiſtolarum Gregorianæ dulcedinis favos beatus Auguſtinus omnium virtutum gradibus ſideream ſcalam tranſcendendo colligens, hos quoque Rex & Regina pro ſuo affectu & capacitate haurientes nitebantur Apoſtolicis documentis obſequi, ut poſt peritura Regna mererentur cœleſtia conſequi.

xxxii. Brit-

xxxii. Brittones Anglorum debellantium reliquias ab Eccleſiaſtica regula diſſidentes convo- AN.CHR.
catos Regis ope Auguſtinus tota paterni affectus inſtantia decertabat ad legitimam om- 607
nium concordiam adſciſcere; ſed difficillimum eſt irrationabiliter rationi repugnantes corri- 26. Maji.
gere.

xxxiii. Cauſidicus Domini advocato in medium cæco, In hoc, inquit, oſtendat Dominus rerum, cujus partis dogma ſit verum. Proponit cæcum Brittonibus curandum, illis recuſantibus ſigno Crucis cæcum illuminat Auguſtinus: victi Brittones petunt inducias dum ſuos conſulant, & ſynodus iteratur.

xxxiv. Conſulti Brittonum Pontifices, ut Auguſtinum advenientibus aſſurgentem tamquam mitem & humilem corde reciperent; reſidentem vero ut ſuperbum & ferocem repudiarent. Venere, & ſedentem ſibique non aſſurgentem indignanter reſpuere, quos ille adhuc clementius cupiens lucrari, proponit tria ſervanda, ceteris modo data tolerantia; ut Paſcha ſuo tempore ſicut omnes Eccleſiæ celebrarent, ut Baptiſmi ſacramenta Eccleſiaſtico ordine peragerent, & Anglis una ſecum Evangelizando fratres & concives Regni Dei acquirerent. Sed illis omnia repudiantibus prædicit ab his perituros, quos nollent habere ſalvos.

xxxv. Hanc præconis Domini prophetiam Rex Anglorum Æthelfridus immaniter exegit; qui Brittones bello delevit, & de eorum Monachis contra ipſum acrius oratione pugnantibus mille ducentos extinxit.

xxxvi. Poſt Brittonibus incorrigibilibus prædicta mala Auguſtinus omnium ſaluti intentus, Eboracam Metropolim adiit, in itinere hominem paralyſi & cæcitate deſtitutum erigit & Chriſtianum fecit.

xxxvii. Quod in die Natalis Domini pluſquam decem millia credentium abſque parvulorum, mulierum infinito numero in fluvio Sioalira baptizavit.

xxxviii. Ubi intranſvadabile profundum non ſolum incolumes tranſierunt, verumetiam omnes infirmi ſanitatem receperunt, ubi & in memoria B. Auguſtini condita Eccleſia multa fidelibus præſtantur beneficia.

xxxix. De epiſtola B. Gregorii Papæ ad S. EULOGIUM Patriarcham miſſa; in qua gloriatur in Domino de Anglorum converſione per Auguſtinum facta: & quod ipſe & qui cum eo miſſi ſunt, Apoſtolorum virtutes & ſigna imitari videantur, & de decem millibus vel amplius uno die baptizatis.

xl. Regrediens feliciter ab Eboraco: occurrit ægro fœdo candore lepræ tabeſcenti, lacrymabili querimonia paternam ipſius clementiam muſſitanti: qui clamoſa pietate audit cum Domino clamoſum taciti murmuris deſiderium, & in virtute dicentis in Evangelio, *Mundare*, acta fide hunc luridum reddit mundiſſimum.

xli. Auguſtinus omnibus bonis deſiderabilis, ſolis inimicis lucis odibilis, indomabiles Sanctorum injuriatores æterno opprobrio in ſpiritu Heliæ deſignat, qui ſupplices ægros jugiter ſalute reformat.

xlii. Additur huic mulctæ aliud in alia incorrigibilium gente judicium; ut videlicet novo & inexperto prius huic orbi omnes & minimo uſque ad maximum ſulfureo flagrarent incendio, donec ab impietatis ſcoria conflati in maſſam fidei pretioſam purgarentur: & inextinguibilis pœna ſolo Baptiſmate Chriſti Auguſtino ſuccurrente extinguaretur; & hæc clades ab hac patria perpetuo eliminatur.

xliii. Auguſtinus ejuſque ſocii a prænumeratis repugnatoribus digreſſi gravi exæſtuant ſiti, ſed ipſum Ducem Dominus ſua apparitione & allocutione conforrat, ut pro quocumque fideliter petierit impetraturum ſe eſſe firmiter credat.

xliv. Vates Domini in loco, ubi fons vitæ apparuit, baculum fixit, & fontem ſitientibus largiſſimum & variis morbidis ſalutiferum produxit, locum a cernendo Deum *Cerbel* appellavit: ibique Eccleſiam in memoriam tantæ revelationis Domino Salvatori condidit, ubi etiam Monaſterium in honore principis Apoſtolorum Petri conſtructum excellit.

xlv. Parrochiano Sacerdoti Cernelli morbo in mortem anhelanti Auguſtinus nocte apparens, jubet ut ad præfatum fontem ſuo nomine vulgatum pergat; ibique quinquageſimam Pſalmum tertio cum erina ablutione corporis concinat: qui ſurgens vires eundi recipit, juſſis obediens ſanus redit, mane Sacerdotalia officia populo reſolvit.

xlvi. Auguſtinus peragrata ex parte Brittannia ad perpetuam manſionem ſuam Doroberniam egreditur, & ut ſolis ſui recurſus omnium gaudio recipitur.

xlvii. Juvenem greſſibus, auditu & loquela damnatum pius curator redintegrat; rurſumque ſolita inſolentia abuſum ſanitate & priori repercuſſum debilitate, rurſum Patris benignitas tripilici ſalute reſtaurat.

xlviii. Legitur ut B. Martyri LIVINO in baptizando affuerit, ut cœleſtis ſplendor ſuper baptizatum affulſerit, dextra divina ſigno Crucis ter illum benedixerit: tum ut juſſu & ductu Angelico ſuper longi maris undas quaſi florido prato pedibus ad Auguſtinum venerit, & ab eo totius perfectionis documenta acceperit: quem apud ſe quinquennio detentum Sacerdotem Domino conſecrat, donatumque liberaliter Sacerdotalibus inſigniis & de diſcipulo magiſtrum Gentis ſuæ relegat.

xlix. Atteſtatio VATURNOSI, quem tertia progenies ſua hodietenus durans aſſerit B. Auguſtinum vidiſſe, & de lubrico ac nebuloſiſſimo Chriſtianum modeſtum ab ejus ba-

AN.CHR. 607 26. Maji.

ptiſterio reſurrexiſſe; Ipſum vero jugi turba vallante innumerabilia ſigna patraſſe. Referebat etiam modernus ſuperſtes ab antiquo avo relatam S. Patris formam & perſonam patriciam, ſtaturam proceram; ipſumque nudis pedibus patrias luſtrando callos in plantis attraxiſſe.

l. Jam æternis amoribus totus ſaucius, jam a terrenis tumultibus in requiem Domini abſorptus, vim faciebat cœlo crebris precum, ſuſpiriorum & lacrymarum pulſibus. Tandem, intelligens ex Spiritus ſancti reſponſo ſuum exauditum deſiderium, B. LAURENTIUM Apoſtolicis virtutibus præclarum ſuorumque comitum præcipuum, Rege cum confluo populo immenſum congratulante, ordinat cum omni ſolemni gaudio ſibi ſucceſſurem, ut quondam Apoſtolorum princeps Petrus Clementem, videlicet ob novellæ informationis neceſſitatem.

li. Jam melliflue exhortato Rege & Eccleſia ac populo ut perſeverent in fide & amore Chriſti, relinquens omnibus perpetuæ dilectionis pignora, præſente Rege & Pontifice Laurentio, inter omnium lacrymoſa examina, vallante eum cœleſti chorea, tranſit ad æterna Domini ſolemnia: quos infimi laudatores proſequamur non exequialibus planctibus, ſed triumphalibus cantibus.

lii. In Monaſterio quod condidit, a S. Laurentio dedicato reconditur pretioſiſſimum ſui corporis margaritum cum jubilo.

liii. Quam pulchre Roma Eccleſiarum parens tanta pignora edidit, qui totius Brittannici Oceani patres & inſtitutores eminerent: quanto odore ſuavitatis & ſplendore gloriæ unus amor & unum cubiculum ſimul aſtringit, qui diſtincti per diverſas mundi nationes ſinguli patroni ſingulis populis ſolariter prælucerent.

INCIPIT LIBELLUS DE ADVENTU BEATISSIMI Anglorum Apoſtoli Auguſtini ſociorumque ejus in Britanniam, & de ipſius virtutibus.

CAP. I. Augustinus mittitur in Britanniam Iſa. 18. 1.

Pontentiſſimus Triumphator mundialis tyranni omnia trahens ad ſeipſum in Crucis examine, habens perolim præſcripti nominis inſignia, *Velociter ſpolia detrahe, feſtina prædari*, univerſa captivi prædonis ſpolia ſuis ducibus victoribus diſtribuit; Petrus arcem rerum Romam comprehendit, Paulus procinctu belli omnia ſubegit, Andreæ Achaja, Joanni Aſia, Matthæo Æthiopia, Thomæ & Bartholomæo contigit vaſtiſſima a ſolis ortu India: & ne per ſingula prolonger, tandem ſummus Dominicarum nuptiarum prætentor GREGORIUS orbem terras Apoſtolicis alis amplexus eſt; AUGUSTINUS vero, cui hæc corona gemmis æthereis texitur, alterum Brittannici Oceani orbem ſuo apoſtolatu præcinxit. Felix Roma, quæ poſt primos theoricæ Fidei principes tam principales Eccleſiæ edidit conſules. Hæc olim præpollens AuguſtaliMonarchia, deinde bellorum turbinibus pene ſubmerſa remanſit, ut gigneret hæc duo magna mundi luminaria, alterum quod præeſſet diei, alterum quod præeſſet in diem vertendæ nocti. Gregorius in filiis lucis præluxit Chriſtiano orbi velut ſol diei: Auguſtinus tenebroſum gentilitatis orbem & nocturnum chaos Oceani illuſtravit lampade lunari, atque aurora ſuccedente vertit in ſolarem meridiem Chriſti. Hanc obſtinatam mundi zonam armis gentium ac dæmonum ſeptam Auguſtinus invadit animoſius, quam quondam Centopolim montem Ebron Caleph magnanimus. Hæc eſt in Chriſto portio tua, hæc hereditas, hæc cœlo tranſlata patria. O ſtella Romæ nativa, & noſter in hac plaga Patriarcha! Hanc Domino acquiſiſti, acquiſiſti Domino & ipſe poſſediſti. Quidquid pietatis hæc terra germinat, quidquid florificat, quidquid fructificat, tu cultor, tu ſator, tu plantator es; totum in Domino tuum eſt. Quidquid etiam Sanctorum protulit: tu inſtitutor, tu primicerius, tu princeps es; omnia te reſpiciunt, te comitantur, te coronant, quæ Domino allaboraſti: labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Te Reges, Proceres, Patres, genſque ſequitur: te protectorem concinunt & protopatrem.

II. Britanniæ deſcriptio.

Sed qua laude attollam hunc Auguſtinienſem mundum? Quidam terrenus terrenis eſt paradiſus; quidquid opum ubivis habetur, aut hic naſcitur, aut confluis undique nationibus circumfuſo amphitrite invehitur. Credas maximum orbem divitias ſuas ac delicias, quæ particulatim in ſuis partibus prærogat, hic pariter aut inveniſſe aut theſauriſaſſe. Regnum eſt imperiale. Romanis Cæſaribus Auguſtaliter regnatum, qui ſe tam hic quam Romæ gloriabantur

rerum

rerum habere ſolium. Tellus copioſa omnium ſationum & plantationum fecunda, ubertim procreans non ſolum patriæ aſſueta, ſed adeo Græciæ vel remotioris horum plantaria. Patet ampliſſime uberrimis agris, vernantibus pratis, diffuſis campis, pinguibus paſcuis, gregibus lactifluis, equis & armentis bellicis. Irrigant crebreſcentes fontium ſcaturigines, rivuli ſalientes, flumina inſignia & famoſa; Lacus & ſtagna piſcibus & avibus ac navali commeatu aſſidua, urbibus & populis accommoda, frondent luci & nemora: campeſtria & montana glande & fructibus ſilveſtribus plena, diverſis venatibus opulenta. Sunt & ſilvæ caſtaneæ divitum epulis acceptæ: vinetis quoque non ſolum Gallicis & Italicis, ſed etiam Albanis, Argolicis & Puniceis arvis reſpondebit uberrimis. Sunt hic fontes ſalinarum, ſunt & fontes calidi, calidique fluvii balneis calidis exſtructi. Quid dicam maris divitias, quæ non ſolum navalibus mercibus, verum etiam innumeris piſcium generibus hoc Regnum & replent & decorant? Inter quæ diverſa ac magna natilia capiuntur paſſim, delphini & vituli marini, atque inſuper montuoſæ balenæ. Rubent conchilia ſuper Indicas ac Sydonias tincturas; & decorem ſuum dum alia omnia vetuſtate mutant aut minuunt, hæc tenacius illuſtrant, nec ſole nec imbre violant. Ineſt conchis ornamentorum pretium, unionum ſcilicet gemmantes orbiculi, candore ſplendidi & margaritarum multicolora decora. Rubent aliæ, aliæ virent, hæ purpureo, hæ hyacintino, hæ praſino colore veſtiuntur: ſed major harum candicat multitudo. His aurificum ingenia inter præclaros lapides aurea Eccleſiæ adornant monilia. Ipſos etiam æquat aut ſuperat aurea Anglicarum virginum textura, quæ Regia & Pontificalia inſignia intincto murice, coccoque bis tincto flammantia ſplendidis unionibus & margaritis cum præcellentibus gemmis prætexto auro inſtellant, & pretioſa ſtemmara artificii mixtura amplius irradiant. Uniones tantum Heſperia Brittannia & Eoa India ſororiſant. Hæc etiam gagatem prodige gignit lapidem, eo pretioſiorem quo aliis ſæclis rariorem; hic eſt gemmea nigredine fulgidus. Invenitur quoque purpureus, cereus, albidus, viridis. Ardet igni admotus ubi confricatus incaluit; levem materiam attrahit ut adamas ferrum: ubi intenditur, ſerpentes fugantur. Venis nihilominus metallorum æris, ferri, plumbi, ſtagni, argenti & auri divites maſſæ eviſcerantur. Mirere & rupes & ſcopulos aerios, Templaque paſſim & mœnia de ſaxoſis montibus operoſa & quodam nativo marmore decorata.

AN.CHR. 607 26. Maji.

Hoc ergo tam ſpecioſi & opulenti orbis ingens domicilium prodiga manus Domini dilecto ſuo Auguſtino præparavit, qui quondam ubi mundum condidit & omnem ejus ornatum perfecit, conditum tandem hominem amicum, cui hæc paraverat, introduxit. Beatus igitur Auguſtinus dimiſit dulcem alumnam & auguſtam matrem Romam, amplectens pro patria peregrinationem longinquam & periculoſam: ut de frementibus nationibus in patientia fructum ferret, & hereditatem ſempiternam Chriſto acquireret. Exivit de Senatoria cognatione ſua cum Patriarcha Abraham, & veniens in terram a Deo proviſam factus eſt in gentem magnam. Multiplicatus eſt ut ſtellæ cœli in Sanctorum multitudine ſequaci & gentium populo fideli. Bene itaque in tot filios dilectionis excrevit, qui pro alienigenis animam ponere venit. Alii fortiter, iſte & fortiter & feliciter vicit, qui martiali animo incruentum martyrium tulit. Bene etiam qui omnia reliquit & cœli Regnum obtinuit, & hic omnia centuplum recepit: cujus Angelica charitas & generoſiſſima liberalitas, quæ omnibus largiſſima & ſibi metipſi erat parciſſima, hoc abundantiſſimum Regnum ſuperbis Auguſtis pomposum, calcato appetitu fecit omnibus beneficioſum. Felix paupertas quæ tam multos ditavit: beata abſtinentia quæ ſemper indeficientem familiam paſcit. Quo ſe artavit, nos amplificamur: quod jejunavit, nos epulamur: immo ipſe in ſuis heredibus omnia poſſidet & exaltatur. Sed dum iſta ſcribimus, hoc maritimum Elyſium revireſcente mundo floruit, & inter Paſchalia floreta, ſplendidi Auguſtini ſidereo Natalitio inſtante, omni decore arriſit. Juvar ergo ad præſignati ipſius adventus feriem recurrere, ac demum de innumeris ejus virtutibus aliqua retexere.

III. Auguſtino credita.

Tempus hujus ſcriptionis.

AN.CHR. 607 26. Maji.

IV. Gregorius qua occaſione Auguſtinum præ ſe mittit in Angliam.

Viderat inſignis legiſer Domini Gregorius venales Romæ pueros crine rutilo & forma eximia gratioſos; utque erat viſceribus charitatis in omnes diffuſus, percunctatur ardenter nomina gentis, provinciæ ac Regis illorum. Audit quod incolæ Angli, provincia Deira, Rex ALLE *a* vocitaretur; ſed omnes paganiſmo obſequerentur. Ingemuit benigna anima flores paradiſo Dei tam congruos tetris dæmonum aris addictos: ſed mox uti Propheticus interpres adgaudens nominum auſpiciis: Bene, inquit, Angli Angelica facie nitidi: bene Deiri, de ira Dei cernendi: bene quoque Rex dicitur Alle, cujus terra cantetur Alleluja. Invaſit ergo iter ad Anglos convertendos: ſed populi Romani factione, immo Spiritu Domini JESU omnia provide dictante retractus eſt, videlicet alii amico hanc gratiam ſervante Domino. At ubi Apoſtolatum Romæ ſuſcepit, unde gravius ab intentione ſua præpeditus extitit, inde potentius conſilium invenit. Quod enim per ſe non potuit, per ſplendidam lucernam ſuam & armigeram dexteram Auguſtinum explevit. Hunc invenit ſecundum cor ſuum, unicum in Domino ſancti deſiderii ſui remedium, virum omnium virtutum ad Dominica bella paratum, per ardua & ſortia coronæ avidum, ut turrim David munitum, in qua clipeus & haſta omniſque armatura fortium, atque ad omnia comptum; vas ſcientiæ Dei Evangelicum, vas electionis Domioi aureum. Mirabatur generoſum animum ſua attentiorem exhortatione, ut videretur non tam ſequi velle ad palmam, quam præcurrere.

V. Auguſtinus cum ſociis 40. miſſus.

Collecto itaque Angelico eruditorum Chriſti præconum contubernio qui comites, adjutores & cooperatores Evangelici exiſterent; duci Auguſtino, poſtquam omnes ad propoſitum opus accepit promptos & unanimes, inceſſabiles totius bonæ voluntatis auctori immolat grates. Nec mora, exhortatos diligentiſſime & armatos ad fructiferam gloriæ patientiam, omnibus pene proviſis quæ mundi peregrinis competerent, Deo & Angelis pacis commendat, & in viam perpetuæ ſalutis deſtinat. Longum eſt exponere, ſed pium eſt recolere, tam ſanctæ tamque dulces animæ beatorum Gregorii atque Auguſtioi ſanctorumque Fratrum a marernis viſceribus Monaſterialis Eccleſiæ avulſorum, quæ ſpicula vulneratæ charitatis in ſeparatione corporali ſenſerint, quas imprecationes beatæ reſtitutioois, quæ ſuſpiria, quas lacrymas invicem reddideriot: cum ſe ultra dilectam patriam, immo mutuos aſpectus tam deſiderabilium Patrum ac ſociorum in hoc exilio viſuros non ſperarent, & ad tam longinquam, tam externam barbariem, tamque incerta vitæ diſcrimina rranſmigrarent. Sic quondam arcam Domini ſerentes vaccæ & poſt fetus abſtractos mugiebant, & rameo a recta viæ linea nuſquam declinabant. Sancti namque euntes ibant & flebant tranſeundo ad vitæ patriam, mittentes in lacrymis ſemina virtutum: venientes autem venient in reſurrectione cum exultatione portantes manipulos lætitiæ de luctu & morte. Annus tunc erat ab Incarnatione Domini ſexceoteſimus *, Principatus autem Mauritii ab Auguſto quinquageſimi quarti annus quartus decimus, ex quo vero Angli Brittanniam invaſerant annus circiter centeſimus quinquageſimus: ordinationis autem beati Gregorii Papæ quartus *b*, cum ipſe Romanorum Pontificum gemma illuſtriſſima, hæc ſiderea Auguſtino præfulgente Anglis miſit luminaria. Tot Domioicæ Legationis manipulares ad quadraginta numerantur, quaterno ſcilicet denario legis & Evangelii quatuor animalia imitantes. Tot olim Legiſer ad conſiderandam terram repromiſſionis miſerat exploratores, ſed illi præter duos perfidi, iſti eraot fideles: illi filii alieni Domino ſunt mentiti, iſti filii adoptionis adhæſerunt veritati. Procedebant ut oves ad victimam, grande ſcilicet ſpectaculum mundi, Angelis & hominibus ſpectabiles, aeriis poteſtatibus ut acies ordinata terribiles.

* lege 596.

VI. Jam eminus a cognata domo exceſſerant aliquot dierum itinere alacres viam man-

a De Alla Rege Deirorum, Northanimbriæ populi, qui modo Eboracenſes, vernacule *YorKe-Sibre* appellantur, legendus Willelmus Malmesb. in lib. 1. de Regib. Angl. cap. 3.

b Legendum, *ſextus*, qui error a Joanne Diacono in lib. 2. Vitæ S. Greg. cap. 33. acceptus videtur. Certe Epiſtola Gregorii ad Auguſtinum infra cap. 7. relata, ſcripta legitur Indict. 14. quæ anno Chriſti 591. reſpondet.

AN.CHR. 607

mandatorum Domini percurrere : at vero dicente veritate : *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*; &, *Sine me nihil poteſtis facere*; docendi erant ex humana imbecillitate non de ſe præſumendo, ſed in Deo ſperando viriliter agere, & in ipſo qui vicit mundum vincere. *In Deo*, inquit Pſalmiſta, *faciemus virtutem*. Dei itaque Athletæ immemores conſtantiæ ſuæ, ſurripiuntur vaniloqua hominum ſama ſallacia Dæmonum ventilata. Nuntiatur quod Gens quam peterent immanior belluis exiſteret, quod crudelitatem epulis præferret, quod ſanguinem innocentum ſitiret, quod Chriſtianam fidem abhoreret, quod ſalutis doctoribus tantum ſuppliciis & cædibus reſponderet. Sanctos quidem ſine cauſa plecti poſſe; hoſtes autem veritatis nec ratione nec ſignis flecti. Hinc ergo deſperantes talium ſaluti & ſuo profectui, Præpoſitum ſuum reniti non valentem Auguſtioum ad beatum Gregorium ſecere Legatum, quem Anglis ſi Chriſtum ſuſciperent dederat Epiſcopum : orantes humillime per ipſum, quatenus eos abſolveret a tam periculoſo & inſructuoſo apud ignotas linguas diſpendio laborum, & placidum ad ſua annueret reditum. Tales enim adhuc erant invalidi & ad Dominicam quidem expeditionem prompti ſed inexercitati: ſicut quondam Diſcipuli Domini volentes ſed non valentes illum ad paſſionem ſequi. Interim condebantur ſub aſylo donec induerentur virtute ex alto. Viſa vero ipſius Reſurrectioois & Aſcenſionis gloria, ita ſunt animati, & Spiritus Paracliti capaces effecti, ut paſſionum ipſius participio plus gauderent, quam timerent illum ad æthera ſubſequi. Poterat tunc magnanimi Gregorii charitasquaſi de ſruſtrato incepto & de ludibriis dæmonum inſultantium perturbari, niſi ſperaret in nomine Domini, in quo ſua cœpta credebat ſeliciter perfici. Repletus ergo ſpiritu virtutis, mittit per ducem Auguſtinum Chriſti peregrinis hanc epiſtolam paternæ exhortationis, ſuadens & ipſi obtemperare, viamque & opus cœptum uſque ad palmam & coronam gloriæ io Dei adjutorio fidentes perficere.

26. Maji.
Marc. 26. 41.
Jo. 15. 5.
Pſ. 59. 14.
Viri Apoſtolici a propoſito deterrentur.

VII.
Gregorii Epiſtola confirmantur.
Apud Bed. lib. 1. Hiſt. Angl. cap. 23.

„ GREGORIUS ſervus ſervorum Dei ſervis Domini noſtri. Quia melius „ fuerat bona non incipere quam ab his quæ cœpta ſunt cogitatione retrorſum „ redire; ſummo ſtudio, dilectiſſimi filii, oportet ut opus bonum quod auxi„ liante Domino cœpiſtis impleatis. Nec ergo labor vos, nec maledicorum ho„ mioum linguæ deterreant, ſed omni inſtantia omnique ſervore quæ inchoa„ ſtis Deo auctore peragite, ſcientes quod laborem magnum major æternæ re„ tributionis gloria ſequitur. Remeanti autem Auguſtino Præpoſito veſtro, „ quem & Abbatem vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite, ſcien„ tes hoc veſtris animabus per omnia proſuturum, quidquid a vobis fuerit in „ ejus admonitione completum. Omnipotens Deus ſua vos gratia protegat, & „ veſtri laboris ſructum in æterna me patria videre concedat : quatenus etſi „ vobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inveniar, quia la„ borare ſcilicet volo. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi filii. Data „ die decima Kalendarum Auguſtarum imperante Domino noſtro Mauricio „ Tiberio piiſſimo Auguſto anno decimo quarto, poſt Conſulatum ejuſdem Do„ mini noſtri anno decimo tertio, Indictione decima quarta.

VIII.
Arelatenſi Epiſc. commendantur.
Regiſt. lib. 5. Epiſt. 52.

Arelatenſi quoque Archipræſuli ÆTHERIO [a] ut Auguſtino ejuſque ſociis Chriſti Legatis in Brittanniam neceſſaria ſolatia provideret ita ſcripſit ſecundum „ nomen ſuum omnibus vigilans Gregorius; Reverentiſſimo & ſanctiſſimo fra„ tri ÆTHERIO Coepiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei. Licet apud „ Sacerdotes habeotes Deo placitam charitatem religioſi viri nullius commen„ datione indigeant; quia tamen aptum ſcribendi ſe tempus ingeſſit, Fraterni„ tati veſtræ noſtra mittere ſcripta curavimus, inſinuantes latorem præſentium „ Auguſtinum ſervum Dei, de cujus certi ſumus ſtudio, cum aliis ſervis Dei „ illuc nos pro utilitate animarum auxiliante Deo direxiſſe. Quem neceſſe eſt „ ut

[a] Legendum VIRGILIO, nam Ætherius Sedi Lugdunenſi, Virgilius Arelatenſi tum præerat. Hic error ex Bedæ lib. 1. hiſt. cap. 24. in Anglicos Scriptores propagatus eſt. Notandum tamen iſtam Epiſtolam in Regiſtro non inſcribi Epiſcopo Maſſilienſi, ſed PALLADIO Santonenſi, PELAGIO Turonenſi & SERENO Maſſilienſi Epiſcopis Gall.

AN. CHR. 607 26. Maji.

„ ut Sacerdotali ſtudio Sanctitas veſtra adjuvet, & ſua ei ſolatia præbere ſe-„ ſtinet. Cui etiam ut promptiores ad ſuffragandum poſſitis exiſtere, cauſam „ vobis injunximus ſubtiliter indicare, ſcientes quod ea cognita, tota vos pro- „ pter Deum devotione ad ſolatiandum, quia & res exigit, commodetis. „ CANDIDUM præterea Presbyterum communem filium, quem ad guber- „ nationem patrimonioli Eccleſiæ noſtræ tranſmiſimus, charitati veſtræ in om- „ nibus commendamus. Deus te incolumem cuſtodiat Reverentiſſime Frater. „ Data die decima Kalendarum Auguſtarum imperante Domino noſtro Mau- „ ricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno quartodecimo, poſt Conſulatum ejuſ- „ dem Domini noſtri anno tertiodecimo, Indictione quartadecima *.

* nempe anno Chr. 596.

IX. Auguſtinus cum ſociis iter proſequitur.

Hæc igitur Apoſtolica documenta referente & altius intentante ſociis Auguſtino ita ſunt confirmati, ut fortius quam cœperant cœpta percurrere intrepide gauderent, & more optimorum militum acrius poſt fugam victoriam extorquerent. Ibant ergo cum cœleſtibus animalibus ante facies ſuas, & non revertebantur cum incederent. Jam eis Dux ſuus magnanimus Gregoriano ore dicere videbatur Auguſtinus: Cum jocunditate exibitis & cum gaudio deducemini. Nam & montes Reges, & colles Duces vobis exilient expectantes vos ſuſcipere cum gaudio. O immenſum gaudium, quo, licet per aſpera & acerba, itur ad interminabile Regnum cum indeficienti copia meritorum & dulci fructu quæſitorum Deo filiorum! Hæc intelligentes Sancti feſtinabant per adverſa & proſpera, per plana & dumoſa tranſire ad vera præmia, ad omnia patientes, uſque ad mortem facti obedientes. Inter tot autem virtutum merita ſemper B. Auguſtinum comitabantur miraculorum lumina: ex quibus innumeris in Andegavenſi opima Galliæ provincia celeberrimum eſt quod ibi tunc peregrinus exhibuit: pro quo ejus honori Eccleſia conſecrata nullam unquam fœminarum admittit. Unde multi honoratiſſimi viri Andegavenſium venientes Cantuariam ad S. Auguſtinum, vehementer admirabantur, hic ubi corporaliter requieſcit, tam licite & libere omnes fœminas intrare, quam ibi nullam hujus licentiæ gratiam conſequi poſſe. Quibus mirantibus reſpondebatur a Fratribus, illas videlicet quæ Sanctum expulerunt merito a ſua Eccleſia repelli: iſtas vero quæ hunc ſuſceperunt ultro ab ipſo debere recipi. Jam olim quippe plurimi illius Gentis nobiles & clari Proceres ſimulque Eccleſiaſticæ dignitatis reverendi Patres in Anglia, & maxime apud ipſum ſuum, ut gloriantur, Patronum Auguſtinum frequentes horum quæ apud ipſos geſſit conſtantiſſimi celebrantur aſſertores. Hi omnes ſuis ſucceſſibus beatificabant Angliam & maxime Apoſtolicam Doroberniam in ſummi Auguſtini prærogativa & in ipſa corporali ejus præſentia tamquam corporali vita, cujus apud ipſos eſſet tam indelebilis memoria, & frequentia miracula, vel ſcripta, vel ſcriptis evidentiora. Hic ergo referamus ex publica notitia, quæ ibi ſuæ præſentiæ reliquit ſigna.

X.

* al. Pons Cæſaris vulgo le Pont de Co.

Ab Andegavis repulſus miraculum patrat.

Agens ſane Dominicam legationem, ut prænotatum eſt, a Roma in Angliam, in Andegavenſi Provincia Pontum *Sai* * nuncupatum milliari tractu ſuper Ligerim fluvium lapideo opere productum cum illo ſancto choro tranſiit ſociorum. Quibus adjacenti villæ *Sai* ejuſdem nominis conantibus ſuccedere, incolæ hoſtilitatem pro hoſpitalitate reſtitere, & tot homines peregrinos pedeſtri inceſſu & habitu humiles quaſi tot lupos & ignota monſtra repulere. At vero mulierculæ ſimul glomeratæ tanta non modo irreverentia ſed inſania, ululatu, deſpectu, ſubſannatione, deriſione in Sanctos Dei ſunt debacchatæ, ut viri indemnes vel innoxii quodam modo in eadem viderentur comparatione. Nec ſuffecerat ejeciſſe, ſed longius inculcantes trahebant, impellebant, laceſſebant abigentes ludibrioſa importunitate. Stabat juxta ulmus ampla & umbroſa laſſis viatoribus ad pauſam accommoda. Sub hac Sancti volentes ipſa nocte requieſcere, non poterant a mulierum velut tot canum infeſtatione. Unam vero ceteris impudentius Sancti veſtigiis incumbentem, dum ipſe elato baculo velut ad beſtiam & rabidam lupam pugnans, conaretur abigere, ſubito baculus novo Dei gratiæ ſigno de manu ejus velut ab arcu excuſſa ſagitta evolavit, & in ſpatio fere trium ſtadiorum humi affixus ſubſtitit: moxque cum beato contubernio ſubſecutus

AN.CHR. 607

26. Maji.

cutus (ſenſit enim Divino ſpiritu ad nutum Domini ſe eo vocari) accurrit, & baculum immo cum baculo ſontis æſtum extraxit, qui protinus copioſa ſcatebra erupit. Quo Dei ſamuli immenſas gratias reddentes ſuo largitori, a gravi ſiti relevati & ſuaviter ſunt refecti, ibique nocte ipſa quievere in laudibus Divinis devotiſſimi. Tum etiam Altiſſimi clementia impatiens filios lucis ſuæ ac diei, tetræ noctis & nudi aeris injuriam pati, ſubito lucem de ſummo cœlo ſuo ſolare jubar vincentem ſuper eos effudit, tectoque carentas tota ipſa nocte ſuperno ſplendore obtexit, quaſi ſic oraſſet voce Prophetica ipſa Eccleſia ſub divo *a* relicta: Fac mecum Domine ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu Domine adjuviſti me & conſolatus es me. (Pſ. 85. 17.) Viderunt itaque omnes finitimi tam immenſum radium a cœli vertice uſque ad Sanctos directum, ut ad conſuſionem ſuam pernoſcerent quantos cœli cives ſuis hoſpitiis extruſiſſent. Ipſe autem ſacratiſſimus Dux ſecus ſontem illum ita baculo ſcripſit in terra: „Hic hoſpitium habuit ſetvus ſervorum Dei „Auguſtinus, quem miſit ad convertendos Anglos beatus Papa Gregorius *b*.

XI.

Jam lucis crepuſculo imminente ad deſtinatum locum anhelantes per Andegavenſem civitatem itet accelerant, & heſternos contemptores, ſuos nunc appetitores ac de copia inopes, Dei nimirum zelo volente, ſua ſalutiſera præſentia vacuant. Mane itaque vicini ad locum ubi tantum lucis miraculum conſpexerant, undique accurrunt, gravi gemitu ac luctu ablatos repetunt: tum novi ſontis beneficia contuentes, acriori mœrore ſui reatus contabeſcunt. Heu nos miſeros! ajebant, quomodo tantum bonum, quod ultro in manibus habuimus, impia abjectione noſtra perdidimus, nec a tantis Angelis ſaltem benedici meruimus! Diſcentes ergo ex præfata ſcriptura nomen B. Auguſtini optatum, & legationis officium, accenſique frequentia miraculorum, quantocius juxta ipſum fontem Eccleſiam condiderunt, ac in nomine ipſius B. Auguſtini conſecrari fecerunt; ubi vero litteræ ipſius deſcriptionis inventæ ſunt, altare conſtituerunt; ubi illud perpetuum, ut præmonſtravimus, durat miraculum, quod ipſam Eccleſiam intrare aut de ſonte aquam haurire nulla unquam poteſt ſœminarum *c*: ut nimirum ſciat mundus quantum hoc genus offenderit Deum in injuria ſervorum ſuorum.

Auguſtino incolæ facti pœnitentes Eccleſiam ponunt.

Eccleſia hæc nullam feminam admittit.

XII.

Mulier eam ingredi tentans moritur.

Quædam illuſtris matrona eum magno cereo huc tentabat ingredi quaſi modo Sanctus ſuæ adularetur potentiæ ac muneri, & abſterrentibus qui aderant reſpondit, ſe in Sanctum non peccaſſe, ſed velle ſe eum honorare: urgetque propoſitum audaciæ. Vix ergo vetitam metam & ſacrum limen attigerat, cum repente ruptis inteſtinis & efferveſcentibus in terram alvi ſecretis corruit ioſelix & interiit, foraſque extracta mortua credete omnes terribiliter docebat, quod nulli crediderat. Tali repulſa ita omnes ſœminæ ſunt eruditæ, ut plus aperta quam clauſa oſtia abhorreant contingere. Ne tantum ibi ſœminæ uſquequaquam ſancti Patris gratia viderentur deſolatæ, incolæ Divina miſeratione pro foribus Eccleſiæ teceptaculum illis congruum ædificavere, ubi convenire, orare, oblationes ſuas & vota perſolvere, ſacriſque myſteriis poſſent ſuccedere.

XIII.

In nova iſtius Eccleſiæ dedicatione ſegetes conculcatæ revireſcunt.

. Ecce autem dum hæc & antiqua ſama & recenti clariſſimorum virorum Andegavenſium aſſertione eſſent comprobata, accidit Reverendiſſimum ac prudentiſſimum Andegavorum Pontificem *d* ad deſideratiſſimum patronum Auguſtinum venite, & quaſi tam antiquum ſuæ patriæ hoſpitem magna eum devotione

---

a Etiam *divo* pro *dis* uſurpavit Horatius 2. Carm. Ode 3. & Plinius lib. 14. cap. 21.

b Tota hujus miraculi hiſtoria, uti & inſcriptio, etiam nunc ſingulis annis legitur in Eccleſia prope Andegavos S. Auguſtino conſecrata: tametſi in ſcriptionem ab incolis dictatam veri magis ſimile eſt.

c Noſtra ætate nulla feminis religio eſt, quominus Eccleſiæ ingreſſu & fontis uſu gaudeant. Quippe iſta Eccleſia nunc parœcialis eſt, titulusque Prioratus, Benedictinis Monachis quondam, modo Canonicis Regularibus Auguſtinianis Abbatiæ Omnium Sanctorum apud Andecavos ſubjecti: quæ Abbatia Sæculo 12. itidem Prioratus erat Monaſterii Vindocinenſis, circa annum 1200. a quodam Cantore Eccleſiæ Andecavenſis in Abbatiam erectus. Porro in ipſa Parœciali Eccleſia S. Auguſtini, incolis *Saint Outin*, viſitur adhuc fons hic memoratus, parieti Eccleſiæ ad Auſtrum poſito incluſus, cujus aquæ ſanitatis cauſa ab infirmis frequentantur: ut noſter Alexander *Fournereau* litteris nos monuit.

d Goſcelinus in Vita S. Auguſtini compendioſius a ſe ſcripta hunc Epiſcopum vocat GOISFRIDUM, aliis GAUFRIDUM Seniorem, an Juniorem qui alteri anno 1094. ſucceſſit, incertum: quamquam de Seniore hic locus interpretandus videtur.

AN.CHR. 607 26. Maji.

ne reviſere. Is etiam ſupraſcripta miracula non modo a Fratribus audire, verum ultro referre attentus erat; eodemque modo quo ſcripta ſunt, fixa aſtipulatione velut ex lectione exponebat. Addidit etiam novum miraculum velut heſternum in ſui declaratum præſentia, cum tali ſcilicet tanti Patris ſavore & gratia. O vos, inquit, felices quibus æterna beati Auguſtini contigit præſentia! nec nos adeo ſumus infelices, quibus perpetuo beata ipſius remanſit memoria. Noſtra quidem patria ante vos illum agnovit, & prius Andegavia quam Anglia ſignipotentem vidit. At nos fateor in majoribus noſtris abjecimus præſentem, ſed ſupernis ſignis territi ſatisfactione perſecuti ſumus abeuntem. Quem cum jam non meruiſſemus nec manu nec viſu contingere, cœpimus eum condita in ipſius honore Eccleſia retinere. Quid audientiam veſtram a miraculo ibi declarato verborum ambage morer? Creſcente plebis devotione erga tantum parentem, ſuis ſupplicibus ſemper exaudibilem, ſemper præſtabilem, cœpere illam ipſius reconciliatricem Eccleſiam præcelſius reſtaurare, ejuſque patrocinia ſibi artius amicare. Hanc itaque ego menſe Majo, die ſcilicet depoſitionis tanti Patris, magnis utriuſque ſexus votis in ipſius, cujus prius erat, dedicavi memoria confluente multitudine plebium innumera. Eminebant in circuitu condenſæ agrorum ſegetes jam meſſi proximantes, jam in ſpicas & ariſtas adoleſcentes. Populus ut fluvius undique irruens non attendebat annonam nec cujuſcumque foret meſſionem. Conculcabatur & conterebatur velut in area labor hominum & boum, confundebatur ſpes ſationum & frugum. Jam vero non tam flagellata & contrita videbatur ſtipula frugifera, quam ſcopata & nudata area. Quid ergo? valedixerunt omnes illius anni opibus, valedixerunt & Auguſtino, alias quam ibi ſperantes in ipſius largitionibus: ſed tandem deſperatis in rebus mirabilior virtus Auguſtini meritis non fallentibus. Tanta quippe ſegetum copia eodem menſe ad meſſem emicuit in tota illa vaſtatione, ut nulla terrarum illius provinciæ huic ſe poſſet æquare vel ubertate frugum, vel altitudine. His mirabilibus populi attoniti tantis B. Auguſtinum præconiis gaudent efferre, ut credant & prædicent eum quicquid velit a Domino ubivis gentium poſſe impetrare, & quicquid fideliter petitur poſſe præſtare. Hæc memoratus Epiſcopus tota patria teſte propalans, gratificis auditoribus dignam certitudinem dabat omnibus, quam ſancte credenda ſunt antiqua ſigna in tam novellis declarationibus.

XIV. Auguſtinus appellit in Britanniam.

Jam poſt Latium, poſt Italiam, poſt Gallias, poſt tot montana, campeſtria, nemoroſa, fluvioſaque terrarum & Gentium diſcrimina, tandem Deifer, pacifer, ſalutifer Auguſtinus cum beato contubernio felici curſu applicuit Brittanniam, ad manſionem ſcilicet & quietem perpetuam divinitus ſibi præordinatam. Via Juſtorum recta facta eſt, & iter Sanctorum præparatum, & deduxit eos Dominus Deus noſter via mirabili ad certum locum.

XV. In Taneto excipitur. * Tanet * nunc Stoure

Habet Regia Cantia inſulam prægrandem & celeberrimam Tanetum * capacem amplitudine ſexcentarum familiarum. Januam & ſinum pandit tranſmarinis frequentiis, tellus uberrima & opulenta, atque Camera Cantiæ accommoda. Fluvius *Wantſume* * tribus ſtadiis latus hanc a continenti terræ diſcriminans fecit inſulam. Is utrumque caput in mare protendens, duobus tantum oſtiis tranſvadatur. Hæc ergo Inſula Chriſtum in Sanctis ſuis prima ſuſcepit, felix tellus ſoa ſecunditate, ſed feliciſſima tot Deiferorum advenarum, immo tot civium ſupernorum hoſpitio. Hinc interim novus Pater Angliæ cum ſancto collegio a marina ſalſugine refovetur.

XVI. A Rege convenitur.

Regnabat tunc Anglis Rex ÆTHELBERTUS Anglorum Regum tertius, ſed futurus jam Chriſticola primus. Hic ſupernæ electionis providentia præ ceteris anteceſſoribus, aliis etiam Regibus præſidens, Imperium uſque ad Humbram vaſtiſſimum fluvium porrexerat, qui ſcilicet meridianas ac Boreales Anglorum gentes interluvio diſterminat. Huic regaliter præſidenti in Metropoli Cantuariæ Legatus Domini Auguſtinus per Legatos & quos ab affinibus tranſmarinis B. Gregorii hortatu aſſumpſerat interpretes mandat ſe ſui ſuæque Gentis amore & gratia a Roma veniſſe, & nuntium ſibi optimum atque omni acceptatione di-

digniſſimum afferre, qui ſuſcipientibus ſempiterna gaudia & infinita cum ſem- AN.CHR.
piterno Deo cœleſtis Regni ſæcula, fide proteſtetur indubitantiſſima. Talia 607
Rex placido animo percipiens, præcepit eos in ipſa qua recepti ſuot inſula reſi- 26. Maji.
dere, eiſque exhiberi quæ vitæ uſus poſtularet, quouſque pertractaret quomo-
do ipſos diſponeret. Jam enim ubique coruſcans Chriſtianitas illi innotuerat, ma-
xime quia Regia conjunx illi erat ex Francis Regibus Chriſtianiſſima BERTA
[a] nuncupata: quam eo ſacramento a parentibus obtinuerat, quatenus Chri- Ex Beda.
ſtianam Religionem ſemper intemeratam ſibi cum ſuis comitibus ſervare per-
mitteret. Sanctiſſimus enim Præſul LETARDUS [b] datus eſt comes & cuſtos
Reginæ fideliſſimus, qui eam piis monitis & exemplis inter damnoſos paganita-
tis uſus jugiter in Chriſti cultu corroboraret. Hæc ergo Regem quamvis avitis
adhuc tenebris oberrantem ſecere Chriſticolis clementiorem; & quaſi jam ipſa
media ſui corporis parte Chriſtum coleret, viam Chriſti bajulis patefecit, do-
nec & ipſa intraret. Veniens itaque Rex ad inſulam die opportuno, & reſidens
cum Optimatum cœtu ſub dio, ad ſuam audientiam accerſit Auguſtinum cum
ſuo conventiculo. Fallebat enim adhuc Regem augurationis error velut noctur-
num Nicodemum verentem, ne ſi in aliquod tectum ſibi ſupervenirent, ſi
quid incantationis aut maleficii ſcirent, convictum eum ſeducerent. Sed
quantum lux a tenebris, diſtabat talis mens ab innocentibus ac rectis. At-
tollebant potius vexilla Dominica, quibus exterminarent præſtigia dæmonia-
ca. Venere ergo oon erubeſcentes, ſed eminenter afferentes triumphatoris Ex Beda.
mundi crucem argenteam, & imaginem Domini Salvatoris formoſe atque
auroſe in tabula depictam. Canebant ſimul letanias, quibus caderent adver-
ſaria Dei mœnia Hiericho, orantes contrito corde pro ſua ipſorumque quos
Deo acquirere venerant perpetua ſalute.

Reſidentibus eis juſſu Regio Auguſtinus primum ore intonat Evangelico;
,, Ad tuam, o Rex, totiuſque hujus Regni perpetuam pacem huc ingreſſi, XVII.
,, optimum nuntium ſempiternæ lætitiæ, ut pridem mandavimus, afferimus Auguſtini ad Regem oratio.
,, tibi: ſi ſuſceperis, hic & in æterno Regno æternaliter beatificaberis. Jam
,, enim mundi Conditor & idem Redemptor humano generi Regnum cœ-
,, lorum aperuit, & de terreois cœleſtes indigenas ſecit. *Sic enim Deus dilexit* Jo. 3. 16.
,, *mundum ut filium ſuum unigenitum*, ſicut ipſe Unigenitus teſtatur, pro mundo
,, *daret, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Tam
,, enim infinita charitate idem Dei filius homines dilexit quos ſecit, ut non ſo-
,, lum homo inter homines fieri, verumetiam mortem, mortem autem cru-
,, cis pro hominibus dignaretur pati. Sic namque placuit ejus ineffabili clemen-
,, tiæ, ut diabolum captivatorem noſtrum non in ſuæ Divinitatis majeſtate,
,, ſed in noſtræ carnis infirmitate elideret; & nos debitam prædam per inde-
,, bitam crucis pœnam a faucibus impiiſſimi tyranni erueret. Cujus incarnata
,, Divinitas innumeris virtutum claruit oſtentis, omni debilitate curata, omni
,, virtute patrata: cœlo, ſideribus, terra, mari, inferno ſe omnium Deum
,, & Dominum oſtendit; ventos & mare imperio ſedavit, fluctus maris quaſi
,, ſolidum campum calcavit: tandem mori ut homo pro hominibus dignatus,
,, in triduo a morte ſicut Deus ſurrexit, & ſolem qui in ſui Conditoris oece
,, obtenebratus eſt, ſuo ſplendore clarius illuſtravit. Surrexit, inquam, ut
,, nos reſuſcitaret: aſcendit ad cœlos ut illuc nos triumphantes aggreget.
,, Inde judex omnium ſæculorum veniet, ut credentes in Regno ſuo damnatis
,, incredulis perpetuo collocet. Ne ergo, o præcellentiſſime Regnator, ſu-
,, perſtitioſos nos judices, quod a Roma in tuos fines tuæ tuorumque ſalutis
,, gratia laboravimus devenire, & ignotis Gentibus quaſi ingrata beneficia
,, ſubrogare. Noveris, piiſſime, magnæ charitatis neceſſitate urgente id nos
,, intendiſſe. Deſideramus enim ſuper omoem mundi appetitum & gloriam
,, quamplurimos in Regno Dei noſtri concives habere: & qui in ſanctorum
,, An-

[a] Gregorio Magno in lib. 9. Ep. 59. ALDIBERGA, Scriptoribus Anglicis BERTA Chlotharii Senioris filia.
[b] Letardum Epiſcopum quondam Silvanectenſem in Gallia Belgica miraculis clarum, *tum in ceteris potentem, tum in pluvia petitione velocem* appellat Willelmus Malmesb. de Epiſc. Dorobernenſ. Vide Tabellam altaris S. Auguſtini Cantuar. To. 1. Monaſt. Angl. poſt pag. 24. ære expreſſam.

AN.CHR. 607 26. Maji.

,, Angelorum conſortium poſſint proficere, ne pereant totis niſibus certamus
,, proſpicere. Hanc quippe benevolentiam Chriſti noſtri benignitas de inæſtima-
,, bili dulcedine Spiritus ſui omnibus ſuæ veritatis præconibus ubique infudit,
,, ut propriis neceſſitatibus poſtpoſitis in omnium Gentium ſalutem exarde-
,, ſcant, & quaslibet nationes ut parentes & filios, ut fratres & cognatos ha-
,, beant; & omnes una Dei dilectione amplexos ad infinita omnium gaudio-
,, rum ac ſolemnitatum ſæcula pertrahere ſatagant. Tales Regis noſtri ſigni-
,, feri cum innumeris miraculis facti teſtes Dei, per gladios, per ignes, per
,, belluas, per omnia tormentorum & mortium genera mundum Salvatori ſuo
,, invictiſſime ſubdiderunt. Jam olim Roma, jam Græcia, jam Reges & Prin-
,, cipes terræ, jam Inſulæ gentium Propheticis invitationibus attractæ cum ipſo
,, orbe terrarum gaudent Regum Dominum adorare & illi in perpetuum ſervi-
,, re, per quem & cum quo perenniter valeant regnare. Tali etiam affectu
,, hodiernus Pater totius Chriſtianitatis GREGORIUS veſtram ſalvationem ar-
,, dentiſſime ſitiens, nec pœnarum, nec mortis timore prohiberetur ad vos ve-
,, nire, ſi poſſet (quod non poteſt) tot commiſſarum animarum curam deſe-
,, rere. Quapropter nos in ſua vice miſit, ut viam æternæ lucis & januam
,, vobis pandamus Regni cœleſtis: quo ſi contemptis idolis dæmonicis per Chri-
,, ſtum intrare non renuitis, certiſſima fide ſemper regnetis.

XVIII. Regis reſponſio.

Hæc & his ſimilia ſalutifero Auguſtino diſſerente, ejus ſuffraganei, prout Dominus dedit, pleraque addidere. At Rex ab inolito errore non facile extricabilis, reſpondit ut æger ſavens quidem Medicis, ſed nec dum patiens curationis.

,, tionis. Pulchra quidem ad quamdam gloriam infinita ſunt invitatoria quæ ſug-
Ex Beda. ,, geritis dicta & promiſſa. Sed quoniam nova habentur & hactenus incogni-
,, ta, non mihi competit his animum ſubdere, & majorum ritus per totam
,, Angliam eotenus ſervato deſerere. Attamen benevolentiæ veſtræ, quo de
,, longinquo (ut video) ad nos venire noſtræque ſaluti prout noſtis verius ac
,, melius certaſtis conſulere, nos nequaquam infeſti, ſed nec ingrati voluimus
,, exiſtere: magis vero optamus benigna vos hoſpitalitate fovere & vitæ ſubſidia
,, ſufficienter præbere. Sed & hoc permittimus vobis, ut quoſcumque poteſtis
,, in veſtram fidem & profeſſionem prædicando & hortando aſſumatis. Rex ergo tam clemens Chriſticolis in paganitate, quis digne memoret quam profectuoſus extiterit ſuſcepta Chriſtianitate? ſed interim forte ejus converſio eſt dilata, ut ex difficultate beato Auguſtino creſceret corona, & ex inſperata ſalute major Eccleſiæ Dei naſceretur lætitia.

XIX. Doroberni hoſpitatur Auguſtinus.

Igitur Regis benivolentia, immo Dei providentia in Metropolitana civitate Dorobermiæ conceditur Sanctis locus habitationis congruæ, & promiſſa ſtipendia corporalis alimoniæ & indulgentia prædicationis optatæ. Itaque appropinquans poſſidendæ civitati pacifer Auguſtinus cum beato Sanctorum choro, elato ex more Crucis Domini argenteæ triumphali vexillo, cum imagine vivifica ipſius ſempiterni Regis JESU-CHRISTI invocat ſuppliciter ſuper eam Salvatoris ſalvatricem clementiam. Tum hanc letanialem Antiphonam dulcimode intonat, & eum excipiente primitiva Anglorum nutrice Eccleſia, conſona modulatione ac devotione decantat:

Ex Beda. ,, latione ac devotione decantat: Deprecamur te Domine in omni miſericordia
,, tua ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate iſta & a domo ſancta tua,
quoniam peccavimus. Bene autem addiderant, quoniam peccavimus, qui ex Chriſti charitate aliena peccata quaſi propria venerant documentis, precibus & fletibus abluere. Hic interim non tam exterorum cura quam diſpenſatione Divina in pace compoſiti, accinguntur attentius ad fructum Regni Dei. Vivebant non modo ut exules Oceani, ſed prorſus ut peregrini totius mundi: adeo nil terrenæ, nil ſæcularis illecebræ appetebant, ut non tam eos terrigenas quam cœligenas obſtupeſceres. Voluptates, delicias, divitias, honores & quidquid obſtaret cœlos adeuntibus funditus abſciderant: jejunia, vigilias, orationes, eleemoſynas, cum caſtimonia & omni ſanctimonia aſſiduabant. Arma Chriſti ad virtutem pacifica, in acies vero ſcelerum bellicoſa robuſtiſſime exercebant; debellantes omnem perfidiam; ad omnem injuriam prætendentes pro thorace

omnem

omnem patientiam, ad pericula, ad ſupplicia, ad ipſam quoque mortem ſeren- AN.CHR.
dam inviĉtiſſimam čonſtantiam, ad indigentes vulneratam clementiam, ad om- 607
nes homines & ad ipſos adverſarios charitatem viſceream; liberi & expediti a 26. Maji.
terrena ſarcina, ut pennata animalia volabant ad æthera; immo vero dicente
Apoſtolo, *Noſtra converſatio in cœlis eſt*, niſi quod adhuc amore gentium ſalvan- Philip. 3 20
darum terras incolebant, jam mente in cœlis habitabant.

Ante adventum autem Anglorum poſſederant Romani quadringentis circi- XX. Eccleſiam
ter annis Brittanniam, id eſt a tempore Caji Cæſaris uſque ad Maximum Im- B. Martini
peratorem, qui rapta purpura contra Gratianum & Valentianum Auguſtos accolunt.
euntibus bellis ipſum Oceanum Romanis præſidiis exhauſit. Reſidua vero Ec-
cleſia B. Martini *a* olim ab ipſis Romanis Chriſtianis condita tunc illuſtrabat
Cantiam, quæ hactenus manet aſſiduis Miniſtris officioſa per dimidium fere
ſtadium diſtans orientalis ab authentica Chriſti Eccleſia. In hac beatus Præſul
LETARDUS velut Apoſtolicorum Legatorum præcurſor aut janitor, primo
divinis officiis & ſacramentis Reginæ Chriſtianæ ut fidelis paranymphus cum
ſuis Clericis obſequebatur; & ut cervus poſt ſerpentum virus intendens ſitit ad
fontes aquarum, ita inimicis fidei venenoſis Paganorum ritibus exæſtuans ad
ipſam Eccleſiam tamquam ad vitæ fontem cum ipſa alumna Regina rapieba-
tur, quo Romani magiſtri velut aurum argento prælucentes ibidem quæ Dei
ſunt agebant. Nam hos Chriſti peregrinos inter alienigenas ſolitarios in his cœ-
leſtibus advenis Dei gratia viſitavit; viſitavit & plebem ſuam per ipſos credi-
turam, ut & Regina non ſolum licenter Chriſtum coleret, verumetiam per
tantos eruditores fidelis infidelem conjugem ſalvaret. In hoc itaque Oratorio
Auguſtinus cum ſuo choro quotidiana Domini miniſteria celebrabat, & in pſal-
mis, hymnis, precibus atque in voce tubæ, quibus caſtra diaboli interirent,
noctes & dies laudes Domini attollebant. Interea tam ſplendida Sanctorum
merita ingens ſignorum & mandatorum Dei commendabat gratia; nec diſſimu-
lare, nec reticere imperatoria Chriſti præconia poterant: illum canticis, illum
prædicationum tonitruis & ſignorum coruſcationibus magis ac magis perſona-
bant. Curabant viciſſim omnes debiles & languidos, vel ad ſe delatos vel a ſe
viſitatos: adeo aut nullus, aut rarus in grege Auguſtini habebatur qui non
gratia ſanitatum polleret, ut non minus miraculis quam prædicationibus tene-
bras Gentilium illuſtrarent. Mulcebant ſtupidos hominum ſenſus hæc perennis
lætitiæ promiſſa; verberabant rigidos tanta fulgura, ut Domino canitur a
Pſalmiſta: *Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit* Pſ. 76. 19.
terra. Clamabant trepidæ plebes: Dii de ſupernis ſedibus deſcendentes conver-
ſantur inter homines. Sic & quondam Gentes admiratæ Dei Apoſtolos ter-
rena tranſcendentes, dicebant: Iſti ſunt ſancti Dii terræ. Nec mentiebantur
ſuo errore Pſalmiſta teſtante: *Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt*. Hacte-
nus itaque indomita colla ſuave jugum Domini amabiliter ſubiere, ſuſcepere Pſ. 46. 10.
fecunda arva in perpetuos fructus vitæ ſemina. Credidere plurimi & regenera-
ti in Chriſto fiunt ex alienigenis filii adoptionis Dei.

Omnibus ergo intentus ſummi Regis Armiger Auguſtinus ad ipſum maxime XXI.
ſummum Regni caput machinam intendit ſalutis; ut ſubverſa arce profanitatis, Rex Fi-
arcem ſideream attollat ſanctitatis, & cum Rege ſuo Salvatori ſuccumbat ſub- dem Chri-
jectus orbis. Ipſum per Reginæ ambitus, per legatarios monitus, per oppor- ſtianam
tunos acceſſus, per dulcia æternæ felicitatis blandimenta, per omnia virtutum amplecti-
exempla & oſtenta, per vigilata ad Deum Eccleſiæ precamina Redemptori tur.
ſuo acquirere certavit & in Domino vicit, vicit & obtinuit. Ingens Ele-
phas terræ & enormis cetus pelagi captus eſt triumphaliter Apoſtolica ſa-
gena. Captus enim æterna dulcedine, eruditus irrefragabili veritate, illumi-
natus tam ſancta & mirifica Divinæ inſtitutionis claritate, abdicata avita Gen-
„ tilitate cum mortis auctore, ultro ſe mancipiat auctori vitæ. Eamus, in-

 „ quit,

a Illa S. Martini Eccleſia Sedes Epiſcopi, verius Chorepiſcopi fuit uſque ad Lanfrancum Cantuarienſem, qui mortuo Goduvino alium ſubrogare denegavit, quemadmodum ex Tom. 1. Monaſt. Angl. pag. 26. diſcimus.

AN CHR. 607 26. Maji.

„ quit, & nos ad magnum Principem Regum, ad ampliſſimum datorem „ Regnorum, non ſolum temporalium, verumetiam æternorum: nec pudeat nos ſaltem veniſſe poſtremos, quos merito pudeat ſicut in Regno, ſic & „ in fide non fuiſſe primos. Sequamur tandem quos decebat præceſſiſſe, maxime eum eum Regem petamus, qui non perſonæ vel ordinis penſat dignitatem, „ ſed animæ devotionem.

XXII. Baptizatur.

Talia prolocutus volebat ſubſtrata Regalitate adorare famulum Chriſti, per quem in Chriſti famulatum & adoptionem mereretur regenerari: quem ſalutis miniſter paternis viſceribus excipiens, hortatur ut priſtinos errores abſtinentia, indulgentia, eleemoſynis, ac fletibus diluat, ceteriſque piis operibus faciem ejus qui baptizat in Spiritu ſancto præveniat. Iſte indulget omnibus ut ſibi indulgeatur, & humanis beneficiis ad beneficia ſuperna præparatur. Patent carceres, laxantur vincula, liberantur captivi & cum amicis Regis epulantur pauperes & rei. Non poteſt nec eget exponi, quanto gaudio exultaverit in ſalutem Gentis hactenus anhela B. Auguſtini anima, quæ gratiarum Deo immolaverit libamina. Jam videt ſuum proſperatum deſiderium, terram ſuam dediſſe fructum ſuum, omnes labores & dolores ac difficultates partuum ſuorum perpetuum ſibi peperiſſe gaudium, cum in ipſo Rege converſo totum Dominico jugo ambiret Oceanum. Illuxit ergo dies Anglis & Angelis ſolemniſſimus, quo Deo devotus Rex Æthelbertus profanatis idolis ac Diis patriis naſceretur Chriſtianus. Convenit non modo Regia principum Curia & tota Cantia, verumetiam frequentiſſima Anglia videre præcellentiſſimum Regni Dominum adventitiorum ſervorum Chriſti ſubſtratum veſtigiis, & quaſi ultimum mancipium eorum in omnibus deſervire imperiis: ut quem extera Regna armis formidarent, inermes pauperes verbo alligarent. Ornatur Eccleſia, decorantur Baptiſteria; conſecratur Jordanici & paradiſiaci fluminis urna. Interrogatus ab Auguſtino fidem, an credat in Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum, ceteraque quæ veritas exigit Catholica; fidelis confeſſor Domini, Toto corde & ore, credo, reſpondit ad omnia. In hac ergo Trinitatis confeſſione & nomine baptizatur & regeneratur Rex Angligena, factus eſt de veteri idololatra novus Chriſticola, de terra nocte ſui orbis lampas matutina. Baptizat noſter Silveſter noſtrum Conſtantinum cum inclyta turba Ducum & Optimatum atque copioſa plebe credentium. Ad vocem autem Miniſtri Dei aperti ſunt cœli, & Dominus JESUS Columbam ſuam, quam quondam ſibi in Jordane Pater de cœlis teſtificatus filium ſuum miſit, huic adoptivo ſuo infudit. Illa deſcendit ſplendido candore, & requievit in ſuſceptore ſimplici puritate quaſi modo genito infante. Hinc novella Eccleſia poſt Dominicum primogenitum ac unigenitum Chriſtum gaudebat pſallere amplexa recentem natum: *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis*. Sic directus eſt Spiritus Domini in noſtro David a die illo & in perpetuum, eumdemque Salomonem in lucem populi ſui Dei ſapientia illuſtravit. In ſolo autem priore David decem millia computantur: & in noſtro ſole Principe ampla Brittannia Chriſto mancipatur. Cum ergo in uno peccatore correcto Salvator teſtetur Angelos gaudere, haud abſurde credimus ipſa ſuperna agmina in hoc ſalvato capite, tunc conſono jubilo proclamaſſe: Gloria Domino mundi, quia factum eſt & Regnum Anglorum Domini noſtri Jeſu-Chriſti.

XXIII. Res Divinas mirifice promovet.

Exinde ergo Evangelicus Sanctorum alumnus & Auguſtini præceptoris adjutor robuſtiſſimus jam non ſuum Regnum æſtimat quod adminiſtrabat: verum ejus, cui ſe cum omnibus ſuis dediderat, ipſi potius ſubjicere ac dilatare anhelat qui omnia mundi Regna ſuo nutu juſtiſſime diſpenſat. Subjectos etiam ſibi Reges & populos non vi ſed benivolentia, ut a ſanctis doctoribus didicerat, in dulcem Chriſti ditionem transferre decertat. Tanta quoque erat charitas in ſancto ac Deo amabili Rege, ut credentes in Redemptorem jam non clientum vice penſaret, ſed tamquam fratres & concives perpetuos Regni Dei magna congratulatione ac dilectione aſtringeret. Tum Epiſcopia & Monaſteria tamquam Dominica caſtella, quibus Dominicum Regnum teneatur, liberaliter

AN. CHR. 607

26. Maji.

liter ac regaliter paſſim machinatur. In Metropoli ſua Salvatoris Baſilicam Auguſtino ſuo condendam & poſſidendam opitulantiſſime determinat. In ejuſdem vero ſuburbio Monaſterium Regale & Apoſtolicum ſublimat, quod Antiſtitum & Regum corpora in diem vivificæ reſurrectionis cuſtodiat. Condidit & Rhoffi Suffraganeam & Lundoniæ Pontificalem hierarchiam aliiſque locis opportunis Eccleſias ac Cœnobia.

XXIV. Auguſtinus conſecratur Epiſcopus.

Ante omnia autem jam electiſſimum a ſummo Papa Gregorio Auguſtinum cum tota patria inſtat conſecrari ſibi Apoſtolum. At ille qui tanto peregrinationis diſcrimine tantorum quæſierat ſalutem, pro quibus non fugeret mortem, non abnuit principalem perferre laborem. Ad Arelatenſem Archipræſulem Ætherium * ordinandus ab eo tranſit mare, obediens ſcilicet electioni Apoſtolicæ & petitioni Eccleſiaſticæ, immo vero aſſumptioni Dominicæ. Prævenerant etiam eum Gregorianæ epiſtolæ, ſemper pro eo & pro amatis Anglis vigilantiſſimæ. Hic igitur primitivus Angliæ Patriarcha conſecratur, & cum Apoſtolicis inſigniis in ſempiternam benedictionem ſuæ hereditati regreditur, ac paratæ ſedi Doroberniæ inthronizatur.

* Vigilium

XXV. Gregorium de Brittanniæ converſione certum facit.

Tum vero inter omnes docendarum gentium ſollicitudines ſcelus deputabat ignaviæ, ſi beati Gregorii animæ ſancto deſiderio ſuſpenſæ, tanta gaudia Dominici lucri tardaret nuntiare. Mittitur ergo Romam ſacratiſſimus LAURENTIUS tunc Presbyter, deinde B. Auguſtini ſucceſſor eximius, & PETRUS dignus Monaſteriali prælatione Monachus, qui Auguſtinenſi Monaſterio poſt Abbas præluxit primus, ut etiam hic mutuæ congratulationis nuntius graviter in plurimos excreſceret fructus. Auguſtinus, qui in multa lætabatur meſſe, anxie queritur de operariorum paucitate. Ad hoc de diverſis quæſtionibus conſulit divinum Magiſtrum, unde reformet labantem Eccleſiam & rudem populum.

XXVI. Gregorius totus lætitia geſtiens ad Auguſtinum ornamenta plurima remittit.

At vir Sanctorum deſideriorum Gregorius ubi Regem Brittanniæ conſecratum Chriſto didicit cum ſuo orbe, ad populos turmatim confluentes baptizantum manus deficere, fecundis arvis cultores tantum ac ſemina rareſcere, publicam famem audiendi verbum Domini multis doctoribus egere: quanto gaudio altiſſimum benedixerit, quanta flagrantia mentis & vocis ut hæc incrementa lætitiæ perpetuo roborarentur, imprecatus ſit, quis digne retulerit? „ Te, inquit, Domine auctorem ſalutis omnium, te mirabilem & glorioſum „ in Sanctis tuis & in cunctis tuis miſerationibus ut fragiles laudatores per „ omnia magnificamus. Ecce enim per humilem legatum tuum Auguſtinum „ quondam tumidus jam ſubſtratus Sanctorum pedibus ſervit Oceanus, & „ barbara lingua Brittanniæ jam in ſuis laudibus hebræum Alleluja cœpit re„ ſonare. Suſcipe ſator beneficiorum fructus gratiæ ſempiternæ quam in ipſius „ uberrimo plantaſti pectore, ſuſcipe advenam & pupillum tuum cum loquen„ tibus fratribus ſuis, cum quibus relicta domo, patria, cognatione, abnegato „ ſeipſo, aſſumpta cruce ſecutus eſt te; potens & ipſum multiplicare in gen„ tem magnam poſt antiquum auditorem tuum Patriarcham. Omnes autem „ difficultates & anguſtias Sanctorum, tuum, Domine, ſemper eſt in infinitum „ lucrum transferre gaudiorum. Hos affectus paternæ charitatis ſanctiſſimus Papa Deo aromatizans addit orare Dominum meſſis ut conſilium ſuum dirigat, quos idoneos operarios in meſſem ſuam mittit. Igitur aſpirante ſuperna providentia deſtinantur cum prænominatis Legatis LAURENTIO & PETRO eximii virtutum viri MELLITUS, JUSTUS, PAULINUS, RUFINIANUS, ceu quatuor Evangeliorum præcones. Hos comitatur non rudis turba Evangelicorum Miniſtrorum & cooperatorum, qui terribili acie diripiant caſtra dæmonum. Quidquid enim viſum eſt opportunum in cultu & miniſterio Eccleſiæ, in vaſis ſacris, in paramentis altarium, in ornamentis Eccleſiarum, in Sacerdotalibus induviis, in pretioſis ſanctorum Apoſtolorum & Martyrum Reliquiis, in codicibus plurimis, in qualibet rerum Divinarum elegantia, prorſus aggeſſit præclaris gerulis litteralis Gregorii vigilantia. Ad hoc præmiſſarum quæſtionum ac interrogationum lucide expoſita miſit reſponſa, quæ hic aut dilata aut præter-

AN.CHR. 607 termiſſa, plene reperies in Beda: ſuper hæc omnia additur hæc Apoſtolicæ prærogativæ epiſtola.

26. Maji. ,, Reverentiſſimo & ſanctiſſimo Fratri AUGUSTINO Coepiſcopo GREGO-
XXVI. Auguſtino ſcribit. Regiſt. lib. 12. Epiſt. 15 Ind. 4. * al. valeant.
,, RIUS ſervus ſervorum Dei. Cum certum ſit pro omnipotente Deo laboran-
,, tibus ineffabilia æterni Regni præmia reſervari, nobis tamen eis neceſſe eſt
,, honorum beneficia tribuere, ut in ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione
,, velint * multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum Eccleſia ad omnipo-
,, tentis Dei gratiam eodem Domino largiente & te laborante perducta eſt; uſum
,, tibi Pallii in ea ad ſola Miſſarum ſolemnia agenda concedimus, itaut per
,, loca ſingula duodecim Epiſcopos ordines, qui tuæ ſubjaceant ditioni: qua-
,, tenus Lundonienſis civitatis *a* Epiſcopus ſemper in poſterum a Synodo pro-
,, pria debeat conſecrari, atque honoris Pallium ab hac ſancta & Apoſtolica,
,, cui Deo auctore deſervio, Sede percipiat. Ad Eboracam vero civitatem te
,, volumus Epiſcopum mittere, quem ipſe indicaveris ordinari: ita dumtaxat
,, ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque
,, duodecim Epiſcopos ordinet, & Metropolitani perfruatur honore; quia ei
,, quoque, ſi vita comes fuerit, Pallium tribuere Domino favente diſponimus.
,, Quem tamen tuæ Fraternitatis volumus diſpoſitioni ſubjacere. Poſt obitum
,, vero tuum ita Epiſcopis, quos ordinaverit præſit, ut Lundonienſis Epiſcopi
,, nullo modo ſubjaceat ditioni. Sit vero inter Lundoniæ & Eboracæ civi-
,, tatis Epiſcopos impoſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur qui
,, prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio & concordi actione quæque
,, ſunt pro Chriſti zelo agenda diſponant unanimiter, recte ſentiant, & ea quæ
,, ſenſerint non ſibimet diſcrepando perficiant. Tua vero fraternitas non ſolum
,, eos Epiſcopos quos ordinaverit, neque hos tantummodo qui per Eboracæ
,, Epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Brittanniæ Sacerdotes habeat
,, Deo & Domino noſtro JESU-CHRISTO auctore ſubjectos: quatenus ex lingua
,, & vita tuæ Sanctitatis & recte credendi & bene vivendi formam percipiant,
,, atque officium ſuum fide ac moribus exequentes, ad cœleſtia, cum Dominus
,, voluerit, regna pertingant. Deus te incolumem cuſtodiat, Reverentiſſime
,, Frater. Data die decima Kalendarum Juliarum imperante Domino noſtro
,, Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto anno nono decimo, poſt Conſulatum ejuſ-
* id eſt anno Chr. 601. ,, dem Domini anno octavodecimo, Indictione quarta *.

XXVII. Mellito etiam. Regiſt. lib. 9. Epiſt. 71. * al. diſceſſum
Jam onuſtum Apoſtolicis opibus Dominicum contubernium longius exceſſerat, nec animus nec manus Gregorii euntes proſequi ceſſat, quia charitas infinita finire neſcit obſequia. Iterum de Auguſtino ſuo, iterum de ſuis Anglis unicas curas renovat; unde & hanc epiſtolam præmemorato venerabili Mel-
,, lito deſtinat. Dilectiſſimo filio MELLITO Abbati, GREGORIUS ſervus ſer-
,, vorum Dei. Poſt diſceſſionem * congregationis noſtræ, quæ tecum eſt, valde
,, ſumus ſuſpenſi redditi, quia nihil de proſperitate veſtri itineris audiſſe nos
,, contigit. Cum ergo Deus omnipotens vos ad Reverentiſſimum virum fra-
,, trem noſtrum Auguſtinum Epiſcopum perduxerit, dicite ei quid diu me-
,, cum de cauſa Anglorum cogitans tractavi, videlicet quia fana idolorum
,, deſtrui in eadem gente minime debeant, ſed ipſa quæ in eis ſunt idola de-
,, ſtruantur, aqua benedicta in eiſdem fanis aſpergatur, altaria conſtruantur,
,, Reliquiæ componantur. Quia ſi ſana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe
,, eſt ut a cultu dæmonum in obſequia viri Dei debeant commutari: ut dum
,, gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, &
,, Deum verum cognoſcens & adorans ad loca quæ conſuevit familiarius con-
,, currat. Et quia boves ſolent in ſacrificio dæmonum multos occidere, debet
etiam

---

a Ex hoc loco apparet verum eſſe quod Willelmus Malmesbur. in lib. de Doroberneuſ. Epiſc. adnotavit his verbis: *Pallium & Privilegium Archiepiſcopatus idem Gregorius Auguſtino ad Lundoniam conceſſit, ut in primo libro Geſtorum Regalium per Kenulfi oſtendimus epiſtolam; quia ſcilicet ad id tempus alterius obſcura nobis notitia Romanos non attigiſſet. Verumtamen quia primus Doctor ſedulitate Regis, hoſpitiis & civium charitate captus, Cantuariæ incolatum vivens throno annis 15. (al. 16.) & mortuus tumulo fovit, omnis eo in poſterum translatus.* Kenulfi Regis Epiſtolam Willelmus refert in lib. 1. de Regib. Anglor. cap. 4.

,, etiam eis de re hac aliqua ſolemnitas immutari; ut die dedicationis vel Na- AN.CHR.
,, talitiis ſanctorum Martyrum, quorum illic Reliquiæ ponuntur, tabernacula 607
,, ſibi circa eaſdem Eccleſias, quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arbo- 26. Maji.
,, rum faciant, & religioſis conviviis ſolemnitatem celebrent. Nec diabolo jam
,, animalia immolent, ſed ad laudem Dei in eſum ſuum animalia occidant,
,, & Donatori omnium de ſatietate ſua gratias referant; ut dum eis aliqua
,, exterius gaudia reſervantur, ad interiora gaudia conſentire facilius valeant.
,, Nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe non dubium
,, eſt. Quia & is qui ſummum locum aſcendere nititur, gradibus vel paſſibus
,, non autem ſaltibus elevatur. Sic Iſraelitico populo in Ægypto Dominus ſe
,, quidem innotuit: ſed tamen eis ſacrificiorum uſum, quem diabolo ſolebat
,, exhibere, in cultu proprio reſervavit, ut eis in ſuo ſacrificio animalia immo-
,, lare præciperet; quatenus cor mutantes aliud de ſacrificio amitterent, aliud
,, retinerent; ut etſi ipſa eſſent animalia quæ offerre conſueverant, vero ta-
,, men Deo hæc & non idolis immolantes, jam ſacrificia ipſa non eſſent. Hæc
,, igitur dilectionem tuam prædicto Fratri neceſſe eſt dicere, ut ipſe in præ-
,, ſenti illic poſitus perpendat qualiter omnia debeat diſpenſare. Deus te inco-
,, lumem cuſtodiat dilectiſſime Fili. Data die quintodecimo Kalendarum * Au- * al. Juliarum.
,, guſtarum imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto anno
,, nono decimo, poſt Conſulatum ejuſdem Domini anno octavodecimo, Indi-
,, ctione quarta *. * anno Chr. 601.

XXXVIII. Auguſtinum litteris monet ne miraculis intumeſcat. Regiſt. l. 9. Epiſt. 58.

Tunc etiam auditis tot tamque aſſiduis B. Auguſtini miraculis, ſicut gaudens in laudem Dei exclamitat, ita timens humanæ imbecillitati ne inſoleſcat, hac illum epiſtola attemperat.

,, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia
,, granum frumenti cadens in terram mortuum eſt, ne ſolum regnaret in cœlo
,, cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus paſſione a paſſione
,, eximimur, cujus amore in Brittannia fratres quærimus quos ignorabamus,
,, cujus munere quos neſcientes quærebamus invenimus. Quis autem nar-
,, rare ſufficiat quanta hic lætitia in omnium corde Fidelium fuerit exorta,
,, quod gens Anglorum operante omnipotentis gratia & tua fraternitate la-
,, borante expulſis errorum tenebris tantæ Fidei luce perfuſa eſt; quod mente
,, integerrima jam calcat idola, quibus prius veſano timore ſubjacebat; quod
,, omnipotenti Deo puro corde ſubſternitur; quod a pravi operis lapſibus
,, ſanctæ prædicationis regula ligatur; quod præceptis Divinis animo ſubjacet
,, & intellectu ſublevatur; quod uſque ad terram ſe in oratione humiliat, ne
,, mente jaceat in terra. Cujus hoc opus eſt niſi ejus qui ait: *Pater meus uſque* Jo. 5. 17.
,, *modo operatur, & ego operor?* qui ut mundum oſtenderet non ſapientia homi-
,, num, ſed ſua ſe virtute convertere, prædicatores ſuos quos in mundum miſit,
,, ſine litteris elegit hæc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia
,, dignatus eſt per infirmos operari. Sed eſt in iſto dono cœleſti, Frater chariſſi-
,, me, quod cum magno gaudio vehementiſſime debeat formidari. Scio enim
,, quod omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit,
,, magna miracula oſtendit: unde neceſſe eſt, ut de eodem dono cœleſti & ti-
,, mendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. Gaudeas videlicet, quia Anglo-
,, rum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: per-
,, timeſcas vero, ne inter ſigna quæ fiunt, infirmus animus in ſui præſumptio-
,, nem ſe levet: & unde foris in honore extollitur, inde per inanem gloriam in-
,, tus cadat. Meminiſſe etenim debemus, quod diſcipuli cum gaudio a præ-
,, dicatione redeuntes, cum cœleſti Magiſtro dicerent: *Domine, in tuo nomine*
,, *etiam dæmonia nobis ſubjecta ſunt*, protinus audierunt: *Nolite gaudere ſuper* Luc. 10. 17.
,, *hoc, ſed potius gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo*. In privata etenim
,, & temporali lætitia mentem poſuerant, qui de miraculis gaudebant: ſed
,, de privata ad communem, de temporali ad æternam lætitiam revocantur,
,, quibus dicitur: *In hoc gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo*. Non enim
,, Electi omnes miracula faciunt, ſed tamen eorum nomina in cœlo tenentur

AN.CHR. „ adſcripta. Veritatis etenim diſcipulis eſſe gaudium non debet niſi de eo bo-
607 „ no quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non ha-
24. Maji. „ bent. Reſtat itaque, Frater chariſſime, ut inter ea, quæ operante Deo ex-
„ terius facis, ſemper te interius ſubtiliter judices ac ſubtiliter intelligas, &
„ temetipſum quis ſis, & quanta in eadem gente ſit gratia, pro cujus conver-
„ ſione etiam faciendorum ſignorum dona percepiſti. Et ſi quando te Creatori
„ noſtrn, ſeu per linguam ſeu per opera reminiſceris deliquiſſe, ſemper hæc ad
„ memnriam revoces, ut ſurgentem cordis gloriam memoria reatus premat;
„ & quidquid de faciendis ſignis acceperis vel accepiſti, hæc non tibi ſed illis
„ deputes donata, pro qunrum tibi ſalute collata ſunt. Occurrit autem menti
„ iſta cogitanti, quid de uno Dei famulo actum ſit etiam egregie electo. Cer-
„ te dum Moyſes Dei populum ex Ægyptn educeret, mira (ſicut tua frater-
„ nitas novit) ſigna in Ægypto operatus eſt. In Sina monte quadraginta die-
„ bus ac noctibus jejunans Legis tabulas accepit; inter coruſcos & tonitrua per-
„ timeſcente omni populn omnipotentis Dei ſervitio ſolus familiari etiam col-
„ locutinne cnnjunctus eſt. Rubrum mare aperuit, in itinere ducem habuit
„ nubis columnam, eſurienti populo manna de cœlo depoſuit, carnes deſide-
„ rantibus uſque ad ſatietatem nimiam in eremo per miraculum miniſtravit.
„ Sed cum jam ſitis tempore ad petram ventum fuiſſet, diffiſus eſt, ſeque de
„ eadem aquam educere poſſe dubitavit, quam jubente Domino largis utique
„ fluentis aperuit. Quanta autem poſt hæc per triginta & octo annos in deſer-
„ to ſecerit, quis enumerare, quis inveſtigare ſufficiat? Quoties res dubia a-
„ nimum pulſaſſet, recurrens ad tabernaculum ſecreto Dominum requirebat,
„ atque de ea protinus Deo loquente docebatur. Iratum Dominum populo
„ placabat ſuæ precis interventione; ſurgentes in ſuperbia atque in diſcordia
„ diſſidentes dehiſcentis terræ hiatus abſnrbebat, victoriis premebat hoſtes, ſi-
„ gna monſtrabat civibus. Sed cum jam ad repromiſſionis rerram fuiſſet ven-
„ tum, vocatus in montem eſt, & quam culpam ante triginta & octo annos
(ut dixi) ſecerat, audivit quia de educenda aqua dubitavit, & propter hnc
„ quia terram repromiſſionis intrare non poſſet agnnvit. Qua in re conſideran-
„ dum nobis eſt, quam timendum ſit omnipotentis Dei judicium, qui per
„ illum famulum tot ſigna faciebat, cujus culpam tam longo tempore ad-
„ huc ſervabat in cogitatione. Si igitur, Frater chariſſime, & illum agnoſci-
„ mus poſt ſigna pro culpa mortuum, quem ab omnipotente novimus præci-
„ pue electum; quantn nos debemus metu contremiſcere, qui necdum adhuc
„ novimus ſi electi ſumus? De reproborum vero miraculis quid dicere debeo,
Matth. 7. „ cum tua bene Fraternitas noverit quod in Evangelio Veritas dicit; *Multi ve-*
„ *nient in die illa dicentes mihi, Domine in tuo nomine prophetavimus, & in tuo*
„ *nomine dæmonia ejecimus & in tuo nomine virtutes multas fecimus; ſed dico illis,*
„ *neſcio qui eſtis, recedite a me omnes operarii iniquitatis.* Valde ergo premendus
„ eſt animus inter ſigna & miracula, ne ſnttaſſe in iis gloriam propriam quæ-
„ rat, & privato ſuæ exaltationis gaudio exultet. Per ſigna enim animarum
„ lucra quærenda ſunt, & illius gloria, cujus virtute ipſa eadem ſigna gerun-
„ tur. Unum vero ſignum Dominus nobis oſtendit, de quo & vehementer
„ gaudere & electionis in nobis gloriam poſſumus agnnſcere dicens: *In hoc ſcie-*
Joan. 13.5. „ *tur quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Quod ſignum
Pſal. 85.17. „ Propheta requirebat cum diceret: *Fac mecum*, Domine, *ſignum in bono, ut*
„ *videant qui me oderunt & confundantur.* Hæc autem dico, quia auditoris mei
„ animum in humilitate ſternere cupio. Sed ipſa humilitas tua habeat fiduciam
„ ſuam. Nam peccator ego certiſſima ſpe teneo, quia per omnipotentis Crea-
„ toris ac Redemptnris noſtri Dei Domini JESU-CHRISTI gratiam jam pec-
„ cata tua dimiſſa ſunt. Et idcireo electus es, ut per te dimittantur aliena: nec
„ habebis luctum de qunlibet reatu impoſterum, qui de multorum converſione
„ gaudium conaris facere in cœln. Idem vero Cnnditor & Redemptor noſter,
„ cum de pœnitentia hominis loqueretur ait: *Ita dico vobis majus gaudium erit*
Luc. 15.7. „ *in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem Juſtis,*

„ *qui-*

„ *quibus non opus erit pœnitentia*. Et ſi de uno pœnitente grande fit gaudium in AN.CHR.
„ cœlo, quale gaudium credimus factum de tanto populo a ſuo errore conver- 607
„ ſo, qui ad fidem veniens, mala quæ egit pœnitendo, damnavit? In hoc ita- 26. Maji.
„ que cœli & Angelorum gaudio repetamus ipſas quas præmiſimus voces An-
„ gelorum : dicamus igitur, dicamus omnes : Gloria in excelſis Deo & in
„ terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Regis quoque ÆTHELBERTI almæ fidei idem Papa congaudens hoc ordi-
„ ne cum piis xeniis ſcripſit. Propter hoc omnipotens Deus bonos quoſque XXIX. Gregorius etiam Regi ſcribit. Reg. lib. 9. ep. 60.
„ ad populorum regimina perducit; ut per eos omnibus quibus prælati fuerint,
„ dona ſuæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus,
„ cui veſtra Gloria idcirco eſt præpoſita, ut per bona quæ vobis conceſſa
„ ſunt, etiam ſubjectæ vobis genti ſuperna beneficia præſtarentur. Et ideo,
„ Glorioſe Fili, eam quam accepiſti divinitus gratiam ſollicita mente cuſto-
„ di, Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere feſtina, zelum
„ rectitudinis tuæ in eorum converſione multiplica, idolorum cultus inſeque-
„ re, fanorum ædificia everte : ſubditorum mores in * magna vitæ mundi- * al. ex
„ tia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo & bonis operibus * e-
„ xempla monſtrando ædifica; ut illum retributorem invenias in cœlo, cu- * al. boni operis
„ jus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ Gloriæ
„ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & ſer-
„ vatis in gentibus. Sic etenim Conſtantinus quondam piiſſimus Imperator
„ Romanam Rempublicam a perverſis idolorum cultibus revocans, omni-
„ potenti Deo Domino noſtro JESU-CHRISTO ſecum ſubdidit, ſeque cum
„ ſubjectis populis tota ad eum mente convertit. Unde factum eſt ut anti-
„ quorum principum nomen ſuis vir ille laudibus vinceret, & tanto in o-
„ pinione præceſſores ſuos, quanto & in bono opere ſuperaret. Et nunc ita-
„ que veſtra Gloria cognitionem unius Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti
„ Regibus ac populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere, ut & antiquos gen-
„ tis ſuæ Reges laudibus ac meritis tranſeat, & quanto in ſubjectis ſuis et-
„ iam aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omni-
„ potentis Dei terribile examen ſecurior fiat. Reverentiſſimus autem frater
„ noſter Auguſtinus * in Monaſterii Regula edoctus, ſacræ Scripturæ ſcien- * al. Epiſcopus.
„ tia repletus, bonis auctore Deo operibus præditus, quæque vos admonet li-
„ benter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate : Quia ſi vos
„ eum in eo quod pro omnipotenti Deo loquitur auditis, idem omnipotens
„ Deus hunc pro vobis orantem celerius exaudit; ſi autem (quod abſit) ver-
„ ba ejus poſtponitis, quomodo eum omnipotens Deus poterit audire pro vo-
„ bis, quem vos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in
„ fervore fidei ſtringite, atque anniſum illius virtute quam vobis divinitas tri-
„ buit adjuvate, ut Regni ſui vos ipſe faciat eſſe participes, cujus vos fidem
„ in Regno veſtro recipi facitis & cuſtodiri. Præterea ſcire veſtram gloriam
„ volumus, quia ſicut in Scriptura ſacra ex verbis Domini omnipotentis agno-
„ ſcimus, præſentis mundi jam terminus juxta eſt, & Sanctorum regnum ven-
„ turum eſt, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante au-
„ tem eodem mundi termino multa imminent quæ antea non fuerunt; tot
„ videlicet immutationes aeris, terroreſque de cœlo, & contra ordinem tem-
„ porum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræmotus per loca. Quæ
„ tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies ſubſe-
„ quentur. Vos itaque ſi qua ex his evenire in terra veſtra cognoſcitis, nul-
„ lo modo veſtrum animum perturbetis : quia idcirco hæc ſigna de fine ſæ-
„ culi præmittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſolliciti, de mortis
„ hora ſuſpecti, & venturo Judici in bonis actibus inveniamur eſſe præparati.
„ Hæc nunc, Glorioſe Fili, paucis locutus ſum, ut cum Chriſtiana fides in
„ regno veſtro excreverit, noſtra quoque apud vos locutio latior excreſcat;
„ & tanto amplius loqui libeat, quanto ſe in mente noſtra gaudia de gentis
„ veſtræ perfecta converſione multiplicant. Parva autem xenia tranſmiſi quæ

AN.CHR. 607 26. Maji. „ vobis parva non erunt, cum a vobis ex B. Petri Apoſtoli fuerint benedictio„ ne ſuſcepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam cœpit, „ perficiat, atque vitam veſtram & hic per multorum annorum curricula ex„ tendat, & poſt longa tempora in cœleſtis vos patriæ congregatione ſuſcipiat. „ Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat Domine fili. Da„ ta die decima Kalendarum Juliarum, imperante Domino noſtro Mauricio „ Tiberio piiſſimo Auguſto anno nonodecimo, poſt Conſulatus ejuſdem Domi„ ni anno octavodecimo, Indictione quarta *.

* anno Chr. 601.

XXX. Reginæ item. Ibid. Epiſt. 59. Venerabilem nihilominus Reginam BERTAM, ipſe præcellentiſſimus illuſtrator Eccleſiarum gratifice laudat hac epiſtolari ſerie tam pro Regis converſione, quam propria erga beatum Auguſtinum ſuoſque conſortes procuratione, „ hortaturque hæc famoſa merita attentius augere. Qui poſt terrenam poteſta„ tem cœleſtis Regni gloriam cupit acquirere, ad faciendum lucrum Creatori „ ſuo debet enixius laborare, ut ad ea quæ deſiderat operationis ſuæ gradibus „ poſſit aſcendere, ſicut vos feciſſe gaudemus. Remeantes igitur dilectiſſimus „ filius noſter Laurentius Presbyter & Petrus Monachus, qualis erga Reveren„ tiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Auguſtinum Gloria veſtra extite„ rit, quantaque illi ſolatia vel qualem charitatem impenderit, retulerunt; & „ omnipotentem Deum benediximus qui converſionem gentis Anglorum merce„ di veſtræ dignatus eſt propitius reſervare. Nam ſicut per recordandæ memo„ riæ Helenam matrem piiſſimi Conſtantini Imperatoris ad Chriſtianam fidem „ corda Romanorum accendit, ita & per Gloriæ veſtræ ſtudium in Anglorum „ gente ejus miſericordiam confidimus operari. Et quidem jamdudum glorioſi „ Filii noſtri conjugis veſtri animos prudentiæ veſtræ bono, ſicut revera Chri„ ſtiane debuiſtis inflectere, ut pro Regni & animæ ſuæ ſalute fidem quam „ colitis ſequeretur, quatenus & de eo & per eum de totius gentis converſione „ digna vobis in cœleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquam, ſi„ cut diximus, & recta fide Gloria veſtra munita, & litteris docta eſt, hoc „ vobis nec tardum nec debuit eſſe difficile. Et quoniam Deo volente aptum „ nunc tempus eſt, agite ut Divina gratia cooperante cum augmento poſſitis „ quod neglectum eſt reparare. Itaque mentem glorioſi conjugis veſtri in di„ lectionem Chriſtianæ fidei adhortatione aſſidua roborate, veſtra illi ſollici„ tudo augmentum in Deo amoris infundat, atque ita animos ejus etiam pro „ ſubjectæ ſibi gentis pleniſſima converſione ſuccendat, ut & magnum omni„ potenti Deo devotionis veſtræ ſtudio ſacrificium offeratis, & ea quæ de vo„ bis narrata ſunt, & creſcant, & vera eſſe modis omnibus approbentur. Quia „ bona veſtra non ſolum jam apud Romanos qui pro vita veſtra fortius orave„ runt, ſed etiam per diverſa loca & uſque ad Conſtantinopolim ad Sereniſſi„ mum Principem pervenerunt. Unde ut ſicut nobis de Chriſtianitatis veſtræ „ ſolatiis lætitia facta eſt, ita quoque de perfecta operatione veſtra Angelis fiat „ gaudium in cœlis: ſic vos in adjutorium ſupradicti Reverentiſſimi Fratris & „ Coepiſcopi noſtri & ſervorum Dei quos illuc miſimus in converſione gentis „ veſtræ devote ac totis viribus exhibete, ut & hic feliciter cum glorioſo Filio „ noſtro conjuge veſtro regnetis, & poſt longa annorum tempora futuræ quo„ que gaudia vitæ, quæ finem habere neſciunt, capiatis. Oramus autem om„ nipotentem Deum, ut Gloriæ veſtræ cor & ad operanda quæ diximus gratiæ „ ſuæ igne ſuccendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita ſibi opera„ tione concedat.

XXXI. Omnes ex his litteris proficiunt. Hos mellifluos florigeri Gregorii favos, hæc Apoſtolicæ & Romanæ allactationis nutrimenta, quam pia aviditate deſirioſa Auguſtini flagrantia hauſerit, pauper ſenſus nec capere nec expedire ſufficit. In hac divina paternarum litterarum armatura jamdudum emeritus agoniſta Deum ſe oblectabat, in hoc limpidiſſimo ſpeculo ante oculos elegantiſſimi Regis ſui decorem & ornatus ſuos conſulebat, in hac ſtatera quid vergeret, quid ſuperaret de pretio ſuo librabat. Cui cum ſancta conſcientia tot virtutum præconiis reſponderet, omnia ad emolumentum gratiarum reponebat in ſinum largitoris bonorum: nec verebatur

tur ne ſuo triumpho obrueretur, qui non ſibi ſed Auctori ſuo innitebatur. Non ANCHR.
labem timebat, quem timor Domini ſanctus poſſederat, quem ſupra firmam 607
petram fundatum nec gloria nec ignominia flectebat, qui non in ſe ſed in 16. Maji.
Domino ſtabat: nec Petrum præſumptione labilem ſed fide ſtabilem, Paulum-
que in infirmitatibus gloriantem ob Chriſti virtutem æmulabatur ad claritatem
interminabilem. Poſtremo quid jactare deberet qui omnem typum jactantiæ eli-
ſerat, quid egeſtatem & vilitatem pro gloria appetebat, cujus architecturæ
fundamenta tanta humilitatis altitudine ſunt depreſſa ac molibus ſuis ſolidata? ut
dum turris ejus auro mundo & omni lapide pretioſo conſtructa in cœlum aſſur-
geret, omnium tempeſtatum ictus immota & illæſa rideret.

Rex quoque ÆTHELBERTUS tantum Apoſtolicis ſummi Gregorii reſulta-
bat exhortationibus, quantum ſe novit gratiarum debitorem in Chriſto redem-
ptus, quod de æterna perditione filius adoptionis Dei eſſet effectus. Quem niſi
quia Regia potentia dilatandi Regni Chriſti ſummopere habebatur neceſſarius,
credimus ſervire quam imperare maluiſſe Monaſticis inſtitutionibus, atque coro-
næ Regni coronam præponere Petri. Verum quod tunc non permittebatur fieri
officio, apparet, nunc fuiſſe animo.

Sed & BERTÆ Chriſtianiſſimæ Reginæ non eſt poſtponenda devotio, quam
tantus Papa ſimiliter dignam cenſuit præmiſſæ epiſtolæ favore & apologitico.
Nam erat janua luci pervia, per quam ſplendidus Domini paranimphus Auguſti-
nus verum Solem Chriſtum Regii animi infudit penetralibus.

Cum ergo hic Dei amicus claviger eſſet fidiſſimus cordis Regii (ejus ſcilicet XXXII.
Regis, cujus cor in manu Domini) diffuſa charitate & dilatata mente exten- Auguſtinus
dens affectum in omnium ſalutem, egit apud ipſum obedientiſſimum Princi- de Britto-
pem, ut Pontificem Brittonum ab Eccleſiaſtica regula exorbitantium ad ſuum num con-
convenirent colloquium. Nam ab his hæc patria ante Anglos Brittannis eſt an- verſione
tiquitus appellata, quæ & ab olim Chriſto erat initiata. Anno quippe Incar- agit.
nati Verbi centeſimo quinqoageſimo ſexto, Marco Antonio Vero ab Auguſto
quartodecimo cum fratre Aurelio Commodo regnante, Rex horum Brittonum
Locius ſanctom Eleutherium tunc temporis Papam per epiſtolam ſuppliciter
expetiit & gratanter obtiouit, quatenus fideles doctores deſtinaret, qui ſe ac
gentem ſuam in Chriſto regenerarent. Nec deſecere Brittanni a ſuſceptæ pie-
tatis integritate uſque in tempeſtatem perſecutionis Diocletiani & Maximiani,
qua plures ſunt paſſione coronati. Sed & deinceps in fide Dominica perſevera-
vere, adeo ut nec hæreſi cederent Pelagianæ, ſed per accerſitos Epiſcopos Gal-
lorum convictos, perfidos & hoſtes profligarent a ſe. Verumtamen luxu tan-
dem & arrogantia corrupti, dum vitiis maluot ſubjici quam jugo Domi-
ni, gladio Gentilium deleti in paucis reliquiis pene a tota patria propulſi, in
ſilveſtria & ſterilia loca ſunt coartati. His ergo Apoſtolicus Legatus Domini
Auguſtinus cupiens mederi, Angloſque & ipſos unam gentem unumque corpus
efficere Chriſti, convocatis Illuſtrioribus gentibus *, cœpit inſiſtere omni ſua- * l. gentis
dela paternæ dulcedinis, omnibus viſceribus charitatis, quateous omnem Chri-
ſto adverſariam diſſenſionem abdicantes, Deum pacis admitterent, & una ſe-
cum Deo filios adoptionis ſibique coheredes cœleſtis Regni acquirerent. Ioſta-
bat etiam obnixis precibus & monitis, ut Dominicum Paſcha communi totius
orbis uſu & concordia ſuo tempore celebrarent, relicto ſcilicet errore quo a
quartadecima luna uſque ad viceſimam hæc feſta uſurpabant, quo ambitu octo-
ginta quatuor anni calculantur. Præterea in multis aliis ab Eccleſiaſtica regula
deviantes reſipiſcere poſtulantur. At Brittanni quo mitius petuntur, eo fero- Brittones
cius renituntur: & cum ſuas obſervationes omnibus aliis præſtantiores eſſe graſ- repugnant.
ſentor *, nulla rationis modeſtia flectuntur. Auctorizabant ſuas ceremonias non * f. cauſen-
ſolum a ſancto Eleutherio Papa primo inſtitutore ab ipſa pene infantia Eccle- tur.
ſiæ dicatas, verum a ſanctis Patribus ſuis Dei amicis & Apoſtolorum ſequaci-
bus hactenus obſervatas, quas non deberent mutare propter novos dogmatiſtas.
Quid ad hæc eruditiſſimi Auguſtini prudentia reſponderit, mens perſpicax non Auguſtinus
„ pertinax colligat. Sancti Patres veſtri ſi hæc Apoſtolica ſcita, quæ ferimus, illis reſpon-
det.

AN.CHR. 607 26. Maji.

„ jam omni mundo ſuſcepta ſanctiora eſſe comprobaſſent, ultro obediſſent, & „ ignorantias ſuas atque irregulares obſervantias correxiſſent: alioquin non ſancti „ ſed ſanctitatis rebelles adparerent. Et quidem Apoſtoli Domini in primordio „ fidei hoc unum opus ubique exercebant, ut omnes gentes in Salvatorem mun- „ di credere, & æternam vitam in ipſo ſperare docerent. Sic non mortalibus ar- „ mis, ſed in omni patientia & ſignorum ac ſanctorum operum indiciis omnem „ mundum Chriſti ſubjecere veſtigiis. Interea non poterant Lunares cyclos pu- „ blice tradere, ne cœleſtia promiſſa terrenis ſollicitationibus offuſcarent, & eva- „ cuata Cruce Chriſti inaniter cucurriſſent. Pauci aut rari tunc de Paſcha diſpu- „ tabant, maxime cum totius mundi rabies omnem animam Chriſto credentem „ puniret. At ubi ſubjugatis Chriſto Regibus & Tyrannis Eccleſia regnare cœ- „ pit, tunc publice Conciliis habitis de Paſcha & de ceteris Eccleſiaſticis Sacra- „ mentis decreta Apoſtolica quærebantur; & quæ antea neglecta erant vel di- „ verſis in locis diverſis modis agebantur, quidquid ad unius fiei integritatem po- „ ſcebatnr unius Eccleſiæ incude informabatur. Huic ergo regulari Chriſtiani- „ nitatis communicet unitati, quiſquis a Chriſto non vult abſcindi. His omnibus „ Brittanni repugnare magis quam acquieſcere certant. Vix unquam credide- „ rim præconem Dei Auguſtinum a quoquam Paganorum majori fatigatum ver- borum ambage: adeo nihil ſævius eſt domeſtico hoſte vel civili irrationabilita- te. Nam hoc eſt ad beſtias pugnare vel inteſtina bella ferre.

XXXIII. Miracula res ventilatur.

Sed aſſecla Domini poſt Chriſtum & Apoſtolos doctus vincere patientia, om- nia ſtudet experiri, ut vel divino cedant examini, qui Dominicæ reſiſtunt lega- tioni. A Deo, inquit, pacis & veritatis, qui habitare facit unanimes in domo, doceri poſtulemus evidentis ſigni indicio, quotum ſanctior ſit ſententia, quæ in hac controverſia tenenda ſit linea. Quærite in aliquo ægro vel debili veritatis expe- rientiam, qui coram admiſſus probet in nomine Domini curatoris ſui aſſertionem veram. Hanc propoſitionem omnibus approbantibus & ipſis rebellibus licet in- vitis, venit ad manum quidam ex Anglis, cujus oculis extincta erant gaudia lucis. Credo Dei nutu inventus eſt Angligena, ne Brittonibus (ſi de ſuis eſſet) extube- rarent ſupercilia. Horum ergo Sacerdotibus primitus ingeritur cæcus curandus, ut his deficientibus verus teſtis veritatis & verus clareret medicus. Omni itaque temeritate confuſa Auguſtinus humilis flectit genua, orans ſuum compertiſſimum Auditorem & illuſtriſſimum mundi Illuminatorem ut cæco reddat lumina, quo in fide & ſpirituali gratia multorum illuminentur pectora. Tunc homini ſigno Cru- cis impoſito cum hoc fidei verbo, In hoc ſigno oſtendat Dominus rerum eujus dogma ſit verum, cæcus reſeratis palpebris illuminatur, & poſt longam noctem ſereno die infunditur. Ab omni populo laus Domino acclamatur & fidus teſtis

Brittones inducias ad aliam Synodum petunt.

Dei ac verax veri dogmatis aſſertor Auguſtinus celebratur. Ipſi etiam Brittones tanta luce obruti favent modo, & vera eſſe atteſtantur ejus prædicamenta tan- to ſigno declarata: ſed ſe non poſſe ſine ſuorum Majorum conſultu & aſſenſu pa- trias leges abjicere. Hinc petitæ & datæ induciæ, dum Synodus iteraretur, & pluribus convenientibus quid ſequendum eſſet tractaretur. Hæc acta memoran- tur in loco ubi uſque hodie lingua Anglorum *Auguſtineat*, id eſt Robur Augu- ſtini in confinio Wictiorum & Occidentalium Saxonum appellatur, ubi contigua eſt maxima Brittonum provincia.

XXXIV. Eremitam celebrem conſulunt.

Semper ergo Brittonum Pontifices cum pluribus eruditiſſimis viris maxime de nobiliſſimo ipſorum Monaſterio, quod *Bancornaburhe* a. Anglice appellatur, cui

a Hoc Monaſterium in Wallia Angliæ provincia poſitum, diſtinguendum cenſet Menardus noſter in Concord. Regul. p. 137. a Cœnobio Banchorenſi, quod S. Bernardus in Vita S. Malachiæ c. 6. in Hibernia ſtatuere videtur. Id conſtat ex Jo: Speedo, qui in Theatri Brittan. lib. 2. c. 23. n. 9. ita de Banchorenſi Walliæ Monaſterio agit. *In Auſtrali hujus Comitatus* (Flintenſis) *parte a reliquis avulſa, locus eſt in quibuſdam MSS. Antonini exemplaribus* Bovium *dictus, quem nos hodie* Banchor, *ſive* Bangor *appellamus: urbs prima, poſt celebris memoriæ, ac primum quod legimus totius Orbis Monaſterium, in quo, ut inquit Beda, tantus fuit Monachorum numerus, ut cum in ſeptem portiones una cum præpoſitis ſibi rectoribus diviſum eſt, nulla harum minus quam trecentas homines haberet..... Quamquam multis ante ſæculis omnino conciderit, ut vix jam facies vel urbis intermortuæ vel Monaſterii remaneat: duarumque tantum portarum nomina reſtant, quæ mille paſſus disjunctæ ſunt, quas Deva fluvius nunc interfluit.* De Banchor vero Hiberniæ, in lib. 4. c. 5. n. 10. *Celebre*, inquit, *ad Sinum* Knoc-Fergus *Monaſterium ejuſdem inſtitutionis, nominis, & Ordinis, cujus antiqua fuerat illa in Anglia Abbatia prope Ceſtriam, quæ dicebatur* Banchor-Sinus *Knoc-Fergus* in Ultonia Hiberniæ provincia ſitum eſt.

cui tunc Abbas Dinoot præerat, ad concilium ituri quemdam anachoritica AN.CHR. 607
vita apud ipſos inſignem virum ſanctum ac prudentem adeuntes & rei ordinem
exponentes conſulunt, an Auguſtini doctrinam ſectando patrias obſervationes ab- 26. Maji.
dicarent: Quibus ille, Dei, inquit, ſamulum ſi cognoviſtis, ſectamini. Nos Ex Beda.
„ vero, ajunt, unde cognoſcemus? Tum ille, Audite, inquit, & diſcite a
„ Domino præcipiente: *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia* Matth. 11. 29.
„ *mitis ſum & humilis corde*. Ex miti ergo & humili corde cognoſcibile vobis
„ erit Auguſtinum jugum Domini ſerre & ferentibus condeſcendere. Si vero
„ ferociam vel contumaciam prætenderit, quomodo eum Dei hominem vel de
„ Deo eſſe conſtabit? Illis autem hujus intelligentiæ exemplum poſcentibus:
„ Sinite, ait, illum primitus Synodum intrare, ſi vobis ſupervenientibus aſ-
„ ſurrexerit ut Dei ſamulo reverenter obaudite; ſi vero reſidendo vos ſocio
„ honore, eum ſitis numeroſiores, excipere contempſerit, & ipſe vobis con-
„ temptibilis ſit.

XXXV. Auguſtini doctrinam cur penitus rejecerint.

His ad interitum ſuum armis præcincti dum coram adveniunt, Auguſtinum in Epiſcopali ſella reſidentem nec ſibi prorſus aſſurgentem offendunt. Tum vero ira, indignatio, deſpectus, repudium, lites, contentiones inhorruere, nee barbarus furor mitigari poterat ulla Patris manſuetudine: nee ſolum patiebantur hunc audire, verumetiam omnia ejus prædicamenta reſutare conati ſunt & reſellere. Quos vir Domini omnibus modis adhuc certans lucrari, de multis quibus adverſabantur Eccleſiæ univerſali, tria propoſuit obſervanda ut ce-
„ tera tolerari poſſent eontraria: videlicet ut Paſcha ſuo tempore ſicut om-
„ nes Eecleſiæ celebrarent; ut Baptiſmi Sacramenta Eccleſiaſtico ordine per- Tria ab
„ agerent; & Anglis una ſecum Evangelizando fratres & concives regni Dei ipſis petit
„ acquirerent. Adverſarii vero omnia abjiciunt, nec ſolum ſe ejus mandatis Auguſtinus
vel precibus obtemperare nolle, ſed nec Epiſcopum eum habere velle aſſerunt. Qui enim, ajebant, advenientibus nobis dedignatus eſt aſſurgere; quanto magis nos opprimet ſi ſubdamur ditioni ſuæ? Liquet ergo quam miti & humili corde jugum Chriſti tulerit ille Domini fidelis & prudens vicarius qui aſſidebat, & quam dura cervice ac tumido corde ſe jugo Domini rebellare prodiderint qui aſtabant. Nec vero in ſeſſinne vel aſſurrectione, ſed in manſuetudine ac dilectione fraterna cognoſcitur homn Dei, cum & ſedens clementiſſimus & ſtans ſæviſſimus poſſit reperiri. Præterea indecens haberetur ſanctioni Eccleſiaſticæ, ut tam ſeros & erroneos inflaret aſſurgendo, quos potius corrigeret increpando. Tandem vero Dominicus armiger ſuper incorrigibi-
les vibrans gladium Domini, hanc ſententiam promulgat ſpiritu & ore pro- Illis abnegantibus
„ phetali: Si, inquit, non acquieſcitur monenti, credite interminanti: quia excidium
„ quos repudiatis habere pacificos fratres, habebitis ſæviſſimos hoſtes. Et qui- prædicit.
„ bus invidetis ſocietatem Regni Dei, ab hac vita & Regno ipſis debellan-
„ tibus eritis auferendi. Sic rebelles veritati, veriloquum vatem tandem ſunt
experti.

XXXVI. Britones ab Ethelberto delentur.

Poſtremo namque tempore aſſumpto jam ad Dominum Auguſtino *a*, Armipotens Anglorum Rex ÆTHELFRIDUS cum ingenti copia civitatem Legionum invadit quæ ab Anglia Lega Aſtra, a Brittonibus autem rectius *Carlezion** nuncupatur. Convenerat ibi grandis cœtus Brittannorum & Sacerdotum & Monachorum ad orandum contra Regis impetum. De Monaſterio autem Banchor tantus erat numerus, ut in ſeptem turmas diſtinctus, in nulla portione minus trecentis hominibus haberetur, qui omnes labore manuum victitabant: quorum ſumma ultra duo millia cenſebatur. Hi omnes orationum & triduani jejunii armis

* modo Cheſter, Weſtcheſter.

Ex Beda.

a Idem aſſerit Beda in lib. 2. Hiſt. cap 2. *Sicque completum eſt*, inquit, *præſagium S. Pontificis Auguſtini, quamvis ipſo jam multo ante tempore ad cœleſtia Regna ſublato*, &c. Quæ verba etſi prætermiſit Aluredus in verſione Saxonica; (unde anſam detrahendi Auguſtino quaſi ſuperſtiti & cædis auctori Novatores arripiunt) Beda tamen genuina eſſe, nec purgandi Auguſtini gratia a quoquam ſuppoſita teſtantur Latina exemplaria omnia, in quibus verſus adductus legitur. Annus ſtragis Banchorenſis incertus eſt, quamvis ex certa Bedæ auctoritate longe poſt S. Auguſtini obitum (de quo infra ad cap 51.) acciderit. Verum fac Auguſtinum internecioni Banchorenſi ſuperfuiſſe: an tandem quia cladem iſtam Divino afflatus Spiritu prædixit, in crimen patratæ ſtragis adducendus eſt? Næ male hoc pacto meruerint de Judæis Prophetæ, qui nonniſi gladium & ignem ſæpius intentabant. Lege ſi lubet Richardum Smitheum in lib. 1. Florum Hiſt. Anglic. cap. 6. & ſeqq.

AN.CHR. 607 26. Maji.

armis contra hoſtem militabant. Quos in tutiore loco compoſitos ubi Rex vidit & cauſam perpendit: Proh! inquit, contra nos iſti inermi dextra, ſed armata oratione pugnant, atque in nos Deum ſuum omni pugna acerbius exagitant. Hanc pernicioſiorem aciem primum miles disjice & ad internecionem dele. His defenſor erat cui nomen BROITHMAILUS, qui hoſte irruente fugiens relictos inermes quos defenſaret, gladiis expoſuit. Ex oratoribus mille ducenti cæſi, quinquaginta tantum fuga erepti referuntur: tum ceteras perfidæ militiæ copias juſta victoris delevit immanitas. Sic ergo perverſi ſenſerunt in pœna ſua Auguſtinum longe poſt triumphata ſidera fuiſſe veridicum, cujus adhuc in corpore poſiti contempſerant vaticinium: quod ſcilicet debellarentur ab Anglis hoſtibus, cum quibus in Chriſto pacem nollent fratribus.

XXXVI. Auguſtinus Eboracum adiens curat paralyticum.

Ubi ergo ille veritatis vates hæc mala implacabilibus prædixit Brittonibus, ad Eboracam civitatem ut omnium ſollicitus eſt profectus. Totum iter ejus hoc ſatagebat, quod manſio ut ubique viam rectam & plebem perfectam pararet Domino. Ibat ſemper pedes abſque vehiculo, patiens laborum ut verus aſſecla ſanctorum Apoſtolorum. Nihil ſecum tulerat in hac mundi via, de cupiditate mundana liber & expeditus per mandatorum Dei ſemitas currebat ad cœleſtia, trahens ſecum ſequacia agmina. Vallabant æthereum Ducem auxiliaria ſanctorum Fratrum collegia cum credentium turba: & quo longius procedebat, eo ampliori frequentia, ut ignis vires acquirit eundo, creſcebat. Quis enim non anhelanter concurreret ad tam pia conſortia, nihil de mundo præter hominum etiam perſequentium ſalutem deſiderantia, ad tam certa cœleſtium gaudiorum promiſſa? quibus fidem dabant & ſanctæ converſationis exempla, & Divina ſignorum gratia, & unanimitas pro veritate mori parata.

Igitur circa fines Eboracas juxta iter quo ſeminiverbius Domini tendebat, homo toto corpore paralyticus & ipſorum oculorum lumine deſtitutus ac mendicus accubabat. Qui ad ſtrepitum prætereuntis populi viæ auctorem percunctando edoctus, crebris in Sanctum fertur clamoribus: Sancte, inquit, Auguſtine, famoſæ pietatis tuæ largitate huic homini rerum & ſalutis indigo ſuccurre. Ad hæc clementiſſimus Pater memor Domini cæcum in Evangelio curantis, ad languidum acceſſit, & voce Dominici Clavigeri Petri, quem ut patrimum inſtitutorem tota devotione æmulabatur, dixit: *Argentum & aurum non*
Act.3.6. *eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do; ſurge ſanus in nomine Domini* JESU-CHRISTI. Vix elocutus erat, & infirmus qui ſe hactenus movere non poterat tanta verbi potentia curatus exſiliit, ſimulque reſilientibus oculorum palpebris clarum diem hauſit, credenſque gratifice in quem Auguſtinus docuit Salvatorem, cum pleno corporis vigore feliciorem animæ ſuſcepit ſalutem.

XXXVII. In Natali Domini 10000. hominum baptizat.

Sic præco Domini & in proceſſione & in Eboracenſi civitate & ubicumque devenit, quod doctrina intonabat, multiplicibus ſignorum coruſcationibus confirmabat: gaudenſque ſucceſſu ſicut qui lætantur in meſſe, & ſicut exultant victores capta præda, copioſos populos Chriſto undique acquirebat, adeo ſcilicet ut in illa Natalis Domini die omnium cœlorum concentibus celebrata, pluſquam decem millia Anglorum abſque parvulorum ac mulierum infinito numero in fluvio, qui *Sirarios* Anglice dicitur, renaſcerentur ſacri Baptiſmatis lavacro velut uno Eccleſiæ partu & utero. Qui ad imperium Divini præceptoris tamquam ad vocem Angeli de cœlo clamantis, omnes pariter bini & bini minacem fluminis profunditatem acſi ſolidum campum ingrediuntur, ibique in vera fide & confeſſione ſummæ Trinitatis invicem alter ab altero aquam duce Apoſtolico benedicente baptizantur. O quanta ſolemnitas! quantum gaudium, quam jocundum ſpectaculum civium cœleſtium ac terreſtrium! cum capaciſſimi alvei ſinus tantæ multitudini non ſufficere videretur, totque turmarum & agminum generatio quaſi una proles unius parentis alvo effunderetur, tanta progenies in cœlum de profundo gurgitis naſceretur! Quantis natorum luminibus tunc omnium naſcentium dies & gloria illuxit nativitas Chriſti! quanta lætitia omnes Angeli Dei, qui gaudent ſuper uno pœnitente, tunc exultabant ſuper tanto divinæ meſſis germine, canen-
Luc.2. tes in nato Salvatore: *Gloria Deo in altiſſimis & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Cum

AN.CHR. 607

26. Maji.

XXXVIII.

In flumine nullus ſubmergitur, omnes curantur.

Cum quibus omnibus, id eſt ſupernis civibus adeo beatiſſimus Papa Gregorius congratulabatur in Spiritu-ſancto, ut de tam præclaro fidelium numero ſancto Dei amico pariter congratulaturo epiſtolam mitteret Alexandrino Patriarchæ EULOGIO. Hoc etiam gaudium præclaro exaggeratur miraculo, quod in tanta irruentium turbarum preſſura, in tam diverſo ſexus & ætatum atque infirmorum diſcrimine, cum omnes per illud intranſvadabile profundum tranſirent, nullus omnino periit, nullus ſe artatum vel læſum planxit: ſed omnes renatos in Chriſto & ut greges tonſarum aſcendentes de lavacro manus Domini in ulteriorem ripam tranſmiſit, ut omnes unum haberent & Chriſti & proprium in Chriſto natale. Parum dixi, nullum ibi læſum; omnes ægroti ſicut animarum ita & corporum moleſtias in aqua depoſuere, & cum ſalute utriuſque hominis & populus Iſrael de rubro mari vel de medio Jordanis cum cœleſti tripudio candidati exercitus proceſſere. Stat hactenus in eodem loco Eccleſia in hujus præclari Baptiſtæ Auguſtini honore & nomine condita ac dedicata, quæ tantæ ſalutis frequentes turbas curando celeberrima præſtat indicia. Sed & de ſupradicta Papæ Gregorii ad Eulogium epiſtola hæc ſubjicimus fidei gratia.

Eccleſia in loco poſita.

XXXIX.

Prov. 14. 4.

Gregorius ea de re cum Eulogio gratulatur. Regiſt. lib. 7. Epiſt. 30.

„ Gratias omnipotenti Domino agimus, quia impletum in vobis videmus „ eſſe quod ſcriptum eſt: *Ubi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo boum*. Si „ enim bos fortis aratrum linguæ in terra cordis audientium non traxiſſet, tan„ta fidelium ſeges minime ſurrexiſſet. Quoniam vero in bonis quæ agitis „ ſcio quod aliis congaudetis, veſtræ vobis gratiæ vicem reddo, & non diſſi„milia nuntio. Quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita in cultu li„gnorum ac lapidum perfida nunc uſque remaneret; ex veſtræ mihi orationis „ adjutorio placuit, ut ad eam Monaſterii mei Monachum religioſum ac Deo „ dignum Auguſtinum in prædicatione tranſmittere auctore Deo debuiſſem. „ Qui data a me licentia a Germaniarum *a* Epiſcopis Epiſcopus factus cum eo„rum quoque ſolatiis ad prædictam gentem in fine mundi perductus eſt. Et „ jam nunc de ejus ſalute & opere ad nos ſcripta pervenerunt, quia tantis mi„raculis vel ipſe vel ii qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in eadem gente coruſcant, „ ut Apoſtolorum virtutes in ſignis quæ exhibent imitari videantur. In ſolemni„tate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima Indictione * tranſacta „ eſt, pluſquam decem millia Angli ab eodem nuntiata ſunt Fratre & Coe„piſcopo noſtro baptizati. Quod idcirco narravi, ut cognoſcatis quid in Ale„xandrino populo loquendo, & quid in mundi finibus agitis orando. Veſtræ „ enim orationes ſunt in eo loco ubi non eſtis: quorum operationes ſanctæ mon„ſtrantur in eo loco ubi eſtis.

* ſcil. anno Chr. 598.

Item cum Franc. Epiſcopis. Regiſt. lib. 9. Epiſt. 58.

De his etiam quæ Francorum Epiſcopis ſcripſit idem Papa mellifluus, hæc „ pauca excipimus. Sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia „ commendatione proficiunt. Quia igitur Redemptoris noſtri gratia cooperante, „ tanta de Anglorum gente Chriſtianæ fidei gratiam multitudo convertitur, ut „ Reverentiſſimus frater & Coepiſcopus noſter Auguſtinus eos qui ſecum ſunt „ ad hoc opus exequendum per diverſa loca aſſerat non poſſe ſufficere, aliquan„tos ad eum Monachos cum dilectiſſimis & communibus filiis LAURENTIO „ Presbytero & MELLITO Abbate prævidimus tranſmittendos. Et ideo Fra„ternitas veſtra eis charitatem quam decet exhibeat.

Quæ etiam Regi Francorum LOTHARIO de Sanctorum ſuſceptione, quæ Reginæ BRUNICHILDÆ de ipſorum ubique notis miraculis gratificis ſcriptis ſuggeſſerit, quam dulce eſſet retexere & avida manu tot margaritas & favos legere? Sed obtemperandum eſt vel deſiderioſe vel faſtidioſe audienti, cum pleraque reperiantur in Regiſtro ipſius beatiſſimi Papæ Gregorii.

XL.

Auguſtinus leproſum curat.

Igitur, ut ſuperius iter repetamus, tandem Evangelus Domini Auguſtinus egrediens ab Eboraco cum ſanctorum ſociorum & aſſiduarum virtutum comitatu,

a Id eſt Galliarum, Nam antiqui Scriptores, uti Procopius paſſim, Germanos appellabant Francos in Gallia conſiſtentes, quod ex Germania orti eſſent.

AN.CHR. 607 mitatu, obviam excepit quemdam leproſum, ulceroſa ac purulenta fœditate, deformatum. Inclamitat miſer miſerabilibus queſtibus ultroneæ ſalutis bajulum

26. Maji. Auguſtinum. Quid dixi, clamitat, cui peſtifer morbus vocem ademerat, cui ſibilus pro loquela, cui taratara pro clamore erat, non indiguit indice curator benivolus, non multa prece opus habuit miſerator compatientiſſimus. Anguſtiam languidi ſentiebat quam videbat, & ut ærumnoſo ſalutem operaretur, charitas Chriſti urgebat. Quid celerem largitatem ſermonum ambage moremur? Acceſſit ſupplex morbidus, eique prodigus benedictionis Pontifex benedixit, ſicque Chriſti præſentia animatus dixit: In Domini Salvatoris nomine mundare ab omni lepræ tuæ illuvie. Dixit & continuo omnis calamitas putidi humoris ut nubes aufugit, cutiſque munda abſorpta prorſus immunditia totum hominem veſtivit. Non tam cito mundatus eſt Naaman Syrus, quem antea ſepties lavari Jordane juſſerat curato Heliſæus. Verum Auguſtinus in verbo ejus qui dixit in Evangelio, *Mundare*, velocitate prævaluit. O beatam & locupletem in Chri-

Marc.1.41. ſto Apoſtolici prædicatoris pauperiem, omnibus terræ opibus ditiorem! O theſaurum opulentiſſimum! ubi non aurum avidis mortalibus, verum incomparabilis auro gratuita animarum & corporum effunditur ſalus! An Crœſi vel Darii infinitis opibus ſoſpitas mercari poſſet languentibus? Attollitur ergo de tanto ſigno admirantis populi clamor in cœlum, & undique concurritur ad Baptiſmum vivificum.

LXI. Injuriæ Sanctis vitis illatæ vindicantur.

Sic operatus Dominicus negotiator in itinere in Occidentalem ab Aquilonali plaga divertit, non tam viatoris quam venatoris aut aucupis morem gerens, non tam feſtinans ad propria quam expetens Dominica lucra; illic tendens retia, qua proveniret Divina captura. Cumque Provinciam, quæ *Dorſete* appellatur, attigiſſet; & ubique ut Angelus Domini reciperetur, ſimulque auditorum fide quos paſceret paſceretur: incidit in quamdam villam velut in tartaream Plutonis ſedem. Ibi plebs impia tenebris ſuis excæcata, & Divinam lucem exoſa non ſolum audire nequibat vivifica documenta, verum tota ludibriorum & opprobriorum tempeſtate in Sanctos Dei debacchata, longe proturbat eos ab omni poſſeſſione ſua, nec manu pepercìſſe creditur effrenis audacia. At Dei nuntius juxta Dominicum præceptum & Apoſtolorum exemplum, excuſſo etiam pulvere pedum in eos, dignam ſuis meritis ſententiam, non maledicentis voto, qui omnium ſalutem optabat, ſed Divino judicio & Heliæ typo atrocibus injecit: quatenus Sanctorum contemptores tam in ipſis quam in omnibus poſteris ſuis debita pœna redargueret, qui vitæ mandata repuliſſent. Fama eſt illos effulminandos prominentes marinorum piſcium caudas Sanctis appendiſſe; & illis quidem gloriam ſempiternam peperiſſe, in ſe vero ignominiam perennem retorſiſſe, ut hoc dedecus degeneranti generi, non innocenti & generoſæ imputetur patriæ.

XLII. Alia injuriantium pœna baptiſmate diluitur.

Hic etiam Divinæ correptionis argumentum conſequenter ſubnectendum videtur, quod in alia incredulorum gente ea tempeſtate ſalutifer Auguſtinus operatus recitatur. Ille quoque populus inveterata profanitate dæmonibus incorporatus tenebrarum amicos lucis exoſuſqui in infidelitate ſua diceret Deo:

Iſai.28.15. *Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, pactum cum morte fecimus;* Angelicum Doctorem Angelica converſatione & ſignorum fulminibus doctrinam veram probantem non ſolum repudiabant: verumetiam aut gladiis excidere, aut ignibus vitæ latores vivos exurere ardebant. Quidquid benignus prædicator credentibus pollicebatur, illi expuebant; quidquid prophetico typo comminabatur, illi ſubſannabant. Quid in tam deſperabilibus tunc faciat illa Deo amabilis omnium ſalutem parturiens anima, quæ ſe etiam pro talibus dare vellet in charitate perpetua? Et quid tantæ fidei impoſſibile & tam forti dilectioni erit invincibile? Itaque confugiens ad inexhauſtam Chriſti clementiam, orat ut illam ollam mundialis petulantiæ ac diabolicæ culturæ qua-

Jerem.1. lem Propheta vidit, & facie Aquilonis ferventem in virga ferrea tamquam vas figuli conterat, aut illam maſſam ſua fornace in melius excoquat, & perditione dignos correptione redimat. Protinus inuſitato ſupplicio corripitur univerſa

AN.CHR. 607 16. Maji.

verſa illa conſpiratio perverſorum, ut ſola vexatio auditui det intellectum. Ardent omnes igni inviſibili, non ſicut quartanis ſebribus aut aliis morborum incendiis æſtuantes: ſed, mirum dictu & miſerabile viſu! exuſta cute & crudeſcentibus carnibus ſanguinolenta veſtigia & ſemora exeſa oſtendebantur. In tota vero illa furioſa plebe ut nemo erat qui reſipiſceret, ſic nemo erat qui evaderet. Ætas & ſexus, ſenes & lactantes, parentes & liberi, una omnes pene ſententia plectebantur: ubique clamor, gemitus & ululatus cruciatuum jactabatur.

Tunc demum redeuntes prævaricatores ad cor, intellexerunt quid illis cœleſtia promiſſa contemnentibus propheticus Auguſtinus ſit comminatus. Qui ſimul conglobati ad illum quem ſpreverant concurrunt, ad illum quem repulerant refugiunt, ejus veſtigiis cujus preces & monita riſerant, luctuoſi ſuccumbunt; lavacrum ſalutare quod expugnaverant efflagitant; mutatoque ardore pœnali in ardorem fidei, omnes implorant ſe in Chriſto renaſci. Hæc mutatio dexteræ Excelſi, nec poſſunt jam eſſe increduli Auguſtino promittenti, quia in Baptiſmo regenerarentur mentis & corporis ſaluti. Fit ergo ingens ſolemnitas cœligenis & terrigenis, ubi tot millia renatorum junguntur civibus ſupernis. Utque hoc tripudium deterſo nube dolorum ſerenius effulgeat, ille putidas carnes devorans peſtifer ignis omnibus aquis inextinguibilis, omnibus artibus immedicabilis, ſolo Baptiſmate Auguſtino interveniente in univerſis ibi baptizatis extinguitur. Ab illa quoque die hæc peſtis, quæ in aliis terris nonnumquam graſſatur, Auguſtino patrocinante a tota hac patria exterminatur. Poterant tunc illi Dei liberti gratifice clamare: Niſi Dominus nos liberaſſet per Auguſtinum aut Auguſtinus per Dominum, quaſi Sodoma vel Gomorra fuiſſemus, aut Heliæ ignibus cum quinquagenariis hoſtibus merito periiſſemus.

XLIII. Auguſtinus Dei allocutione honoratur.

Ab hoc ergo ſimilis furiæ juſtæque correptionis diverticulo ut ſuperiorem viam peragendam repetamus, ſanctiſſimi Dei veredarii Auguſtinus ejuſque ſocii a ſupramemoratis injuriatoribus ſuis quinque milliariis per loca ſolitaria in terra deſerta & inaquoſa egreſſi, gravi ſiti & æſtu ſub dio conſedere deſeſſi. Spes moribundis una ſalutis in Deo & Auguſtini ſui meritis. Ille non tam pro ſe quam pro Fratribus æſtuans, ad beneficum Dominum ſuum in omni petitione ſemper expertum fecit cum omnibus orationis confugium. Oranti itaque Dominus Jesus compatiens Martyri ſuo (Martyrem enim & ſine paſſione facit animus pararus martyrio: hujuſque martyrium erat inter inſecutores patiens & benigna converſatio) ineffabili clementia hic ſe oſtendere eſt dignatus, ſicque cum familiari allocutione eſt conſolatus: Confortare, mi bone ſerve & fidelis, & viriliter age: quia tecum ſum Dominus Deus tuus in omni tua effectione, & aures meæ ad preces tuas, quatenus ſemper pro quibuſcumque petieris obtineas. Tibi enim janua patet æternæ vitæ, ubi mecum gaudebis ſine fine. Tanta Dominicæ viſionis & allocutionis chariſmata tota præcordiorum B. Auguſtinus ebibens flagrantia, oblitus corporeæ ſitis, magis ac magis ſitiebat guſtatam dulcedinem, ſuiſque lacrymis gratanter occurrentem uberioribus fletibus proſequebatur abeuntem.

XLIV. Fontem obtinet.

Adorans vero ibidem ſentienſque illi loco ubi ſteterunt pedes Domini ſuperna beneficia redundare, nec illam terram pati ariditatem, in qua apparuit Fons vitæ; illico itineris baculum ibidem affixit. Nec mora, puriſſimus fons velut icta vena exſiliit, qui omnes ubertim refecit, & tam miraculo quam ſalute exhilaravit, atque exinde uſque in perpetuum in amnes & rivulos derivatus, hæc loca habitabilia ac populoſiſſima fecit. Ipſe vero divinus Pater tam beatæ contemplationis compos ad æternam tantæ gratiæ memoriam locum a cernendo Deum *Cernbel* appellavit. Quod nomen ex Latino Hebræoque confectum (nam ut prima ſyllaba a cernendo viſum, ita ſequens *bel* Deum ſonat) indelebiliter ſibi inolevit. Ad hoc etiam Eccleſia in nomine Domini ſalvatoris, quod ſe ibidem revelare dignatus eſt, conſtruitur & conſecratur: ac deinde Mo-

Eccleſia inibi cum Monaſterio conſtructa.

naſte-

AN.CHR. 607 26. Maji.

naſterium [a] jam olim in honore B. Petri Apoſtoli ædificiis & rerum opulentia ſublimatum, conſpicuo impræſentiarum cœtu pollet Monachorum. Fons autem ille ſacer Auguſtini adminiſtratoris nomine celebratur, non ſolum potantibus præbens aquæ uſum, ſed etiam diverſorum morborum credentibus remedium: unde nuper geſti miraculi hic damus indicium, quod ibi ac per ipſam provinciam late habetur celeberrimum.

XLV. *Parochus in extremis habitum Monaſticum ſumit & ad prædictum fontem ſanatur.*

Eſt Cemelienſi Abbati eruditiſſimo Presbyter Parrochianus, qui populo Divina officia in ipſo Monaſterio agere eſt ſolitus. Hunc languor ad extrema perductum Monachicum poſcere compulit habitum. Appoſitum eſt ejus capiti ſacræ profeſſionis indumentum, qui tunc demum ad hoc confugeret, cum mors inſtaret; hoc eſt, tunc Dei armaturam arriperet, cum hoſtis invaderet. Nox erat, & feſſum ægrum ſomnus captabat. Aſtat trepido benignus Auguſtinus ipſo habitu & virga Pontificali conſpicuus. Nec vero diu remedia tali denegat, qui forte adhuc ſæculari animo degebat, invitans illum ad bravii cumulum, qui gratis & ingratis admioiſtrat ſolem ſuum, & averſos ſæpe revocat beneficio magis quam ſupplicio. Reſovet anxium pius conſolator tali alloquio: Surge, ait, & ad fontem ſancti Auguſtini accede, ibique quinquageſimum Pſalmum trino repetitu concine, & invocatione auxilii ipſius Auguſtini tertio in eodem fonte corpus tuum ablue: ita optata vita & ſanitate potiere. Ne qua vero præpediaris ambiguitate, ipſum ſcias tibi adeſſe & hæc ſuadere per quem debeas revaleſcere. Inter iſta moribundus erigitur, raptoque baculo mirantibus cunctis egreditur. Videbatur tunc vigilibus ſuis illum imminentis leti præſagio ita oberrare. Malunt tamen ſubſequi, & quo tendat obſervare quam prohibere. Ille ad ſacrum fontem veniens tertio in ejus amne abluitur, tertio quinquageſimus Pſalmus cum implorato Auguſtini ſuffragio decantatur, & ante expletum precum holocauſtum æger ſe miratur ſubita ſanitate de interitu revocatum. Nempe quod antiquus fecerat ſeptena lavatione in leproſo, hoc noſter Heliſæus ſummæ Trinitatis confeſſor exhibuit trina Baptiſmatis forma morituro. Regreſſus ergo jam non languidus ſed totus ſoſpes ad lectulum ſuaviter requievit, & ipſo lucis crepuſculo Monaſterium ſubiit, populo ex more Matutinas decantavit. Stupor ingens & extaſis Abbatem & Fratres ac plebem corripit cum lætitia & gratiarum effuſione, ut cujus exſequias præſtolabantur exciperem, alacrem & incolumem viderent ſolitum officium exhibere. Ille etiam populo expoſuit publica voce, qualiter per ſanctum Auguſtinum ſanatus ſit tam propere.

XLVI. *Auguſtinus Dorobernię Sedem ſi-git.*

Igitur Angelicus Domini Legatus Auguſtinus, ut iter ejus terminemus, poſt longa terræ ſpatia & ex magna parte pererratam Brittanniam, poſt innumera virtutum & documentorum ſalutaria ſolatia, ad perpetuam ſedem & Manſionem ſuam Doroberniam cum illo beatiſſimo ſociorum comitatu regreditur: ubi ut omnium genitor & lucifer ac ſolis ſui deſideratiſſimus recurſus omnium favore & gaudio excipitur.

XLVII. *Surdum & mutum bis reparat.*

Inter frequentantes tam potentem curatorem debilium turbas, advenit juvenis genibus nitens pro pedibus, utpote gravi utrorumque pedum contractione tortuoſus, ſimul etiam auditu & loquela defunctus; oculis tantum via patebat, ſed viam informis greſſus negabat; quæ peteret videbat, ſed qua peteret interventrix lingua deſecerat. Anguſtias ſuas mutus tacebat; quod ſcire juvaret, ſurdus non audiebat; tot vitæ officiis carentem, ſive ſemivivum ſive ſemimortuum dixerim, nota miſerabilis eſt. Verum miſerator Auguſtinus hanc miſeriam pia prece abſolvit & in Trinitatis gratia triplicem calamitatem triplici curatione abegit. Diriguntur greſſus, abſolvitur lingua, reſerantur aures. Triformis æger triformi ſoſpitate gratulatur. It, currit, loquitur, audit inoffenſe, plane, clare. Verumtamen homo lubricus tanta vanitate & inſolentia accepta incolumitate abuſus eſt, ut vim feciſſe Deo videatur Auguſtinus, qui tam indiſciplinatum ſaluti donandum expetierit. Nam ut cetera

[a] De Cemelienſi Monaſterio adi Willelmum Malmesb. in lib. 2. de geſtis Pontif. ubi de Epiſc. Schireburnenſ. fol. 142. verſo, & Monaſt. Anglic. To. 1. pag. 253.

tera vitia levitatis & ſcurrilitatis ipſius taceamus, ad Eccleſiam veniens tanta garrulitate & laſcivia plebem afficiebat, ut omnes ſua improbitate ſcandalizaret, dum nec reverentiam ſancto loco ageret, nec ullius increpationi acquieſceret. Sic intemperatum Divina animadverſio prioribus vinculis gravius adſtrinxit, & Ablata ſalute quæ erat indomito ad perniciem, repetitis majori dolore induviis domuit: videlicet os ſtulti ebulliens ſtultitiam & aures intentas ad fabulas omnemque laſciviam, pedes quoque currentes ad præcipitium ænea clave obſtruxit, & ad continentiam retorſit. AN.CHR. 607 26. Maji.

Artatus itaque acrioribus cruciatibus, ad cœleſtem Medicum ab amicis & cognatis attrahitur, Sanctique veſtigiis inhærens, quod obſtructis verbis nequibat, diris ſuſpiriis deplangit, lacrymans & ejulans veniam poſcit, ſoſpitatem indebitam præſumpta clementia repetit. Vulnerantur altius paterna viſcera aliena miſeria, & cum miſericordiæ Judice luctatur miſericordia, qua ſola ſolet vinci miſeratrix juſtitia. Inter reum & Deum obſtat cauſidicus mediator: hinc puniendum increpat, illinc ſalvandum intentat. Confunditur ſceleſtus de culpa, corrigitur pœnitentia, ut correctus induatur juſtitia, juſtificatus potiatur juſti Salvatoris gratia. Sic interveniens Auguſtinus prævaluit victoria, extorſit cum Jacob benedictionem, cum Moyſe propitiationem, & raptam a Domino victor miſero reportavit denuo ſoſpitatem. Ille & greſſibus & eloquio & auditione reformatur ad integrum. Ceſſat ulterius aliena ope duci, ceſſat digitis loqui, deſueſcunt & alii quibus ſurdo ſatisfaciant ſigna doceri; ſenſu quoque ſanior redditus deſinit a ventoſitate priori (quod utilius eſt corporea ſalute) Patris ſcilicet Auguſtini eruditione, correptione, prece ac ſalvatione.

Jam vero inter tot virtutum inſignia quis digne efferat tanti Doctoris præconia, per quem non tantum efferatiores ſuave Chriſti jugum ſuſcipiunt, verumetiam ſancti & ſignipotentis viri, etiam Angelico monitu ad eum mirabili veniunt via erudiendi? Res eſt non capitulari artitudine commendanda, ſed plana & lucida ſententia exponenda. Legimus in vita beatiſſimi Pontificis & Martyris LIVINI [a] fideli ſanctorum ſociorum ſuorum commendatione deſcripta, qualiter ipſe Dominicorum negotiorum diſpenſator fideliſſimus Auguſtinus ad religioſum Regem Scotiæ COLOMANNUM omnium ſaluti conſulens venerit, & beatum Livinum tunc puerum cum ſancto MENALCHIO Pontifice baptizaverit, utque Rex & Regina Regnique Optimates illum a Fonte ſuſceperint. Tunc ſuper baptizatum ſolaris ſplendoris columna coram omnibus alluxit, & in ſplendore aurea ſole micantior dextra apparens ter puerum ſigno Crucis benedixit, atque vox cœlica in hæc verba ſonuit: Dilectus Deo & hominibus cujus memoria in benedictione eſt. Hinc præclarus Auguſtinus Dominum glorificavit, & cunctis glorificandi documentum dedit. XLVIII. Auguſtinus S. Livinum Baptizat.

Interea ſanctis vitæ incrementis adoleſcens ille ſuus & ævo & merito filiolus adeo dilectus erat Regi & omnibus, ut miro affectu ac precibus eum retinere tentarent. Cui timenti retiacula mundi & hoc ſuperanxie fluctuanti, Angelus lucis affulſit, proprioque eum nomine ſalutans, Ave, inquit, Frater Livine, deſine tribulari, & audi quo debeas conſolari. Vade hinc ad Anglorum Pontificem Auguſtinum, & ab eo percipe totius ſanctæ inſtitutionis documentum, per quem Deo provehente ſummam attingas virtutum. Aſt Domini Confeſſor feſtinans Angelicis juſſibus obtemperare, expetita Regis dimiſſione & ruptis fautorum ſuorum retinaculis ceu telis araneæ, cum tribus beatis diſcipulis FOILIANO, HELIA & KYLIANO (qui etiam deſcribendis ipſius geſtis probatiſſimi auctores claruere) ultro contendit ad mare, quo poſſet ad deſideratiſſimum Patrem Auguſtinum tranſnavigare. Sed occurrit Angelus Domini in itinere juvenili decore, ſplendida facie, gratioſus inceſſu, dulcis affamine: Confide, ait, Frater, quia Dominus me tibi miſit ducem & cuſtodem inſeparabilem in omni via tua. Tu modo incunctanter ſequere me: quia ad illum tui profectus doctorem quem petis, favente Domino perducam te ſucceſſi- Livinus ad S. Auguſtinum informandus accedit Angelo duce. Vitæ S. Livini ſcriptores.

[a] S. Livini acta dabimus ſæculo inſequenti; Surium interim ſi lubet ad Novemb. 12. tu conſule.

AN.CHR. 607 14. Maji. ceſſibus proſperis. Agnoſces ergo prudens Livinus ſpiritum veritatis hæc ſibi dicentem, proſequitur fiducialiter cum præfatis diſcipulis præcedentem, & illud mare magnum ac ſpatioſum ſiccis pariter tranſeunt veſtigiis. Videbatur autem tam ſacratiſſimo Livino quam beatis ſociis ſuis toto illo itinere, quo pedeſtri inceſſu vaſti gurgitis fluctus acſi ſolidam aream calcabant, quod per prata vel campeſtria vireta roſis ac liliis omnique herbarum ac florum pulcherrima varietate vernantia tranſirent. Ubi vero ſidereus Dux ſequaces ſuos tuto litore feliciter expoſuit, cum indicibili jubare & ampla lucis coruſcatione ipſis inruentibus cœlos repetiit; ut hoc ſplendore videretur dicere: Huc me filii lucis ſpretis mundi tenebris ſequi properate.

Quis itaque hæc tam florida ac ſulgida miracula glorioſi Auguſtini meritis dubitat vel adſcribere vel communicare, ut Auguſtinum quærentibus unda viteret, pontus floreret, fluctus vernaret, & ipſe gurges ſub pedibus Evangelizatorem pacis petentium ſe ut ſolidum campum exhiberet? Venit ergo cum prænominatis tribus ſanctæ Trinitatis Confeſſoribus deſideriosus Livinus ad deſiderabilem patrem Auguſtinum; venit Angelico ductu velut ad alterum Angelum, de florido itinere ad florigerum paradiſum, de via maris ad fontem mellifluum, de pernicioſis opibus ad incorruptibilium divitiarum theſaurarium, cui de cubiculo veti Regis infinitam opulentiam rerum & immarceſſibilem pulchritudinem ſpecierum depromat omnium.

Ab Auguſtino excipitur. O quam feſtivum ortum eſt gaudium tam præcelſo Doctori Sanctorum, ubi talem ſibi divinitus deſtinatum excepit diſcipulum, quem Spiritu-ſancto præſciverat venturum, qui dignus erat magiſter aliorum. Sed generoſa indoles Livini, a tam divinitus inſpirato mavult diſcere humiliter, quod poſtea doceat fiducialiter. Audit illum qui in cœlo poſuit os ſuum Angelico ore diſputantem de infinita multitudine & glorioſa ſupernarum virtutum, de præcellentiſſima Apoſtolicæ ſublimitatis hierarchia, de innumerabili exercitu & triumphali Martyrum palma, de candidiſſima Confeſſorum ac Virginum corona; omnem mundi pœnam non eſſe condignam tanta præmia; nihil comparari, nihil appretiari poſſe ad illam pulchritudinem, ad illam dignitatem, ad illam indeficientem ſolemnitatem & gaudia omni genere laborum, omni flagrantia virtutum nunc eſſe currendum. Ad illud ſempiternæ beatitudinis bravium ducebat avidiſſimum æmulum per omnia floreta ſacrarum ſcripturarum; pandebat ei æraria & cellaria Chriſti & Eccleſiæ in deliciis & oblectationibus Dominicarum gazarum ac vitam ſpirantium aromatum, in ſempiterna charitate & claritate Sanctorum. His aliiſque plurimis exhortationibus Dux inclitus Dominicorum caſtrorum armabat athletam Chriſti fortiſſimum, accendebat ardentiſſimum. Jamque ſecundum præducis Angeli pollicitationem ab Apoſtolicæ converſationis evexit perfectionem, ut & palmam attingeret Martyrialem.

Ab eo recedit. Itaque per quinquennium & menſes tres ſecum detentum ſanctiſſimis exemplis ac inſtrumentis non in omni ſanctitate provectum, ævo tenerum ſed religioſa maturitate grandævum, tandem conſecrat Sacerdotem Chriſto electiſſimum. Dat etiam liberaliſſimus catigera *a* in ipſa dilecti diſcipuli ordinatione dulciſſimum pignus & memoriale perpetuæ dilectionis ſuæ, caſulam videlicet purpuream, glorioſi Martyrii præſagam, auro & gemmis inſtar meritorum prætextam. Addit Stolam & Orarium ſimiliter aurea textura ac pretioſarum gemmarum ſideribus decorata inſignia. Jamque imprecatus ſibi omnia bona & mutua orationum ſuffragia non ſine mutuis lacrymis, remittit eum Regi ac genti ſuæ deſideratiſſimum eruditorem cum præmemoratis ſanctis comitibus ſuis. Denique ſicut apes mellifluum florem, & ſicut cervi aquæ fontem, ſic Auguſtinum appetebant undique cœleſtia mellificantem.

XLIX. Veteli cujuſdam de Auguſtino teſtimonium. Erat quidem veteranus, qui afferebat avum ſuum per ſanctum Auguſtinum baptizatum fuiſſe, & hoc avum patri ſuo, patremque ſibi tali modo retuliſſe. Cum eſſem, ajebat, adoleſcentulus, & vidiſſem ad illum novum & inauditum noſtræ

a Catigera, doctor, Rhetor, inquit Papias.

AN.CHR. 607
26. Maji.

noſtræ ſalutis Protodoctorem Auguſtinum quaſi ad quemdam Angelum concurrentia populorum agmina; ego cui vanitas corona, cui gaudium ſtultitia, cui deliciæ erant ridicula, mira ſenſus hebetudine deridebam omnia velut phantaſmata, omneſque errare præter me meoſque coerroneos magna credebam ineptia. Cum vero audiſſem illum omnia debilium ac moribundorum curare corpora, ampliori incredulus cachinnabam veſania. Concepi tandem doloſitatem laſciviæ meæ, & ut uter ventoſus veni illum quaſi ſycophaotam videre aut feminiverbium audire; ad hoc videlicet, ut aliquam ſtropham rapere m ab ejus ore vel curatione, unde poſſem meis ſimilibus riſum movere. Cumque me preſſanti turbæ ut inſidioſus & latrunculus immerſiſſem, ejuſque paternum ac reverendum intuitum oculis notaſſem; protinus ingenti confuſus terrore dirigui, ut videretur in eo Divina quædam animadverſio impuritati meæ indignari. At ille ſancto Dei Spiritu plenus (ut claruit hactenus) inviſum quaſi notiſſimum reſpexit, miſſoque miniſtro illum, inquiens, adoleſcentem adhuc mihi; me ſibi de medio plebis præcepit adduci. Tum vero altius intendens quod ſine indice innotuerim illi: taoto ſtupore contremui, acſi cum exerta machæra quæſtorem ac punitorem vidiſſem ſceleris mei. Continuo ad tanti vatis clementiam confugi, ac ſubſtratus ſacros pedes adſtrinxi. Ibi omnem ventoſitatis tumorem quaſi compuncta veſica emiſi, omnes ſordes fluxæ levitatis evomui, totum me tam benigni Patris præceptis ac documentis dedidi. Ille placide increpatum & ioſtructum paternis ulnis amplexus, credentem in Chriſtum me baptizavit, atque in filios filiorum *a* producta longævitate benedixit.

Qualis ejus forma
Vide Mirac. lib. c. 2.

Hæc & his plura præfatus vetulus ab avo ſuo patri audita & a patre ſibi narrata repræſentabat audientibus fidei aſſertione quaſi ab alio ſæculo cognita. Intimabat autem a parentibus ſibi inſinuatam ipſius beati Auguſtini formam & perſonam patriciam, ſtaturam proceram & arduam, adeo ut a ſcapulis populo ſuperemineret, & Saulem proceritate non atrocitate exhiberet. Facies amabilis & reverenda, frons mediante coma ſuis columnis reſultabat feneſtrata. Signa vero & ſanitates quæ in populo frequentantium cœtuque debilium aſſiduabat, nullum enarrare nec enumerare poſſe adſtruebat. Memorabatur jugiter pedeſtri inceſſu, ſæpius diſcalceatus provincias Apoſtolica devotione luſtraſſe & callos genuum fratris Domini Jacobi in plantis attraxiſſe. Plures quoque ſanctorum comitum ejus eaſdem virtutes vel imitari vel æquiparare ſolitos aſſerebat. Hinc itaque, cum charitas omnia probabilia credat, & cum ultro credimus quod amamus, quod vero non credimus odiſſe nos vel ſpernere probamus; perpendant filii dilectionis & non alieni, quod ea quæ Sancti geſſerunt in vita, vel per ſcripta vel per longævos ſeniores vel per famam, quæ eſt lex hiſtoriæ, a generatione in generationem propagatam Deo propalante ad notitiam ſcripturarum ſanctarum potuerint pervenire, quæ & qualia non eſt injuria credere. Jam poſt flumina & feras repulſas glorioſi Auguſtini palmarium explicemus.

L.
Moriturus Petri Apoſtoli exemplo Laurentium ſucceſſorem ordinat.

Jamdudum vero ille ſupernus incola, percuſſus illa, quæ fortis eſt ut mors, ſuperni amoris plaga, abhorrebat omnia terrena oblectamenta ſicut vitæ detrimenta, & mundanam gloriam ſicut vincula, ſicut ergaſtula, ſicut ſupplicia; quæ tamen cum ipſa morte dulce eſſet pro Salvatore pati omnia. Solo itaque corpore ligatus in terra, immo ſola gignendorum & informandorum Deo filiorum paterna aſtrictus cura, de reliquo totus converſabatur in illa æterna patria; tota mente, tota anima, jugi ac violenta inſtantia captabat cœleſtia. Quæ precum incenſa, quæ ſanctorum deſideriorum lamenta, quam inenarrabilia mittebat cœlo ſuſpiria? Quis, inquit, dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcam? Et, Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei. Concupivit & defecit anima mea in atria Domini. Sic irrequietis clamoribus præoccupabat faciem Domini, & vim faciebat cœlo crebris pulſatibus rogans admitti, cupiens diſſolvi & cum Chriſto eſſe.

a Auctor in Opuſculo minori de Vita S. Auguſtini rem diſtinctius ſic explicat. *Affirmabat enim eumdem avum ultra centum annos vixiſſe, ipſumque longævitatis benedictionem in patrem ſuum deſcendiſſe, in ſe etiam centenarios progenitorum annos longe excreviſſe.*

AN.CHR. 607 26. Maji. Tandem vero intelligens ex Spiritus-ſancti reſponſo exauditum ſuum deſiderium, ut veniat ad ipſum omnibus rectis corde deſideratum, cœpit parentalibus viſceribus anxie pertimeſcere, ne poſt ſe lactea natæ vel naſcentis Eccleſiæ infantia orbata Paſtore luporum dilapidaretur invaſione. Hinc beatum LAURENTIUM Apoſtolicæ ſanctitatis virum, Apoſtolicis ſignis præclarum, ſuorumque comitum præcipuum, dicente ſibi Domino in ſpiritu: Hunc mihi unge in Sacerdotem electum, perſpicaci animo cum ſuperno inſtinctu intendit pro ſe ordinandum. Refert hæc ad Clerum, ad Regem, ad populum: placet omnibus, favent omnes, ſimul benedicunt & expetunt. Rege itaque cum confluo populo immenſum congratulante, ordinat cum omni ſolemni gaudio Laurentium

NOTA. ſibi ſucceſſorem; ut quondam Apoſtolorum Princeps Petrus Clementem ob ſupradictam videlicet novellæ informationis neceſſitatem: quod tamen exemplum nulli inpoſterum debet eſſe præſumendum. Nemo rite hoc fecit poſt Petrum, nemo incompetenter faciat poſt Auguſtinum. Nam unus Chriſtus, una Eccleſia, unus Epiſcopus, nec dividitur unus & unitas. Conſecratum ergo deſtinat ad omnia promptiſſimum, ut Paulus Timotheum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, ut diſcurrat, feſtinet, inſtet opportune, importune, arguat, obſecret in omni patientia & doctrina.

Ipſe vero theoricus contemplator ut mundi opprimentis perfuga, ut paſſer ſolitarius in tecto gaudebat nimium ruptis rerum retinaculis, pennis æterni amoris ad Dominum evolare, in optima parte Mariæ requieſcere, ſoli Deo vacare, revelata facie gloriæ Domini aſſiſtere, ejuſque perpetua paſci dulcedine. Tunc demum ſe vivere ac regnare, tunc primum ſe cœpiſſe ſervire Deo credebat. Numquam tamen defecit Dominica lucra augere in conveniendo populos in unum & ipſos Reges ut ſerviant Domino: nuſquam deerat ubi Divina res poſtulabat. Nunc ut aquila ad ſuperna volabat, nunc Dominica poſcente paſcua ima reviſebat.

LI. Poſt verba ad Regem &c. facta moritur. Quid longa tergiverſatione exitum præſentis lucis dare formidat oratio? Tandem victorioſiſſimus Athleta Domini in omni ſanctitate & meritorum perfectione excurſo vitæ ſtadio pervenit ad bravium ac diu deſiderata æterni Regni præmia. Jam pulſanti per ægritudinem Domino aperuit cum inenarrabili tripudio, & aromatico gratiarum ſacrificio. Tum magnanino paternæ dilectionis affectu exhortabatur tam Regem & Principes quam Clerum & populum, ſervire Domino in timore, & profanatis dæmonicorum ſacrificiorum ſordibus in fide Chriſti divinitus ſibi tradita immobiliter perſeverare, & uni Deo vivo & vero fide & amore perpetuo adhærere, ejuſque mandata per inunctum Pontificem ac Dominicos Miniſtros diligenter obſervare. Venit ergo finis mundialium procellarum, & illuxit aurora æternarum lætitiarum: & benedicto Rege & confirmata in Chriſto primitiva ſuæ genituræ Eccleſia, relinquens omnibus perpetuæ dilectionis pignora beatæque vitæ documenta, inter ſanctorum ſociorum diſcipulorumque lacrymoſa examina, ſtante beato Laurentio cum populoſa frequentia, depoſita ſarcina carnis aſſumitur in cœlum *a* cum ſupernarum virtutum triumpho & gloria, cum inæſtimabili omnium occurſu & receptu ſempiternaque lætitia.

O quanto ſolemnio adornatur & coronatur tunc omne cœlum videlicet ad tam præclari civis adventum. Ambiunt æthereæ turmæ victorem palmigerum, invitant Apoſtoli in ſuas ſedes ſocium Apoſtolicum, vallant purpurata caſtra

a Auguſtini obitum (de quo diverſæ omnino ſententiæ) in medio anni 604. & 610. intervallo ſtatuere neceſſe eſt. *Anno enim Dominicæ Inc.* 604. (inquit Beda in lib. 2. Hiſt. cap. 3.) *ordinavit duos Epiſcopos Mellitum videlicet & Juſtum. Anno vero octavo Imperii Focatis* (teſte eodem cap. 4.) *Indict.* 13. hoc eſt anno Chriſti 610. *Bonifacius Papa epiſtolas direxit Archiepiſcopo Laurentio*, qui jam Auguſtino ſucceſſerat. In Epitaphio Auguſtini memoriæ inciſo obitus dies inſcribitur abſque anno & Indictione, quæ Bedæ Venerabili ignota fuiſſe videntur. Tabella vetus altaris Eccleſiæ S. Auguſtini Cantuar. in Tom. 1. Monaſt. Anglic. poſt pag. 24. expreſſa hæc habet. *Antiqua Eccleſia præſentis Monaſterii dedicata fuit a S. Laurentio Arch. anno Domini* 613. *anno* 16. *ab adventu S. Auguſtini in Angliam: quo anno tranſlatum fuit corpus S. Auguſtini a loco quo prius jacuit per* 7. *annos foras juxta Eccleſiam*, &c. Quo admiſſo, vita deceſſiſſe anno 607. dicendus erit. Et tamen Elienſem Eccleſiam conſtruxiſſe anno 607. legitur in Monaſt. Anglic. To. 1. pag. 87. col. 1. & pag. 90. col. 1. Eodem igitur anno obiiſſe dicendus eſt, cum anno ineunte prædictam Eccleſiam perfeciſſet.

AN. CHR. 607
26. Maji.

caſtra Martyrum Martyrialem ſigniſerum, ampleċtuntur inſignem hierarcham ſplendentia agmina Conſeſſorum & venerabilis turba Sacerdotum, cantant dulcibus hymnis candentes chori Virginum ducem virgineum; utque uſu mortali loquamur illa ineffabilia ſacramenta ſupernorum concentuum, tunc illa magna Jeruſalem magni Regis civitas ſimul vidit populos & tribus ſuas, ſimul in Auguſtini triumpho perſonantes Domino gratias & laudes indefeſſas. Quos omnes nos infimi licet tam indigni quam impares laudatores proſequamur ut poſſumus, non exſequialibus planctibus, ſed his triumphalibus cantibus: Regnas Auguſtine, Auguſtis ſæculi nomine & dignitate ſublimior, qui auxiſti rem Chriſti publicam, & Romanæ Eccleſiæ adjeciſti Brittanniam, melius quam Cæſar Auguſtus Romanis opibus Alexandriam. Te Reges & principes & ſenatus Anglorum, & turba gentium comitantur in cœlum; te Angeli & Archangeli triumphantem deducunt, Throni & Dominationes excipiunt, te coronat Rex Regum.

LII. Sepelitur.

Pretioſiſſimam vero ejus corporis margaritam in ipſo Apoſtolico & Regali Monaſterio, quod ipſe Deo auctore condiderat, præelectiſſimus Laurentius facta magnifica dedicatione cum devotiſſimo Rege Æthelberto & confluis Angliæ populis recondidit in Aquilonali videlicet ejuſdem ſacræ aulæ porticu, ubi in æterna memoria cœleſtis Regni depoſitum theſaurizavit.

LIII. Ejus diſcipuli & ſucceſſores.

Sed dum feſtinamus tam piam hiſtoriam finire, adhuc obſtinate tenemur & hujus Angelici loci gratioſa dulcedine & Sanctorum charitatis infinito chariſmate, quod ſedet ſaturos, ſaturet deſiderioſos. Dulce eſt recolere qualiter illam porticum tot primorum eruditorum Brittanniæ, immo tot Angelorum Dei, cœleſtia impleverint mauſolea. In quibus gratanter eſt animadvertendum, quam generoſa pignora univerſalis Mater Roma ediderit, quæ ipſi Brittannico Oceano Patres & inſtitutores exiſterent: quos dum unus amor uno cubiculo ſimul aſtringeret, ſingulos patronos ſigillatim diſtinctos plures nationes propriis radiis præclaros haberent. Horum præcellentiſſimus AUGUSTINUS LAURENTIUM ejus templi dedicatorem, ſibi ſucceſſorem (ut præmonſtratum eſt) creavit; MELLITUM Lundoniæ; JUSTUM Roffenſi Eccleſiæ Epiſcopos ordinavit, quos utroſque propter Chriſtum exiliatos, tertium MELLITUM, quartum JUSTUM ſucceſſores excepit. His HONORIUS & ipſe Romanæ informationis honor decoroſus annexus eſt quintus. Sextus DEUSDEDIT ordine, ſed primus flos gentis Anglicæ in Romanorum Patrum tranſiit conſcriptionem: cujus primitiis ex Anglia nihil gratius habuere Doroberniæ Romana principia. Septimus quoque THEODORUS Romanæ præcellentiæ ſubſecutor egregius almo Auguſtino a dextro conſepultus eſt latere una tantum Monaſterialis alvii maceria interſtite; quia nondum amplificata porticus omnes nequierat ſuſcipere: qua poſt ea dilatata his ſanctis conſortibus adjungitur omnibus amandus ſæculis ADRIANUS ejuſdem Monaſterii Abbas clementiſſimus, qui ab Apoſtolico Romæ electiſſimus in Archipræſulem Doroberniæ ipſum beatum THEODORUM adduxit pro ſe, cum quo Anglos fecit docibiles Dei tam Græca quam Latina eruditione. Item candidiſſimum ex Anglis lilium Regia Chriſti virgo MILDRETHA ſuo candore gratiſſime illuſtrat ſplendida tantorum Patrum ornamenta. Horum igitur omnium auctor beatiſſimus Papa Gregorius habens altare medium velut Patricium ſolium, ipſamque ſervans Deo dicatam porticum æterna dilectione circumplectitur non tam ſunera conſepultorum, quam triclinia convivantium filiorum: ante omnes vero ſibi aſtringit Auguſtinum ut ſuæ inſtitutionis primicerium, ſuæ parturitionis primogenitum & vita & ordine primum. Ceteri quoque filii qui protoparentes Eccleſiaſtici ſunt Angliæ, accumbunt ſicut novellæ olivarum circuitu menſæ ſuæ. In autentica vero præeminentiſſimi
„ Auguſtini tumba Epitaphium ſcriptum eſt hujuſmodi: Hic requieſcit Dom-
„ nus AUGUSTINUS Dorobernenſis Archiepiſcopus primus qui olim huc
„ a beato GREGORIO Romanæ urbis Pontifice directus, & a Deo operatio-
„ ne miraculorum ſuffultus, ÆTHELBERTUM Regem ac gentem illius ab idem apud Bedam.

AN.CHR. „ idolorum cultu ad Chriſti fidem perduxit, & completis in pace diebus officii
607 „ ſui defunctus eſt ſeptimo Kalendas Junias eodem Rege regnante *a*.
24. Maji.

De his quoque ſeptem primis Anglicæ Eccleſiæ columnis Tarpeja de rupe Romæ exciſis hi verſus ſubſtituuntur.

SEptem Primates ſunt Anglis & Protopatres,
Septem Rectores ſeptemque per æthra triones;
Septem ſunt ſtellæ, tenet has unius * area cellæ; (* ſ. una)
Septem ciſternæ vitæ, ſeptemque lucernæ;
Et ſeptem palmæ Regni, ſeptemque coronæ.
Quin oculi ſeptem, quibus hunc Chriſtus videt orbem,
Ut currit mundus ſeptem per ſæcla diebus.
Horum tituli ſuo ordine ſuperſcripti ſunt hi.
Dux AUGUSTINUS præcellit in ordine primus
Lauriger & mundus, LAURENTI ſede ſecundus.
Tertius eſt gratus MELLITUS melligeratus.
Quartus adeſt JUSTUS, dulces dans nomine guſtus.
Quintus HONORIUS Eccleſiæ vigor extat honorque.
DEUSDEDIT eſt ſextus, cui dat ſua munera Chriſtus.
THEODORUS juxta fert ſabbata ſeptimus alma.
His ſeptem Ducibus viget Anglia totque diebus.
Additur octavus Monachorum dux ADRIANUS.
Anglorum ſtella MILDRETHA *b* refert ſua mella.
Octo Patres Romæ, reliqui comitantur honore
Ex Anglis nati meritis horum ſociati.
Hinc manat divis Evangelii via rivis:
Hi ſunt BRITHWOALDUS, TATWINUS, voſque NOTHELME,
Etiam BERTA, Patres primos Proceres imitantes
Tot ſimul Eccleſiæ cinguntur * frontem pietate. (* l. cingunt)

De innumeris vero ſignis quæ in hoc requietionis ſuæ dormitorio vel ubivis gentium aut locorum beatus Auguſtinus pro fide petentium exhibuit, aliquanta quæ Fidelium oculis probata ſunt, Deo nos in veritate ſua dirigente ſequens libellus enarrabit, qui per omnia ſæcula regnans ſemper in ſanctis ſe mirabilem oſtendit.

LIBELLUS DE MIRACULIS
SANCTI AUGUSTINI.

Auctore eodem Gotcelino Monacho.

Ex MSS. codd. eruta a noſtro Claudio Chantelou.

CAPITULA LIBRI SEQUENTIS.

Cap. i. De captore pallii tumbæ S. Auguſtini ab ipſa rapina mirabiliter redarguto & emendato, ſociiſque ejus barbaris illius exemplo converſis & de ipſius temporali felicitate.

ii. De

a In urna lapidea ferro & plumbo obſignata hoc diſtichon inſcriptum legitur in Notis Henrici Spelmanni ad Conc. Brittanniæ pag 93.
Inclitus Anglorum Præſul pius & decus altum,
Hic Auguſtinus requieſcit corpore ſanctus.
Scripſiſſe dicitur (inquit eo loci Spelmannus) de ſucceſſu ſuo proſpero ad Gregorium librum unum, & Eccleſiarum ſuarum ſtatuta, librum unum, & Quæſtiones undecim ad quas Gregorius ei reſpondet.
b De S. Mildretha Merwaldi Merciorum Regis filia, primo quidem Moniali Kalenſi in Gallia, deinde vero Tanetenſi Abbatiſſa, agemus ſæculo 3. Benedictino. Ejus corpus anno 1030. in Monaſterium S. Auguſtini Cantuar. translatum fuiſſe docet Monaſt. Anglic. Tom 1. pag. 84. De aliis heic commemoratis legendus interim Willelmus Malmesbur. in lib. 1. de Epiſc. Dorobernenſ. dum noſtrum Tomum ſecundum meditamur.

AN.CHR. 607 26. Maji.

ii. De contractu miſerabiliter deformato & mirabiliter reformato, S. Auguſtino cum duobus ſociis ſibi vigilanti glorifice appareote, eumqoe curari jubente.

iii. De divite moriente ad vitam convaleſcente venerando Pontifice eum viſitante.

iv. De quodam Principe, qoi eum S. Auguſtinum blaſphemaſſet; terra dehiſcente & tartareo eane io eum terribiliter irrumpente in baratrum abſorprus eſt.

v. De mari ſedato & ſupplice Rege a perieolo liberato.

vi. De aura congrua nautis poſcentibus reddita & trium pedum ſpatio divinitus adaucta.

vii. De naofragio inter fluctus conſervato.

viii. De navi ceteris ratibus ſubmerſis a tempeſtate ſalvata.

ix. De alia navi a periculo potenter erota.

x. De tempeſtate ſedata ventiſqua verſa vice poſtulatis & celeriter acceptis.

xi. De navi a nauſragio tutata eo quod nautæ feſtivitatem S. Auguſtini celebrarent.

xii. De poella muta loquendi officio reſtituta.

xiii. De alia puella a nativitate muta eloquio donata.

xiv. De podagro corato.

xv. De qoodam claudo & manco ab utraque deformitate reformato.

xvi. De quodam vinctu potenti virtote ſoluto.

xvii. Qualiter & in qua neceſſitate B. Auguſtinus feſtivitati ſuæ epulas prócuraverit.

xviii. De eæco illominato.

xix. De violatore ſepulchri ejos a ſeipſo punito.

xx. De cujuſdam matronæ irreverentia ſtatim correpta & cito remiſſa.

xxi. De qoodam ad inclamationem S. Augoſtini a prædunum & avium importunitate liberato.

xxii. De divite defuncto qui poſt obitum in viſu apparens conjugi ſuæ calicem argenteum ad quietem animæ ſuæ B. Auguſtino fieri mandavit.

xxiii. De alio divite eoi ſanctus Antiſtes gemma vitæ apparens calicem argenteum ſuo Monaſterio procurare juſſit.

xxiv. De cæco nato illuminato.

xxv. De circulo ferreo mirabiliter longe diſſiliente in glorioſi Præſulis gemina apparitione.

xxvi. De doobos miſeris uno cæco, altero claudo, otroque reſtaurato.

xxvii. De eodem contracto inſoleſcendo excato, & reſipiſcendo illuminato.

xxviii. De alio contracto erecto.

xxix. De matrona quæ imaginem ſancti Auguſtini deridebat ab eo emendata, ipſo Reverendo Pontifice iterata vice ei apparente primo caſtigante, ſecuodo propitiante ſuamque imaginem reſtaurari jubente.

LIBELLUS MIRACULORUM INCIPIT.

CAP. I.

Sacri Auguſtini ſepulchri violator coercetur & cum ſociis convertitur.

CUM Danorum adhuc Paganorum exercitus Doroberniam obſideret [a], omnibus in urbem compulſis, exterius beati Auguſtini Monaſterium ſpeculativum ſcilicet vobis præſidium, videbatur hoſtili prædæ expoſitum, quod erat tantum ſupernæ providentiæ relictum. Protinus irrumpunt adverſarii tamquam ad ſpolium, & ſepulchralem Sanctorum porticum ſancta ut profana habentes invadunt. Quorum unus pallium haud ignobile quo ſancti Auguſtini tegebatur monumentum (quia filii paternæ dilectionis nec in fuga vel manu hoſtili ſanctum relinquere poterant inornatum, quem præſumerent cœlitus protegendum) furtim ſibi præripuit & ſub abſcella complicatum abſcondit. Igitur poſt ceteros ad alia inhiantes greſſus, mirum dictu! prædo a præda tenetur, fur a furto arguitur. Pallium adhæret inextricabiliter rapacibus unguibus, adhæret pro cute clandeſtino lateri; ad hoc tenetur quod ſe tenere gloriabatur; jamque palam omnibus confiteri compellitur, quod clam cudere arbitrabatur.

Cum hoc itaque Sanctum Domini repetunt ad ſatisfactionem, in quem irruerant ad direptionem; fiunt interventores qui fuerant perſecutores. Pollicitus ergo cum uberrimis lacrymis ſe Chriſtianum fore ſi ſolveretur, larga Auguſtini indulgentia continuo abſolvitur, & liber libertum ſpolium ſuper Sancti tumulum reponere, ut prius fuerat, gratulatur. Ad tantum Chriſti vel Chriſti famuli miraculum diriguere ſtupida Barbarorum pectora, majorique

 Dei

[a] Nempe anno 1011. teſte Matthæo Weſtmonaſterienſi.

AN. CHR. 607. 26. Maji.

Dei mirificentia lapidoſa durities inhumanorum hominum in inſolitos rivos defluxit lacrymarum. Nec ſolum Chriſti potentiam ac ſui Auguſtini prædicant, ſed ultro eum ipſo ſocio, quem duplici miraculo juſtitiæ & indulgentiæ Divinæ & ligatum & reſolutum videbant, ad Chriſtianitatis Baptiſmum convolant. Creſcunt de hoc fonte beneficentiæ flumina, dum totum exercitum cœleſti nectare irrigat hæc fama, & plurimi tranſeunt in Chriſtianitatis ſacramenta. Sic Dominus, qui tenebras in lucem & noctem in diem vertit, ex hoſtibus Fratres fecit; & ab Anglis, quos venerant expugnare, capiuntur a diabolica captivitate Divina libertate, & pro præda capiunt contubernium immortalitatis æternæ. Omnibus autem & fideli & incredulo reveretur Auguſtini manus experta, & benedicitur paternitas prodiga. Unde ne hoc quidem prætereatur, quod præfatus ſuus prædator poſt ſuſceptam Chriſtianitatem de mediocri milite dives emicuit, & potens, & tota ſua progenies hactenus divitiis accreſcens.

II. Contractus ſanatur.

Vir Saxonicus, vocabulo LEODEGARIUS, monſtruoſa tortione toto corpore a nativitate erat contractus. Quid virum dixi, qui manibus nitens pro pedibus ſimilior erat reptili quam homini? Suræ & crura coxis inolita, carne & cute coaluerant una. Calcanei extalibus artabantur infixi, pedes eminebant ſupini, genua ad pectus inflectebantur, quibus homo acclinis humi innitebatur. Sic miſer per terram tractilis iter legebat manuum ſcabellulis, aut (ut ita dixerim) manibus ſcabellatis; mutato ſcilicet uſu in morem natantis vel reptantis manus & lacerti greſſus captabant, poplites fallentibus veſtigiis ſuppeditabant. Conglobatus erat ericius cum jaceret, curatum videbatur reptile cum prodirer. Ecce Adam Dei imago, cum per ambitionem non per gratiam appetit ſimilis eſſe Deo, comparatus eſt non modo jumentis & quadrupedibus, verumetiam lutoſis reptilibus. Verumtamen in Chriſto jam reſolidatus, quod perdidit per vanitatem, aſſequi poterit per virtutem. Sed hæc deſcribendo piis intentamus; quatenus de majori mortalium miſeria majora Dei in Sanctis ſuis laudentur mirabilia.

Hic igitur homo tam impos ſui, qui nuſquam poterat ſine tormento progredi, ad magnam confuſionem ſoſpitum & fortium, quos piget etiam Eccleſiam adire, in ſua debilitate orandi gratia magnam partem pervagatus eſt orbis terræ, mirabile & miſerabile, improperabile & erubeſcibile factus exemplum humanæ inertiæ. Tranſivit terras & flumina, ſuperavit aeria Alpium juga, adiit Romam & Romana confinia; poſtque tot Sanctorum quæſita ſuffragia, ut & maris tranſcenderet iram, translatus eſt in Angliam. Qua circuita patria venit contiguum Lundoniæ * Weſt-Monaſterium. Ibi demum poſt tot labores invenit ſalutis documentum, ubi tantopere quæſitum obtineret remedium. Ibi ad cœlorum Clavigeri Petri præſidium noctu pervigilanti & tandem ambigue obdormitanti lucidus nuntius clara reluxit ſpecie cum blando affamine. Rogat quid ceteris dormientibus hic vigilando expoſtulet. Refert ille ſe petere quatenus & animæ & corporis ſui vincula ſolvantur beati Petri Apoſtoli clave. Reſpondet conſolator ibi nequaquam hunc ſanandum, ſed oportere illum progredi ad primum Angliæ eruditorem Auguſtinum, illic demum alias ubivis Sanctorum inconceſſam ſalutem adepturum. Ad hæc advena conquerens ſe nec Sanctum nec locum noſſe ad quem deſtinabatur, a divino indice docetur ut urbem proximam Lundoniam ingrediens viam quæ ducit Cantuariam * a viatoribus percunctetur, ubi ei ſalus promiſſa & ſalutifer ſanctus inveniatur.

* Londres.

* Cantorbery.

Secutus ergo debilis viatores indices, venit ad *Grenevvic* villam, Tameſe * fluvio irriguam, beati Ælfegi Matyrio ſacratam. Inde eleemoſynaria navi tranſvectus, manualibus ſcabellulis ingreditur Cantuariam. Hunc oberrantem diverticulis & quo ſe reciperet quæritantem oculis, quædam benigna matrona reſpiciens ignotum advenam percunctata, & audita univerſa ejus a nativitate ærumna maximeque adventus ſui cauſa, miſerata miſerum colligit & fovet hoſpitali clementia. Congaudens etiam de ſalute ſibi cœlitus promiſſa adducit illum ad ſancti Patris ſuffragia, dato quod ibi offerat lumine. Admiſſus ergo intra ſancta ſanctorum ipſa poſcente, tres noctes ibi pervigilat in pre-

* la Tamiſe.

NOTA antiquum morem cereos offerendi Sanctis.

in prece, eo ſcilicet attentior quo ſanitatis certior. Jam tertia aurora imminente videt vigilator lucrum ſuæ imminere perſeverantiæ. Adveniunt ſibi conſpicabiliter tres Angelicæ claritatis & principalis eminentiæ Patres ſuperno ſplendore (ut referebat) radiantes. Horum medius ſtatura & auctoritate præcellebat. Nitebat cæſaries non arte ſed gratia calamiſtrata, cœleſti nive dealbata, patriarchaliter lilioſa, frons ſpeculativa Dominicæ cruci patebat, quam media coma pro columna formoſe feneſtrabat; aſpectus ejus dulcis & amabilis, qui fulgore ſuo fundebat gaudia lucis. Tum auri ſplendorem longe tranſgrediens infula biſſumque & coccum, ceteraque ornamenta Salomonis gloriam vincentia, ultra nitorem mortalem ſua præbebant lumina. Crucis vero barbarum quod ſignifer Domini coruſcanti dextera extulerat, quo victrices Auguſtorum aquilas eliderer, ineffabili ſplendore rutilabat. At dexter lateralis mediocri ſtatura condecens erat: oculorum ſideribus flammabat, facie candebat, plano crine purpurabat. Siniſter autem lateralis Evangelicum Zachæum referebat ſtatura, cujus puſillitas ſublevante Crucis arbore non ſolum Chriſtum videre, ſed & in domum ſuam meruit ſuſcipere; roſas & lilia prætendebat facie, & totus modus corporis gratioſiſſime ſua condecebat habitudine, omnium vero cultus & indumenta ſupra intellectum humanum glorioſa & multimoda varietate fulminabant. Laterales cum medio eunte ibant, cum ſtante ſtabant.

AN.CHR. 607 14. Maji.

Confer Vitæ cap. 9.

Approximantes autem miſero eos trepide reſpicienti pariter ſubſtitere. Tunc qui medius præſtabat, ſocio lævæ talia irrogat: I, Frater, & ab hoc peregrino nos inclamante quid poſtulet ſciſcitare. It nuntius & refert debilem advenam B. patrem Auguſtinum requiſiſſe & in Dei miſericordia hunc orare, quatenus eum dignetur a nativa contractione curare. Interrupit etiam æger ſuæ ſalutis avidus legatarias preces, hos emittens clamores: Ad te, Pater clementiſſime, Divino juſſu veni, in te poſt tot Sanctos requiſitos reſtat ſalus hujus deſtituti, ſicut cœleſti oraculo didici. Tunc ille mediatione præcipuus, quem ipſum AUGUSTINUM fuiſſe & ſuo nomine declarare hactenus diſſimulavimus, utriſque lateralibus quorum dextrum LAURENTIUM, ſiniſtrum MELLITUM exſtitiſſe fideliter credimus, benigno reſpectu & paternis hæc ſuggerit adhortationibus: Ite, chariſſimi, ite eumque ſolutis nativis nervorum nexibus in ſtatum ſuum erigite. Protinus dexter comes debilem a capite utriſque palmis aſtringit, ſiniſter vero talos innatos extalibus ceu robur arboris a ſuo nodo extrahit & evellit, atque intortos poplites in directum extendit. Sanguis vero uberrimus diſrupta carne profluxit: quæ ſanitas ob hoc forſitan facta eſt acerbe, cum poſſet a Sanctis fieri mitiſſime, ut æger ab animæ & peccatorum ſanaretur debilitate, & ex difficultate diſceret ingratus non eſſe. Clamabat ergo inter anguſtias curationis, ubi inveteratus morbus expavit virtutem novæ medicationis: Miſeremini, inquit, miſeremini, Domini mei, parcite contorto & fragili; adhuc vociferabatur, & jam toto corpore extentus terræ ſoſpes agebatur. Nec mora in ſtatum ſuum erigitur, pleneque vigoratus ipſos tres æthereos Hierarchas, mirabile viſu! ſingulos tumulos ſuos ſubiiſſe conſpicatur.

A tanto autem pavore quo clamaverat excitati & exterriti Eccleſiæ cuſtodes ac miniſtri lectulis exturbantur, ad Sanctorum ſacrarium curſim raptantur, mirantur virum aſtantem procerum, quem antea miſerabantur reptantem per humum. Exponit ordine mirabile ſacramentum totius viſionis & curationis ſuæ: indicat manu & voce tumbam B. Auguſtini qua ipſum medium, & tumbam ſacrati Laurentii qua dextrum, tumbamque almi Melliti, qua ſiniſtrum memoratorem Principum clare viderat ſubintrare, omnimoda ſcilicet aſtipulans aſſertione cuncta quæ referebat manifeſte ſe audiſſe & vidiſſe: cruor etiam in pavimento abundanter effuſus cum cruentatis artubus, tanti miraculi fidem & Divinorum operum laudem addebat propenſius.

Quia noſter Auguſtinus & noſter Abraham multorum immo omnium ſe poſcentium pater eſt, multis ſignorum apparet argumentis & in hac elucet ſerie. Civis Eboracenſis urbis opulentiſſimus languebat ad mortem: medietas corporis a cingulo vergens, tota jam habebatur defuncta; in pectore tantum extre-

III. Moribundus convaleſcit.

Kk iiiij mus

AN.CHR. mus halitus palpitabat. Jam confeſſo, uncto & communicato finis expectaba-
607 tur; jamque ſine voce & ſenſu jacens circumſedentibus amicis & plangente do-
26. Maji. mo migrare putabatur. Interea moribundus ſidereum virum Pontificali excel-
NOTA. lentia redimitum aſſiſtentem ſibi contemplatur, qui ſe auroſa virga clementer
a latere tactum excitabat dicens: Surge ocius & ſequere me. Negante langui-
do ſurgendi facultatem; Prætende, inquit, manum tuam, & me ducem comi-
tare. Mox Angelicus Dux data dextra apprehendens erexit ægrum, ductoque
comite in quoddam ſuum hypodromum tale protulit conſolationis antidotum:
Infirmitas hæc non erit tibi ad mortem, quia ſuperna miſeratione meo ſuffragio
annuente jam nunc de ægritudine redibis ad ſoſpitatem plenam, de ſunere ad
vitam; votum autem tuum, quo ſummos Apoſtolos te viſitaturum orandi gra-
tia voviſti, matura diligenter exſequi, gratias agendo ſemper Deo tuæ incolu-
mitatis auctori. Poſtquam exoratis Sanctorum patrociniis in Angliam recurreris,
& Cantuariæ approximaveris, præclarorum Apoſtolorum Monaſterium, quod
ab Oriente ipſi urbi imminet, ſupplex ingredere, Sanctorumque inibi feliciter
quieſcentium expetitis piis ſuffragiis nuntia meis Monachis ibidem Deo famulan-
tibus, quomodo vitæ & ſanitati de interitu meo interventu ſis reſtitutus. Nam
ipſe ſum Auguſtinus totius Anglicæ gentis Pater affectuoſus, omnes vos in Chri-
ſto parturiens genitivis viſceribus, quem quondam ſacratiſſimus Papa Gregorius
cum multis adjutoribus in ſalutem omnium veſtrum deſtinavit. Inter hæc læta
nuntia æger evigilat, jamque vivaciores oculorum acies in aſſidentes vibrat, flen-
tes amicos rediviva voce in gaudia revocat. Intimat certiſſime ſe jam redditum
vitæ, & ab univerſali Angliæ Patrono Auguſtino interventore veracique indice
ſibi apparente id collatum & cognitum ſibi fuiſſe.

Obſtupentibus ergo omnibus & congratulantibus de ægro tam deſperato,
Deumque benedicentibus in tam ſalutifero Medico, vir fidelis jam reſtitutus pri-
ſtino vigori, Eja, inquit, tempus urget me tanti Præceptoris juſſa ac mea pro-
miſſa exſequi, quatenus beatum Petrum Romæ requiram, ac poſt repetitam
patriam ad ſuum Monaſterium & familiam ſua mandata de facto in me mira-
culo referam. Qui ubi hæc vota exegit, & paternam Auguſtini affectionem
ipſius domeſtico gregi expoſuit, omnes unanimi devotione gratias fuderunt Do-
mino pro tam grato pii Patris facto & nuntio. Vir autem ille in ſignum ſuæ
curationis quatuor argenteos impoſuit quatuor ſui monumenti angulis.

IV. Armis & religione illuſtris Rex Angliæ ÆTHELSTANUS *a* contra exteros
Princeps Gentium impetus claſſem navalis exercitus in portu *Sanduvic* collegerat, & ad
Auguſtino hanc conducendam ibat. Verum ſummi Ducis & Patroni ſui Auguſtini prius
injurius opem & benedictionem expetere prudenter elegit, per quem ſe proſperius actu-
aerra abſor rum haud inaniter credidit. Nam ipſe hunc præcipuum Patrem egregie dile-
betur. xit, ejuſque Eccleſiam Regiis opibus ac Privilegiis more optimorum anteceſſo-
rum ſuorum provexit. Cum paucis ergo huc ad orationem Rex divertens a ve-
* V. infra nerabili Abbate ÆLFNOTHO * violenta quæſiti Patroni charitate detinetur.
c. 7. Cui devote prandenti unus ſuorum Principum cum furioſa ironia irruens, Pul-
chre, inquit, Rex tot gentium ad unius neſcio cujus tranſmarini mortui decli-
navit ſepulchrum, & relictis tot legionibus ſine duce oberrantibus ad Regni &
Optimatum ſuorum injuriam deſpicabili hic accubitu paſtinatur. Nos belli pro-
cinctu occupamur, & belliger noſter clandeſtinis epulis pro armis accingitur.

Optabat contra Regis prudentia vecordem temperare, cujus ſic obviat San-
cti defenſor veſaniæ. Iſte quem calumniaris externum advenam, omnium no-
ſtrum quos late ambit Oceanus divus genitor eſt, omneſque hujus orbis filii a
nullo terreno parente præclarius quam ab ejus generoſitate ſumus generoſi. Ne-
mo hujus mundi nobis propinquior exſtitit, nemo plus contulit quam qui ſe ip-
ſum dedit, & animam ſuam propter Chriſtum ponere venit. Hic gratuitus pa-
ter ingratorum & ultroneus miſerator tenebrarum noſtrarum ampliſſimam na-
talitiæ Romæ gloriam propter nos, non propter noſtra reliquit, & ab illo mun-
di

a Regnavit ab anno Chriſti 924. ad 940.

di vertice ad hunc noſtrum angulum declioavit, atque perpetua charitate ad perpetuam ſalutem noſtram nobiſcum perpetuo manere elegit, exemplo ſcilicet mundi Salvatoris qui de æterna cœlorum gloria ad infimum ſæculum noſtrum deſcendit, ut nos ad ſuæ celſitudinis claritatem erigeret. Et nos ob tanta Dei ſuorumque æmulorum beneficia repulſas reddimus & opprobria? Deſine ergo infelix arrogantia blaſphemare, & nobiſcum potius benedictione & charitate paterna participare. Nam quiſquis tam verum Parentem contempſerit, in æternum degener erit. Hæ itaque interminationes recte in caput decidere contemptoris.

AN.CHR. 607

26. Maji.

Memoratus itaque Princeps ſpreta Sancti charitate, ſpreto Rege & ejus licentia cum omnium prece aſcenſo equo ad exercitum feſtioat ſæva indignatione. Qui veniens ad locum Ciolum oominatum non longe a Monaſterio ad Orientem ſitum, irruente ira Dei videt cum ſuis comitibus vaſto hiatu terram dehiſcere, canem immenſæ enormitatis & infernalis nigredinis exſilire, atque in ſe terribili rictu irruere. Hoc igitur monſtro exterritus equus in terga erigitur, & impius ſeſſor excuſſus fracta cervice ſuperbiæ in infernum demergitur, & baratri offa efficitur. Dominus autem juſtus concidet cervices peccatorum: confundantur & convertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. Sic Dei ultione peracta, canis qui videbatur evanuit. Nam tali hoſte perire debuit, qui contra ſanctum Domini Auguſtinum tam ſæve oblatrare non timuit. Adeo autem res properata eſt, ut adhuc diſcumbenti Regi factum nuntiaretur. Qui contremiſcens & ingemiſcens: Jure, inquit, incurrit maledictionem, qui Sancti reſpuit benedictionem. Jure tartarum hereditavit, qui Patriarcham noſtrum ab hac ſua patria bruto ſupercilio exheredavit.

Pſ. 128. 5.

V. Mare Auguſtini patrocinio ſedatur ad Cnuti Regis orationem.

Quid etiam in mari poſſit qui ubique terrarum vel locorum credentibus ſuccurrit, quis digne memorabit? In Translatione Deo dilectæ Virginis MILDRETHÆ ſatis expoſuimus, de CNUTI [a] Regis Danorum tempeſtuoſo periculo ad tam mirifici Patris invocationem ſedato, quod & in hac menſa avido convivæ apponimus eodem quidem ſenſu, licet alio verborum apparatu. Is ergo de expugnatore Pater Angliæ, de vaſtatore Eccleſiarum conſtructor factus eſt egregius. Hæc mutatio dexteræ Excelſi, qui de tenebris lucem, de tribulatione reddit exultationem. Ille erga Sanctos patriæ ac Dei miniſtros cum eſſet devotus, præcelſo Auguſtino tamquam Sanctorum parenti deditus erat attentius, illi ſe commendabat obnixius. Igitur Romam proficiſcens ad Apoſtolorum ſuffragia, hunc ſibi Apoſtolicum ducem ac patronum in omnibus viſendo ſuppliciter requiſivit, & muneribus ac votis adjunxit. Quo fretus ibat feliciter ac proſpere, acceptiſſimus tam Principibus ac plebibus ipſique Imperatori, quam Clero & Sacerdotibus ipſique Romanæ Monarchiæ Præſuli. Grande erat ſpectaculum gratumque miraculum populis & nationibus, quod Rex quatuor Regnorum ſublimium iret ferro quidem inermis, ſed Apoſtolica fide armatus ut Apoſtolicus Domini peregrinus. Non illum a cœpto deterruerat avidum regnandi hominum genus, cujus vacua Regna ambirent circumhabitantes gentes velut obſidione cingentes. Auctus ergo quæſitorum Sanctorum præſidiis cum Apoſtolica benedictione, tandemque redux ad Anglicum mare excipitur gaudenter ſuorum occurrentium claſſe.

Proſpero itaque vento jam medium pelagi nautæ tranſierant, jam ſua Anglia oculis patebat, cum repente verſa ſerenitas in ſeveritatem omnium procellarum & turbinum evomuit furorem. Pontus a fundo evertitur, undarum montibus ad æthera graſſatur, hic terra inter fluctus aperitur, illic cœlum fluctuoſo vertice pulſatur, pendulis ratibus patula charibdis intentatur. Quantus hic omnium tremor & terror, ubi omnem ſpem effugii ac remedii obruit irruens mortis horror! Cœlum undique & undique pontus, undique expugnans ventus & fluctus, naves in mari & mare in navibus. Contra hunc Martem nil agit lorica & clypeus, haſta & gladius, hic bellator oullam veretur multitudinem; non Xerxem Re-

[a] Cnutus Danorum Rex anno 1015. in Angliam irrupit, biennio poſt Inſulæ dominari cœpit, anno vero Chriſti 1036. Haroldo Regnum morte reſignavit. Legeſis Willelmum Malmesbur. in lib. 2. de geſt. Angl. cap. 11.

AN.CHR. 607 16. Maji. Regem, cujus exercitui terra defuit, cujus claſſibus mare defecit, omnes uno hiatu tamquam unum virum una machæra devoraret. Quid hic dices Regnorum Monarcha? Numquam in terreſtri acie vel in placidioris undæ certamine talem incurriſti quæſtionem. Ubi nunc Regna tua quæ avidis aſpectibus oblata jam pene amiſiſti cum vita? Eruant te modo in quibus confidebas, ſi Auguſtino adjutore tuis copiis fretus non indigeas. Quinimmo niſi ipſe ſuccurrerit, jam omnia perdidiſti, jam cum omnibus periſti.

Tum vero Rex tot fremitus tempeſtatum, ſtridorem rudentum, rugitum procellarum, ictus turbinum, clamorem nautarum jam pene exanimis tali voce interrupit dicens: Quæ eſt hæc ira, ſanctiſſime Pater Auguſtine, vel quod ſcelus meum ut in tuo patrocinio ubique confiſum jam longo itinere pene exacto in conſpectum mei Regni perductum, hic tandem tradas ad interitum, & in hac abyſſo tot fluctibus obruas, tot periculorum montibus interimas? Si puniendus eram, ſaltem in tantis terrarum ſpatiis vel viliſſimo loco humanam conciliaſſes ſepulturam, dummodo non traderer in hanc vaſtiſſimam lacunam & in prædam marinis belluis devorandam. In quem Sanctorum jam audebit confidere, qui me audierit in tui fiducia periiſſe? Hæc elevatis oculis & manibus proclamans apertis theſauris ſuis auream laminam extraxit, & hac totam Regiam navim ſuam capaci longitudine circumcinxit. Addidit & decentiſſimum pallium cum aliis feſtivis opibus, atque hæc ornamenta interventori Auguſtino cum his precibus ac votis prætendit. Succurre, inquit, Pater clementiſſime in Chriſti nomine, tuaque ſancta interceſſione ab hoc me erue letali diſcrimine, quatenus hæc & alia noſtræ devotionis munuſcula mereamur beatæ dormitionis tuæ Templo exhibere.

Adhuc Auguſtinum ore verſabat, & jam omnis furor pelagi in ſummam tranquillitatem verſus erat; acſi ſubitus ſol condenſas tenebras a toto cœlo profligat, aut ſeditioſus tumultus Imperatore ſuperveniente mox conquieſcat. Ipſi nautæ jam remis ſudantes optabant ventos, quos inhianter gaudebant depoſitos, quos letaliter expaverant efferatos. Jam quærunt adjutores quos extimuerant perditores, hanc mutationem dexteræ Excelſi per Auguſtinum aut in Auguſtino adveniſſe novit fidelis Rex cum lætiſſima gratiarum actione longius celebrare. Ubi tandem ſalvis omnibus rebus & ſociis optatum litus contigit, ad liberatorem Auguſtinum rapidis equis cum omnibus venit, dona promiſſa & promiſſis addita gratantiſſime obtulit, tamque prædicato Patris miraculo quam ſui præſentia totam patriam lætificavit.

VI. Auram ſecundam obtinent navigantes. Retulimus pium interventorem tempeſtates tranquillantem; referimus & auram navigationi poſcentibus reddentem. Romam & triumphoſos Chriſti urbis Conſules Petrum & Paulum inviſerat EGELWIUS Abbas devotus Monaſterii, quod *Ethelingei* dicitur. Sed in reditu maris tempeſtatibus ventorumque repulſis per totas ſex ſeptimanas a patria arcetur. Pecunia in cibos effuſa, equi & ipſa veſtimenta vendita afficiebant eſurientes trepida penuria. Tandem Abbas conſilio Monachi ſui WITHGARI ætate & prudentia provecti animatur, ut qui tranſmarinorum ſanctorum ducatu & interventu bene proſperati eſſent, jam Sanctorum ſuæ patriæ auxilia, quo ad ſua transducerentur, affatim implorarent. Summum itaque ſanctorum Angliæ patronorum Principem Auguſtinum ſupplex Abbas precibus ſpecialiter efflagitat: hiſque ſe votis obligat, quod ſi ſe de inſtanti periculo eripiat, ſi beati Templi ſui turrim videre & ad ſua ſe ſalvum pervenire concedat, ibi prorſus Auguſtinianam turrim a fundamentis erigere ſatagat. In hac pollicitatione obdormitanti, forma navis in qua veheretur celeri æſtu adventare ſibi eminus cernitur, & in ea vir Præſularis excellentiæ & formoſitatis ſidereæ, indutus habitu Clericali nitidiſſimo podere, qui dexteræ manicæ ventilatione navigare volentes invitat ad ſe: quem beatum Auguſtinum fuiſſe fides renuit dubitare. Nec citius ſomniator evigilans oculos aperuit, vel ſocio viſionem retexere cœpit, quam læto nuntio gubernator venit, auram optimam obſequentibus ventis inſtare dixit, ad navim æſtuantes impulit. Ita in Angliam appulſi proſpere ad ſuum ductorem Auguſtinum in gratiarum actione acceſ-

AN CHR. 607
26. Majı.

acceſſere. Hic hoſpes Abbas cum ſuis ab Auguſtinenſi Abbate, ut decebat tanti Patris diſpenſatorem, non ſolum benigne ſuſcipitur, ſed & perditarum rerum largo impendio reſovetur.

Trabis menſura cœlitus augetur.

Inſulanus itaque Pater prænominatæ Ethelingei in ſuum Cœnobium lætanter acceptus, memor voti Auguſtinenſem turrim a fundamentis erigit, trabes ſex ad hanc difficulter expetiit, ſeptimam autem diu negatam tandem pro amore redditoris Auguſtini dari obtinuit. Cujus ſufficientiæ cum frequenti mentione avidus auctor pedem & ſemis deeſſe ſemper videret, ſine qua opus deficeret; jam prandentes operarios Abbas anxius prævenit, & ſtudio amantis Mariæ, quæ iterum atque iterum in vacuum Domini monumentum reſpexit, iterum metiri per ſe jam notam ligni quantitatem contendit. Forſitan, inquit, aliquo ſolatio Auguſtinus aderit. Res tam mira quam inuſitata! apparuit trabi trium pedum ſpatium excreviſſe, hoc eſt tantum jam illi ſupereſſe, quantum ante elaruerat defuiſſe. Interea regreſſum artificem iterum orat Abbas ligni attentare longitudinem. At ille motus, Non ſi, inquit, millies menſus fuero, plus erit quam fuit. Menſus ergo, ſuperantem Abbatis modum coæquavit, nimiaque admiratione velut in extaſi poſitus obſtupuit. Sed cum hujus ſigniferæ trabis ſuperſti-
„ tem partem pararet abſcidere, & ceteris conformare: Abſit, ait Abbas,
„ ut hæc injuria fiat largifluæ Auguſtini mirificentiæ, abſit ut quidquam mi-
„ nuatur ſuæ beneficentiæ; prominéant potius utroque latere & utriſque corni-
„ bus Auguſtiniana augmenta; vincat mortalem compoſitionem cœleſtis prærogativa. Sit formoſa deformitas, ſit continua inæqualitas: dum hinc inperpe-
„ tuum elareſcat gratioſa Auguſtini poteſtas. Nunc igitur hoc mirificum lignum in turrito tecto ordinem exſpatians ceterorum, lucide eloquitur indelebile Auguſtini ſignum.

VII. Elfnothus naufragus in mediis fluctibus incolumis ſervatur.
* V. ſupra cap. 4.

Poſt tanta ſuperati pelagi ſigna, quis non miretur naufragum inter fluctus ſervatum navi ſubmerſa? Res ita provenit. Erat vir in curia ſancti Auguſtini a pueritia enutritus ſtudio Auguſtinenſis Abbatis WLFRICI inter præcipuos Londoniæ ſublimatus nomine ELFNOTHUS *. Hic cum apud primum ex Normannis Angliæ Regem WILLIELMUM *a* Normanniæ moraretur, tandem Regio nutu aſcenſa navi in Angliam regreditur. Jam medium æquoris ſulcante carina, oborta tempeſtas immaniter attollit freta. Hic non longa expoſitione eget mortalis jactura. Rudentes rumpuntur, velum ſcinditur, malus frangitur, navis ſubvertitur, cum omnibus rebus ac hominibus in profundum dimergitur. Solus Elfnothus, quem B. Auguſtini nutritum diximus, inclamato jugiter tanti Patris nomine & ſubventione, nudus rerum ad malum ſe proripuit, ibique quaſi mortis depoſitum declinis inſedit, vel pendulus amplexo ligno inhæſit. Sic ſuperſtitem tota gurgitum indignatio proſequitur. Ille nunc procellis obruitur, nunc emergens rejicitur, nunc excuſſus malo antennæ incumbit vel tabulæ, vel quidquid fractæ navis fluctivagus arripere potuit. Ita miſer per duos dies & noctes eluctatus cum maxima rabie in tam continua morte, te, Pater Auguſtine, invocando expertus eſt cuſtodem vitæ. Diſtuleras quippe palam ſuccurrere qui juvabas occulte, ut ille exerceretur in fide; & (quod præcelſius eſt) ad majorem Chriſti gloriam proficeret, quod in tantis periculis turbinum, frigoris, famiſque duraſſet, quam ſi continuo liberatus eſſet, ſimul etiam remorata ſalus gratior rediret.

Tertio itaque die cum Chriſto reſurgente ſerenitas reluxit, & Auguſtino duce navis ex Normannia ſupervenit, cujus nautæ miſerati pereuntem intra illud ſuum navale aſylum ſuſcepere, & ad deſtinatum litus perduxere. Videmus hic ut minora magnis comparemus, magni Pauli tertio naufragantis virtutem noſtrum Auguſtinum in ſuo naufragio exercentem & laudem Domino dedicantem. Veniens ergo naufragus ad ſuum Paſtorem & liberatorem Auguſtinum cum gratiarum devotione, ubi Domno Abbati SCOLLANDO cunctiſque Fratribus ſuos eventus expoſuit, omnes in magnam tanti miraculi celebritatem accendit: pro ſuorum vero ſociorum interitu ultroneas omnium orationes obtinuit.

Ecce

a Willelmus primus cognomento Nothus & Conquæſtor ab anno 1050. ad 1087. Angliæ principatu potitus eſt.

AN.CHR. 607 26. Maji.

VIII. Navis ceteris demerſis ab undis eripitur.

* Caen

Ecce ſicut unum de una navi cum ſuis nautis abſorpta ſalvatum retulimus; ita alio tempore unam ejuſdem Patris miniſtram navim omnibus aliis demerſis exportatam referimus. Neque enim minore miraculo habemus inter bellantia freta ſervatos, quam quos primitus diximus ſedatis fluctuum bellis ereptos. Igitur ſub primo ex Normannis Anglorum Rege WILLELMO ſupramemorato negotiatores ex Anglia quindecim navibus Normanniam Catomenſi * foro appulſi, ubi peractis mercimoniis parabant regredi, convehendis lapidibus ad Regis palatium Weſt-Monaſterii a Regio exactore ſunt addicti. Præerat huic officio vir probus VITALIS nomine, qui a Domno Abbate SCOLLANDO ſuſcepta fraternitate in convectione lapidum ad ſancti Auguſtini Monaſteriale ædificium ſe præbebat efficaciſſimum. Itaque uni ex prædictis quindecim navium magiſtris fidiſſimo perſuaſit, uti ſe in hujus perpetui apud Deum remuneratoris ſacroſanctum miniſterium donaret, unde ſibi præſens ac perpetua merces accreſceret. Mox ultro obtemperanti dat litteras ſigillatas ad Abbatem prænominatum de conventione navis ac lapidum juxta modum ceterorum.

Tandem rebus compoſitis ſereno diluculo omnes quindecim naves in judicium maris emittuntur. Heu cæca futuri mens hominum & fallax vultus Syrenarum! Eſt vulgare proverbium, Ad veſperum lauda matutinum, lauda navigantis felicitatem, ſed cum pervenerit ad portum. Vela dabant læti & aſpirante Favonio alacriter currebant. Jam tertia pars captati æquoris excurſa videbatur cum mox tanto fremitu furentibus Auſtris Nereus inhorruit ut Eolum totum ſpiritum procellarum effudiſſe crederet. Quid humanam calamitatem retexere longius certem? Quis vero occulta ſed ſemper juſta, non fortuita, Dei judicia diſcutere audeat? De quindecim expoſitis navibus, quatuordecim in brevi ſunt abſorptæ cum hominibus & lapidibus cunctiſque ſarcinis ſuis non parcente turbine ipſis Regiis ædificiis. Alias fluctus obruerat, alias rapiens vortex deglutiverat, hos atque illos dehiſcens pontus ſepeliebat. Miſereatur miſeris illa quæ in miſeria ſuperabundanter compatitur miſericordia, quæ in tribulatione dimittit
Apoc. 14. 13. fidelibus omnia peccata. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

Sola vero ſupererat navis illa quintadecima quæ Auguſtino rectore grandia Sanctuarii Dei geſtabat ſaxa ad baſes, ad columnas, ad capitella & epiſtilia. Tremebat vectrix miſeranda ad ſuam quæſturam expectans quaſi damnata judicialem abſumptorum ſententiam, non reſpiciens turbulenta Auguſtini defenſoris præſentiam. Tot etiam hujus ſolitariæ ratis pupilli pertulere excidia, quot ſociorum videre naufragia. Cumque ad Deum ac Dei famulum Auguſtinum inter tanta clamarent diſcrimina, adhuc fortiori ictu impulſi ſunt, ut fortius clamarent, & perſeverante terrore attentius in oratione perſeveraret, donec eo mirabilius quo deſperabilius evaſiſſent. Denique flatus vehemens velut hoſtis indignans ad formidantium clamorem & in hanc efferatus ſolam ſuperſtitem acri impetu arietat, velum cum antennis, & ipſum malum excuſſum in mare præcipitat, navim diſſipat, & pene ad everſionem inclinat. Aucto timore augetur vociferatio ad Deum ſanctumque ſuum Auguſtinum, ut Dominus imperio, ſervus obſequio ſubveniat. Alii lapides ejicere & navim alleviare parant. Quos
„ fidelis & prudens gubernator increpitans: Quo, inquit, inſani ſubſidia noſtra
„ ejicitis? Annon perpenditis quia niſi his opibus Templi Dei & procuratoris
„ ſui Auguſtini ſuffulti eſſemus, aut cum primis aut cum mediis aut cum po-
„ ſtremis intereuntibus interiiſſemus? Quin vero credamus his ſacris oneribus
„ nos magis leviari quam premi, magis efferri quam mergi; tantum nos libe-
„ rare dignetur ſuperna clementia per tanti Patroni ſuffragia. Si autem noſtris
„ ſceleribus exigentibus hic ſumus ſententiati: numquam diffidamus hanc tri-
„ bulationem animabus noſtris perpetuam ſalutem operari; dum quaſi pro re-
„ verentia Dei & Sancti ſui hæc pertulerimus, qui ejectis lapidibus forſitan e-
„ vadere poſſemus & noluerimus, ne per damna Eccleſiæ incertum vitæ lucrum
„ quæreremus. Nunc, o fidiſſima pectora, ſanctiſſimum Patronum noſtrum &
„ Apoſtolum nos maxime ipſius miniſtri in communi periculo communi jugiter
„ inclamemus. Nunc, inquam, per hunc Deo juvante inſurgite, & damna na-
„ vis atque curſus noſtri pro tempore & copia reparate.

Sic

AN. CHR. 607
16. Maji.

Sic omnes confortati exaudientiſſimum Patrem inclamitant cum ſpe, qui ante clamaverant pro timore. Illico undoſam navim exhauriuot, mare in mare rejiciunt, rimas detritæ ratis ſtupa occludunt, & ubi grandius foramen violentior ictus egerat, complicatos pannos aut aliquem aſſidentem veſtitum qui undis reſiſteret inſigunt. Promptiores velum de ponto intra navim attrahere properant, chordis, contis, & palis loogis intentant, & ad ventorum veſaniam temperant: ſicque mira Dei providentia Sanctique ſui diligentia, per aſpera & incerta, per longa & continua tempeſtatum ac mortium diſcrimina huc & illuc pervagati tandem in portum, quem Angli *Brembre* appellant, ſalvi cum omnibus ſuis ſunt appulſi. Tum vero indubitanter agnovere, quam fidum de cœlo habuerint rectorem, qui eos probare periculis non punire voluerit. Teſtis eſt ipſa carina, quæ quaſi pro ſuis nautis, quos advexerat, ibidem eſt tradita. Nam ad evidentius miraculum ſuffragiorum Auguſtini oon citius omnes incolumes ſunt egreſſi, quam illa a fine ad finem fiſſa in geminas partes diſſiluit.

Ac ne quid damni inficeret tanti cuſtodis præconium, omnes lapides quos attulerat, illæſos depoſuit gremio arcnarum. Ad quos evehendos ductor navis aliam navim pretio acquiſivit, & in illa omnes compoſuit. Inde Cantuariam cum nautis veniens præclaro Abbati SCOLLANDO litteras ſuperius de conventione ſuſceptas depromit, deque ſuis caſibus quam mirabiliter per advocatum Auguſtinum emerſerit, tam ipſi quam eunctis Fratribus lætanter & lacrymanter expoſuit. Fiunt Deo ab omnibus gratiarum libamina cum ſolemni tripudio videlicet de tanti Patris miraculo in tam deſperatorum remedio. At memorabilis Abbas altius compatiens & congaudens ultro dat pretium lapidum ex litteris comprobatum, ac ſuperaddit aliquot ſolidorum in pignus gratiarum. Nauclerus haud ignavus animi nec immemor beneficiorum totam recepti quæſtus ac pecuniæ medietatem Deo obtulit ad ipſum Interventorem præſtantiſſimum, gratias affatim reddens pro ſui ereptione, orans atque ab omnibus orari poſcens lacrymoſe pro ſubmerſorum amicorum perpetua requie.

IX.
Alia navis ruptis velis naufragium evadit integra.

Simile ejuſdem Patris miraculum huic ſubnectimus eo ſcilicet brevius quo ſimilius. Superiori tempore navis a Normannia placido mari immiſſa petebat Angliam grata ſavente aura. Jam terra ab aſpectu relicta infeſtiſſimis flatibus unda ſævit agitata. Ratis ſolivaga vaſtiſſima undique expugnatur procella, velut urbs infinito exercitu obſeſſa: ſolvitur fragilis cimba, tamquam omni ariete & machina conquaſſata. Quid enim agat imbellis unica ad uoiverſa bellorum jacula, quam & impetebant aera & maria? Undique hiantibus rimis ut capta & diſtracta cedit irruentibus undis. Clamor pereuntium fertur ad ſidera, non jam pro vita deſperata; quid enim ſperaretur jam morte inflicta? ſed ut miſeris animabus indulgendo ſubveniret inexhauſta Salvatoris miſericordia per piiſſimi amici ſui quem invocabant Auguſtini patrocinia. Quid ultra? Jam ad ſummas tabulas pontus intrinſecus aſcenderat, jam malum & velum furioſa tempeſtas longe in fluctus expulerat, jam fiois & conclamata videbantur omnia. Sed mirabile dictu! Deo, ſui famuli quem petebant gratia, miſerante, navim unda quæ ad interitum poſſidebat, ipſa quodammodo ſicut bellua Jonam deducebat; fluctus intus accreſcens captivos ſuos abſorbere parabat, & navis exarmata ſuis telis ac velis ibat, nec attendens minantem voraginem curſum tenebat. Adeo miro modo gradiebatur vel jactabatur, acſi ipſo pondere aquarum quo mergeretur, potius a merſiooe ſervaretur.

Cum ergo tam longa & continua morte, immo tot mortibus qnot turbinum ictibus fluctuantes morerentur, tandem reluxit oculis Apoſtolica Auguſtini tellus, & tunc moribundis cœpit ægre redire vitalis ſpiritus. Tunc poſt leteas noctes Lucifer canduit ſplendidus: ſed his, quos terror merſerat & naufraga dux ferebat, adhuc erat nubilus. Jam tantum de deſperatione & certa morte ad incertam ſalutem incipiuot reſpirare; quique hactenus præ timore clamaverant, jam inter ſpem & timorem clamare geſtiebant: Deus mirificator almi Auguſtini, qui nos per tanta miracula hucuſque adduxiſti, per ipſius merita nos de debito exitio ad portum ſalutis perducere dignare.

Ta-

AN. CHR. 607 26. Maji.

Talia jugiter vociferantes, *Wincenеſel* contra mortalem ſpem pervenere, ibique de navi quaſi de ceto Jonæ, aut lacu Danielis, aut ſpelunca Lazari exiere. Continuo vero, quantum experti ſint ductorem Auguſtinum, ad ejus requiem eurrentes monſtravere ibique oblatis votis & luminaribus, de quanta eos eduxerit internecie cunctis Monaſterii Dei miniſtris clara fide rerum expoſuere: ad quem deſiderabilem tanto amore in gratiarum relatione feſtinarant, ut madentia adhuc de mari veſtimenta in argumentum veri exhiberent, quæ etiam ante Sancti viſitationem mutare noluiſſent. Sed hic propoſitam brevitatem rei ſublimitas exceſſit, & currente rota de urceo inſtituto amphora exivit.

X. Tempeſtas ſedatur, aura ſecundior obtinetur.

Verum hic rurſus liberat clamantes ſedata tempeſtate, qui ante eduxit naufragantes tempeſtate ipſa perſeverante. Præclarus inter Fratres ſenior hujus miraculi aſſertor & teſtis eo certior exſtat, quo in ſe & ſociis factum irrefragabiliter comprobat. Hunc ergo memorabilis Abbas SCOLLANDUS in ædificio Auguſtalis Monaſterii ardentiſſimus, videns in hac arte ſicut in aliis bonis ingenii agnarum, recidendis & evehendis de tranſmari ſaxis fecit magiſtrum. Nec vero iſte minus ſervens ad obſequendum, aſcenſa rate fertur in Marchiam Flandriæ villam fecundam lapidum. Ibi præſectis baſibus, columnis & capitellis grandibus, juſto onere navale vehiculum impletur. Sed quid unquam antiquus livor imperturbatum reliquit? Elatis jam velis & hilariter illis euntibus repente ventorum vis effunditur, montibus & vallibus ſuis trux pelagus evolvitur, navis ictibus quaſſatur, fluctibus obruitur. Tunc Patris Anglorum famulus numquam tali clauſtro coartatus, foris pelagi, intus animi altis agebatur fluctibus. Sed reſpirans ad notum parentem, in hunc erumpit atque omnes erumpere in hunc perſuadet clamorem: Inclyte Pater totius Angliæ Auguſtine, hic in tua ſervitute periclitantes nos erue, ut ad Dominicum Templum laboresnoſtros te duce mereamur perſerre. Ad hanc precem ita omnis immanitas turbinum conquievit, ut navis quaſi in ſicco vel ejecta anchora videretur immobilis tamquam vaſta trieris. Tunc manibus & brachiis innitentes, pro periculo laborem ſuſcepere.

Inſidunt tranſtris, & verrunt cærula remis.

Cœpere rurſum ventos poſcere, moxque a benigno exauditi adjutore, amplos veli ſinus expandere, latoque ac felici curſu in optatum portum ſuum cantantes celeuma applicuere. Hæc vero ſignorum gaudia ubi memoratus Frater tunc junior nunc venerabilior Domno Abbati Scollando retulit, ille elevatis manibus, in benedictionem Dominicam congaudentibus Fratrum choris erupit.

XI. Alia item navis portum appellit ob celebratam Auguſtini feſtivitatem.

Tanta tanti præſidis inſignia, quibus noſter relucet Oceanus & maria, quam ſunt ubique potentia etiam Græcorum experta late prædicant æquora. In illo Pelaſgo pelago & navigio quo hæc quæ memorabimus claruere, affuere ex noſtris Fratribus viri fidei probatiſſimæ, qui nobis conſtantiſſima aſſertione jurando vero probavere, & adhuc ſuperſtites probant tali narratione. Circa Pentecoſten, ajunt, de Regia urbe Conſtantioopoleos Venetiam navigaturi mare intravimus; fuimus in navi centum quinquaginta viri cum turba generis & ordinis diverſi, Græci & Aogli, Clerici & laici plerique cruditiſſimi. Ingens trieris noſtra pleno vento & velo currebat & ut magni maris ſpecula caput tollebat. Interea vis ventorum acrius juſto intumuit, & fluctus qui moloſam puppim æquis viribus ducebant, indomito bello frangere aut abſorbere parabant. Periclitamur ergo cum tanta moles nec modico vento procedere, nec nimio durare, nec portum niſi temperato poſſet ſubire. Non ferebamus tempeſtatem a tergo impellentem, quanto minus in facie repellentem? Depoſitis velis, ejectis anchoris vim ſæviendi ſubduximus furentibus auris; verum graviter oppugnabamur tergiverſantibus & allidentibus undis. Itaque per plures dies diutino vitæ diſpendio tenebamur captivi velut exitiali judicio aut judiciali exitio proſcripti.

Ioter hæc fauſta ac deſiderabilia primi inſtitutoris noſtri in Chriſto Auguſtini feſtivitas imminebat, quæ ſolet feſta Pentecoſtes ſecundum Paſchales Cyclos aut prævenire aut ſuccedere aut intervenire. Tunc & mœrore & gaudio ſpeque, metuque agebamur trepidi: mœrore, quia incommodus erat

locus

locus paternæ feſtivitati; gaudio, quod per hanc illuſtraremur præſentia pater-nali; ſpe, quod hanc celebrando poſſemus liberari : metu, ne natione diverſi diſſentiremus a ſalute communi. Suggeſſimus ergo nauclero & ceteræ multitudini Auguſtini clarum nomen & meritum, atque inſtans ſolemnium, quem dudum Apocriſiarius Conſtantinopoli & Apoſtolicus Romæ, convertendis Anglorum gentibus dedit Apoſtolum, virum Apoſtolicarum virtutum, tam in vita quam poſt vitæ bravium ſignorum potentiſſimum, cunctiſque poſcentibus ſuccurrentiſſimum. Quibus ſi unanimi voto placeret feſtivum ipſius triumphum celebrare, nos de nota ejus bonitate auderemus ſpondere, quia optatæ auræ potiremur proſperitate.

AN.CHR. 607 26. Maji.

Omnibus ergo tam Sacerdotibus quam ceteris conſpirantibus in Auguſtini præconium, venit cum Dominica votivum ipſius ſolemnium : utque eramus inibi grandis chorus Sacerdotum & Clericorum, veſperas & tota nocte vigilatas egimus laudes, & Chriſtum in Sancto ſuo glorificantes, ejuſque interventu cum timore & fiducia ſalvari poſcentes, omnia tunc nobiſcum pio Patri ſolemnizabant, omnia Dominico militi militabant. Navis erat Eccleſia; malus, Sion ſpecula; crux, antennæ; carbaſa, aulæa; prora, ara; Sacerdos, proreta; gubernator, Hierarcha; remiges, Clerici; rudentes pro cimbalis & organis; ventoſi ſibili, pro follibus & fiſtulis. In circuitu ingens maris atrium & infinita turba fluctuum reſpondebant pſallentibus crebris alliſionibus undarum. Cantabat aquoſa Eccleſia; *Benedicite maria & flumina Domino, benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino*; & eadem reddebant aquæ cum ſuperno choro : omnia adeo perſonabant ſolemnem Chriſtum Chriſtique ſolemnem famulum Auguſtinum.

Poſt nocturnales laudes pene in lucem celebratas, requieſcentibus ceteris Nauclerus pervigil, dum notat ſidera, dum explorat aera, videt illico ſentitque quid valuerit Auguſtini quæſiſſe ſuffragia. Nam eotenus repugnantia flumina, hujus gratia in auram gratiſſimam converſa, facta ſunt navigationi noſtræ prorſus auxiliaria. Læto itaque clamore & canora teſtudine omnes excitat, & quaſi piratica vis irruat, gaudia tamquam prælia intimat. Surgite, ait, ocius, o ſocii, adeſt nobis Deus in Auguſtini ſui feſtivitate, adeſt & Auguſtinus feſtinus in Dei ſui directione : bene ejus hodie feſta celebramus, cujus interventu non ſolum a mortis terrore liberamur, verumetiam optato vento & curſu ad optatum litus dirigimur. Hic eſt gubernator, hic ductor & navigator : Ipſe impellit, regit, vehit, præcedit & ſuccedit. Nunc ergo feſtinemus Divina myſteria in ejus veneratione explere, tantoque Duce ſecuri feliciter enavigare. Ad hæc læta hortamina tota turba tenſis palmis in gratiarum libamina Auguſtinum tollit ad æthera, quem ſe inveniſſe novum adjutorem triumphant inter tanta pericula. Statimque ſicut qui hoſtem fugiens ad domeſticum patronum currat, feſtivam Miſſam cum celſo jubilo in ipſius honore concinimus, ejuſque merita auctori Domino immolamus.

Sed inter hæc Signifer Domini ſignum dat ſuæ præſentiæ, fidem exterorum novellam erga ſe veniens divo ventilabro diſcutere & in Deo attentiorem facere. Nam cum ſacrum Evangelium legeretur, tantus ſpiritus turbinis mare & navim impulit, ut Sacerdos, niſi viri robuſtiſſimi hinc inde a lateribus hunc ſuſtentaſſent, Dominicis ſacramentis conficiendis nequaquam aſſiſtere poſſet. Exacto vero ſalutari myſterio tanta temperies rediit, ut opportuniorem optare neſcirem ad propoſitum locum videlicet ad velificandum, excurrendum, portumque inoffenſe ſubeundum. Currebamus ergo obſequentibus ventis gaudentes & alacres, Deique mirabilia in tam mirifico Sancto ſuo magnificantes, pollicentibus omnibus toto affectu ſe ejus feſta quotannis perpetuo celebraturos, nomen ipſius & virtutum inſignia ubique declaraturos. At princeps navis tam feſtivum ſe inter tam feſtini adjutoris feſta exhibuit, ut non ſolum ſolemnibus ejus laudibus devote congauderet, ſed etiam epulis & vino largifluo convivas ſuos exhilararet.

Jam vero felici curſu diei ad veſperum exacto, Angli de noto patrono fidu-

 cia-

AN. CHR. 607 26. Maji.

cialius præſumentes ſuadebant ſociis de auræ incertitudine dubitantibus & ad portum nitentibus, quod ſi irreflexa fide cœptum iter tenerent, ipſam auram uſque ad deſtinatum locum perſeverantem haberent. Sed aliorum ſententia prævaluit, ut magis portum ſubiremus, & diutino labore tabeſcentia membra quiete reficeremus. Ubi vero poſt ſolis occaſum portui ſucceſſimus, mirabile dictu! ipſa dialis tranquillitas abiit, & prior tempeſtas adverſantibus ventis recurrit: ut videlicet doceret Auguſtinus tamdiu proſperitatem affuiſſe, quamdiu ſuæ feſtivitatis veneratores vellent navigare, iterumque votis obtinendam auram, cum ipſa ſtatione decernerent procedere.

XII. Puella muta linguæ uſum recipit.

Jam ſepteno miraculo in ſeptem Chriſti convivis piſcatoribus & ſeptiformi gratia ſpiritus Auguſtinum fluctuantes liberantem per mare navigavimus: nunc ipſum per terras diverſas clades curantem reducemus. Qui hic incipienti de mutis ſuas virtutes obtineat tacito vel infantiſſimo Scriptori eloquendi vires. In illa *Cillebam* notiſſima Cantuariæ ad Auſtrum ſita, parvula octo annorum patre orbata matri viduæ unica unicum ſolamen erat relicta. Hanc alebat, hanc fovebat, hanc miſeras delicias inter deſolationis ſuæ miſerias deputabat, flebat hujus orbitatem & ſuam viduitatem; ſibi conjugem, & illi amiſſum querebatur genitorem. Verum dum in hoc materno affectu pendet, dum in hujus profectibus omnem ſpem & mœrorem demulcet; acceſſit doloris augmentum, ubi expectabat conſolationis incrementum. Nam qui matrem & cognatos dulci alloquio vel cantu virgineo gratificabat, ſubito caſu muta effecta omnes notos mœſtificabat: pro eloquio pecualem boatum, pro cantu mugitum, pro verbis elinguem reddebat gemitum. Mater lugebat, ejulabat, ululabat & clamabat: Heu filia mi *, hæccine ſpes mea! hæccine ſolatia poſt patris tui funera, ut optimo officio linguæ mihi ſis funerata. Ex magna enim parte funebris eſt vita, ubi nulla eſt loquela. Nunc, proh dolor! tibi loquendum eſt digitis tacente lingua, & clauſo ore ſolis nutibus abſona dabis verba! nunc miſere docebis matrem abſurda ſigna, quo ſenſus tuos perpendat non aure ſed viſu pro loquela!

* mea.

Talia jugiter conqueſta querimoniis non eſt contenta, omnia indeſeſſe quærit remedia, poſcit auxilia, conſulit medicamina, nemo ferre noverat ſubſidia. Illa muta perſeverabat, & maternus dolor in dies creſcebat. Cumque aliorum vulnus tempore ſopiatur, hujus augebatur: ſed perſeverantibus in fide ſemper occurrit ſupernæ reſpectus clementiæ. Sedula fœmina tandem Parrochianum ſuum lachrymoſe requirit Presbyterum nomine ELFELMUM. Ille humanæ

„ inſcius medicinæ, docet hanc ſe credere divinæ. Proxime, inquit, imminet
„ triumphalis ſolemnitas ſigniferi noſtri Auguſtini: in ejus honore ceream facu-
„ lam compone, & cum hac lampade (decet enim amicum Sponſi cum lam-
„ pade requiri) luciferam ac ſalutiferam ſuæ feſtivitatis noctem pervigila in
„ prece cum tuapte ſobole: ubi ſi fideliter perſeveraveritis, credimus in Dei
„ beneficio quod non fruſtra facietis.

Ad hæc devota virago fide armata velut ab Angelo docta, juſſa maturat lumina. Ad cœleſtem Medicum in ſuo Feſto puella venit cum genitrice, ibique ad ipſius vivifica pignora lucifluæ feſtivitatis noctem pervigilant in oratione. Altera orabat & gemebat, altera ſuſpirabat & mugiebat, ſummus autem miſerator utrique aurem accommodabat. Jam hymnus laudationis Dominicæ ter ſanctiſonus a Patrefamilias intonatur, & ab excipiente Dei familia ſublimiter chorizatur. In hoc ergo hymno opifer qui petebatur ſentitur & agnoſcitur, lingua mutæ puellæ diu obſtricta protinus reſolvitur, os eotenus clauſum ad collaudandum cum Eccleſia Deum reſeratur: pro quo gaudio idem hymnus finitus lætiſſime repetatur. Illa vero diuturna ſilentia rumpit, & in Dei laudem ac gratiarum actionem proſilit. Mater exclamat gaudio cum loquente filia, filia reſultat matri cum concinna loquela. Quid ultra? peractis matutinis laudibus hymnus laudationis ſuperius decantatus, in quo hæc populo teſte facta eſt ſalus, celſioribus ab omnibus repetitur laudibus, & tam clara Dei in Auguſtino ſuo decantatur virtus.

XIII. Poſt aliquot annos interfluos, recurrente eadem ipſius ſolemnitate, ſimile

in

AN.CHR. 607

26. Maji.

Item alia a nativitate muta.

in ſimili perſona refulſit miraculum : niſi quod ſuperior recepit eloquium antea perditum, hæc vero, de qua loquemur, ſuſcepit antea inconceſſum. Hæcquippe a nativitate muta, jam juvencula, ſalutis gratia multa Sanctorum peragrabat habitacula; tandem cum plurima populorum undique confluentium turba ad ſolemniſſimi Confeſſoris Domini devenit ſolemnia, ad ipſius ſcilicet vitalia buſta præſulgidam noctem vigiliis agere intenta. Verum illa quo attentior erat ad vigilandum, eo declivius urgebatur ad dormiendum. Jam celſa producta modulatione, exactis nocturnalibus ac matutinalibus canticis, Evangelici Prophetæ Zachariæ Canticum quod omni die ſæculi ad perpetuum Dominicæ Incarnationis præconium aſſiduatur, altiſſimis pſallentium concentibus ad æthera porrigitur. In hoc ergo carmine quo apertum eſt os Zachariæ quod clauſum erat Angelo interminante, mirabili ordine, Domini gratia, dilecti ſui Auguſtini ſolemnio ſavente os etiam mutæ dormientis aperitur, & lingua in nova verba reſolvitur. Erumpens enim a ſomno tamquam nimio terrore agitata clamabat ter patria loquela, voce elata : Parce, parce, parce Domine.

Sic vociſerantem iovadunt undique & noti & ignoti, percunctantur ſtupidi qui noverant numquam antea locutam, unde ei hic clamor & vis loquendi. Primo illa cunctari nec audere viſum myſterium eſſari; ſed omnibus ſuadentibus atque urgentibus, verbis inuſitatis quæ ſola didicerat aure, ſic reſerebat balbutienti ruditate : Propoſueram equidem hanc ſanctiſſimam noctem pervigilem ducere, ſanctique Patris clementiam qua meæ calamitati ſubveniret exorare ; ſed renitentem blanda ſomni præripuit violentia: qua capta nec dulcius unquam nec ſuavius requievi in vita. Hic mihi refulſit vir Angelicæ gloriæ, pontificalis excellentiæ, ætatis venerandæ, reverentiſſimus nivali & paternali crine; effundebat radios ſuos facies ſplendida; fulgebat cum zona Pontificali auroſa infula; candebant ſubter veſtimenta auro circumtexta : me vero anxie trepidantem ad tam decoram ornatamque majeſtatem amplius terrebat illa ſublimitas per dignam increpationem, ut videlicet gratius conſolaretur per paternam curationem. Pontificalem enim baculum, quem manu tenebat, intentans labiorum meorum clauſulæ, videbatur hoc acumine os meum tranſverberare velle, arguendo plane meam ſegnitiem, quod omoibus vigilantibus ſola dormirem. Hoc igitur terrore plurimum concitata, ſoluta Dei beneficio lingua per tanti Patroni ſuffragia in hæc nova quæ audiſtis erupi verba, quam vere conſtat nulla unquam priiis uſam ſuiſſe loquela.

Ad hæc audita proclamat admiranter Deo laudes turba circumſuſa; qui mirabilis in Sanctis ſuis, hæc in ſancto Auguſtino oſtendit mirabilia. Certant tantum adhuc Æditui verum altius experiri, videlicet palpantes in luce tam evidenti. Satisſaciunt vero omnibus magnis juramentis puellæ noti & vicini, hanc ex quo nata ſit hactenus mutam ſuiſſe proteſtati. Hæc etiam convenientia non ſaſtidioſe recolenda eſt pro digno miraculo, quod in hoc Cantico quo mutus Propheta locutus eſt Chriſtum ejuſque Præcurſorem prophetando, per noſtrum Auguſtinum muta loquente viſitavit nos Oriens ex alto.

XIV. Podagri curatio a S. Auguſtino incepta.

Diverſis etiam debilitatibus potens curandi in Chriſto divinus noſter imperat Medicus. Degebat Lundoniæ vir rebus præclarus ſed timote infauſto artiſſimæ podagræ acriter debilitatus. Cumque opibus dilataretur, uſquam prodeundi inopia magis artabatur. Eja divitiæ quid ſacitis veſtro quæſitori, ac ſervatori ſuccurrere quid tardatis? Expenduntur ergo opes in Medico & perduntur : caſſantur in ægroto labores, & augentur dolores. Æger tandem in ſe reverſus, Quærendus eſt (inquit) divinus, ubi medicus deficit humanus. Impoſituſque vehiculo ſertur ad Anglorum Metropolim Cantuariam, ad tuam, Apoſtolice curator Auguſtine, clementiam. Ibi cum lumine vigilans, ibi orans ex parte recepit quæſita remedia, & ex parte docetur necdum promerita alibi quærenda. Neceſſaria enim erat in debili ſalutis dilatio, cum non deeſſet in Sancto petita virtutis perfectio, quatenus attentius & longius quærendo adipiſceretur, quod nec eo loco nec tempore aſſequi mereretur.

Denique Auguſtinus podagricum pede ſanat uno, alterum nimirum ſummo ami-

AN. CHR. 607

26. Maji.

A S. Swithuno perficitur.

amico SWITHUNO *a* incuratum relinquendo, & quaſi ipſi Sancto curandum deſtinando. Itaque æger ſemiſanus reductus ad ſua, audit uberrima quæ ſuperna fundebat affluentia beati Præſulis SWithuni miracula. Illuc velut ab Auguſtino directus venit, ipſoque die reſidui pedis ſanitate recepta imparem greſſum æquavit, & plene ſoſpitatus cum pleno gaudio gratias agens rediit.

XV. Curatur claudus & mancus.

In caſtro *Levenſei b* erat vir claudus & mancus, cui læva manus palma retrorſum detorſa ac reflexa, non tam ſupinata quam deorſum pendula, conglutinata brachio inhærebat & dira tortura miſerum cruciabat. Hujus miſerias ſupernæ clementiæ reſpectu miſerante jubetur in viſu a quadam præclara forma opiſeri Auguſtini opem Cantuariæ expetere; ibi demum hunc ſoſpitandum ejus interventione. Nec tardavit ille credere, nec diſtulit pro ſuo commodo obedire. Venit Cantiam quomodo debilis potuit ad inſinuatum patronum, indicat Monaſterialibus Patribus cœlitus indictum ſuæ ſalutis mandatum. Admittitur ultro ad curatorem largifluum, ibique perſeverat in precibus & revelatæ ſalutis indubius. Jam octavam diem ibi exegerat qui erat in Sabbato, & tunc venit fideliter expectata promiſſio. Nam inter Sextam & Nonam corripitur cœleſti medela, & manus reformatur in ſua officia, totaque debilitas vertitur in recta commoda. Sic deformis tortura, quæ erat ad ignominiam & tormentum, Auguſtino juvante redit ad vitæ ſubſidium. Benedictus Dominus Deus virtutum.

XVI. Vinctus ſolvitur.

Quantus etiam ſummi clavigeri Auguſtinus ſit aſſecla in ſolvendi potentia, probabile dabunt ſequentia. Novit Cantuaria tres cives ſuos, quorum duo videntur germani, WLFRONIUS & ÆLREDUS, tertius Ælredi filius SIREDUS, qui pari ſollertia & arte vitam alebant, & de inopia ad divitem ſufficientiam excreverant. Quid unquam humana aviditas inexquiſitum reliquit? quid mortalis egeſtas non penetravit? Hi tres, id eſt duo fratres & ex ſecundo natus tertius ob quem maxime hæc ſeries texitur, ambiebant pariter diverſas Angliæ

NOTA. civitates & artificum ſabricas. Indagabant curioſe aurifices, argentarios, monetarios, trapezetas, ceterorumque metallorum ſuſores pro illorum ſuſilibus cineribus & purgamentis, pro ſpumis & ſcoriis, vel teſtularum fragmentis in quibus maſſas ſuas liqueſecerant, æſtimata pretia offerentes; has reliquias emptas corradebant & conſcopabant, unde vulgo hujuſmodi collectas ſcopaturas vocitant, quas illi torridis fluentis abluebant, conflatamque duritiem duro lapide comminuebant, his minutiis ſuo igni conflatis pretioſam maſſam extorquebant.

* Bathonia vulgo Batthe

In tali negotio venientes ad oppidum, quod a balneis calidis ibidem ſcaturientibus *Bathan* * Anglice nuncupatur, emptaſque ex more copioſas arſuras; quas dicunt ſcopaturas, ad proximum flumen ferebant diluendas. Sed temerarie & inconſulte pergrandem lapidem de Regia via extractum ſecum tulere, videntes illum validum ad conterendas teſtas & ipſas arſuras igni concretas. Hinc indignati Præſides & judices oppidi irruunt in eos, ut ſunt paſſim homines ferini hiantes ad prædam, raptoſque hos tres advenas velut Regii juris invaſores & publicos prædones, ſimul in artiſſimum cippum omni compede durius conſtrinxere. Addunt ferreas manicas manibus, & collaria ferrea in cervicibus, itaut per medium maceriæ lapidei cubiculi tranſducta vincula obſerarentur. Nam ex lapidum copia omnia ibi lapidea ſunt habitacula. At captivis tali tormento aliquamdiu artatis, duo germani qui erant ſenili jam defectu impatientes ſupplicii ac pene abſumendi, datis fidejuſſoribus pro viginti ſolidis argenti, cum ſuis mercibus ſunt dimiſſi. Juvenem vero aſpectu elegantem & robuſtum corpore, quem ſuperius notavimus ſecundi fratris filium, cum exactores vidiſſent nil offerentem quem putabant pecunioſiorem ſuamque expleturum ingluviem, atrocioribus tormentis ac terroribus aggrediuntur. Stringuntur ſuræ & oſſa artiori ligno incuſſis ſudibus coacto: duplicantur catenæ manibus & collo, vallatur vinctus cuſtodibus acſi ferreo muro.

Inter

a S. Swithunus Ventanæ civitatis, vulgo *Winchester* Epiſcopus anno 862. ad Superos evolavit, quo tempore ejus Vitam referemus.

b Opidum *Lewes* in Suthſexia, Auſtralium Saxonum in Britannia regione.

AN. CHR. 607 26. Maji.

Inter hos cruciatus anxiatus & anxietate inſopitus, domeſticum civilis Caotuariæ Patronum altis gemitibus invocat Auguſtinum, ut qui primus Angliam a captivitate diaboli laxavit, & ferreos nexus ſolvere novit, quique ubivis gentium ſe poſcentes tuetur, ſuum ultimum famulum a tribulantium manibus liberare dignetur. Ad has anxii preces quas & cuſtodes audierant, ingenti miraculo apparuit, quantum auditorem apud Deum invocaverit. Concuſſit ſubito ac terruit ipſam domum vehemens ſonitus, franguntur & diſſiliunt fortia lignorum robora cum impactis clavis longius excuſſa, quæ vincti impreſſius angebant veſtigia; cadunt e manibus manicæ expulſis peſſulis reſeratæ: quæ etiam collum artaverant ferrata collaria, violento impetu reſiliunt in parietem ejecta. Captivus liber exſiliens cuſtodibus inſultat, feroces increpitat, minaces inſtigat. Religate, inquit, rebelles Dei, divinitus ſolutum, ut iterum confracta artius vos veſtra conſtringant vincula, & confundat pecuniæ ſpes effuſa.

At illi tanto ſigno acriter exterriti reſpondent, ſe nihil injuriarum ultra in eum velle moliri. Qui diluculo erumpentes, per totam civitatem omnia divulgant, cunctumque populum attooitum cum Magiſtratibus huc ad videndum accelerant. Aſpicientes itaque tam clara Dei mirabilia, quæ nulla contradicere poterat verſutia, rapiunt hominem cum magno jubilo gratiarum ad principale beati Petri Apoſtoli Monaſterium, ibique confluente civitate, conjubilante Monaſteriali concione, ſonantibus ſignis, reboantibus hymnis collaudatur Dominus mirificator Sanctorum, per quem & Auguſtinus Apoſtolus Anglorum tanto fulget jubare miraculorum. Cujus paternæ gloriæ intantum congratulabantur opidani, ut illum libertum ejus certatim ad convivia & pocula raptarent, & feſtivo obſequio exhilararent. Inter quos unus civium graviter erubeſcebat & ingemiſcebat, quia unde ſibi optatum ſymbolum daret, aut aliquam amicitiæ, obſequelam exhiberet, non habebat. Quem videns probus juvenis ſui gratia triſtari, ultro ei argentum de proprio contulit, orans uti a ſe acciperet, quod ſibi dare cupiens non habebat, vel non habens dare cupiebat. Quo beneficio tam ultroneo civis ille delectatus, Vicem, inquit, reddemus. Mane itaque attulit ei ſcopaturas modico emptas, de quibus ille ante ſextam horam viginti ſolidos argenti almo Patrono favente obtinuit: hiſque datis pro patre ſuo & patruo liberos eos ac ſecuros ſecum abduxit, quem ſcilicet ita ſanctus liberavit Auguſtious, ut & ipſe ſuos liberaret cum ſuis quæſtibus.

XVII. Cibaria miraculo ſuppeditantur.

* V. ſupra cap. 5.

Quem ergo ſolveodi potentia ſummi Clavigeri aſſeclam præmonſtravimus, idem ejuſdem nntritoris alumnus, qui dixerat Princeps Paſtornm, *Paſce oves meas*, hic conſeqnenti ſigno lucebit. Sub Rege CNUTO * celeberrimus Auguſtinenſis aulæ moderator ELFSTANUS enituit, qui inter cetera bona Tanetum cum ſua pretioſiſſima margarita *a*, ut omnibus claret, in Patriarchalis præſidis Auguſtini ſinu repoſuit. In hujus regimine evenerat per ſextam feriam annuo recurſu ipſius Patris natalitium, quod ſeptimo Calendas Junii rite omni Angliæ agitur celeberrimum. Hinc ipſe Pater magnanimæ liberalitatis magnum epularum agebat apparatum, tam ad hoſpitales turbas ſacrorum Ordinum, illuſtriumque ſæcularium, atque egenorum undecumque confluentium, quam ad Dominicæ familiæ domeſticum uſum. Sed providum animum graviter angebat feſtivorum penuria piſcium, cum undique miſſi emptores vacui redirent domum: maria & flumina opes ſuas negabant, lacus & ſtagna nil conferebant, fora & cellaria vacabant, ſilvæ & paſcua nil proderant, quia perpetna reverentia dies Crucis Dominicæ omnes aſtrinxerat, populum Monaſteriis æquabat.

NOTA.

Inter has difficultates, fidelis Abbas quem charitatis neceſſitas urgebat, unicum in Domino remedium attendebat. Denique ipſa vigilia craſtinæ celebritatis Veſperarum canticis ſolemniſſime completis, pateroæ quietis talamum irrumpit, fuſuſque humi paternis auribus ut ſuæ ſolemnitatis ſuorumque miniſtrorum & hoſpitum complacita benedictione meminerit, affectuoſa prece ſug-

a Nempe Parthenion Tanetenſe cum corpore S. Mildrethæ (de qua ſupra cap. 5. & in fine Vitæ S. Auguſtini) Monaſterio S. Auguſtini Elfſtanus Abbas adquiſivit.

AN.CHR. ſuggerit : ſic in paternum ſinum theſaurizans ſpem ſuam exiit, attendens ſi 607 quid ille reſpondere velit. Interea tota nocte celebrata præfulgidis luminari- 26. Maji. bus & præcellentibus jubilis, dies omnibus feſtiva illuxit, quæ qualiter sereniſſimus Auguſtinus ſuis vigilibus pervigilaverit, Divinis beneficiis cum ſplendido ſole declaravit. In ipſius quippe villa, quæ SWalWatluia dicitur, ſupra mare ſita, a Monaſterio ſeptem leucis ſepoſita, & ad victum Fratrum data quaſi cellaria ingens, piſcis ſcilicet Rombus longitudinis pedum quatuordecim offertur, qui vulgo Sturio appellatur. Hunc maris reuma attulit Auguſtino proculdubio impellente, nec poterat recedens ſecum auferre ipſo prorſus retinente. Hunc ergo ejuſdem manſionis ruricolæ primo lucis crepuſculo inventum vehiculo maturant imponere, & Principi Monaſterii novum, feſtivum & gratiſſimum Auguſtini præmium præſentare.

Videns itaque devotiſſimus Abbas exoratum Patrem reſpectivis ſui precibus matutino die tam largiflue reſpondiſſe, ſuſcepit cœleſte donum cum immenſa alacritate & infinita gratiarum exhibitione. Inde expleto magnifice Dominico officio epulantur feſtive in Domino & domeſtica concio & hoſpitalis multitudo, gaudentes tam de miraculo, quam de beneficio Divino. Pulchre autem hic ſuperni piſcatoris alumnus confluam ad ſe turbam ſua captura replevit, qui primus Angliam de Stygio gurgite Apoſtolicis retibus Chriſto attraxit. Alii ſancti fluviales prædas divinitus adactas retibus mirabiliter cepere, hic mirabilius ſine retibus mari jubet adducere & in ſicco relinquere, quod fida manus tutius capiat in litore. Notandum autem eſt quod nullius recolit memoria hujuſmodi piſcem vel antea vel poſtea viſum in manſione illa.

XVIII. Cœco lumen reſtituitur.

Succeſſit reverentiſſimo ELFSTANO WLFRICUS pari probitate & ſollertia præditus. Cujus tempore tanta beatus Auguſtinus coruſcabat ſanitatum fulgura, tanta diverſarum debilitatum curata eſt turba, ut ad memorandum nec ſcriptor ſufficiat, nec lector, nec auditor. De quibus unum pro multis vel majoribus exempli gtatia adſcribimus. In ipſius anniverſaria ſolemnitate memoratus Abbas Wlfricus apud ſalutiferam glebam agebat celebetrime ſolemnia Miſſæ plebe quanta irrumpere poterat condenſa aſtante. Aſtabat & quidam notus de Taneto inſula, jam per quindecim annos obſeſſus nocte cœcitatis teterrima. Is intenta mente & voce orabat curari adjacentis Sancti interventione, jam de ſui illuminatione tam certus, quam Divino oraculo per viſum edoctus, ut ſcilicet huc ad ſplendifluum Patronum veniret, quo optatum lumen perciperet. Interea in lectione Evangelii, quod jam ad medium legebatur, cœcus Divina virtute corripitur, qua impulſus ſuper Diaconum lectorem ita præcipitatur, ut ille difficulter reſtaret quin ſimul obrueretur. Qui declinans a ruente dum Dominicum præconium ſine tenus perſonat, ille jacens humi glaucomate defluente oculos reſerat, ſurgenſque die infuſa luminibus clare omnia ſpectat. Sic perſtans ad Miſſarum ſacramenta in gratiarum ſacrificia, indicat poſt finem aſtanti populo, qualiter ſibi antea hæc fuerint revelata, quæ per beati Auguſtini merita poſt quindecim annos cœcitatis conſecutus ſit gaudia lucis.

XIX. Violatores ſacri ſepulchri puniuntur. * ſupple incongruum.

Tam clemens Pater in ſupplices exteros oſtendendus eſt & diſtrictus in delinquentes domeſticos, qui tantum maluerit corrigere quam punire reos. Pudet memorare quod maxime ſacro Ordini & grandævitati * cenſeatur. Verumtamen ſit ſua turpitudo improbis & ſua pulchritudo rectis, & ſua valetudo correctis. Sub bonæ memoriæ Abbate WLFRICO erat ſenior Monaſterii Æditus nomine GODRICUS. Hic in tumulo ubi cœleſtis theſaurus corporis pretioſi Auguſtini reconditus erat, magnum theſaurum repoſitum fuiſſe ab ipſa pueritia auditum habebat, ſed pecuniam non pretium ſanctitatis bruto intellectu penſabat. Hinc ſemen cupidineæ vanitatis conceptum ab ipſa puerili ignavia quotidianis incrementis fovebat & alebat per deſideriosa ſuſpiria ; creſcebat ævo, creſcebat & avaritiæ ſtudio. Jam canis albeſcebat, & cupidioſa mente nigreſcebat. Quid fallimus & fallimur ? plerumque ſua tempora aſſequuntur & optimi & peſſimi quibus ſe depromant. Invenit tandem mens hominis perdita locum, quo attentaret iniquum propoſitum. Deſtruxerat memo-

moratus Abbas veteris Monaſterii renovandi Presbyterium, & patebat aditus AN CHR.
uſque ad theſaurariam præfulgidi Auguſtini porticum. Hic claviger Eccleſiæ 607
perfidus uno ex artificibus aſſociato ſibi infinitis promiſſionibus data opportuni- 26. Maji.
tate noctis in opus tenebrarum arreptis ferramentis invadit parietem ad ſancti Confeſſoris pedes appoſitum & duplici materia extructum. Nam antiquorum fidelium cura exteriorem munitionem duro ſilice compegerat, interiorem vero grandibus & fortibus lateribus, ut tanti margariti ſervatoriam myrothecam, obfirmaverat.

Auri ſacra fames quid non mortalia cogis?

Jam adjutor artifex a frangendi & irrumpendi difficultate defecerat: ſed præceptorem ſceleris non annoſitas, non impoſſibilitas, non profeſſio ſacra, non Dei vel præſentium Sanctorum reverentia cohibebat. Qui incentiva furia ſuis fidens viribus, Mihi, inquit, accommoda ferramentum, experiar quid meæ poſſint manus. Illico arripit roſtratum ferrum, totoque niſu efferatus in proprium genu debitum dedit ictum. Sic demum propria multatione ab incepto exturbatus, calamitoſe ad lectulum eſt digreſſus, jam ſuam confuſionem & pœnam magis lugere quam Sanctorum innocentia monumenta violare compulſus. Væ fami & ſiti avaritiæ, quæ etiam rerum indigos, inſidioſa ſuſpicione ſomniat eſſe divitioſos. Qua ergo veſania hic miſer quærebat mortales opes in vitali tumba cœlicolæ Auguſtini, qui mundo crucifixo ſibi memoratur dixiſſe vice beati Petri
Apoſtoli: *Argentum & aurum non eſt mihi*? Non ergo errat ſed delirat qui Act. 3. 6.
apud Auguſtinum alium quærit theſaurum quam ipſum Auguſtinum, pretioſiorem ſcilicet cunctis opibus rerum.

Itaque providus Abbas Wlfricus, dum diluculo quæque Eccleſiæ ſacraria rimatur, videns illud Sanctum Sanctorum fractura violatum, acriter (ut par erat) indignatur, & tantæ injuriæ auctorem collectis operariis ſciſcitatur. Intererat criminis ſocius qui metuens ſe fuiſſe proditum quem conſcius accuſabat reatus: Ab illo ſeniore (inquit) Domine, veritatem require qui ſe lecto refovet a recenti ægritudine: ipſe tibi ſciet verum exponere. Extemplo quæſitor ad ægrum properat, cauſam ſuffoſſi parietis ſuæque debilitatis interrogat, cunctantem & diſſimulantem adjurationibus impellit, & durum obſtinatæ mentis parietem evertit. Ille luctuoſe confitetur & execratur tam inſenſate præſumptam noxam, deflens jugiter uſque ad vitæ exitum & inſanabilem plagam & perdurabilem pœnam. Sui quoque particeps facinoris, participium meruit & doloris: ut acerrima & diutina decoctione uſque ad obitum langueret, & a Sanctorum tactu velut a pupilla Dei rapacem manum continere poſteros doceret. Ne quis autem ſæviorem hanc judicet ſententiam, recogitet in his majorem factam clementiam: ut qui in baratrum effulminandi eſſent, per temporalem correptionem liberari poſſent.

Audiatur hinc alia Confeſſoris correptio & mox impetrata remiſſio. Quædam XX.
matrona ſuburbana Cantuariæ MAZELINA nomine addicta maritali copiæ, Mulier
quotidiana devotione aſſiduabat Auguſtinianum Templum & paradiſiacum San- violata Eccleſiæ reve-
ctorum cubiculum. Sed hæc nonnumquam iræ erat intemperans & animæ mo- rentia pu-
tus ultra recti fines effulminans. Quadam die obſerato cubiculo ſuo ex more ad nitur.
B. Auguſtinum ablatis ſecum clavibus venit, ibique in oratione procubuit. Venit maritus domum, claves inclamitans, miſſoque filio ad genitricem claves repetit exportatas. Puer attentus paterni mandati, obnixius inſtat oranti matri. Illa continuo poſthabita oratione, & tanti Præſidis ceterorumque Sanctorum reverentia ut leæna ſtomachata exſiliit, efferataque palma partui ſuo trucem alapam illiſit, nec Dei aſylum, totque Dominicorum Optimatum patrocinatum violatum attendit, ſatiatoque furore ceu juſtificata orationem repetit. Puer plorans domum rediit, & fletus patri pro legatione retulit.

Sed verberatricem, immo Dominicæ pacis prævaricatricem manum & brachium repentina pœna increpuit. Eadem quippe hora elata dextera cum toto brachio uſque ad humeros enormi groſſitudine intumuit, quercino robore diriguit, ardore incanduit, dolore intremuit, nigredine inhorruit: obſtupue-

AN.CHR. 607

26. Maji.

Iſa. 28. 19.

runt inflexibiles digiti & incurvabilis rigor lacerti nec ad caput erigi, nec ad latus poterat deponi, ſed extenta duritia prætendebat inſtar ligni. Tunc demum fœmina attendit majeſtatem loci; quia, ut ſcriptum eſt, *Sola vexatio intellectum dabit auditui*. Tunc intellexit aliud eſſe Sanctum ſanctorum, aliud domeſticos penates vel cunas liberorum. Tunc planctus, ejulatus & ululatus iram, indignationem & inflammationem mentis vacuavit, aut in ſe, quod meruit, retorſit.

Monachis orantibus ſanatur.

Ad cujus miſerabilem clamorem inter matutinalem Miſſam cum accurriſſent Æditui & vidiſſent præ nimio angore mentis & corporis crines læva manu, quæ dextera nequibat, vellentem & per pavimentum hac & illac ſe volutantem, graviter indoluere, putantes eam vecordem. A qua tantæ animadverſionis cauſam audientes, hortantur hanc inſtanti prece almi Auguſtini implorare clementiam. Ipſi vero ad conventum Fratrum referunt rei evidentiam. Qui trementes & compatientes afflictæ, communi aſſenſu ad Eccleſiam properant, & coram placabili Auguſtino affuſi ſeptem Pſalmos pœnitentiales pro rea lacrymoſe decantant. O celerem in Dei miſericordia auditorem! Ubi exacta prece conſurgitur, protinus omnis dolor gementis in gaudium ſalutis refunditur. Tumor & rigor & angor ut tenebræ a luce evaneſcunt, brachium & manus & digiti ſua gracilitate & forma & officio hilareſcunt.

XXI.

Homo tenuis a prædonibus liberatur.

* le Boulonnois.

Non ſolum autem variis cladibus, verumetiam infimis neceſſitatibus ubivis interpellatus ſubvenit Dei potens Auguſtinus, ut hic probabimus. Eſt ſenior inter Fratres venerabilis, quem ſuperius intimavimus conſcium judicem paterni miraculi patrati in mare, nunc vero rememoramus ipſum fidiſſimum teſtem alterius facti in loco & comite legationis ſuæ. Hic itaque miſſus Boloniam * Flandriæ provinciam venit Marchiam villam lapidum fecundam, conductiſque operariis grandem lapidum coacervavit copiam ad ſui ſcilicet Monaſterii fabricam. Interea Marchiſus Flandriæ ROTBERTUS Boloniam a ſe diſſidentem tamquam a parente filiam acrius caſtigabat & diffuſo per ampla arva exercitu in ſua jura redigebat. Trepidantes autem operarios ab inclementia exercitus, confidentes in Domino & S. Auguſtino trepidare vetat vir memoratus ut fidelis & magnanimus. Quos etiam de favore prænominati Principis confortabat, cujus amicum patrocinium habebat. Intererat operariis quidam juvenis ejuſdem provinciæ, huic Eccleſiaſtico operi fideliſſimus & intentiſſimus, vocabulo BURCHARDUS: huic mater erat vidua adeo paupercula, ut omnes opes ejus & cuncta vitæ ſolatia unica eſſet vacca, qua ſumma rerum amiſſa amiſiſſet omnia. Tantum enim perdit pauper qui totum minimum, quam dives qui totum perdit infinitum: & vidua a Domino laudata plus omnibus ex parte dantibus dedit, quæ minimum ſuum totum dedit.

Anxius ergo juvenis pro matre tribus milliariis ſemota, accepto in ſabbato ſtipendio exactæ hebdomadæ orat prænotatum magiſtrum, ut liceat ſibi ad ipſum tutiorem locum matrem adducere cum ſua bove, proponens die lunæ ad opus redire. Verum res appretiata domi, vendetur arbitrio fori. Ivit ille præceptore annuente, & ut in omnibus Auguſtinum adjutorem invocaret adhortante. Qui videns belli incendia & rapinas undique fremere, genitricem quam venerat educere compellit in proximam Eccleſiam fugere; ipſe cum materno armento refugium contiguæ & condenſæ petit ſilvæ. Sed quid unquam profugis fuit tutum? Quem homines perſequentes neſciunt, perſecutrices aves produnt. Continuo illuc, ubi ille latitabat, copioſus ac pernicioſus picarum confluxit cœtus, & ſuper eum plenis arboribus ut populoſo theatro garrulo concilio & accuſatricibus perſtrepebant vocibus, acſi dicerent accerſitis prædonibus: Hic, hic eſt, quod rapiant avidæ veſtræ manus.

Jam vero equites & pedites cum canibus & armis aut venandi aut aliquid captandi gratia altum nemus ſubintrarant; jam invitantes picarum voces ſecuti perfugæ approximabant, & pene jam illum ceperant. Qui ut prædoctus erat ad benigniſſimi Auguſtini opem in anguſtia confugere, Sancte, ait, Auguſtine totius gentis Anglicæ, immo omnium te petentium patrocinator egregie, ſicut devotus tui gregis alumnus nos ſæpe docuit ac perſuaſit credere, obſecro

AN.CHR. 607 26. Maji.

ſecro ut in me tuo operario hanc fidem rudem digneris confirmare, meque ab importunis hominibus & avibus properes liberare; hac gratia me & omnia promitto tuo operi & ſervitio, prout tuus fidelis Monachus præcepit, exhibenda, dum in hac opus habuerit terra. Adhuc precabatur, & mirum dictu! omnis illa improba multitudo volucrum cum querulo ſtrepitu in ſugam præcipitatur, acſi arcu vel funda vel jaculo abſterreatur. Ad majorem etiam ſplendorem miraculi, omnes raptores certatim inſectantur avolantes, & cachinnandos perſecutores ludibrioſe poſt ſe trahunt fugientes.

Itaque & inhiantes prædam homines & qua prædentur indicantes alites una utroſque fugæ ſententia Auguſtinus eludit, ideſt rationales irrationalibus vanitate ſimiles factos, quos, ſimul longius profligat, & ſuum fugitivum ſolum cum ſola bove relictum tam leviter liberat. At ille videns tam expeditam patere viam regreſſus ad ſæpedictum præceptorem ſuum, refert omne ſuum periculum, ſeſeque jam per B. Auguſtini adjutorium de periculo liberatum. Ipſe non ſolum in gratiarum actione exultavit, verumetiam Abbatem Monaſterii cum omni Fratrum contubernio hæc referendo magnifice lætificavit.

XXII. Quidam mortuus calicem S. Auguſtino pro animæ ſuæ quiete fieri rogat.

Vir in Cantia de villa *Cillebam* opibus & genere clariſſimus ad extrema perductus res ſuas largiter diſtribuit Eccleſiis & pauperibus: uxor quoque fidelis quod illi defuit, poſt ipſius obitum ſupplere certavit. Verum inter omnia tam Sanctorum quam egenorum obſequia, ſola Auguſtini, qui primus eſſet, prætermita eſt gratia, forte diſpenſatione Divina, quo ſancto creſceret gloria. Itaque defunctus apparens in viſu cuidam illuſtri matronæ gratias perennes reddendas de eleemoſynis pro anima ſua exhibitis mandat uxori munificæ. Sed hanc & ſuam & illius graviter deplangit negligentiam, quod ſuæ & totius Angliæ illuminationis in Chriſto principi Auguſtino, quem præ ceteris maxima deceret, nullam fecerint competentiam. Nuntiat conjugi quæ ſe totam pecuniam expendiſſe putabat, quo loco & in qua arca argentum inveniat, quantumque inveniat. De hoc, inquit, argento in honore præcellentiſſimi Patris noſtri Auguſtini calix fiat, quo potente interventore anima mea in pace quieſcat. Omnia ergo ordine nuntiata, inventa & facta ſunt atque inſignis calix teſtis adeſt.

XXIII. S. Auguſtinus rejecto calice ſtanneo argenteum fieri diviti præcipit.

Auſtralium Saxonum civis erat honoratus adeo caſtus, ut conjugalis officii celebretur inexpertus: in quo ſimilem gratiam oſtendit omnium Pater Auguſtinus. Huic ſe ſidereo ſplendore exhibens in viſu jubet de pecunia repoſita calicem ſibi emat, & ad ſuum Monaſterium quo cum ſanctis collegis ſuis requieſcit afferat, ac ſuper ſuum tumulum ad Dei Myſteria agenda offerat. Mane homo Lundoniam tendit, calicem ſtanneum emptum ſex argenteis quaſi Auguſtino ferendum ſimpliciter domum retulit. Sequenti nocte præcluentiſſimus Antiſtes eadem forma, qua prius, ſopito præluxit; ruditatem hominis & ſtricti animi hebetudinem redarguit: Stanneum, inquit, calicem, quem mihi ruſticana vilitate paraſti, alicui egeno Parrochiano præbe; mihi autem ex argento, quod tali loco inutiliter ſervas reconditum, calicem effice honorificum & ad meum ſolemniter defer Monaſterium. Vir autem ille non mediocriter territus cœleſti increpatione, monſtratam pecuniam rapit, ad Apoſtolicum ſancti Præceptoris Monaſterium conceſſit, Abbati & Fratribus quo calix fieret argentum contradidit, unde calix præcipuus eniteſcit & Auctoris Auguſtini miraculis amplius clareſcit.

XXIV. Cæcus natus illuminatur.

Inter confluas turbas ad Natalitiam Confeſſoris Domini feſtivitatem adductus eſt homo quem mater cæcum effuderat, cæcum in virile robur educaverat, & lux tenebræ quid eſſent audire poterat, intelligere nequibat. Egit feſtivas cum populo vigilias ad Sancti monumentum, quem petebat orans ſuppliciter ut videre mereretur, quos adjutores requirebat. Tenebat manu quod neſciebat lumen, ſenſit ardorem cujus non videbat ſplendorem; ſtabat ad Miſſas ſine luce cum ſua facula lucente. Illa citius ardens feſtinat conſumi Auguſtino feſtinante melius lumen reddere. Jam legebatur ſanctum Evangelium, & ambuſta candela elata flamma exedebat tenentis manum. Ille turbatus & Divinæ virtutis præſentia comprehenſus rejecit lumen ſibi alienum & illico recepit proprium,

quod

AN.CHR. quod hactenus ſibi erat ignotum. Continuo quippe ſibi reſerantur nativa clauſtra
607 oculorum, & nova luce inſuſa haurit lumen ubique diffuſum. Miratur lucis can-
16. Maji. dorem, mundi decorem, tam diverſas rerum formas & ſpecies, omnes homi-
num facies & conſimiles& diſſimiles. Triumphat ſe veniſſe de ſæculo mor-
tis & tenebrarum ad lucis & vitæ ſpeculum. Hæc autem forma eſt,
de hac mortalitate ad ſplendidiſſima Sanctorum ſæcula migrantium. Hujus ſigni
gaudium protinus verſatur in omnem conventum populorum, in Dei ſuique fa-
muli Auguſtini laudem & munera gratiarum.

XXV. Gentis Germanicæ vir ſpectabilis ob reatum ſuum arcto ferri circulo ſiniſtrum
Ferrum brachio excutitur. aſtrictus brachium pererrato Romano orbe inquærendo ſuffragia Sanctorum tan-
dem ad Angliæ protectores Sanctos tranſiit in Angliam. Inde percurrit in Sco-
tiam, ad ipſum cujus Scoti ſcripto monſtrant Reliquias Apoſtolum Andream.
Inde regrediendo venit Wiltoniam ad Regiæ & ſigniferæ virginis EADGITHÆ
NOTA. opidum & Eccleſiam. Hic remoratus in oratione didicit ſe non fruſtra veniſſe
dum docetur ſirum ſolutionis ſuæ. Nam benigniſſima Virgo impatiens quem-
quam ſe fideliter poſcentem fruſtrari, viſa eſt ſplendide talia dicere precanti,
& inter preces obdormitanti: Quæ hic petis remedia, ab Anglorum patrono
tibi ſinu quærenda, ejus clementiæ credita eſt remiſſio & abſolutio tua: Can-
tuariam ergo ad ipſius patrocinia iter matura. Protinus ille exſiliens a ſomno cœ-
leſtem ſuæ ſalutis nuntiam benedixit, atque ita acſi jam ſolutus eſſet certa
fide exultavit. Ita indictam viam acceleravit ut pedibus ſuis alas creviſſe cen-
ſuerit: nimirum hoc egit libertatis dilatio, ut longiori labore emeretur redemptio.

Veniens Doroberniam hoſpitatur apud fidelem quamdam matronam ante Mo-
naſterii portam. Jam medio noctis exacto ipſe vigilantiſſimus patriæ cuſtos Au-
guſtinus quaſi occurrens advenæ ſibi credito, oſtendit ſe ſereniſſime dormienti
in Monachili habitu, cum Pontificali baculo, qui attactu inſtruit tali præce-
pto: Luceſcente, inquit, aurora, Monaſterium noſtrum ingredere, & quem
ex noſtris Monachis conſpexeris depoſce, quatinus aqua benedicta te potatum
ex ſacro calice inducat Oratorio dormitionis meæ; nam me eſſe noveris ad quem
veniſti. Acſi diceret medicus: Tali loco cras ad me veni curandus. Exſequitur
ordine advena ſui præceptoris mandata, Ingreditur Monaſterium, obviumque
habet Monachum dictum ÆLFWINUM. Bibit ex calice oblato, in gratiam
videlicet reconciliationis, benedictam aquam, & ſic inducitur ad liberatoris ſui
tumulum & arbitrium.

Sexta feria erat dies illa Cruci & abſtinentiæ dicata; ad Nonam dum Miſſa
intonatur, ille intentus orabat: dum Evangelium præconatur, non ferens ma-
jeſtatem præſentis remedii exſangui pallore corruit & obdormivit. Jam vero ad
invocationem immolati Agni Dei qui tollit peccata mundi, relaxato, ut con-
jicimus reatu ſuo, dira ferri armilla procul de exeſo torti bracchii ſulco excu-
titur, & inter adjacentis Sacerdotis aram & tumbam excipitur. Homo territus
in ſpaſmum præcipitatur; qui injecta aqua ad mentem redit & reſedit, bibenſ-
que ut prius aquam ſacratam de calice prædicto ſeniore propinante convaluit
& exſiliit. Hinc percunctatus ab aſtantibus unde ſic defeciſſet, refert viſum ſi-
bi quemdam Archiepiſcopali dignitate ornatum de monumento quo jacebat ad ſe
prorupiſſe, ſeque injecta alapa ſic terruiſſe. His auditis intonatur ab omnibus
laus Domini in mirificatione ſancti ſui Auguſtini.

XXVI. Duo advenæ perdita vitæ commoditate a gratuito largitore Auguſtino
Cæcus & contractus curantur. remedium quæſiere; Alteri cæcitas viam negaverat, alterum a pedibus
contortum & contractum ire manibus pro greſſibus debilitas compulerat:
cervix quoque in tergum ſupinata cogebatur tantum ſpectare æthera. Cæ-
cus ducem baculum aut ſocii vocem ſequebatur; hic manuum ſcabellu-
lis viam metiebatur. His ergo tumulum pii interventoris per aliquot dies
orantibus, primo reſeratis oculis cæco lux infunditur; debilis vero ut fidu-
cialius oret hoc exemplo accenditur, & ipſi quoque non longo poſt Apoſto-
lica ſubveniendi potentia Auguſtinus relaxat contractos nervos, protendit in re-
ctum crura, plantas & baſes reſolidat, flexibilem jam cervicem & ca-
put

put ſuo ordine compaginat, atque in Chriſti gratia ſuo ſtatu hominem reformat.

AN.CHR. 607

26. Maji.

XXVII. Contractus pro lingue petulantia cæcatus.

Verumtamen hic ex contracto ſoſpitatus ſævior prorupit ad tempus. Metropolis Dorobierniæ civis matrona opibus & moribus honeſta, illam ſideteorum Patrum ſæpememoratam porticum devotis orationibus & obſequiis frequentabat, aliaſque Eccleſias luſtrabat, & largis eleemoſynis egentes reſovebat. Huic invidens totius boni adverſarius invenit memoratum debilem jam curatum, per quem a pia intentione exturbaret, ſi poſſet, ejus propoſitum. Is in illam typo indignationis exſtimulatus & ut rabidus canis oblatrans ac virulentis dentibus incurſans: Quid hic, inquit, agis ſeminarum ſcoria, domus quiſquilia, colubra, vipera, lacerta, ceraſta, & ſtygia furia? Cur ſanctum locum fœdas tua præſentia, quæ hypocriſi indueris ſallentiſſima, & ſub ſpeeie ſanctimoniæ cæcis & lippis crederis aurea? Quid tibi cum Sanctis requieſcentibus in hac pacis aula? An ut facie nitida velut Syrenæ a virginali forma deſinentes in atria reptilia, tu tota indigne cenſearis munda; Vade in domum tuam, cura cellaria olida & clientelam æmulam, ſequere aviditatem illecebroſam & avaritiam voluptuoſam, & dimitte Dei miniſtris Eccleſiam ſuam a tua occupatione & præſtigiis liberam.

Hæc & alia multa, quæ hominis fœda lacuna potuit egerere, excipiens modeſta femina & perſiſtens in prece devota, ſua in furioſum tacendo reliſit ſpicula. Adeo vero inſaniebat, ut videretur ſacer Auguſtinus (ſi dici fas eſt) feciſſe injuriam, qui tam injurioſum ſanitate armaverit. Quem prudens virago poſt egreſſionem a Templo ſe ſe adhuc conviciis inſectantem advocans: Heus tu, inquit, homo quo merito meo vel delicto in te tam hoſtiliter in me debaccharis? quæ hæc eſt dementia tua, ut immemor priſtinæ miſeriæ, qua te trahebas per humum tamquam languidum reptile, & ingratus Divinæ miſericordiæ qua per ſanctum Auguſtinum reſtitutus es humanæ formæ, nunc inſontes laceres beſtiali ac ſerpentino dente? Pœnitere miſer, quod tam prave abuteris data ſoſpitate, ne priori plectaris examine. Sed ille velut irritata fera ſævior inſurgit, nec arguente ſocio ſuo miteſcit.

Lumen recipit.

At Auguſtinus benignus & juſtus, ſic illius furori obviat ut non puniat, ſic corripit ut corrigat; membrorum quidem integritatem, quam ei obtinuerat, ſervat: lumen vero oculorum tollit quod prius babebat, ne quem invadat, jurgiis videat. Tunc dolor correpti ſenſum revocat, & exterior nox oculorum ad lucem repoſcendam cor illuſtrat. Franguntur elata cornua, concidit mens tumida, corruit contumacia cervicoſa, ſiluit ſopita fax linguoſa, veniam poſcit & interventionem a femina quam læſerat; ut ipſa pro malis bona reddat. Projectus ergo coram ſancto corpore & priori & curatore ſuo per octo dies & noctes ſatisfaciens illi in precibus, jejuniis, vigiliis & lacrymis, purgata aeie recepit largifluæ gaudia lucis, ſupplices Deo gratias agens, ac de cetero ab irritamento proximi & typo exprobrationis abſtinens.

XXVIII. Alter contractus curatur.

Illuxerat mundo triumphalis Dominica Palmarum, in qua alius debilis, uti ſupra memoratus, manualibus ſcabellulis innitens, attracto corpore humi ſerpens divini beneficii diſpenſatorem manibus exquirebat, qui pedibus negato officio nequibat. Admiſſus ad illam Sanctorum medieinalem apothecam, occupat ſuſpirioſis precibus coram proſtratus almi Auguſtini tumba, ſemper ſalutis prodigum. Jam Eccleſiæ proceſſio candidata & palmata, cum Angelis & pueris laudiſona Regem cœlorum regnantem ſuper Cherubim, apud nos vero aſello reſidentem deducebat vel obvia excipiebat Jeroſolymis triumphantem. Interea Auguſtinus detentus domi incumbentis miſeri anhela prece feſtinat eum redeunti proceſſioni feſtive reſolidatum offerre. Repente itaque in rectum protenduntur intorta veſtigia, erectuſque homo in proprios greſſus dediſcit manibus, diſcite procedere pedibus. Quo obviante Eccleſiæ feſtivo cum jubilo remeanti, creſcit omnibus feſtivitas tripudio triplici, videlicet de triumpho Chriſti, de merito Auguſtini, & de ſalute reparati.

XXIX. Anglus ad Græcos ſe recipiens Auguſtino ſacram Ædem ponit.

Quis autem tam innumera ejus ſigna, quæ in loco dormitionis ſuæ aſſiduat, ſcri-

AN.CHR. 607 26. Maji.

ſcriptis comprehendat? qui regnans cum Chriſto & in Chriſto ubique regnan- te & jam in extera Regna vel ubicumque oratio flagitat ſupplices adjuvans & tumidos reverberans, virtutum radiis coruſcat. Rem apud Danaos geſtam hinc lector vel auditor patiens animadvertat, quam illo fideli indice cognitam cum idoneis teſtibus, apud quos claruit, hic ordo narrationis ediſſerit. Primo ex Normannis regnatore Angliæ WILLELMO Angliam captante vir honorificus de curia & nutritura beati Auguſtini cum multis Optimatibus patriæ profugis Conſtantinopolim tranſmigravit, tantamque gratiam apud Imperatorem & Imperatricem ceteroſque potentes obtinuit; ut ſuper ſapientes milites multamque partem ſociorum ducatum acciperet, nec quiſquam advenarum ante plurimos annos tali honore profecerit. Duxit uxorem nobilem, & opulentam, memorque beneficiorum Dei in honorem beati Nicolai ſanctique patroni ſui Auguſtini conſtruxit Baſilicam domui ſuæ contiguam, & utriuſque ſancti, id eſt, beati Auguſtini ab Auſtrali & beati Nicolai ab Aquilonali latere quam formoſe depingi fecit iconiam. Addidit & luminaria, cereos vel lampades flagrante oleo perſpicuas coram ſacra imagine domeſtici Protectoris ſui noctibus accendere, quæ etiam diem ſuum referrent in nocte, quoties placida aura concederet ſub ſereno æthere. Hæc ibi videlicet ſplendida conſuetudo eſt patriæ. Hæc itaque Auguſtinianæ memoriæ Baſilica & iconia Anglis exſulibus erat patriæ ſuæ conſolatrix matertera; hic orationes frequentare; hic dulcem Parentem velut advenæ orphani repetere dulce habebant.

Ad S. Jacobum peregrinatur.

Tandem vir hujus devotionis, Apoſtolicam urbem Romam vel Apoſtoli Jacobi dicatam nomine Gallæciam orationum gratia adiit: & qui in quatuor menſibus reditum propoſuit, in quatuordecim menſibus moras exegit. Nam homo proponit, ſed Deus diſponit. Uxor autem deflebat viri aut interitum aut quodlibet infortunium, dum ultra ſtatutum moratur terminum. Quam vicina ſua commater æquali generoſitate & opulentia clara ſibique æquivoca (nam utrique nomen erat EUDOCHIA) tam præſente quam abſente marito frequenti viſitatione colebat, & tunc maxime dum viri ſolamen aberat.

Mulier Imagini S. Auguſtini inſultans,

Quadam itaque die ſe ad hanc referens ex more reſpicit imaginem Auguſtini dextro oculo ab Auſtrali exeſam illuvie, legit & titulum ſic ſuper ſcriptum: Agios Auguſtinus Anglorum Apoſtolus. Tum mulier repleta vanitate infida, talemque concipiens mente lubrica qualem notabat in imagine læſa, hæc apud ſe verſabat cogitatione ſtolida: Quis, inquit, iſte Anglorum eſt agios Præpoſitus oculo damnatus, facie turpatus? quid mihi proderit qui ſe a ſua injuria defenſare nequiverit? Tali ſenſu irrumpens ad amicam quam petebat, ſic garrula ſive inſultans ſive improperans exclamat: Mea Eudochia, veſter Anglicus Apoſtolus luſcus eſt. At altera revocare bacchantem conata: Noli inquit, amica in hunc Sanctum ad tuum garrire diſpendium, quem non ſolum ſua Anglia verumetiam totus orbis Romanus novit ſanctitate magnificum; quem etiam præcellentiſſimus Papa Gregorius legans Anglis Pontificem mirificum, dignis ſuarum attollit ubique præconiis ſcripturarum. E contra hoſpita obtendens ſtivam ſtultitiæ, Quantus-quantus, inquit, ſit, quantum libet extolle, tandem monoculus eſt. Certius teneo quod video quam quod audio: quem ſervabit, qui ſuam formam temerari pertulit?

ab Auguſtino corripitur.

Inter hæc eludia vel ſeria epulata delicioſe matrona & potata, ad ſua ſe recepit habitacula, & ſuccedente nocte ſomnum petit mente nocturna. Cernitur hic aſſiſtere Auguſtinus in imagine ſua heri deſpecta, modo perpulchra & utriſque oculis ſuis æquo ſidere illuſtrata. Unde ream terret vox emiſſa: En, in-
„ quit o mulier, ille luſcus vel ille monoculus de quo te heſterno riſu ſatia-
„ ſti, adeſt tibi ut videas hunc nullum diſpendium lucis vel oculorum pati, ſed
„ utroque orbe clare omnia intueri. Tuis vero obtutibus jam lues incommo-
„ da quæ indebita nobis imputaſti; nec proderunt Medici; donec diſcas Dei
„ famulos pro contemptu venerari. Tandem etiam perdes quibus inſoleſcis di-
„ vitias perituras, ne cum ipſis pereas.

In his evigilans femina ſenſit acriter oculis debitam incubuiſſe ſententiam:

Incu-

AN CHR. 607 26. Maji.

In morbum redacta, S. Auguſtini ope convaleſcit.

Incutitur morbus ut ignei clavi, urit dolor torre carbunculi. Refert patiens pro riſu gemitum, pro cachinno luctum, pro ludibrio ululatum: angor etiam oculorum ſanis veſtigiis negat egreſſum, niſi quantum urgebat neceſſitas rerum. Jam illum cui velut invalido heſternum ferebat repudium, ſupplici prece velut quæſtorem ſuum invocat Auguſtinum: ſed non tam cito, quo ingrata abuteretur, meruit reſponſum. Erogat in Medicos ſubſtantiam ſed aggravat magis quam alleviget medicina pœnam. Diu ergo ſic laborante & prædicante Sancti correptionem, rea, per totam Conſtantinopolim & intra ipſam Imperatoriam Regiam agii Auguſtini nomen flagrabat & fama. Tandem vero multis poſcentibus pro ea ipſius clementiam, ipſaque attentius votis & muneribus implorante veniam, quadam nocte ſic viſitare dignatus eſt afflictam. Affulſit ei denuo per viſum in claritate lucis ſupernæ ut repercutiente fulgore in ipſum nequiret reſpicere, talique ægram reſovet affamine: Non te merente, ſed illa commatre tua, quæ te a noſtra injuria compeſcere certabat, interveniente nunc venio ad te, quatenus parens meæ legationi potiaris ſalute. Nuntia craſtino eidem amicæ tuæ ex me, quatenus iconiam meam reſtaurari totam faciat conducto pictore; hocque ſigno quod vir ſuus, pro quo velut defuncto eotenus fluctuat, infra hos quindecim dies redibit ſibi cum lætitia & incolumitate, certum habeat quod hæc ſibi mandaverim per te. Docetur etiam proſpera vel adverſa contemnere tranſitura, & ſperare attentius gaudia æternaliter manſura.

His omnibus ad ingentem lætitiam omnium nuntiatis, & iconia ſancti cum priori epigrammate ceteris omnibus ad honorem ejus perfectis, mulier quæ ſua hactenus dolebat lumina, ad ipſius imaginem antea irriſam nunc veneratam placabilia Deo accendit luminaria. Hic ergo peſtem quam oculis ridendo attraxit, flendo excuſſit; & ſalutem, quam ſua jactantia abſtulit, expetita interventoris Auguſtini indulgentia reſtituit. Inter hæc tanta gaudia intra præſcriptos dies venit uxoris deſolatæ maritus, uti erat promiſſus, ſoſpes, hilaris, jocundus quaſi de funere redivivus, quaſi de tumulo reſuſcitatus: Audit, aſpicit, agnoſcit ſui Auguſtini oſtenta prodigia, edicta mandata de imagine ſua læſa & deriſa, ſuoque juſſu renovata, de vicina ſua inſultatrice a Sancto correpta & correcta, de conjuge ſua promiſſo maritali reditu conſolata. Erigitur heros ad Deum Auguſtini in multa gratiarum libamina, effunditur longe lateque hujus virtutis notitia, Auguſtini ſignipotentia & nomine repletur Græcia, laudant Danai, prædicant Attici, venerantur Achivi, Agios Auguſtinus Anglorum Apoſtolus per omnium volitat ora, & Auguſtalia occupat Palatia. At dives matrona ad meliora æternitatis commercia, prædicta ſibi a ſancto patrono tandem ferens mendicitatis probra, amplius declaravit ejus merita, cujus tam veracia oſtendit vaticinia. Benedicta Domini gloria in Sancto ſuo ubique operantis mirabilia.

Hic Explicit liber Miraculorum Sancti Auguſtini Anglorum Apoſtoli ſcriptus per Gotſelinum Monachum.

M O N I T U M.

De S. Auguſtini & ſociorum Translatione ſeu Elevatione ita ſcribit Gotſelinus in lib.1. de eadem Translat. cap.37. Hanc itaque recolendam Sanctorum Translationem feſtivam annus incarnati Salvatoris 1091. octavo Id. Septemb. noſtro ævo gratiſſime conſecravit, quo juniorem WILLELMUM Regem Angliæ, & WIDONEM Abbatem hujus feſti latorem Auguſtinia habuit, cui Roffenſis Præſul GUNDULFUS memorabilis pro Archiepiſcopo amabiliter obſecundavit. *Totam Translationis hiſtoriam duobus libris* ab Gotſelino *ſcriptam Saeculum ſextum Benedictinum repræſentabit.*

APPEN-

APPENDIX

SÆCULI PRIMI BENEDICTINI

COMPLECTENS ACTA SANCTORUM

SUBDITICIORUM

Qui paulo ante Sanctum Benedictum deceſſerunt.

Digitized by Google

VITA S. SEVERI

CIRCA AN. 500
25. Auguſt.

ABBATIS AGATHENSIS.

Ex MSS. Adverſariis D. Perez.

PROLOGUS.

1. RELIGIOSAM Sancti ac Beatiſſimi SAVERI vitam, quam in Chriſto duait plenam virtutibus, Fratribus fideli narratione dignum duaimus indagare. Hic etenim conſitendo CHRISTUM JASUM germinavit ut lilium, atque ardore fidei flagrando, non ut ſub modio lucerna, ſed ſuper candelabrum poſita univerſis Chriſticolis clariſſimum ſui boni operis præbuit lumen. Hic velut oliva ſpecioſa virore pudicitiæ circumſeptus, carnis vitia pugione arrepto Fidei multifaria litteratione transfodere nullatenus titubabat. Hic ut palma florida in domo Dei permanens fructifera, cunctis recte viventibus ſingulis temporibus plenitudinem detulit ſpiritualium chariſmatum. Hic ſicut cedrus in Libano exaltata, odoriferam famam, ſuavem virtutum ubique ſpargens, putredinem & fœtorem peccandi cœnulentis & ſpurciſſimis abſtulit hominibus. Hic tamquam bonus palmes vineæ veræ, ideſt Chriſto adhærens, fructum attulit in perpetuum non marceſcentem, cujus liquor avidiſſime exhauſtus, applicans Deo mentes ſobrias & puriſſimas offert animas delinquentium. Hic ceu Cypreſſus, provectionem ob multorum, in ſpeculationem Dei poſitus, & in ſublime erectus, pompam ſæcularem & vanam hujus mundi exemplo poſtpoſuit gloriam; ceteris inſinuans qualiter de immaniſſimo præcipitio ſe cavere poſſent. Hic non ſolum ſibi & illis valuit, quos de cavea ereptos perditionis ad gaudia ſecum æternæ felicitatis, clementia Dei operante pertraxit; verumetiam & cunctis, qui ejus ſuffragium expetierunt: necnon & illis prodeſſe poterit, qui ejus veſtigiis inhærendo in quotidiana converſatione imitari eum tota mentis intentione concupierint. Veniam interim depoſco ab omnibus Lectoribus, ne me velut temerarium in hoc labore judicent, quoniam erga hunc virum Beatiſſimum devictus nimio amore, ac charitatis inflammatus ardore, aggreſſus ſum iſtud parviſſimum cudere Opuſculum.

VITA INCIPIT.

2. Salvatore itaque noſtro apparente in mundo, ut filii Chore vaticinarunt, de terra orta Cap. I.
eſt veritas, & juſtitia de cœlo proſpexit ſupra terrigenas. Multi etiam extunc longe lateque Pſal. 84. 12.
locis filiis effulſere, qui ſuis doctrinis & exemplis univerſum mundum ſplendidiſſimum reddiderunt: ex quibus oriens Sol juſtitiæ Chriſtus ſingulos, aut certe binos, vel ternos, ſeu & quamplurimos per quadra dignatus eſt mittere Orbis climata, ſua videlicet pro capitali clementia, cunctarum provinciarum illis diſtribuendo principatum, ſeu hereditatum privilegium, ut ſibi plebes hereditatis conſervarent, perpetualiterque munirent.

3. De quorum venerabili collegio, velut ſidus novum mirabiliter prodiens, magni meriti Severus Sy-
Confeſſor cum gratiarum actione nominandus a nobis SAVARUS effulſit. Hunc Regalis Sy- rus.
rorum provincia ex proſapia nobili gignere meruit; ſed urbs felix Agathenſis, tamquam a Deo ſibi præſtitum ſingulare beneficium, congaudet ſe eum peculiarem acquiſiviſſe Patronum; cujus, ut ſuperius eſt patefactum, non infimi parentes variis divitiis affluentes, divinæ legis erant fautores, dignitatiſque locum inter turbas populares continebant non exiguum. Sed quod Propheta canente novimus, quod in generatione juſta eſt Dominus, ſemper in laude proficiat Severi, quod genus ſuum quot modis valuit ad ſublimia erigendo potentiſſime decorare ſtuduit. Terrigenarum quippe digniſſimo germine digniſſima proles in hujus mundi procedens lucem, nobilitatem ſui generis ſpiritalis vitæ meritis ornavit, dum in annis conſtitutus modernioribus, exemplum factus eſt ſenioribus.

4. Parentes quoque ab hujus coſmi lumine recedentes, terrenis rebus nimium locupletatum,
eumdem ſuum chariſſimum pignus ſuperſtitem reliquerunt: qui cum ſe in libero poſitum ar- Sæculum
bitrio conſpiceret, pia intentione animi cœpit ſcrutari in tenera ætate, qualiter ſoli Deo poſ- ſpernit.
ſet militare, & obſequium piæ devotionis exhibere. Conſiderabat enim Pauli Apoſtoli vocem
dicentis: *Præterit figura mundi hujus*, quoniam in maligno eſt poſitus: Idcirco & ipſe tranſi- 1. Cor. 7. 31.
bit, & concupiſcentia ejus. Enim vero Dominum audierat in Evangelio credentes in ſe præ-
munuiſſe: *Qui non bajulat crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ideoque Luc. 14. 27.
ſæcularem Severus beatiſſimus deſerendo ſollicitudinem, ut exceſſit infantiam, adeptus pueritiam, Deum cœpit magnanimus totis amare viribus. Animadvertebat quoniam ipſorum tantummodo vocabula in libro vitæ tenentur adnotata, qui in terris poſiti, nil præponendo amori Chriſti ſpiritualibus inhærent ſtudiis, civibus ſe coæquando Angelicis, ſecundum quod
Jacobus Apoſtolus aſtruit: *Qui*, inquit, *in lege perfecta libertatis proſpexerit, & permanſerit,* Jac. 1. 25.
non oblivioſus factus auditor, ſed operis factor, hic erit beatus in ſuo facto.

CIRCA AN. 500 25. Auguſt.

Gen. 12.

5. Timens namque ne pæ terreno patrimonio in antiquo hoſtis decideret laqueo, mundialis vitæ maluit eſſe contemptor: ſicque carnales affectus procul a ſe pelleodo, Philoſophiæ operam dedit. Inter hac illi ad memoriam redit, quid ad egregium cunctorum Patriarcharum Abraham Dominus fuerit locutur: *Egredere tu*, ait, *de terra tau & de cognatione tua, & veni in terrum quam monſtravero tibi: faciamque te creſcere in gentem magnam*. Fidelem vero cernens Dominum in verbis ſanctis permanere, & ſanctum in ſuis operibus couſiſtere: ſciebar eum proculdubio non ſolum quod olim Abrahæ promiſerat compleviſſe, verumetiam univerſis illius ſeqaacibus uſque ad conſummationem ſaculi ſimilia contaliſſe.

II. Patriam deſerit.

Matth. 19. 29.

Pſal. 85. 11.

Pſal. 10. 23.

6. Qaadriſaria igitar meditatione veaatus eſt genitale reliuquere ſolam, ſtatimque repentino ſaccenſus ardore fidei, at verus comprobaretar eſſe cultor Evangelici præcepti dicentis: *Qui reliquerit domum, aut agros, vel poſſeſſiones, necaon & omnia qua ſua ſunt propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternum poſſidebit:* tamquam divioi muneris trapezita effectus magno aſſompto pretio patriam poſtponit, & cum nonnullis ex ſamilia ſaa vernacalis navali evectiona mare Ægæum conſcendit. Denique ea tota mente voluntati ſe & arbitrio Domini committens eaorabat, ut eum ſummus gubernator ad locum opportunum deduceret, ut cum voce Pſalmiſtæ canere poſſet: *Deduc me Domine in via tua, & in veritate lætetur cor meum, ut timeat nomen tuam.* Exhinc immenſam vaſtitatem illius ſalcando pelagi per ſretum Siculum Tyrrhena tranſcendit æquora; ſicque Pontum ſupergrediendo, horrendas nimiam atqae expaveſcendas (in quibus multorum iovolvi plerumque ſolet genus mortalium) diverſas marinorum fluctuum expertas eſt naufragationes, ut ſonora voce clamando ad cunctipontentem diceret: *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationes in aquis multis; ipſi viderunt opera tua Domine, & mirabilia ejus in profundo.*

In Galliam appulſus eſt.

* Araris, l'Eraut, flu.

7. Famulante exhinc proſpera navigatione, in Gothorum delatas eſt terram, in fauce quadam Araurica *, quæ ab Agathenſi urbe duobus ferme millibus diſtat. Qua urbs iu Septimania poſita quondam eaſtitit opulentiſſima & nimium populoſa: ſed eaigentibus piaculis incolarum, a Rege Wandalico Garsarico, qui uuiverſam peue Africam invaſit, incendio conflagrata eſt miſerali. Deinde ab Hunnerico Principe Alaoico crudeliſſimum pertalit excidium. Poſtmodum vero ſubſequenti tempora Attila Avarorum Rea proſanus, & nimium truculentus, qui quaſi omnes Gallias debellavit, ſicut & innumerabiles urbes reliquas, & hanc a ſundamentis evertit, ſicut continetur iu Regnorum libris diverſarum gentium, qoos pretioſiſſimo dictamine & in luculento ſermone, inſignit Hiſtoriographus edidie nomine Rotarius *a*. Hic etenim temporibus Racaredi hujus & Gothorum Regis honeſtiſſime floruit tam in divinis, quam in mondialibus diſciplinis.

Memorata vero urbs, qaamvis his & aliis inæſtimabilibus ſemper malis ſuccubuerit, tamen ad inſtar parviſſimi opidi redacta, nunc etſi priſca ingenoitate perdita raris iocolitur habitatoribus, gloria tamen ex hoc referatur Altiſſimo & propitiatori Deo conſolatori Fidalium ſuorum, nunc & ſemper & per iodeficientia æterna ſæculorum. Amen.

III. Agathe conſiſtit.

* Elogium Epiſcopi Agathenſis Betici, infra.

8. Virtutis igitur lampada non obſcurus, quid poſt hæc noſter Sanctus de quo agitur ſecerit, ad medium deducamus. Dum itaqae veloci impetu in alveo Araari flamiois qui quaſi jaata prædicti opidi murum defluit, impegiſſet, felici remigratione uſus, haud procul a mœnibus cum ſoo navigio perveuiens, opeabilem & ſempiternum conſecutus eſt portum. Regebat per idem tempus ſtrenuiſſime ſanctæ Agathenſis matris Eccleſiæ ſedem vir per cuncta laudabilis, claro ſtemmate ortus, Antiſtes eaimius *, in cujus providentia omnis ipſius providentiæ cura perſiſtebat. Hic ſpe & dilectione Chriſti roboratus, plurimorum mentes hominum ſuæ virtutis inſtinctu ad cœleſtia deſideria erigens, theoriticis ſtudiis mancipavit, & honeſtis moribus decoravit. Qui etiam pro ſuoram meritorum magnitudine ab univerſis civibus, ue Pater patriæ dignas eſt electus Dominici gregis Paſtor, & Præſol glorioſus. Noveraot enim uon ſua propria eum quærere, ſed quæ Jasu-Christi ſunt fideliter velle, inveſtigare, & ax adverſo iniquiſſimis hoſtibus occorrere & aeriaram poteſtatum catesvas acriter debellare, atque inexpugnabilem murum pro varitatis defenſione ſagaciter opponere. Hoc quoniam plurimum non ſolum fieri ejus declamabat ſanctitas, verum & matura ipſius morum profitebatur probitas, quoniam quidem axſecrando carois voluptatem ſagiebat, ludibria ac mentis levitatem ſapienter declinabat; talium virtutum gemmis clarus, Pontificali apice ſublimatus, in ſuo grege munere diviuo reſpleudebat ut ſol, atque cunctis Dei voluntati parere voleutibus, ipſis ſemper ſerviendo ſanctis operibus ſe prabebat in exemplam. Jejunio vero præcipuis vigiliis propeoſas, oratione laudabilis, miſericordia ſingalaris, inſtabat tamquam bonus Paſtor cura pervigil, ſollicitus ne de ovibus ſibi creditis quolibet modo inferre poſſet damoum hoſtis vetarnus. Demulcebat pios, ut magis ac magis dietim in Deum proficerent: terrebat improbos, ut reſipiſcereot a ſuis iuiquis moribus, & ſecundum Apoſtolum duros, ſuperbos, contumaces, & invidos, arguebat, obſecrabat, increpabat, permiſcens temporibus temporu, terroribus blandimenta. Eratque valde pius, & charitate fervidus, itaut compatieodo diverſis calamitatibus afflictorum, oculus eſſet cæcorum, auris ſurdorum, lingua mutorum, mauus aridorum, & ſpes

a Guillelmus Catellus in Hiſt. Septimaniæ pag. 260. Vitam S. Severi ab iſto Auctore, quem vocat Proterium, ſcriptam affirmat perperam, at ex hoc loco intelligitur.

& ſpes claudorum . Quantum vero qualemque ſe præbuerit in viſitatione languentium , in ſuſceptione peregrinorum, in conſolatione mœſtorum, in conſolatione miſerorum, in defenſione ſuorum civium , & in redemptione captivorum , nullius explicare valebit lingua mortalium. Omnia ſane omnibus factus eſt, ut omnes Chriſto lucrifaceret . Talis namque Eccleſiæ Catholicæ merebatur eſſe Rector, qui caſte ſobrieque vivendo patientiam & miſericordiam , manſuetudinem ac juſtitiam ſeu benignitatem ſuis ſubjectis præmonſtrans gereret de omnibus curam. CIRCA AN. 500 25. Auguſt.

9. Severus ergo Sanctiſſimus memorati Præſulis nectariam comperiens famam , cum fide ac devotione acceſſit ad eum, & cuncta quæ erga ſe habebat, cauſamque tanti itineris in propatulo ei retulit . A quo de contemptu mundi ſermonem audiens , Dei timore compunctus , metalli fulvi , quod apud ſe maximum habebat pondus , ad ejus ſancta detulit veſtigia; magnis eum precibus obſecrans , ut egenorum neceſſitati ipſum partim erogaret , partim in captivorum redemptione diſtribueret pretium ; reliqua rurſum quæ habere potuit , ejuſdem Beati Antiſtitis BATICI curæ commiſit , & ut pro ſuo remedio animæ in eleemoſynis pauperum expenderet, cum lacrymis flagitavit. Dehinc pro Dei honore mancipia libertati reſtituit, ut proinde mercedis copioſæ fructum poſſet percipere in futura gaudia æternæ vitæ. IV. Betico Epiſcopo ſua omnia reſignat Severus.

10. Sed cum nec talia ſufficerent eidem , verſabat illud Evangelicum in pectore , quod mittens manum ſuam in aratrum, & aſpiciens retro non aptus eſt regno Dei ; ſtatimque naviculam cum qua longius a patria exſul exteras regiones contigerat , ſicut hodie conſpicitur ab intuentibus , in ipſius fluminis alveo in profundum ſubmerſit , ut per omnia coæquaretur Hermogeni , qui cum Jacobo Apoſtolo .... in Dominum credendo tabernas codicibus maleficiorum plenas , cum ingenti pondere plumbi in altitudine maris demerſit . Capitis ſiquidem ablata cæſarie , leni jugo Chriſti colla ſubmittens , cœleſtis militiæ meruit tyrocinium adipiſci . Poſthæc artiorem quam inter Monachos duceret deligens vitam , Vir Dei litus naufragum petens fragilem arundinem legit , ea qua in artiſſimo loco latente parviſſimum tugurium erexit . Aſſumpto ſancto ſchemate in anguſtiſſimam ingreditur domunculam , aditum obſtruens , ac demum ardore fidei concaleſcens , ſolo proſternitur , polum devotis pulſando precibus . Interim fidelis ſervus intrinſecus viginti dierum confecto ſpatio non abſque nimia amaritudine animi a ſuis requiritur : & requiſitus via tandem in eodem quo latebat tugurio pavimento inhærens reperitur : cujus provoluti genibus explorabant cum lacrymis , quæ eſſet tam repentina apud eum exorta immutatio dexteræ Excelſi . Quibus arcanum ſuæ devotionis , & integritatem mentis aperiens , declaravit quomodo propter deſiderium ſupernæ hereditatis , & præmia Juſtorum iter aſſumpſiſſet tam arduum . Valefaciens ergo illis , precabatur , ne ultra ſolitariam quam arripuerat vitam inquietare præſumerent . Conſiderate quæſo hunc perbeatum virum qualiter veſtigia proſequutus eſt Apoſtolorum , de quibus ſermo refert Evangelicus , Matt. 4. 20. quod mox ut vocem Domini jubentis audierunt, relictis retibus & navi ſecuti ſunt Dominum pariter Salvatorem . Ita namque perfectiſſimus in Dei opere illico apparuit Severus, ut nec unius quidem diei reſervaret victum . Gaudebat namque & exultabat in Domino , quia per ejus gratiam in eorum ſe eſſe adſcribendum noverat numero , de quibus ait humani generis Redemptor : *Sic luceat lux veſtra coram hominibus , ut videant opera veſtra* Matt. 5. 16. *bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Monachus factus recluditur. Luc. 9. 62.

11. Superna denique clementia eum præveniente ac ſubſequente , die noctuque melius atque plenius converſationi ſuæ ſaluberrimum ſatagebat implere famulatum, & Deo ſemper jejunando & adorando ſemper adſiſtens . Ita namque aggrediebatur impugnantem inimicum propugnare, ut hoſtem, qui ſibi repugnabat , extingueret : & unde ſe ſolus tunc affligebat, inde cunctis ſpes maxime ſubveniret . Sed quia teſtante ſacro eloquio , Civitas ſupra montem poſita abſcondi non poteſt, & lux in tenebris latere minime valet, immenſa illius ſanctitas paulatim ſe diffundens, felicibus pennis cuncta pervolans occupavit. Extunc de ibid. 14. vicinis partibus non parvus concurſus virorum fidelium ad eumdem Dei ſervum erat, & ex illo tempore a multis frequentabatur . Ipſius enim abſtinentiæ rigor inauditus ubique diffamabatur : quoniam tantum diebus Dominicis poſt perceptam Eucharistiam ſumebat eſcam. Beatæ vero recordationis Antiſtes pretioſiſſimus BATICUS , cujus ſuperius mentionem fecimus , agnoſcens ejus frugalitatem , celebratis rite Miſſarum ſolemniis unum paximatium panem *a* famulo Chriſti dirigere conſueverat , in quo Crux Dominica videbatur impreſſa *b*: quam cum ſua cruſtula integra auferens , duobus cum digitis in os veluti eulogiam cum ſumma reverentia intermittens ſumebat ex illo pane ſibi ab Epiſcopo directo cibum capiens , uſque ad alterius diei Dominicæ productionem jejunium extendebat . Illius ſane gratia ſuſtentabatur, qui manna cœleſti quadragenis annis in ſolitudine conſtitutum Iſraeliticum V. Ejus auſteritas & jejunia.

 ſuum

a Paximatius panis eſt vel panis ſubcinericius , vel denuo coctus . Lege Menard. Conc. Regul. cap. 31. §. 27.
b Panes Crucis charactere ſignare , moris olim fuit . Gregorius M. in lib. 1. Dial. cap. 11. *Dum quadam die Fratres illius* (Martyrii Monachi) *panem ſubcinericium feciſſent , eique obliti eſſent Crucis ſignum imprimere , ſicut in hac provincia crudi panes ligno ſignari ſolent , ut per quadras quatuor partiti videantur .* Unde Theodemarus Abbas Caſſinenſis in epiſt. ad Carolum M. ita ſcribit : *Direximus quoque pondus quatuor librarum , ad cujus æqualitatem ponderis panis debeat fieri , qui in quaternas quadras ſingularum librarum juxta ſacrum textum Regulæ poſſit dividi .* Non itaque enormes videri debent libræ Monaſticæ menſuræ , quæ in nonnullis Ordinis noſtri Monaſteriis aſſervari dicuntur .

CIRCA AN. 500

ſuum pavit populum. Hujus plane crucis artonæ * comeſtio non puto vacare myſterio. *Qui enim*, ait Paulus, *Chriſti Jeſu ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis*: & ideo crucem panis primitus antecedendo corruptibilem cibum ſumebat Severus, quia corpus cruce perpetim edomabat: & ut cuncta myſtica brevi ſermone perſtringam, crux eſca erat edentis, & ipſa abſtinentia jejunantis; crux contritio corporis, & ipſa ſolamen laboris. Talis quippe uſque ad conſummationem vitæ beati viri rara & inſatiabilis refectio, omnem, ut profiteor, videtur exceſſiſſe equuleum & crucis ſupplicium: quia tunc magis viſa eſt famem inflammare quando debuit ſedare.

25. Auguſt.

* id eſt, panicia.

Gal. 5. 24.

Martyr fuit & Confeſſor.

12. Severus vero nominis ſui ſervans auctoritatem, diſtrictione auſtera carnis reſecando illecebras, erexit ſe contra ſe: & quamvis perſecutoris non ſenſerit gladium, ipſe tamen in ſe truculentus tortor & crudelis carnifex exſtans, propter Angelicæ vitæ munditiam Deo digniſſimus inventus eſt, gloria martyrii non privatus. Duo autem martyrii genera eſſe demonſtrantur, quorum unum in palam, alterum vero in occulto eſſe perhibetur: ſed quod exterius agitur, veloci curſu finitur; quod interius, diu protrahitur, & prolongatur, & uſque in ipſo mortis confinio terminatur. Non ergo ſanguinis tantum effuſione martyrium, ſed declinando a malis & adhærendo præceptis Dei expletur. Quid vero ad hæc de Severo Confeſſore piiſſimo dicendum erit? Martyrem illum dicemus an non? certe utrumque dici poteſt & Martyr & Confeſſor. Martyr vero tunc extitit, quando in terris poſitus ab admiſſione iniqui operis ſe ſequeſtrando, tamquam hoſtia viva cor contritum Deo quotidie offerebat: nunc autem idcirco Confeſſor colitur & veneratur, quia in pace Eccleſiæ laudabilis ſenio confectus, feliciter migravit ad Dominum.

VI.

Monaſterium in urbe Agathenſium conſtruit.

13. Opiniſſimus dum virtutum floreret meritis, apud memoratum Agathenſe opidum, Domini præcipuum membrum Severus a multitudine populorum viſitabatur. Sed quia undique anguſtiſſimum eſſe conſiderabat illud in quo degebat tugurium, conſpirante Divina gratia, necnon & zelo armati fidei, cum communi conſenſu & devotione cella congrua benigniter ab omnibus conſtruitur juxta Baſilicam quæ uſque in præſens Beatiſſimi Andreæ Apoſtoli Reliquiis decoratur *a*: in qua non exiguo vitæ ſuæ commoratus tempore, non tam pro ſe quam etiam pro ſtabilitate univerſalis Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſub axe cœli conſiſtit, die noctuque orationis munus devotiſſimo Domino obtulit cum gemitibus & ſuſpiriis.

Veſtis ejus & lectus.

Veſtem nullam omnino præter cilicinam habuit: ſtramentum lectuli, marmor frigore conſtrictum glaciali præbuit. Cœperunt namque de circuitu quoque ad eum nobiles confluere cupientes converſationis ejus in primis æmulatores fieri, & velut apes prudentiſſimæ volitando ad alvearium ſpiritalem poſcentes viri Dei magiſterio & eruditione informari & JESU-CHRISTI legibus obtemperare.

Monachorum ſub eo numerus.

Quid plura? trecentorum ferme vel eo amplius in commune viventium Fratrum auctoritate Severus Paſtor expeditus Rector & pius Paſtor invitus præficitur. Artiorem denique normam recte vivendi in Cœnobio cum ceteris adinveniens afficiebat carnem ſuam crudeli inedia, caleſcebatque ſimul univerſorum membrorum compages afflictione continua: in Oratorio vero ſive lectioni vacans aut pſalmodiæ inſiſtens pedibus nudis tabulatu marmorei generis gelido ſubſtrato, ſtare conſueverat.

14. Et ecce ſervi ſui ſanctitatem volens Deus non latere mortalibus, ſpectabili miraculo hanc voluit clareſcere. Nam ut comprobaretur quoniam manſuetus mitiſque & humilis corde erat, paſſer quædam ex improviſo advolans in ejus illico ſedit dextera, cui dulciſſimam humanitatem exhibens milium ſeu triticum porrigens manu eſcam illi præbere ſatagebat, quam noverat divini muneris largitate in manſuetudinem converſam ob ſolamen auſpicii ſibi a Domino fuiſſe tranſmiſſam. Sed cum per aliquantos dies de ejus novitate miraculi non mediocriter vir Dei gratularetur, antiquus hoſtis ex hoc invidiam extulit non minimam. Nam quidam vicinorum militum haud procul a Cœnobio agrum ſeverat milii, quod in culmo ſuccreſcens ad maturitatem venerat. Sed dum a multitudine paſſerum devaſtaretur, cuſtos agri de damno condolens milii, lapides ad diſpergendos paſſeres cum impetu dirigit, ceteriſque volucribus pennigero volatu evadentibus inſidiante adverſario unius lapidis jactu paſſeris illius contrivit pedem, qui ſancti viri famulabatur obtutibus. Statim ergo feneſtram cellulæ petiit, porrecta ſibi ex more dextera inſedit, deinde ſuſpendium contritumque pedem conſpectui ingerens, ſuam debilitatem deflet voce flebili & ut opem inferat, expoſcit. At Severus pater fonte pietatis exundans, ſanitati priſtinæ reformat. Signum ergo tantæ virtutis per beatum virum in volucrem demonſtratum, ne ridiculoſi infamare audeant, admonemus, quia licet Deus ſit magnus & omnipotens, tamen operatur mirabilia glorioſus in minimis: quoniam idem ipſe in Sanctis ſuis ſemper permanet mirabilis.

Cap. VII. Prædicit mortem Saluſtii Senatoris filii.

15. Nec illud quidem eſt omittendum, quomodo divinitus prophetiæ in eo ſpiritus effulſerit. SALUSTIUS in terra urbis Agatenſis Senator cum in medio hujus vitæ limine ſe conſtitutum conſpiceret, & valde jam ſenio feſſum ad obitum declinare ſentiret; memor humanæ fragilitatis ſepulchrum ſibi collocare ſtuduit in Monaſterio beati Andreæ Apoſtoli. Hic cauſa familiaritatis ad cellulam ſancti Severi adveniens eidem beato viro occurrit, & benedi-

a Gregorius Turon. lib. 1. Mirac. cap. 79. *Eccleſia*, inquit, *Agathenſis urbis quæ Sancti Andreæ Reliquiis plaudit, plerumque glorioſis illuſtratur miraculis*.

CIRCA AN. 500

25. Auguſt.

* id eſt, cauſam hujuſmodi planctus.

benedictione poſtulata cum communis ſermo miſceretur, ſanctiſſimo Patri cur veniſſet narravit. Quod audiens vir Dei ab imo pectore alta trahens ſuſpiria lacrymaſſe perhibetur. Saluſtius vero genibus beati Severi advolvitur, poſtulans cum ingenti ſupplicatione ſibi referri, hujuſmodi planctum * tam repentinum. Dans Pater Severus gemitum, tandem in locutionem prorumpens: Myſteriorum, ait ad eum, immenſam tibi, virorum optime, fletuum ubertatem a me humili tibi narrare depoſcis: ſed obſecro te ne gravioribus lamentis afficiam, quoniam horror membra percellit, ſingultus verba intercipit, & quamvis hæc ita ſe habeant, ſepulchrum quod tuum eſſe arbitraris, non tibi ſed filio tuo præparaſti, quem bonorum tuorum omnium optabas effici heredem. Lacrymas tamen, ut dixi, rationabiliter compeſce, & quæ Arbiter tunc tuarum rerum jubet fieri, tu libenter diſce amplecti. Reſpice Job inæſtimabilem copiam divitiarum perdidiſſe & numeroſitatem filiorum una clada percuſſam fuiſſe, grates Domino referentem: & David amiſſo filio uſum lavacri recepiſſe, negatumque diu convivium reparaviſſe.

Rem familiarem miraculo multiplicat.

* id eſt exercitator.

16. Aliud vero beati hujus Confeſſoris inſigne miraculum & inuſitatum prodigium dignum ducimus fidelium intimare auribus. Quodam tempore dum menſis Maji æſtas inciperet prima, & adoleſcentiores calogeri tam quotidiani operis, quam labore jejunii victi laceſcerent, & hoc Beatus perpenderet ſenex Severus eorumdem ergumenus *, cum veſpertinalis officii perſolveretur ſynaxis, vocans unum de Fratribus, cui cura fuerat pene commiſſa cellarum, præcepit ei ut quos laſſos eſſe conſpiceret, reficeret. Cui reſpondens œconomus ait: Ad refectionem, Pater, trecentorum ſexaginta Fratrum tres nobis tantummodo panes ſunt, & nihil omnino præter eos habere paterna tua agnoſcit veritas pietatis. Cultor itaque Trinitatis Severus vaſa Monaſterii in ſuo conſpectu deferri jubet, quibus aqua impletis benedictionem protulit, paneſque in fruſta minutatim comminuens eorum fragmenta introrſus injecit. Mira ibidem virtus Chriſti apparuit, cum in immenſum cœpiſſet creſcere cumulum; iſta ut vaſa ſingula plena abundantia eructarent. In hoc ergo ſtupore miraculi univerſi Cœnobitæ obſtupefacti, Deum largitorem cunctorum bonorum benedicendo magis fidei expleta eſt aviditas, quam famis miſerabilis neceſſitas. Per triduum vero beato cœtui eadem augmentatio fragmentorum, copioſam ſubſtantiam præbuit, dum multiplicarentur fragmenta confracta, & levia detrimenta ſentirentur expenſibilia. Potens eſt per ſervos talia agere Jesus magnus Redemptor Orbis terrarum, qui coram ſuis Diſcipulis de quinque panibus, duobuſque piſcibus, exceptis parvulis & mulieribus quinque ſatiavit millia hominum.

Prævidet frumenti copiam divinitus allatam.

17. Præſtat adhuc & unum non parvum beati operis teſtimonium. Nam ut ſupra patefactum eſt, cum perfecta ſpiritum haberet profeſſio, quarta die poſt peracto ſuperiori miraculo, veſpertinali officio expleto, vocat ad ſe œconomum, cui & dixit: Egredere velociter extra januam, trecentos etenim modios tritici deferri conſpicies in vehiculis, de quibus jubeo annonæ quantitatem, quæ cœnæ Fratrum ſufficere poſſit, ad molendina ſtatim deportari, paneſque eſui præparari: quod vero reliquum fuerit, horreo inferatur Dominico. Nulla ad hæc in medium mora egreſſus Frater prophetizata vera eſſe agnovit, & ſui ſpiritualis ergumeni præcepto complevit.

Mortuus clareſcit miraculis.

* lege viceſima quinta 8. Kal.

18. Tantis igitur ac talibus virtutum floribus adornatus longævo confectus ſenio vir Domini Severus viam univerſæ carnis arripiens, menſe Auguſto, die viceſima menſis *, quod eſt 9. Kal. Septembris, flentibus Monachorum & Clericorum catervis cum numeroſa multitudine populi, plaudentibus Angelis, animam Deo chariſſimam ad cœlos emiſit *a*: ſepultuſque eſt in Baſilica ſancti Confeſſoris Martini, cum honore & laude, quam talis Defenſor & Patronus civium Agathenſium merebatur habere: ubi operante Divina clementia virtutes efficiuntur multæ; ita ut quicumque fidelis petitor ad eumdem locum acceſſerit, devota mente, puroque corde quidquid petierit, meritis ſuffragantibus ipſius ſe impetraſſe gaudebit. Energumeni vero, obſeſſi a Dæmonibus, ſtatim ut ibi perducti fuerint, auxilio illius mundantur. His & conſequentibus infinitis miraculis, etſi membra in ſepulchro recumbant tanti Confeſſoris, tamen per Dei gratiam in æterna ſæcula vivunt merita ipſius ſuffragatoris, per Dominum noſtrum Jesum-Christum, qui cum Patre & S. Spiritu vivificatore vivit & regnat per cuncta ſæcula Deus.

a Tempus obitus S. Severi, quod ea Betici Epiſcopi Agathenſis ætate non ſatis nota colligi nequit, ex Vita S. Maxentii Abbatis Pictavenſis inferius referenda utcumque conjicitur. S. Maxentius *cum ad intelligibilem perveniſſet ætatem S. SEVERO Abbati in Monaſterio traditur imbuendus. Inde progrediens de regione ſua ad diœceſim Pictavenſis civitatis in Monaſterio S. Agapiti Presbyteri* Abbas eligitur. Anno Chriſti 507. a Chlodoveo poſt Vocladenſem pugnam inviſitur, tandemque aliquot poſt annis ſeptuagenarius obiit. Hinc Severum ad ſæculi ſexti initium perveniſſe credimus. Ejus Monaſterium ad Clericos ſæculares tranſiit.

AN.CHR. 507 11. Februar.

VITA S. SEVERINI ABBATIS AGAUNENSIS,

Auctore Fausto Monacho ejus diſcipulo.

Ex apographo Bibliothecæ S. Germani Pratenſis.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Vitam S. Severini *Abbatis Agaunenſis a* Fausto *ipſius diſcipulo ſcriptam fuiſſe teſtatur auctor anonymus, qui jubente Magno ſeu Magnone Epiſcopo Senonenſi Fauſti lucubrationem ineunte Sæculo 9. interpolavit. Sic enim in Prologo ſuo loquitur interpolator:* Sacram ſane libelli Seriem, quam Faustus Presbyter diſcipulus S. Severini Abbatis de ejus vita vel actibus poſt ipſius ediderat obitum, tranſcribentes, jubente etiam venerabili viro Magno maritis & nomine urbis Senonicæ Antiſtite, vitia ſcriptoris (*nempe latinitatis*) corrigere ſatagentes, commodum duximus ſecundum ingenioli noſtri capacitatem, ejuſdem hiſtoriæ textum aliquanto clariore propagare ſermone: & licet verba non ipſa, ſenſum tamen & ordinem ejuſdem lectionis funditus exſequendo, nec etiam diverſum aliquid huic textui inſerendo, niſi quod a præfato Presbytero eidem agnovimus hiſtoriæ inſertum. *Exhibemus tandem ex Bibliotheca noſtra San-Germanenſis apographo Fauſti fœtum ſincerum (ut patet ex Vita ſubjecta clauſula) viris doctis hactenus deſideratum, omiſſo interpolatore, quem V.C. Joannes Bollandus emiſit in lucem ad 11. Februarii.*

Chlodoveus ægrotans accerſit Severinum.

1. EODEM tempore cum Chlodoveus Rex Francorum anno 25. regnaret in urbe Pariſius, tunc in corpore ſuo gravis obvenit infirmitas, typus frigoris per duos annos, ut non a Sacerdotibus loci illius, neque ab ullo Medico corpori ſuo potuerit invenire medicinam. Nam & miniſtri ſui libenter eum in cubiculo tenebant incluſum propter metum populi, quia multi populi putabant eum contempta morte ſubjicere. Erat autem ibidem homo in domo Regis nomine Tranquilinus doctor & omni ſapientia plenus, honores arte medicinæ gerebat. Hic locutus eſt ad Regem dicens: Domine mi Rex, & quia nullus ex nobis corpori tuo poteſt invenire medicinam, tibi dico audi conſilium meum, & ad Sanctum Monaſterium Agaunenſium *a*, ubi Sanctus ac Beatiſſimus Mauritius Martyr jacet in corpore feſtinanter accede, aut certe tuam tranſmitte legationem. Eſt ibi homo Sanctus Dei nomine Severinus Abbas ordinatione inſtitutus, tutela magna loci illius. Multi ibidem veniunt homines male habentes, variis languoribus & tormentis comprehenſi, & a dæmonibus correpti. Sanctus autem Dei Severinus ſuis orationibus ad priſtinam eos revocat medicinam.

2. Tunc Rex febricitatus obaudivit conſilium hominis ac Tranſoario cubiculario ſuo dixit: Feſtinanter accipe pecuniam de theſauro meo, & omne ſtipendium itineris, & velocius ad locum accede, & cum acceſſeris, ad pedes S. Severini proſtratus ſublimi precatione inſiſte: forte Deus ſuis orationibus habeat pietatem, ut meæ debeat ſubvenire infirmitati.

3. Tunc Tranſoarius accepta ordinatione iter pergens, ad Sanctorum Agaunenſium Monaſterium velocius ſe contulit: & ingreſſus ad pedes S. Severini ſe humili precatione proſtravit dicens: Dominus meus ſalutat te, ſublimis Rex Chlodoveus tuam expetiit ſecundum Deum Sanctitatem, ut ad ſuam debeas venire infirmitatem, & tuis orationibus corpori ſuo infundere digneris ſanitatem.

Severinus diſceſſurus ſuis mortem ſuam prædicit.

4. Sanctus autem Dei Severinus precationem pueri libenter animo obaudivit & omnes Fratres in ſuam juſſit venire præſentiam, indicans eis petitionem Regis, & dixit ad eos: Vobis dico, Fratres, amodo me vivum in corpore non videbitis, niſi in die magni judicii ante tribunal Chriſti. Sic mihi oſtenſum eſt a Domino in viſu noctis per Angelum ſuum. Mons eſt cujus vocabulum eſt Caſtra Nantonenſe *b* ibidem corpuſculum meum a Paschasio & Ursicino erit tumulandum. Cui omnes Fratres dixerunt cum fletu magno: Abba pater, numquam nos derelinque vivos. At ille reſpondens, ait: Omnia quæ voluit Dominus fecit.

* lege Nivernum.

5. Et mox cum hoc dixiſſet, iter ſibi præparari juſſit, & continuo in Libernum * civitatem in Eccleſiam Dei ſe contulit ingreſſus. Et cum hic oraſſet cuſtodibus dixit: Ubi eſt Pontifex veſter? Cuſtodes dixerunt, Pontifex noſter Euladius Epiſcopus jam annum eſt integrum quod infirmus in cubiculo ſuo jacet mutus & ſurdus, nec altario ſacrificat, nec populo benedicit.

---

a Jam ergo Monaſterium erat apud Agaunum ante annum 510. ſeu ante Conſulatum Florentii & Anthemii, quibus Conſulibus *Monaſterium Agauno a Rege Sigiſmundo conſtructum*. Marius Aventicenſis ſcribit: quod de inſtauratione fortaſſe explicandum eſt. Iſtud Cœnobium ad privatam inſtitutum Regulam; prout ſub finem Vitæ S. Eugendi infra obſervabimus, a Monachis Benedictinis ad Canonicos Regulares Auguſtinianos devolutum eſt.

b Aliis Caſtrum-Nantonis dicitur, vernacule *Chaſtiau-Landon*, agri Waſtinenſis in diœceſi Senonenſi opidum, in quo S. Severini Reliquias Calviniſtarum furori ſubductas etiam nunc ſervant Canonici Regulares Auguſtiniani.

AN. CHR. 507

dixit. Nam & miniſtri ſui putant eum ſpiritum in ſe non habere. Cui vir Sanctus Dei dixit: Permittite mihi in cubiculum illius introire. Cuſtodes dixerunt: Veni. Et cum introiſſet Sanctus vir Dei ad lectum Pontificis ubi jacebat, orationem pro eo in terram proſtratus fudit: & cum diutiſſime oraſſet levavit ſe & dixit: Loquere mecum Pontifex. Cui Euladius Epiſcopus reſpondit qui fuerat mutus & ſurdus, & dixit: Inſtrue me, vir Dei ſanctiſſime, qui fuiſti miſſus a Domino JESU-CHRISTO, ut me cures ab infirmitate mea. Tunc Sanctus Dei porrigens manum allevavit eum, & dixit ei: Indue veſtimentum corporis, & calceamentum pedibus tuis; hodie altario Dei ſacrificabis, & benedices plebem tuam. Et ſurgens de lectulo Euladius Epiſcopus, benedicens Deum & Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM, qui per adventum S. Severini ſuper ipſum Deus tantam ſuam oſtendit virtutem, & ſacrificavit cum illo & populo benedixit.

11. Februar. Euladium Epiſcopum Nivernenſem ſanat.

6. Alia die promovens inde una cum Transoario puero Regis, Pariſius civitatem ſe contulit ingreſſus. Et cum veniſſet ad portam civitatis, erat ibidem leproſus unus eleemoſynam ſe acceptūrum ſperans ab eo. Cui Sanctus Dei dixit: Veni ad me. Et venit, & oſculatus eſt eum, & ſputum ſuum manu ſua impoſuit ſuper eum, & linivit eum, & ſanavit lepram ejus. Et cum oraſſet in Eccleſia Dei, domum Regis ſe contulit ingreſſus, & ante lectulum Regis ſe in orationem proſtravit. Et cum ſe elevaſſet, eaciens caſubulam ſuam corpori Regis induit eam, & ſtatim dimiſit eum febris. Et adoravit eum Rex, & flectens genua ad pedes Sancti ſe jactavit, benedicens Deum & Dominum JESUM-CHRISTUM, qui per adventum S. Severini ſuper illum ſuas tantum oſtendit virtutes. Et dixit ad eum Rex: Abba Pater, accipe pecuniam de theſauro meo & pauperibus eroga, & quanticumque in Regno meo pro ſuo crimine carceribus detinentur, noſtra indulgentia relaxentur. Multi quidem & alii infirmi erant in domo Regis & ſub Urbe Pariſius: ſanctus autem Dei Severinus corporibus ſingulorum ſuis orationibus reddidit medicinam.

Pariſiis leproſum oſculo curat.

Chlodoveū impoſita caſula ſanat.

Alioſque plures.

7. Et rememoratus eſt ſanctus Dei Severinus, quia adpropinquabat tempus & hora tranſmigrationis ſuæ, ſicut oſtenderat ei Angelus Domini Regi valedicens & plebi civitatis Pariſius, ſe Caſtra-Nantonenſe contulit. Ingreſſus in Oratorium ex ligno munitum PASCHASIO & URSICINO Presbyteris allocutus eſt ſanctus Dei Severinus dicens: Servi Dei vobis dico, corpuſculum meum a vobis erit ſepeliendum in locum iſtum. Commendo vobis memoriam meam, commendo vobis dilectiſſimum Fratrem meum FAUSTUM Presbyterum, qui mihi annos 30. in afflicto corpore deſervivit: commendo vobis Monachum meum nomine VITALEM. Et mox eum hoc dixiſſet, infra tres dies reddidit ſpiritum: cujus corpus ſupraſcripti Presbyteri cum ſummo honore ſepelierunt, ac tumulaverunt.

Caſtrum Nantonis petit.

Moriturus Fauſtum hujus Vitæ auctorem, & Vitalem commendat.

8. Ad cujus ſacrum ſepulchrum cæcorum oculis redditur lumen, dæmones de obſeſſis corporibus repelluntur, & infirmos ibidem qui Deo ex toto corde vota perſolvunt, glorioſus Confeſſor revocat ad ſalutem, & poſt paucos dies ſuccedens in Regnum glorioſus CHILDEBERTUS Rex, & ut vidit quia S. Severinus ſuper genitorem ſuum ſuas tantum oſtendit virtutes; tunc ad ordinationem ipſius ſuper ſepulchrum Beati viri ædificare juſſit Eccleſiam, conſpicuam ſublimitatem refulgens & devotus, ſuo tempore vota & munera inferens atque perſolvens, & a patrocinio ejus non recedens, & Clericos ibidem deſervientes inſtituit, & de fiſco ſuo emunitatem integram ſua perceptione deſignavit. Edita a FAUSTO Presbytero diſcipulo ipſius S. Severini Abbatis ſimplici ordine compoſita, jubente glorioſo Principe CHILDEBERTO Rege, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, cui eſt gloria, & honor, & virtus, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

Childebertus Eccleſiam ipſi erigit.

Vitam ſcribi jubet.

VITA S. EUGENDI ABBATIS JURENSIS,

CIRCA AN. 510

1. Januar.

Auctore Monacho Condateſcenſi ipſius diſcipulo.

Ex MS. cod. Compendienſi & Bollando.

OBSERVATIO PRÆVIA.

SANCTI EUGENDI * *Vitam ſcripſit Monachus anonymus Condateſcenſis ipſius diſcipulus, qui etiam Acta SS. Romani & Lupicini Abbatum, ſui Cœnobii auctorum, litteris commendavit, hortantibus Joanne & Armentario Monachis Agaunenſibus, ut ipſe in S. Romani Præfatione Vitæ aſſerit. Ætatem ſuam Auctor indicat in Vita S. Eugendi infra ad num. 7. ubi verba quadam S. Eugendi ſibi dicta refert: conſtatque ex num. 24. ipſum Eugendo morienti adfuiſſe. Animus erat Romani & Lupicini Acta hic repræſentare: at quandoquidem ante Sæculum ſextum, quo conſiſtere decrevimus, vivere in terra deſierint; Lectorem ad Joannem Bollandum remittimus & ad Gregorium Turonenſem, qui in lib. de Vitis Patr. cap. 1. utriuſque Sancti geſta perſtrinxit: ne extra propoſitas Operis noſtri metas divagemur. Joannes Bollandus S. Romani Vitam ab iſto Auctore anonymo ſcriptam primus edidit ad diem 28. Febr. Vitam autem S. Lupicini in 21. Martii reſervavit.*

* S. Oyan.

CIRCA AN. 510

1. Januar.

1. QUANTUM, Beatiſſimi Fratres, deſiderio, ſervorique veſtro ex debiti ſumma ſuppleverim, ſicut ex ratioue apicum ea parte ſum opitulante Domino jam ſecurus, ita conſcientiæ propriæ eatraneique judicii incertus ago hæc quæ injungitis non præſumptione indocili, ſed obedienria, ur ceruitis, regulari. Sic annuens Divinitas faxit, ut humaua proclivior in dijudicando fragilitas, dum melo delectatur aut muſicis, dumque oratorias venaſtates vocabulorum quoque ac temporum ſignata proprietate miratur: hæc noſtra tapinoſis * uequaquam jactanua ſuperborum judicum ventoſa ſuperfluitate calcetur. Porro nos, ut præſati jam ſumus, vobis proprie opuſcula iſta dicavimus, quos novimus non oratorum ſed piſcatorum eſſe diſcipulos; uec in philoſophiæ ſermonis Regnum Dei, ſed in virrute proſpicere: magiſque pura ac jugi obſervautia Dominum eaorare, quam vana perituraque facundia perorare. Huic ergo jam nobis in relatiooe vitæ Beatiſſimi viri, narrationis ſumatur eaordium.

* al tapinoſitas, id eſt humilitas.

VITA INCIPIT.

S. Eugendi patria.

2. Sanctus igitur ſamulus Chriſti EUGENDUS ſicut beatorum Patrum ROMANI & LUPSCSNI in religiome diſcipulus, ita eriam natalibus ac proviucia eaſtitit indigena utque concivis. Ortus nempe eſt haud longe a vico cui vetuſta paganitas ob celebritatem claoſuramque fortiſſimam ſuperſtitioſiſſimi templi Gallica liogua Iſarnodori, id eſt, ferrei oſtii, indidir nomen: quo nunc quoque in loco, delubris ea parte jam dirutis, ſacratiſſime micant cœleſtis regni culmina dicata Chriſticolis: atque iuibi Parer ſanctiſſimæ prolis judicio Pontificali plebiſque teſtimonio eaſtiiit in Presbyterii dignitate Sacerdos.

Viſione Eugendus puer ad Dei cultum in citatur.

3. Igitur cum Beatiſſimum pignus ab ipſis pene incunabulis quodam inſtinctu ſucceſſuque ſelicitatis ac luminis virtute Divina (ut reor) præſagante ſuccreſceret, & nocte quadam veoerabilis pater ipſius vel ſoboles ſaucta ab affectu proſectuque futuræ beatirudinis teoerenrur iucerti, in viſione puer ſanctur a duobus religioſis viris ſublatus, ultra domus paternæ veſtibulum ſiſtitur, itaut Orieutis plagam cœlique aſtra, quaſi quondam multigena Abraham Patriarcba, intuitu diligenti proſpiceret: atque ipſi typice jam quodammodo dicebatur: *Sic erit ſemen tuum*. Poſt intervallum namque modicum hinc uuus adſtat, hinc alrer, atque alius inde, donec multirudo ſuccreſcens efficeretur innumera: Beatum puerum vel ſaoctos proculdubio ROMANUM & LUPICINUM Patres, qui eum iu ſpiritu de cœno paternæ domus eduaeraot, ramquam eoormitas apum in modum mellificantis uvæ quadam conſtipatione ſepſerunt. Et ſubiro a parte proſpicua videt inſtar ampliſſimæ portæ culmina pateſacta cœleſtia, & lento etiam deductoque uſque ad ſe cœli verticem cum lumina clivo * in modum reclinis ſcalæ criſtata proclivitate deſcenſum, & niveos fulgidoſque Angelicos Choros ad ſe uſque velut ſocios tripudiantes in Chriſti laudibus adventare: ita tamen quod creſcente ſemper iu loco ſocietate, nullus omnino reverentia Divinitatis attonitus, aut ſermone movebatur, aut metu *. Cumque ſenſim cauteque mortalibus multitudo ſeſe ioſeruiſſet Angelica, collectis copulatiſque ſibi terreſtribus, concinentes Augeli, ut veneraut cœleſtia ſacra repedautes aſcenduut. Hoc ſolummodo puer Sanctus ioter carmioum modulationem percepir, quod poſt annum circirer iu Monaſterio intromiſſus ea Evangeliis reciiari cogoovit. Iſtud nempe vice Auriphonæ (ut beoe ipſo referente commemini) reciprocis vocibus multitudo concinebat Angelica: *Ego ſum via, & veritas & vita*. Recepta igiur ingeuti multitudine poſt contemplarionem diutinam aerea ſeſe quoque clauſit aſtrigera; & ſolum ſemet puer coutemplatus in loco, excaſſus a ſomno concutitur; ac viſionis terrore perculſus rem geſtam illico refert patri. Confeſtim uamque Preſbyter Sanctus cui potiſſimum proles ſanctiſſimu dicari deberet, agnovit.

Gen. 13. 14.

* al. clivoſo

* al. nutu.

Joan. 14.

1. Reg. 3.

Traditur ſeptennis Monaſterio.

4. Mox igitur eum litteraium inſtruie elementis, & auni eaacto circulo, tamquam Samuel quondam uon iu typico eacubaturus Templo, ſed ipſe potius Chriſti efficiendus templum, Sancto ROMANO oblatus eſt patri: in quo vere ita beatorum Abbatum, qui eum in ſpiritu de incolatu terreſtri eduxeranr, gratiarum gemina cooſluait ubertas, ut ſuccidua quoque poſteritas utrum iu EUGENDO LUPSCINUM potius ſuſciperet, an ROMANUM, judicio fluitaret incerto. Illis dumtaaat huc illucque neceſſitate miſericordiæ e Monaſterio ſæpe progreſſis; iſte vero u ſeptimo ultra ſeaageſimum vitæ, quo tranſiit, annum, nuſquam exinde poſt ingreſſum eatulie pedem. Lectioni uamque intaorum ſe die noctuque eapletis conſummariſque omnibus quæ a Præpoſito vel ab Abbate iojancta ſum, dedit, & impendit: ut præter Latinis volumioibus etiam Græca facuudia redderetur inſtructus.

Ejus exercitia.

Veſtitus

5. In veſtitu autem duabus tunicis numquam eſt uſus, atque unam ipſam nullatenus immutavit, niſi anrea plurima vetuſtate conſumptam, ſimili quoque Cucullæ ipſiua conditione ſervata. Paleis vero lectuli inventilatis, multo tempore, viliique ſagello conſtrictis, pellicioque ſuperpoſiro cooquievit. Æſtivis namque remporibus caracalla vel ſcapulari cilicino utebatur: quod ei quoque vir ſanctitate conſpicuus LAUNIANUS Viennenſis urbis Abbas pignore tranſmiſerat charitatis. Fuit namque Sanctus iſte de Pannoniis quondam, & ſpargente barbarie in Galliis vincolis captivitatis abductur, & noo ſolum iu Vienneoſi, ſed etiam in Auguſtodunenſium urbe multo tempore clauſtro peculiaris cellæ concluſus, itaut amplius quadraginra annis in utraque civitate coercitus, nulli hominum ea primum retruſione vulru aut corpore, præter ſola ſermonis noritia noſceretur: Monachos juxta cellam haud plurimos tegens; Monachas vero procul intra urbem, Monaſterioque cooſeptas, ultra

Leoniani Abb. elogium. de eo infra.

Eugendi auſteritas in veſtitu, victu, ceteriſque rebus.

CIRCA AN. 510

ultra ſexagenarium numerum admirabili ordinatione rexit, & aluit, præmiſitque maximas, magnas interim ſucciduaſque in ſpiritu non dimiſit. Sed rurſum * redeo.

6. Habebat namque Eugendus beatiſſimus calciamenta fortia ruſticaque in modum priſcorum Patrum, conſtrictus ocreis crura, faſciolíſque plantas. At vero nocturnis matutiniſque conventiculis, nec in frigidiſſimis pruinis, nec in magnis nivibus, quicquam nuditati pedum præter ligneas * Gallicanaſque caligas addidit unquam: atque in hanc quoque modum eminus ſæpiſſime matutinis horis ad Fraternum cimiterium oraturus gradiebatur in nivibus. Nemo namque eum unquam, aut in diuturna, aut in nocturna ſynaxi, ante completionem conſpexit egredi foras. Nam cum ipſe noctibus certe oratu longiſſimo atque ſecreto cunctos in Oratorium diutiſſime anteiret, poſt omnium quoque diſceſſum nihilominus [a] formulæ [a] ſuæ incumbens, oratione diutina paſcebatur in ſpiritu. Atque exinde ita quolibet tempore vultu hilari ac læto egrediebatur ad Fratres, ut ſolet exſatiata ambitio vultus hominum laſciva jucunditate diſſolvere.

*t. Januar. * al. ſurſum*
** al. lineas.*
** id eſt, * ſedili, ſiva ſcamno*

7. Refectio omni tempore ei ſemel in die fuit, quæ tamen æſtivis diebus nunc in ſexta cum ceteris fatigato; nunc vero cum iis, qui iterato reficiebantur, terminabatur in veſpera: ita tamen quod nihil unquam exceptis iis quæ cunctis apponebantur Fratribus deguſtavit in menſa. Igitur ad inchoationem ipſius adminiſtrationis revertamur.

Victus quotidianus.

8. Cum ergo Pater ille, quem beatiſſimus Romanus vel Lupicinus Condateſcenſi *a* Cœnobio ſignaverant ſucceſſorem, præter labores ſollicitudineſque Cœnobitales, etiam corporeæ inæqualitatis frangeretur incommodis, vocatis ad ſe Fratribus, ſic ſanctum Eugendum vicis ſuæ ſollicitudine innexuit, ut ſibi tamen jus paternæ eminentiæ in nullo penitus imminueret, aut ſubtraheret. Tentavit namque idem Abbas, ut antedictum ſanctumque Eugendum cum adminiſtrationis onere, etiam Presbyterii dignitate artius illigaret. Sed non ſolum voluntati ejus in hac parte ſæpiſſime, immo ſanctiſſima contradixit; verumetiam ſacroſanctos Pontifices, qui illic confluxerant cauſa orationis, adiens, reverentiam tanti honoris caute ac diligenter aufugit. Mihi tamen crebro ſecretiſſime teſtabatur, utilius multo eſſe Abbati propter juniorum ambitionem liberum a Sacerdotio præeſſe Fratribus, & non illigari dignitate, quam abrenuntiantes ac remotos minime convenit affectare. Novimus namque, ajebat, præter hanc quam prædiximus cauſam, multos etiam Patres poſt humilitatis profeſſæ culmina, hoc officio gravius ac latentius ſuperbiſſe, & plus ſe efferre Fratribus, quos in exemplo humilitatis convenerat anteire. Suſcepit ergo Dei Sanctus, ſicut etiam pater Lupicinus, abſque Sacerdotali eminentia injunctæ ſibi viciſſitudinis ſocietatiſque laborem; ea maxime ſecuritate fretus, quod de paterna ſollicitudine ac proviſione non habebatur incertus: ſed mox evidentiſſima revelatione percellitur, ne de plenaria adminiſtratione, velut in aliquo incertus, redderetur ambiguus.

Sacerdotiū recuſat.

9. Nocte igitur inſecuta ſubito raptus in viſione, beatiſſimis quoque Romano ac Lupicino Abbatibus, ut in initiis quondam; ita nunc in Oratorii ſecretario a parte dextra præſentatur, necnon etiam inter ipſos, ſeniores ac ſuperſtites circumſpicit Fratres cereos ac lampades geſtare lucentes: & data ſibi a Sanctis Patribus oratione vel pace, illico benedictum illum Abbatem, deceſſorem ſibi utique mox futurum, conſpicit intromitti, ac deſuper dorſum ipſius vel ſcapulas rigentibus clavis purpureis pallium album reſpicit dependere. Soluto namque ſanctus Romanus ſancti illius cingulo, conſtringit illico lumbos Eugendi. Dehinc excuſſo quod deſuper, ut diximus, geſtabat pallio, hujus adæque humeris ſuperimponens ait: Hæc tibi ad præſens nuſce interim aſſignari; & digitis Dalmaticam prædicti anteceſſoris aſtringens, Etiam hanc tibi, inquit, probatam in acceptis utilitatibus noveris aſſignandam. Mox aſtantes cum cereis Fratres, incipiente primitus uno, confeſtim cuncti claritatis ac ſolatii lumina impacta parieti deprimunt, & exſtinguunt. Cumque vir beatus tenebrarum anguſtiis coercitus eventum rei attonitus præſtolaretur in viſu, vox ad eum facta eſt: Noli, ait, te, Eugende, fraude horum præſentium ac materialium luminum contriſtare: Orientalem namque cellulæ hujus attende proſpectum, & videbis illico tibi abſque opitulatione humana lumen divinitus miniſtrari. At ille confeſtim illic porrigens viſum, aſpicit ſenſim diluceſcente aurora radium ad ſe diei ac lucis influere: & in ſemetipſum reverſus, lectulo lætus excutitur. Nec mora, viſionem ſequitur effectus.

In Viſione Abbatem ſe futurum intelligit.

10. Nam ad Chriſtum deceſſore illo migrato, volens noleuſque adminiſtrationem ſubterfugere non potuit ſubarrhatam. Illi vero qui per viſionem luminis ſolatia præſtata ſubtraxerant, humanitatis malo aliquid paſſi, livoris zelo inflammati, in beatiſſimum virum invidiæ ardore turgeſcunt, & ſanctum Eugendum Abbatem, nunc deſpectione animi, nunc quoque Monaſterii profeſſioniſque deſertione, tamquam novitium ac rudem Monachorum ac laicorum patiuntur ſubjacere deſpectui. At non ille divinæ pietatis obtutus famulum ſuum paſſus eſt prolixa fatigatione vexari. Confeſtim namque ipſi potentiæ ac virtutis ſuæ dextaram affluentiſſima ſignorum largitate porrexit, dando atque oſtendendo per ſervum ſuum ſanitatum dona, & prodigia multa: ita ut ſummæ ſæculi poteſtates ſoſpitari ſe crebro,

Abbatis officiam invitus ſuſcipit.
Deſpectus a ſuis commendatur divinitus.

a Monaſterium Condateſcenſe, Gregorio Turon. Condatiſconenſe, poſtea S. Eugendi, demum S. Claudii Veſontionenſis Epiſcopi nomine hactenus appellatum, eſt unum ex tribus Monaſteriis in locis Jorenſibus a S. Romano extructis, quorum aliud dictum eſt Lauconnenſe jampridem exſtinctum, tertium Balmenſe in ſororis ſuæ gratiam pro Sanctimonialibus conditam, quod hucaſque inter Veſontionem & Mombeliardum viſitur.

CIRCA AN. 510 1. Januar.

bro, ac benedici ejus litteris curarent; nec ſe divinam clementiam crederent habere placatam, niſi prius Chriſti amici gratiam ſive ſuffragia aut viſu aut litteris potirentur. Epiſcopi quoque ac ſapientiſſimi Sacerdotes præ ſe omnimodis ferre, ſi eum corporaliter cernere, aut affatu litterario obtinuiſſent familiarius compellari. Ipſi etiam pſeudofratres qui pridie cothurno elationis inflati diſceſſerant, tamquam infelices atque degeneres notabantur a laicis, niſi depoſito invidiæ viru, ad ſanctum Chriſti famulum quantocius repedarent.

Ejus epiſtola dæmon pellitur, ægritudo curatur.

11. Dum hæc odorifera fama geruntur, puella quædam juxta ſæculi dignitatem non infima, circa Secundiacenſem Parochiam dæmonio atroci correpta, non ſolum clauſtris retruſa, verumetiam ferreis vinculis tenebatur obſtricta. Cumque ſanitatis cauſa a multis, ut ſolet, exorciſmorum ſcripta nexa cervicibus necterentur, atque illa ignotas ſibi perſonas ſcriptorum per immundum ſpiritum cum nomine (quod dolendum eſt) carperet & vitia; ſeque magis illos qui ſcripſerant, jam olim in illo atque illo peccato latentibus apud humanitatem indiciis aſſereret poſſidere: tum ad ipſam energumenam de aſtantibus unus: Quid nos, inquit, alienis, immo propriis vitiis teres immunde? vere in Chriſti nomine non ſolum iſtorum quos derogas virorum, ſed cunctorum quoque ſi potero ſcripta Sanctorum ita cervicibus tuis innectam, ut vel multitudine imperantium obtuaris, ſi hos paucos audire deſpicis & contemnis.

* Sur. Alexandrinarum.
* Sur. proxime.

Tu mihi, inquit diabolus, Alexandrina *, ſi places, chartarum onera exacata imponas, numquam tamen ex obtentu vaſculo poteris propulſare, dummodo mihi ſolius Eugendi Jurenſis Monachi ex hoc non afferas juſſionem. Confeſtim namque capientes proximi * dictum ad Beatiſſimum virum pleniſſima fide concurrunt, ac rem geſtam pedibus provoluti narrantes, non ſe redituros eſſe teſtantur, niſi miſericordiam Chriſti præſtaret exoratus oppreſſæ. Victus igitur vel ratione vel precibus Pater, breviter cum longa oratione (ut Gregorius quondam Magnus Apollini) in hunc modum ſcribens atque conſignans ſpurciſſimo tranſmiſit epiſtolam:

Greg. Neocæſar. apud Ruffinum l. 7. hiſt. c. 26.

Eugendus ſervus Chriſti in nomine Domini noſtri JESU CHRISTI, Patris, & Spiritus ſancti, præcipio tibi per ſcripturam iſtam, ſpiritus gulæ & iræ, fornicationis & amoris, & Lunatice & Dienatice & meridiane & diurne nocturne & omnis ſpiritus immunde, exi ab homine qui iſtam ſcripturam habet. Per ipſum te adjuro verum Dei vivi filium, exi velociter: & cave ne amplius introeas in eam. Amen. Alleluia. Et orans atque complicans, ſupplicibus tradidit deportandam. Quid plura? Necdum itineris medii ſpatia confecerant, cum ecce furciſer ille frendens, atque ejulans, prius egreſſus eſt ex obſeſſa, quam calcarent domum revertentes.

* id eſt procul poſitis

Syagria ejuſdem litteris ſanatur.

12. Ab hoc ſere tempore beati viri longe lateque fama nomenque enituit, ut qui ſanctus jam habebatur indigenis, potens etiam & vere Apoſtolicus porro genitis * haberetur. Materfamilias quondam SYAGRIA, nunc quoque Eccleſiarum Monaſteriorumque per eleemoſynam mater, cum gravi obſeſſa incommodo jamjamque a medicis haberetur deſperata, epiſtolam viri Dei, quæ caſu ad eam delata pervenerat, de armariolo ſibi vice dexteræ beati viri deoſculandam præcepit attingi. Cumque comprehenſa contactis ex eadem cum oratione oculis, lacrymis quoque haud minime deciduis infeciſſet, uti dehinc infercam aliquantiſper dentibus cum oratione conſtringens, mox recuperata ſanitate ſurrexit. Quo gaudio atque miraculo, non ſolum ipſa ſuique, verumetiam civitas maxima Lugdunenſium exultatione mira relevata, atque læta eſt.

Plurimos ſanat.
* Sur menſis ſpatium.

13. Cum ergo fama vitaque viri virtutum relatione ſucreſceret, tanta miſerorum acervatim cœpit in Monaſterium turba concurrere, ut ſæcularium, immo tribulantium multitudo pene catervis videretur numeroſior Monachorum. Interea dum inibi mox nonnulli, alii etiam poſt bidui triduique, quidam vero poſt menſibus * commoda votiva percipiunt, Dei Sanctus manum ad ſalutare compendium mittens, fatigationem miſeris auferebat. Dabat ergo ſupplicibus atque ſoſpitibus deportanda illigandaque infirmis cum ſancti Olei quantitate ſuperias contraria larvis ac miſeriis ſcripta mandata: quæ ita cooperante fide porrigebant in provinciis longe poſitis medicinam; ut illi quoque obtinerent, qui ejus in Monaſterio præſentabantur aſpectui. Neque ſolus beatiſſimus Pater in Cœnobio, ſed & Presbyteri multique inibi fratres, potiebantur clariſſima virtute meritorum; & zeli ambitione ceſſante, illis potius quam ſibi, Dei homo medendi delegabat officium.

Subditis juxta ſingulorum capacitatem officia accommodat.

14. Et hoc ſtudebat omnimodis, ut unuſquiſque illi rei vel ſtudio in Monaſterio deſerviret, in quo eum dono Sancti Spiritus pollere eminentius perſpexit. Atque adeo manſuetum ac ſenem illi ordinabat officio vel loco famulari, ubi manſuetudinis ac patientiæ bonum nullatenus inquietudo decoloraret alterius. Rurſumque ſuperbiæ forſitan aut vanitatis vitio notatos non patiebatur eſſe ſepoſitos: ne judicio viroſæ ac propriæ elationis inflati, altius graviuſque corruerent, cum culpas & vitia ſua non agnoviſſent, in medium crebrius increpati. Si quos ſane (ut ſeſe habet natura fragilitatis humanæ) edacis triſtitiæ morſibus interea noverat ſauciari, illis quoque inopinantibus, ita ſpiritaliter exinduſtria blandus ſuperveniebat ac lætos, & ſancto dulcique fovebat alloquio, ut deterſo triſtitiæ pernicioſiſſimo viru, quaſi quadam ſalutaris olei perunctione exaſperata ſanaretur auſteritas. Diſſolutioribus vero ac levioribus, acriorem ſe ſeverioremque ſemper exhibuit. Presbyteris quoque ipſis, quorum officio conſtrictus ſæpe ab Epiſcopis humilitatis cauſa noluit (ut diximus) implicari, ita ſemper ob miniſterium Sacrificii ſalutaris quodam cautionis opera, conſcientiæ puræ tribuit facultatem, ut illo cuique pro delicto mundaciter forſitan quippiam (ut aſſolet) ſuccenſenti, illi vero dum reatum culpamque ignorarent, abſque notitia vel participatione alieni reatus, Corpus Dominicum

CIRCA AN. 510 1. Januar.

cum traderent ab altari, ut nec ſe conſcii plecterent communione delicti, nec alterum ſeveritate paterna, ante emendationem forſitan Sacramentorum indultu ſubtraxiſſe viderentur in aliquo.

Quam ab obtrectatione alienus fuerit.; Sancti ei apparent.

55. Hic namque fuit, immo eſt apud Chriſtum beatiſſimus homo, ex cujus ore (Deum teſtor) numquam proceſſit obloquium, cujus aures numquam polluit maliloqui oris ferale contagium. Tantum namque deteſtabatur hoc vitium, immo flagitium, quantum quis letiferi anguis non ſolum venenum metuit, verumetiam occurſus ipſius vitat atque conſpectus. In tantum mens ipſius abſentis vitiis pura pollebat, ut etiam beatiſſimorum Chriſti Apoſtolorum Petri & Pauli, ſanctique Andreæ, adæque Apoſtolici conſpicuique viri Martini Epiſcopi, & colloquio fuerit potitus & viſu. Quodam namque tempore, antequam ipſi adminiſtrationis onus incumberet, diebus æſtivis ultra Monaſterium juxta ſemitam, qua Genuam * uſque tranſcenditur, ſub arbore ſolito quieſcenti, ſubito tres ſe per ſoporem advenientes offerunt viri. Quorum cum poſt orationem & pacem, novitatem vultus habituſque contemplaretur attonitus, interrogat quoque quinam ipſi venerabiles eſſent, quorum benedici meruiſſet adventu. Tum unus: Ego, ait, Petrus, aſt hic germanus meus Andreas, & iſte frater noſter eſt Paulus. At ille confeſtim in ſpiritu ad eorum veſtigia provolutus: Et quid eſt, inquit, Domini quod vos in hæc rura cerno ſilveſtria, quos in magnis urbibus Romæ ac Patras poſt ſanctum Martyrium legimus corpore contineri? Verum eſt, inquiunt, & illic quidem, ut aſſeris, ſumus: & hic quoque nunc habitaturi venimus. Et in hæc verba viſio finivit & ſomnus.

* al. Gebennam Geneve.

Apoſtolorũ Reliquias reverenter excipit.

56. Cumque confricata facie torporem ſomni depuliſſet ex vultu, conſpicatur eminus duos, qui ante biennium circiter diſceſſerant Fratres, eo adventare calle, quo ſanctos Apoſtolos per viſionem conſpexerat adveniſſe. Et proſiliens illico in occurſum, conſalutato quoque ea more, conſulit unde dilectiſſimi Fratres poſt tam diutinum commeatum ad Cœnobium repedarent. Nos, inquiunt, inter alia ad urbem uſque progreſſi, obtentis quoque Sanctorum patrociniis, ſub trina Martyrum ſera quidem, ſed fida interceſſione revertimur. Dominorum namque Apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ ditati Reliquiis; ad caulas repedamus antiquas. In loco igitur, ut notis eſt, ſubſiſtentes, currens Eugendus ſanctus ad Monaſterium, ipſe Patri & Fratribus adventantium Sanctorum efficitur nuntius, qui fuit paullo ante contemplator in viſione. Proſiliunt confeſtim obviam, & conſalutatis Fratribus, deoſculatiſque Reliquiarum vaſculis, cum tripudio in exultatione atque pſalmi ſono exhibitis, incluſis quoque ſub altari, patrocinantur nunc exorantibus indefeſſa virtute, quorum laudes ac merita nequeunt localiter coerceri.

Salem a Tyrreno mari petit.

57. Ut enim de Sancto ac beatiſſimo viro MARTINO dicamus, cujus mihi quoque vultum atque habitum cum ſuprafatorum ſecretiſſime ſolebat exponere: parumper vobis referre non pigeat. Quadam namque die dum diros metuunt ac vicinos Alamannorum *a* incurſus, qui inopinatis viantibus non congreſſione in cominus, ſed ritu ſuperventuque ſolerent irruere beſtiali: ad mortem aut ſuſpicionem mortis penitus evitandam, quæ crebro timoris jaculo toties interimit, quoties timetur: e limite Tyrrheni maris potius, quam de vicinis Herienſium locis, coctile decernunt petere ſal. Sed hoc totum ut fieret, caſilium & ordinatio beati viri perſuaſerat. Cumque emenſo bimeſtri tempore, nullum darent proprii adventus indicium, vertitur in Sanctum imputatio Fratrum, quod aliis e vicino quod timuerant, ſoſpitibus jam reverſis, non tam deſtinatis Fratribus exſilium, quam peregrinantibus propria perſuaſione dediſſet. Ille vero incertus de reatu, quia ipſus ancipiti abſtraxiſſet * eventu, metuens tamen ſaltem indebite increpari, miſericordiam Chriſti pro ſalute eorum diebus ſingulis exorabat ac noctibus. Cumque poſt lacrymas feſſus, fuiſſet ſoporatus in lectulo, ita claritate ſubita vallatur in grabato, ut ſe plus luce cerneret circumfuſum, quam ſi puriſſimi ſolis illuſtraretur allapſu. Illico juxta lectulum Beatiſſimus MARTINUS aſſiſtens, conſalutatum quoque qualiter valere interrogat. At ille: Bene, inquit, agerem, ſi de ſalute Fratrum quos, ut increpor, exſules feci, non haberer incertus. Et ille: Non meminiſti, ait, quia euntes mihi eos, id eſt Martino, in oratione proprie commendaſti? Hac namque nocte in Pontianenſi parochia manent: craſtina vero unus ex ipſis iſthuc veniet ſuſpicionem cunctis ablaturus ad manſum. Expergefactus igitur Chriſti homo, tamquam memoratos Fratres cunctis viſibiliter aſſignaret, ita diem & horam prædixit adventus, ut ipſe Sanctus Dei nuntiaverat, vel ipſi continuo ſunt regreſſi.

* al. obſtrinxiſſet.

S. Martinus apparet Eugendo.

Monaſterium ejus conflagrat, oleo S. Martini illæſo.

58. Nam & hoc quod inſequens relaturus ſum, licet nullus ambigat beatiſſimi Martini mirabilibus applicari, tamen ignoro quis tam ignarus ac brutus ſit, ut non illic ſpecialius noverit virtutum dona clareſcere, ubi per unitatem fidei familiarius concordans reſidere dignoſcitur gratia meritorum. Permiſit namque Dominus nocte quadam in ſecretario antedictum Sanctumque Martinum tentari quidem incendio, ſed probari. Sic igitur & Condateſcenſe Monaſterium exuſtum eſt quondam flammis, ſed tamen Martini oleum nullo flammarum eſt voratum incendio. Quodque etiam beatus Eugendus tanta patientia atque æquanimitate ſuſcepit, ut mox illi divina providentia non ſolum ad victum ſive veſtitum duplicia pro ſimplo reddiderit, verumetiam tabernacula ipſa multo utilius, congruentiuſque quam

---

a Hic Alemannorum nomine intellige Francor, ab antiquis Germanos dictos, qui Sequanos Herienſem inſulam, vulgo *l'Iſle de Nermontier*, in finibus Pictonum & Armoricorum adire non ſinebant.

CIRCA AN. 510 5. Januar.

quam fuerant in uſus priſtinos reſtauravit. Vice igitur quadam imminente veſpera omne illud, ut dixi, Monaſterium, quia erat ex lignis fabrefactum antiquitus, & non ſolum contignatis indiſcretiſque cellulis, verumetiam pulchre fuerat cœnaculis geminatum, ita ſubito redactum eſt in favillas, ut mane non ſolum nihil reſideret ex ædificiis, verumetiam celeritate arentis pabuli, ignis ipſe pene totus redderetur exſtinctus. Cumque Fratres illi prout quiſque ſarculum ſecurimve poſuerat, ferrum revera quod ſolum exuri nequiverat, prunis eventilatis inquirerent; ecce Antidiolus Presbyter ſanctus proſpexit ampullam cum oleo beati Martini, quæ ſalutis gratia ad lectuli ſui capitium dependebat, plenam, clauſamque, ut fuerat, poſt vaſta incendia, poſtque cœnaculorum deſuper ruentium, ardentiumque ruinas, ita integram, ac ſtabilitam inter fumantes ignium reſidere favillas, ut tres quondam pueros roſcidis refrigeriis legimus in camino Perſico claruiſſe. Quæ etiam ampulla cum oleo ipſo ad virtutum teſtimonium hodie uſque in eodem Monaſterio reſervatur. Unde non amplius ſub Eugendo ſancto incendiali arbitror caſui licuiſſe, quam (ut dixi) beatiſſimo quondam ceſſiſſe Martino: vel poſtmodum Condateſcenſes Monachos, cum oleo virtuteque Martini reminiſcimur evaſiſſe.

Valentiniano Diacono mortem prædicit.

19. Nam præter iſta, quæ ob meritorum virtutumque teſtimonium pauca perſtrinximus, tam præcipua etiam quæ puritate ſpiritus, divina illuminatione præſcivit, ut in corpore poſitus jam quodammodo cum ſupernis virtutibus clareſcere putaretur. Adeout vice quadam venerabilem virum Valentinum ejuſdem Monaſterii Diaconem commoneret ſecretius dicens: Conſtat te, chariſſime Frater, intra hos viginti circiter dies ex hoc ſæculo ad præparata præmia migraturum; & ideo quamlibet cautus peccatorum nexibus, paratus ad Dominum eas: moneo tamen, ut te ita circa clauſulam vitæ dum tempus ſuppetit, profectuum collatione ditifices, quo poſſis digna (ut vidi) acceptabiliorque hoſtia ex ara Chriſti aſſumi. Hac namque nocte veſtitum te niveis linteis a ſanctis Patribus vidi cum pſalmi ſono in altari hujus Oratorii imponi. Igitur licet meritum qualitatemque tuæ aſſumptionis agnoſcas, ſuadeo tamen ut tibi interim addas, quod poſſis illic felicitate perpetua poſſidere. Cumque ſermocinationem cum alacritatis lacrymis ac oratione compleſſent, poſt decem circiter dies febricula levi correptus, paulatimque inæqualitate vexatus, curſum vitæ præſentis explicuit. Ceterum ex cujuſlibet ſupervenientis perſonæ, ita per odoris fragrantiam fœtoriſque afflatum meritorum inſignia dignoſcebat, ut præſciret illico cui quiſque virtuti, vel vitio ſubjaceret. Nam & adventus Fratrum & ſæcularium expetantium fidem prius ſæpe prædixit, quam ulla Fratribus adventans præſentia noſceretur.

Occulta cognoſcit & futura.

Semper humilis.

20. Ita tamen magnis, eximiiſque bonis exuberans numquam ſe meliorem, eminentioremque altero vel leviter judicavit: ſed pietate aſſertus, non quid interim eſſet, ſed quam longe a perfectione adhuc eſſet, quaſi cunctis abjectior & infimus perpenſabat. Habebat autem, nimirum habitatore illuſtrante, magnam & in vultu lætitiam. Nam ſicut illum triſtem nemo unquam vidit, ita ridentem nemo aſpexit. Non illi beatorum Antonii atque Martini geſta aut mores unquam labebantur ex animo. Numquam iſte, ut de Antonio refertur, aut ira ſubita patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Numquam laudatus ac beatificatus inflatus eſt: numquam vituperatus fractus eſt aut triſtatus. Tantum namque lectione reficiebatur, ut cum lectitaretur ad menſam, ſæpiſſime futurorum victus affectu, velut in extaſi poſitus obliviſcebatur appoſitis. Nam præ gaudio attonitus peregrinationem præſentis vitæ deſpiciens, municipatum ſuſpirabat in cœleſtibus præparatum. Iſte namque illic poſt priſcis Patribus legendi propriæ invexit induſtriam.

Graviter hilaris

Lectione ſacra rapitur extra ſe

21. Iſte etiam, refutato Archimandritarum more, utilius omnes univit in medium. Deſtructis namque manſionum ædiculis, uno cunctos ſecum Xenodochio quieſcere fecit: ut quos cauſa unitæ refectionis una claudebat ædicula diſcretiſque lectulis, una ambiret & manſio: cui tamen lumen dici, ſicut in Oratorio, indeficiens noctibus præbebatur. Iſte, inquam, Abbas ſanctus nec menſulam ſuam (ut quoſdam facere nuper audivi a) nec victum unquam exceptavit a Fratribus: Omnibus omnino omnia erant. Non ille unquam imperio docuit, quod exemplo antea aut opere non complevit. Infirmis ſemper aut valde ſenibus clementiſſime obſequi fecit: adjiciens quoque ut ipſi illis a Fratribus in neceſſitate ſervirent, quos ægroti potiſſimum prælegiſſent. Et non ſolum faciebat alimenta convenientia miniſtrari, verumetiam propter laborem infirmitatis, donec ſanitas ſuppeteret, præſtitit ſequeſtratum reficere vel manere.

Numquam ſe a communi Fratrum menſa ſegregavit.

Erga infirmos & ſenes ut ſe geſſit.

22. Nam & ſæculi hominibus abſque perſonali acceptione ſe præbuit: pauperibus vero æque ut divitibus oſculum convictumque præſtitit atque conſeſſum: nimia cautela juxta Patriam Regulam ſervans, ne ſe conſpectui adventantium laicorum vel propinquorum ſaltem injuſſus Monachus præſentaret. Si quid vero cuicumque fuit a proximis fortaſſis oblatum, confeſtim hoc Abbati aut œconomo deferens, nihil exinde abſque paterno reſpectu præſumpſit imperio. Cellam, armarium arcellamve nullius illic omnino habuit unquam: nulla cuique de neceſſitate exigua proprietatis operandi dabatur occaſio. Nam uſque ad acum ipſam, lanaſque netas, etiam ſuendi conſuendique cuncta præbebantur in medium, dummodo ſubtiliſſima

Nulli monacho aliquid proprium ſivit habere.

---

a An diſcipulos intelligit S. Benedicti, qui Regulæ cap. 56. præſcribit, *Ut menſa Abbatis cum hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper*. Quamquam Menardus noſter in Conc. Regul. cap. 63. de menſa intra Refectorium commune poſita id interpretandum recte probat.

CIRCA AN. 510 1 Januar.

tiliſſima Fratribus deviandi eximeretur occaſio. Inter hæc autem omnia omnibus proprietatis cauſa ſolum legere licuit aut orare. Ceterum novit fraternitas cuncta quæ dico: numquam in Cœnobio declinandi cauſas deeſſe maximas, ubi non propelluntur etiam minima.

NOTA. De inſtituto Monaſterio S. Eugendi.

23. Et quia ſermo attulit, ut de inſtitutione Patrum per imitationem B. Eugendi aliqua tangeremus juxta promiſſum, quod memet prædiat tertio opuſculo ſervaturum, prout memoriæ, Chriſto inſpirante, ſuggeritur, abrenuntiantium exordia primitus intimamus. Sic namque quod non illa omnino quæ quondam ſanctus ac præcipuus BASILIUS Cappadociæ urbis Antiſtes, vel ea quæ Sanctorum Lirinenſium Patres, ſanctus quoque PACHOMIUS Syrorum priſcus Abbas, ſive illa quæ recentior venerabilis edidit CASSIANUS, faſtidioſa præſumptione calcemus: ſed ea quotidie lectitantes, iſta pro qualitate loci & inſtantia laboris invicta potius quam Orientalium perficere affectamus: quia proculdubio efficacius hæc, faciliuſque natura vel infirmitas exſequitur Gallicana.

S. Eugendus ægrotans inungitur.

24. Igitur quia oratiuncula hæc noſtra inſtar gubernatoris trepidantis, inſtitutionis pelagos contemplata, circumſpiciens undique portum ſilentii gaudet attingere: paululum circa tranſitum geſta beatiſſimi viri referam. Cum enim ultra ſexagenariam ætatem ſex fere menſibus prædictus Pater inæqualitate corporea laboraret, ſic tamen quod numquam canonico uſque ad horam defuiſſet Curſui, nec bis in die feſſo corpuſculo coactus aliquid fuit impertire, vocato ad ſe uno de Fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungendi infirmos opus injunxerat, ſecretiſſime quoque ſibi pectuſculum petiit, ut moris eſt, perungi. Cumque exacta nocte de nocturna quoque quiete a nobis percunctaretur, diluculo in lacrymas ac „ ſingultus erumpens; Parcat vobis Omnipotens Deus, ait, qui me tanta iniquitate conſtri- „ ctum, non permittitis corporeis vinculis jam reſolvi. At cum trepidi inter profuſas lacry- „ mas, convulſis quoque in corde ſingultibus, ſileremus: Domini mei, inquit, Abbates RO- „ MANUS ac LUPICINUS propriis humeris feretrum, ante hunc lectulum exhibentes, „ me quoque deoſculatum atque compoſitum elevantes, deferendum geſtatorio immiſerunt. „ Cumque elevatum in Oratorium introferrent, concurrentibus vobis in oſtio, violenter ex- „ cuſſus, in hoc ſum a vobis lectulo reportatus. Et ideo rogo, ſi quid ſeni, ſi quid vero pa- „ ternæ pietati præſtatis, ne me iſtic retinere diutius, ſed tandem tranſire permittatis ad pa- „ tres. Oro ergo omnes & obſecro filioli, ut accepta ac tradita Patrum in omnibus inviola- „ biliter inſtituta, ad gaudium meum Sanctorumque omnium ac veſtrum, ad palmam vi- „ ctoriæ perducatis.

Suis dat monita.

Obdormit in Domino.

25. Igitur cum verba inter lamenta noſtra compleſſet, quinto admodum die huic ipſi lectulo ſemet imponens, ſubito tamquam dormiens viſus, animam exhalavit *a*. Cujus functum ac beatum corpuſculum inter catervas filiorum ac Fratrum, poſteritatis quoque deſerviente famulatu, venerabiliter eſt in Chriſti nomine conſepultum.

Auctoris liber de inſtitutione Monaſterii Agaunenſis

26. His interim fidei fervoriſque veſtri ſitim, o Sanctiſſimi, exſatiatis tantiſper deſideriis, reficite Fratres. At ſi animos veſtros ſpreta dudum Philoſophia, ruſticana quoque garrulitas exſatiare nequiverit, Inſtituta quæ de informatione Monaſterii veſtri, id eſt Agaunenſis Cœnobii, ſancto MARINO *b* Presbytero inſulæ Lirinenſis Abbate compellente, digeſſimus, deſideria veſtra tam pro inſtitutionis inſignibus, quam pro jubentis auctoritate, Chriſto opitulante, luculenter explebunt.

DE S. LEONIANO ABBATE VIENNENSI.

CIRCA AN. 510 16. Novem.

1. *JACOBUS Sirmondus in Notis ad Aviti Epiſcop. Viennenſis epiſt. 77. duos diſtinguit* LEONIANOS *ætate pares: unum Archidiaconum, cujus nomine Avitus prædictam epiſtolam* ad virum ſpectabilem SAPAUDIUM *ſcripſit, quem* LEONIANUM *Sirmondus eumdem*

a Quo S. Eugendus anno diem ſupremum expleverit, non conſtat. S. Romanus primus Abbas Condateſcenſis a B. Hilario Arelatenſi Epiſcopo Sacerdos ordinatus eſt, quando *antedictus Hilarius venerabilem Celedonium Veſontionenſis Metropolis Patriarcham a Sede Epiſcopali, nulla exiſtente cauſa, dejecit*, inquit Vitæ S. Romani ſcriptor anonymus apud Bolland. *Ob quod in audientiam Beati Papæ Leonis Romæ male geſſiſſe convictus, reſtituto quoque in Epiſcopatu Celedonio, Apoſtolica auctoritate ob uſurpationem illicitam regulariter eſt increpatus*, ſcripta a S. Leone epiſtola (ut erudite adnotat Bollandus) ad Epiſcopos provinciæ Viennenſis, miſſa cum Novella Valentiniani III. Imperatoris ad Aetium, *data Romæ 8. Idus Junias, Valentiniano Auguſto 6. Conſule*, ſive anno 445. Proinde anno ſuperiore Romanus ad Sacerdotium promotus eſt, facileque ad annum 460. pervenit, Lupicinus vero ipſius frater & ſucceſſor ad annum circa 480. cui ſucceſſit Abbas anonymus, ſupra in Vita S. Eugendi, num. 7. memoratus, hicque demum excepit S. Eugendum: qui cum anno circa 455 Romano & Lupicino ſeptennis fuerit oblatus, ac ſexagenarius mortuus ſit; annum Chriſti prope 510. attingere potuit.

b Quænam ſint illa Inſtituta, incertum eſt. In Codice Regularum exſtat Regula Monaſterii Tarnatenſis, quo nomine Agaunenſe intelligendum putant, ſic dictum a Tarnade opidulo proximo, Cœnobii Agaunenſis celebritate poſtea obſcurato. Certe ſi quæ alia Agaunenſium Regula ab iſtius Vitæ Scriptore condita eſſet, ignota haud fuiſſet Benedicto Anianæ Abbati, qui in Concordia Regularum Tarnatenſem ſæpius, Agaunenſem nuſquam citat Regulam. Et tamen Regula quæ exſtat Tarnatenſis elegantiorem ſtilum præfert quam iſte Auctor in Actis a ſe conſcriptis adhibeat: nec in ea fit ulla mentio Marini ſeu Martini (ut codex Compendienſis ſcribit) Abbatis Lerinenſis, qui ex hoc dumtaxat loco notus eſt.

CIRCA AN. 510 16. Nov.

dem eſſe cenſet cum Leoniano famulo Maximi Epiſcopi, in cujus gulam Avitus epiſt. 65. luſit: alterum moribus longe diſſimilem, S. LEONIANUM *Abbatem Viennenſem, de quo hoc epitaphium Sirmondus refert ad ejus ſepulchrum in ſuburbana Æde S. Petri poſitum his verbis.*

EPITAPHIUM S. LEONIANI.

HIC vir ſanctitate conſpicuus in hac urbe Viennenſi Abbas exſtitit, Sabbaria Pannoniæ ortus, a Barbaris captivatus, Gallorum finibus devenit, Auguſtoduni primum, deinde Viennæ clauſtro peculiaris cellæ concluſus, quadraginta plus annis tali ordine Chriſto militavit, tantæ diſtrictionis ut pene vultu omnibus undequaque venientibus ignotus introvixerit, cum eſſet verbo doctrinæ multis ad ſalutem notiſſimus. Itaut juxta cellulam ſuam quamplurimos Monachos erexerit, Monachos vero ambitu Monaſterii infra urbem incluſos ad ſexagenarium numerum mirabili ordinatione paverit, & diſciplinabiliter cuſtodierit.

2. *Iſta omnino concordant cum iis, quæ de eodem S. Leoniano memorat ſcriptor anonymus Vitæ S. Eugendi num. 5. quam mox retulimus: niſi quod extremam periodum de Monialibus, non de Monachis effert hoc modo:* Monachas vero procul intra urbem Monaſterioque conſeptas ultra ſexagenarium numerum admirabili ordinatione rexit & aluit, præmiſitque maximas, magnas interim ſucciduaſque in ſpiritu non dimiſit. *Huc facit quod de S. Leoniano ſcribit Joannes a Boſco in lib. de Vienna antiquit.* Vivebat tunc (*Nimirum circa annum* 500.) S. Leonianus B. Petri Viennenſis Abbas, qui Monaſterium B. Andreæ in colle civitatis erexit, in quo REMILIAM poſtea Monaſterii S. Andreæ inferioris fundatricem ſub Regulari diſciplina educabat.

3. *Ex his intelligimus dubia eſſe fidei quæ in Vita* * *S. Aniani Aurelianenſis Epiſc. de S. Leoniano commemorantur.* S. Anianus Viennenſis civitatis opido fuit ex parentibus nobilibus oriundus: cujus germanus S. LEONIANUS ad Orientalem plagam foris jam dictæ civitatis in Baſilica S. Petri, ubi S. Deſiderius Martyr in corpore requieſcit, eſt cum magno decore humatus. *Neque enim S. Leonianus originem duxit ex urbe Vienna, ſed ex* Pannoniis, *ut ſcriptor Vitæ S. Eugendi loquitur, ſeu ex* Sabbaria Pannoniæ opido, *ut præfert S. Leoniani epitaphium: nec facile proinde germanum habere potuit S. Anianum Viennæ progenitum, niſi Leoniani parentes Viennam per captivitatem abductos dicemus. Demochares id explicat de Vienna Auſtriæ, quod Scriptoris intentui repugnat.*

* edita in Probat. Hiſt. Eccleſiæ S. Aniani Aurel. pag. 4.

4. *In Vita S. Clari Abbatis Viennenſis Monaſterium S. Petri, in quo S. Leonianus ſepultus eſt,* ad Auſtralem urbis partem, *non vero* ad Orientalem, *ut in Vita S. Aniani, ſitum legitur.* Porro S. Petri Monaſterium ad Auſtralem partem urbis ſitum quingentos pene Monachos continebat. *Quod quidem præferendum, ſiquidem S. Petri Suburbium ad portam Avenionenſem poſitum eſt.*

CIRCA AN. 515 26. Junii.

VITA S. MAXENTII ABBATIS PICTAVENSIS.

Ex MSS. codd. Monaſt. Compend. & V. C. D. d'Herouval.

1. SANCTUS igitur ADIUTOR, qui & MAXENTIUS *, Agathenſis urbis incola, nobilibus quidem parentibus ortus, meritis tamen & fide infantiæ exuberans natale, ad celſitudinis divinæ præmium pervenit vitale, qui cum ad intelligibilem perveniſſet ætatem, S. Severo Abbati in Monaſterio *a* traditur imbuendus. Interea ſalubri, ac ſedulo a S. Severo commonetur alloquio, ut fugiens vitanſque ſæcularia clericalem valeret aſſequi diſciplinam. Cumque ejus autem dictis accommodaret, ejuſque in eo prævaleret ubertim doctrina, ita ſe cœpit divino operi mancipare, ut cunctis ſe cernentibus velut jam futurus in Eccleſia Præſul cerneretur. Cumque in eo Evangelica relucerent præcepta, quidam eum nimiis attollere cœperunt laudibus, quidam vero accenſi zelo invidiæ ejus felicibus actibus invidere, qui etiam magis a populis abhorreſcens laudari quam

* S. Maixent

Maxentius S. Severi diſciplinæ ſe tradit.

a Gregorius Turon. in lib. 2. Hiſt. cap. 37. *Cujus Monaſterii,* inquit, *nomen lectioni non indidi, quia locus ille viſitur, hodieque Cellula S. Maxentii vocatur.* Supereſt in noſtrum uſque tempus idem Monaſterium haud ignobile, a Calviniſtis licet diue & ſacrilege violatum, paullo infra ortum Separis fluvii, & S. Maxentii opido nomen dedit. Celebratur maxime ob ſepulchrum S. Leodegarii Martyris & Epiſcopi Æduenſis, qui ibidem Abbas fuit, & poſt mortem diu jacuit. A primæva Benedictinæ Regulæ propagatione iſtud Cœnobium Ordini noſtro fuit addictum. Certe in Charta Pippini Aquitaniæ Regis data anno 828. Monachi apud Pippinum querelas deponunt, quod *in laicalium manus locus Domino ſacratus pervenerit, nec habeant Abbatem Monachum, qui hanc Abbadiam ſecundum Regulam S. BENEDICTI haberet traditam,* ſed *Abbatem* ABBONEM *nomine, qui nullo modo videtur Abbas, quia non habuit hunc locum ſic traditum, veluti S. Benedictus Abbates Regulares juſſit inſtituere.* Quorum expoſtulationibus Pippinus fecit ſatis.

CIRCA AN. 615 26. Junii

quam ab æmulis detrectantibus vituperari, fertur a propria regiona diſceſſiſſa: Cumque idem vir Sanctus a proprio diſcederet ſolo, tanta aquæ ſterilitas accidit, ut duobus & eo amplius aoois in eadem nequaquam pluetet regione. Cumque a parentibus ſuis & ab omoibus civibus ejuſdem regionis quæreretur & inveniretor, ad propria remeavit. Moa ut io prædictam regionem intraſſet, taota aquarom dicitur inundaſſe copia, ut non ſolum homines & jumenta, verumetiam arbuſta gauderent & ſata. O virum ineffabilam ac laude dignum, qoem nec lingua ſari, nec meus cujuſquam quanti ſit meriti poterit aaplicare.

Pluviam cœlitus impetrat.

2. Poſthæc iterum progrediens de regione ſua ad Diœceſim Pictavenſis civitatis, in qua Sancti ſedes habebatur Hilarii, relinquens omnia ſua & dans pauperibus, ibiqua io Monaſterio S. AGAPITI Presbyteri vel Abbatis providus ſe collocavit. Cumqua in idem Monaſterium ab eodem venerabili viro ceteriſque Monachis grataoter eſſet receptus, cootiouo nomioia ſui vocabulum, quod per Baptiſmum acceperat, ne propioquorum dilectione aut civium ſuorum in ſancta via per quam Chriſtum ſequi cœperat impediretur, occolte ſibi voluit immutare; ot qoi prius fuerat nuncopatus ADIUTOR, MAXENTIUS poſtea vocaretur. Cujus opera vel merita B. AGAPITUS divina revelatione cognoſcens & ejus Monachi, Abbatem onanimiter elegerunt. Erat autem idem Maxentius io pſallendo ſedulus, in vigiliis caperrectus, in jejuniis continuus, io eleemoſynis promptus, in oratione creberrimus, in humilitate fundatus, in charitate perſectus, io caſtitate glorioſus, & io omni ſancta converſatione ſanctiſſimus & in litteris beoa doctus. Omnino non putavi illud ſilendom quod valde aoimis eſt humanis mirandum.

Ad S. Agapitum ſe recipit.

Nomen ſuum mutat, & ſit Abbas.

3. Eo tempore cum jam Præſol Monaſterii ſacris actibua approbatus idem vir ſanctua haberetur & paſtor, multoties aves feræ relictis nemorum ramis in manu illius modo grana tritici modo paois fragmeota ſumebant. Ex illo jam tempore illius Sanctiſſimi viri oomen & virtus emicuit, quia cum indomiti paſſeres in deatera illiua meoſæ reliqoias colligebant, maoſuetudioem & ſaoctitatem ejus populi compererant. O quam dulcis, o quam ſoavis & mitis vir iſte Maaentios.

Aves paſcit

4. Quodam tempore contigit, ut quidam a civibus præfatæ urbis Pictavenſis, habens filium lactentem ſepteois fere menſibus educatum ſupplici prece depoſceret S. Maaentium ut eum ſacris fontibus abluendum offerret, ac renatum propriis olnis digoaretor elevare. Qood vir Saoctus charitate commotus oon recuſavit. Comque eum ad baptizandum S. Agapito Presbytero tenſis brachiis obtuliſſet, continuo rudis infaotis lingua diſſerit, & ſe credere ore proprio ſanctam confitetur Trinitatem, ac ſymboli plenitudinem credentibos ad vitam prodeſſe perpetuam: io aujus parvuli confeſſione populi Chriſtiani aaulcabant, fides Catholica augebatur, turba Judaica triſtabacur. Quanta putamus ſit virtua lo B. Maxentio, cujus meritis ante tempua eloqoiom infaotis formatur?

Loquendi facultatem puero impetrat.

5. Contigit autem in illis diebus ut puer cujuſdam ſobolis ſeptimo ætatis ſuæ anno, perurgente caſu mortiſero, ſpirito exbalato jaceret mortous. Cum autem parentes ejus nimium eum plangerant, & Dei militem obſecrareot, pro eo hic protinus exiliens impiger ad viſitandum corpus exauime veloci greſſo pervenit. Qui cum cœlum flendo fidei oratione pulſaret, gratia divina lo ſe operaota mortoom revocavit a funere, genitotem lætificavit ex prole, & Chriſtom acclamantibus turbis clarificavit ea opere.

Alium revocat ad vitam.

6. De hoc non eſt nobis prætermittendum, quod hic vir ſanctus ſæpius viſitabatur ab Angelis: adeo ut ſplendore cellula in qua pſallens jugiter habitabat, veluti micantiom globis aſtrorum videntibus miniſtris vel Monachis ſuis ſæpe præfulgida relaceres. Refectio ejus erat panis hordeaceus & aqua, frequenter tamen divinis dapibus paſcebatur ab Angelis. Diebus ſanctæ Quadrageſimæ ſic ſe divinis occupabat officiis, ſic ſematipſum exercebat vigiliis, ſic orationibus incumbebat, ut ſe incurvando ac divinis conſpectibus humiliando ad inſtar camelorum in ejus ſacris membris velut gibbi apparerent effecti.

Ab Angelis viſitatur.

Auſteritas ejus & oratio.

7. Factum eſt ut quodam tempora æſtivo Monachi inter opera æſtuantes ſiti nimia gravarentur. Tunc S. Maaentius fideliter Dominom cum pſalmorum capitulis poſtulans preces fudit pro eis. Oratione vero completa, ſiao baculo, quam dextera tenebat in arva, io coospectu aſtantium fons vivus defluait, unde & ille & Monachi Deo gratias ageotes ſitis validum ardorem extinaerunt, ex qua & moltorum languentium membra variis infirmitatibus uſque in hodiernum diem ſanantur. Nam conſtructa deſuper Baſilica io honore S. Martini Aotiſtitis in eo loco divino munere multis præmia ſanitatis conferuntur.

Fontem divinitus impetrat.

8. Eodem tempore contigit ot Franci cum Gothis conflictu bellico advenirent præcedente eis CHLODOVAO Rege. Cum autem Monaſterio propinquaſſeot in qoo S. Maxentius Paſtor habebator, inſtincto cogitare cœperunt ut idem Monaſterium debellare deberent & Saoctum virom occiderent. Tunc antiquus hoſtis diabolus immiſit in corde cujuſdam ex barbaris qoi ad debellandum Monaſterium venerant, ut caput Sancti viri gladio amputaret *a*. Cumqua ſupradictus barbarus manum impudicam audacter eatenderet ut eum decolla-

Barbarus gladium in Sanctum diſtringens in rabiem vertitur.

---

a Idem refert Gregorius Turonenſis *lib.* 2. *Hiſt* c. 37. ut rei eventum aliter deſcribit his verbis. *At ipſe*, miles, *ad pedes beati viri veniam depoſcens ſternitur, Quod videntes reliqui cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipſi pariter interirent. Hujus vero brachium beatus Confeſſor cum oleo benedicto contrectans, impoſito ſigno crucis reſtituit ſanum, ejuſque obtentu Monaſterium permanſit illæſum.* Addit vero, *Multaſque & alias virtutes operatus eſt, quas ſi quis diligenter inquiret, librum vitæ illius legens cuncta reperiet*. Porro hoc contigit anno 507. quo Chlodoveus Alaricum profligavit.

CIRCA AN. 515 26. Junii. collaret, ſuſpenſo in aere gladio & manus gladiatoris inaniter manſit exerta; & cervix ſancti viri permanſit illæſa. Poſt paullulum autem ſemetipſum dentibus laniare, ac proprium corpus crebris cœpit vulneribus lacerare. Tandem vero idem demens accenſus inſania propriæ infelix extitit homicida, reliqui vero ſunt repente luminibus cæcati, mente turbati, ſenſu immutati, ut vix alter alterum recognoſceret. Cumque hæc ad aures Principis perveniſſent Chlodovei, accurrens ocior ipſe ad ſanctum virum pervenit, ſe ſeque proſternens in terram humiliter adoravit & veniam ſibi ſuiſque poſtulavit. Qui locus in quo idem princeps ad pedes Sancti viri jacuerat, in eodem Monaſterio uſque in hodiernum diem apparet. Quo viſo vir Deo plenus motus precibus Regis ſigno Crucis ſuper eos expreſſo & eulogiarum ex panis fragmine benedictione largita ſanitatem intulit & eos incolumes ad caſtra redire permiſit. Hi vero qui impio corde in caſtris remanſerant, eamdem patiebantur inſaniam. Quo audito vir Dei Maxentius panem eis ſanctificatum miſit velocius, ſicque factum eſt ut omnes ſalutem corporis & animæ reciperent. Rex vero multis impenſis Sanctum honoravit Maxentium, deditque ei tunc temporis villam vocabulo Milon necnon & alia multa. Ab illo autem die & deinceps ita eum dilexiſſe ut proprium dicitur filium, eo quod eum virum agnoverit ſanctiſſimum.

Maxentius a Chlodoveo honoratur.

9. Poſt hæc autem inſignia miracula, accidit ut quidam cultor ſegetis ad evellendam radicitus ſilicem Die Dominico properaſſet in meſſem, cujus herbæ peſſimæ incrementa dum viribus abſtrahere vellet, manus ejus circumſtricta per biennium manſit, ita ut nullus medicorum ei poſſet adhibere medicinam. Tandem vero ad ſanctum perrexit Maxentium, cujus vir Dei Maxentius intuens debilitatem ſundens Domino orationem, hominis manus integram ſanitatem reddidit. Simili modo mulier quædam opus lanificium bajolans cupiditatis ſtimulo impellente in die Dominico fila torquebat, & manus ejus ſimili damnatione ſuot inutiles factæ. Quæ venit ad virum Dei, & ille mox per ſignum ſanctæ crucis reddidit eam ſanam. Quia longum eſt ire per ſingula, ſufficiant hæc de plurimis vel pauca. Satis ſit in excellentibus ejus miraculis veritatem non ſubtrahere & in multis faſtidium vitare.

Prævaricatores obſervantiæ diei Dominicæ a Deo mulctati per S. Maxentium ſanantur.

10. Idem vir ſanctus poſt ſexageſimum & ſeptimum annum, velut B. Martinus Turonenſis Epiſcopus longe ante obitum ſuum præſcivit, & Monachis ſuis diſſolutionem ſui corporis indicavit. Namque præfatus eſt eis ſe tranſiturum de mundo ad Chriſtum ſexto Kalendas Julias hora diei nona, quod ita avenit ut vir ſanctus prædixit [a]. O virum ſanctiſſimum, qui & Angelorum participare conſortium, & in morte de mortis auctore triumphum meruit habere. O vere felix & mirabilis vir iſte Maxentius, qui & aliis ſuis meritis largitus eſt ſanitatem, & ſibi ipſi a Chriſto promeruit feliciter æternitatem. Quanti poſt tranſitum illius ab eo cæci illuminati, ſurdi & muti propriis officiis reſtituti, leproſi mundati, hydropici curati, claudi roborati, vincti de carceribus erepti, quantique a dæmonibus ſunt liberati; humano nequeunt ore enarrari per ſingula. Illud tantum nunc reſtat agendum nobis, ut eum ſimplici ac devota mente poſcamus eum, quatinus in cœlis nobis ſuis precibus ſalutem obtineat mentis & corporis, ut in præſenti Chriſto placere valeamus & in futuro vitam mereamur adipiſci ſempiternam. Amen.

Maxentius fere ſeptuagenarius obit.

Miraculis celebris.

CIRCA AN. 520 25. Decem.

VITA S. MAXIMINI ABBATIS MICIACENSIS,

Auctore anonymo perantiquo.

Ex MS. cod. S. Benedicti Floriac. & ſchedis V. C. D. d'Herouval.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Miciacenſe Monaſterium a S. Euſpicio circa annum Chriſti* 500. *prope urbem Aurelianam conſtructum, duos ſæculo ſexto Abbates ſanctos protulit cognomines*, MAXIMINUM * *Seniorem*,

* S. Meſmin.

---

[a] Ex charta quadam edita a Joanne Besly in Hiſt. Duc. Aquitaniæ pag 427. diſcimus S. Maxentii corpus in Armoricæ Monaſterium, S. Maxentii dictum, Abbatiæ S. Salvatoris Rothonenſis ſubjectum, a Salomone Rege anno circa 866. fuiſſe tranſlatum. Aſt cum inde ad Pictavenſes reduceretur, audita Normannorum incurſione per illam provinciam delatum fuiſſe *ad Candatenſem Eccleſiam ſuper illud flumen quod vocatur Bebronus* *, *comparatam ſexaginta ſolidis cum omni ſuo territorio*, ubi *demorati ſunt Monachi* S. Salvatoris Rhotonenſis *in honore S. Maxentii cum una capſa eburnea plurimorum Sanctorum Reliquiis plena*. Urgente iterum Normannorum vaſtatione prædicti Monachi *deportarunt corpus B. Viri honorifice in Autiſiodorum pagum cum adjutorio Ricardi Comitis*. Pictavenſibus tandem corpus ſacrum repetentibus *promiſerunt Monachi corpus B. Viri cum capite ſuo, exceptis maxillis, Pictavim deportare & Vitam illius & Miſſale*. At tandem conventum eſt, ut prædicti Monachi eſſent *ipſius corporis ſine fine cuſtodes cum auctoritate & ſecuritate Ebuli Comitis*. *Factum eſt hoc* 12. *Kal Julii Feria* 2. *ab Inc. Domini anno* 924. In Chronico Malleacenſi, *Anno* 1059. *corpus B. Maxentii Adjutoris oſtenſum eſt*, & *conditum ei ſepulchrum novum* 6 *Non. Octob*. S. Maxentii magna pars Reliquiarum in Monaſterio S. Leodegarii de Ebrolio diœc. Claromontenſis etiamnunc aſſervatur, quædam particulæ in proprio Monaſterio Pictavenſi.

* nunc Sivolis la Sioule.

niorem, qui primus poſt Euſpicium eidem Cœnobio præfuit; & MAXIMINUM *Juniorem, qui poſt S. Avitum Maximini ſenioris ſucceſſorem, & S. Theodemirum avunculum ſuum Paſtoris curam geſſit, ut ex Letaldo in libro* * *de Miraculis S. Maximini Senioris diſcimus.* CIRCA AN. 520 15. Decem.
Maximini Junioris Acta exciderunt, Senioris Vitam hic ſubjicimus a duobus Auctoribus ſcriptam, uno anonymo, quem ſæculo 7. vixiſſe ex cap. 15. conjicimus; altero nomine BERTOLDO *tempore Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi, cui ſuum Opuſculum dedicavit. Letaldus in Prologo Mirac. S. Maximini Bertoldum vocat* eruditiſſimum virum, qui vitam veterem Patris Maximini dicitur edidiſſe. *Et tamen Bertoldus ipſe* priſcorum Patrum *de Maximino* monimenta *a ſe tantum eruuta in Carmine ad Jonam Epiſcopum fatetur.* * infra, n. 10.

2. *Poſt duplicem S. Maximini Vitam referimus Librum ejus Miraculorum a Letaldo Miciacenſi Monacho compoſitum, quem Letaldum eumdem eſſe putamus cum Vitæ S. Juliani Cenomanenſis Epiſcopi expolitore, etſi Poſſevinus hunc Monachum Cenomanenſem exiſtimet. In illis Miraculis ſeriem Epiſcoporum Aurelianenſium, Abbatumque Miciacenſium inſerit Letaldus, qui tempore Ermenthei & Arnulfi Epiſcoporum atque Aunonis Abbatis ſub finem ſæculi 10. ſe vixiſſe teſtatur cap. 11. & ſeqq. diſtinguendus a Letaldo Abbate Miciacenſi, de quo iſte cap. 4. agit.*

3. *In cod. MS. Bibliothecæ Regiæ priori S. Maximini Vitæ præfiguntur ſine titulo verſus nonnulli, Carolo Calvo Imperatori (ut quidem videtur) inſcribendi, quos hic præmittendos duximus.*

REX genus egregium, ſine quo nil nobile conſtat;
Nec clarum cenſetur opus; gens Francica torpet,
Et Procerum vileſcit honos, ac jura fatiſcunt,
Eccleſiæ dotes pereunt, ſimul ipſa ruinam
Atria Templorum per te fundata minantur:
Te ſine non potis eſt reparari machina Regis
Exaltata manu, nec habent tentare minores.
Magnos magna decent, parvos ſua parva ſequantur:
Accipe priſca Patrum noſtrorum geſta colenda.
CHLODOVÆUS quondam Francorum nomen adeptus
Regis, & inter eos primos Baptiſmatis unda
Qui meruit tingi, morum diademate cinctus:
Culmina Cœnobii noſtri conſtruxit, honoris
Mirifici largitus opes numquam perituras.
Sed fera tempeſtas noſtros invadere fines
Gens inimica * tibi temerato cœpit abuſu;
Omnia dilanians, cædens; a vertice ſerpens * Normanni
Ad terræ facies omnis ſtructura cohæret.
Quod ſi virtus & morum nomina, quotque
Sanctos terra viros aluit, genuitque, fovitque
Cœli porta, domus Divina, promiſſaque tellus;
Noſſe optes; relegas antiqua volumina reſtat.
Sed quid id eſt? Natus item Chlodoveus * alter, * id eſt, Ludovicus Pius
Nomen idem, ferme ſimiles ſcribendo figuræ:
Idem zelus edit animi, cultuſque ſaluber.
Una valde tibi gradui ſuperaddita ſummo
Gratia ſcripta manet *, meritis lucrata Regentum; * id eſt, dignitas Imperatoria
Incaſſum meritos homines nec tempora vertunt.
Hæc Regalis ſervantes veſtigia formæ
Muri prætendunt oculis viſenda ſerenis.
Saltem Patroni devote cerne ſequentes
Inſculptas notulas. Utinam ſtuduiſſet arundo
Percelebres celebri celebraſſe carmine Sanctos.

Sequuntur nomina Sanctorum, ut patet per metra,

Sunt numero Maximinus prior, atque ſecundus,
Euſpicius, Theodemirus, ſimul & Leobinus
Dulcardus, Lætus, & Agilus ^a^ fit Phaimbaldus:
Additur Urbicius, Senardus, Avitus, Amator,
Carileſus, fit eiſque Panacius, atque Viator.
Suntque Leonardi duo, fit Conſtan-que-tianus
Sit Rigomarus eis, Launomarus atque Liſardus:
Quos omnes ſacra Relligio probat, atque rependunt
Mœnia Regali fabricata munere dudum.

a S. Agilus, cujus Acta habet Surius 30. Aug. non videtur fuiſſe Monachus: nec Leobinus, Launomarus, Conſtantianus degiſſe in Monaſterio Miciacenſi, ſed fortaſſe inde ſua inſtituta hauſerunt,

Digitized by Google

CIRCA AN. 520 15. Decem.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. PLURES fuiſſe ſectas quæ ſapientiam profiterentur inter eos, quos priſca ſæcula pepererunt, manifeſtum eſt. Sed inter omnes illi judicati ſunt ſummam ſapientiæ attigiſſe, qui trivium illud rerum conati ſunt, in quo cernitur Divinarum, (Quinam ſapientes.) humanarumque peritia rerum, quod conſtat in Phyſica, & Ethica & Logica, quæ Latine dicuntur Naturalis, Moralis & Rationalis, timari. Sed ſecundum Scripturam quia ſæculi ſapientes non cognoverant Dei ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Nam naturas rerum quantolibet quis calleat mentis acumine, comprehendi non (Baruc. 3. 18.) poſſe teſtatur liber Beati Job, qui refert Dominum ob talem inſolentiam comprimendam eidem viro rerum cauſas incomprehenſibiles oppoſuiſſe ab eo loco ubi dicit: *Ubi eras quando* (Job. 38. 4.) *ponebam fundamenta terræ*, uſque ad finem ipſius interrogationis. Porro moralitatem veram certum eſt eos invenire nequiviſſe, cum multa de ea dixerint & ſcripſerint, utpote qui gloriam captando popularem tantummodo de ea verbo tenus ſcripſerunt, ſed mentis intuitum non in debito fine collocaverunt. Porro autem quando ratione participarentur divina, *qui cum* bonitate naturæ & ingenii vivacitate *Dominum cognoviſſent*, ſicut ait Apoſtolus, *non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis,* (Rom. 1. 21.) *& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt:* quorum ſequaces adhuc non deſunt, qui cum magniloqui eſſe putent, inventa eorum perſcrutari, & jactanter affari eorum ſtultitiæ videntur & probantur implicari.

2. Nobis autem talia reſpuentibus adeſt vera Phyſica in hiſtorica narratione, vera Logica in fidei ſpei & charitatis contemplatione, vera Ethica in præceptorum Divinorum exe(Vera ſapientia apud ſolos Chriſtianos A Salomone docta.)cutione. Quam Dominus Philoſophiam diligens, præmiſit typicum Salomonem qui in tribus monumenti ſui Libris, eamdem Philoſophiam ſectandam nobis reliquit, dum in Eccleſiaſte naturalium vim rerum, & in Proverbiis inſtituit diſciplinam morum, in Cantico autem Canticorum ſub velamine allegoriarum docuit quærendas atque rimandas cauſas rerum Divinarum. Unde & eamdem noſtram Philoſophiam bis tribus ſemitis veris quodam(Prov. 22. 30)modo docuit eſſe commendandam dum dicit: *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter*. Hanc etiam ve(Matth. 11. 19.)ra Dei ſapientia quæ Chriſtus eſt, non tumore inflante, ſed charitate ædificante docuit eſſe (Quinam ejus capaces.) ſectandam, dum dicit, *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde*. Hanc non inventuros ſuperbia inflatos, ſed Spiritu ſancto illuminante humiles percepturos vidit cum exultans ſpiritu Patri gratias retulit dicens: *Confiteor tibi Domine Pater cœli & terræ, quia abſcondiſti* (Ibid. 25.) *hæc a ſapientibus, & prudentibus & revelaſti ea parvulis*. Et ut oſtenderet non in homine eſſe ut ad talia perveniat, ſed in ſapientiæ diſpoſitione Divinæ, addidit: *Ita Pater quia ſic placitum fuit ante te*.

(S. Maximinus ejus ſectator.) 3. Eorum ergo parvulorum ſpiritu unum non mundana ſapientia tumidum ſed virtutum claritate conſpicuum noſtro loco & ſæculo omnipotens ſapientia deſtinavit MAXIMINUM re & nomine dignum, qui etſi non rivos profudit magnæ eloquentiæ, ejus tamen (Prov. 8. 6.) extitit ſectator ſapientiæ, quæ dicit: *Videte quia de rebus maximis locutura ſum*. Porro adventus ejus cauſam quantum notitiæ humanæ datur, pauca adnotabo, ſimulque Philoſophiæ ſpiritalis ſtudia vel breviter attingam. Indignum namque atque expers a Chriſtiana doctrina videtur, ut cum falſorum Philoſophorum Diſcipuli Magiſtros ſuos laude dignos ducant, & quanta poſſunt virtute efferant, prædicantes quammaxime in Pythagora naturalem viguiſſe peritiam, in Socrate morum floruiſſe probitatem, in Platone rerum divinarum præponderaſſe notitiam; Nos noſtrum verum Philoſophum tenebris ignorantiæ relinquamus & non ad poſterorum notitiam & utilitatem verbis qualibuſcumque mandemus.

INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI MAXIMINI ABBATIS.

(Chlodovei & Francorum Elogium.) 4. Gentem Francorum fuiſſe bellicoſiſſimam & Regibus floruiſſe ſtrenuis, & antiquis probatur hiſtoriis & ampliatione terminorum: quæ gens per Divinum adjutorium ſe longe lateque porrigens & Divinum beneficium eis impertitum & ejus gentis manifeſte teſtatur fortitudinem. Porro, ut dixi, cum Regibus floruerit clariſſimis, CHLUDUVAUS inter ceteros eminuit nulli priorum ſecundus, utpote quem ornabat virtus invicta, ſed ideo invicta, quia erat ei mens Deo devota: & ideo ornabatur magis & firmabatur Divinis viribus quam victoriis carnalibus.

5. Sed cum auſpicia ejus regni multimodis urgerentur incurſibus, ſicut ſe habent multorum voluntates, quæ cupidæ ſunt mutationum, & rebus novellis antequam convaleſcant inferre nituntur perniciem vel difficultatem; plurimi tales in regno ejus reperti ſunt ta(Virdunenſes a Chlodoveo oppugnantur.)lium cupidi rerum. Inter ceteros vero cives Viridunenſis oppidi defectionem atque perduellionem dicuntur meditati; ſed idem præfatus Rex ratus non eſſe in talibus rebus procraſtinandum, viribus undequaque coactis cum valida manu militari ad eamdem urbem venit injuriæ gratia ulciſcendæ. Cujus muros corona militum obambit, aggeres ſtruit, aſpera complanat, & quæque eſſent urbi capiendæ, commoda ordinat, portis cuſtodias admovet, & ne quis tute exeat, magno ſtudioſoque conamine providet. Qua intem-

Google

CIRCA AN. 520

25. Decem.

in tempore Epiſcopus ejuſdem civitatis *a* diem clauſit ultimum. Obſeſſi vero cum, ut dixi, clauſi tenerentur viribuſque diffiderent, ſed & murorum firmitas arietibus atque aliis machinis jam cedere videretur, & mortuo Epiſcopo nullus putaretur aptus reperiri, qui preces populi convenienter allegaret coram principe ira fervente; omnes in unam coiere ſententiam, ut ſanctum virum EUSPICIUM nomine, qui in eadem urbe ſub titulo Presbyteratus degebat, clariſſimiſque virtutum titulis florebat, ad principem miſerorum civium poſtulationem lacrymaſque depoſiturum mitterent. Vir autem Deo ac miſericordia plenus ſuorum civium poſtulata non renuens, ſed in eo confidens qui diſcipulis ſuis præcepit dicens: *Cum ſteteritis ante Reges & præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*; ad principem, ut petebatur, ire diſpoſuit, & calamitatem quæ jam jamque civibus ſuis imminebat, Domino propellendam commendavit, ſimulque ut ipſe in ore ejus eſſet, ſuppliciter oravit.

Euſpicius eos cum Chlodoveo reducit in gratiam.

Matt. 10. 19

6. Nec ſpes eum feſellit: Nam cum Regem pro civibus precaturus adiiſſet, ſe ſequa humilitatis ſtudio coram principe terræ proſtraviſſet, ab eo ſurgere reverenter & cauſam adventus ſui dicere eſt juſſus. Ille autem præcepto parens talibus ad eum fertur uſus verbis: Nobiliſſime, inquit, & omnium piiſſime Regum, pene univerſo promulgata tua bonitas eſt ſæculo, per quam bonitatem tuam te obſecro, ut patienter me audias miſerorum civium preces allegantem, & tuam clementiam ſupplicantem. Emerſit quidem inter nos quorumdam protervitas hominum, quæ improbitate ſua multorum maculavit imperitiam, & juvenum ſuſtulit ſtultam proterviam. Et quidem tua animadverſione digni ſumus, nec diffitemur, ſed obſecro propter Dei miſericordiam, ut interim ſubtrahantur culpæ debita ſupplicia, & porrigatur immeritis clementia. Noſti enim quia in Principe plurimum valeat animi dulcedo & parcens liberalitas ad conciliandos civium animos. Etenim ſi mos eſt bonorum Principum debellare ſuperbos, pars eſt tamen & parcere ſubjectis: nec abhorret a victoria tua noſtra ſuaſio, quia cum victor ſis hominum, paſſionis quoque propriæ fortior eris triumphator, ſi malueris patientiæ vires exercere, quam ſanguine civium tuum fœdare triumphum.

7. His Rex auditis & vi dictorum gravitateque viri perſpecta, cœpit ejus rigor animi manſueſieri, & amaritudo fellis dulcorari, Divino utique nutu id agente, cujus fortitudini immania cedunt & dura fatiſcunt. Denique tantus Divino monitu Rex adeo affectus eſt, ut poſtulationi ejus libentiſſime annueret & impunitatem quamvis nocentiſſimis contribueret, intantum ut ſpecialiter de eo Scriptura Divina olim dixiſſe viſa ſit per Salomonem *Hanc quoque*, inquit, *vidi ſub ſole ſapientiam & probavi maximam: civitas parva & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus & vallavit eam, exſtruxitque munitiones per gyrum & perfecta eſt obſidio, inventuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, liberavit urbem ſapientia ſua.* Igitur viro beatiſſimo ordinante & Regis manum tenente, repagula portarum urbis reduci juſſa ſunt & portæ aperiri; ſed & Clerus procedere ordinatus eſt Regem eum laudibus & Deo dignis cantilenis ſuſcepturus, per quæ & Principi dignum ſedulitatis ſuæ monſtraret obſequium, & liberationis propriæ Domino offerret tripudium.

Eccleſ. 9. 13

Rex urbem ingreditur cum triumpho.

8. Itaque Rex poſtquam ira refrigerata per famulum ejus ſe ſenſit ab immani ereptum piaculo, gratias in Eccleſia Deo reddidit, & civibus principali indulgentia data ad curanda juxta morem epulis regalibus corpora ſe ſe convertit. Quibus biduo indulgens & recreatum exercitum poſt laborem itidem ad alia paria negotia curanda ducere volens, tertia demum die ſanctum EUSPICIUM ſuis aſpectibus evocari voluit, & urbi cujus ſubventor fuerat, quamque ab imminenti * periculo eripuerat, Epiſcopali dignitate & honore præeſſe admonuit & admonendo petivit. At vero Sanctus Divinæ inſtitutionis non immemor, qua præcipitur: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam*; oblatum honorem vel potius onus Sacerdotii humiliter recuſavit, & ut credendum eſt, præſcius brevitatis ſuæ vitæ quæ poſtmodum terminanda erat, ut alter ſuccederet ei, cedere libuit *b*. Nam actuum ejus poſteritas hoc indicat. Cum enim Rex hoc ab eo obtinere non potuiſſet ut Pontifex ſcilicet crearetur, juſſit ut ſibi comes fieret quouſque ad Aurelianenſam urbem deveniret. Nec tamen id præcepit tamquam ſimultate imperante, ſed potius amore devoto ſuggerente, quippe cui dulciſſima viri præſentia cauſa erat lætitiæ, & abſentia itidem putabatur cauſa mœſtitiæ.

*al. excidio

Euſpicius recuſat Epiſcopatum a Rege oblatum.

Eccleſ. 3. 20

9. Jam ergo in craſtinum diſceſſurus, cum inter gaudia regalia a beato & præfato viro ne id ſibi moleſtum eſſet, multimodis precibus obtinere videretur, & ad conſenſum ejus ſe perveniſſe gauderet; id ab eo muneris reciproci exactum eſt, quatenus Regis præcepto MAXIMINUS nepos illius conſors ejus fieret itineris & baculus ſenectutis, necnon & baculus imbecillitatis ſenilis. Videbat namque in eo ingenitam bonitatis docilitatem & a pue-

Regem comitatur ad urbem Aurelianenſem cum S. Maximino.

a Nempe Firminus, ut in S. Euſpicii Vita MS. legimus.

b In S. Euſpicii Vita MS. legitur: *E contra vir venerabilis Euſpicius omnimodis renitendo humiliter, gratia provectæ ætatis recuſavit adminiſtrare Eccleſiaſtica jura: Sed veluti multum deliberando Pontificalis oneris cuidam ſuorum nepotum ſtrenuo viro S. Vitono curam dignum duxit committendam. Qui vir Domini Vitonus adeptus Pontificalem infulam beatus vigilanti ſollertia dignus Dominici ovilis exſtitit Paſtor & cuſtos. Hujus etenim gemina fratris proſapia fuere S. Euſpicii nepotes benigniſſimus Lupus Trecaſſinæ urbis Epiſcopus, non tamen ille glorioſiſſimi Germani Autiſſiodorenſium ſocius Antiſtitis, ſed alter poſteriore Præſul tempore: & Maximinus*, &c.

CIRCA AN. 520 19. Decem. puero innocentiæ puritatem & creſcentia virtutis inſignia per dies incrementa : atque ideo quem videbat virtutis parem , volebat continuatim ſibi fieri conſortem . Neque in eo tantum diligebat ſanguinis ſocietatem , quantum virtutis parilitatem . Omne enim , ut ſcriptura dicit , animal ad ſimile ſibi conjungitur & homo ſimili ſibi copulatur.

II. De diſceſſu Euſpicii & Maximini ejus Nepotis ab urbe Virodunenſi ad Aureliam rogatu Chlodovei Regis.

10. Rex vero libentiſſime petitioni ejus aſſenſum præbuit gaudens , ut qui ſibi unum adſciverat , duos jam Divino munere aſſumendos cognoverat . Jubet ergo ut uterque ejus comitatui jungeretur ejuſque conſpectui dum tempus reſque dictaſſet ſemper præſto eſſent . Nimio enim eorum ducebatur favore , quem Chriſtus ejus cordi immiſerat , ut tantos viros nobis immeritis condonaret . Quid plura ? Cum Rex ſæpedictus ab oppido Virodunenſi pedem extuliſſet , & res regno ſuo dignas per loca opportuna & civitates ordinaviſſet , ad Aurelianorum urbem pervenit comitatui ejus adhærentibus prædictis viris. In qua urbe dum aliquantiſper remoraretur , quadam die dum more Regibus ſolito alacritate ultra ſolitum uti-

Rex eis locum ad Cœnobium conſtruendum offert. tur , tactus inſtinctu Divino ſanctum ſenem Euſpicium , ejuſque tam virtute quam ſanguine proximum advocari juſſit Maximinum , cui & dixit : Noſtræ quidem fuerat voluntatis & ut putaveramus Eccleſiæ utilitatis , ut te doctore & duce frueretur civitas , & populus tibi ſanguine ſociatus ; ſed quia ſuggerente animo noſtro uſque ad hæc te traximus loca , forſitan voluntate operante Divina , optamus te in his partibus locum aliquem eligere , in quo & tuæ voluntati & utilitati ſatisfiat , & per vos futura ætas provectum utilitatis percipiat : quatenus & vobis in hac re certantibus merces accreſcat , & nobis fautrix Divinitas exiſtat , ſed & vobis ſucceſſuri emolumentum capiant ſalutare , noſtrumque teneant continuum memoriale . Veſtrum eſt ergo iſtud providere , noſtrum vero erit proviſa ordinare . Qua indulgentia viri ſancti percepta diligentiſſime inveſtigare cœperunt qui locus eorum votis eſſet commodus , ſcilicet ubi ſecreti compotes fierent & mentis ſemper amica ſilentia adipiſci poſſent .

III. Quomodo Euſpicius obtinuit Miciacum a Rege Chlodoveo , & ipſe conſtruxit , fundavit ac dotavit Eccleſiam , quæ nunc dicitur S. Maximini.

11. Sed cum quod quærebant, Divina voluntate fautrice reperiſſent, & a Rege ſuper hac re ſciſcitati eſſent : ſanctus Euſpicius qui ſciret imminere ſibi diem vocationis extremæ, non ſuo nomini tantum munus adſcribi , ſed ſub titulo nepotis ſui Maximini voluit confirmari dicens : Domine mi Rex , gratias ago primum Divinitati quæ veſtrum ſublimitatis affectum in meam inclinavit humilitatem , ut tanto me dignareris honore . Et quia impar ſum tan-

Prov. 21. 1. tæ benignitati , ille tibi rependet viciſſitudinem hujus beneficii , qui tuo id inſpiravit cordi . Scio enim verum eſſe quod Spiritus-Sanctus dixit , quod cor Regis in manu Dei eſt , & quocumque voluerit inclinabit illud . Verumtamen quia ætas mihi emeriſa non multos promittit annos , & famuli veſtri nepotis mei Maximini induſtria animique devotio meliora de ſe

* Micy ſperare ſuadet , peto ut agrum Miciacenſem * ei liberalitas veſtra concedat parvulamque

* Chaingy poſſeſſionem quæ vocatur Cambiacus * , ſimulque aliam quæ vocatur Litimiacus , quatenus dum ſuperſumus , Deo nobis vacare ibi liceat cum his qui noſtræ voluerint jungi ſocietari , adjuvante nos atque favente hujus urbis præſule E u s e b i o (nam ibidem Rege conſi-

* n. Dagonis ſtente , iiſdem Euſebius loco præcedentis * fuerat ſubſtitutus Epiſcopus .) His auditis Rex libentiſſime annuit , & petitis venerabilis viri aſſenſum præbere judicavit . Ideoque accitis Commentarienſibus & Notariis publicis ſolemnes ordinatæ atque conſcriptæ vel confirmatæ ſunt conſcriptiones *a* adhibitis ſignis atque ſigillis ſub nomine beati M a x i m i n i , ut in eodem agro Miciacenſi ubi veteres parietinæ ſtructuram tantummodo priſcam præferebant , nova famulorum Chriſti uſibus reparare liceret habitacula , & in eis famulis Dei abſque ullo liceret Domino famulari incommodo .

12. Hoc ſanctorum virorum factum atque eventum conferat cui placet beatiſſimo Abrahæ , & videat quodammodo alterum Abraham & nepotem ejus Loth patrio ſolo , rebuſque relictis exſulantem apud Abimelech vel Pharaonum Reges , & apud eos potiore honore ſuſceptos majorique quam pridem in terra ſua habuerint claritudine donatos . Sed & promiſſum

Marc. 10. 30 Salvatoris etiam ad litteram completum ; quia qui ſua pro Domino reliquerint , centuplum in hac vita cum perſecutionibus recipient , & in futuro ſæculo vitam æternam .

13. Iſdem namque fundus qui eis attributus eſt , Miciacenſis ſcilicet , adeo eſt ſancto Or-

* la Loire dini Monaſtico congruus , ut ſpecialiter (ſi dici poteſt) ad hoc videatur a Deo diſpoſi-

* le Loiret. Deſcriptio Miciaci . tus . Nam hinc inde dum fluviis Ligeris * & Ligeriti * colluitur , & ſervis Dei ſecretum

---

a Litteræ Fundationis , ut vocant , Monaſterii Miciacenſis referuntur in Tomo 5. Spicilegii Ver. Script. præferendæ utique Pragmatico quod ea de re adducit Carolus Sauſſeyus in Annal. Aurel. Nam Chlodoveus in prædictis litteris dicit ſe donare eas poſſeſſiones *in nomine Sanctæ , individuæ , æqualis & conſubſtantialis Trinitatis* : quæ formula temporia Chlodovei quo fervebat Arianiſmus , convenientiſſima eſt . Miciacum duobus milliaribus Gallicis infra Aureliam poſitum eſt , nunc Monaſterium S. Maximini dictum , vernacule *S. Meſmin* , Patribus Fulienſibus pridem conceſſum .

tum præbet habitaculum, & importunis quibuſque ſe ſe ingerere cupientibus arcet acceſſum. Porro intra ſinus ſui ſpatium inſula ipſa majoris eſt bonitatis & fertilitatis quam magnitudinis: eſt enim ferax tritici, vinum abundans atque præcipuum reddens. Hortorum varietas quid ibi venuſtatis, quid conferat utilitatis, quis explicet? Porro nemora tam agreſtia quam inſitiva multam eidem loco augmentant pulchritudinem. Et ut dotes ejus ſub uno comprehendam, omnigenum eſt altrix materque bonorum; cui & ad cumulum delectationis & gratiæ plurimum conferunt naves a mari commercia marina portantes. CIRCA AN. 520 15. Decem.

14. His ita peractis Rex CHLODOVEUS eoſdem venerabiles viros ſupradictos Præſuli* EUSEBIO cum prædiis ſupra memoratis commendavit, ut ejus juvamine curarentur, quo & locus ſupra ſcriptus ad cupitum præpararetur officium, & ab eodem ſancto viro & Epiſcopo ad id peragendum acciperent emolumentum. Ipſe autem Rex ut ſe habet negotium regni adminiſtrandi, ad alia curanda ſe vertit urbemque reliquit. At vero beatiſſimus EUSPICIUS cum nepote non impari MAXIMINO cum conſilio & adjutorio Pontificis in ſæpedicto agro indefeſſo ſtudio habitacula cœperunt ſtruere Monachis congrua, perinde & Eccleſiam Divino cultui aptam extructis protinus erigere parietibus. Deo namque eorum cœpta proſperante ultra quam credi poteſt, opus illud in brevi peractum eſt, ad cujus dedicationem Baſilicæ invitaverant prædicti viri jam dictum Epiſcopum.

* al. conſacerdoti. Chlodoveus SS. viros Euſebio commendat.

Monaſterium & Eccleſia inibi conſtruitur.

IV. *Dedicatio Eccleſiæ Miciacenſis, & conſecratio S. Maximini in Diaconum.*

15. At vero venerabilis Epiſcopus cum Clero ſibi credito devotiſſime advenit, Deo digne opus conſummavit propter quod venerat, Baſilicamque eamdem in honore Dei & ſancti STEPHANI Protomartyris conſecravit. Et ut majori gratia eamdem venuſtaret Eccleſiam, ejuſdem dedicationis die ſub honore Diaconatus ſanctum conſecravit MAXIMINUM: quo munere loco illi impertito Epiſcopus cum Clero ad urbem rediit. Sancti vero in cœpto perſiſtentes opere, in brevi odore famæ ſuæ religioſæ populum reſperſerunt intantum ut more alveari Monaſterium videretur quoſdam venientes atque redeuntes recipere atque reddere. Et quidam bona viſuri atque audituri veniebant, quidam eadem narraturi redibant.

V. *Quomodo Euſpicius præſcivit diem obitus ſui.*

16. Inter hæc autem, cum beatus Euſpicius ad cœleſtia capeſſenda quotidie anhelaret; inter alia quæ a Deo acceperat munera, hoc etiam ei collatum eſt, ut diem reſolutionis ſuæ a corpore noſſet, idque his quibus tantam rem committere decebat prædiceret. Et quia ſancto Maximino unum adhuc deerat quo inſigniri debet ſecundum Regularem ſanctionem qui Monachis præeſt, Sacerdotale ſcilicet miniſterium: Epiſcopum beatus Euſpicius Euſebium ſupplex adiit, vocationis ſuæ tempus non multum abeſſe prædicans.

VI. *De promotione S. Maximini in Sacerdotem.*

17. Petivitque ut ſemet adhuc ſuperſtite beatus Maximinus ad honorem proveheretur Sacerdotalem: cujus voluntatem atque petitionem Præſul benignus amantiſſime ſuſcepit nec perficere diſtulit: inſuper & benedictionem qua Patres Abbateſque Monachorum confirmari ſolent ſuperaddidit.

VII. *De fine beati Euſpicii, & quomodo ſepultus fuit juxta ſanctum Anianum.*

18. Poſtque omnia biennio cum felici nepote ſuo Maximino in terreno corporis ſui habitaculo commorans, extremam ſortitus diem, ad Dominum felici ſucceſſu commigravit. Cujus non mors ſed migratio, ut aſſolet mortalium pectora concutere, acerrime beatum Maximinum Fratreſque cohabitantes affecit. Sed vir venerabilis EUSEBIUS Epiſcopus hoc comperto charitatis ac perinde compaſſionis ſtimulo tactus, a civitate ad Monaſterium venit S. Maximinum Fratreſque cohabitantes & lugentes conſolaturus, necnon & beati viri officia funeris curaturus. Venit ergo, & quæ circa talia charitas agenda præcipit, ſtudioſiſſime peregit. De loco autem ſepulturæ prædicti viri cum deliberare Epiſcopus cœpiſſet, viſum eſt prudenti ejus conſilio, ut in beatiſſimi Aniani Eccleſiam corpus ejus transferretur, & ad dexteram partem corporis ejuſdem ſanctiſſimi viri poneretur: non dubitans convenire ut quibus in Chriſti amore una fuit devotio, juncta & inſeparata eſſet etiam corporis pauſatio. Cum placuiſſet autem ut per medium civitatis Reliquiæ ſanctæ portarentur, & Epiſcopus venerabilis adeſſet cum Clero itidem devoto atque Monachis ſingultibus pectora quatientibus, ſimulque multis proſequentibus diverſi generis & conditionis turmis, & ventum eſſet ad portam Orientalem ejuſdem urbis, quæ tranſmittit ad Monaſterium ſanctiſſimi Aniani, vectores qui ſanctiſſima oſſa gerebant (mirabile dictu!) ſubito conſtiterunt, & quaſi in terra radicitus fixi immobiles reſtiterunt.

CIRCA AN. 520 13. Decem.

VIII. De portantibus corpus S. Euſpicii quomodo ſolo fixi hæſerunt, donec rei criminis ſolverentur.

19. Cauſa quæritur ſtationis; impoſſibilitas movendi ſola tenetur: Epiſcopi autem cogitatio dum in diverſa diſtenditur, & quid facto opus eſſet, alta cogitatione rimatur, tandem ad id quod utile erat intelligentia ejus mittitur. Juſſit enim ut hi qui in carcerali cuſtodia nexibuſque duris mancipati erant ſolverentur; æſtimans quod apud Deum gratum foret, ut eos quos iniquitas vinxerat propria, beatiſſimi viri præclara ſolverent merita. Quod & verum probatum eſt. Mox namque ut illi ab anguſtiis & ergaſtulis ſunt liberati, eodem momento vectoribus ſancti corporis facultas reddita eſt eundi. Sed quid in tali facto præter hoc quod dictum eſt adhuc conſiderandum viſum ſit edicamus. Novimus namque quia beati Aniani meritis & precibus populi ab eadem urbis obſidione liberati ſunt, qui propriis muris ita adſtringebantur, ut urbs cancris anguſtias imitaretur. Et idcirco forſan placuit Divinitatis conſilio, ut oſtenderet ſanctos viros paris apud ſe fuiſſe meriti, quos pares miraculo pari atque familiari jungebat ſepultura. Quid multa? perventum eſt ad locum quo Pontifex voluerat, impletur ex more funeris obſequium.

IX. Quomodo Epiſcopus Aurelianenſis detinuit Maximinum ſecum ut conſolaretur eum.

20. Beatiſſimo autem MAXIMINO ægerrime ferente ſolitudinem ſuam, & calamitatem maximam ſibi importatam dicente, quod tali deſtitutus ac deſolatus eſſet patrono; Pontifex venerabilis ejus viſcerum dolorem blandioribus & dulcioribus cœpit mulcere verbis, dicens non debere quemquam judiciis refragari Divinis, eo quod ab eo conſtituti ſunt termini, qui præteriri non poterant: admonens etiam, ut ſi naturæ juſſa perſolveret, ne in fluctus nimiæ triſtitiæ incurreret. Poſthæc autem, cum eum cauſa ſolaminis aliquot dies ſecum detinuiſſet, ad Monaſterium remiſit delinitum conſolatione plena charitatis, & admonuit ut ſe ſciret loci ſupradicti & Fratrum eſſe Præfectum, quo & Abbatis locum teneret & nomen. Jam vero prædictus Domini famulus Maximinus in locis ſibi attributis non immemor neceſſitatis fraternæ, ſimulque ei ſolatiandæ, juſſit magnopere impendere curam agriculturæ, ita ſcilicet animum contemplativæ intendens vitæ, ut tamen non negligeret eorum curam, quibus etſi non præeſſe, prodeſſe tamen affectabat, cujus labori Dominus reddidit viciſſitudinem.

X. De miraculo ſuper ripam Ligeris facto.

21. Nam locus quem Cambiacum ſupra retulimus nominatum, uberrimos eodem anno rei frumentariæ contulit fructus. Cumque memoratus ac piiſſimus vir propter neceſſitatem comprimendam & Fratres alendos idem frumentum in cella ſupradicta elaboratum ad Monaſterium deduci juſſiſſet, impoſitum eſt plauſtris, quorum ſubvectione ad Ligerim uſque deveheretur, & inde navibus tranſponeretur. Cum autem naves ſuperimpoſita ſibi onera ſuſcepiſſent, & a litore fune ſoluto aliquantiſper nautæ ſe fluvio crediidiſſent, ventus validus atque contrarius ex adverſo eis occurrit, & tempeſtate non minima excitata, undis hinc inde irruentibus & certatim naves in diverſa jactantibus ſpes omnis eis ſublata eſt vitæ, & ſola tam navis quam rerum necnon & hominum expectabatur jactura. Forte autem Monachus quidam ſancti viri dum ripæ fluminis ſuperſederet, & tranſeuntes ſpectaret, periculum imminens ut vidit, curſu rapidiſſimo Monaſterium repetiit, & naufragium Abbati nunciavit. Qui conſueta in Domino fiducia fretus Fratres convocat ad orationem, hortatur quatenus omnipotentis miſericordiæ Dei periculo occurreret, ventis & fluctibus imperaret, tem-
Marc. 4. 39. peſtatemque compeſceret, ipſi allegans preces qui dixit & facta ſunt, quique ventis & mari ſævientibus Evangelio referente dixiſſe creditur: *Tace & obmuteſce:* & qui ſurgens imperavit ventis & mari & facta eſt tranquillitas magna. Nec mora, fidem preces, effectus autem poſtulationes conſecutus eſt. Nam integris navibus conſopitis fluctuum voluminibus abſque ullius rei detrimento portum Marogili fiſco ſubjectum appulerunt, & cum ſummo gaudio venientes Fratres ad Monaſterium periculo tanto erepti, modum ereptionis narrant Patri, firmiſſime tamen & abſque ullo ſcrupulo retinentes (quod verum erat) Patris precibus ſe & ſua eſſe donatos.

Plures ſe ejus diſciplinæ tradunt.

22. Cum autem rumor opinionis ejus in ſui amorem pene omnes accenderet audientes, plurimi ad eum, ut dictum eſt, accurrere viri ſub eo erudiri, & cum eo Domino ſe mancipari gaudentes. Inter quos duo ſanctitatis viri ex Monaſterio cui nomen Menata eſt, ex Aquitania venerunt, qui cum diu in eodem Monaſterio ſub Cœnobiali vita exercitati eſſent, & ſuperioris vitæ vias, id eſt Anachoreticam attentarent, inſcio Patre proprio a Monaſterio digreſſi aliquo ſe cupiebant abdere eremi ſinu, quo exoccupati omnibus terreis curis liberius vacarent ſupernæ Philoſophiæ inſtitutis. Sed cum cœptum iter carperent, & oras Ligeris fluminis attigiſſent, fama notitiæ ſancti viri Maximini eorum occupavit aures, tantoque eorum animos fervore ignivit, ut ab inchoato deſiſterent itinere, quouſque ſancti viri mererentur conſpectibus frui. Itaque ad eum viſendum ardentiſſimo atque

atque citiſſimo properant curſu: quos vir Domini ut vidit, officioſiſſime ſalutavit; benigne ſuſcepit, eoſque contemplatione ſui atque allocutione ita in ſpiritali affectu pellexit, ut poſtpoſito priori propoſito jam eremum non deſiderarent, ſi eis ſanctiſſimo viro adhærere liceret. CIRCA AN. 520 15. Decem.

23. Sanctus autem Maximinus plenus charitatis qui rudes atque agreſtes in Domini ſervitio inſtruebat animos, tanto citius eorum deſiderio ſatisfecit, quanto illos adjutores in tali opere non dubitavit futuros. Itaque & cohabitandi ſecum copiam indulſit, & ardentiſſimo ſibi amore devinxit, utpote quos unius charitatis vinculum Deo ſociaverat, & in Chriſto eorum animos Spiritus ſanctus ſuo igni conflaverat. Præterea cum eos conſpiceret quotidiano provectu in virtutum culmina evadere, magis magiſque eorum ducebatur affectu & ſancti CARILEFI pene aſſidua fruebatur collocutione. Sancto autem AVITO curam fraternæ delegavit ſubſtantiæ, ſciens eum ſecundum Apoſtolum bene miniſtraturum, ac per hoc gradum bonum ſibi acquiſiturum. Avitum & Carileſum excipit. de his infra 1. Tim. 3. 13.

XI. *De miraculo facto per B. Maximinum, de penuria & fame Aurelianenſi.*

24. Quinto autem anno poſtquam prælaturam ſacri ſuſcepit Ordinis, fames dira habitatores Civitatis Aurelianæ ſimul cum agreſtibus accolis cœpit valde vexare & pene in mortem urgere. Coacti autem tanta neceſſitate, pauperes quique ſanctiſſimum virum adeunt, alimenta ſibi contribui quærunt neceſſitatem querula voce & importuna coram eo deponentes: ſcientes ejus miſericordiſſimæ animæ non defore pietatis affectum, ſi haberet voluntati congruum cenſum. Sed quid aliud Sancti viri poterat animus agere, quam quod charitas conſuevit imperare? Deinque accito beato AVITO egrotium turmas oſtendit, & ut precibus eorum intenderet admonuit, & pro poſſe ſubveniret eorum indigentiæ imperavit. Sed cum parva eſſet annona triticeæ meſſis, eodem anno Deo diſponente, milii ſubcrevit copia, adeo ut trecentos modios quantitas excederet. Præcepit ergo & de hoc & de quibuſcumque poſſet mederi miſerorum inopiæ. Cumque juxta ejus præceptum vir Sanctus indigentiæ advenientium occurrere ſatageret, emenſo medio anno cœpit deficere quod daretur, cum inſtaret turba clamans ut ſibi ſubveniretur. Hoc queſtu Sancti viri pectus motum eſt ad miſericordiam, quæ ſicut Beatus Job refere de ſe *ab initio creata eſt cum eo, & de utero matris ejus egreſſa eſt cum illo*. Et vocato ad ſe ſancto viro Avito, ait: Videſne, Frater chariſſime, quot hic jaceant corpora fame invaleſcente exhauſta? quot voces ſtipe noſtra poſcentes ſibi ſubveniri, ut ad id quod dicere volunt fatiſcentibus viribus minus redduntur idonea? Unde peto ne ſupereris multitudine petentium, nec tibi tædio ſit neceſſitas egentium. Ad hæc Sanctus vir Avitus, ut ſe habet infirmitas naturalis quæ via ferre poteſt niſi per Divinæ adjutorium charitatis vim importunitatis, ſub quadam ſtomachatione viro Sancto reſpondit: Numquidnam mente exceſſit, quod heri cellarii domum ingreſſus es, & cuncta perluſtrans omnia vacua promptuaria oculis luſtrantibus reliquiſti? Quid a me petis dari quod te reminiſceris non habere? Vir autem ſanctus Maximinus commotionem quantolamcumque ſancti itidem viri Aviti modeſtiſſime ſtuduit curare, & rebus quamquam deficientibus hortatus eſt non diffidere, dicens Domino non defuturum unde populum ſuum paſceret, qui ex nihilo cuncta ab initio creaſſet, qui in deſerto per quadraginta annos ſexcenta millia populi pane cœleſti, ceſſante rurali labore, paviſſet, & ex petræ duritia potum dediſſet, quique in tempore Heliſæi ex paucis panibus plurimos ſatiaſſet, & magiſtrum ejus Heliam ex modico farinæ viduæ totam domum per annos ſterilitatis & famis ſufficienter aluiſſet. Sed & Domini facta reminiſcenda docebat, qui ex paucis panibus ſecundo plura populorum millia ſatiavit. Job. 31. 18. Aviti diffidentiam erigit.

25. Et quidem hæc verba ad modicum demulcere viſa ſunt aures ſancti Aviti & os obſtruere, ne aliud quam dicebatur videretur credere. Attamen ut ſe habet qualitas dolentium, exploraturus qualiter ſe haberent cauſæ in cellario repoſitæ revinctis clavibus veluti viſurus ingreditur. Eſt enim hic mos anguſtiantium, ut ea quæ cupiunt invenire, quærentes tamen non invenientes ſæpius eadem loca perluſtrent, quæ fidem non inveniendi apud ſe quærentibus jam etiam oculis præbuerant. Cum ergo, ut jam præfatum eſt, ſanctus vir a cingulo ſolutis clavibus januas aperuiſſet, ecce conſpiciuntur vaſa rei frumentariæ uſui præparata exuberanti copia repleta, vaſa vinaria non modo plena, ſed effluentia ſubjecta humectare pavimenta. Quo viſo inexperto miraculo ſanctus vir Avitus, timore pariter & lætitia oppletus cellarium apertum relinquit, & feſtinus opera Domini Fratribus annunciaturus adcurrit. Vir enim Domini Maximinus ſuperiori admonitione & allocutione cum S. Avito peracta, ad orationis ſe ſe nota converterit juvamina, atque adhuc his intentus vocibus eſt pulſatus Fratrum venerabilium Deum pro tali eventu & miſericordiæ ſuæ ſolatio toto mentis ac vocis officio collaudantium, quique eodem ſpiritu quo petita impetravit, etiam tempus impetrationis didicit. Oratione ergo completa Fratres & verbo docuit, & opere oſtendit nullum de omnipotentia Dei vel pietate debera diffidere, maximeque illos qui præ oculis haberent & præteritam inopiam, & præſentem affluentiſſimam copiam. Intantum autem largitas emanavit ſancto viro indulta, ut nullum ejuſdem loci civem famis dura neceſſitas corpore avelleret, niſi quem ſors conditionis a corpore lege naturæ ſeceroneret. Maximinus annonam divinitus multiplicat.

CIRCA AN. 515 15. Decem.

XII. De miraculo facto de Villico Epiſcopi, qui arborem cæcidit, & privatus eſt oculorum lumine.

26. Perinde vir Domini cum neceſſaria Fratrum utilitatibus etiam corporalia curaret, prædium quod regali munere ei, ut præfati ſumus, datum fuerat *Luimiacum* vocabulu, crebro videndum & diſponendum quotidiana ſollicitudo admonebat. Sane occaſione præſentium curarum nequaquam mens ejus vacabat a contemplatione æternorum, ſed licet itiuere occuparetur, laus tamen Divina ſemper os ejus infatigabiliter obtinebat. Denique fuiſſe quamdam arborem in medio itinere ferunt proceritate mirabili eminentem frondoſa opacitate gratam umbram ſub ſe quieſcentibus præbentem, ſub qua ſanctus & venerabilis vel a Monaſterio uſque ad eam progrediens, vel a prædio ad Monaſterium rediens delectabiliter urationum munia ſolvere atque complere ſolitus erat. At veru omnis boni inimicus atque invidus diabolus non tulit hanc ſervi Domini utilitatem. Erat namque haud procul Villa, quæ SEDICIACUS *, ad diſpoſitionem Eccleſiæ pertinens Aurelianenſis & ſæpius nominati Epiſcupi EUSEBII, cujus procurator & Villicus RODUMSUS cognumine iuſtinctu & agitatione humani generis inimici eamdem arborem abſcidi fecit, non veritus ſamulum Domini contriſtari. Sed hoc ei impune non ceſſit. Nam Dominus qui in pauperibus paſcitur, veſtitur, & in membris ſanctis ſuis honoratur, ipſe etiam in eiſdem ſe injurias pati conqueritur. Ipſe enim per Prophetam clamat: *Qui tangit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi mei.* Idem ipſe de cœlo Paulum increpans dicit: *Saule, Saule quid me perſequeris?* certe ille cœlo præſidens nequaquam Sauli perſecutione vexabatur, ſed, ut præfati ſumus, in membris ſuis quodammodo lædi ſe reclamabat. Vir namque ſanctus cum ad notam arborem venire diſponeret, ut ibi more ſolito ejus fotu gauderet, & orationem terminaret, abſciſſam, ut prædictum eſt, reperit, nec tamen hac jactura doluit, ſed quid per hæc agere diabolus vellet acerrime prævidit: ſcilicet ut ſerenitatem animi ejus vel in modico nubilaret. Sed ille tam ſobriæ, tranquillæque mentis Deo volente permanſit, ut ibidem juxta morem ſolitum orationi incumberet, quouſque Domino conſuetum ſolveret penſum. Porro procuratorem illum mox digna pertulit pœna; nam oculorum privatus lumine ſua pœna didicit quantum in abſciſſione illius arboris Deum offenderit.

*ſupple dicitur

Zach. 2. 8.

Act. 9. 1.

27. Qua re Epiſcopo venerabili Euſebio delata, mox virum Domini ad ſe accivit, multationem villici ſui indicavit (erat enim ei valde charus) & ſummo ſtudiu precari cœpit, ut ejus obliviſcens injuriæ, culpæ parceret, & orationibus ſuis lumen quod propria temeritate perdiderat, per Domini virtutem reſtitueret. Hæc Epiſcopus, eadem Clerus venerabilis a Patre ſancto exigebant.

XIII. De Germana Theudemiri oculorum lumine privata.

28. Inter quos THEODEMIRUS * nomine vir bonæ gravitatis, & inter ſuos magnæ reverentiæ erat deprecans ſimile munus germanæ ſuæ impartiendum, cui ſimiliter lux negabatur prævalente oculis craſſa caligine. Dum de tali re inter ſanctum Epiſcopum venerabilemque virum ſermo verſatus eſt, illo precante, iſto præ multa humilitate abnuente; vicit tandem pietas, vicit ſancti Epiſcopi cum humilitate imperioſa auctoritas, ſed & ſacerdotum in petendo dulciſſima charitas. Nam famulus Domini a conſeſſu communi ſe ſubducens amica ſibi ſilentia petit, & eum de quo ſcriptum eſt: *Dominus illuminat cæcos*, quique cæco a nativitate oculos & fecit & aperuit, humillime precabatur Dominum, ut voluntatibus ſervorum Dei adeſſet, ſuæ quoque humilitatis precatum ne deſpiceret: ſed perſonis memoratis lumina redderet. Cujus piiſſimus Deus preces ad ſe admittens quod petebatur implevit, ita ut numquam ſe clarius luce potitos faterentur. Quas laudes, quod tripudium, quaſve lacrymas alacritas illa elicuerit, dicere impoſſibile eſt. Cernere nam erat Venerabilem Epiſcopum præ nimio gaudio in lacrymas ſolutum, ſanctum Clerum inæſtimabili jubilatione Creatori laudes reddentem, populum Chriſto gratias crebro ingeminantem. Servus autem Domini ſciens hoc Divinitatis eſſe opus, non modo ſibi aliquid adſcribi noluit, ſed cuſtodem virtutum ſuarum amplectens humilitatem, & publico ſeſe ſubtrahens conventui ad ſemper amabilem ſibi ſeceſſit iterum quietem, in qua cum pluribus degeret annis, arma illa cum quibus multas patrarat contra diabolum Deo donante victorias, nullatenus obliviſcebatur, jejunium ſcilicet pene continuum, pernoctationes creberrimas, vigiliarum ſanctarum excubias, vel cetera bonorum operum exercitia quibus quammaxime corpus ſpiritui reluctans ſubjugatur, & præcipue ſpiritalia nullo modo intermittens chariſmata, quibus Deus vel ſolis promeretur, charitatem ſcilicet in Deum & proximum, qua ita fervebat ut a Domino præceptum noverat, ut videlicet Deus toto corde tota anima & tota diligatur virtute, proximus vero ut alterum ſe quemque putet. Porro ſanctus hic vir in diebus quidem Paſchæ & feſtivitatibus præcipuis videbatur utcumque frena laxare jejuniorum, nec tamen obliviſcebatur parcimoniæ: ceteris vero diebus mirum cohabitantibus videbatur, & maxime tempore Quadrageſimali, qua auſteritate, vel potius virtute corporis ſui alimenta interdiceret, potuque temperaret.

*de eo infra

Pſal. 145. 8.

Maximini arma.

Ejus jejunia.

29. Sed

29. Sed quia ex multis pauca prælibata ſunt, per quæ beatiſſimi viri reliqua noſci opera poſſint; adhuc unum tagendum eſt, quo demonſtretur ad nullum virtutum opus ſanctum Maximinum redditum invalidum. Nam ei & elementa pro voto (ut ſupra dictum eſt) ceſſerunt, & omnipotentis Dei manus in exhibitione miraculorum precibus ejus pulſata præſto fuit: ſed & in exuberatione alimentorum eum Divinitas Patribus antiquis æquiparavit. Tantum reſtat, ut nec his monſtretur impar, quibus natura ceſſit belluina, ſicut David ſancto & beato Danieli.

CIRCA AN. 520

25 Decem.

Ejus miraculorum epilogus.

XIV. De miraculo ſerpentis occiſi omnes incolas ſuo flatu interficientis.

30. Circa Ligeris ripam erat & eſt mons non multæ altitudinis, habens ſub ſe concavam rupem & intra eamdem habitantem ſævum draconem, qui flatu ſuo aerem inficiens non minima luem tam hominibus quam diverſis animantibus ingerebat. Quam perniciem vir Domini e loco eodem propulſare cum Dei adjutorio cupiens, ad foveam antrumque conſtanter acceſſit convenientibus ad hoc ſpectaculum plurimis perſonis utriuſque ſexus, pallentibus atque trementibus Monachis (minoris tamen fidei) ne quid triſte eis ex incommoditate Patris accideret. Vir autem Domini auxilio fultus Divino, igni injecto & divinitus augmentato, non enim copia lignorum ejus fuit quantitatis ut tam immanem beſtiam exurere poſſet; ſed modicum quid titionis injectum eſt a ſancto viro, ſed in globos flammarum adeo coaluit, ut terribilem viſu beſtiam etiam conſumeret atque truculentam, quo facto & aer purgatus eſt, hominesque a peſtilentia ſublevati, necnon & volatilia ſed & pecora antiquum uſum receperunt in paſtu atque volatu.

31. Miramur beatum David leonem & urſum interfeciſſe; miraculo nobis eſt beatus Daniel inter leones hymnizans & draconem ſollertia & aſtu interficiens. Ecce Maximinus noſter Divino ſubnixus adjutorio non minor illis monſtratur, utpote opera eorum noſtro ſæculo reddens. Sed quid homo, aut quantum homo? Deus eſt qui operatur in quo & per quem vult hominem: omnes enim natura homines ſumus, infirmitate homines ſumus, gratia Dei homines ſupra homines ſunt, ſed hi quorum quia Deus vult miſeretur, quibus dicit Pſalmus: *Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Pſal. 81. 6.

32. Extincta præterea ea quam prædiximus beſtia locum quem Deo amabilis MAXIMINUS a labe purgaverat, hoſpitio corporis ſui nobilitare voluit. Nam proximum eſſe diem vocationis ſuæ præſciens atque Fratribus prædicens in eodem monte ſibi ſepulturam parari juſſit, ut ſicut beatus Apoſtolus clamat, *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia:* ita & nos econtrario dicere poſſumus, quia ubi abundavit malitia, ſuperabundavit per hoſpitium beati viri multa miraculorum copia.

In antro draconis ſepeliri voluit.

Rom. 5. 20.

XV. De tranſitu Patroni noſtri beatiſſimi Maximini Abbatis & de loco ſepulturæ.

33. Beatiſſimus poſthæc vir ad Monaſterium ſe ſe collegit, & promiſſum diem jamjamque imminentem vocationis ſuæ non anxius timebat, ſed potius gratulabundus exſpectabat, quo ſcilicet gravamine & ſarcina corporis dejecta ad eam perveniret gloriam, ad quam ſuſpirare potuit, videre tamen quanta eſt vivens nequivit. Itaque non multis intercedentibus diebus febricula tangitur vel levi, qua per non multos augmentata dies Oratorium adiit, hymnos Deo lætus & laudes exſolvit, Fratres filioſque ſuos per orationum ſtudia Domino JESU-CHRISTO cujus ſe ſervitio mancipaverant commendavit, plurimo ſermone adverſus inſidias diaboli, & carnis incentiva edomanda perdocuit. Deinde manibus & officio inniſus Fratrum, in lectulo beata membra compoſuit, ſicque lætus & in Domino alacer ſpiritum emiſit, carnem vero terræ mandandam reliquit.

XV. Quando obiit Maximinus.

34. Obiit autem in Domino die 8. Kalend. menſis Januarii, quo ad Dominum feliciter migrante fletus ingens & pene intolerabilis Monachis relictus eſt, qui triſtem nuncium celeres EUSEBIO Epiſcopo pertulerunt. Venerabilis autem Antiſtes ſui damna ſolatii valde indoluit, & concitus ad Monaſterium iter arripuit cum Sacerdotibus & Clero, officia ſancto corpori exhibiturus funebria, quæ ſicut ſanctus vir mandaverat & Epiſcopo viſum fuerat, peraguntur in eodem loco quo a Sancto viro juſſum fuerat, qui locus multis, ut dictum eſt, poſtea claruit miraculorum ſignis quamdiu ſancta membra tegere meruit *a*, quorum unum memorabo ex quo fidem habeant cetera.

Euſebius ejus funus exſequitur.

XVII. De miraculo facto cum B. Agilo Vicecomite Aurelianenſi.

35. Fuit quidam dives ac præpotens homo AGILIUS * cognomine ſortitus, cujus ſervus

* de eo ſupra.

a Sic Vita S. Maximini deſinit in quibuſdam apographis: *quamdiu ſancta membra tegere meruit præſtante Domino noſtro &c.* Ex quo conjicimus ſequentia ab Auctore recentiori fuiſſe ſuperaddita. Porro Maximinus obiit circa annum 520. Nam Avitus jam ipſi ſucceſſerat, dum mortem prædixit Chlodomiro adverſus Sigiſmundum profecturo, ut legitur apud Greg. Turon. lib. 3. cap. 6. quod anno 523. contigit.

CIRCA AN. 520 15.Decem.

Agilus pœnas luit, quod ſervum ſuum a tumulo S. Viri violenter abſtraxiſſet.

vus (ut aſſolet) fugam iniit, & ne ad pœnam deputaretur, ſingulare ſuffugium ſibi prodeſſe credidit ſi ad tumulum ſancti viri pergeret, eumque teneret: neque enim a quoquam ſe inde avelli poſſe credidit, niſi impunitas commiſſi præcederet. Sed iſdem homo barbaro utens animo atque ſuperbo ſub interminatione maxima comminatus eſt ſe in alios ſervos ſæviturum, niſi quam primum is qui fuga lapſus fuerat, pene ſubjiciendus ab eodem tumulo abſtraheretur. Et quidem illi ut juſſum fuerat peregerunt. At vero in auctorem tantæ temeritatis ultio Divina debite ſupervenit. Cœpit namque totius incredibili corporis vexari cruciatu, cibi potuſque inedia tabefieri, uſquedum in ſe reverſus juſtitiam Domini coactus eſt confiteri, & tractis ab imo corde ſuſpiriis ad tumulum ſancti viri ſervulorum ſuorum manibus ſe fecit portari, ibique cum multis lacrymis & gemitu confeſſus coram Deo & famulo ejus Maximino ſe peccaſſe, votum fecit, ut ſi robur priſtinum ei Deus & ſanctus Maximinus reſtitueret, imminentemque mortem ab eo propelleret, & vitam ad quod propoſuerat peragendum protelaret, ſupra ſepulchrum beati viri Eccleſiam conſtructurus eſſet, & famulum quem beatus Maximinus ſibi vindicaverat, ejus ſervitio perpetuo manciparet. Cujus vocis Omnipotentis clementia, quæ pœnitentium voces ad ſe clamantes audire conſuevit, & ut clament ſemper accendit, citiſſime ſuſcepit. Nam ſubito recepto robore conſtitit, & lætus Deo benedixit, beato Maximino gratias egit, ſervum quem ipſe ſibi vindicaverat, perpetuo ei ſerviturum cum agnatione ſucceſſura ſub teſtamenti atteſtatione tradidit, necnon & Baſilicam quam voverat opere perfecit.

Sed reſipiſcens relevatur.

Baſilicam ſuper tumulum erigit.

36. Nec eſt quidquam quod de ea dici valeat, cum hodieque ſuperſit, in qua Baſilica cum diu (ut jam dictum eſt) multi beneficia Divina petitori per interventum ſancti Maximini adventarent & pro voto res pluribus cederent, ut aſſolet novitas nimium grata beneficiorum cœpit vileſcere, negligentia poſterorum. Cum enim, ut diximus, iſdem locus miraculis ſancti viri clareret, primævo ſuo tempore magno celebrabatur honore: ſed decidentibus annis, ſimulque cum his deficientibus qui præterita noverant præclariſſimis viris, cœpit iſdem locus a priſca nobilitate deficere. At vero in Epiſcopatu ſubrogatus SIGOBERTUS *a* nobiliſſimus genere & moribus Epiſcopus, cum eumdem locum a priori dignitate ad humillimam dejectionem veniſſe conſpiceret, ægre tulit, ideoque diu deliberavit quid facto opus eſſet: tandemque deliberato conſilio decrevit cum voluntate Cleri & plebis, ut ab eodem loco oſſa beatiſſimi transferret Maximini, & in Eccleſia quam in agro juris ſui, quæ extra urbem quidem, ſed muro eſt vicina, contiguaque Eccleſiæ beati Antiſtitis Aniani transferrentur, quæ ſicut devote concepta, prudenter diſpoſita, ita quoque opere probantur impleta. Nam nulla re impediente & piatate Divina favente, a loco priore ſancti viri buſta & devote elata ſunt, & in ſequenti decenter omnino locata. Sanctus porro vir Sigobertus eamdem Baſilicam *b* quam operoſe & devote in honore Dei & ſancti conſtruxerat MAXIMINI, nequaquam indigentem & paupertate voluit eſſe inopem, ſed propriis ſumptibus eam ditavit, quatenus & Clericos habere poſſet qui ſervitium Deo redhiberent, & lucernæ aliique Eccleſiæ ornatus ſecundum Dei voluntatem eidem loco ſufficerent.

Transfertur corpus S. Maximini in Eccleſiam a Sigoberto ædificatam.

Miciacenſe Monaſterium Theodulfus Epiſcopus reformat.

V. Miracula infra, n. 22. & ſeq.

37. Sed cum pluribus hæc permanſiſſent ætatibus, cœpit devotio Miciacenſis Cœnobii & ſtudium Monaſticæ diſciplinæ amolliri & ſæculi dilectoribus tepeſcere, partim cupiditate quæ mater eſt omnium malorum, partim incurſione hoſtica quæ ex Aquitanica impugnatione ex improviſa vaſtatione crebro ſolebat obtingere. Intantum denique iſdem locus prædicto modo nobilis eſt adnullatus, ut nullus ibi manere poſſet Monachorum: ſed habitacula eorum aut eſſent diverſoria ſæcularium & feminarum, aut certe ſtabula equorum & paſtiones eorum. Sed poſtquam omnia proſpiciens & diſponens Divinitas eumdem locum recuperare diſpoſuit, per Epiſcopum THEODULFUM Aurelianenſis Eccleſiæ Præſulem ex Septimania Monachi adducti ſunt provincia *c*, quibus & locum ad recuperationem ſacri Ordinis dedit, & res eidem loco olim attributas, quantum ſatis viſum fuit, impertivit. In qua re non pœnituit eum facti ſui, ut pote cujus tempore intantum ejuſdem gloria loci enituit, ut nihil ſe præteritæ perdidiſſe puderet, imo & potiora ſe adeptum fuiſſe gauderet. At vero cum ei ſucceſſiſſet JONAS Epiſcopus, non minus dignitatis quam voluntatis & ſanctæ devotionis heres, habitatores ejuſdem loci plurimo ſtudio coluit, devote fovit & locum Eccleſia aliiſque ædificiis augmentans adornavit. Quo in tempore non minore ſtudio quam in Patris ejus THEODULFI ævo plurimi nobilium cingula deponentes militiæ ſervitio Domini dura quondam colla ſubjicere gaudebant: quorum Pater venerabilis vitæ & prædicandæ auctoritatis tunc erat HARTRICUS *d* Abbas.

Jonas ejus ſucceſſor confirmavit.

Miciacum multis nobilibus expetitum.

Miciacenſes S. Maximini corpus tandem obtinent a Ludovico Pio.

38. Sed cum Fratres unanimiter Dominicæ clientelæ ſe ſubditos gauderent, unum erat ſolummodo quod mœſtitudinem eorum cordibus ingerebat, quia ſcilicet corpore patroni ſui beati Maximini fraudarentur. Multorum namque eſt etiam ſpiritalium in his quæ videntur allici, paucorum vero & eorum qui corporea propemodum ſpernunt, in ſpiritalibus ſolis occupari. Sed a ſæculo nuper converſis & in eo diu occupatis prius familiariſſimum eſt,

ſequens

---

a Sedit Sigobertus circa ann. 670.

b Hæc Eccleſia modo deſtructa jacet paucis veſtigiis relictis.

c Benedictus Anianæ Abbas hunc conſilio Monachos ſuppeditavit, ut in ipſius Vita necnon Theodulfi ſæculo 9. videbimus.

d Ex Monaſterio Corbionenſi Heiricus ad Miciacenſe regimen translatus eſt.

ſequens vero quodammodo alienum. Igitur petituri ad Præſulem ſanctum & admodum venerabilem virum JONAM conveniunt Monachi, ut ſcilicet redderetur eis eorum corpus Patroni, quatenus in eodem loco quo eis ab aliis regionibus Dominus evocans præfecerat, & ubi vitæ curſum conſummaverat, ibi etiam conſolatione ejus Monachi inibi habitantes recreari mererentur. Quam rem piiſſimæ recordationis vir ut audivit, benigne ſuſcepit, devotamque judicavit: & impleſſet, niſi aliquorum tam ex Clero quam pene omnes ex populo reſtitiſſent. At vero venerabilis iſdem Abbas jam nominatus HERIRICUS ſed & Monachi ejuſdem loci ſanctitate conſpicui & ſæculo olim ſpectabiles viri nequaquam a cœpto deſtiterunt, ſed orando pro hac re Domini clementiam pulſaverunt, ſimulque non abnuente voluntate Epiſcopi ſingularis pietatis Imperatorem LUDOVICUM adierunt in prædicta re præſidium poſtulaturi. Qui more ſolito bonis rebus & Deo dignis devotionem ſuam ſemper adjungens, congratulatus eorum eſt petitionibus, avocatoque jam dicto venerabili JONA Epiſcopo non modo præcepto imperavit, verum voce ac ſermone ſupplici poſtulavit, ut petitioni Servorum Dei (quia ita dignum erat) non ſolum non negaretur ſed ne protelaretur effectus. Sed vir Domini JONAS dum non invitus ſed voluntarius quod jubebatur præſtabat, citiſſime quod petitiones juſſum eſt peregit. Convocato namque Senonicæ urbis Præſule junctiſque venerabilibus undequaque Abbatibus, ſed & religioſis Canonicis, ac Monachis, mirabile eſt dictu, quanta alacritate undecumque convenirent tantæ Clericorum catervæ, & Monachorum ſublimiorum, atque infirmorum coacervatione populorum necnon & feminarum diverſæ conditionis greges, quibus coactis ad votum Antiſtitis corpus Sancti viri duorumque diſcipulorum illius e loco ſepulchrali ſunt elata, & ad locum ubi nunc Chriſto propitio venerantur, ſunt delata, præſentiam ſuam in eodem loco monſtrante ſancta Trinitate per miraculorum plurimos effectus, cui eſt honor & gloria, magnificentia & gratiarum actio nunc & ſemper & in die æternitatis, Amen.

CIRCA AN. 520 15. Decem.

Corpus S. Maximini aliorumque duorum in Miciacenſem Eccleſiam transfertur.

ALIA VITA.

Auctore BERTOLDO, Monacho Miciacenſi.

Ex libris MSS. V. C. D. d'Herouval.

Carmen Auctoris ad JONAM Aurelianenſem Epiſcopum.

HOC Reverende ſacer JONA percurre volumen,
Et male ſcripta tuo corrige judicio.
Nec votum aſpernere pium, ſtudiumve refutes,
Pelle ſed errorem, littera quemque gerit.
Hoc nempe ut fieret majorum juſſa virorum
Extorſere, crebra ſæpe rogando prece.
Priſca dedere fidem Patrum monimenta priorum,
Scribendo cujus eſt pagina docta ſequens.
His bene conſpectis verbum variare videbis,
Sed ſeoſum pene repperies parilem.
Tu vacuare vales cunctas hoc codice ſordes,
Quas ibi mendoſe ſcripſit arundo rudis.
Ingenio ſiquidem calles, ſophiaque redundas,
Ambroſio prudens eloquioque nites.
Alter Homerus enim noſtro jam diceris ævo,
Eſt via cui fandi Publius ipſe Maro.
Moribus es gratus, nulli pietate ſecundus,
Es vultu placidus alloquioque gravis.
Iſta tuam moveant, Paſtor bone, carmina mentem;
Mitteotis ſemper quo memor eſſe velis.
Hoc humilis BARTOLDUS opus compegit, & auſus
Eſt facti auctorem te flagitare ſui.
Hoc opus ergo tuo ſemper de nomine tutum
Mordaces lato temnet in orbe canes.

Auctor novum dumtaxat ſtilum huic vitæ adhibuit.

Jonæ elogium.

PRO-

CIRCA AN. 520
15. Decem.

PROLOGUS AUCTORIS.

Juſtum ac utile eſt Sanctorum acta deſcribere.

1. SANCTORUM præconia virorum Eccleſiæ Fidelium per orbem diffuſæ ſumma laude concelebrant, quorum piam memoriam nunc ſepulchra auri argentique metallis, pretioſorum quoque ordinibus lapidum ac marmorum cruſtis redimita reſtautur, nunc exercitia virtutum ſpiritualium, quibus olim deſudavere vel corporalium vel ſpiritualium in ſe vel in aliis exhibitarum quæ hodieque ad eorum cineres non ceſſant oſtendi, proloquuntur. Verum quod bis non minus eſt ad devotionem fidelium, qua erga illorum affectum flagrant oſtendendum, monimenta literarum paginis indita, ſatis ſuper legentium atque audientium ſenſibus infundunt. Neque enim dicta geſtaque eorum ſilentio debent ſupprimi, quos ad normam vivendi ſui ævi hominibus & quouſque ſæculum volventibus peragitur annis, Fidelibus Chriſti eos pie imitari intendentibus Divina pietas procuravit. Nec parum mercedis eos manere arbitrandum eſt, qui ſtilo currente de eis fida poſteris reliquere ſcripta. Quippe cum Gentilium ſtudia maximum ſibi ſavorem contraxerint, modo proſaico ſcribentes, modo metrico opere lodentes in deſcribendis actibus vel moribus atque exercitiis liberalium artium tam magnorum Regum quam Philoſophorum, quos mendax Græcia maxima laude conſuevit efferre: ipſi partim ingenia ſua commendantes, partimque temporalis commodi lucra ab eis quibus placere geſtiebant captantes, memoriam ſui ad multorum notitiam miſerunt. Nam ſi quærimus eos quos Domino placere confidimus fragilitatis noſtræ interventores habere, non pigeat habere eorum memoriam nos ſæpius ad mentem reducere, omnipotentem quoque Deum in eorum fida, moribus, doctrina & actibus collaudemus, cujus exercitiis edocti nobis exercitia ſummæ Philoſophiæ imitanda dedere.

Cur hoc opus Auctor adorſus ſit.

2. E quibus non contemnendum noſtro quoque vel poſterorum tempore ſuo gregi Divina providentia procuravit Paſtorem, beatiſſimum ſcilicet MAXIMINUM, qui prout commentari nobis datur, in proprio vocabuli ſui nomine maximarum virtutum ſpiritalium copia decorare ſibi propriam ſtuduit vitam, cujus ſanctiſſimam, & ob id Deo dignam vitam notitiæ quorumque Religioſorum calamo currente optimum duximus inſerere: quodque agimus non ſine rubore genarum, vel quia magna ſummi viri attigimus in deſcribendo miracula, ad quorum imitationem noſtra mens hebetat, manus pigreſcit: vel quod doctiſſimus quiſque virorum efficere ex aſſe nequivit, noſtra puſillitas nulla prærogativa..... ingenii aut lepore inſtructi & facile currentis eloquii ſuffulta auſa eſt attentare. Vela autem exiguæ lintri librantes auræ, auctoritati magnorum virorum committimus, qui proſperrimo curſu ad litus tutiſsimum ſuæ defenſionis eam pervehant, quorum juſsionibus ac monitis & crebro rogatu præventi negare noſtram illis debitam nequivimus ſervitutem. Eorum quippe pio rogatu plerumque ſicut laborioſum eſt obedire, ita quoque periculoſum eſt contraire. Adorimur ſiquidem non temerario auſu, verum humili obſequio præfati viri quædam virtutum tangere inſignia, quæ ita laudabili inchoavit initio, fineque complevit, ut quicquid in ejus memoria proceſſerit, non abſque laude poſſit pronuntiari. In quo dictum illud Prudentis conſpiramur impletum: *Memoria Juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet.* Interea nomine impiorum poſthabito memoriam beatiſsimi Patris Maximini ita ſedulo revolvamus corde & ore, quatenus eum imitari curantes, ejus mereamur adſciſci in cœlis collegio.

Prov. 10. 16

VITA INCIPIT.

Maximini ætas ejuſq; parentum nobilitas.

3. Regnante igitur CHLODOVEO glorioſiſſimo Francorum Principe, qui primus in ejuſdem gentis Regibus a Beato RAMIGIO Remorum Præſule ſacris initiatus lavacris, virtutibus promeruit inſigniri divinis, MAXIMINUS Pater nobiliſſimis ſplendens natalibus, cum propriam nobilitaſſet genituram miraculis, mundo propalatus cunctos Occiduis in partibus cœleſte velut quoddam ſpeculum coruſcando præfulſit. Qui ſoli cordium inſpectori Domino omnimodis placere geſtiens hoc non modo agere in anno veterano aut effeto corpore contendens, verum ab ipſis teneræ adoleſcentiæ annis cunctipotenti Deo ſe animo & corpore ſerviendum commiſit, prout ſodalitas ei quoque commendat. Quia ſicut in exemplaribus antiquorum non per omnia improbandis invenitur, beatiſſimo atque ſpectabilis vitæ EUSPICIO indiviſibiliter adhæſiſſe convincitur, cui ſicut animo, ita quoque carnis compagine jungebatur. Uterque enim titulo nobilitatis florebat, & Euſpicius nepotem Maximinum habebat. Fertur equidem vir Domini Euſpicius, itemque collega illius Maximinus Viridunenſis opidi oriundus, quorum cives Regi quondam Chlodoveo perduelles ejus ſibi obſidionem infelicibus meritis concitarunt.

S. Euſpicii conſanguineus fuit.

** ſupple bonæ.*

Viridunenſes Chlodoveo reconciliantur opera B. Euſpicii.

4. At vero ejuſdem urbis inter hæc Epiſcopo communi univerſæ carnis morte ſubtracto tota urbis obſeſſæ plebs ad beatum Euſpicium convolavit qui una cum * indolis Maximino hoſtium circumſedentium timore obſidebatur, ut quia illum ætas ac Sacerdotii, & (quod magis eſt) ſapientiæ decor nobilitabat, eis quid conſilii opus eſſet ſedulo miniſtraret. Qui civium ſuorum incontemnendam durens lacrymabilem (ut fertur) petitionem, ſalubre ſibi cœlitus datum conſilium & petentibus denuntiare & ipſe illud cum iis implere ſtuduit. Nam confeſtim omnibus ad.... Regis mentem immitem ad miſerationem flectendam rite paratis, repagula portarum amoveri fultus circumſtantis ſibi plebis obſequio præcepit

CIRCA AN. 520

15. Decem.

cepit. Exinde Regem memoratum cum Pſalmis & Hymnis adiit, atque in lacrymas ad veſtigia ejus provolvitur, petens humiliter ut circumſtantis familiæ dignaretur propitiari. Deliniitus vero precibus doctorum ſanctiſſimi viri Rex, furorem illico miſericordia mutavit, poſtulantique ſervo Dei citiſſimam plebi indulgentiam propriæ exacerbationis contulit.

5. Interea ſuberigens ſe a veſtigiis Regis vir Domini reverendus Euspicius præcedenſque, Regem ſimulque exercitum intra civitatis mœnia præeunte Clero, itemque plebe ſequente cum devotarum laudum vocibus exceperunt Ducem. Perinde tanta penes Regem amicitia eſt habitus, uti hunc in Sede nuper defuncti vellet ſubrogare Pontificem. Ad quam honoris dignitatem non ſolum cum prius non daretur nullo animi appetitu anhelavit, ſed & ſibi a rege & civibus oblatam omnimodis recuſavit. Cujus patrimoniæ obſervatio ita illum erga Regem in amore devinxit, quod cum per totum iter Rex quouſque ad urbem pertingeret Aurelianam comitari ſecum juberet: qua tempeſtate apud eum tantæ familiaritatis ſedulitatem adeptus eſt, ut quidquid utilitatis tam propriæ quam alienæ ab eo petiverit facili potiretur effectu.

Clodovena in Urbe ſolemniter excipitur.

Euſpicius recuſat Epiſcopatum.

Aureliam uſque Regem comitatur.

6. Itaque hoc iter cum Rege acturus Maximinum corde, Maximinum ore ferebat, cujus actus ſtimulo amoris Regem aggredi cum precibus optimum duxit, uti eum qui ſuo de pectore jure amoris eximii pendebat, non a ſe divelli illius loci vel itineris ſpatio pateretur: quod juſtæ petitionis donum facillime ut petebat obtinere meruit. Regiam ſiquidem ducendi ſecum Maximinum indeptus licentiam, ſimul cum Rege Aurelianorum urbem tandem ſubintravit, quo non diu remoratus Rex, multiſque non interjectis diebus ſanctiſſimum ſibi præſentari juſſit Euſpicium; cuique dixit: Si hujus ſitus loci & cohabitatio tibi placet, idque cordi eſt ut ſedulum Deo hic dependas famulatum, noſtræ manifeſta notitiæ: quidquid vero petitionis tuus ad noſtram detulerit ſermo clementiam, noveris nos velle libenter tuæ voluntati parere. Igitur ut affectum animi quo circa eum ardebat oſtenderet, complexus utrumque Euſpicium ſcilicet ac Maximinum eoſque expoſtulans propria manu venerando viro Eusebio ejuſdem urbis Antiſtiti ob tutelam eorum ac munimen commiſit.

Maximinus eum ſequitur

Rex utrumque Epiſcopo commendat.

7. Regi interea ad menſam lautiſſimi convivii reſidenti dilectus Domini Euſpicius pro his quæ in eum contulerat priorum munera donorum, gratiarum dependit actiones, eique ſupplicans nihil tranſitorii honoris, cum ad hunc ſi vellet impetrandum ſatis ſuperque ſufficeret, ſibi petivit attribui. Verum theſaurum ſanctæ & voluntariæ paupertatis cœlo reponens, quem fures non effodiunt vel furantur, quemque vorax tineam non demolitur, cum pro ſe nihil precum vellet Regi deferre, (quippe eodem Rege amoris eximii gratia utilitatis illius cauſas præveniente) optimum duxit pro ſanctiſſimo ſibi cohærente Maximino cum rogare, ut poſſeſſionem quamdam ſub nominis Miciaco vocabulo ejus proprio juri concederet. Cujus loci fundus ab urbe tribus millibus paſſuum diſtans, propterque Ligeris amnem expoſitus gratiſſimum ſe nunc ſpectantibus oſtentat habitandi locum, in fabrica ſcilicet domorum artifici manu atque laborioſo opere conſtructarum; nemorum quoque in hortis humano ſtudio conſitorum cum vinearum atque ſilvarum circumſurgentium amœnitate, hinc inde vero ſuaviſſimo decurrentium murmure fluviorum, ac perinde remigum ſupra infraque navigantium creber ut ſolet diſcurſus non minimam eidem loco accumulare gratiam conſuevit. Habet autem ab Oriente urbem Aurelianam, ab Occiduo Oceanum & ab Aquilone Arctico rapidum Ligerem, ab Auſtrali Africo mutantem rivulum denominativo dicto nomine Ligeriſmum.

Euſpicius Miciacum impetrat a Rege.

Miciaci amœnitas & deſcriptio.

8. Beatus equidem Euſpicius cernens cor Regis ſuis Divino monitu flexum precibus, huic prædio quod rogabat impetrato, duo quoque & alia municipia adjunxit, quorum gratia ſi mihi rogatu Regem precatur, nomen uni Cambiacus, alterique Litimiacus, quæ tanta celeritate fuit impetrata, quanta dici potuerunt. Ut tamen huic Regio dono perpes maneret memoria, chartæ mandatum eſt ſub nomine Regis ac beati Maximini, quæ revoluta ſcire volentibus teſtantur locorum trium ſuprapoſitorum municipia ſacratiſſimo viro Maximino ſub titulo proprii juris a Rege memorato fore attributa.

Rex duo alia prædia cum litteris adſignat.

9. His atque aliis Regia conſuetudine & induſtria diſpoſitis, præſito Rege ut & alia curaret ab urbe pedem movente, Deo amabilis Euſpicius itemque felix illius nepos Maximinus res neceſſarias de more parantes in fundo Miciaco habitacula Monachorum uſibus apta conſtruere cœperunt: quibus paulatim ſurgentibus incrementis Divino etiam cultui fabricatur Eccleſia, ad cujus dedicationem invitatus præmiſſus Eusebius Antiſtes cum Cleri ſui præſentia adfuit, ſanctoque Maximino Levitæ officium commiſit. Interea horum magnorum virorum fama ad ſæcularium hominum notitiam volitante, videres plures diverſæ ætatis & conditionis viros ſub titulo ſanctæ converſationis ſe illis committere, ac ſæculi poſthabitis mordacibus curis ad horum imitandam ſimplicitatem & quietem undecumque Chriſto debitam convolare militiam.

Cœnobium conſtruitur

Euſebius Eccleſiam dedicat, & Maximinū ordinat Diaconum.

10. Exhinc non multorum interjacentium evolutis annorum orbibus, iſdem ſummæ religionis vir Domini Euſpicius cœlorum gaudiis aſpirans obitus ſui tempus colloquentibus neceſſariis amicis prænuntiare cœpit, itemque hoc ipſum quoque Pontifici totius ſanctitatis Eusebio intimavit. Cujus rei gratia divino, ut creditur, oraculo certus, ſummæ reverentiæ Maximinum Chriſti Domini famulum Sacerdotali infula adjudicavit dignum. Qua ordinatione libentiſſime ab Epiſcopo venerabili peracta, ut ſibi quoque ſuccederet in Monaſterii regimine vir benignus Euſpicius virum Domini Maximinum vicem Patris & nomen tene-

Maximinus Sacerdos ordinatur & Abbas.

CIRCA AN. 520 — tenere ſæpius commendando jubebat & jubendo imperabat; Quam & ordinationem illico cum devotione Epiſcopus ſanctus agendo complevit.

25. Decem. Euſpicii mors & funus. — 11. Abhinc evoluto biennio ſanctus Euſpicius, ut optabat, moribundo corruptibilis carnis onere depoſito migravit ad cœlos. Cujus placidam in Chriſto abſolutionem ut cognovit Antiſtes præfatus, Monachorum gregem, ut aſſolet, pro abſentia Patris lugubriter flentem non modice conſolatus, ad funus Sancti viri totum ſagax ſuum convertit ſtudium. Exſequias vero funeris de more parans jubet ſanctiſſimi viri corpus per mediam deportari urbem, quod ut ad portam civitatis Orientalem delatum eſt, ſancti funeris bajuli ſolo fixi ſteterunt, itaut gradum movere nequirent: qua de re omnium præcedentium ſcilicet ac ſequentium animos timor non modicus perculit. (Miraculum in ejus funere patratum.) At vero novitatis hujus quæ acciderat gratia exterritis omnibus, vir Deo plenus Euſebius Epiſcopus altioris ingenii utile trahens ab imo pectore conſilium ait, nullo modo ſancti hominis poſſe moveri corpus exanime, niſi prius carcerali pœna ſolverentur damnati. Quod ut factum eſt, illico ſanctum funus tollendi & abeundi quibus id prius negabatur habuere licentiam. Unde actum eſt, ut ſtupor gaudio mixtus cunctos occuparet; omnes enim Deo gratias, cuncti Deo laudes canebant, qui ſicut olim per Sanctum ſuum Sacerdotem ANIANUM eamdem ab irruptione CHUNNORUM defenderat urbem, ita per beatum EUSPICIUM ſub oculis redivivo miraculo ejuſdem urbis reorum vincula ſolvebat. Ad votum igitur præfati Antiſtitis in Baſilica eximii Confeſſoris Chriſti Aniani egeſta de more humo Sanctiſſimi viri membra ſepulta ſunt.

Euſebius Maximinum conſolatur. — 12. Quibus omnibus quæ circa tanti Patroni exſequias erant gerenda rite peractis, memoria dignus Euſebius Præſul Chriſti Maximinum Patris ſui decedentis non modico tactum dolore omnimode conſolatus eſt, ac ne quid de impendiis fraternæ conſolationis ei ſubtraheret, nec remorari uſpiam, nec uſquam eum a ſe longe paſſus eſt ire. Verum rediens ad Baſilicam Matris Eccleſiæ eumdem Chriſti famulum ſecum duxit, ejuſque animi mœſtitiam blandis ac lenibus fovit alloquiis: quem tandem ſacris delibutum inſtitutis proprium cum benedictione ſuprema Monaſterium ſivit abire. Qui quam ſancte ac pie & ſine querela ſe omnibus præ cunctis imitabilem præbuerit, teſtatur crebra & evidens miraculorum oſtenſio, quæ ob meritum invictæ fidei Divino nutu exhibuit.

Multos ad ſe trahit Maximinus — 13. Ut ergo juſtæ ac laudabilis vitæ virtutes, quas in eo magiſtra humilitas catenus inſtituente prædeceſſore nutriverat & ſervaverat, ad multorum eruditionem proponerentur; placuit Divinitati, ut lucerna veri luminis ſub modio tecta non occultaretur, verum ſub candelabro poſita & verboſæ eruditionis, exemploque piæ operationis multis intra domum Eccleſiæ poſitis luceret. Hujus itaque ſanctiſſimi viri multorum uſquequaque aures occupabat opinio. Unde ſæculares quique vici nectare illius dulciferæ eruditionis tracti ad eum certatim confluebant ſe illi in ſpiritalis Philoſophiæ gymnaſiis imbuendos exercitiis dedentes.

Quomodo S. Carileſus & S. Avitus ad B. Maximinum venerunt, & quomodo in ſancta contemplatione permanſerunt.

14. Interea ea tempeſtate duo quoque ſpectabilis vitæ viri CARILEFUS & AVITUS ad eum viſendum ardentiſſimo accurrunt amore. Per idem enim tempus Cœnobitalem ſub Abbate in loco, cujus eſt vocabulum Meniate, ſervaverant vitam. At vero ſpeculativæ anhelantes Anachoretarum theoriæ, ac ſæpe viciſſim amica de ſpiritalibus rebus ſerentes colloquia, ſuetu fideli ſeipſos Abbati & proprio ſubduxerunt Cœnobio. Exin autem præviam itineris habentes devotiſſimi animi voluntatem, Ligeris tantum alveum attigerunt: dein ſanctæ opinionis auram quæ de beato Maximino eo tempore ferebatur, tinnula captantes ob aure, ad eum viſendum præpete animi & corporis curſu devolverunt. Quorum adventum ubi beatus vir comperit, accurrens, ipſoſque exoſculans toto charitatis affectu excepit, omnipotentique Domino cauſa devotionis adventus eorum multimodas rependit gratias. Igitur præfati famuli Dei videntes ſe tanta humanitate a viro Domini tractari, ejuſque invictum circa Divina obſequia animum, itemque Fratrum qui ſub eo degebant longe aliter quam alios noverant ſanctæ religioni certatim operam dare; intermiſſa eremum petendi cura, ſatius duxerunt ibi gradum figere, ſeque in Cœnobiali vita ſub eodem viro Domini aliquantiſper exercitando probare. Quod Divino nutu ſibi inſpiratum deſiderium beato detegentes Maximino, & ibidem commorandi & cum Fratribus communiter cohabitandi facillimam habuere licentiam.

15. Perſpicacis autem intuitu mentis vir Domini Maximinus indefeſſam illorum erga Domini cultum conſtantiam attendens utrumque liberaliſſime fovebat. (Avito Cellarii cura committitur.) Unde uni quoque illorum ſcilicet Avito Cellarii curam commiſit: quam cum ſtrenue & devote ob ſuorum Fratrum utilitatem gubernaret, multorum quoque pauperum ex præcepto ſancti Patris Maximini indigentiam ſolabatur. Denique famis penuria, quæ per idem tempus acrius ingrueret, plurimi indigentium ad virum Dei Maximinum venientes rogabant aliquid alimoniæ ſibi miſericorditer dari: quibus inſtantibus quo id fieri juberet, repente vir pietate plenus Dei famulo Avito juſſit, uti eorum neceſſitati pro viribus obviaret. Cui Avitus; Heſterna, inquit, die Cellarium ingreſſus nihil alimenti remanſiſſe vidiſti, hodie quid præcipis dari? At vero Pater pius MAXIMINUS fide fretus Heliſæi procurantis: *Hydria farina non deficiet*,

ciet, & item ſupererit & ſuperabundabit: Avitum jubet ire ſecurum, monetque uti nove- CIRCA AN.
rit nec cibaria danda plebi defectura, neque familiam tantam ſub Chriſti Providentia un- 520
quam ob farinæ penuriam poſſe perire. At ille parumper felle commoto Cellarium ingreſ- 15. Decem.
ſus, ubi verſis oculorum orbibus vaſa in quibus alimenta effundebantur adiit, intantum 3 Reg. 17. 14.
ea redundare alimentis conſpexit, ut humum quoque ubertim effluens, pavimenta conte- Maximinus annonam multiplicat
geret. Quo viſo tantæ novitatis miraculo obſtacula malefidæ incredulitatis a ſe ſubmovit &
didicit in paupertate ex Divina providentia ſperare affluentiam. Turba cum alimoniis quas
petebat recedente Fratres omnes ad tanti donum ſpectabile miraculi vocavit, qui univer-
ſaliter Deo laudes protulerunt, cooperatorem quoque ejuſdem miraculi glorioſo favore ſan-
ctiſſimum extulerunt Maximinum.

16. Beatus porro Maximinus videns utriuſque viri Carileſi atque Aviti animum ſu- Avitus & Carileſus ob virtutes Sacerdotio honorantur.
pernis ſemper anhelare gaudiis, ſeque ipſos feris ac crebris extenuare jejuniis, occupare
continuis ac puris orationibus, exercere ſilentiis, fatigari variis carnis laboribus, omnium-
que inſignibus virtutum; ad culmen Sacerdotii utrumque promovit *. Erat quippe illis
ſtudii ab illicito ſtultæ temeritatis appetitu faciles animi compeſcere motus, corporeæque
oblectationis labiles frenare diſcurſus, hinc opere ſe conſpicuos reddere, inde piis pruden- * Id eſt, promoveri curavit.
tum auditibus ſermonis gratia exhibere conditos. Inter hæc ſeminarium pii deſiderii
imbre ſancti Spiritus aliquamdiu in eorum cordibus confotum, ſcilicet quo olim ſolitariæ
cœperant anhelare vitæ, magis magiſque creſcebat. Ad quod non vagabunda cordis ferebantur
tur levitate, verum inexplebili Chriſto omnimode placendi in dies trahebantur cupidine. Poſt
annos vero Cœnobilitatis vitæque * ſtudium Anachoretico aſpirabant certamini. Et quia ut * ſupple communis
id opere patrarent ſe non poſſe Abbatis & Fratrum ſine licentia incunctanter noverant, id
agere clanculo nitebantur. Igitur inter noctis ſilentium cum Abbatem & totius Congrega- Eremum furtim petunt.
tionis Fratres ſopor altus haberet, vir Domini Avitus claves Cellarii a proprio cingulo re-
vinctas ad cervical Abbatis depoſuit, & pendulo gradu Monaſterium excedens uno comi-
tatus Carileſo, Ligeris amnem petivit. Tunc conſcenſa navi in aliud confeſtim delati ſunt
litus: exin ſaltus magni ſolitudinem adorti cui vocabulum eſt Perticus * intrarunt. * le Perchi

17. Iis tali ſuga elapſis dieque terris reddita beatus Maximinus una cum Fratribus ſuis
eos ſollicite requiſivit, nec tamen invenit: quorum diſceſſu non minimam cordis eſt paſſus
triſtitiam. Illi itaque ut optabant conſortia multorum vitantes hominum, ſimul in eadem
primo cohabitantes ſolitudine aliquamdiu deliteſcebant: deinde ſanctarum virtutum jubare Dividuntur ab invicem & diſcipulos ad ſe trahunt.
longius clareſcente quibus in dies dare operam contendebant, plures ad æmulationem ſui
vocabant. Unde ne duo egregii victricis pugnæ ſigniferi tantum uni præficerentur agmini,
cum uter eorum ſingulæ poſſet præfici turmæ, ab alterutro diviſi, ſuus quiſque cœpit ad
bellandum in Chriſti militia cogere tirones.

Quoddam miraculum.

18. Sanctus quidem Maximinus & ſpiritalium & corporalium jam olim virtutum exhi-
bitor in admirationem ſui multorum ut cœperat animos excitabat. Nam ea tempeſtate cum
ab agro Cambiacenſi ad Monaſterium illius Fratrum uſui frumenta veherentur, ad Lige- Maximinus naufragium orando avertit.
rim uſque delata ſunt: quæ dum impoſita (quia ita res exigebat) navi fuiſſent, vicinum
cœperunt remiges formidare naufragium. Quorum exitiale jamque eminens ut e litore qui-
dam Monachorum periculum vidit, concito gradu Dei famulo Maximino ſtuduit nuntia-
re: qui mox juncta ſibi ſuorum Fratrum caterva immane mortis periculum oratione depo-
lit, adeout nec hominum nec boum, ſed nec frumentorum ulla acciderit jactura: Metu
ſiquidem tanti ſublato diſcriminis omnia ad preces ſancti viri illæſa ſervata ſunt. Nautis
vero & cunctis qui in navi fuerant omnibus cum gratiarum actione ad virum Dei repedan-
tibus, ipſe inexplebili delibutus gaudio cunctos oſculatus eſt, quorum mirabili ereptione la-
crymas gaudio miſcuit, atque omnipotenti Deo munia gratiarum obtulit.

Aliud miraculum.

19. Eodem quoque tempore ab eo conſtat aliud patratum miraculum. Etenim cum Liti-
miacenſis fundus crebra viri gauderet præſentia, fertur in medio itinere, quo a Monaſterio Villicus in Sanctum injurius cæcitate plectitur.
ejus ad prædictum fundum tendebatur, arbor fuiſſe pulchra ramorum fronde, ſed & ſtipi-
tis a terra ſe ſuberigentis proceritate decorata, ſub cujus umbra ſe contegere ſolitus erat vir
Deo plenus frequenter iter agens, & pauliſper remorando Deum orare. At vero præfati Eu-
ſebii Antiſtitis villicus, agrique Sediciaci * colonus nomine Rodomaeus antiqui ho- * Cheſay
ſtis nebula impetitus prædictam arborem paravit evertere, quæ in fabrica illius ut ferebatur
domus actis utrimque ſecuribus concidit. Interea dum S. Maximinus de more idem repe-
teret iter, & orando ſolivagam uſque ad præfatum arboris notæ locum deferret hoſtiam, in-
venta eſt ut prælibavimus ſucciſa. Attamen ne illi ſe nocuiſſe omnium bonorum invidus dia-
bolus qui ejus orationem impedierit tripudiaret, vir piiſſimus eximiæ orationi ibidem ſeſe
enixius dedit: ſucciſor vero ejuſdem arboris divinam non evaſit præſumptæ factionis ultio-
nem, nam continuo utriuſque oculi cæcitate multatus eſt. Quem luminibus mutilatum ut
Epiſcopus comperit, ſanctum Domini virum per ſeipſum rogavit Maximinum, ut interven-
tu ſuarum precum illi redderet, quod propria temeritas in illum interdixerat lumen.

20. Dum

CIRCA AN. 520 20. Dum ergo inter ſe vicaria ſererent de hoc eloquia, unus nobilium Clericorum THEODAMIRUS nomine ſummæ religionis vir, provolutus veſtigiis famuli Dei, rogat
15. Decem. pro germana oculorum luminibus privata uti viſum ſibi diu negatum miſericorditer redderet.
Sed ipſi cæco & feminæ lumen reſtituit Maximinus. Tantorum itaque nobilium ac Religioſorum virorum obſecratione præventus, abnuere quod petebatur minime potuit: ac primo amica ſibi humilitate uſus, ad Dei omnipotentis ſemper adjutricem & clementem voluntatem referre hanc eorum curationem, pro qua rogabatur, optimum duxit. Tunc orationi ardentius incubuit, quam ut explicuit, eorum oculos in nomine Chriſti Domini tetigit, omneſque tenebras ab eorum diſpulit vultibus. Ne itaque ſcripta quidam invidorum & pertinacium legentes vel audientes, non tantum gratiæ quæ collata eſt viro juſto forſan tribuant, quantum fidei infirmorum vel pro eis rogantium: cum non modo propria cuilibet, verum aliena in pleriſque ſcripturæ locis feratur fides profuiſſe. Nam cæci prope viam mendicantis fides a Domino munera lucis promeruit, cui dicitur: *Reſpice,*
Luc. 10.52. Matth. 9. 22. *fides tua te ſalvum fecit*, Mulieris quoque Syrophœniſſæ fides ſibi laudem & ſanitatem filiæ mereata eſt. Dicitur quippe ei: *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis: & ſanata eſt filia ejus ex illa hora*. Quamquam enim ejus viri miraculorum opera ex aſſe ſit impoſſibile cuncta referri, utamur tamen tantum uno ex multis, quo approbari queat, eum non tantum ut humanis poſſet mederi infirmitatibus gratia uſum Divina, ſed ut brutis quoque animantibus imperaret.

De dracone interfecto a B. Maximino.

21. Dum igitur Ligericum litus immanis quondam obſideretur draconis præſentia, qui hominum ac pecorum longe a vicino monte arcebat acceſſum; vir Domini MAXIMINUS adibile hominibus & pecoribus virtute Domini paſcuum reddidit, itaut cavernæ latebris, quibus deliteſcebat, immanem draconem eductum extingueret, eumdemque montem ſicut hoc ſtupendo prius miraculo, ita quoque ſepultura ſanctiſſimi proprii corporis poſtmodum nobilitaret. Etenim abraſo peſtiferi draconis carcere rediens Monaſterium, Fratres ſibi aſſiſtentes rogavit captus amœnitate illius mox futurum corpus in eo ſepulturæ traderent. Hæc Pater beatiſſimus & alia quamplurima præſago ſpiritu prolocutus, non multo poſt reipſa complevit.

De obitu ſancti ac beatiſſimi Maximini abbatis.

22. Brevi quidem tactus febricula poſtquam pium vigiliarum atque orationum Domino de more obtulit munus, ad lectum officio Fratrum ſibi obſequentium deportatus, terræ corpus, animam vero cœlo reddidit. Migravit autem Kalendarum Januarii menſis octavodecimo die. Cunctis itaque Fratribus tanti ac talis Patroni deſolatis præſentia, maximoque perculſis dolore, ac ſancti funeris res neceſſarias parantibus, nuntius dolendi præcurrens obitus venerandi Antiſtitis EUSEBII ſagaciter alia curantis ſeſe auribus intulit, qui hujus rei infortunio mœſtitiam mente concipiens, moratum quoque impatiens, ſeſe beatiſſimo funeri obvium dedit, & Ligeris amne tranſmiſſo exſequiis ejus indiviſibiliter adhæſit, quouſque ſepulturæ traderetur. Sepultus eſt autem in loco, quem ſibi exſtincto olim dracone elegerat.

De miraculo facto cum S. Agilo & ejus ſervo.

23. Poſt diſceſſum igitur ſancti viri ut clareſceret quanta apud Deum anima eſſet meriti, cujus cineres putris gleba tegebat; fuga lapſus quidam ſervulorum cujuſdam prædivitis hominis AGILI cognomine tumulum viri Dei petivit, credens ſe non aliqua vi poſſe ab eodem loco impune divelli. Neque enim eum ſpes vana deluſit. Qui evitare flagella dum ſatis confideret, juſſu domini ſui alii famulorum eveſtigio eum inſequentes violenter a loco confugii rapuerunt. Quam temeritatem Divinæ circumſpectionis obtutus nequaquam impune tulit: Verum eumdem qui eos miſerat per membra totius corporis miſerabiliter vexans, appetentiam quoque omnium ciborum illi abrogavit, ac nimio corporis dolore excruciavit, quouſque non ceſſantibus pœnis ad tumulum beati viri venerandum manibus ſervorum ſuorum deportari ſeſe faceret, quod pridem ſuperbus contempſerat. Quod dum veniam admiſſæ temeritatis cernuus peteret, voto ſe obligavit quatenus Deo in memoria pii Confeſſoris Maximini
Baſilica ſuper Maximini tumulum conſtruitur. ibidem Baſilicam conſtrueret, quam ſanitate percepta opere complevit, cujuſque operis fabrica hactenus ſe ſpectantibus devoti pectoris illius munus oſtendit: ſervulum vero qui celeri fuga uſus ad ſepulchrum ſancti viri confugerat, omnipotentis Dei ac famuli illius Maximini perpetuali ſervitio mancipavit.

24. Hunc ſiquidem locum aliquamdiu famulus Dei miraculis ac virtute ſignorum inſignem reddidit, ſed & præſentia proprii corporis honeſtavit uſque ad tempora Epiſcopatus SIGOBERTI quondam Aurelianorum civium Antiſtitis, qui negligenti cura circa eumdem lo-
Ejus corpus transfertur in aliam Eccleſiam a Sigoberto ædificatam. cum exhibitæ cuſtodiæ ingemuit, & collecta plurima nobilium ac religioſorum virorum manu ejuſdem piiſſimi Confeſſoris venerandos cineres a prædicto relevans loco in Baſilica trans urbem quæ muro ejuſdem urbis eſt contigua depoſuit, quam ipſe ejus honore conſtruens dedicavit, & rebus patrimonii ſui dotavit, ubi idem pretioſus vir Domini Maximinus multis ætatibus ac pluribus volventibus annis venerando tentus ſepulchro maxima ſuorum frequen-

tia ſignorum cunctis palam enituit: donec ad locum quo nunc veneratur, quo & ipſe dum viveret Domino famulatus fuerat Chriſto, iterum deportaretur. Nam venerabilis vitæ viro JONAE Aurelianorum Pontifici civium Chriſti Eccleſia credita circa Divinum cultum magno flagrabat amore, & arcem ſpiritualium virtutum certamen abſcondere contendebat. CIRCA AN. 520 15 Decem. Demum a Jona in Miciacenſem.

25. Sane præfatum Miciacenſe Cœnobium non modo virorum Deo inibi militare nitentium ſummo excolebatur ſtudio aliquibus eorum & cingulum & comam divini amoris inſtinctu ibidem deponentibus. Unde ipſius quoque Chriſtianiſſimi Cæſaris LUDOVICI fruebatur amore, qua de re monitu plurimorum nobilium, ſed & rogatu Monachorum ejuſdem Cœnobii, Abbatis quoque ipſius loci HARIRICI vitæ non contemnendæ viri vero precatu venerabilem Antiſtitem JONAM de transferendo corpore beati confeſſoris Chriſti MAXIMINI idem Auguſtus imperavit, ut cunctorum ſatisfaciens * ad locum cineres Patris & oſſa tranſponeret, quo & ipſe olim Abbatis functus eſt officio, & animam efflans hac mortalium privatus fuerat luce; quatenus ejus loci Monachi cujus exemplorum & doctrinarum non ſegnes contendebant videri exſecutores, ejus quoque Corporis recenti præſentia lætarentur. Præſul ſiquidem accerſiens Senonarum plebium Antiſtitem Metropolitam, Abbatum quoque & Clericorum, item quoque nobilium & plebeiorum utriuſque ſexus & ætatis plurimam undequaque contrahens manum, ſæpedicti & eximii Chriſti Confeſſoris MAXIMINI ac beatorum Confeſſorum altrinſecus ſepultorum THEODAMIRI & duorum ſociorum ejus præfato effodit loco, quorum ſubjectioni multis certatim humeros ſupponentibus magni pretii theſaurum geſtando eum maximarum Chriſto dignarum tripudio laudum Monaſterium uſque advehunt. Interea Epiſcopis & Clero Baſilica Reliquiarum protomartyris Stephani ſubintrantibus, turbæ quoque diverſæ conditionis & ſexus conſequitur conventus, ibique ſexto Kalendarum Junii die ſanctiſſimorum depoſuerunt corpora Confeſſorum, ubi non ſolum infirmorum corporum, verumetiam animarum in dies beneficia petentibus non deſinunt exhiberi, propitia omnipotentis Dei miſericordia, qui in Trinitate perfecta & unitate perenni vivit & gloriatur Deus per infinita ſæculorum ſæcula. Amen. *ſupple voluntatis.

Abbatis eximii MAXIMINI liber exit
Qui meritis vitam decoravit: tu lege quid ſit.

LIBER MIRACULORUM
SANCTI MAXIMINI ABBATIS MICIACENSIS

Auctore LETALDO Monacho Miciacenſi, qui ſub finem ſæculi 10. florere cœpit.

Ex MS. cod. V. C. D. d'Herouval.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. IN flammam ſciens & prudens mitto manum, qui præſumpſerim inter tot eloquentiſſimorum flumina homuncio arentis ingenii rem hactenus intactam attentare: cum non præſumpſerint qui idonea & competenter ad id efficiendum ſufficientiſſimi forent, & nunc affatim floreant, quorum arguti examinis lance & præjudicio condemnari verear. Hoc autem eſt quod a temporibus piiſſimæ memoriæ Patris MAXIMINI uſque ad hæc quibus nos conſilio Omnipotentis qui vocat ea quæ non ſunt tamquam quæ ſint eſſe placuit, cum diverſo modo locus ille quem ipſe vir Domini conſtruxerat Miciacenſis ſcilicet nunc floruerit, nunc ultimæ abjectioni patuerit, modo quoque reſurgere tentarit: inter quas omnes varietates clementia miſericordis Dei numquam abfuit, & miraculorum copia meritis ejuſdem Patris exhibita vacillantes & trepidos ſæpius conſolata eſt; inveniri nemo potuit qui hoc ſcripto ederet, quatenus ad notitiam poſteritatis ordine pervenire valeret. Quod magni arbitror detrimenti, cum & Dei beneficia ignavæ oblivioni ſint tradita & locus abjectior habitus, quantus vel qualis olim fuerit monimentis ſilentibus pene cunctis incognitum ſit. Nam quod ad alicujus notitiam pervenire potuit, quod ſub oculis ejus cui innoteſcit patratum non eſt; id proculdubio aut litteris aut traditione vivæ vocis perlatum eſt. Quod autem neutro horum, id proculdubio an fuerit vel non fuerit, mecum pariter omnes tacebunt. Tolle monimenta de rebus, neceſſe eſt ut pereant, & ſtatus vivendi ordine confuſo titubet & vacillet. Scriptorum neceſſitas & utilitas.

2. Qua de re temerarii quidem auſus præſumptione, attamen utilis profectus contemplatione ad hoc animum appuli, ut quæ vel ipſe viderim, vel probatorum veridica relatione cognoverim, de his videlicet quæ intentioni ſunt ſcribenda putarem. In quo operis contextu nil mirum videri debet, ſi quædam interſeram, quæ ad id negotium pertinere minime videantur, cum id & raro faciam, etſi intuitus recte ſpeculandi adſit non ſine cauſa. Nam & a CHLODOVAEO incipiens & de ejus ſollerti ingenio pauca admodum prælibans ea de re id volui, ut eo auctore cujus munificentia locus de quo loqui geſtimus cœpit exordium, noſtræ quoque narrationis fundaretur principium. Item cum filios ejus induco, id cauſa beati AVETI facio & antiquitatem & ſtudium pietatis ejus commendare volens. Rurſus cum Regum tempora per annorum ſupputationem uſque ad CHILDEBERTUM Si- Auctor a ſe viſa vel ab aliis vere relata ſcribit. Cur aliena a propoſito narret.

CIRCA AN. 520 15. Decem.

SIGEBERTI filium diſtinguo, id duabus ex cauſis efficio, ut comprobem B. LAUNOMARUM Patri Maximino ſynchronum fuiſſe, dumtaxat ſic ut Patre MAXIMINO ætatis perfectæ hic adoleſceret. Nec ante eumdem Patrem Maximinum in hac noſtra regione quemquam Patrum ejus auctoritatis ſcriptum inveniri, qui tot ſanctos & illuſtres viros exemplo ſuæ inſtitutionis informarit, atque ideo non immerito conjiciendum ipſum ſanctum & venerabilem virum LAUNOMARUM de hac ipſa ejus proceſſiſſe diſciplina: cum & tempora concordent, & familiaritas inter MICIACENSES & CORBIONENSES * uſque ad hæc pene tempora inconvulſa perſeverarit. Deniquæ HARIRICUS, ut poſt dicturi ſumus, dum ab hoc moleſtatus receſſiſſet loco, ad Corbionenſe Monaſterium ſe contulit, & quod vitæ ſupererat, ibi complevit.

* Corbion

3. Porro autem nec omnia quæ cognoverim in hoc poſui libello, quæ in hoc vel de hoc habita ſint, revocatus utique temporum confuſione: quæ quia diſcernere nequivi, conticere exinde melius putavi. Quoniam nobiles & induſtrios Patres in hoc eodem floruiſſe loco cognovi, HAYMONAM videlicet, STANOGAUDUM & DRUCTESINDUM, BERTOLDUM quoque virum eruditiſſimum qui vitam veterem Patris Maximini dicitur edidiſſe, PETRUM etiam cujus eruditio & ſtudium hodieque claret. Nam inter ceteros bonorum ſuorum, diverſarum hiſtoriarum libros huic loco contulit, & proprio labore correctos & diſtinctos die Cœnæ Domini (ut ipſi libri teſtantur) ſuper altare S. Stephani protomartyris poſuit. De his ergo quia diſcretio temporum non elucet ſatis dictum. Nunc ad ſeriem narrationis reverſuri oramus Chriſti bonitatis immenſitatem, ut potenti dextera ſuffultos ad optati litoris perducat nos metationem: ſimul etiam flagitantes ſi oculo intentionis noſtræ feſtiva inhæſerit, cum dilectione evulſa non livorem perferat, ſed charitatem.

Auctoris integritas.

Viri illuſtres Miciacenſis Cœnobii.

INCIPIUNT MIRACULA.

1. Diu me pertractante quid potius aſſumendo narrationis ordirer principium locuturus de virtutibus magni & præcellentiſſimi Patris MAXIMINI, Rege CHLODOVEO nihil clarius inventum, qui totius noſtræ ſuperponendæ hiſtoriæ quaſi fundamentum, primumque fundamentum non immerito collocetur. Hic etenim Rex cum primo errore gentilitatis eſſet irretitus, prædicatione B. REMIGII Remorum Epiſcopi, & exhortatu nihilominus CHROTHILDIS Reginæ ſuæ ad fidem Chriſti converſus tam devote Chriſto vixit ſubjectus quam in armis eſſe ſtuduit ſemper invictus. Cum enim Catholica pietas vigeret, Gothos qui Arianis impietatibus ſqualebant ab Aquitania expulit, & occiſo eorum Rege ALARICO filium ejus AMALRICUM in Hiſpanias fugere coegit, peneque totam Galliam ſibi armis vendicans, fines Imperii Rhenum, Alpes, Meridianum mare, Montes Pirenæos & Oceanum habuit Septentrionalem. Intantum denique nominis ejus terror cunctas ſibi contiguas pervaſerat nationes, ut etiam ANASTASIUS qui Imperio Romani nominis præerat, amicitias ejus ambiret, & Conſulem eum ac Patricium Romanæ Reipublicæ datis codicillis muneribuſque magnis conſcriberet. Fuit enim vir per omnia ſtrenuus, qui gloriæ aliquando nihil minuerit, & ſecunda fortuna, maximeque imbellis ſemper uſus ſit, infenſus tamen parentibus quos pene omnes diverſis peremit cauſis.

Clodovei elogium

2. Igitur Viridunenſium rebelliones vicinorum Germanorum ſpe provocati a Rege deficiunt, quorum civitatem illico obſedit, ſubvertiſſetque, niſi oratione præclariſſimi viri EUSPICII qui in eadem urbe Presbyterii honore florebat, impetum revocaviſſet, & impunitatem quamvis nocentiſſimis condonandam putaviſſet. Hunc itaque virum quia locus vacabat dum creare Epiſcopum optaviſſet, nec id ab eo obtinere quiviſſet, rogavit ſibi comitem fieri Aurelianorum finibus accedenti, quo Beatus ille cum nepote dilectiſſimo indolis Maximino adveniens honoratus intantum a Rege eſt, ut etiam ſedem ſuam MICIACUM quo propter delicias piſcium vel venatuum immorari conſueverat, ei jure hereditario condonaret: ſimul etiam Cambiacum & Litimiacum poſſeſſiones illo tempore inclitas cum omnibus quæ his pertinerent, præceptumque Regiæ auctoritatis ea his fieri juberet.

S. Euſpicii Vitæ compendium.

3. In hoc itaque ipſo fundo, Miciacenſi ſcilicet, extructa Baſilica, aliiſque neceſſariis ædificiis B. Euſpicius cum felici nepote Maximino quamdiu rebus humanis interfuit, laudabiliter vixit. At vero eo decedente & juxta latus Beati Præſulis Aniani ſepulto vir Domini Maximinus eumdem locum ſibi attributum honeſtiſſime regens intantum laudabilis fuit diſciplinæ, ut etiam ſanctiſſimi viri AVITUS & CARILEFUS cum eremum communi conſilio peterent & oras Ligeris fluminis attingentes ejus famæ odorem hauſiſſent, relicto potiori propoſito ardentiſſimo ad eum feſtinarent occurſu: quos ille benigniſſime ſuſcipiens, cohabitandique data licentia eos ſibi ſpiritualis devinxit amore, & ſancti Carileſi pene aſſidua fruebatur conlocutione. Sancto autem Avito curam delegavit fraternæ ſubſtantiæ, ſub cujus officio illa omnipotentis Domini gratia, liberalitas, largitas Patri Maximino indulta pagum Aurelianenſem pene totum a famis periculo liberavit.

Item S Maximini.

Maximini inſignes diſcipuli

4. Mirabilis Pater per omnia cui collatum divino ſit munere tales habere diſcipulos, taleſque miniſtros. Nam ejus ſanctæ clientelæ non ſolum hi duo, ſed & alii multi ſancti adhærebant viri mundo olim expectabiles, ſed nunc merito virtutis cunctis imitabiles. Ex ejus namque diſciplina hi virtutum culmine erecti, plurimi eorum Anachoreticam expetierunt vitam, & in ea conſtanter philoſophati ſunt: ut non ſolum communes humanæ habitationis ſedes, ſed deſerta & invia & inaquoſa rivis ſuæ beatitudinis Chriſti fulti adjutorio & colerent & irrigarent. Teſtatur hoc Perticus * beatis viris Avito & Carileſo magnis duobus radiata luminibus. Teſtatur Secalonia * bonum VIATOREM ſervans

* le Perche
* la Sologne

in

in Viatoria, & DULCHARDUS vicinus Bituricensibus: Silva etiam quæ Longinqua dicitur, quam B. LEONARDUS ſpiritualibus ſuis exercitiis & corporis hoſpitio & celebrem reddidit & propinquam. Nam B. LAUNOMARUM & S. LIFARDUM ex hac ipſius floruiſſe diſciplina nulli ambigendum eſt.

CIRCA AN. 520
15. Decem.

5. Siquidem ante Patrem Maximinum, ejuſque avunculum Euſpicium nemo Patrum ejus auctoritatis in hac provincia legitur habitaſſe, qui tot inſignes ſanctitate viros exemplis ſuæ inſtitutionis informarit. Quod enim beatiſſimus Pater BENEDICTUS dilectiſſimum ſuum diſcipulum MAURUM rogatu BERTHICRANNI Cenomannenſis Epiſcopi has in partes direxit, ſubſequenti tempore factum eſt. Quo autem tempore glorioſiſſimus Pater Maximinus floruerit, ſatis ut reor intimatum eſt. Porro beatus MAURUS BRUNECHILDE cum nepotibus THEODEBERTO & THEODERICO filiis HILDEBERTI Burgundionibus imperitante Gallias ingreſſus eſt. Hic autem Hildebertus filius fuit SIGIBERTI, qui de Hiſpaniis evocatam Brunechildem duxit uxorem, & ſuſcepit ex ea filium Hildebertum ſedemque Metis habuit, quæ Mediomatricum civitas eſt. Porro Sigibertus filius fuit CHLOTHARII, qui Chlotharius Regi CHLODOVEO de CHROTILDE filius natus eſt. Igitur tanto tempore præcedit Magnus Pater Maximinus adventum Beati Mauri in Galliis, quanto regnum Chlodovei ſenioris præcedit regnum pronepotum ſuorum Theoderici & Theodeberti. Nam ab ultimo anno Chlodovei, qui primus eſt Chlotharii, uſque ad primum annum Hildeberti Patris iſtorum colliguntur anni ſeptuaginta quinque *: qui Hildebertus in ſuperiori Francia regnans, in regno GUNTHRANNI Patrui ſui, qui Burgundionibus imperarat, matrem Brunechildem cum nepotibus ſuis videlicet filiis ſupranominatis, Theodeberto ſcilicet & Theoderico, regnaturam direxit. His itaque imperitantibus B. Maurus cum quatuor fratribus & ARDERARDO & FLODEGARIO Legatis Gallias ingreditur. Sed de his hactenus.

Sententia Auctoris de adventu S. Mauri in Gallias. V. Præfat. noſtram.

* fallitur

II. *De B. Avito & tranſitu ſancti Maximini.*

6. Igitur B. Avitus vivente adhuc patre ejus ſpirituali, ſancto videlicet Maximino primo, in Monaſterio interdum ſemotus manſit, ac deinde quatuor fere a Monaſterio millibus in loco qui Maceriæ * dicitur, cellulam ſibi conſtituit, ubi uſque hodie Oratorium in ejus nomine permanet conſecratum. In quo loco dum ſpiritui reluctans ſubigeret corpus, beatus Pater Maximinus poſt innumeras quas patrarat contra Diabolum Deo donante victorias, plenus virtutibus & ſanctitate ſibi debitos migravit ad cœlos. Sepultus eſt vero a venerabili EUSEBIO Epiſcopo & Fratribus in monte transligerino, in quo ipſe per Domini virtutem ſævum extinxerat draconem: ſuper cujus venerabile corpus quidam præpotens homo nomine AGILEA, ob ſanitatem ſibi redditam ædificavit Baſilicam, & poſtmodum idem Agilis ad habitum ſanctitatis converſus hodie etiam miraculis claret. Itaque poſt glorioſum piiſſimi Patris Maximini tranſitum B. Avitus ab eremi quiete divellitur, & in ejus loco a Fratribus ſubrogatur: qui & ipſe religione mirabilis, pii Patris veſtigia indeclinabiliter proſecutus eſt.

* Maizieres

Avitus Maximino ſubrogatur.

7. Eo autem tempore CHLOTARIUS & CHLODOMIRUS filii CHLODOVEI Burgundiam petunt, GOTMARUM & SIGISMUNDUM Reges filios GUNDEBAUDI cæſis eorum exercitibus in fugam vertunt. Sigiſmundus Rex ad ſanctos Martyres Agaunenſes confugiens ibi a Chlodomiro cum uxore & filiis captus, atque ad civitatem Aurelianenſem perductus eſt. Quod B. Avitus audiens, de Monaſterio ad urbem venit rogaturus pro Sigiſmundo Rege, cujus preces fruſtratæ ſunt, quia CHLOTHILDES Regina Chlodomiri mater Sigiſmundum oderat, quod Pater ejus & mater a Gundebaudo Sigiſmundi patre interempti forent. Hac de cauſa Sigiſmundus Rex & Martyr necatus eſt, & cum uxore & filiis in puteum obrutus eſt. Verum Clodomirus non uſque adeo lætatus eſt. Nam iterum cum fratribus & copioſo exercitu Burgundiam ingreſſus, die pugnæ inter confertiſſimos hoſtes vivaciſſimo devectus equo inultus occubuit. Cujus filii dum ſpe paterni Regni ab avia nutriuntur, eos Fratres defuncti ab avia fraude abducunt & ſine mora extinguunt.

Bellum Burgundicum.

Avitus pro Sigiſmundo Chlodomirum orat, ſed non exorat.

Chlodomiri filii necati.

8. Beatus porro Avitus cum pauco tempore Monaſteriale regimen tenuiſſet, ad dulcedinem Anachoreticæ vitæ, quam jam deguſtaverat, remeare diſponit. Beatus nihilominus CARILEFUS eodem flagrans ardore Cenomannica deſerta petiit, atque infra breve tempus, multis ad eum confluentibus nobile Cœnobium in loco qui Aninſula * nominatur ædificavit. Porro B. Avitus in locis DUNANSIUM * & ipſe multitudinem aggregans Monachorum multis clarus virtutibus & miraculis longe lateque refulſit.

Avitus iterum cum Carilefo eremum petiit.

* Anille fl.
* le Dunois

9. In loco etiam Miciacenſi quidam frater erat, quem S. Avitus ſpeciali diligebat amore: qui ad extremum veniens ſeſe viſitantes Fratres obnixe flagitat, ne corpus ejus prius ſepulturæ daretur, quam S. Avitus adveniens ſua oratione cum Domino commendaret. Miſſum itaque repente eſt & beato viro nuntiatum, qui feſtinus accelerans iter intempeſta noctis hora Monaſterium ingreſſus eſt, jamque Frater ille obierat, & corpus ejus in medio poſitum triſti mœrentium officio ſervabatur. Vir autem Domini Eccleſiam ingreſſus omnes pene dormientes reperit, & ſe pavimento oraturus projecit, quod multo imbre lacrymarum perfundens diutius orationi incubuit. Dehinc ſurgens feretroque conjunctus Fratrem illum non grandi ſermone voce vocavit, qui quaſi leviter dormiens illico reſpondit, & ſurrigens ſe in feretro reſedit. Ex confabulantium murmure Fratres exci-

Avitus mortuum ſuſcitat.

CIRCA AN. 520 15. Decem.

tatis viderunt vivum quem ſervabant mortuum, & multo attoniti pavore ad pedes Sancti viri occurrunt, Fratremque vinculis funebribus expeditum cum ingenti gaudio educunt, qui poſtmodum tantæ rei teſtis plurimis adviaie annis. Beatus porro Avitus humanas fugiens laudes rurſus ad ſedes optatæ ſecrſſit quietis.

III. *De Sancto Theodemiro.*

Theodemirus ſuccedit S. Avito.

10. Sane quia Fratres Miciacenſes ſine paſtore eſſe non poterant, virum Domini THEODAMIRUM omnis Congregatio ſibi eligit, Paſtoremque præponit. Hic autem Theodemirus bonæ gravitatis & inter ſuos magnæ reverentiæ erat, etiam antequam ſanctæ converſationis ſchemate uteretur. Fuit enim primo ſanctæ Crucis Canonicus, & (ut pleique autumant) etiam Decanus. Ut autem Monachus fieret, ea cauſa plurimum præſtitit: quia dum haberet ſororem, quæ caligantibus oculis luce privabatur, hæc ſancto & venerabili Patri MAXIMINO oblata & per Domini gratiam ſine mora illuminata eſt. Quantus autem hic vir Domini Theodemirus in ſancta religione fuerit, finis edocet in quo omnis laus ſecure canitur. Nam dum in extremis ageret, Beatus LEFARDUS qui in vico Magdaonenſi ſolitariam gerebat vitam, in ſomnis eſt ammonitus, ut quantocius veniret, & exitum Abbatis Theodemiri Domino commendaret. Qui illico ſurgens iter arripuit, ſed antequam ad Monaſterium perveniret, elevatis in cœlum oculis vidit in ſublimi choros Angelorum animam hujus ſancti viri in cœlos portantium atque dicentium: *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis.* Habebat autem idem Theodemirus ex ſorore, de qua jam diximus, nepotem nomine MAXIMINUM. Ut autem ſic vocaretur, cauſam exiſtimamus, vel quia vir Dei Maximinus eum de ſacro fonte ſuſceperit, vel etiam mater ejus amore patris illius a quo illuminata fuerat, filium ſic nominare maluerit. Hunc itaque beato avunculo ejus ſepulto vir Domini LEFARDUS & Fratres Abbatem eligunt, & in loco decedentis ſubſtituunt: qui dum adviait, curæ gregis ſibi commiſſi utpote diſciplinam Patrum ſecutus, ſtrenue invigilavit.

Mors pretioſa Theodemiri.

Huic ſufficitur Maximinus nepos.

11. Porro locus, quo Beatiſſimi Patris Maximini corpus habebatur humatum, cum multis polleret virtutum ſignis, primævo ſuo tempore magno celebrabatur honore. Cumque multi beneficia petituri convenirent, & pro voto res pluribus cederent, ut aſſolet novitas nimium grata beneficiorum cœpit vileſcere negligentia poſtremam. Sed in Epiſcopatu Eccleſiæ Aureliaonenſis ſubrogatus SIGOBERTUS *a*, & genere & moribus nobiliſſimus videns hunc locum olim florentiſſimum a priſca nobilitate defeciſſe, ægerrime tulit. Conſilio itaque Cleri vel populi ab eodem loco oſſa ſancti transferuntur Maximini in Eccleſiam quam idem Epiſcopus in agro juris ſui conſtruxerat, quæ quidem extra urbem ſed muro eſt vicina, contiguaque Eccleſiæ B. ANIANI quam Miciaco dedit. Venerabilis autem Epiſcopus eamdem Eccleſiam propriis facultatibus dotavit, quatenus & Clericos qui Deo ſervirent haberet, & lucernæ & alii congruentes ornatus ei non deeſſent.

Sigobertus Epiſc. oſſa S. Maximini transfert in Eccleſiam a ſe ædificatam.

12. Cumque hæc multis manſiſſent æſtibus, cœpit devotio Miciacenſis Cœnobii & ſtudium Monaſticæ vitæ amolliri & ſæculi dilectoribus parium cupiditate, quæ mater eſt omnium malorum, partim incurſione hoſtica, quæ ex Aquitanica impugnatione crebro obtingere ſolebat. Per idem enim tempus inter PEPINI Duces & VVAIFARIUM Aquitanorum Regem gravis & diuturna conflictatio Rempublicam Francorum non modico profligavit damno, tandemque apud Toarcenſe* caſtrum capto Vvaifario ſummam rerum ad Pipinum conceſſit. His fere temporibus, ut orſi eramus, locus ſupradictus prædicto modo nobilis adeo eſt annullatus, ut nemo ibi poſſet manere Monachorum, ſed habitacula eorum aut eſſent diverſoria ſæcularium, & fœminarum, aut ſtabula equorum & paſtiones canum.

Deſolatio Cœnobii Miciacenſis tempore Pipini.

* Thouars, apud Pictones.

13. Temporibus igitur divæ memoriæ CAROLI Auguſti* diſponente rerum omnium Domino eumdem locum priſtinæ reddere nobilitati, THEODULFUS nobiliſſimus & moribus & genere, acerrimique ingenii Aurelianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubrogatur. Hic itaque multa induſtria certans quatenus idem locus in antiquum revocaretur honorem, dum in contiguis regionibus minus idoneos inveniſſet ad id efficiendum Monachos, ex Septimaniæ partibus *b* adſcivit, quibus & locum dedit, & res illi loco olim attributas de ſuo inſuper addens contradidit. In qua re non pœnituit eum facti ſui: quippe cujus temporibus intantum ejus loci gloria enituit, ut veteris ignominiæ dedecus honeſtas ſuperveniens obumbraret & præteritorum diſpendia lucra ſequentia compenſarent. Theodulfus igitur Epiſcopus inter cetera ſuorum operum Baſilicam miri operis, inſtar videlicet ejus quæ Aquis eſt conſtituta ædificavit in villa quæ dicitur Germiniacus*, quo etiam his verſibus ſui memoriam eleganter expreſſit.

*cognomento Magni.

Miciacum reſtauratur a Theodulfo Epiſcopo.

Hæc in honore Dei Theodulfus templa ſacravi,
Quæ dum quiſquis adis, oro memento mei.

* Germigny, prope Monaſterium Floriacenſe.

Hic itaque Venerabilis Sacerdos inſimulatus conjurationis apud Regem de Epiſcopatu dejectus, & multis diebus cuſtodiæ mancipatus eſt, poſtmodum mirabili rerum converſione

a Sigobertus ſedit circa ann. 570. Eccleſiæ in honorem S. Maximini a ſe conſtructæ pauca reſtant veſtigia ad plagam Occidentalem Eccleſiæ S. Aniani.

b Nempe ex Monaſterio S. Salvatoris Anianæ, cui B. Benedictus Ordinis Monaſtici inſtaurator tum præerat.

CIRCA AN. 520

ne & crimen promptiſſimc ablait, & Regis gratiam conſecutus Cathedsam priſtinæ diguitatis non diu victurus recepit. Ferrur enim vi veneni ab his eaſtiuctus, qui dum exſularet, libertate potiti, bona ejus invadendi jam hauſerant cupiditatem.

15. Decem. Theodulphus exſulat, cur. Revocatus ab exſilio veneno necatur.

14. Ei Jonas ſuccedens habitatores loet ejus mire coluit, locum adornavit, Eccleſiamque amplificans fornicem Orientalem latereulis plumbeis elegantiſſime conteait. Floruit autem Jonas non ſolum in humanis ſed & in divinis rebus, cujus fidei plenitudo ſtudium & eruditio liquido poteſt colligi ea libro quem contra Claudium Taurinenſem Epiſcopum & novum hæreſiarcham conſcripſit, qui Claudius dogmatizabat ſtigma beatæ & vivificæ Crucis minime oportere adorati, Si, inquiens, Crua adoratur, adorentur & puellæ virgiues, quia Virgo peperit Chriſtum, adorentur & præſepia, quia mox natus in præſepi reclinatur: adorentur & aſini, quia aſinum ſedens Hieroſolymam venit: & plura neſanda commentando ſimplicitati Chriſtianæ fidei derogabat. Contra cujus veſanos errores Jonas venerabilis, qui ſanctæ Crucis erat Epiſcopus, Ludovico Imperatore flagitante mirabilem edidit librum, quem de diverſis ſententiis Patrum velut floſcidum depinaie ſertum: & tam validæ ſtultitiæ Claudii obviavit, ut deineeps nemo inventus ſit qui eamdem veſaniam reſuſcitarit. Libellus autem ipſe penes nos habetur, qui in quadam domo igne pervaſa incaute derelictus, & poſt ignem integer inventus eſt.

Succeſſorem habet Jonam.

Jonas doctiſſimus impugnat hæreſes Claudii Taurinenſis Liber ejus in flammis illæſus.

15. Jona igitur in Epiſcopatu poſito multi nobiles & ſæculo exſpectabiles viri cingula deponentes militiæ, veteremque cum ſuis actibus hominem exuti, in eodem ipſo loco Domino ſe mancipari gaudebant. Quorum Pater vitæ venerabilis Haririecus nomine dudum Regum amiciſſimus, eo autem tempore Monaſtici Ordinis erat cultor ferventiſſimus, qui cum omni gaudio ſpiſituali cum ſupplementis vitæ hujus neceſſariis potirentur, unum erat quod mœſtitudinem eorum cordibus non modicam inſerebat, videlicet, quod corpore patroni ſui Maximini fraudarentur. Ludovico itaque imperante Heriſieus Abbas cum Fratribus palatium petit corpus Beati Patris Maximini eapoſtulaturus, itidemque alias utilitates loci ſibi commiſſi non neglecturus. Imperator vero ſavens his petitionibus evocato Jona Epiſcopo juſſit reddi corpus, quod cum magno gaudio a loco ſcpulchrali, in quo id Sigobertus Epiſcopus (ut jam diaimus) depoſuesat elevatum, atque ad Miciacenſe Monaſterium cum oſſibus duorum ejus diſcipulorum Theodamire ſcilicet atque Maximini, quorum ſuperius mentionem poſuimus, perlatum eſt.

Status Miciaci ſub eo florentiſſimus.

Heriricus Abbas obtinet corpora utrinſque Maximini & Theodemiri.

16. De Heririco autem Abbate venerabili, qui his temporibus (ut præfati ſumus) loco Miciacenſi præerat, illud fertur mirabile, quia cum ægrotaret apud Corbionenſe * Monaſterium infirmitate qua & obitt, Fratrem ſibi familiarius inhærentem evocaverit Perſicas ſibi perquiri jubens. Quod cum Frater miraretur cum rempus id inveniendi non eſſet, quia dies Epiphaniorum erant; Vade, ait, poſt crypram Monaſterii, & quod inveneris defer. Frater autem ille non ſpe inveniendi ſed importunitate jubentis devictus, ad deſignati loci arborem acceſſit, in qua tres miræ ſpeciei Perſicas invenit, quarum ſimiles ſuo tempore arbor illa numquam ediderat: quas celeritec eahibiras ægrotus ſuſcipiens omnipotenti Deo, Sanctæ videlicet Trinitati gratias reddidit, & de fructu memoraro prægustans cum Fratres filioſque Domino commendaſſet, lætus de corpore eaivit. Quod ego veridiea ſeniorum relatione cognoſceus nequaquam ſilentio paſſus ſum abſcondi: proculdubio credens, quia etſi ſunt rari nunc miracula facientes, multi ramen in ſancta ſunt Eccleſia, qui vita merito operatoribus miraculorum diſpares non ſunt.

* Corbion, V. Vitam S. Lannomari.

Mirum de Abbate Heririco.

17. Ludovico piiſſimo Auguſto (ut credimus) regna cœleſtia petente Imperium Francorum armis diu quæſitum atque a Carolo ejus patre multipliciter propagatum, a nobili illius corporis compage multis nationibus coacta trifariam dividitur, Triarcheſque filii conſtituti id regendum ſostiuntur. Major horum Lotharius Franciam cum Italia, Ludovicus Saxoniam omnemque Germaniam, Carolus Junior Burgundiam cum Aquitania poſſedit. Quo Carolo non minimam Regni partem aſſecuto, dum fortuna cum infortunio alternat, Regni ejus ſtatus primo quidem inteſtinis bellorum cladibus, poſtmodum vero externis tumultibus gravatus profligatuſque eſt. Duces etenim qui fines Imperii tueri debuesant, dum rebus communibus privata jurgia præponunt, atque ob id mortibus & rapinis ſeſe infeſtantur, locum dedere barbaris, quo Imperium Regibus inclitis partum & tot ſæculis formidoloſum rapinis & incendiis ipſi dehoneſtasent. Intee Lambertum enim & Raenoldum qui Neuſtriæ fines verſus Oceanum regebant, longa concertatio, utraque perditio patriæ latus detexit, per quod clades Regnum Francorum profligatura primo invecta eſt. Ac primum vis Britonum limitem tranſgreſſa, antiquam Namneticam * Andegavenſemque * regiones, Meduanam * fluvium uſque ſuæ barbaræ ſubdidit ditioni.

Diviſio Regni inter filios Ludovici Pii.

Bella contra Carolū Calvum.

* Nantes
* Angers
* Mayenne

18. Eveſtigio gens Normannica vagina ſuæ habitationis egreſſa non more piratico, ſed libere teſras pervadendo, dum nemo reſiſtit, omnem oram maritimam incendiis, rapinis, omnique crudelitatis genere miſerabiliter confecit. Denique die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ urbem Namneticam adorſa conetemat, & Gunhardum * Pſæſulem ſacris Miſſarum ſolemnitis intentum ſuper aram Ferreoli Martyris quæ eſt ad lævam ædis B. Petsi Apoſtoli Marris Eccleſiæ ejuſdem civitatis obtruncat, bacchanteſque per populum nulli ætati parcendum putant. Ipſaque usbe inceuſa cum omni ſupellectili civitatis & grandi captivorum multitudine in Inſulam quamdam Cœnobio S. Floſentii contiguam ſevestuntur, ibique

Dira feritas Normanorum, * S. Cohard.

anno 843.

CIRCA AN. 520

15. Decem. anno 843.

que contubernium ſtatuunt, quidquid alicubi deprædarentur eo conferentes. Primum quidem imperitia equitandi longiores vetabat excurſus; ad poſtremum vero eo uſu exercitatiores non ſolum quæque finitima, ſed procul poſita pervagantur, cædibus opplentes omnia. Iterum ergo navibus conſcenſis Turonis pervadunt, perque alveum Ligeris ad Monaſterium Patris Maximini perveniunt: quod vacuum hominibus reperientes, quæque occurrentia diripiunt, & ad ultimum admoto igne a parte Auſtrali Eccleſiam comburere conantur. Sed ſervante eo qui non dormit, neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael, nequicquam diu laborantes, & omni effectu malitiæ carentes confuſione adoperti diſcedunt. Hactenus porro intueri datur, quanta vigilantia Pater Maximinus hunc ſervaverit locum, quem a die ſuæ conditionis etiam tempore barbarico ignibus numquam permiſerit violari. Nam ea tempeſtate via aliquod Cœnobium totius Neuſtriæ, & magna ex parte Aquitaniæ manus impiorum evaſit, cum S. MARTINI & B. Patris BENEDICTI Monaſteria ab eis conflagrata ſint. Sed nemo autumet me cujuſque Sancti ſuggillationem iſta proſequi: verum ad demonſtrandum pii hujus Patris affectum, qui proſpiciens futuros caſus & tempora quæ ſua ſont quærentium non ſuſtinuit ædiculam ſuam amburi, providens aut vix aut nullatenus eam in ſtatum priſtinum reformatum iri.

S. Maximini Eccleſiam fruſtra incendere tentant.

Monaſteria ab eis direpta.

19. Igitur AGIO Epiſcopo, ſub quo civitas Aurelianenſis ſemel diſtracta ſecundo incenſa eſt, diem obeunte, VVALTERIUS [a] ſucceſſit vir ſtrenuus, & ad quæque perferenda forti animo præparatus, qui & muros urbis exſtruxit, & cives tot cladibus miſeros ad reſiſtendum barbaris animavit. Cui TROHANNUS * ſuccedens nihil efficax oſtendit, verum crudeli exitu poſteris ſui memoriam dereliquit. Nam levitate animi multa utens, plurima temulentus dare vel promittere ſolitus erat, quæ vino digeſto penitus ignoraret. Hanc auſpicatus occaſionem FREDERICUS quidam nobilis Clericus quoſdam Epiſcopi neceſſarios ſibi adſcivit cooperatores: accedenſque poſt cœnam ad Epiſcopum quibuſdam laudibus & urbanitate eloquii ejus animum ſibi conciliare cœpit, perlatoque vino inter bibendum de loco S. Maximini motus eſt ſermo. Quidam enim VULMARUS Monachus, ſed & ipſe ſecundum ſæculi dignitatem clarus eumdem locum ambierat, & ad ipſum Fredricum ſe conferens effectum deſiderii præſtolabatur. Sed conſilio ERMENTHEI fratris ſui Fredricus id ſtudium cauſa videlicet Vulmari derelinquens ut ſibi conſuleret aggreſſus eſt, habenſque familiares Epiſcopi fautores eum hora qua jam dictum eſt, adiit, & dationem prædicti loci quaſi imaginariam ſibi fieri extorſit. Ne forte etiam Epiſcopus pœnitentia ductus id negare præſumeret, baculum ejus furto aſportant, & donationis indicem in craſtinum reſervant. Altero autem die conſurgenti Epiſcopo officioſiſſimus adeſt Fredricus pro collatis grates rependens, denique teſtem baculum repræſentans. Confuſus Epiſcopus, & quid fecerit ignarus, ſed factioſorum unanimitate convictus, volens nolens tamen conſentit. Et quia rei familiaris cum inopia perurgeret, dapſili convivio donatus firma jam auctoritate Fredrico optata conceſſit. Quo ad Monaſterium veniente VULMARUS cum reliquis Fratribus aditus Monaſterii claudunt, & venientem intrare non ſinunt. Itaque cum indignatione ad Epiſcopum reverſus, eum ad Monaſterium uſque conducit, & in expulſionem ovium lupum ſævire cogit. Itaque cum Vulmaro quique potiores expelluntur, quinque tantum perſonatus vilioris Fratribus derelictis. Sicque Fredricus voto potitus nomen Abbatis obtinuit, officium omnino declinans. Eos etenim quos inibi reliquerat ultimæ habens dejectioni ut ſtipendiarios ſigillo alebat, ceteris bonis penitus abraſis. Qui tantam erga ſe duritiam non ferentes Epiſcopum adeunt, & querelam ſuæ calamitatis coram eo deponunt: quos ille omnino ſprevit, & cum ingenti injuria a conſpectu ſuo ejici juſſit. Qui contempti Monaſterium repetunt, & B. Maximino importunis queſtibus miſeriæ ſuæ ingeminant caſum, & ſacris cineribus inhærentes diei noctem continuant.

Epiſcoporum Aurelianenſium ſucceſſio.

* Trannin.

Trohannus culpatur.

Fredricum ſæcularem Miciacenſi prælatura inveſtit.

Monachi ab utroque peſſime habentur.

20. Nocte itaque quadam quieſcenti Epiſcopo duo terribiles aſſiſtunt viri, habitu præclari, canitie reverendi, unus Epiſcopali ſchemate, alter Abbas videbatur, qui quaſi rationem cum eo ponere videbantur: cur is neglecta animarum ſalute ſanctis locis indignas præponeret perſonas, qui luxuriæ & voluptati operam darent, & oves Dominicas morſibus luporum laniandas effugando contraderent. Cum ad hæc Epiſcopus reticens nihil reſpondere valeret, aggrediuntur eum flagris, & obſcœniſſime derelicto abſcedunt. Cujus clamoribus famuli excitati clamoris cauſas inquirunt, vixque ab eo aliquatenus cognoſcere potuerunt: ſed tantum inter ſingultus & anxii tremoris nutantia verba EVURTIUM & MAXIMINUM inclamabat, & Monachos diutius ingeminabat. Illi intelligentes aſcenſis equis Monaſterium eadem hora concito curſu petunt; ſed antequam Monachi peraccederent, Epiſcopus carne ſolutus eſt. Sed & ipſe Fredricus non in longum lætatus eſt: nam & ipſe validiſſimo arreptus incommodo, de eo in quo incumbebat, exilibat ſtratu S. Maximinum non ſuſtinens inſiſtentem. In his ergo clamoribus immatura præventus morte cum multorum dolore ſpiritum exhalavit.

Hujus rei Epiſcopus & Fredricus dant pœnas.

IV. De Letaldo Abbate & ejus ſucceſſoribus.

Series Abbatum Miciacenſium poſt Fredricum.

21. His itaque taliter multatis, defuit qui eo tempore contra jus Monaſterium locum ſupradictum ambiret: ſed reverſi quique a diſperſione qua diſperſi fuerant, locum rece-

[a] Agium ſedere cœpiſſe anno 843. cenſet Carolus Sauſſeyus in lib. 6. Annal. Aurel. qui Anſelmum I. collocat inter Agium & Vvalterum.

recipiunt, proſanos & temerarios invaſures procul expellunt; atque e ſuis unum eligunt nomine LATALDUM virum nobilem, & ſecundum id tempus in multis ſollertem, Abbatemque conſtituunt. Eo autem tempore vix aliqui Monachorum inveniri poterant qui ſecundum Regularem viverent ſanctionem. Floruit autem eo tempore ODO omnino Venerabilis Abbas per quem Ordo Monaſticus rediviva vice reſurgere cœptus eſt. Fuit enim vir moribus egregius, & omni ſapientia adornatus, qui & plurimos edidit libros, in quibus ſtudioſis & boni cupidis viventem ſui dereliquit imaginem; quia vir Sanctus nequaquam aliter potuit docere quam vixit.

CIRCA AN. 520

15 Decem. Letaldus

S. Odonis Abb. Cluniac. elogium.

22. Sano poſt TROHANNUM BARNO ſucceſſit, qui moriens ANSELMO a Pontificatum reliquit, quo decedente THAODARICUS vir induſtrius ſucceſſit, qui & corpore venuſtiſſimus juventa alacer; vivax ingenio, & moribus fuit ſuavis. Contigit autem obeunte LATALDO Abbate locum Patris Maximini in Epiſcopi THEODARICI dominium devenire. Quem locum ſpeciali dilexit amore, & niſi heu proh dolor! immatura morte præventus foret, omnimodis eum in ſtatum priſtinæ dignitatis revocaviſſet. Vix etenim quatuor annis Pontificatu potitus ſedem Epiſcopatus ERMANTHARO dereliquit. Procurationem vero Miciacenſis loci quidam ROTHARDUS adminiſtrabat, inter quem & BENEDICTUM Epiſcopi Ermenthæi Præpoſitum de loco eodem altercatio grandis exorta, iſto invadere cupiente, altero reſiſtente, eumdem locum ad ultimam uſque dejectionem proſtravit. Cum etenim homines loci ſæculariter viverent, inſimulandi locum Benedicto dederunt. Verum Ermenthæus Epiſcopus immodicus animi & nimium eo tempore ſæculi fautor, inſimulationes contra Fratres habitas libenter audiens, eorum contentiones diſſimulavit, & certaminis eorum callidus contemplator acceſſit ſecurus, quia hujus controverſiæ ſibi concreſceret lucrum. Qua de re actum eſt ut Rothardus non ſuſtinens Benedicti calumnias cederet, & quibuſcumque pretioſis rebus coactis ad Abbatem quemdam pagi Bituricenſis nomine RAIMUNDUM ſe conferret, damnum maximum loco iſti rebus ablatis conferens, cum maxime quod Præcepta Regum antiquorum quæ de rebus ejuſdem loci munifica & pretioſiſſima habebantur, ſecum aſportavit.

Epiſcopi Aurelianenſes

Theodericus Epiſc. Abbas Miciacenſis.

Contentio de prælatura Miciacenſi, ex qua Cœnobii dejectio.

23. Porro Benedictus eo recedente quaſi in deſolatum locum ſeſe inſudit, & habenas ſuæ cupiditatis longe lateque porrexit, & cum omni familia eidem ſe loco ingerens ſuapte vivere cœpit. Nam in domibus Fratrum ſtabula conſtituit equorum, hinc ſedes accipitrum, hinc paſtiones canum, hinc cum ſcuto & virgula ludebant juvenes, hinc arguto pectine perſonabant textrices, hinc conventus ſæcularium, hinc domina populo diſprocedens ſtipata cuneis pediſſequarum. Quis Monachorum inter hæc viveret? quis hoc ignominioſum dedecus ſuſtinere valeret? Benedictus interea ſuper LIGARITI * fluminis oram domum conſtituit, quam caſam Mirandem vocavit, ut nec ipſi redditus piſcium libere Fratribus deſervirent. Et quia Epiſcopus cuncta ejus conſilio peragebat, dat ei inviſus Deo conſilium, quo prædia reſque Beato Patri Maximino a Regibus vel etiam quibuſcumque Fidelibus pro remedio animarum ſuarum collata militibus ſuis partiretur pro libito. Quod & factum eſt, primuſque ipſe quæque potiora præſumens, Litiniacum quem Rex CHLODOVEUS Patri Maximino indulſerat, cumcunctis ad eum reſpicientibus ſibi vindicat: dehinc per reliquos ſatellitum prædiorum facta diviſione de ipſis reliquiis, nihil reliqui Monachis relictum eſt. Unicuique autem Fratrum qui inibi remanſerat, per miniſtrum BENEDICTI panis dabatur exiguus & pugillus leguminis, raro vinum, & quando id dabatur non luxurioſa dabatur menſura. Nihil enim officiorum Monachis promittebatur: ſed quæque agenda forent, miniſteriales Benedicti omnia procurabant.

Benedictus Abbas ſæcularis perditiſſimus.

Status miſerrimus Miciaci.

* le Loiret

24. Eo autem tempore florebat inibi vir venerabilis GAUDABERTUS nomine Sacerdotali quidem præfulgens ſchemate, clarus genere, ſed clarior ſpiritualibus erat rebus: habebatque Fratrem junioris adhuc ætatis BARMERTUM nomine, qui & ipſe poſtmodum vir egregius factus eſt, qui communi utilitati nihil præponendum aliquando putaviſſet. Hi ergo cum quibuſdam aliis hanc miſeram ſervitutem gementes inibi reſidebant. Porro ea tempeſtate quidam Venerabilis Epiſcopus nomine BENEDICTUS a Britannis adveniens, locum hunc de quo nobis ſermo eſt, datis triginta denariorum libris ab Epiſcopo emit. Fuit autem idem ſanctus Epiſcopus omni gratia adornatus genere nobiliſſimus, ſtatura procerus, corpore ſicco, omnibus ſpiritus bonis intentus, tum maxime orationi aſſiduus, ſynaxim Davidicam quot diebus perſolvens, tum deinde ſtando Evangelium ſecundum Joannem ordine memoriter recitans. Hic habuit avunculum nomine GRADILONEM, de quo dignam Hiſtoriam ad nos uſque perlatam non abs re credimus parumper ſuſpenſo ſermonis propoſiti ordine huic operi inſerendam.

Monachi quidam inſignes.

Benedictus Britonum Epiſcopus Abbas Miciac.

25. Cum enim hic potentiſſimus Britonum foret, relictis ſæculi pompis ad Monaſterium cui HERI b inſula nomen eſt, gratia converſationis venit. Cumque devote ſuſceptus eſſet, & ipſe devotiſſime converſaretur, ob corporis imbecillitatem ſemote juſſus eſt habitare. Porro amici ejus qui olim in ſæculo eum dilexerant, multa munera ei mittebant, quæ ipſe Fratribus in Monaſterio poſitis pulchre diſpenſanda curabat. Fratres autem putantes eum multas habere pecunias, ut citius cuncta ſibi relicturo grandi parebant obſequio, nihil neceſſitatis non ſupplebatur, ſed cuncta ad votum præſto erant. At vero eo diutius præ-

Gradilo Monachus ejus avunculus.

a Anſelmus ad annum 930. perveniſſe apud Sauſſeyum legitur.

b Hero Inſula, vulgo *l'Iſle de Nermontier*, ſeu S. Philiberti in finibus Pictonum.

CIRCA AN. 520 15. Decem.

Lepide ludit avaritiam Monachorum.

præter ſpem vivente, & miſſione pecuniarum deficiente, una quoque deficere cœpit Fratrum ſedulitas, & frigeſcere cœpit illa pecunioſa charitas. Quod ille ubi animadvertit, hujuſmodi commento adverſus crudeles uſus eſt. Evocato ſibi familiarius inhærente Fratre, juſſit arenam ſecreto ſibi deferri & glareas: quibus allatis duo ſcrinia quæ lectulo ejus præſtabant complevit, & quaſi qui pretioſa condiderit, firmis clavibus diligenter munivit. Poſt hæc evocato Abbate cur tot diebus ſui viſitationem neglexerit, modeſte perquirit. Cum Abbate Fratres intraverant, qui eadem ſcrinia ut ſederent audituri quæ dicerentur aptare molientes, via aliquatenus movere potuerunt. Unde ſolliciti apud ſe redeuntes culpare ſeipſos cœperunt, cur tantum virum neglexerint qui tot bona apud ſe condita illis reſervaret. Renovata itaque ſollicitudine omni eum ſtudio & cura alendum procurant, qui infra breve tempus collectus ad Dominum felici fine quievit.

Stupenda hiſtoria.

26. Poſt cujus obitum quique ejus creduli pelluntur, cellula clauditur, abſque clave ſcrinia reſerantur, reconditi theſauri reperiuntur, immenſa ſcilicet moles arenæ bene illorum congruens avaritiæ, qui rati ab ejus miniſtro ſublatos theſauros, apprehenſum eum diverſis excruciant modis. Cui dejeranti cum nulla adhiberetur fides, Ducite me, ait, ad Domini mei ſepulchrum, & ipſius requiratur teſtimonium. Qui cum aſſentirent, venerunt utrique ad monumentum, elevataque miniſter ejus voce cum fletu: Eja, inquit, Domne, quos theſauros reliqueris edicito, & ſi juſtæ ſunt pœnæ quas patior intimato. Cui de tumulo mortuus reſpondit: Innocentem te quidem & ſine cauſa affligunt, ſed tales eleemoſynarii talibus theſauris omnino digni ſunt. Quod illi audientes valde conſternati ſunt, nec ab eo ulterius quidquam petere præſumpſerunt. Sed Benedictus Epiſcopus pauco admodum tempore in loco Miciacenſi converſatus, rurſus patriam viſitans in Britanniis reverſus eſt.

* le Berry.

Jacob Abbatiam emit.

*Leonenſis. Fit Epiſcopus Leonenſis mortuo Cunano.

* ſupple adiit, Status Monaſterii ſub illo.

27. Conſequenti tempore Jacob quidam Abbas transmarinus in patria, cum in pago Biturico * converſaretur, fama permotus ad eumdem locum Miciacenſem ſcilicet venit, & videns eum amœnum ut eſt, facta cum Epiſcopo Ermenthæo ſexaginta librarum conventione, hiſque porrectis locum eumdem parietes vacuos ſcilicet ſortitus eſt. Mortuo autem Cunano S. Pauli * Epiſcopo, Alanus Comes ſciens Jacob multas habere pecunias, eum in decedentis loco conſtituit, qui conſecrationem indeptus ſedem cui conſecratus fuerat numquam *, ſed in loco Miciacenſi uſque ad vitæ terminum perſeveravit. Verum eo inibi degente orta eſt controverſia inter ſuos, quos illo in loco conduxerat, & inter eos qui ante eum inibi habitaviſſe videbantur. Non enim ſibi conveniebant, & quaſi teſta & æs miſceri omnino nequibant. Unde accidit ut Tartulphus Epiſcopi Jacob Monachus quibuſdam occaſionibus interceptus auctoribus Lambarto & Adalardo graviſſimis verberibus foret affectus: ipſe quoque Epiſcopus injuriatus & plus pavoris quam periculi paſſus clavem coactus de ſinu proferret, ſub qua ejus quæque pretioſiſſima ſervabantur. Cumque Isaac & Egroaldus id Ermenthæo Epiſcopo nuntiaviſſent, vehementer ille commotus, miſit Valinum Decanum virum egregium cum multis aliis nobilibus qui auctores malitiæ perquirerent, inventoſque procul expellerent. Epiſcopo autem cum omni honore ſua reſtituerent. Sed non multo poſt tempore Jacob Epiſcopus cognoſcens tempus ſuæ depoſitionis imminere, & nimis illatæ memor malitiæ, theſauros ſuos & ornamenta inſignia per ſuos partitur, cetera in Britanniis remittens. Poſt cujus obitum iterum Benedictus adeſt perſcrutator acerrimus ſed tardius quam debuit. Epiſcopus enim id futurum proſpiciens dum adhuc viveret, ut dictum eſt, ſuos exinde cum rebus emiſit ſolo Iſaac poſt ejus obitum remanente.

Anno Abbas Miciacenſis.

* Jumieges in Normannia.

Miciacum eo duce refloreſcit.

Charitas Monachorum.

Scriptoris fides.

28. Itaque poſt obitum Jacob Epiſcopi, oblatis denuo viginti libris Albertus & Azenarius Annonem venerabilem Gemmetici * Cœnobii Abbatem ſuum videlicet Fratrem evocant, & jubente Epiſcopo Ermenthæo idem vir venerandus locum ſupradictum ad regendum ſortitus eſt. Cujus temporibus quaſi quidam redivivus æger a longa ægritudine convaleſcens, idem locus a dejectionis ſuæ vilitate reſurgere aggreſſus eſt. Per hunc enim venerabilem Patrem Regularis ordo noſtris diebus huic loco primo invectus ſub eo ferventiſſime viguit, & ſi in rebus adeſſet paupertas, virtus tamen charitatis & hoſpitalitatis eam contegens celabat, & liberalis obumbrabat honeſtas. Toties enim vidimus hoſpitibus largiter vina propinari, nobis omnibus aqua contentis, & tamen ea fieri cautela ut præſenter ipſi hoſpites hoc omnino neſcirent, ſed omnes ut ſe vino delibutos æſtimarent. Diverſis autem modis aderat Dei gratia, quæ neceſſitati concurreret, & inopiam tam verecundæ charitatis ſolamine ſui ſuffragii ſublevaret, ſed & per miraculorum frequentiſſimam copiam reſpectus ſui demonſtraret præſentiam. De quibus pauca nunc perſtringere cupientes nulla nos narraturos fatemur, quæ aut ipſi non viderimus, aut ab his qui viderint vel ſincere didicerint acceperimus. Hinc igitur ſoluto rudente carbaſa noſtræ narrationis ſancto committimus Spiritui, ut de Maximino ſuo locuturis ſui gratiam infundat roris, atque ad ſtationem optati perducat littoris.

V. De duobus fratribus mirabiliter a morte ſalvatis.

29. Cum acrior ſolito ingrueret hyems, intantum ut Liger fluvius glacie obduratus rigenti dorſo tranſitum non ſolum hominum, ſed diverſorum quoque pateretur vehiculorum; duo viri germani fratres a villula ſancti Marcelli quæ ultra Ligerim eſt, egreſſi ſunt,

ſunt, urbem petere volentes ferens caules alter, alter onuſtus ſtramine aptandis carnibus quæſito. Iis itaque ſuper duratam fluminis faciem tranſeuntibus, cum jam pene in medio fluminis conſtitiſſent*, repente glacie diſſoluta quædam quaſi tabula cum illis evulſa eſt, quæ ſubſidens & vi fluminis impulſa reſurgens, leviterque uno ſui capite adacto ſuper reliqua glaciei ſoliditate conſurgens, in modum ſagittæ velociſſimæ decurrit, nec prius reſtitit donec totam evaderet glaciem & obviis gurgitibus exciperetur. In medio fluvio quo tota vis fluminis incumbebat, rivus non multum grandis videbatur, quo tabula illa perveniens trementes & pene exanimes ſic ferre cœpit, utraque ripa plena vociferantium, ſed conſilium nuſquam aderat. Nam ire non poterat, & dum quiſque metuit, intrare nemo præſumebat. Itaque ipſi qui ferebantur jam de vita deſperantes, ſuper inimicum vehiculum conſederunt, Dei ſolius præſtolantes auxilium. Cum contra Monaſterium advolaſſent, unus Eccleſiam reſpiciens, Patris Maximini ſuffragium ſupplici voce imperat. Illico & ſine mora, diviſa per medium tabula eum qui clamaverat ſanum atque incolumen ad litus defert, qui ad Monaſterium accurrens ante altare proſternitur, & immenſo fletu de ſe gratias rependens pro Fratre ſollicite precabatur: De hac, inquiens, Sancte, tua Baſilica non exeam, donec Fratrem meum mihi incolumen repræſentes. Qui etiam ipſe dum contra Eccleſiam beati Andreæ Apoſtoli, quæ eſt in villa Oſtellenſi, perveniſſet, ſancti Apoſtoli implorans auxilium, ſtatim ad litus & ipſe devectus eſt, fratremque repetens cum ſe ſe lugentem reperit, qui videns Fratrem, flere amplius cœpit præ gaudio, & in amplexum ruens liberationis modum percunctari cœpit. Denique poſtmodum plurimis advixerunt temporibus, & quotannis liberatoribus ſuis debitæ ſervitutis obſequium devotiſſime proſecuti ſunt.

VI. *De prædone pervaſo a dæmone & poſt liberato.*

30. FULCONIS quondam ſatellites hujus Patris Villam quæ BAZILLA dicitur intraverant & in colonum inquietudinem multa inſania graſſabantur. Miſſum repente eſt & Fratribus nuntiatum: qui cum Sanctorum pignoribus quoſdam e ſuis tranſmiſerunt rogaturos ut ab hac moleſtia ſe temperare deberent. Cui miniſterio præfuit Venerabilis SIMEON nomine a laico quidem tonſuratus, ſed modeſtiæ & gravitatis moribus non improbabilibus adornatus. Is ergo cum venerandis Sanctorum memoriis appenſis collo, dum curticulam, qua coacti prædones ſeſe defenſare parabant, intrare vellet, unus eorum lapide arrepto irreverenter reverendum niſus eſt percutere virum. Sed cum lapidem dimittit, ipſe quoque retroactis vi Divina brachiis & cruribus cum ingenti rugitu ad terram corruit & voces diverſiſſimas edere cœpit. Quod ceteri prævidentes ingenti terrore perculſi ſunt, omnes pariter terræ proſternuntur veniam pro commiſſo flagitantes, ſimul etiam omnia direpta reſtituunt, & ſe maturius exituros profitentur, ſupplicantque pro compare ut liberari mereretur ab hac dæmonica infeſtatione. Porro Fratres bona pro malis rependentes mox eum exorcizata contigerunt aqua, caputque totum perfundentes; corpus illico pedes & manus ſuo reparantur officio. Et ipſe ſurgens incolumis grandi voce Deum benedicere & famulum ejus Maximinum magnificare cœpit, ociuſque inde digreſſi nil temeritatis in eadem villula ulterius addere præſumpſerunt. NOTA. Vis aquæ Benedictæ.

VII. *De auriga inter fluctus ſervato proſpere.*

31. Liger fluvius huic Monaſterio contiguus emolumenti perſæpe eſt, etiam nonnumquam detrimenti. Nam ſæpe dum metas alvei ſui hanc pene contegit inſulam, Ligeritoque conjunctus unum efficitur pelagus, negatoque commeatu inſulariis non contemnendis, modicas importat neceſſitates. Hoc itaque ingruente incommodo in domo Fratrum contigit inopiam fieri. Id officii ad quemdam famulum Alvaldum nomine pertinere videbatur, quem Cellarius conveniens dure increpat, cur relicto ſuo officio huic neceſſitati non occurrat. At ille importunitate devictus duobus ſecum ſumptis aſinis naviculam conſcendit ſolus pene cunctam inſulæ ſuperficiem contegentibus aquis, vento autem flante e contrario. Cum ille in ventum conari non poſſet, in medium pelagi cum aſinis ſuis devolutus eſt, quo & profunditas rapidi fluminis & venti adverſitas nihil ei commendandæ ſalutis ultra relinqueret, fluctuſque cumulos minaces erigens navim operiret, ut non tam navis inter undas, quam undæ inter navem viderentur. Cum ergo neque conto, neque remo aliquid conari valeret, puppim inſedit, & vocibus altis auxilium magni Patris Maximini implorare cœpit. Illico vento quieſcente, navi tamen fluctibus oppleta inviſibili manu perductus, portum Marogili * appulit, ſecum ipſe vehementer admirans qualiter evadere potuerit. Dehinc ad Monaſterium cum aſinis ſuis regreſſus, ereptione ſui gaudium magnum cunctis fecit Fratribus.

VIII. *De merſo diu jacente in flumine, nec mortuo.*

32. VIVIANUS beati Martini Canonicus huic loco quondam familiariſſimus fuit: qui ſecum quodam tempore eo divertens, conduxit quemdam ſuæ fraternitatis Canonicum nomine CONSTANTINUM, qui alacriter a Fratribus ſuſcepti, biduo cum omni officioſitate detenti ſunt. Eo autem die quo reverſuri videbantur, quidam Collegii eorum juvencu-

Oo iiiij lus

CIRCA AN. 520 15. Decem.

CIRCA AN. lus meridie * quieſcentibus Fratribus cum arcu & ſpiculis Clauſtrum ingreſſus eſt, & cum
520 quibuſdam ſodalium multo ſtrepitu multaque levitate agi cœpit; nunc ſpicula dirigendo,
13. Decem. nunc curſu & clamore Fratres inquietando. Cumque ut a tanta ſtultitia quieſcere deberet
* juxta Re. admoneretur, non acquievit: pro reverentia autem eorum qui eum adduxerunt, æquanimi-
gul. S. Be. ter hoc interim Fratres pertulerunt. Sed cum eo die a Monaſterio exiſſent, remerarius ille
ned. cap. 45. navem conſcendit contra Eccleſiam B. Hilarii, quo profundi currentes Ligeriti fluminis aliquando vadum negant. Cumque in medio fluvio perveniſſet, contum quem tenebat in aquam mittens incaute, cadendo ſecutus eſt: ibique ab hora nona uſque ad ipſam pene noctem jacens multis eum inveſtigantibus inveniri nequivit, donec de eo deſperantibus, umbris jam incumbentibus, quidam piſcator Barbas nomine unco eum attraxit, navique impoſitum ad litus devexit. Nihil in eo ſpiritus ſentiri poterat, mortuus ab omnibus dicebatur. Dolor ingens, maximeque Clericorum qui eum adduxerant, fletus intolerabilis coegerat ibi plurimos diverſæ ætatis ſimul & conditionis. Ad Eccleſiam itaque contigit deportatus, perque pedes appenſus eſt, multoque vel vino vel aqua digeſta media nocte ubi vivus apparuit depoſitus eſt, & in ſe ſe paulatim revertens quid ſecum ageretur vehementer admirari cœpit. Cumque requireretur ubi fuerit, vel qualiter per tot horarum momenta inter undas vivere potuerit. Pro remeritate, inquit quam ſancto loco intuli, morti quidem deſtinatus eram, ſed per interventum magni Patris Maximini ab ipſis Averni faucibus revocatus & vitæ reſtitutus ſum, clementique modo cui injuriam intuli, ipſe auctor veniæ & ſalutis fuit. Facto mane nudipes & cum multa humilitate Monaſterium expetiit, ſeque magno Patri noſtro contradens, indulgentiam ſuæ temeritatis depoſcere & maximas pro vita gratiarum actiones dependere cœpit, qui tantæ rei teſtis in hac vita plurimos poſtmodum exegit annos.

IX. De Clerico lapſo ab Eccleſiæ tecto, permanente illæſo.

33. Venerabilis ANNO Abbas cui in memoriis piorum maxima portio eſt, ſignum uſibus Eccleſiæ præparari juſſerat, quod ſecundum quorumdam morem baptizatum & ſuper rectum Eccleſiæ elevatum eſt. Cumque hi qui extulerant, per tectum Eccleſiæ deambularent, quidam Clericus incautius gradiens (cui nomen FLODONIETUS adhuc eſt) non atten-
* id eſt, dit laquear clavis affixum leviterque ſuſpenſum: ſed firmam nanciſcens * materiam mox
putans ut pedem quaſi liberum poſuit, illico cum grandi ruina devolutus eſt: & primo quidem capiti Crucifixi cui inferius ſtabat Maximinus, illiditur, cujus illico coronam brachiumque confregit, poſt ſuper cancelli parietes, inde ſuper gradus ligneos, ad ultimum ſuper pavimentum proſtratus eſt. Sed hic tali devolutus ruina per interventum Patris Maximini ſibi donatus hodie vivit, cum fere triginta & amplius anni ſunt, quo hoc peractum eſt.

X. De eo cujus manus hæſerunt foſſorio.

34. Ejuſdem pii Abbatis ANNONIS temporibus cum adhuc infantulus eſſem (neque enim audita, ſed quæ vidi narraturus ſum) contigit quod dico miraculum. BENEDICTUS quidam dicebatur non contemnendæ opis colonus, qui in villa nobis contigua, cui Godgiacus nomen eſt, habitabat. Hic ad fodiendam ſibi partem agri quemdam adventitium mercede conduxit. Imminebat autem hujus Patris dies feſtivus qui 18. Kalend. Januarii ejus tranſitu inſignis habetur. Porro ille qui colendum ſuſceperat agrum tanti feſti ignarus, ut pote novitius, deſiderio accelerandi operis accenſus die feſtivo illuceſcente foſſorium, quod
* Gallice Beſſam * dicunt ſumit, & operaturus campum petit. Operante eo vox ſubito ad eum fa-
Beſcho cta eſt, que diceret: TEDUINE (ſic enim is vocabatur) quare hoc agis? Cumque ille huc & illuc verſis oculis neminem vidiſſet, operi cœpto inſtitit; ſed nihilominus eadem vox eiſdem verbis, cur hoc præſumeret, perquiſivit. At ille reſpiciens & nullum omnino videns, foſſati aggerem quo campus ambiebatur conſcendit, & diligenter contemplatus cum neminem videret, ad opus ſuum reverſus eſt. Sed tertio verbis eiſdem eadem vox eum compeſcuit, & mox rigentibus digitis tam valide manus ejus foſſorio hæſerunt, ut nulla ratione eas dimovere valeret, curſimque ad domum ſui Domini reverſus, cum ingenti ejulatu quid pateretur, oſtendit. Ille putans frigore manus ejus riguiſſe (nam vehemens tunc hiems ingruerat) aqua calefieri imperat, rigenteſque ea contrectari manus. Ille amplius ejulando ſe torqueri inclamat. Porro Dominus ejus memor feſti factus intellexit cauſam detinentis eum anxietatis, & mox eum ad Monaſterium direxit indicem ſui reatus præ manibus geſtantem.

35. Miſſa canebatur Dominica, eoque ventum erat, quo Agnus Dei qui pro nobis eſt immolatus, & invocatur & ſumitur, cum ille multo clamore Eccleſiam ingreſſus ante altare projectus eſt. Primoque putatum eſt eum a dæmone agitari: deinde vero quadam ſimulatione hoc eum finxiſſe ſuſpicabantur. Unde & accedentes tentabant manus ejus evellere, ſed nulla id ratione efficere potuerunt. Decretum igitur a ſenioribus proceſſit pro eo Letanias fieri, ut qui eum potentia vinxerat, clementia ſolvere dignaretur. Ubi vero ad convivium ventum eſt, conſtituti ſunt qui ei cibos in Eccleſia deferrent, & ori ejus imponerent. Poſt menſæ autem refectionem acceſſit ad eum quidam frater WIDO nomine olim ſæculo expectabilis, & perquirit ab eo cujus eſſet conditionis. Quo reſpondente ſe liberum

berum eſſe: Surge ergo, ait, & accedens ad altare ſponte teipſum Patri noſtro contrade, & illico liberaberis. Quo conſentiente dat ei manum ut ſurgeret. Conductus itaque ad altare, quia manibus nequibat, voce ſupplici ſeipſum contradens ait: S. Maximine mei miſerere, & me bis vinculis abſolutum ubicumque fuero ſervum tuum eſſe cognoſce. Quod dicens velut fortiſſime ictus fuiſſet, retrorſum cecidit, & foſſorium longe in alteram partem deſiliens ingenti ſonitu multos admirari fecit, Fratres quoque accurrentes cum ingenti jubilo correptis ſignis Dominum magnificare cœperunt ſuper omnibus virtutibus ſuis, quibus Sanctos ſuos glorificare non deſiſtit, quos apud ſe vere vivere demonſtrat, dum apud eorum exanimatos cineres ſuperbiam viventium tam pulchre & eleganter triumphat. Foſſorium vero illud ad laquear Eccleſiæ diu pependit, & homo ille quotannis capitis ſui cenſum die annuo ſuper altare ſui liberatoris perſolvit. CIRCA AN. 520 15.Decem.

XI. De fratribus territis & mirabiliter ſalvatis.

36. Sed quia pius Pater aliquando filium donis mulcet, nonnumquam per ſeveritatis animadverſionem coercet, & interdum proſpera dum ſecuriorem reddunt animum, deterius ſternunt, adverſa vero circumſpectius agere quemque commonent; remiſſiores nos forſan Divinus attendens oculus tanto factos miraculo, conſequenti tempore placuit quodam terrere infortunio, quo mirabiliter quidem territi, ſed per interventum ejuſdem piiſſimi Patris noſtri mirabilius ſumus ſalvati.

37. Conſequenti enim æſtate intempeſta noctis hora ſubitus turbo cœlum contriſtat, caliginis profunditas omnem adimit viſum, coruſci frequentes timorem incutiunt, venti ſibi dura certamina mandant. Exſilimus ſtratis, cogimur in Eccleſiam, multo pavore attoniti pſalmus neſcimus * Letanias. Sacer cereus eſtinguitur, & quaſſus ſui medio quaſi nolens ſuccurrere ad terram delabitur. Qua viſione creſcit pavor, formido augetur, correpta ſigna interrumpente terrore laxantur, nec aliquid inter trepidos invenitur ſolatii. Quidam WALDEFREDUS Ædituus, non quidem Monachus, ſed a laico tonſuratus, ceteris conſtantior, dum extra Eccleſiam ſtat, veniens eminus ab Aquilone jaculum igneum ut vidit, id attonitis & muto terrore compreſſis nuntiavit. Necdum verba compleverat cum ecce per mediam turriſculi columnam fulmen demiſſum Eccleſiamque ingreſſum ſuper nos rotari cœpit, lapideſque & cæmenta parietum bullientibus ſpargere flammis. Stabat EUVRARDUS Priorum unus quem levis ſcintillula mox ut attigit, quaſi mortuum terræ proſtravit. Ab Oratorio ſanctæ MARIAE MAYNARDUS qui Foſſatenſi Monaſterio poſtea præfuit, redibat, quem eadem ſcintillula percutiens calceamentis longe diſcuſſis velut exſanguem pavimento dejecit. Tota facies Eccleſiæ velut clibanus ardens, nihil præter ignem oculi aſpiciebant: de jacentibus nemo ſollicitus, ſuam quiſque opperiebatur mortem. Diu igitur, multumque ſuper nos ille globus oberrans, tandem ſubter Analogium lapſus eſt. Putavimus cœlum in præceps ruiſſe, & dehiſcentem chaos terram petiiſſe: nihilque ſapientoribus aliud inerat, niſi dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet. Intolerabilis ſubſecutus fœtor animos trementium crudeliter ſauciabat. Ejecimus jacentes quos mortuos putabamus multo atrocius fœtentes porcis noviter uſtulatis, ſenſuque reparatos jam lugere cœpimus, ſed in illis non erat vox neque ſenſus, datiſque cuſtodibus hymnos orſi ſumus Matutinos. Mane autem facto cum jam illi vegetatiori ſenſu vigerent, denudatos rimabamur, & in EUVRARDO quidem eſt linea extra quidem nigra, ſed interius ignea a vertice capitis uſque ad plantam pedis rectiſſime porrecta. MAYNARDUS porro cruce inſignitus eſt in dextra ſcapula, quæ ad menſuram palmi virilis manus undique diffuſa, ſed nihilominus & ipſa exterius quidem picea, interius ardens erat. Maynardus in brevi quidem convaluit, Euvrardus diuſcule decubans melior ſe poſtmodum diu advixit.

Adverſa utilia.

* f. cecinimus &

Fulminis miri effecta.

Maynardus Abbas Foſſatenſis S. Maur des Foſſez. diœc. Paris.

XII. De obitu Abbatis Annonis.

38. Igitur piæ recordationis ANNO Abbas cum fere triginta annos idem Monaſterium pie gubernaviſſet, Epiphaniorum prima die cum dolore pene intolerabili omnium ſuperſtitum carnis onere ſpoliatus eſt: qui nos ſua pia charitate deſtitutos altero nihilominus damno mœſtiſſimos dereliquit. Nam nono ante eum die BARNERTUS Decaniæ adminiſtrans officium, vir inter præcipuos egregius, vitam laudabilem laudabili fine compleverat. His ergo velut duobus luminibus viduati in magna cura & ſollicitudine reliqui Fratres ſunt derelicti. Porro ERMANTAEUS Epiſcopus hoc comperto mœſtiſſimus redditur: aſſumptoque Clero & quibuſcumque Nobilibus, necnon Reverendo RICARDO S. Benedicti Abbate, ad Monaſterium venit Fratres conſolaturus, & ſancti viri funeris officia curaturus. Sepelivimus ergo eum in atrio exteriori quod reſpicit ad Aquilonem juxta latus SUTHARDI viri clariſſimi, qui locum hunc pure dilexit & habitatores ejus miro coluit affectu.

Ricardus S Benedicti Floriac. Abbas.

39. Poſt annos vero duodecim depoſitionis venerandi ANNONIS illud atrium ubi conditus eſt, veteribus deturbatis fundamentis amplificari & decentius efferri cœptum eſt. Cum autem pro jaciendis fundamentis tumulus beati Abbatis, qui ligneus eſt, a parte capitis egeſta humo nudatus apparuiſſet, acceſſimus, & aperientes contempla-

Annonis Abbatis corpus 12. anno poſt obitum reperitur incorruptum.

ti ſu-

CIRCA AN. 520 — ti ſumus illum Reverendum corpore & veſtibus ita integrum acſi eo die ibi poſitus fuiſſet.

15. Decem.

40. Sed ut ad ea redeamus quæ facta ſunt, ſepulto Venerabili Abbate, cum locus ſine Paſtore eſſe non poſſet, ISAAC cujus ſuperius mentionem fecimus, Decanus eſt iterum inſtitutus. Per idem tempus Ermenthæus Epiſcopus gravi arreptus incommodo deſperari cœpit: cumque minime convaleſceret, prima jejuniorum hebdomada ad Monaſterium deportatus, & Monachico ſchemate veſtitus eſt, moxque convaleſcens in Monaſterio degebat, eratque converſatio ejus omnino grata, nulli unquam oneroſa. Fratres vero dum eum habere Paſtorem peroptarent, primo quidem annuit, ſed poſt voluntate mutata quemdam HERMENALDUM S. Benedicti Monachum ut Fratribus præficeret ſatagere cœpit. Jam autem ſubrogatus erat in Epiſcopatu ERNULFUS [a] nepos ejus vir glorioſus & inter ſtrenuiſſimos primus: qui cum jucundiſſimus & amabilis eſſet, ad eum Fratres ſe contulerunt rogantes, ne HERMENALDUS eis præponeretur. Qui cum impetraviſſent, & ex hac re Epiſcopus Ermenthæus victus eſſet, ex hoc tamen vinci nequivit ut aliquis noſtrum Abbas crearetur. Erat eo tempore in loco S. Benedicti Decanus nomine AMALRICUS vir ſimplex & boni teſtimonii & ſecundum ſæculi dignitatem clarus, quem evocatum eum locus anno & diebus octo Paſtore vacaſſet, Abbatem conſtituerunt. Porro ERMENTHAEUS cum biennio & menſe uno hoc in loco vixiſſet, die Kalend. Aprilium ad vitam, ut credimus, ſempiternam *.

Ermenthæus Monaſticum habitum induit.

Annoni Abbati ſubſtituitur Amalricus Hermenaldo rejecto.

Ermenthei obitus.

* ſupple migravit.

41. Glorioſus ſane ejus ſucceſſor ut ſe ſolum vidit; illico amorem quem erga locum habebat, manifeſtavit. Inter cetera enim bonorum ſuorum emolumenta, omnium Eccleſiarum noſtrarum redditus qui ad eum pertinere videbantur relaxavit, & ne deinceps ab ullo Epiſcopo acciperentur ſcripto & auctoritate Synodali ſancivit. Poſt vero Romam pergens decretum Apoſtolica auctoritate editum atque formatum noſtra littera in charta, & Romana in papyro tranſcribi fecit, revertenſque in ſcrinio noſtro collocavit. In quo decreto addidit, ut numquam de aliquo Monaſterio in eodem loco ſine Fratrum conſenſu crearetur: quod qui facere præſumpſiſſet anathemate plecteretur. Qua de re animos Fratrum eo ſibi conciliavit, ut inter cetera munia precum omni Hebdomada ſacrificium laudis bis offerendum pro eo atque prædeceſſoribus, ſucceſſoribuſque ſuis decerneretur. Sed de his hactenus. Verum quia de magni Patris Maximini virtutibus pauca perſtrinximus, ad ea quæ his diebus ſub hoc ſcilicet Abbate contigerunt accedamus.

Arnulfus Epiſc. favet Monaſterio Miciacenſi.

NOTA. Anniverſarium pro defunctis.

XIII. De his qui ſub terra obruti ſunt nec mortui.

42. Domus hoſpitum corruerat, & eam extruere cœperamus: trans Ligerim autem argilla quædam invenitur, de qua cæmenti vice levi ſumptu parietes eriguntur. Ad hanc ergo fodiendam deputati ſunt operarii: cumque in proclivi montis parte foderent, & introgreſſi terram egererent, mons imminens ſuper eos cecidit, & duos omnino contegens, tertium tantum capite quoque foris apparente ingenti mole compreſſit. Exſanguis factus Monachus qui eos conduxerat, nomen Patris Maximini crebro ingeminans advolat. Sed quis eos vivere putaret? Attamen alii omni niſu inſurgentes certatim terram eruunt, ſed tanta mole involutos mortuos dicunt. Verum multo labore impenſo quos exſtinctos putabant, vivos educunt. Cumque hi qui educti fuerant, in geſtatoriis apportarentur, multo pavore attoniti dum nubes volantes viderunt, montem iterum ruere putantes dicebant: Væ, væ! iterum moriemur, ecce montem cadentem videmus. Ii igitur per interventum Patris Maximini ne opus eorum morte fœdaretur, & ab interitu ſalvati ſunt, & incolumes adhuc in hac vita ſubſiſtunt.

XIV. De cæco in aquam merſo.

43. Pro lapidibus ad domum ſupradictam convehendis ALMARICUS Abbas cum quibuſdam Fratrum amne commiſſo ſuper litus ſtabat, & operarios ſui præſentia acrius animabat. cum ecce quidam pauper lumine oculorum carens, ductore prævio uſus, ſtipis petendæ gratia molendinum petebat. Erat autem a litore in molendinum tabula longa & anguſta, per quam commeantes ibant & revertebantur, in cujus medio orbus ille deveniens, pede lapſo, utpote non videns, in aquam cecidit, & uſque ad profundum delapſus, iterumque reſurgens, rapidis fluentis ferri velociſſime cœpit. Quod ejus ductor videns, quantocius clamare cœpit. Cumque ſæpius reſurgeret, multi concurrebant, ſed adverſum fluminis impetum conatus inefficaces erant. Porro Abbas & Fratres qui cum eo erant, & hoc intuebantur, ut ei viderunt humanam deeſſe auxilium, illico S. Patris Maximini voce ſupplici illi implorant auxilium: & mox is qui trahebatur, unda ſamulante ad litus devectus, & a quodam qui cum navicula feſtinabat, incolumis ejectus eſt.

XV. De

[a] Ex hoc loco corrigendus eſt Epiſcoporum Aurelianenſium catalogus, qui Manaſſen Ermenthæo ſubrogatum habet. Qua ex obſervatione facile ſolvitur Sauſſeyi ſcrupulus, cui mirum videtur, Arnulfum Epiſcopatus ſui ſedem iniiſſe anno 763. & tamen Manaſſen, quem Arnulfi deceſſorem, putat, Synodo Senonenſi anno 981. ſubſcripſiſſe.

CIRCA AN. 520 25. Decem.

XV. De paupere ſub rupe babitante.

44. Erat autem ibi ruper valde eminens, quæ ſacie converſa ad Auſtrum ampliſſimo Interius gaudio patebat, dorſumque præbens Aquiloni, neque facile admittens Subſolanum infra ſe maximam apricitatem volentibus experiri exhibebat. Quo quidam pauper cum uxore & ſex parvulis adveniens cum non inveniret hoſpitium, ſub eadem rupe ſe cum ſuis recepit, & totam hiemem tempuſque Quadrageſimæ ibi peregit. Die autem ſancto Paſchæ cum omnibus ſuis ad Baſilicam venit, quæ ibi ſacrata eſt in honore S. Maximini, unde & draconem extinguendo expulit, & in qua (ſicut ſupra dictum eſt) quievit. Cumque pauper ille cum familia quam conduxerat, vivificorum Myſteriorum perceptionem ſuſtineret, rupis illa quæ tot diebus eum foverat, cecidit, & cum ingenti ruina devoluta eſt. Ar vero pauper rediens ubi collapſa quondam amica culmina vidit, omnipotenti gratias Domino referens ejus famulum Maximinum ingenti voce magnificare cœpit, cujus pia interceſſio ſe ſuoſque ab imminenti liberarat exitio.

XVI. De illata conſuetudine a Salomone Præpoſito & per Domini gratiam evacuata.

45. Scribentibur nobis ſecundum poſſibilitatem Ingenioli noſtri de virtutibus præcellentiſſimi Patrir noſtri Maximini quoſdam contigir venerandos affuiſſe, quibus petentibus cum ea quæ dicta erant revolveremus, multa omiſiſſe, nos quibus ipſi interſuerant conſeſſi ſunt, revocabantque noſtræ memoriæ intee multa hoc quod dicturi ſumur miraculum.

46. Temporibur piæ memoriæ ANNONIA Abbatis erat quidam HUGONIS * Ducis præfectus SALOMON nomine, vir inſoleus & Cœnobiir Sanctorum vebementer infeſtus, præcipue locum hunc ſpeciali inſectabatur odio, intantum at curſum Ligeris fluminir per terram ſui juris deducere tentaret, in quo multas fruſtra expendens divitiar, ad effectum tamen ſui deſiderii non pervenit. Cum ergo id genus malitiæ fruſtra tentaviſſet, ſe multir aliis modis huic loco officere parar. Cumque Fratres bumiliter perſiſterent, & preces eorum apud improbum nullum haberent effectum, ad Domini miſericordiam ſe contulerunt. Venientibus itaque ejus ſatellitibus (ſicut vulgo dicitur) juvare ſecundum conſuetudinem nuper ab iis male illatam, cum ſanctis pignoribus Fratres occurrunt, & cur tantum ſacinus præſumarue inquirunt. Sed illi ſuperbo ſpiritu contra inermes arma arripuerunt, & plauſtrum quod jam vino onuſtum erat, bubulcir imperant educendum. Quodam ergo die ſuir officialibur aſſumptis ad Monaſterium venire dedignatus, in Villulir circumpoſitis conſuetudines fiſcales adhibere conatur, & vinum e doliis & torcularibus raptum (nam tempus vindemiæ erat) publico Cellario conſerebat. Mox unus, qui FULCHARIUS dicebatur, a dæmone corripitur, ceteri nimio acti terrore in fugam converruntur, boves hinc inde cruentati moveri loco non poſſunt, donec Fratribus accedentibur plauſtrum ad domum ſamuli qui Daniel dicebatur, reductum eſt, ſicque illi quod peſſime abſtulerant, reſtitutum eſt. Die autem altero idem Salomon cum omni humilitate ad Monaſterium venic veniamque adeptus nibil ultra ſimile attentare præſumpſit. Verum & ipſe Fulcherius non longo poſt tempore ibidem adductus per Domini gratiam ſoſpitari redditus eſt: quorum autem cor ſuperbia induravit, horum vitam mors crudeliſſima horrendo exitu terminavit.

* Nempe Magni vel Capeti

NOTA.

XVII. De eo qui ad putandam vineam rogatus arte ſe excuſavit.

47. Tempur vineæ putandæ advenerat, & Abbatis imperio complures operarios Frater nomine HALDEIFUS ad hne opur perquirebat. Cumque plurimos collegiſſet, nec ſufficienter babere crederet, ad domum cujuſdam Durandi accedebat ut eum ad opus venire rogatet, quem uxor ſupradicti Durandi venientem videnr: En, inquit Domnur Haldeiſus accedit ut vos cum reliquis ad vineæ putationem ire debeatir. Cui ille reſpondit: Ego, inquit, non vadam; ſed ne forte Domnur iſte contriſterur, incommoditatem brachii ſimulabo, & per hne inculpabilis manebo. Simulque dicens brachium collo appendit, & venienti Monacho rogantique ut ad opur accederet, non ſe poſſe venire reſpondit. Cumque Monachur perſiſteret, ille pallio rejecto pendens brachium oſtendit: En, Domne, dicenr, libenter abirem, ſed ut vider bac de cauſa venire non poſſum. Cumque Monacbus id ſimpliciter credens receſſiſſet, repente brachium illius qui feſellerat, acri dolore corripitur, & intantum atteritur ut ad aliquid efficiendum omnino moveri non valerer. At ille intelligens cauſam: En, inquit, mulier quod ludendo dicebamus, res ipſa vere dicere jam compellit: ita enim brachium meum torquetur ut omnino conteri mibi videatur. Noctem itaque inſecutam pervigilem ducens, ſacto mane votum vovit dicens: Sancte Maximine ab his doloribur juſte mibi illatis libera me, & quotannis diem unam tuo ſervitio, ubicumque juſſur ſuero, impendendam promitto. Quo dicto ſine mora convaluit, & voti executor uſque hodie ſanus & incolumis vivit.

XVIII. De

CIRCA AN. 520
15. Decem.

XVIII. De Adelardo equorum cuſtode.

48. Roberti Ducis equorum cuſtodes pratum quod Monaſterio ſubjacet intraverant; & multitudine equorum immiſſa id depaſci moliebantur. Præpoſitus Fratrum accedens ne id facerent rogare cœpit. Hi qui ſaniori ſenſu vigebant pro reverentia Patris Maximini pratum deſeruut, & Ligeri amne tranſmiſſo pratis Marogili * ſeſe infuderunt. Unus porro ſpiritu armatus ſuperbiæ qui Adelardus dicebatur, quique ceteris præeſſe videbatur, injuriis Monachos aggreſſus eſt, & procacibus verbis nomen tanti Patris blaſphemare præſumens cum plurimis ſodalium in eodem prato equos ſervare inſtituit. Sed ejus ſuperbiam judicia Divina ſubſecuta ſunt. Nam eidem in eodem prato in eadem nocte quieſcenti terribiliter B. Maximinus apparuit, & ſtultitiæ eum arguens baculo incurvo quem geſtare videbatur percuſſit: qui ſurgens clamare ſeſe moriturum cœpit, & accurrentibus ſociis a B. Maximino ſe letaliter ictum ejulando indicavit. Moxque equos ejici & ſe exportari jubet: ſed ingraveſcente moleſtia inter manus efferentium ſpiritum exhalavit. Qua de re tantus terror ſocios ejus invaſit, ut uſque in hodiernum diem nemo inventus ſit qui ſimile attentare præſumpſerit. Iſta ſunt quæ nos omiſiſſe ſupradicti ſeniores fatebantur, & alia quamplura, quæ faſtidium declinantes reticenda putavimus. Nunc vero ad ea quæ noſtris diebus facta ſunt accedamus.

* Marevil

XIX. De Ardentibus.

49. Peccatis populorum ingruentibus & juſtitiam Dei provocantibus medio fere menſe Auguſto ingens lues populum Aurelianenſem devaſtare cœpit. Divino etenim igne membra urebant humana, cujus ardori nulla poterat occurrere ars humana. Omnem igitur ſexum, omnemque ætatem, & præcipue infantiles artus vis iſta populabatur. Quid facerent quos tanta neceſſitas perurgeret? Sanctorum ſuffragia expetunt, & implorant Divinum quibus humanum deerat auxilium. Cumque per omnia pene Sanctorum loca catervatim hi tales cogerentur, præcipue apud hunc pium Patrem vis immenſa congerebatur: intantum ut Officia divina Fratres reverenter, ut decet, pſallere Omnipotenti nequirent. Quis enim ferre valeret tot gemitus horrendos, fœtores intolerabiles humanorum incendii membrorum? cujus mens tam ferrea non ex hoc molliretur infortunio? Inſuper cum tanta horum confluxerit multitudo miſerorum, quæ ſi tota coadunaretur in Eccleſia, chorum pſallentium compleret & cryptas. Hoc tam moleſtum quoquomodo Fratres tempore diei ſufferebant: imminente vero hora noctis ab Eccleſia expulſi in porticu Aquilonali hærenti eidem, necnon in corte factis ſibi umbraculis manebant. Diluculo vero inſtante repetebant Monaſterium flagitantes pii Patris Maximini interventu auxilium Dei his vocibus: O præſtantiſſime Dei amice, qui tua larga beneficia ejuſdem Creatoris omnium munere nequaquam poſcentibus aſſueſti inhibere, opem nobis fer celerem, ne cruciatu inſiſtente aura nobis ſubtrahatur hujus luminis. Appareat nobis per te virtus Divina, qui ad tua confugimus merita, ſperantes tuo obtentu miſericordiſſimi Dei indulgentiam. Hæc dicentes cum multis lacrymis & planctu internо cordis non ceſſabant deoſculari pavimentum ſacræ ædis.

50. Clementia itaque miſericordis Dei clamorem mixtum gemitu horum miſerandorum exorante pio interceſſore Maximino ſuſcipiens omnium membra dignatur reſtinguere. Deinde plurimorum oſſa ferro recidebantur acuto, quorum carnes exederat ignis. Quorumdam vero intantum acriter demolita erant, ut diſſoluta ipſa ſua ſponte caderent. Quot vero extiterint numero, enumerare ſingillatim minime ſufficit lingua, præſertim cum, ut ſupra fati ſumus, numeroſus affluxerit populus: quin etiam pars maxima hujus ab hac luce abſtracta ſit, mox ut conſecuta ſanitatem fuit. Tandem dignum duxi nominatim de his ſcribere qui longo poſt advixerunt tempore, quo legentibus fides facilius adhibeatur.

51. Quidam ruſticus nomine Ingelbertus una cum filio Gilberto ac filia, cujus nomen exceſſit, divino igne pervaſi intantum depaſti ſunt, ut pater dextrum pedem amitteret, filius vero coxam ſiniſtram & dextram uſque ad genu tibiam, ſoror aut ſiniſtram uſque ad genu tibiam: & ipſi ita detruncati divino judicio meritis glorioſiſſimi Patris Maximini demum liberati pluribus inde advixerunt annis.

52. Ea tempeſtate quidam parvulus nomine Conſtantinus habens cratem ſiniſtri pedis ab hac infeſta valetudine pervaſam, devehitur ulnis amitæ ſuæ Hermentrudis nomine: qui dum ibidem moratur octo diebus, neque die ac nocte moleſtia morbi ſomnum caperet, accepit præfata illius amita a quodam Dei ſervo reſponſum ut æditum expoſceret, quatenus ſinerent puerum ſuum una noctium cubare intra Eccleſiam, quod & factum eſt: Et ecce noctis ſub ſilentio videt mulier niveam columbam ingredi Eccleſiam & ad ingreſſum ejus totam reddi coruſcam. Quæ accedens ad altare, ibi aliquantiſper ſubſedit, puer autem mox correptus ſomno ulterius nullam moleſtiam morbi ſenſit, neque inde veſtigium incendii apparuit.

53. Alter extitit æquivoco nomine puerulus ſimili morbo periclitans, ſed non eodem modo ſalvatus: Judicium enim ſuperni Judicis nequit quiſquam mortalium comprehendere. Mater ejus Erſrida dicebatur, pater autem ejus jam hominem exuerat. Hic itaque puer a quodam cane pervaſus fortuitu ejus pedem momordit dextrum: qua occaſione incendio perustus

peruſtus adducitur ad limina hujus Patris noſtri Maximini piiſſimi advocati. Cumque ibi aliquantiſper demoratur, ſanitatem conſequitur plenissimam, qui uſque hodie ſervitio detinetur Fratrum utens officio paſtoris. CIRCA AN. 520 15. Decem.

54. Sane vir quidam Laurentius quamvis ruſticus, tamen liberali proſapia ortus, binorum exſtiterat pater filiorum. Horum quidem nomina fraterculorum primogeniti Tedmari, junioris vero Gilardi vocitabantur. Siquidem incommoda valetudo prædicta dextras iſtorum invadit puerorum ſuras, paulatimque tibias ſimul cum pedibus improbior occupat. Denique gratia obſequendæ ſanitatis primo quidem a ſuo genitore cujus mens catenata filiorum affectu, quod nullo his valebat ſubveniri præſidio, ducuntur ad Baſilicam Eccleſiæ Matris ſanctæ Crucis: decurſoque ibi aliquanto temporis ſpatio nullam aſſequuntur ſanitatis medelam. Urgente autem neceſſitudine ardoris dum piiſſimas Domini aures interni clamore doloris continuo pulſant, a quodam Fidelium pater prædictorum accepit conſilium, hos deferre quantocius ad limina Chriſti Confeſſoris Maximini, quia virtus Divina præſtabilis adeſt quibuſcumque mortalibus incommoditate corporea laborantibus: qui mox accelerat cum pueris iter. Adveniens autem ad Baſilicam piiſſimi Confeſſoris, implorat meritum hujus prædicti patroni, quatenus ſubveniendo caſtignat membra puerorum ardentia: quod non diu retardare Divinitati placuit, quæ omnibus loco & tempore magnalia proprio imperio diſtribuit. Enimvero tranſactis diebus aliquantis, exſtinctis puerilibus membris ab igne depaſtis ſoſpitati interventu patris incliti redduntur Maximini.

55. Eadem tempeſtate quoque inſtante ſacra Dominici Natalis vigilia quidam homo nomine BARNERIUS qui quidem adhuc ſupereſt, excubiis tantæ ſolemnitatis cum ceteris intererat Fidelibus. Excubans itaque ſolemni de more, intempeſtivæ phreneſis ſubito morbo arripitur, quod immoderato thermarum caumate * forte illi acciderat, quibus tanti luminis gratia eadem ſub nocte ablutus fuerat a. Nam diſſidente inter ſe inæquali elementorum temperie (erat enim tunc nimium brumalis temporis frigus) ſenſum amiſit funditus, atque in dies creſcente corporis moleſtia ita manceps efficitur, ut nullis jam teneri poſſet ligaminibus. Agebat ipſe teterrimus oris pallor, ſanguinea oculorum ſuffuſio, miſera membrorum diſtorſio, frequens totius corporis in præceps eliſio, lacrymabilis per totius ſacræ ædis habitum rotatio, ipſius pavimenti & ſuperſparſorum ſcirporum effræna voratio, qui hoſpes in Chriſtiano hoſpitaret diverſorio. Unde ſuis cuſtodibus taliter fatigatis fere quindecim ſolibus infra Oratoriolum S. Joannis Baptiſtæ obſeratis januis truditur. Verum illud noſtrum ſingulare decus, ſanctiſſimus videlicet Pater MAXIMINUS, hujuſmodi languorum aſſiduus per Chriſti gratiam curator & medicus, celeri ſuorum antidoto meritorum peſtam latentis expulit inimici. Nec diu differre paſſus fuit, quem a ſe ſanandum ſibi expoſuerat devotio Fidelium. Itaque paucis diebus evolutis hoſtis concreto oris ſanguine expellitur, languens acſi mortuus coram ſacratiſſimo altari reperitur, cujus in pectore via vitalis calor palpitantis ſpiritus ſentitur. Mox itaque ulnis Fidelium a Templo ſubductus in imam domunculam ipſius Eccleſiæ contiguam tollitur: ſicque intra paucos dies perfectiſſimæ ſanitati donatur, vigilanti Fratrum cura in omnibus adjutus. Per omnia benedictus Deus. * id eſt a ardore.

Quæ ſequuntur, alterius videntur Auctoris.

56. Alter nihilominus (cujus nomen excidit) advenit lumine oculorum privatus ab ipſo exceptionis partu. Pernoctans itaque ante ſuffragatricem tanti patroni tumbam, inexpertam ſemperque optatam meruit extorquere illuminationem. Ergo dum ſtabilis mentis fide id miſericordis interceſſione Confeſſoris ſibi largiri confidit, quod natura non contulit, infeſtuſque continuæ inquietudinis clamores nullo modo intercipit, confeſtim quodam piiſſimi Rabboni tactu ab ipſis oculorum orbibus ſanguinis rivuus erupit, ac deinceps poſtmodum ſub tanti manu opificis inexpertum inſcia lucis ſplendorem pupilla extimuit, rerumque imagines deinceps emblemate ſimili pectore condit. O cœleſtis Regis potentia, ingens, incorporea in ſua natura, quæ palpamine ſpiritali a mortali voluit humanitus ſentiri, innatum glaucoma deſtruxit, obtunſum verticis ſpeculum gemino fulgore complevit.

57. Quidam duodennis puer nomine Erfredus nervis areſcentibus poplitum ex aſſe incedendi amiſerat officium. Hic itaque per multorum annorum curricula fratrum Miciacenſium ſollertia frequenti educatus alimonia fuerat. Verum ille inexhauſtæ fons pietatis qui puerilis ſinceritate innocentiæ abſque ullius conſperſione fermenti corde devoto præcipit carceri, illum una noctium admoneri voluit ut Patris Maximini expeteret opem, ſi totius corporis optaret conſequi valetudinem. Qui ſupernæ admonitioni credulus, mane facto penita Eccleſiæ ſubintrat, atque ante ſacroſanctum proſtratus mauſolæum, innocentis affectu animi

a Hujuſce ritus veſtigium exſtat in Decretis Lanfranci. *Vigilia Thomæ Apoſtoli*, inquit, *ſi dies Dominicus non fuerit radantur Fratres; & balneantur qui volunt balneari, ut duobus diebus ante Dominicam Nativitatis ſint omnes balneati. Si neceſſe ſit, ipſo Apoſtolicæ feſtivitatis die balneari poſſunt*. Qualem diſciplinam hoc in opere ſervare ſolebant Monachi, idem Auctor ibi præſcribit. At multo antiquior ejus rei mentio habetur in Regula cujuſdam Patris cap. 12. his verbis. *Similiter ad caput Fratrum lavandum per ſingula ſabbata, vel balnearum uſus per feſtas ſolemnitates præparent*. Vide Notas Menardi noſtri in Conc. Regul. cap. 55.

CIRCA AN. 520 15.Decem. animi pia piiſſimi interpellat merita Confeſſoris. Nec mora divina dignatio illi adfuit; Ex templo ſiquidem ſe ſubrigens, ac pleniſſimam totius corporis captans ſanitatem, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo primo tertia ipſius Reſurrectionis Salvatoris Dominica, hora diei ſecunda, eadem Paſchalis ſolemnitatis gaudia teſtauratione ſui haud modica auxit in lætitia. Er quidem apte, dum huic vox inſonaret Prophetica: *Miſericordia Domini plena eſt terra;* inde ipſius tantæ miſerationis viſcera clangore ſignorum excita plebs concurrens ſtuperet univerſa.

MONITUM.

De S. Maximini inventione Reliquiarum agemus Benedictino Sæculo 5.

CIRCA AN. 530

DE SS. AVITO, LÆTO, DULCARDO, & VIATORE Monachis Miciacenſibus.

1. HORUM *Sanctorum res geſta adeo obſcura ſunt & implicata, ut eorum Acta cum ſcripta manu, tum edita, quandoquidem rebus noſtris illuſtrandis parum conducunt, referre animus non ſit: pauca tamen de illis tranſcurſu obſervata delibare ſufficiat, aliis aliorum diligentia permiſſis.*

2. AVITOS *duos in Miciacenſi Monaſterio eodem tempore floruiſſe ſanctitate, pluſquam proba-*
Aviti duo. *bile eſt. Argumenta ſuppeditat Adonis Martyrologium 15. Kalend. Julii his verbis:* Aurelianis depoſitio S. AVITI Presbyteri & Conf. qui cum ſanctæ religionis fervore ſub Patre Maximino Monaſterio floreret, tandem Deo tactus eremum petiit, ubi aliquanto commoratus etiam miraculis claruit, ac poſtea glorioſo fine in pace quievit. *Et 14. Kalend. Januarii:* Aurelianis S. AVITI Abbatis, qui ſpiritu prophetiæ illuſtris fuit, & honorifice in eadem urbe tumulatus eſt. *En duplicem Avitum diſtinguit Ado, nimirum* AVITUM *Presbyterum & Eremitam, atque* AVITUM *Abbatem Miciacenſem. Uſuardus unicum agnoviſſe videtur 15. Kal. Julii ſic ſcribens:* Aurelianis S. AVITI Abbatis. *Et quem Ado 14. Kal. Jan.* AVITUM *nominat cum nonnullis aliis Martyrologiis, eum* ADIUTUM *vocant Martyrologia Romanum & Benedictinum, omnino librariorum errore. Quid obſcurius?*

3. *Non parum lucis ex Gregorio Turonenſi ſententia noſtra de duobus Avitis affulget. Is in lib. 3. Hiſt. cap. 6. refert S. Aviti Abbatis Miciacenſis vaticinium adverſus Chlodomirum Regem,* cui, *inquit Gregorius* a B. Avito Abbate Miciacenſi magno tunc temporis Sacerdote dictum eſt: Si, inquit, reſpiciens Deum emendaveris conſilium tuum, ut hos homines interfici non patiaris, erit Deus tecum, & victoriam obtinebis. Si vero eos occideris, tu ipſe in manus inimicorum traditus ſimili ſorte peribis, fietque tibi uxorique & filiis tuis, quod feceris Sigiſmundo & conjugi ac liberis ejus. *Idem vero Auctor in lib. de Gl. Conf. cap. 99. alium nobis Avitum Abbatem Perticenſem ſuppeditat.* AVITUS Abbas Carnoteni pagi, quem Pertenſem vocant, ſæpius imminere diſſolutionem ſui corporis Spiritu ſancto revelante prædixit, qui recedens a corpore, honorifice apud Aurelianenſem urbem humatus eſt: ſuper quem Fideles Chriſtiani Eccleſiam conſtruxerunt. *Quam ob rem, quæſo, Gregorius hunc* Abbatem Pertenſem, *illum* Abbatem Miciacenſem *nuncupavit, ſi duos Avitos fuiſſe non credidit?*

4. *In hanc ſententiam ſuppetunt & alia argumenta. Apud Surium ad Junii diem 17. dicitur* AVITUS apud Aurelianos plebejo ex ſanguine ortus, parenteſque habuiſſe humili loco natos, matrem *ſcilicet* Virdunenſem, quam egeſtas compulit ut Aureliam proficiſceretur, *ubi* nupſit cuidam Belſicolæ, *ex quo Avitum progenuit. In aliis autem Actis MSS. quæ habemus præ manibus, ſic de Avito legitur:* Fuerunt hujus memorabilis viri genitores religioſi in Aquitaniæ partibus juſte & religioſe converſati, ſequenti quoque tempore illic venerabile conjugium ſortiti, &c. *Et tamen eadem facta utrobique Avito tribuuntur. Certe cum Avitus in Monaſterio Menate apud Arvernos religioſæ vitæ tirocinium expleverit, ac deinde ſolitudinem cum Carileſo quærens apud Miciacum ſubſtiterit, potius ex Aquitania quam ex urbe Aurelia ortus videtur. Diſtinguendus proinde ab alio qui apud Aurelianos originem habuit. Quid quod in Vita S. Carileſi a S. Siviardo circa annum 700. ſcripta, quam inferius exhibebimus, Avitus ex Monaſterio Miciacenſi in eremum Perticenſem ſeceſſiſſe, & Monaſterium accedente Regis liberalitate conſtruxiſſe, nec unquam Miciacum repetiiſſe legitur? Ut omnino veri ſimillimum ſit, eumdem eſſe quem Gregorius Turon.* Abbatem Pertenſem *appellat, ab Avito Abbate Miciacenſi utique diverſum: quorum ille Aquitanus, hic Aurelianus fuerit.*

Læti, Dulcaldi & Viatoris Acta confuſa. 5. *Sanctorum* LÆTI, DULCARDI & VIATORIS *Vita non minus tenebris involuntur. Quippe in vulgatis Actis* LÆTI *apud Joannem Boſcium in Biblioth. Floriac.* DULCARDI *apud Philippum Labbeum in To. 2. Biblioth.* VIATORIS *in MSS. codd. cuique eorum patria Bituricenſis, ovium cura, profeſſio Monaſtica ſub Triecio Abbate, fuga ad Monaſterium Miciacenſe, inde in eremum cum Avito ſeceſſus tribuitur: ut quid cui conveniat ignores. Seceſſus in ſolitudinem cum Avito ſoli Carileſo tribuitur Siviardus antiquus & gravis auctor. Sanctus*

Lætus

nem cum Avito ſoli Carileſo tribuit Siviardus antiquus & gravis auctor . Sanctus Lætus in ſincero Uſuardi Martyrologio Nonis Novembris ita memoratur : In territorio Aurelianenſi S. Læti Presbyteri*: tametſi in Actis a Boſcio vulgatis ſolum* Levita *dicitur . Non tamen integram meretur auctoritatem Actorum illorum ſcriptor, qui tempore Odelrici Aurelianenſis Epiſcopi anno* 1040. *vivebat. S.Læti Reliquiæ in quodam vico ipſius nomine inſignito via veteri qua Aurelianis Pariſios tenditur, aſſervatæ ſunt ad ſæculum uſque decimum, quo jubente Ermentheo Epiſcopo Aurelianenſi in Pithiverim caſtrum ſuæ diœceſis translata ſunt . Quæ Translatio in MS. cod. pridie Nonas Octob. facta dicitur ; Natalis vero dies in Actis Boſcianis 8. Idus Novemb. in Martyrol. Uſuardi & Romano Nonis Novemb. conſignatur. Exſtat Eccleſia parœcialis in territorio Remenſi* S. Læti *nomini conſecrata .*

CIRCA AN. 530

6. *De Dulcardo & Viatore nihil in antiquis Martyrologiis legimus, eos tamen Miciacenſibus alumnis adnumerant verſus illi, quos S.Maximini Abbatis Miciacenſis Actis præpoſuimus. S.Viator in Tremulivico in Pertico ; Dulcardus Ambiliaci apud Bituricenſes coluntur .*

VITA S. THEODERICI ABBATIS REMENSIS.

AN.CHR. 533
I. Julii.

Ex MS. cod. Monaſterii S. Theoderici & V. C. Cheſnii.

PROLOGUS.

1. MEMORANDA primum Sanctorum exordia, & admiranda miracula, cum ad poſterorum agnitionem & utilitatem ſtilo traduntur quæ viſa ſunt vel audita relatu veraciſſimo, honor ſanctis exhibetur, fides credentium accreſcit, inimicus humani generis pœnis æternis plectendus confunditur, & Chriſtus factor & redemptor, qui caput & corona omnium eſt, in membris laudatur, magnificatur quotidie & glorificatur. Nihil enim dulcius a Chriſtianis poteſt audiri, quam quando per ſuorum laudem Sanctorum laus & gloria redditur Creatori. Excitatur tunc ad promittentis amorem mens audientium, cum præſentaliter cernitur completio promiſſorum. Veraciſſimus namque eſt qui per Pſalmographum promittit ſpiritum : *In memoria*, inquiens , *æterna erit juſtus*. Cujus etenim a mundi exordio memoriam Juſti delevit unquam oblivio , immo cujus nomen Juſti cum laudibus non vivit in ſæculo? Vivit prorſus & regnat cum Chriſto , cujus nomen felicitatis æternæ & vitæ cœleſtis ſcriptum eſt in ſempiterno libro . Ibi ſiquidem credimus ſanctiſſimi THEODERICI * annotata merita , cujus ſuccincte conamur & aggredimur publice litteris infantiæ commendare primordia.

Vitæ Sanctorum utiles.

Pſal. III.

* S.Thierry

VITA INCIPIT.

2. Igitur beatus THEODERICUS patre MARCHAUDO ex pago Remenſi , villaque Alamandorum Curte oriundus fuit *a* , atque ſecus pedes beatiſſimi REMIGII educatus , & adultus quantum ipſo fuit laudem ab hominibus non quæſivit, amoremque mortalis gloriæ calcavit, plus ſuæ conſcientiæ quam vulgi opinionibus, & plus Deo quam ſibi de ſe credidit. Sed humilium exaltator , atque ſe deprimentium erector Deus ideo ejus laudabilem famam ac famoſiſſimam laudem longe lateque diffudit, ut exemplo tanti viri infirmiores corroborarentur, ac cervicoſitas in altum de ſe confidens proſtrata & colliſa humiliaretur, & Juſti humilitas per ſæcula laudabiliter exaltaretur. Qui enim fortia quæque confundens humilia mundi elegit, hunc non ex ſuperbo ſanguine generari voluit , quem in generatione Juſtorum ſublimiter nobilitavit. Quibuſdam quippe nobilitas generis ſæpe ignobilitatem gignit mentis. Ad excitanda igitur magis magiſque eorum fidem qui caſtimoniam diligunt , & Deo per cordis munditiam placere volunt, hujus beati viri cunabula infantiæ, quibus inter cetera qualis ipſe futurus erat declaratur , operæ pretium duximus recolere , inſerentes miraculum, quod ea tunc & nunc permanet, eritque a Chriſti fidelibus digna ſui veneratione amplexandum.

Theoderici patria & educatio.

Ejus humilitas.

3. Fons ſiquidem ea die quo humanitas pueritiæ , ſeu ejuſdem cunarum panniculi cœperunt ablui , non ſordium jactu, non alicujus immunditiæ inquinamento , quod oculis haurientium offenſam daret, cum ejuſdem putei ſemper fuerit os patens , quolibet modo potuit infici . Unde patet quia virginitatis & caſtitatis auctor Deus per prædictum ſervum futurum præfatum fontem voluit purificare ; ut qui templum corporis ejus incorruptum nævo pollutionis jam ſua gratuita pietate ſanctificaverat, ipſe quoque puteum, quo infantiæ ipſius rudimenta fuerant lota , purum valde magiſque habilem ad potandum per ſuccedentia tempora cuſtodiret. Jam tunc in eo myſticus liliorum odor redolebat, jam quis eſſet futurus, elementum exanime tacendo præſignabat.

Aqua ejus panniculis lavandis inſumpta ſine ſorde manet.

a Frodoardus Presbyter in lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 24. *Ortus autem* (inquit de S. Theoderico) *pago Remenſi, villa, ut traditur, Alamannorum curte, patre latrone , veluti roſa ſpinarum procreatur horrore*. Confer n. 9. Alamannorum curtis, vernacule *Marcourt* , tribus leucis ab urbe Remorum Sopiæ amni , vulgo *Suippe* , impoſita eſt.

AN.CHR. 533 1. Julii.

Theodericus conjugem ducit.

4. Beatus igitur Theodericus cum ingenti ſtudio legitimæ converſationis uſque ad annos pubertatis laudabiliter enutritus, jamque bonæ indolis adoleſcens effectus, juxta morem humanæ propagationis conſulto parentum perſuaſus, nomine tenus ſponſam cœpit habere quaſi non habiturus: ſed ſponſi ſponſæque cœleſtis cupiens eſſe amicus, amore inviſibilium inflammatus, mox de mundo mundique principe triumphaturus ſtudebat fieri Dei cultor occultus. Hujus itaque Angelicæ munditiæ habuit in proximo quo ſanaretur medicum, quo juvaretur patronum, quo doceretur magiſtrum, beatiſſimum videlicet Remigium ſanctæ ſedis Remorum Epiſcopum, cujus temporis candidiſſima ac famoſiſſima claritudo, clariſſima miraculorum coruſcatio, non ſolum quæque vicina loca, verumetiam totius Europæ terminos, uſque ad Oceani limites illuſtrabat.

Virginitatem colit S. Remigii exemplo.

Hujus denique beatiſſimi Remigii patris exemplis ſanctus Theodericus eruditus & jugiter irradiatus, ardens deſiderio virtutum, creſcebat in virum perfectum, & pro nihilo ducebat cum ejus concupiſcentiis mundum, quem cordis oculis cernebat tendere ad interitum illud ſedulo Joannis Apoſtoli non minus ore ruminans quam mente: *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*. Ergo quæ videntur, omnia ei vileſcunt; quæ vero non videntur, in deſiderio ſunt. Copulæ nuptialis amor amareſcit, & caſtitatis amor indulceſcit. Otia ſolitariæ pudicæque vitæ placent, carnis nihilominus negotia diſplicent: amor carnis ſpiritus amore ſuperatur, deſiderium deſiderio reſtringitur: accreſcit quicquid inde minuitur, nihilque amori Chriſti præfertur. Abrenunciat jam Sanctus mundo, pudicitiam amando fœdus iniit cum Deo amante puri cordis munditiam, illud in pectore verſans præmium ſalutis: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Bellum quoque indicitur totius continentiæ hoſti, & ſingulari locus quæritur certamini: perfunditur facies rubore iracundiæ, & reſerantur arcana cordis ubi flagrabat amor pudicitiæ.

1 Joan. 2. 15.

Matth. 5.

Conjux ejus monitis de ſervanda virginitate non acquieſcit.

5. Tandem ergo ſanctus Theodericus alloquitur ſponſam & ad ſponſi cœleſtis hortatur amorem: pollicetur coronam & cœlibis vitæ præmium, perpetuamque pro virginitate gloriam, ſi ſe ſequi promittat immaculatum Agnum. Sed ſponſa adhuc tabeſcens amore carnalis deſiderii ſpernit ſui ſalutaris monita ſponſi. Mirabatur enim ſe ſubito repudiari, cum debuit conjunx fieri, ægre ferens talia pati, antequam poſſet uxor vocari. Amaro animo reſpondet, cum ſe deſpectam videt: Cur, inquiens, ludibrio me aſcribis, quam amore propagandæ caræ ſobolis lege humana deſponſaſti? Cur deſpicis amantem, quam generoſitas non degenerat, nec alieni domini ulla ſervitus ſubjugat? quis te alienavit ut connubia reſpuas? procreare natos execreris, filiorum pater vocari non acquieſcas? forſitan ab alia pelliceris. Humana mihi ſuades ut inſanus. Cumque Dei electus talia, & multo plura a ſponſa auribus perciperet, & cerneret quod ſua perſuaſio in animo ejus locum non haberet; non conſentientem ſibi deſerit, atque pacificis ei verbis valedicens: Non, inquit, ut aſſeris me inſania tenet, ſed amore cœleſtis ſponſæ magis accendor, quæ quotidie parit filios cohabitatores & coheredes ſupernæ civitatis Jeruſalem. Tu ſponſo utere terreno, quoniam mihi ſedet animo ſic tranſire per terram hujus peregrinationis, ut ſequi merear Agnum, cantando canticum novum indefeſſa voce in cœlis.

Theodericus Suſannam Abbatiſſam conſulit.

6. Hæc præfatus urbem Remenſem concite petit, & quamdam Abbatiſſam cœlibem vitam ducentem nomine Susannam quæ erat virgo ſacratiſſima, idem beatus requirit, ſobrius ſobriam, virgo virginem, pudicus pudicam, quæque ſub providentia beati ſummique Pontificis Remigii puellarum tunc præerat congregationi, femina virilis animi, virgo profundi conſilii, conſiliatrix altioris ingenii. Ad cujus quaſi ad piiſſimæ matris mitiſſimos ſinus ſanctus ſe contulit Theodericus, indubitanter fidens, quia unde anxiando erat mœſtus, tantæ virginis, cujus mens cœleſtia contemplabatur, conſilio ſimul & conſolatione foret veræ quantocius lætitiæ reſtituendus. Interea ante pedes ſpiritualis matris ſolo ſe ſternens idem laudabilis virgo virgini Dei ſoli cognita pandit ſui cordis arcana, & erumpentibus lacrymis gemitu conturbatur, ſingultu concutitur, atque ſalubre conſilium cum ſubſidio precum ſubnixe precatur. Ad hunc compunctionis mœrorem devotiſſimi juvenis commota ſunt viſcera piiſſimæ matris, ac flenti compatitur, lugentem conſolatur, mentem lætificat, & ut eum voti compotem faciat Deum pietatis exorat. Communis itaque utriuſque pater pius hac de cauſa ab utriſque conſulitur ſanctus Remigius, cujus eruditione & aſſidua famulatione in cunctis jam profecerat ſanctus Theodericus: ut qui factus fuerat pridem vitæ cœleſtis inſtruendo demonſtrator, fieret ei in his conſilii ſalubris dator. Cujus per ſapientiſſimum conſilium pro ſponſa mittitur, præmium æternæ retributionis in virginitate perſeverantibus ab ipſo ei idem demonſtratur, & quia virginitas Angelorum munditiæ ſemper eſt amica, Angeli quoque eorum quibus placet, ſemper vident faciem patris. Satis inſtruitur, acquieſcit denique, immo amplectitur ſponſa ſanctiſſimi Patris alloquia, dulcedine vitæ æternæ mellita, & ſe promittit, ſi miſereatur, Chriſto adhærere, ſalva pudicitia incorruptam manere. Lætus demum ardore caſtitatis ſanctus Theodericus amplectitur ſponſam quam videbat a voluptate ſementis inimici & carnis ereptam, & optimo Deo terrena felicitate calcata, ſingulari caſtitatis amori mancipatam. Ecce patet liquido quantum jam Sanctus flagrabat cœleſti deſiderio, qui dolebat ſi ſponſa terreno viro jungeretur, utique virginum conſortio Agnum immaculatum ſequentium privaretur. Recte ergo pars illius meriti ſimul cum Patre ſpirituali ſancto ſcilicet Remigio adſcribi poteſt & Theoderico, quia ſi ipſe non clamaret, forſitan ſponſa

S. Remigii hortamentis Uxor Theoderici virginitatem vovet.

virgo

virgo non permaneret. Conſuluit, oravit, obtinuit ut ſponſalia manumiſſa in terris centuplicato fructu utriſque repræſentarentur in cœlis.

AN.CHR. 533 1. Julii.

Theodericus a S.Remigio mittitur ad conſtruendum Cœnobium.

7. Proſequamur præterea ſancti viri THEODARICI virtutum opera, quem Dominus ad hoc ſublimavit, ut in eo & per eum ſua miraculorum oſtenderet inſignia. Eſt ſilva tribus a civitate diſtans millibus ſita in monte, cui vocabulum eſt *Or* [a], in quo viſum eſt venerabili ſemper in divinis fulgenti patri REMIGIO ædificari Cœnobium, ubi catervam Monachorum ſub beati Theoderici regimine, quem videbat jam exemplo virtutum vigere, coadunaret Deo militantium. Ad hunc ergo locum providendum mittitur Paſtor futurus cum ſancta virgine SUSANNA beatus Theoderici, abſtinens cum abſtinente, virgo cum virgine: ut quibus erat devotio caſtitatis in cœleſtibus, eſſet ſimiliter per eos locus orationum in terris reperiendus. Conſcendenteſque ſilvoſi montis verticem, circumferebant oculorum aciem, exorando divinam providentiam, ut cujus inſtinctu hæc fuerant inſpirata, ejus miſericordia viſibiliter forent demonſtranda, quo in loco vel qualiter conſtrui deberet ſitus Monaſterii, ubi orationis domus, vel domatum adjacentium, ubi deinde ſepta clauſtri ſive portarum poni fundamentum. Hæc illis animo ſupplici voto volventibus, ſubito mittitur de ſublimibus aliger in ſimilitudinem Aquilæ Angelus, a quo beato Theoderico cœlum ſcanſuro conſignaretur in terris locus; qui myſticus ales ſpatiando girans, & girando volans, non ea pernicitate qua illud volatile ferri ſolet, ſed amica familiaritate lentis volatibus Monaſterii locum, quantum in ipſo fuit, ſecans aera deſignavit. Et ut manifeſtius pateſceret quod Dominus vellet, fere unius horæ ſpatio, ſupra ubi Eccleſia conſtrui debuit, ſanctis virginibus intuentibus remigio alarum ſtetit ſummiſſo. Intelligunt devoti cultores Dei continuo Divinum eſſe Miſſum, & ſancto Patri Remigio referunt rei veritatem. Utque hoc non ab incredulis quaſi caſu contigiſſe, & non divinitus crederetur, quadriennio ipſo die Natalis Domini, cum non patitur detrimentum lucis, & auroræ fulgor coruſcat, ſemper volando Monaſterium continuatim jam præfatum, eadem Aquila, vel potius in ejus ſpecie Angelus mirantibus plurimis cernebatur, ut pateret cunctis divina providentia, & non humana eumdem locum mortalibus tali ſigno fore oſtenſum, & Deo ad filios adoptionis procreandos ſpiritaliter, & erudiendos doctrina ſcientiæ Dei acceptum dignumque erat: ut qui Miſſo cœleſti conſignabatur, tales haberet cultores, quos proba converſatio, mira virtus efficeret æternæ coheredes vitæ. Qui locus a duobus vaſis munditiæ virginibus, ſexu diſparibus, ſed animo æqualibus perquiſitus, ac in ſpecie Aquilæ ab Angelo demonſtratus, a Deo conditore & creatore omnium dono chariſmatis creditur conſecratus.

Angelus Monaſterii fabricam delineat.

8. Ad tranſmittendas igitur vel elevandas animas ad amœna æternæ felicitatis loca, Miſſo cœleſti prædictus mons, qui *Or* recte vocatur, ſæpiſſima apparitione & illuſtratione demonſtratur. Or ſiquidem lumen vel iracundia, ſive montanus interpretatur. Bene utique, de ira enim ſævientis leonis qui indefeſſe quærit de grege Domini quem atris faucibus devoret, eripiendi inibi erant, & in montem, cœlum ſcilicet, quo Sancti cum Chriſto regnant, ubi quotidie auxilium petimus ab ipſo precatu ſupplici ſublevandi, atque lumini perpetuæ felicitatis æternitatiſque gloriæ reddendi quo obſcuritas terræ noctis abeſt. Sed lux indeficiens tranquillitatis gaudio & diuturna pace manet, & præmia meritorum ibi ſingulis pro factis recompenſantur, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, præparata a Deo diligentibus ſe. In monte denique altero *Or* * rupis a Moyſe quæ uſque hodie ibi demonſtratur, percuſſa fuit, & populis aquam fluenter largita: in hujus vertice *Or* montis aqua ſalutaris & fons ſaliens, doctrina ſcilicet divinorum dogmatum & eloquiorum filiis Eccleſiæ ſacro fonte renatis, & cibo potuque ſpirituali paſtis quotidie profertur & adminiſtratur. In illo rebellium corpora de petræ duritia refecta ſunt aqua: in iſto ſpirituali latice aſſidue replentur corda. In illo Sacerdos legis veteris Aaron defungitur: in iſto Sacerdos novi Teſtamenti ſanctus THEODARICUS fulgens virtutibus eodem die Kalendarum (quod valde videtur mirabile) quo ille a ſæculo migravit, hic in ipſo reſolutus carne veneratur & colitur. Bene & per indicem cœleſtem in ſpecie Aquilæ locus coadunationis ſanctarum animarum, filiorum ſcilicet æternæ Jeruſalem in ſupernis ſitæ oſtenditur, ut ibi in vaſis miſericordiæ abjecto vetuſto homine cum operibus ſuis, juventus fidelium ut Aquilæ renovetur.

Montis Or interpretatio.

Antithenſis cum monte Hor in Arabia petrea.

* Horeb Exod. 17. 6.

Deut. 32. 50

9. In iſto itaque loco miles Chriſti THEODARICUS Pater Spiritualis plurimorum effectus Monachorum, quæ virtutum opera egerit & miraculorum inſignia, noſtri per ſingula enarrare non ſufficit libelli pagina. Denique ſumpto honore miniſterii Sacerdotalis ab Angelico ſpirituali Patre REMIGIO, implere volens officium nominis, cœpit omnibus miniſtrare verba ſalutis, convertens eos qui deviarant per anfractus lubrici erroris, & revocans ac reducens ad viam paſcuæ paradiſi ſemper florentis, ubi redolent roſæ & folia liliorum, atque vernant æquora aromatum omni jocunditate & venuſtate floſculorum. Quia ergo jam Sanctus plurimis præerat & proderat quos actio vitæ contemplativæ inflammarat, cujuſque erant veſtimenta candida, & oleum de capite non deficiebat: qui mane ſeminabat, nec veſpere ceſſabat: ejus animum cura MARCHARDI genitoris ſui tangit, cupiens eum laqueis irretitum abſtrahere ſæcularibus, & doctrinis ac ſacramentis informare

S. Theodericus Sacerdos factus concionatur.

Patrem ſuum ad meliorem frugem convertit.

[a] Scribendum eſſet *Hor*, ad mentem Auctoris, qui infra num 8. *Montanum* interpretatur, & ad montem Hor in Scriptura ſacra vulgatum alludit. Alii tamen *aureum* malunt, ſed ſcriptorum codicum orthographia decepti. Nam S. Theoderici ætate an *Or* pro auro Francorum idioma admitteret, omnino dubium eſt.

AN.CHR. 533 1. Julii.

mare cœleſtibus. Et quia, ut ſcriptum eſt, filius ſapiens lætificat patrem, & cœlo regenerat ſe generantem; compos ſui deſiderii effectus, de laico Monachum, de lupo ovem, de latrone datorem largiſſimum, & de ſervo diaboli Chriſti fecit libertum.

S.Remigius Theoderici conſilio latibula meretricum convertit in Cœnobium Virginum.

10. In illis igitur diebus præclara ſancti THEODARICI divulgabatur opinio, & ne lucerna contecta maneret ſub modio, ſed omnibus luceret in mundo, clarere cœpit longe lateque glorioſis miraculis. Adhærens namque ſpirituali famulatu beatiſſimo REMIGIO, ejus in multis veſtigia imitabatur, ſciens illud pſalmographi: *quia cum ſancto ſanctus eris, cum innocente viro innocens eris*. Idem etenim Pater ſpiritalis, cui moris erat gregi commiſſo viſitationis curam impendere, dum quadam die, ut erat ſolitus, cum beato Theoderico pſalmodiæ laudes decantando prædictum Monaſterium viſendi gratia peteret, accidit ut tranſiens ſecus locum, qui Cedrius vulgo dicitur, ubi proſtibula meretricum erant, beati Theoderici in verſiculo pſalmi quem canebat vox faucibus hæſiſſet, peractaque cauſa pro qua ibant in redeundo in eodem loco eodemque verſiculo inconſuete ſubito intercluſo ſpiritu ſubſiſtit. Cui ſanctus Remigius: Miror, inquit, frater, cur repetito in loco vel eodem quo prius verſiculo contra morem animus quolibet diſcurrens Dei in laudibus titubaverit. Non, Pater (ait) egregie, mens per devia quædam mali cogitando raptatur: ſed proh dolor! cum ſanctitas tua conſpectibus divinis in cœlo ſit ſemper præſens, ut Regum gratia terrenorum juſſibus pareat tuis; cur animas retibus innexas diaboli & fraude, pateris in præſentia tui perire & tuæ remunerationi abſtrahi, in profundumque barathri cum ſerpente ſeductore demergi? Scio enim ſi vis, & pro certo vis, quia potes ſolo internuncio hoc Regis munificentia impetrare, & Creatori ſuo oves circumventas, ac de fraude inimici ereptas reſtituere. Nam tua ſuggeſtio juſſio eſt, & Regum obtemperatio. Hac de cauſa Pater egregius laude attollendo diſcipulum, exhilaratur Regi ſupplicat, & locum cœnulentum ubi diaboli exercebantur opera, ut optabat, impetrat. Expulſis omnibus ad deceptionem animarum congeſtis uſque ad ſolum latibulum meretricum quæ erant cavernæ dæmonum ſicut ad præſens cernitur, ſubvertit. Et quoniam ille locus ſpurcitiarum erat extra civitatem poſitus, compoſitis infra muros domorum receptaculis, numero quadraginta Sanctimonialium quo & ipſæ meretriculæ erant coæquato, verbi conſilio beati Theoderici fideli collocavit diſcipuli, & unde ſumptus corporis victu quotidiano haberent penes largitatem Regis promeruit. Inſtituit quoque ut idem numerus ſemper maneret, & ſicut illæ lenocinii opus perficientes & voluntatem dæmonum peragentes reddirus propriis domino terreno perſolvebant; ita iſtæ corporis & cordis munditiam cuſtodientes, cum fructu bonorum operum ſe ipſas repræſentarent. Ergo quia Spiritus ubi vult ſpirat & ardentes charitate facit quos inflammat; voluit menti famuli ſui cœlitus intimare, quatenus ſpiritualem magiſtrum communesfaceret charitatis amore, & animas quas gaudebat inimicus acquiſiſſe, ſuo Creatori redderet, & portio execrabilis diaboli minorata remaneret. Intelligeret etiam vir ſanctus plenus Deo, licet meritis mortuos ſuſcitaverit, quod & in diſcipulo part ſpiritus ipſius effulſerit, inſpiratum eſt divinitus diſcipulo talia magiſtro ſuggerere, ut retributionis munus valerent a Deo utrique recipere. Magnus magiſter, magnus & diſcipulus, & poſt magiſtrum cumque Magiſtro in hoc opere laudandus.

Theodericus a S.Remigio mittitur ad ſanandam Regis filiam.

11. Defuncto autem CHLODOVAO magno Rege, quem beatiſſimus REMIGIUS a ritu gentilitatis ad fidem Chriſti converterat, filius ejus THEODARICUS regni gubernacula ſuſcepit, vir acer & agilis animo, bello potens & aſtutus ingenio. Ab orbe etiam univerſo ſemper venerandus, ævo florens, & miraculis coruſcans ſanctus Remigius adhuc Remorum regebat Eccleſiam. Hujus itaque Rex expertus plurimorum relatu virtutes, pro filia rogaturus quam unico amore diligebat, quæque gravi incommodo tenebatur, Miſſos eidem dirigit obnixe deprecans ut ad eam veniret, & languore fortiſſimo ægrotanti cum ſubſidio orationis manum imponeret. Sed ſanctus Remigius moleſtia quadam corporis detentus, beato Theoderico, quem pie caſteque enutrierat, & divinis doctrinis inſtruxerat, quemque gratia curationum repletum in ſpiritu videbat, cauſam negotii pro qua petebatur ut Pater divinus filio ſpiritali commendat: qui juſſa magiſtri accepta cupiens ſolerter explere, iter arripit, & palatium Regis credens divinam ſibi clementiam affuturam feſtinus puellam viſitaturus petit. Inter eundum denique medio itinere triſtes excipit Miſſos Regis, qui aſſerunt eamdem petiiſſe viam carnis univerſæ, utque ne ampliori gravaretur labore plurimis ſuadent verbis. Ille vero a cœpto non deſiſtens negotio, magiſtri conatur omnino parere imperio: veniensque ad Regis palatium patrem triſtem, matrem mœrentem pro filia, familiam lugentem pro domina, optimates dominorum cauſam dolentes reperit pro puella ab omnibus cara, & tam cito lumine hujus vitæ privata. Quorum lacrymis & ipſe Sanctus permotus in lacrymas, Secedite, inquit, paullulum & præparentur funebria. Ego prorſus pro quibus veni procurabo explere obſequia. Cumque non alii quam juſſerat ſanctus Theodericus in domo remanſiſſent, elevatis ad cœlum oculis ſimul cum manibus preces Deo in cubiculo mentis devotus perfuſa facie lacrymis & corde compuncto perſolvit: moxque ſciens ſe exauditum, ad corpus exanime acceſſit, atque oleo ſancto in morem reconciliantis, quinque corporis ſenſus tactu pollicis illinit. Mirum in modum ſubito membra mortua in redivivam redeunt formam, oculi aperiuntur, vox reſeratur, & vitæ redditam ſimul cum ſanitate ſe eſſe puella obtentu beati Theoderici omnibus prædicat; accurrit Rex cum matre ſtupens miraculum, palatium omne

Aream jam mortuam ſuſcitat.

exul-

AN.CHR. 533 5. Julii.

exultat, familia gaudens tripudiat, dum vident vitæ iterum mortali redditam, quam plangebant paulo ante a conſpectibus humanis ſubtractam. Veneratur Sanctus tunc a Rege & Conſulibus, glorificatur a palatinis omnibus, & laude attollitur a turmis vulgaribus. Cujus animum jubilationis gaudium non perfudit? Cujus de circumſtantibus os lacrymæ lætitiæ non rigaverunt? Quis a gratuita Dei pietate potuit ceſſare? qui ſic inter peccatores poſitum dignatus eſt ſuum ſervum honorare. Ecce lucerna jam pleniter accenſa plurimos per loca contigua, ſed & longe poſitos lumine claritatis ſuæ illuſtrat, & ad Dei amorem abjectis mundi vanitatibus efficaciter exhortando informat.

Regis gratitudo.

52. Rex itaque non ſolum diſcipulum, ſanctum ſcilicet THEODERICUM, ſed & beatum REMIGIUM cupiens dono munificentiæ ſublimare, Venderas * ſuper fluvium Maternam * venerando Patri Remigio, Gaugiacum * vero in pago Remenſi villam ſitam Præcepto ſuæ auctoritatis roboratam ſancto Theoderico contulit, dicens: Hoc parvum munuſculum, præclare famule Dei, tibi & ſub tua gubernatione doctrinaque degentibus prompto animo confirmamus, monentes & obſecrantes, ut dum hoc corporalibus augmentis creveritis, pro nobis & parentum animarum remedio, ac prole conceſſa & ſtabilitate regni ſervanda, preces Deo in ara cordis, & quoties ad altare acceſſeritis, toties offerre non pigeatis: quatinus unde nobis robur corporis adoleverit, inde anima paſtu ſpiritali repleatur.

* Vindieres * la Marne * Gueux

Miraculum ſupraſcriptum confirmatur.

53. Præterea intimandum eſt ob eorum confutandam maxime ſtultiſſimam dementiam; qui in præſcripto miraculo, aut titubant aut ſecus quam eſt credunt, licet longo tempore poſt ejus venerabilem obitum res fuerit acta, ad præſens in medium proferre, quod præfatæ reſurrectionis miraculum chartarum teſtimonio in archivio ſanctæ Remenſis Eccleſiæ ſit repertum, & in præſentia Regis ac procerum ejus recitatum, quodque fortaſſe dubitandum erat ab æmulis & incredulis, ſit recolendum jugiter a diligentibus & credulis. Cultore itaque Dei & Imperatoris piiſſimo CAROLO Rege, filio LUDOVICI Imperatoris ſceptra regni Francorum nobiliter gubernante, quidam procerum ejus nomine ANGELRAMUS ejus munificentiam expetiit, ut eum dato alicujus villæ honore ſublimare dignaretur. Exquiritur nomen pagi, nomen villæ, quo honor regius ſuo fideli poſtulata concederet; ignarus petitor, ineſcius & Rex dator, quod multo tempore jam evoluto beatiſſimo Remigio Remenſi Præſuli cum teſtamento chartarum fuerit attributa Venderas villa ſuper Maternam ſita, a largitate Regis poſtulatur dari. Remorum ſedem venerabilis HINCMARUS Epiſcopus tunc regebat, is audiens villam infiſcari jure proprietatis, quæ ejus Eccleſiæ ſubjecta dono regali dinoſcebatur, protinus Præceptum traditionis per GERARDUM ejuſdem Eccleſiæ militem electum Regi tranſmittit, evidentioribus ei demonſtrans indiciis contra canonicam fiendum eſſe legem, ſi res Eccleſiæ traditas evelleret, & juri alterius proprietatis traderet, quod in præfato ſcripto inſertum videbatur, quomodo Rex THEODERICUS pro reſuſcitatione filiæ a beato THEODERICO ſanctiſſimi REMIGII diſcipulo facta, non ſolum eumdem Theodericum Dei ſervum honore prætulit, verumetiam & Magiſtrum præſtantiſſimum ſanctum Remigium (cui Dominus tantam gratiam contulerat ut talem diſcipulum haberet, qui Spiritus ſancti dono ſicut & Magiſter mortuos ſuſcitaret, honoris, & magnificentiæ gratia villam Venderas tradiderat. Hæc ut regia poteſtas animadvertit, a traditione ſubſtitit, Eccleſiæque ineſſe propria conceſſit. Ideo hoc interpoſitum eſt, ut incredulus reſipiſcat, & credens plus gaudeat.

Theodericus Regis oculum curat.

54. Diſpoſitio igitur Dei fidelem ſervum ſuum beatum Theodericum tam admirabili facto prætulerat, & ſublimando declaraverat, miraculum miraculo adjungens, voluit eumdem ægrotorum & male habentium fore medicatorem: ut ſicut alebat ſpiritali pabulo eſurientium animas, ita & corporum ſanandorum haberet curam; & ſitientium quidem animas pabulo ſpiritali, languentium vero medicamine ſalutis recrearet. Accidit itaque ut ſupradicti Regis, cujus filiam ſuſcitaverat, oculus vi nimii doloris ac cruciatu immenſo intantum corriperetur, ut nulla medicorum arte dolor ad modicum ſopiretur. Erat enim anguſtia intolerabilis & ſpes medelæ penitus recuperandi ſublata a medicis, uniuſque oculi lacrymabilis ægritudo oculorum multorum lacrymas excitaverat in populo. Conturbabant animum Regis incerti exitus, & Francorum ne turpatio ei proveniret, metuebat exercitus. Hinc tangebat formido mortis, illinc magnitudo doloris; hinc metus amittendi luminis, illinc admittendæ timor deformitatis. Nam ſi Rex æquale lumen oculorum non haberet, maximum dedecus populis exhiberet. Aut enim turpiter regnando deformitatis portaret opprobrium, aut cum perditione oculi forte perdidiſſet & regnum. Unum ergo reſtabat Regi conſilium: ut ubi non valet humanum remedium, requireretur divinum adjutorium. Tranſmittit igitur ſupplices Miſſos ad venerabilem Abbatem Theodericum, ut qui fuerat filiæ vitæ reſtitutor, fieret tam benigniſſimus, quam celerrimus ejus oculi medicator. Advenit illico idem venerandus Sacerdos, oſtenditur ei miſerabilis oculi vulnus, monſtratur pœna quam patitur, nudantur pericula quæ verentur. Supplex ergo depoſcit, obnixius rogitat, firmiter ſperat ſanitatem, quam a Domino per ſuum ſervum ſibi precatur conferri. Tunc vir Domini ſciens virtutem divinæ operationis eſſe non humanæ fragilitatis, corpus ſolo ſternit; animum ſuper ſidera erigit, totumque ſe pro Regis oculo orationi committit: miſericordiæ Deum, puro corde rigans faciem, lacrymarum fonte quærit, ſurgenſque poſt paululum ab oratione, placidus vultum oculorum ad cœlum ubi animum poſuerat totum elevat; nomenque ſanctæ Trinitatis invocans, olei ſancti parum ſum-

AN. CHR. 533 1. Julii.

ſummitati pollicis infundit, & oculo mala habenti ſignum ſalutiferæ crucis impreſſit, ac lumen priſtinum Regis citius contactu in momento reſtituit. Regem regum magnificat Rex lætus, læta repletur populus, ingenti exultat gaudio univerſus ſenatus. Laudatur Theodericus Dei ſervus, glorificatur ab omnibus ut juſtum eſt in Sanctis ſuis Deus. Convocantur a Rege primates populi, de magnitudine congratulantur miraculi, congaudet Rex virtutem per ſervum ſuum Theodericum renovatam, quam expertus ante fuerat in filia reſuſcitata. Intantum etenim ſubita operatio ſpiritalis medicamenti infuſa eſt oculo, ut nullius cicatricis veſtigia, nullius caliginis vel glauconiæ remaneret macula; ſed, mirabile dictu! ita eſt claro lumine irradiatus, quaſi numquam oculus aliqua læſione aut caligatione fuiſſet contactus. Una vox exultationis & confeſſionis ſonat per univerſum mundum, cum THEODERICUS ſervus Chriſti THEODERICUM Regem reddidit ſanitati: quod invalida medicorum manus per multum tempus non valuit, pauper iſte mundo & dives in Deo pro divite clamavit, & quod flagitavit ſine dubio impetravit; quod potentia non prævaluit divitis terreni, hoc apud Deum obtinuit humilitas Juſti. Quid enim in membris oculo carius? quid vita deſiderabilius? quid ſalute vitæ comparari poteſt pretioſius? vel quid haberi pulchritudine deſideratur avidius? numquid non dediſſet pro ſui vita regni dimidium, qui ſi moreretur, perdidiſſet totum?

Prædium a Rege accipit.

15. Maximis itaque honoribus Rex pro collata ſibi ſanitate ſublimaret Dei ſervum Theodericum ſi vellet, multis muneribus repleret ſi cuperet, plurimis dignitatibus muneraret ſi ſineret: ſed humanæ laudis & mundanæ retributionis contemptor, quod gratis accepit, gratis dare maluit, nec quicquam terrenum aliquando accipere ullatenus conſenſiſſet, ſi hoc poſterorum neceſſitati valde competens eſſe non proſpexiſſet. Muneratus ergo jamdudum pro filia reſuſcitata de GAUCIACO villa, remuneratur nunc de GERMANIACO * pro ſanitate oculi reddita, cupiens de iſto ſicut & priori dono ejus & futuris & præſentibus conſulere filiis in Chriſto. Ipſe enim nihil unquam terrenæ mercedis, ut paulo ante dictum eſt, niſi ii in cauſa pro tantis beneficiis eſſent, recipere acquieviſſet. Tantæ quoque humilitatis ſeu ſimplicitatis gratia vir Domini fuerat præditus, ut cum a Regis præſentia, ſupradicto munere accepto, & ſumpto pacis oſculo diſcederet, dixiſſe feratur: Domine Rex, cum tu honore potentiæ THEODERICUS Rex venerabiliter voceris a populo, ego tuus ſervus ne nomen ſimile feram, de cetero non THEODERICUS, ſed appellabor THEODERIC. Admiratur Rex gratulanter viri ſancti piiſſimam humilitatem, atque ſimpliciſſimæ humilitatis puritatem humillimam, venerabileſque deoſculans manus Sacerdotis poſtulat benedictionem, atque honorifice juſſit eum ad ſuum deduci Monaſterium.

* Germigny ad Vidulam amnem.

Nomen ſuum immutat humilitatis ergo.

Miraculis celebratur.

16. Ex his igitur & in his tam præcipuis miraculis ſanctus Domini Theodericus fama diſcurrente circumquaque præcognitus venerari cœpit conventu ſpiritali ab omnibus in regno Theoderici Regis conſiſtentibus. Quantas tunc cerneres ad eum confluere debilium multitudines, quæ ſine mora temporis optatas recepere ſanitates? cæcis nempe viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum reſtaurans, aridas contractaſque manus relaxans, a dæmonibus obſeſſos liberans: nullæ nocendi diaboli fraudes Divinæ medicinæ deſtruebant artes. O multum felicem gregis Chriſti Paſtorem, triumphalem belli ductorem, cui datum eſt corporibus ſimul & animabus conferre ſalutem! O tropheum ſpiritalis prælii reportantem, & mundum cum ſuo principe ſuperantem! O Patrem piiſſimum Monachorum & ducem multorum ad regna cœlorum! O prudentiſſimum in domo Patris familias Paſtorem, & talenti crediti a Domino fideliſſimum relatorem! perſeveravit enim in Dei famulatu uſque in finem: & quidquid ore docuit, exemplis evidentiſſimis demonſtravit; quique ſic deſpexit mundi labentia, ut ſemper cum Chriſto poſſideret cœleſtia. Qui ſiquidem Confeſſor Domini Theodericus poſt multarum virtutum opera, poſt miraculorum inſignia, bono certamine ad victoriam perducto, & felici curſu conſummato vitam Angelicam in terris agens & mentis intentionem in cœleſtibus figens, obviantibus Sanctis, gaudentibus & perducentibus eum Angelis, Kalendis Julii migravit cum gloria ad Dominum *a*.

Moritur.

Corpus ejus Regis humeris in tumulum defertur.

17. Hic in diebus ſuis placuit Deo per meritum juſtitiæ, & ideo fruitur cum fructu bonorum operum corona gloriæ. Hic diſcipulos doctrinis conſpicuis inſtruxit plures, qui ſalubri ejus exemplo & virtutibus informati magiſtri effecti ſunt imitatores. Cujus tranſitum audiens præfatus Rex Theodericus, propere ad Monaſterium ubi corpus venerabile inhumatum jacebat, cum plurimo equitatu ſupervenit, ad tumulum quem ſibi idem beatiſſimus Chriſti Confeſſor Theodericus vivens præparaverat, corpus ejuſdem conjuncto venerabilium Chriſti Sacerdotum ſuffragio propriis evexit humeris, ſubſequitur funus beatum plangentium caterva Monachorum, lamenta dabant per aera conventus populorum, cum vident in abditis terræ theſaurum ſubtractum abſcondi, corpus ſcilicet beati Theoderici, cujus ſolamine & doctrina hactenus fuerant uberrime ſuſtentati. Fatetur Rex nimio

a Ad deſignandum mortis S. Theoderici tempus nobis ſuppetit chronologica nota duplex, una petita a Theoderico ſeu Theodorico Rege, qui Sancti viri corpus propriis humeris in ſepulchrum intulit; altera a Romano Remorum Epiſcopo, qui teſte Adalgiſo in lib. Mirac. S. Theod. cap. 1. funus curavit. Romanus S. Remigio in Sedem Remenſem ſucceſſit, non anno 545. ut Sigebertus putavit, ſed anno circa 532. cum Flavius Romani ſucceſſor Concilio Arvernenſi anno 535. ſubſcripſerit. Theodericus Rex *obiit Viceſimo tertio regni ſui anno*, inquit Gregorius Turon. in lib. 3 Hiſt. cap. 5. hoc eſt anno Chriſti 534. Annus ergo mortis S. Theoderici Chriſti anno 533. conſignandus eſt. Ejus corpus capſa argenteæ incluſum in proprio Monaſterio religioſe colitur ab incolis circumpoſitis.

AN.CHR. 533 1. Julii.

ſimio cum dolore animi præſentia tanti patroni, privari, cujus beneficio in contrariis meritus fuerat medicari. Nec eſt mirum ſi Rex humanus compatiendo illius membra commendat tumulo, cujus animam cum gaudio Rex Regum ſuſcepit in cœlo. Ad cujus venerabile ſepulchrum Divina virtus uſque in hudiernum diem ad laudem ſui multimodam operatur virtutem: cujus nos beatiſſimum depoſcamus patrocinium, ut miſericordiam habeamus apud Dominum, cui eſt honor, & majeſtas, imperium & poteſtas cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

MIRACULA QUÆDAM

S. THEODERICI ABBATIS.

Mulier ad veſperam Sabbati laborans punitur.

NOTA. V. Frodoar. Hiſt. Rem. lib. 1. c. 24.

1. DESIDIA igitur plurimorum vel raritate ſcriptorum plurimis oſtenſionibus beatiſſimi Confeſſoris Chriſti THEODERICI miracula hactenus neglecta, iſtud quod per eum diſpoſitio Divina noſtris temporibus operari dignata eſt donum, ſtuduimus commendare litteris, ad dignoſcendum qui venturi ſunt poſteris. In una itaque Sabbatorum ſcilicet veſpere primi Sabbati poſtquam omnis Chriſticola debet a ſuo ceſſare opere *a*, accidit, ut quædam ſancti Dionyſii femina nomine GESLAIDES dum molam verteret manu neceſſitatis cauſa, ſua molendo frumenta, in curte ſuperiori ipſius beatiſſimi Chriſti Martyris villa, ubi fuerat orta & alta; manubrium quod tenebat, quoque molam vertebat, mox manui adhæſit, adeo ut a nemine poſſet divelli, ſed amputato ea utraque parte manus manubrio cum detrimento tantæ confuſionis domum rediit. Compertoque quod ſanctus Dionyſius in urbe Remenſi eſſet, ad quam tunc temporis ipſe Chriſti Martyr pretioſus metu Paganorum * fuerat allatus, arrepto protinus itinere veloci curſu ſupervenit uſque ad pretioſiſſimam præfati Martyris Chriſti glebam ad quam cum timore & reverentia accedens, magnaque cum fiducia & devotione ſe ſolo proſternens deprecatur, ut ejus obtentu a tanta liberaretur intolerabili paſſione.

* Normannorum

Ad S. Theoderici ſepulchrum curatur.

2. Cum autem hoc die noctuque poſtulaſſet, & jam nunc exinde remedium autumaret, apparuit ei in ſomnis, ut ipſa poſtmodum retulit, quidam habitu Clericali indutus, ſcilicet in veſte candida, facie jocunda, capillo admodum albo, vultu pauliſper macilento, aiens illi: Surge hinc & vade ad ſanctum Theodericum, quia ſecunda feria, quæ eſt poſt cras, ipſius erit feſtivitas celebranda, & vide ne in domo ejus appareas vacua: ſed accipe potius ceram prout tibi præſens ſuppetit facultas, & ſic ad Cellam illius perge, ipſiuſque interventione obtinebis quod imploras. Expergefacta ac de viſione ſtupefacta & admirans inſit: Utinam ea voluntate Dei ſit viſio iſta? Et acturum præ gaudio ſurgens, haud aliter ac juſſa fecit. Venit ergo ad Eccleſiam Sancti in veneranda ſolemnitate ſcilicet ejuſdem beati Theoderici, tres hebdomadas habens, ea quo hoc illi acciderat: & ante Mauſoleum ejuſdem ſe toto corpore proſtratam lacrymabiliter dedit, ac pro ſalute ſua preces effudit, totaque nocte ibi in oratione perſeverans veniam de piaculis ſuis humiliter ac fidenter quæſivit. Interea dum ante ſepulchrum ſæpedicti Confeſſoris Chriſti jaceret, Divina operante gratia per hujus ſancti meritum & interceſſionem cœpit manus feminæ ipſius paulatim a fuſte disjungi, & abſque læſione cujuslibet doloris pedetentim aperiri: ſicque denuo tota manus expanditur, & in momento unius articuli dicto citius in pavimentum fuſtis elabitur, acſi ejus manui numquam adhæſiſſet. Multi vero qui aderant hoc Divinæ potentiæ cernentes miraculum quod in illa die oſtenſum eſt per beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Theoderici meritum, glorificaverunt Dominum in cordibus ſuis, qui ſemper eſt mirabilis in omnibus operibus ſuis.

Oberto Monacho bonam mortem obtinet.

3. Reſeramus & aliud memoria dignum, quatenus palam fiat, qualiter opituletur famulis ſuis beatiſſimus Pater & Patronus noſter. Fuit Frater in hoc Monaſterio OTBERTUS nomine, qui antequam Gallia ob ſcelerum enormitatem Hungarorum gladiis traderetur, ad extremum vitæ deductus eſt. Dumque certamina dæmonum pro ſe litigantium & eum ad interitum rapere conantium pateretur, Almi Patroni ſui S. Theoderici tandem ſe vidit eripi meritis, dæmones vero per invocationem nominis Chriſti & Sanctorum ejus a ſe cum magno ſtrepitu & indignatione recedere: Vidit etiam quemdam Fratrem dictum BERTRICUM, qui non longe ante diſceſſerat, ſe crebro viſitantem, conſolando

a Durabat ergo adhuc pia illa conſuetudo, qua Fideles a veſpera Sabbati laborem manuum miſſum faciebant in ſubſequentis diei Dominicæ reverentiam. Apud Gregorium Turon. in lib. 3 Mirac. S. Martini cap. 33. mulieri manus arida facta legitur, *quia die Sabbati poſt ſolis occaſum, qui nocti Dominicæ adjacet, panem voluit conformare*. Meminit Frodoardus Presbyter in lib. 4. hiſt. Rem. cap. 8. Tranſlationis corporis S. Dionyſii Remos factæ ob metum Normannorum, tempore Fulconis Epiſcopi vertente ſæculo 9. ſæculo vero inſequenti iſtud miraculum factum eſſe probat inſcriptio apographi Monaſterii S. Theoderici his verbis: *Anno Incarnat. Dominicæ 988. hoc factum eſt miraculum in laude atque honore ſanctiſſimi viri Theoderici patroni noſtri*.

AN.CHR. lando quoque monentem; ne hic apud ſæculum ultra manere cupiat, immo ad eum
533 quantocius ire gaudeat, ut ea quæ numquam potuit cogitare, valeat videre: quoniam
1. Julii. ſi demoraretur in ſæculo diutius, nequaquam tantum malum vidiſſet aliquando, quantum viſurus eſſet in proximo. Cujus dicto probatio conſtat veritatis inſecuta. Iſte ſiquidem le-
NOTA. vi dolore corporis tactus ad Eccleſiam properans exitum ſuum precibus Domino commendans Fratres advocat, Miſſam quoque, quam debito properantius celebrant, illos repetere facit, quæ viderat narrat & eos de ſervitio Dei ſtudioſius agendo & pſalmodiam cum devotione canendam monet: atque jam quaſi ſecurus & hilaris migrat. Poſt cujus obitum gens Hungarorum Galliam ingreſſa *a*, cædibus, incendiis & rapinis pene cuncta devaſtat, ipſumque Monaſterium flammis exurit & proxima quæque circumpoſitarum ruinis ſete villarum proterit. Intuemurque modo jam manifeſte, quam vera fuerint quæ ille audierat ea revelatione.

De fonte dudum noviter exorto.

4. In ſilvula huic contigua Monaſterio fons *b* dudum noviter exortus eſt, ad quem febricitans quidam caſu deveniens vidit ſuper ipſum fontem inclinatum quemdam ſenem in Clericali habitu aureum baculum in manu tenentem: qui cum ſonitu advenientis motus ſe videretur erexiſſe a fonte, tanto iſte pavore concuſſus eſt, ut attonitus in terram caderet, & poſt modicum rediens ad ſe ſurrexit, & ſplendorem qua ſenior abierat Monaſterium verſus magnum vidit: ſicque ſalvatus ab infirmitate ſua lætus abſceſſit. Cæci tunc temporis hoc in loco illuminati, nonnulli claudi erecti, muti locuti ſunt, & ſurdi receperunt auditum.

Item de miraculis ibidem factis.

5. Nuper quoque ordinato HUGONE Remis Epiſcopo, quædam paralytica quæ jacebat in civitate ad januas Eccleſiæ S. MARIAE MAGENILDIS nomine, admonitu per viſum, illo ſe deferri petiit, atque ut aqua ipſius fontis perfuſa eſt, incolumitatem recepit. Quædam ADELVVIDIS nomine arida brachiis ut eadem lota eſt aqua, ſoſpitate potita
* Mouzon receſſit. Cæcus quidam de caſtro Moſomo * tunc adveniens, mox ut Eccleſiam S. Theoderici introiit, lumen recepit. Quædam paupercula de ipſo loco ut oculos ſibi hoc fonte diluit, lumen quod a ſexdecim annis perdiderat recepit. FULAERTUS quidam brachium gerens aridum ut ſe hac aqua perfudit, ſanitatem brachiique recepit utilitatem. Tunc etiam quidam cæcus nomine AMMALRICUS ibi viſum recepit, mox ubi ſe hoc fonte lavit. Aliaque plurima nunc ibi refulſiſſe probantur miracula & ea diverſis ægritudinibus diverſa ſunt collata remedia.

ALIA MIRACULA

Ab ADALGISO S. Theoderici Monacho ſæculo 12. ſcripta, ut patet ex num. 27. & ſeqq.

Ex ejuſdem Cœnobii cod. MS. cura R. P. D. Juliani Nerman Prioris eruta a noſtro Joh. Gele, in quibus miraculis nonnulla minus utilia prætermiſimus.

PRÆFATIO AUCTORIS.

1. D*ILECTISSIMIS Domnis, Patribuſque venerandis Cœnobii ſancti* THEODARICI *in monte Or conſtitutis Servorum Dei minimus* ADALGISUS *perpetuam in Domino ſalutem*. Veſtræ juſſionis, amantiſſimi Patres, exſecutor eſſe cupiens, miraculorum glorioſi Confeſſoris Chriſti Theoderici volumen licet tardus & ad alia negotia diſtractus relegi: & quod eſſe minus videbatur, prout temporis opportunitas ſuggeſſit, ſeriatim ornare verbis ſtudui, atque præfixis modo titulorum capitulis, ut unumquemque eorum ex ipſo capite manifeſtius appareat, adſignavi, vobiſque petentibus offerendum putavi.

---

a Idem refert Frodoardus in lib. 2. cap. 25. ac duo ſequentia miracula cap. 26. qui in lib. 4. cap. 21. Hungarorum irruptionem anno primo Hugonis poſtulati in Epiſcopum, id eſt anno Chriſti 936. illigat.

b Prope idem Monaſterium viſitur etiam nunc fons unus ad Aquilonarem plagam, ad cujus marginem extat crux antiquitus erecta, in qua depingitur Abbas in jeculo, ſub cujus pede videas concham fontis expreſſam, cum hominibus & cantaris inde bibentibus: ut veri ſit ſimile non alium hic deſignari, quamvis hoc tempore non amplius frequentetur, diſtinguendus ab alio fonte, qui ex nemore proximo in Monaſterium per tubos plumbeos derivatur. Id unum ex antiqua illa fontis religione adhuc ſupereſt veſtigium, quod in cratere quodam vitreo, argento incruſtato, quem S. Theoderici dicunt, infundunt vinum, infirmis contra varios morbos propinandum.

putavi. Igitur veſtra dilectio amici ſtudio quod imperavit opus hoc editum excipiat, & aliis communicandum prius ipſa communicet & legat: ubi ſi quid perperam me locutum cognoverit, ſi quid minus provide, minus caute, minus honeſte; ſibi quæſo corrigat, mihi indulgeat. Ego namque, ſicut in remorſis dapibus aliquando fieri contingit, quo plurima diverſi generis naſcentia proponuntur, ſic in hoc Opere inter alia mea meorumque opuſcula vigilavi, ubi cum plurima reliqui, hoc pro veſtræ charitatis imperio reſumpſi: ſi qua vero majora me alioſum traxerunt, cœptum ſibi negotium deſerere coegerunt. Quapropter ſtili mei teorem viſus ſum toties mutaſſe, quoties ad ea quæ dictanda fuerant licuit recurriſſe. Sed ſi verba vilia videntur, tamen vilis materia non eſt: Dei enim virtus & Sancti ſui meritum laudatur in ea. Unde poſtulo Paternitatem veſtram, ut hoc blande ſuſcipiatis, & pro me ad Dominum fuodatis preces.

ANCHR. 533 1. Julii.

I. *Quomodo & a quibus corpus ſancti ac beatiſſimi Theoderici Patroni noſtri humatum ſit.*

2. Igitur beato Confeſſore THEODARICO ad ſupernæ beatitudinis gloriam de hoc mundo vocato, Remorum venerabilis Archiepiſcopus ROMANUS, qui eo tempore a Deo ſibi commiſſam Eccleſiam nobiliter regebat, Francorum Regem inclytum THEODARICUM cum Sacerdotibus & nobiliſſimis palatioiſque viris ad obſequium Sancti corporis adeſſe rogavit. Rex autem pro gloria beati viri gaudens, ſed quia ſibi & mundo ſubſtractum audierat multum dolens, advenit, & collectis Sacerdotibus & Clero populique, quæ devota convenerat, non parva multitudine, ſacri corporis illius exſequias venerabiliter in territorio Remenſi in monte conſpicuo qui ab antiquis *Or* vocabatur celebravere.

3. Sed ne diu celarentur merita tanti viri, virtutum miracula in ægrotantibus continuo conſecuta ſunt, non ſolum in Eccleſia quam ipſe cum adhuc viveret in hac luce demonſtrante ſibi Angelo ædificaverat, ſed etiam in ea ſilvula, quæ in montis latere ad Aquilonem prope Cœnobium ſita eſt. Ibi enim olim fons erupit ad honorem Sancti in populis amplificandum: ad quem cum ægroti venirent & ex eo lympham fideliter haurirent, invocato nomine Domini & ſancti Confeſſoris illico ſanabantur. Itaque fons ille, ſicut fideles viri & qui utrumque videre teſtantur, colorem & ſaporem Jordanici fluminis in quo Dominus & Salvator noſter Baptiſma ſanxit, retinere videtur. Nec mirum ſi virtutes in ea fiunt virtute Divina, quando & inſitas qualitates has ab illo habet, a quo bona cuncta procedunt.

II. *De quodam febricitante qui caſu veniens ad fontem Sancti, in illius viſione ſanatus eſt.*

4. Quadam vero die febricitans aliquis ſecus eumdem fontem deambulabat qui tamen de illo nil cogitationa volvebat. Erat autem ei letale frigus & calor viciſſim compugnantes in imis oſſibus & medullis, itaut fugiente frigore deſideraretur idem. Calor enim ingens in immenſum debilia membra vaporabat. O quoties a ceſpite revulſit gramina, quoties ab arbore abrupit frondes, & cum nimio ureretur æſtu jungebat membris, & nec ſic ardorem mitigabat. Sæpe vero nudatus veſte ſolo cohærebat, ſed quæ natura frigida videtur terra illius tacta corpore calebat. O miſeria! ſæpe cum frigeret, induviis onerabatur amplioribus, & quæ æſtum concitant potiunculas bibebat: cumque admoveretur igni, ante prunas etiam frigebat. In hac igitur anxietate mentis & corporis ad jamdictum fontem deambulando venit: ſed cum adhuc eminus eſſet, contuetur Sanctum Dei Confeſſorem Theodericum in habitu Clericali ætate ſenem, virgam auream in manu tenentem & inclinatum ſuper fontem. Qui cum de inceſſu venientis ægroti quaſi motus a fonte ſe revocaret, ægrotus ille nimio pavore concuſſus in terram cecidit, oculos clauſit & velut attonitus ad modicum manſit. At poſtea in ſe reverſus quid paſſus fuerit ſenſit, & caput elevans Sancti Monaſterium verſus aſpexit, quo lucis lineam & quaſi nimiæ claritatis radium qua Sanctus ierat intuitus eſt. Ita denique ſanatus homo febrem illam amplius in ſuo corpore non ſenſit. Cæci ea tempeſtate illo in loco illuminati, nonnulli claudi erecti, ſermonem muti receperunt & auditum ſurdi. Per hæc enim amator hominum benigniſſimus Deus Sancti ſui Theoderici gloriam mortalibus innuebat, unde & ipſe glorificabatur in Sancto qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtate ſua.

III. *Paralytica mulier ab urbe Remorum veniens ſanata eſt.*

5. Tempus, locus & perſona narrationis noſtræ ordinem faciunt notabiliorem, LUDOVICO quarto itaque Francorum Rege nobiliſſimo regnante & eo Cleri populique votis annuente, HUGO vir *a* Epiſcopalis Archipreſulatus apicem meruit in urbe Remenſi. Eo tempore miraculorum ſeges in monte *Or* ad memoriam beati Theoderici Abbatis velut in agro cui benedi-

a Immo puer quinquennis, ut Frodoardus teſtis oculatus in lib.4. Hiſt. cap.20. aſſerit. Quod monſtri inſtar in Eccleſia viſum eſt: ſed patris ejus Heriberti Comitis Viromandenſis cupiditati parendum erat.

AN.CHR. 533 1. Julii. nediait omuipotens eaereverat, quorum fructu ſama diverſum volitans debiles & ægrotos uſquequaque refocillabat. Nam omnibus illis & rumor gratus & ad Sanctum deſiderabilis concurſus. Quanto enim quiſque diutius languerat, tanto feſtinantius ſauari cupiebat. Inde catervatim ruebant, & tantam Dei laudem Sancti meritum videre deſiderabanr. Fuerunt vero & quidam quibus oſtenſum eſt in viſione, quo loco donarentur optata ſauitate. Horum quædam mulier paralytica cui nomen Macanildis jacebat in Remorum urbe ud limina Beatiſſimæ Dei Genitricis, ut ab introeuntibus Eccleſiam ſtipem peteret ſubſidii corporalis: ſed neque fides aderat etium eum ſalutem deſideraret ut ſe ſauari precaretur.

6. Divina vero bonitas quæ aliquos idcirco percuti ſinit, ut Dei opera manifeſtentur in illis; ſomno ſoporatæ in viſionem ægrotæ monſtrare dignitata eſt mulieri. Quæ viſio non falſidicu rem vanitatis innodans, ſed apette denuncians imperat ut ad montem *Or* ad ſancti Theoderici præſentiam ud ſontem nominis ejus ſicut erat infirma ab amicis ſe ſe deportata faciat, ubi ſrigido liquore tacta ſanitatem recipiat. Expergeſacta mulier & ad ſe reverſa, de viſione tacite meditari cœpit: & quamvis primo inane reputans ſomnium hæſitaret, tamen poſtmodum vel dubia ſpe gratulatur. Viſa eſt igitur lætari miſtra: & unde gaudeat attrita diutino languore, præſentes qui aderant percunctantur. At illa refert quæ ea viſione conceperat, & ab eis illico commonetur, ut minime dubium quod ei divinitus oſtenſum eſt, ut verum credat. Narrantur etiam illi ægritudinum variarum genera ſine numero nuper in monte Sancti aquæ tactu ſugiſſe, & penitus a poſſeſſis corporibus defluxiſſe. Tunc illa jam non dubia de ſalute, ſed fide firma eredens ſe ſanandam, Abducite, inquit, hinc amici quantocius, & quod mihi Divina miſeratio dictavit offerte me Sancti conſpectibus.

7. Illi itaque mox vehiculo morbidam ſubvehentes & greſſu quo poterant iter accelerantes, (optabant quippe viſum iri quomodo ſalus infirmis illaberetur membris) ad optatum locum pervenerunt. Viſa protinus unda ſontis accendit deſiderium ſoſpitatis, & deſiderii creſcente flamma, accedentium robotabatur fides credendi ſumpta materia. Nam utrimque lætabunda agmina diſcurrebant, & de percepta jam ſalute, prout quiſque popoſcerat, potiti gaudebant: eis qui nondum ſuerant conſecuti munus ſalutare deſignabant. At illi ægram nudantes & ut interius ſanaretur potantes, ſrigido ſonte exterius perſundunt. O mira Dei virtus! quæ laſſis membris & toto corpore perdito alieno ſubſidio ut huc veniret eguerat, ea gelido rore caleſcens ſubſtitit, & eum viſibili elemento inviſibili gratia donata eſt. Tunc in ſe Divina munera ſentiens, ad glorificandum Dominum viventem in ſæcula ſolvit linguam. Glorioſus, inquit, es Domine in Sanctis tuis, qui per beatiſſimi Theoderici Confeſſoris tui merita ægritudinem meam ſugaſti & me perſectæ ſanitati reſtituiſti. Sit ergo nomen tuum benedictum in ſæcula & in omnibus ſæculis ſæculorum. Cumque mulier de recepta ſanitate tripudians laudes multiſonas Deo reddidiſſet cum univerſo comitatu ſuo, remeavit ad propria, & omnes qui prius congnoverant eam paralyticam, ad amorem ſancti Confeſſoris permoti ſunt.

IV. De quodam cæco coram multitudine populi repente illuminato.

8. Et populus ſancti quidem miraculi viſor ad habitacula ſua regrediens complebat vias, opida, rura, caſtella nuper in monte *Or* oſtenſæ virtutis honeſtiſſima ſama & quicumque hæc a Deo per ſanctum ſuum Theodericum fieri audiebant, ad ſimile quid videndum ire & ipſi cogitabant: ut quod per auditum capientes agnoverant, oculis contuentes credibilius haberent. Ægroti ſane & qui minus & qui amplius dolebant, iſti forte quia facilius ſanari poſſe minores ægritudines putabant, ſpe majori nitebantur; illi vero difficilius aut omnino nihil mederi poſſe morbis gravioribus arbitrantes aliquando deſperabant. Horum tamen multitudinis adeundi Sanctum unuſquiſque opportunitatem quærebat, cujus autem facultati voluntas amplior adhæſit, is aggreſſus iter ad locum citius pervenit. Sed ſenes, anus & pueri quibus aut ſenectus vires ademerat, aut eas adhue veniens ætatis ordo non plene contulerat, audientes Sancti miracula gaudebant & ad ejus præſentiam properare deſiderabant. At cum in membris debilibus robur omnibus abeſſet, ii quod ſuo quondam tempore talia non evenerant dolebant. Unde & amiſſam juventutem plerumque votis imprecantes revocabant, pueri vero quod tantæ poſſibilitatis & ſuæ libertatis adhuc non eſſent, querelas eſſundebant, & juveneſcere velocius optabant, ut ad Sanctum pariter in unum properarent, atque ſanitatum genera quæ per illum fieri credebantur, viderent.

9. Igitur ab omni provincia & de longinquis etiam partibus affluentes Dei beneficia populi ſentiebant, & eum qui per Sanctos operari mirabilia dignatur glorificantes laudabant. Cum ergo eorum plures qui nihil novi niſi per auditum ibi contigiſſe cognoverant, deſiderio flagrarent contueri vel aliquam ſebrim ruere, ſebricitantem ſurgere, infirmum convaleſcere: vir quidam memorabilis Amalascus nomine adductus eſt, (cæcus enim erat) & ecce gaudium magnum fit in plebe de tenebris ſuturum continuo peramplius de recipienda luce. Dicebant ergo: Modo Deo gratias hominem videmus, in quo Dei propitiatio per ſancti Theoderici merita conferetur, atque hinc hodie magis viſa beneficia quam audiſa referemus. Igitur ad ſontem ſæpe memoratum cæcus deducitur & undique turba coeunte propter undam videndus ſtatuitur. Qui poſcens vas liquore ſalutiſero plenum libavit, oculos irroravit, terſit, vidit atque ſe videntes recepto lumine videns ipſe cognovit. Glo-

ſia tibi Deus omnipotens, exhilaratus populus acclamat, qui cupientes, quærentes, amantes nos videre talia, per Sanctum tuum hodierno lætificaſti miraculo, præſenti muneraſti bono. Et homo quidem clare videns cupiebat ipſe Deo dare laudes: ſed ejus una vox victa vocum multitudine, nec exaudita conquievit. Qui tamen ſi quid de Deo, de Sancto bene cogitavit, hoc utique prout credimus acceptabile ipſi Deo creatori fuit. AN.CHR. 533 2. Julii.

10. Fuerunt itaque pauci in illa vulgi multitudine, qui quoniam reliquis prudentiores habebantur, diligenti inveſtigatione quæſiere, cui potiſſimum iſtum ſalutiferum fontem valerent comparare. Multa quippe aquarum diverſitas memoratur, aliæ quidem ſterilitatem, aliæ fecunditatem, aliæ ebrietatem, aliæ vero ſobrietatem, morbos innumeros aliæ, utque aliæ ſanitatem gignere eſſeruntur. Rerum ſiquidem omnium Creator ipſarum unicuique inanimatis etiam corporibus infixit, ut unumquodque eorum id ad quod creatum eſt, certa, vel occulta ratione operetur, ſed univerſis fontibus dictorum aliquid innatum eſt. Unde cum Angelorum Dominus homo factus verbo ſolo cæcum a nativitate ſanare potuiſſet, ſputo facto luto illitum ad aquas Siloe præmittere maluit, ut inde lotus cæcitatem perderet, lumen reciperet. Quare nulli aquæ magis videtur iſte fons congruere, quam ei qui Creantis gratia tenebras effugavit, lumina reparavit. Ergo fons iſte aquæ Siloe comparetur. At cæcus ille Siloanus Dominum ſanantem illuminantem agnovit, Deum Dei filium credidit & eum ſecutus eſt: hic autem quia a puero Chriſtiano nomine beatus Auctorem ſuum crediderat, modo receptis oculis eum corde & ore & ſi quid voce potuit laudavit, glorificavit, veneratus eſt & ad propria reverſus eſt: ſed & omnes qui tanti miraculi contemplatores fuerant, Dominum Deum benedicentes ad habitacula ſua redierunt.

V. De muliere quæ a febri filium ſuum vexatum ad fontem beatiſſimo Theoderico interveniente feliciter ſanum recepit.

11. Igitur auctore Deo poſtquam beatiſſimi Theoderici Confeſſoris Chriſti merita miraculis apertiſſime prodentibus infideli plebi clarificata ſunt, & quod in ſuperna felicitate jam cum Chriſto glorietur nullo dubitante populus adveniens tam animæ ſalutem quam corporis feliciter expetebat; virtutum facies receſſit abdita, quæ prius in miracula ſuperius memorata efficaciſſime apparens ſe ſe dilataverat. Ad hoc enim miracula claruerant, quia ſigna erant, ut cunctis per exteriora dona pateſceret, quanta Sanctus æterna gloria coronatus inviſibiliter in animarum ſalute operari poſſet: & hoc inſerto menti credentium, quia opus ulterius non erant miracula, ſatis utiliter ceſſaverunt. Et fons quidem in imis terræ viſceribus occultatus eſt, nec amplius in eo peiora beneficia claruerunt. Sanctus autem numquam a miſericordia vel a beneficio conferendo ceſſavit: inviſibiliter enim ſemper operatur. Sed quia carnales difficile vel numquam ſpiritualia capiunt, ad inſuemandos vulgi animos ut credant, aliquando viſibilia miracula opus ſunt. Miracula ad quid.

12. Diu ergo ceſſantibus viſibilibus operibus Sancti, generatio quæ tunc erat moriendo præteriit, & ad noſtra uſque tempora ventum eſt. Volens itaque Dominus Sancti ſui beatitudinem recenti populo manifeſtare, & ad ſe quærendum torpentia corda excitare; noſtris his diebus nova miracula per eumdem Sanctum dignatus eſt miſericorditer oſtendere, quæ plebes fidelium viderent, & Sanctorum Regem devotius glorificarent. Igitur In vico qui Chaneia * dicitur, cum plures mulieres tum etiam una erat quæ filium quem genuerat, in domo propria nutriens habebat: ſed hunc habere quaſi non habere videbatur, dum puer febri valida incredibiliter vexaretur. Vexabatur etenim miro modo, Ita ut viciſſim frigus & æſtus unum corpus miſerum vindicantes, modo tremere, modo palpitare, modo vero manare gelidum ſudorem a deſecatis artubus compellere viderentur: & cum tanto miſeriarum augeretur pondere, genitrici ſuæ per ſingula momenta videbatur mortem denuntiare. At illa lacrymis ſuffuſa flebat, & ſi quid opis afferre filio credebat, id ab amicis, a vicinis, a cognatis totum uiſa quærebat, a tranſeuntibus etiam quid febrim expellere poſſet ſæpe cogitabat: & cum omnes opiniones eorum vel inventas a ſapientibus etiam medicinæ curas expendiſſet, nihil ſanitatis Invenit in illo. Sæpe quidem membris ardore letifero calentibus gelidam ſuperfudit aquam, ſæpe clamanti, modo frigeſco, modo gelaſco, modo vero morior, paravit ignem ut ſatisfaceret in hac re puero febre miſerabiliter alternanti. * Chagny in agro Retellienſi

13. Cum igitur horum nulla profuiſſet, & crebri anhelitus lungis interceptus ſuſpicile interitum omnino minaretur, jam enim ſemivivum quaſi ſuetum mox cadaver corpus extenſum jacebat in terra) venit ea inſpiratione Divina matri in animum ut cum ad Sancti Theoderici præſentiam deferret, utque de ſalutifero fonte illius, qui nuper terræ venis ab imo ſcaturientibus antiquum repetens ortum Divina miſeratione reſluxerat, membra debilia filii perfunderet. Et acceptum ferebat, ſed diutino fletu ac mœrore continuo confecta, brevi reſedit itinere fatigata, & reſpirans ac properans pervenit ad locum, quæ quid ibi oraverit, quidve imprecata fuerit, cum ſuper orbis divitias prolis ſalutem optaverit non eſt requirendum. Oravit autem, & ad fontem cum fide deſcendens hauſit lympham, & ſuperfundens ægroti filii membris repente vidit viſibile miraculum ſanitatis. Nam dicto citius fugit dolor, membra pallida roſeus recepit color, medullis, nervis & oſſibus puerilis illapſus eſt vigor, & puer denique ſtans & gradiens receptæ ſanitatis lætitiam celare non poterat,

AN.CHR. 533 2. Julii.

rat, nec vulebat. Et mater hæc intuens ampliſſime gaudebat, & tanta Dei magnalia laudara cupiens, præ nimia mentis alacritate in ipſo plauſu deficiebat: ſed huic tamen digno tripudio ſubito quædam præteritarum rerum pœnitudo ſeſe ingerebat, videlicet quod virtutem Sancti ſero cognoverat, plurima fruſtra perdiderat, ſanandum tarde crediderat, quem modo fonteo liquore tactum ſaniſſime proſilire videbat. Et hæc igitur antecedentem filium ſecuta, Eccleſiam ſancti Chriſti Confeſſoris Theoderici eſt ingreſſa, ubi uterque nomen Domini Salvatoris pro recepta ſanitate benedixerunt, & Sancto vota voventes ad habitacula ſua regreſſi ſunt. Vicini autem & qui ægrotum priuſquam ſanaretur noverant, videntes modo ſanum & nullum febris veſtigium retinentem, ipſi etiam Deum benedixerunt, & ad Sancti memoriam tenendam, colendam, frequentandam animati ſunt.

VI. Quemdam hominem aerius humor cæcaverat quem Sanctus illuminavit.

14. Teracia vocabulum eſt cujuſdam nominatiſſimæ ſilvæ, in qua conſtat Monaſterium de nomine ſancti Michaelis Archangeli [a] ab antiquis olim ædificatum, propter quod villa quædam ſita videtur quæ vulgo Aneia vocitatur. In hac igitur aliquando vir quidam, nomine HOSTREBALDUS, qui una dierum operandi gratia in eam ſilvam ingreſſus, ſed repente tenebrarum ſitu cœlum ſenſim caligante & denſa nebula totum inſne deſuper obnubilante viſus eſt homini craſſior humor ab alto defluxiſſe, atque ſibi os & pupillas oculorum infeciſſe. Cumque ſæpe manibus & veſte, ut clarius videret, ſiccare conaretur, amiſit lumen, & apertis oculis cum adhuc diluculi tenebris illam ſuam cæcitatem imputaret, inventus eſt a quibuſdam: & ab eis interrogatus quid ibi ſolus eſſet, quid vias variaret, quid baculo protento ſemitam palparet, qui cæcus non eſſet, qui clare diem videret, acſi omnibus uti ſibi cæcitas ingeſta nuper eſſet nota, cum animi rancore & fletu nimio reſpondit: O inſenſati homines & perverſi, graviores beſtiis & feris! Illæ quidem me plorante, me vociferante fugiunt, & privato lumine fugiendo conſolationem præſtant: vos autem rationabiles homines & noti, dolores doloribus augere contenditis, dum ſic interrogatione cumulata ſub exprobratione loquimini, meque flente ad fletus uberiores impellitis. Nos illi, inquiunt, quid facias videmus, quid autem patiaris neſcimus: tu vero ſi quid eſt occultum manifeſta, ſi quid notum, ſcire cupientibus enarra. At ille, Matutina, inquit, nebula capiti meo ſuperfluens oculos clauſit, lucem negavit, tenebras induxit, & ecce nihil video. Nos, ajunt illi, nihil conſolationis afferre, nihil beneficii præbere in hoc tibi diſcrimine valemus: tantummodo te ad domum propriam reducemus, teque tuis cæcum ut es referemus. Igitur factis compenſant dicta. Reductus itaque homo per duorum annorum fera curricula cæcitatem illam paſſus eſt.

15. Ut autem in monte *Or* ad preſentiam B. Theoderici miracula ſupradicta claruerant, cum circumquaque provincias, tum etiam villam ſuperius nominatam fama replevit. Et audiens cæcus aliorum oculos lumen Sancti merito nuper recepiſſe, gaudere cœpit quaſi qui ſperat & diffidit. Sed multis ei ſuadentibus ut iret, ut crederet, ut a Sancto ſanari poſtularet, ire perrexit, & veniens ad fontem præſentibus ſupplicabat, (plurima quippe turba circumjacebat) ut ſibi liquor ille largiatur, quo Sancto ſuffragante dolores effugantur, ſanitas exhibetur. Effectum petentis oratio conſecuta eſt, hauſtum denique liquorem cæcus ille devote cepit, libat, oculis infundit, & ad Templum continuo devotionem ſuam pergit Deo commendare ſupplicationibus. Poſtquam igitur orando ſibi ſatisfecit, & forte Deo, reverſus iterum ad fontem eſt: ubi cum ſecundo gelidi fontis unda foviſſet oculos, tenebræ mox fugere, lux hominem replevit: qui cum fontem videret, videret orbem, videret etiam turbam undique confluentem, quid ageret ignorabat, niſi quod ab his ſuggerebatur ei quos videbat. Univerſi vero qui aderant ad Monaſterium cum illo pergunt, & Fratribus ibidem Deo famulantibus oſtentum gloriæ tantæ virtutis adſignant, & una cum eis Domino Deo laudum præconia ſolvunt. Et homo quidem qui cæcus venerat vota vovit, & videns atque lætus ad propria reverſus eſt. Convicanei vero & quicumque hæc eo tempore videre & audiere, erga cultum Dei & Sancti memoriam excolendam devotiores extiterunt.

VII. Cæcus alius fonte tactus in Monaſterium veniens illuminatus eſt.

*tempore ſiomnali tero oculo privatus, quod miraculum omiſimus.

16. Eodem itaque die quo meruerat iſte * ſanitatem, cum jam veſpertina diei Synaxis ſolveretur a Fratribus, aliud magnæ virtutis miraculum per Sancti hujus meritum declaravit Divina potentia. Niſiacus denique Regius fiſcus eſt, juxta quem villa Diſcia vocabulo ſita eſt. In hac itaque puer HAGANO nomine a parentibus humana lege procreatus ingruente repentino dolore cum quid haberet adhuc rudis edere non poſſet, oculorum cæcitatem incurrit. Parentes autem illius quid ei facerent, quid ſaluti ejus prece pretioque providerent ignorabant, cum jam plurima curationis gratia adhibuiſſent. Sæpe namque matrona lacte de papilla preſſo infantis oculis inſtillavit, ſæpe lingua lingens herbarum ſuccos

---

[a] Monaſterium S. Michaelis in Tiracia, *Tierache*, diœc. Laudunenſis ad noſtrum uſque tempus Ordini Bened. ſubjectum eſt.

ſuccos appoſuit, ſæpe etiam carmina de parte bona immurmuravit: ſed cura quæ ceteros AN.CHR.
allevaſſe videbatur, nihil infantulo profuit, & omnes amici, cognati, vicini etiam genitoribus condolebant. 533
Audientes autem quia nuper a Sancto cæci tres ſed & ante plurimi ſanati fuerint, 1. Julii.
necnon ab aliis infirmitatibus alii quique ſine numero relevati, parentes diem conſtituunt quo ad hujus beatiſſimi Confeſſoris memoriam infantulus deferatur. Veniento vero die ſine mora parvulum ad montem *Or* & ad fontem Sancti devotiſſimi cum omni veneratione & fide deportant: & pro eo vota voventes & Sancti ſuffragia poſtulantes, fontis unda totam parvuli faciem perfundunt. At ille flebat, & quid illi parentum devotio fieri poſtulabat, quidque virtus Omnipotentis præſtare diſponebat omnimodis ignorans, cum ſtridore nimio vagiebat. Denique eum ad Monaſterium deferunt, & de Sancti patrocinantibus Reliquiis adhuc cæcæ faciei Victoriosiſſimæ Crucis Chriſti charachter * ſuperduci depoſcunt: quo peracto cæcitas omnis effugata eſt, luxque plena infantis orbibus infuſa eſt. Unde parentes gratulati ſed & omnes qui tunc pariter audierunt, laudes omnipotenti Domino retulerunt. * lege characterem

VIII. De ſurdo qui veniendo ad Sanctum Virum recepit auditum.

17. Et opulentia virtutum Sancti cum ad longinquas quidem nationes, tum etiam ad proximas provinciæ Remenſis partes odore mellifluo ſpirabat famam. Unde contigit ut villam quæ Fraainus * vulgo vocitatur & eſt in territorio Veromandenſi ſecus Somenam * fluvium perveniret. Erat autem homo quidam in illa longo ante tempore ſurdus, qui cum vulgus promiſcuum gratulari, & ad miraculorum S. Theoderici relationem capiendam attentum videret verbis (quia qui non audire, poterat loqui) quid cœlum ſuſpiciant quid pectora tundant, quid lacrymas fundant, quid demum gratulentur interrogat. At illi quia verba ſonantia capere ſurdus non poterat, ſignorum nutibus & voce quamquam ille non audiret, ſurdos, cæcos, claudos & infirmantium cœtum a Deo in monte *Or* & ad Theoderici fontem ſanatos aſſignant. De ille doctus talia capere ſigna, baculum ſumit, viam carpit, plurima cogitationum volumina mente revolvit, & incedendo & feſtinando ad montem propinquat. Hora erat qua Fratres ad laudem ſummæ Trinitatis congregati æris ſolito clangore principium illius aſſignabant. Et cum montis in circuitu ſonus ille aera repleret, ſenſerunt omnes quibus erat auditus in capite ſanus, ſenſit & ille qui paulo ante fuerat minime ſanus. O Deo gratias, inquit, o ſanctiſſime Confeſſor Domini Theoderice, quam vera ſunt quæ de te prædicantur? O utinam modo plane ſcirem ea quæ mihi convicanei mei nudiuſtertius in villa noſtra referebant, quæque inter ſe conferebant, quæ ſignis, incompoſitis deſignabant. Et certe mihi meus animus proferebat quia illi ad iſtas partes me venire volebant, me venire nutibus demonſtrabant, & ſurdos, & cæcos, & alios ab infirmitatibus multis revocatos digitis in numerum diſpoſitis innuebant. Sed quid multa mecum eloquor? Veni & ſenſi Dei virtutem & Sancti meritum: unde o utinam ad ipſos jam remeaſſem, & plene modo ſcirem quid ipſi me monebant! narrarem quoque eis Dei collatum in me beneficium. Sed certe prius ad Sanctum perveniam, hujus terræ habitatoribus Salvatoris Dei magnalia referam, quodque per S. Theoderici deprecationem & audire merear & audiri me credam. Tandem igitur homo vel iſta corde concipiens vel ore profundens ad Monaſterium pervenit. Et Monachorum catervæ, quæ adhuc ad laudem Dei conſiſtebat, iſta denuntians, & effectu novo materia glorificandi Conditorem dedit. Nam his auditis & æra feriunt, & ore perſonant laudes Deo Creatori qui eſt benedictus in ſæcula. * Fraine * la Somme

IX. Puella toto corpore paralytica oratione & meritis beati viri ſana receſſit.

18. Pium eſt ſentire de Domino in bonitate & in ſimplicitate cordis quærere illum de quo dicit Pſalmiſta; *Præparationem cordis eorum audivit auris tua*. Ex Vico Avennaio * puella fuerat quæ toto corpore paralytica octo annis lecto decubuerat, quorum ſpatio numquam manus ad os mittere, numquam ſe valuit in latus alterum deflectere. Hæc Altovillari * jampridem invecta fuerat, ut Sanctorum patrociniis a pondere infirmitatis allevaretur: ſed rediit ab eis inefficax eoquod alterius meritis curanda reſervaretur. Poſt reditum autem petiit matrem ſuam inſtanter & importune, quatinus ſibi vehiculum conduceret vel quodlibet pararet geſtatorium, quo viri Dei ſæpedicti ſæpiuſque dicendi Theoderici adire poſſet Oratorium: Mira res! penuria matrem artabat, & contra filiam ſuper eo quod non habebat nec modum habendi vel inveniendi ſciebat querebatur: cum ecce puella membris genuino refuſo vigore incolumem ſe eſſe vociferans gratulatur, & gratulabunda inſperato ſurgens incolumitati ſuæ atteſtatur. Videres paulo ante vehiculum petentem, nunc inopinato ſtupidam matrem præcurrere; præcurrendo matrem montis Or fontem quærere, quærendo attingere, attingendo ſalubri lympha ſingula membra perfundere. Eas Domino ſanctoque Patri in foribus Oratorii ejus vota laudum perſolventes pium erat audire & videre, Fidelibus mirantibus ſuper immenſa Dei clementia, qui antequam invocetur dicit, *Ecce adſum*, & frequenter nec ſperanti præſtat æterna beneficia. * Avenay dioec. Rem. * Haut villiers, Monaſt. O. B. dioec. Rem. ubi S. Helena colitur.

X. Mu-

AN.CHR. 533 5. Julii.

X. *Mulier ante triennium cæca ſanata feliciter receſſit.*

19. In Trevirorum Diœceſi caſtrum eſt quod LONGUIS appellatur, quod quidem ſitum eſt ſuper fluvium Charum, & undique ſilva circumdatur. Juxta hoc villa eſt ROMAUS nuncupata, ea qua fuit mulier DODO nomine oculorum lumine triennio privata: cujus recuperandi gratia circumduxerat eam vir ſuus per loca Sanctorum pleraque, ſed a nullo potuit remedium quod expetebat impetrare. Super hoc omnino deſperatis viatores quidam forte obviant, qui ſalutatis eis & eorum rebus cognitis primo monent eos ne conſoltus ſuos flocci faciant, deinde in monte *Or*, inquiunt, noviter repertus eſt fons aquarum contra morbos & peſtes ſalutaris, non hominum modo, verum & beſtiarum. Signave facientes præteritis laboribus illuc tendens iter addideritis, quis dubitet vel ignoret quod miſerentis omnium Dei præcipuam largitatem illinc invenire poteritis? Quoniam Sanctus qui meritorum ſuorum excellentia obtinuit ut rivus illic ſcaturiat, impetrabit ut in ſalutem quærentium utilitatibus proficiat. Securi ergo de meritis ejus, immo ea Dei largitate iter ut monemus non ſegnes arreptate.

20. His breviter peroratis cogitur maritus a compare, quæ cogebatur a lucis amiſſæ diſpendio: & properat uterque ad fontem ut una potiretur properanter ſoſpitatis remedio. At ubi ventum eſt, haurit uterque aquam in ſalutem ſalientem, lavat mulier & itinere quidem feſſa, ſed moræ impatiens caput oculoſque diligenter, & ſic obdormit juxta fluentem. Eo autem qui nec dormit nec dormitat miſerante a ſomno evigilans, quod diu optaverat lumen ſibi ſenſit rediiſſe, & marito exclamat ſtatim non longe: Gloria laus & honor vero lumini Deo ſuper cœli lumine quod optato video. Quanta hinc ſubito utrique orta fuerit lætitia, conjicere poteſt quilibet auditor ea ſe vel ex ſimili rerum convenientia. Surgit excuſſus a terra uterque, & reſumit ſua quiſque, liminaque Templi accelerant ſubintrare, & ſummo Largitori munificentiſſimoque Confeſſori gratias pro acceptis beneficiis gaudent recompenſare. Nec defuit actutum excitus fama facti plurimus plebis conventus, qui Fratrum concors catervæ cum eis reſonarent competenter hymnos & laudum concentus.

XI. *Eodem die claudus a matris utero puerulus inter manus genitoris erectus eſt.*

21. Huic Divinæ munificentiæ addendum eſt aliud geſtum. Puerulus nomine HUGO Lauduni erat quem uterus matris luci claudum ediderat. Hunc Pater multo tempore mœrens memorialis noſtri virtutum excitatus rumore ſpe gaudens humeris imponit, & ad fontem ſalutis vicarium multo ſudore ob iter prolixum reſperſus tandem depouit, & primum quidem totum pueri corpus perfundit lympha medicante, deinde ſacris ædibus infert eum, humilitate, pietate, devotione inſignitus, fide duce fidiſſima his tribus ancillante, quæ quatuor fœderans quintæ ſcilicet paternæ petitioni merita beati viri accerſivit celerrimæ ſubventioni. Nam ſubito clamore & inſolita prece bajulati filii bajulus pater terretur, qui ſe erectum deinceps ambulare nec ultra portari velle profitetur. Nonnulli aſtantes cum patre ſtupent ſuper pedes ſuos conſiſtere, vacillare, tremere, incedere, quem noverant ex utero matris hactenus claudum, & accinguntur præconari magnalia Dei & reddere munera laudum.

XII. *Mulier contracta ſancti fontis aſperſione ſanata eſt.*

22. Hujuſmodi nonnulla frequenter ad eumdem fontem geſta ſunt quæ ob ſui pluralitatem & Scriptorum raritatem flatibus ventorum & oblivioni tradita ſunt. Sed nos ea quidem quæ vidimus nolumus negligere, ne illa ut quamplurima properaret oblivio abſorbere. In Remorum urbe fuit mulier ROTHILDIS nuncupata ſexdecim annorum ſpatio nervorum ſtupore & membrorum contractione debilitata. Ea domeſticorum manibus quotidie in porticum majoris Eccleſiæ ferebatur, ubi alimonia tranſeuntium, & maxime ſtipe Canonicorum glorioſæ Dei Genitricis alebatur, ut dictum eſt de nonnullis. Tandem rumore virtutum glorioſi Patris animata eſt, & ad fontem medicantis aquæ vehiculo delata, cujus cuſtodes fide firma expetiit, ut membra debilia ſalutari lympha reſpergerentur. Quod ubi factum eſt, geminus vigor ſubito medullis refunditur, & ſoſpes effecta carpento neglecto unde venerat pede regreditur. Nos vero aſtantes & hæc vidimus & Dominum qui operatur in Sanctis ſuis jubilo cordis & vocis laudavimus.

Auctor teſtis.

XIII. *De Britannia Oceani cæcata mulier veniens meritis beati viri viſum recepit.*

23. Ex inſula Britannorum oriunda, ſed Anglicæ gentis indigena mulier multo tempore oculorum viſu privata fama fontis & harum virtutum excitatur, ſumptoque duce itineris mare transfretat, & memoriam Sancti ingreditur. Triduum expendit Cœnobio fontique, confitetur, orat veniam: ſed interdiu nequit impetrare ærumnæ ſuæ indulgentiam. Tunc jam quaſi deſperans & tædium perpeſſa diſponit retrocedere, atque infecto negotio licet anxia prolixius iter quo defatigari decreverat iterando accelerat finibus ſuis ſe reddere. Sumit

tamen

AN.CHR. 533
1. Julii.

tamen ea aqua fontis, & deſert ſecum, donec vicum ingreditur quem dicunt Colmiſſiacum *: quem ingreſſa valida ſiti attentatur, quam facile propulſare poterat lympha ſalutari qua onerabatur, quod factum eſt. Sed proh dolor! reſtabat interior ſitis exteriori acrior, quam utinam æque propulſet fonte ſingulari, ſalubri quidem exterius, ſalubriori autem interius. Quod ut fieret, viſum eſt inſuper illi oculorum luce carentium loca ea eadem ſummo tenus aqua irrorare fide præduce, quæ cogit mentem quam illuſtrat & impoſſibilia pertentare. Nec mora, viſus admittitur, cæcitatis obſtaculum removetur, retrorſum ſubito torquet greſſum, ne ingratæ ſui lateant beneficia, & fit ſigni teſtis & nuntia: quæ etſi obmutuiſſet, indicio tamen erant videntibus radius pupillæ clarus & purus, & intuitus quæ erant impræſentiarum. Redditis ergo pro ſalute adepta gratiarum muneribus, alacris ac tædii neſcia prolixum iter remetitur, & ſuum repetit diverſorium, non alienis manipulata, ſed propriis fulta luminibus.

*Cormicy, diœc.Rem.

XIV. Quomodo Clerici Laudunenſes voluerunt furari corpus beati Theoderici.

24. Beatiſſimi Theoderici meritis ſuffragantibus innumera beneficia præſtitit Deo cujuſcumque generis Fidelibus ſummis & infimis, remotis longe & prope manentibus: quæ partim ſcripto ſunt in libris exarata, partim negligentia & oblivione obliterata, partim memoriæ quidem nonnullorum commendata, ſed ne neſciantur litterarum adminiculo needum coartata. Horum pauca diſpoſuimus ne omnino a memoria ut pulvis a vento removeantur ſcripto munire, eorum auctoritate freti & fide qui vel viderunt ea vel a videntibus potuerunt audire. Majorum noſtrorum quidam narraverunt nobis rem omnino divinam & pietatis nobis patrocinantis demonſtrativam. Vir piæ & laudabilis memoriæ Pater Cœnobii hujus RAIMBALDUS *a* circumquaque manentibus egregie reverendus erat religionis fama & opere. Is loculos recondendis corporibus beatorum Confeſſorum THEODERICI & THEODULFI aptos compoſuerat, & ut devotionis benevolentiam oſtenderet quam erga Sanctos habuerat, auro & argento eos decorare intenderat, quorum membra primo pallium ſuperextenſum tegebat tabulis tantum anterioribus & poſterioribus mirifice decoratis. Raimbaldus Abbas.

25. Interea inter Laudunenſes & prædictum Abbatem altercatio cauſæ ſuper fundo quodam erat, pro qua finienda ut corpus beati Theoderici Laudunum ferretur oblata occaſio admonebat. Illatum eſt ergo urbi & ab ejuſdem Clero & populo decenter & honorifice, ut par erat, exceptum in majori Eccleſia diligenter ſervabatur a Clericis ejuſdem Eccleſiæ, noſtris omnibus ſemotis: & illos quidem ut noſtros ſemoverent inopinatæ fraudis commentum admonuit, quod non multo poſt manifeſte apparuit. Nam duo illorum noctu cum ferramentis operi fraudis ſuæ neceſſariis ſacras ædes irrumpunt, irrumpentes ſacrilega manu loculum viri Dei infringunt, effractum aperiunt, aperto manus injiciunt, ſed manibus injectis incomprehenſibiliter Deo cooperante corpus quod erat præſens quia furari & exportare moliebantur nec ſentiunt nec inveniunt. Super quo non minimum mente conſternati ut notam confuſionis effugerent, clauſtra effracta retegunt opportune & diligenter, ne quomodo, ne qua occaſione, ne qua ſuſpicione quiſquam rimaretur & rimando agnoſceret, quod egerant fraudulenter. Tanta fuit cautela eorum & diligentia, ut cauſa fraudis hujus diu lateret familiam Sancti, qui ſe ſuis ſervaverat, non ſuis occultaverat.

26. Nec multo poſt prædictus venerabilis Abbas perornatis loculis impetravit a Remorum Metropolitano, ut diem ſtatueret conveniendi, & indiceret circumquaque manentibus, quo Confeſſor pius & a ſuo loculo exponeretur videndus & amplectendus religioſis, & in eo veluti in requie perenni reponeretur ab illis. Cujus ſtatuti conventus diem audientes duo illi quos mirabilis Dei operatio quæ ratione comprehendi non poteſt a fraude ſua nolentes averterat, Abbatem adeunt, verentes ne confuſionis pudore indueretur, dum tempore conſtituto religioſis quibuslibet oſtendere Sanctum vellet, nec ille inveniretur. Sane alios ex ſe ipſis metientes, quos merito Deus privaverat Electi ſui cum inventione tum viſu & invaſione. Fatentur ergo reverentiæ tanti Patris caſſes clandeſtinæ fraudis, nec pudet illos, vel inſultanter theſauro ſuo privatis vel conſulentes eorum famæ & detrimento laudis. Eorum confeſſione Abbas primo turbatur, ſed pietate Patris a perturbatione ſua citius relevatur. Nam jejuniis triduo continuatis & cum precibus & ſuſpiriis eiſdem aſtantibus loculus aperitur. Sanctus integer invenitur, oculis videtur, manibus tangitur: oritur duobus illis novæ admirationis confuſio, & familiæ Sancti antiquæ devotionis ampliatio, Patroni quippe ſui & erga ſe conſiderant commiſerationem ex præſentia ſua & manifeſtatione, & erga illos indignationem ex abſentia ſua & occultatione. Omnipotens Deus ſuper omnibus benedicatur qui in Sancto ſuo mirabiliter operatur. Amen.

XV. Miraculum de Egardo Sacerdote ſanato.

27. Inclyto magno Danorum Rege viam univerſæ carnis ingreſſo, compar ejus Regina

---

a Interfuit Synodo Sueſſionenſi apud S. Medardum a Manaſſe Remorum Archiepiſcopo convocatæ anno Domini 1075. Ejus obitus in Necrologio S. Theoderici enuntiatur his verbis: *Raimbaldus Abbas hujus loci obiit 3. Kal. April. pro quo habemus generale piſcium & ſubcinericios panes.*

AN.CHR. 533 2. Julii.

gina *a* Duci Sieulorum iterato matrimonio jungi expetebatur: quam frater ſuus ROBERTUS Comes Flandrenſium hujus rei graria Siciliam ducens per Franciam tranſivit, & montem *Or* ad hoſpitandum expetiit. Quod audiens RODULFUS venerabilis Abbas ejuſdem loci collecto Cœnobitarum ſuorum cœtu cum vexillis & apparatu Eccleſiaſtico decenter proceſſit obviam, & honorifice utrumque recepit, Comitem ſcilicet ac Reginam: & exceptos introducit in Cellam, immo in Domum Regiam. Nam vidiſſes in parietibus paullo ante incultis & in laquearibus ſqualore pridem horrentibus pallia Imperatoriæ dignitatis cortinis operoſis ſupercatenta coruſcare, & nihilominus ſtupuiſſes fulera celaturis, inſculptoris, tornoque ſpectabilia. Stramenta quoque cum plumarum mollitie fulta, tum techis purpureis ſupecinduta, prioreſque ingreſſus his inſidere, hiſque refoveri: porro ſedilia quæque tapetibus cum artificiali ſubtilitate tum colorum varietate pretioſis venuſtabantur, pavimenti quoque facies pulvere ſuo deterſæ ac virentibos quibuslibet odoriferiſque reſperſæ ingredientibus ac reſidentibus ſuave redolebant. Præ ceteris placuiſſet tibi quamplurimum ſedulitas puerorum officiis domus a ſapientibus ſapientee diſpoſitorum, qui honeſtate & ordine ſe ſe comitantibus providebant ſollerter, ne quid deeſſet invitatis & recumbentibus, & ne quid per incuriam deperiret de ſibi aſſignatis ſubſtantia ſupellectili & utenſilibus.

Robertus Comes Flandrenſis cum Danorum Regina apud S. Theodericum excipitur.

28. Cum igitur omnibus rite ordinatis inimitabili Pater induſtria Regium (ut iſta dicam) apparatum diſcumbentibus miniſtraſſet, non minus ſpiritum quoque illorom edulio ſuo refecit.· Nam dilecti Deo beatiſſimi Theoderici vitam virtutibus illoſtrem coram eis a Fratribus lectam & expoſitam quaſi ſaluberrimum animæ ferculum illis appoſuit, quod præ ceteris ſumptibus & impenſis uterque magni fecit. Communicato itaque conſilio Patris eximii contubernales eſſe deinceps elegerunt, ut ejus patrocinio ſamiliarius ab eo cogniti fruerentur. Quod ipſe quidem utpote divinitatis imitator gratis omnibus impenderet, ſed rerum ſuarum a ſe factus heres & poſſeſſor ſibi jam velut emptoribus ſuis illud redhiberet. Cum benevolentia ergo & concordia utriuſque hujuſmodi habita deliberatione & benignitate alterutrius ſibi invicem ſpondente, munus quodcunque eſt ex me tibi proderit: Comes juris ſui fundum quod Harlebeccæ villæ proximum eſt, viro Dei ſuppliciter attribuit. Quo facto ut quantocius ad eumdem ſibi ſoctiendum & jure perenni poſſidendum Sanctus in loculo ſuo veretur, benigne prudenterque conſuluit.

NOTA.

Comes prædium S. Theoderico tribuit.

29. Poſt cujus & comitatus ejus abſceſſum non diſtulit Pater prædictus munifici Comitis conſilio aſſentiri & hujus negotii eventum experiri. Super quo Domni RAINALDI primi Remorum Archipræſulis aſſenſum expetens, immo ſuper hoc potiſſimum ab eo expetitus litteris ejus cum ſigillo acceptis, quarum indicio Sanctus quoquo gentium veheretur ut par erat honoraretur. Cum apparatu non minimo ſecum ſuum vehens patronum iter arripuit, & ad locum prædictum perveniens, quæcumque Sancto oblata fuerant a Comite & Regina, nulla contradictionis mora interveniente conſecutus eſt. Verum de Sancti viri pietate quid potiſſimum dicere; quid laudis meritis ejus dignum poterimus aſcribere? quocumque ibant, quocumque vie Sanctus ferebarur, opem miſeris impendebat. Nam revera medicinæ cœleſtis exſecutor quibuſque morborom venenis de mantica miſericordiæ ſalubre antidotum proferebat, & qoaslibet moleſtiarum puſtulas ſcalpro aduſtioois divinæ iohibebat.

Corpus Sancti defertur in Flandriam.

30. Ea tempeſtate ſacer ignis, quem Græci hereſipilam dicunt, Divinæ animadverſionis eodem Flandriæ incubuerat partibus, Chriſticolarum quamplurima multitudine tam horribilis cladis verbere graſſante partim proſtrata, partim gemente & præ doloris immanitate dentibus ſtridente, partim morte jam multata. Porro apud villam Curtracum * quemdam Clericum, cui EGARDUS nomen, eadem clades adeo invaſerat, ut a ſura ſub genu in pilæ modum conglobati nervi talum deatti pedis ſemori connecterent, & a ſura uſque ad baſes ejuſdem pedis os nudum & candens ab igue ſacro exeſa carne appareret; nec jam ſentiretur ipſe pes emortuus, quippe qui nullum officium jam exhiberet. Is ex litteris Metropolitani quæ præferebantue adventu viri Dei cognito, actutum cœpit praſagire curationis ſuæ aonſecutionem: & ut vates Jeremias, exæſtuare ſentiebat oſſibus ſuis ignem, id eſt ſubito ingeoitam cordi ſuo ea devotione præſumptionem. Tandem optato adventu viri Dei & comitum ejus proceditur, & officioſiſſime a Fidelibus excipitur. Ex pietatis enim profuſione nonnulli lacrymantue, vota & ſuſpiria devotionis promuntue, in jubilo cordis & vocis laudea perſolvuntur. Vidiſſes Egardum tenere baculos paunis obvolutos, & his ſubſtentari, & vix procedere, ſed tameo celeres per ſpem præcedere. Vidiſſes eum interdum feſſum ſubſiſtera & ſubſiſteudo advenientem Sanctum præſtolari, ſed ad Saoctum præcurreutes mente præcurrere. Vidiſſes ſingulos pectora tundere commiſſa fateri, pro commiſſis veniam petere, ſed mirareris oculos Patroni noſtri veluti ceteris averſos Egardum ſolum iotueri: nec minus ſtopuiſſes mentem ejus velut ceteris tunc exploſis Egardi ſolius miſereri: & qui fugiens in angulo Eccleſiæ latebat, quoniam ſe impotentem & debilem a poteutibus & valentibus, opprimi verebatur, in medio Eccleſiæ poſitis angulo latens proferebatur.

Miracula & curationes.

* Courtray

31. Sed

a Nempe Adela Roberti I. Flandriæ Comitis filia, ſoror Roberti II. cognumento Jeroſolymitani, Kanuto Danorum Regi primum, tum Rogerio Calabriæ Duci nupta. Exſtant in Monaſterii S. Theoderici chartophilacio litteræ Adelæ, datæ anno 1090. anno 31. Philippi Regis Franc. Indict. 13. anno Rodulfi Abbatis tertio, 4. Kal. Octob. quibus litteris S. Theoderico (cujus corpus ſervatum a Deo integrum dicitur) ſilva in territorio de Herlebec conceditur.

31. Sed quid immoror multis? loculus altari ſupponitur, & Egardus fuſtibus innitens e vaſtigio ſequitur: luminaria ſummat præſagus componit, & ante loculum ſpe gaudens accendit. Interea noſtri omnes præter paucos altaris cuſtodes curandis & reficiendis corporibus accinguntur: cum ecce debilis Egardi nervi a calloſitate quæ ut diximus ſub genu dextro in modum pilæ coaluerat, ſolvi cœperunt: & eorum quidem ſtrepitus per totam Eccleſiam audiebatur, ſed ipſe tamen nullo dolore angebatur. Nec multo poſt poſitis coram cuſtodibus & ſtupentibus velut exanimis pavimento proſternitur, & exinde laxatis in uſum ambulandi nervis admonitus a circumſtantibus terna circa altare deambulatione ſeipſum æger experitur: ex qua deambulatione curationis ejuſdem infirmi veritate comperta, prandentes cum magno gaudio accerſiuntur & per Sancti ſui mirabili operatione Deo laudes redduntur; & ne cui ſcrupulus ineſſet de pulſa debilitate, aſſectus æger in medium adducitur, reſolutio nervorum omnibus oſtenditur, videtur & tangitur. Os quoque quod exeſa igni caro nudum reliquerat, rediviva poſtulatione tectum eſt parva temporis intercapedine, ut nos ipſi vidimus, nulla ducti curioſitate, ſed pro tanti miraculi poſteris intimanda certitudine. Poſt hæc Egardus plenæ incolumitati reſtitutus beneficii collati non immemor, relictis ſedibus ſuis ſacram ædem montis hujus expetivit: ubi aliquandiu commoratus Sacerdotali dignitate ſublimatus eſt, & miniſter factus Eccleſiæ beati Hilarii *a* in monte Or ſitæ, quindecim annis & amplius Deo devote famulatus eſt. Exinde jam quaſi theorematis ſolius inſpector, anno Verbi pro nobis humanati 1123. habitu Monachi indutus & propoſitum imitatus eſt. Sic interventu curatoris ſui mundi hujus effugit naufragium, & ut credimus, ſolidi portus adeptus eſt refugium, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO cui cum Patre & Spiritu ſancto ſemper eſt honor & imperium. AN.CHR. 533 2. Julii. Auctor teſtis.

XVI. Miraculum de claudo curato.

32. Anno Dominicæ Incarnationis 1102. induximus animo porticum nobis neceſſarium ante valvas Eccleſiæ hujus conſtruere: quæ cum plurima ex parte noſtris impenſis aſſurgeret, ſed conſummari negligeretur, privatim deliberavit Sacriſta noſter ut loculus aptaretur pretioſis Sanctorum Reliquiis, qui circumcirca deferretur, quatenus devota Fidelium oblatione cœptum opus perficeretur. Qui decenter compoſitus, Sanctorum nonnullorum memoriæ quaquaverſum ſub nomine beatiſſimi Theoderici ferebatur, nec tamen corpus ejus continebat: quippe quod integerrimum id eſt ſine aliqua diminutione ſui loculo ſuo conditum apud nos ſervatur. Ventum eſt ergo Catalaunis, & totius civitatis reverentia & devotione hominibus dilectus æque ac Deo excipitur. Excipitur ſane, quoniam *qui recipit Juſtum in nomine Juſti, mercedem Juſti accipiet*. Neque enim Veritas poteſt fallere, nec fidelis hoſpes Veritatis promiſſo debet carere: & ut Gregorius ipſius veritatis præco teſtatur, Sancti Martyres ubi corporaliter non ſunt, ibi plerumque majora operantur. Interea quidam adoleſcens TEBALDUS nomine, claudus ex utero matris, qui in Cœnobio Principis Apoſtolorum *b* ſtipe alebatur Eccleſiaſtica, audivit de Patroni noſtri adventu & præſentia, nec diſtulit opera & ſcabellis ſeſe invehere, donec reptabundus ſtuduit loculo ejus ſuccumbere, quo facto ſubito erigitur virtute Divina, & ejus ope fertur quem non fert præſens libitina *. Hanc quippe manibus apprehendens pro ſcabellis renuit, & deinceps ſecutus eſt eam: & ejus latores inceſſu quo recens potuit, nec renuntiavit ſuis, ſed noſtros comitatus ſacras ædes montis hujus expetivit, & manſit apud nos duobus ferme annis: quibus expletis propria repetivit, & adhuc dum hæc de illo ſcribimus vivit. O beatum virum qui adhæret Deo & unus cum eo ſpiritus eſt, & o nimis felices quorum patronus eſt, ſi eum ſequantur quem conſecutus eſt. Nam etſi ut ſtella a ſtella differt claritate, a ſuis differat cum ceteris virtutibus tam præcipue virginitatis gloria, modo tamen unitus ſuis charitate, & ſui unientur claritati ejus ſine invidia. Delatio Reliq. anno 1102. * id eſt, feretrum ſeu loculus.

XVII. Miraculum de luce extincta.

33. Super fluvium Vidulam * villa ſita eſt quam *Chalon* dicunt. In ea Dominicæ Incarnationis anno milleſimo centeſimo undecimo tanta efferbuit mortalitatis peſtilentia, ut habitatoribus ſubtractis nonnullæ domus vacuæ remanerent ſolitudine tantum inhabitante & mœſtitia. Quippe nonnulli ad veſperam ſoſpites, mane facto tumulandi efferebantur: frequenterque mane ſani, facto veſpere fauce mortis abſorbebantur. Luctus ubique, quoniam eadem erat facies vivi mortuique. Unum tandem reſiduis inventum eſt remedium contra graſſantis peſtis juſtitiam. Compertum erat eorum pleriſque pernicitate famæ ac tacendi impatientia, quod lues hujuſmodi fugaretur Patris noſtri meritis & præſentia. Unde ſuæ conſulunt calamitati, licet ambigant utrobique, hinc de periculi evaſione, hinc de ſui voti conſecutione. Memorabilem tamen Patris montis Or RADULFUM adeunt, cauſam ſuæ luis non diſſimilem inguinariæ Romanæ, licet non neſciret, ſingultim exponunt: pro qua ut vir Sanctus illo invectus ſuccurreret morti proximis, lacrymabiliter petunt. * la Veſle, Remos alluens. Lues anno 1111.

a Eccleſia parœcialis vici S. Theoderici B. Hilario ſacra eſt, ut ad Vitam S. Theodulfi diximus.
b Monaſterium S. Petri Catalaunenſis Or. S. Bened. hactenus ſubjectum.

AN.CHR. 533 1. Julii.

Verum illic primo paullulum cunctatus eſt, ſibi ſuiſque timens dum illorum miſeretur: ſed mox ſuos conſulit, & illis inſperato petita pollicetur.

34. Sumptis igitur loculis prædicti Patris & Compatris ejus THEODULFI, comitante provinciæ adjacentis innumera plebe, vicum penetrant, quo infeſta lues debachabatur. Pande, pande mirum, nec taceas veridica pagina. Hic vicum penetrantur luminoſi Patres cum pace duce ſalutifera, illic fugæ conſulit tenebrarum parens cum lue comite peſtifera. Hic ingreditur cum compare ſuo comes veritatis Pater, illic fugæ conſulit & mors cum eo mendacii parens Spiritus mendax & ater. Nullum intervallum huic ingreſſo & illi egredienti: quoniam diſpar erat cauſa fuganti mortem, & vitam extinguenti. Quanta tunc fuerit jocunditas paulo ante mœſtis luce exorta cordibus luctu tenebroſis, quibus panderet ad liquidum, niſi (quod abſit) idem perpeſſis?

35. Fugato igitur graſſantis peſtis principe & proſtrata ejus malitia Dux noſter & ſignifer optabili potitur victoria, & plauſu quidem laudis hinc inde concinente regrediebatur, cum ecce quaſi veſtigium proſtrati hoſtis victori ſupereſſe contemplatur. Ad quod propellendum agoniſta divinus accingitur. Nam Cbanadium * villam ſuperiori morbidæ pridem ſed curatæ contiguam dum pertranſit, LITALDUS quidam ex incolis filiam contractam ex utero matris ulnis bajolans, loculo viri Dei ſuppoſuit. Nec mora, erigitur puſiola, gaudet & accurrit Pater, innitentem adjuvat, & ut ambulet manu ſua manum ejus ſuſtentans blande cohortatur. Sed ambulandi neſcia nunc titubat, nunc occidit, nunc erigitur, & his modis virtutem Divinam in ea operari genitor lætus teſtabatur. Unde clamitant circumſtantes: Erecta eſt, Deum ſuper hoc laudare oportet. Sed familia Sancti ne quid frivolum autumaret, hujuſmodi clamoribus noluit acquieſcere. Quid plura? a ſuis ad ſua dilecti Deo cum gaudio reportantur, & ſuper lue mortis exſtincta undique Dominum laudabant, & liberationi vicinorum ſuorum congratulabantur. Cum ecce octo diebus exactis præfatus puſiolæ genitor manu ducens eam valvas intrat hujus Eccleſiæ, & devotas quidem preces prius effundens, majus altare poſt accedit cum filia, oblationes & laudes perſolvens divinæ munificentiæ. Cujus coram aſtantis indicio Pater Monaſterii & concio Fratrum diligenter addiſcit, quid operatus ſit Deus per merita Sancti ſui beatiſſimi Theoderici patroni noſtri in ejus filia, & tunc demum alacres poſtponunt omnem cunctationem, & concinunt laudes Deo, & prædicant ejus mirabilia, cui eſt laus & honor virtus & imperium in Trinitate perfecta per immortalia ſæcula ſæculorum, Amen.

* Chenay

AN.CHR. 539 28. Januar.

VITA S. JOANNIS ABBATIS REOMAENSIS,

Auctore Monacho Reomaenſi anonymo ſuppari.

Ex MS. cod. S. Germani Pratenſis.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Vitam S.* JOANNIS *Abbatis Reomaenſis Monaſterii, ſic dicti a Reomaa rivulo tractus Ternodorenſis in Burgundia, primus exaravit anonymus ejuſdem Cœnobii Monachus, qui paulo poſt S. Joannis obitum vixit. Ea enim quæ n.* 10. *refert, ſe accepiſſe dicit ab Agrippino Diacono Agreſtii cujuſdam filio, qui Agreſtius Sanctum virum in terra degentem viderat. Anonymi fœtus a nobis primum ſincere evulgatus, præferendus utique eſt* JONAE *Monacho B. Columbani diſcipulo, qui anonymum altero libro auxit, ac nonnullis in locis interpolavit.*

2. JONAS *Vitæ a ſe expolitæ hanc prænotationem præfixit.* Anno tertio Domini CHLOTARII Regis ex juſſu ipſius Principis vel genitricis ſuæ præcelſæ Dominæ BALTICHILDIS Reginæ, cum ad urbem Cabilonenſem mitteretur noni menſis ſecunda hebdomada JONAS Abbas diſciplinis B. Columbani eruditus, atque per Monaſterium S. Joannis, quod vocatur Reomaus, prætericns, paucis diebus ibi pro labore itineris quieviſſet, ductus precibus Domni HUNNAS Abbatis Fratrumque ipſius Cœnobii, ut quæ per diſcipulos memorati Confeſſoris Chriſti vel poſteros eorum veraciter comperta erant, conſcriberet, tandem articulum ſcribendi ita convertit. *Jonam Vitæ S. Joannis primarium ſcriptorem cenſuit Petrus Roverius in hiſt. Reomaenſi: interpolatorem duntaxat fuiſſe Joannes Bollandus probat. Certe Jonas ea dicit a ſe conſcripta,* quæ per diſcipulos memorati Confeſſoris Chriſti, vel poſteros eorum comperta erant. *At Joannis diſcipulos vidiſſe non potuit Jonas fere centum annis Joanne ætate inferior. Ex ſcriptis ergo diſcipulorum didicit, quæ calamo ſuo exornavit.*

3. *Integram Jonæ lucubrationem referre neceſſe non eſt, ſecundum librum referre ſatis duximus. In primo ſiquidem libro meram anonymi noſtri ſcriptionem verbis iiſdem repræſentat, ſi Prologum excipias, ac miraculum de Clari cujuſdam ſerva ad Monaſterium S. Joannis confugiente, cujus manumiſſionem dominus cum B. Joanni per epiſtolam roganti concedere noluiſſet,* annis integris novem in os ejus non ſolum aliquid panis, ſed nec ipſius quidem Euchariſtiæ uſquam potuit ſanctificatio intromitti, vixque aliquid tenuiſſimi liquoris potuit deguſtari. *Quod miraculum poſt Agreſti ſactum Jonas refert.*

2. VIR

AN.CHR. 539 18. Januar.

1. VIR per cuncta prædicandus JOANNES, nullique ſuo tempore ſecundus, ortus ſub territorio Lingonicæ urbis, nobilitatem generis nobilitate adornavit mentis. Eadem humo editus, eadem moriendo ſepultus, qui etiam generoſiſſimis parentibus eſt procreatus. Pater ejus HILARIUS [a] nomine, mater vero QUTA vocitata eſt, quorum animos cultus religionis catenatos atque ſub omni devotione Chriſtiani timoris innexos tenebat, quique etiam inter ipſa primordii rudimenta, tam in pueritia, quam in adoleſcentia ſub Chriſtiani cultu vigoris atque religionis a parentibus alitus, atque nutritus eſt. Qui cum adhuc in domo parentum indole ætatis frueretur, non laſciviam ſectabatur, ſed Sanctorum veſtigia ſequebatur: non ſe cibis delicatioribus, aut quibuſque delectamentis paſſus eſt reſolvi ut illa ætas ſolet. Meditabatur autem in puerili ætate, quod poſtea cum in robur virile migraſſet devotus implevit. Litteris namque apprime eruditus eſt: ſed quam fuerit memoriæ ſingularis capax, quave erga condiſcipulos ſuos benivolentia uſus ſit, non eſt noſtræ facultatis evolvere.

Patria ejus & parentes.

Pueri mores & educatio.

2. Igitur cum fuiſſet annorum circiter viginti, & ad ſecretiora cum loca nullatenus parentum tam affectus amoris, quam gravitas ſenectutis penetrare permitteret, ipſe tandem abruptis omnibus retinaculis ad Chriſtum ſe contulit. Sic igitur in remoto villæ propriis manibus ſibi cellam ſummo labore ædificavit, Oratoriumque conſtruxit, atque illic adhibitis ſecum duobus tantum pueris ſoli Deo vacabat. Denique idem venerandus vir cultuque religionis imitandus, præventus gratia & miſericordia Dei divinis ſublimatus virtutibus & in præceptis Dominicis recto tramite gradiens, non ſolum in cœleſti regione perpetuo ditatus eſt munere, verum & in præſenti ob multorum ædificationem longævus floruit tempore: adeo ut a tempore VALENTINIANI Cæſaris atque MARCIANI Imperatoris, qui poſt THEODOSIUM Juniorem Monarchiæ dignitatem obtinuit, uſque ad tempora JUSTINIANI Auguſti permaneret, quo etiam tempore Franci cum CHLODOVÆO Rege poſtpoſita Republica, militari manu terminos Romanorum irrumpentes Galliam invaſerunt, ſicque uſque in tempora THEODERICI Regis qui filius exſtitit præfati Chlodovei, & filii ejus THEODOBERTI perduravit. Nam quando ſacris artius ſe mancipavit documentis, Gallias ſub Imperii jure JOANNES Conſul regebat.

Joannes cellam conſtruit.

Ætas ipſius.

3. Siquidem cum ad perfectiora Chriſti miles animum tenderet, & huc atque illuc ad Sanctorum exempla imitanda ſpiritu ferventi ſuæ religionis frena laxaret, in deſerto quod ſub axe Lingonico jacet, & a caſtro cui Tarnodoro * nomen eſt, triginta fere millibus diſtat, prædictis ſecum pueris comitantibus novus ſe condidit hoſpes, ubi primum in parvo quidem tugurio cœpit habitare. Hinc paullo poſt confluentibus e diverſis partibus hominum turbis dux ipſe cœleſtis militiæ collocatur. Jam vero inibi Monaſterio fidei firmitate conſtructo, Regulæ inſtituta Patrumque exempla quorum ipſe exſtabat imitator, rudi & novello adhuc Monaſterio deeſſe non patitur. Deinde ſtudio perfectionis accenſus, laborem itineris ſubit intrepidus & animo ferventi Monaſteria circuire diſponens, nec longo terrarum ſpatio, nec præſentibus immanitatum periculis qui erat fidei igneus torrens, aliquatenus potuit deterreri. Itaque Monaſteriis Galliæ viſitatis, deguſtataque luminis veritate & ſpiritalia condere cupiens mella, velut apis prudentiſſima divinæ gratiæ floſculos decerpebat, & intra pectoris ſui conclavim reconditos ad ſummæ ſanctitatis dulcedinem atque perfectionis culmen enitebatur Chriſto ſibi in omnibus propitio; qui in cordis ejus requieſcebat cubiculo.

In eremum ſeceſſit.

* Tonnerre.

Monaſterium exſtruit.

Patrum aliorumque Monaſteriorum inſtituta rimatur.

4. Præterea cum ut diximus ſe primitus in deſerto Tarnodorenſi [b] condidiſſet, paucis adhuc ſecum commorantibus nimiam aquæ penuriam patiebantur. Sed inquirentibus Fratribus nuntiatur puteus in eodem eſſe loco antiquitus immani profunditate conſtructus, quem incuria vulgaris & temporum prolixitas lapidum obrui permiſerat denſitate, ubi etiam peſſimus ſerpens baſiliſcus habitabat. Quod cum beato viro fuiſſet compertum, non tam ſuæ neceſſitatis obtentu, quam Fratrum quos ibidem congregare cupiebat, cura ſollicitus, fidei arma concutiens ad locum pergit pallentibus cunctis, & nihil aliud quam ſolam viri mortem expectantibus. Interea Joannes deſcendens in puteum oratione completa, aſſumptoque raſtro primus terræ foſſor acceſſit, hinc hortatur univerſos quo omnes adveniunt. Etenim operantibus ipſis putei immanitas aperitur. Ibi itaque invenitur ſerpens prædictus Divini nominis invocatione peremptus. Vicerunt ſuffragia orationum letalia venena ſerpentis. Tum ejecto ſerpente ac puteo mundato ibi uſque in hodiernum diem copia aquæ cognoſcitur emanare. Hæc illius opificis ſunt opera qui filios Iſrael ab igneis liberavit ſerpentibus, & aquam de petra ſterili produxit eis ſitientibus.

Antiquum puteum occiſo baſiliſco purgat.

[a] De *Hilario* S Joannis parente intelligendus videtur Gregorius Turon. de glor. Conf. cap. 42. *Apud caſtrum Divionenſe* HILARIUS *quidam ex Senatorib. habitavit, habens conjugem ex qua & filios dicitur ſuſcepiſſe: ſed omnem domum ſuam ita in caſtitate atque omni puritate tam animi quam corporis excolebat, ut nullus ibi adulterium exercere præſumeret, eſſetque impletum in hac domo quod dudum ſancto repletus Spiritu Apoſtolus prædicavit: Honorabile connubium & thorus immaculatus. Sic itaque tam inter dominos quam inter famulos caſtitate pollente, obiit vir ille, qui qualis quantuſque fuerit juxta ſæculi dignitatem, ſepulchrum ejus hodie patefacit, quod marmore pario ſculptum retinet.* Mira ſunt quæ ſubdit de uxore; utrumque vero conjugem juxta Euſtadium primum S. Benigni Divionenſis Abbatem ſepultum eſſe legimus in Chronico San-Benigniano to. 2. Spicil. pag 358.

[b] In loco Reomaüs antiquis dicto a rivulo præterfluente, unde Monaſterium Reomaenſe, vernacule *Moutier S. Jean*, in hunc uſque diem celebre, a noſtris inhabitatum.

AN.CHR. 539 28. Januar.

Humilitatis ſtudio Lerinum ſe recipit.

5. Operæ pretium ducimus, ſi ſummam ejus humilitatem ſub compendio tangamus. Superna namque favente clementia creſcente eum omni bono in ſuo Cœnobio Monachorum caterva, cœpit anxio corde penſare, quid melius foret, quidve ſalubrius mercedis cumulo obveniret, ſi plebi dominando præeſſet, aut ſubjectus aliis obediendo ſub obtentu religionis proficeret. Fuit tandem conſilii melius eſſe ſub vinculo mortificationis ſe ſubdare, quam aliis imperando dominari. Denique hujus religionis gratia capeſſendæ, duobus ſecum comitantibus Fratribus, denſiſſimas noctis tenebras captans auſugit. Hinc iterum in inſulam marinam, quæ Lirinum nuncupatur, Monaſterium petiit, ubi tunc temporis & nunc uſque diſtrictio regularis & Patrum Sanctorum inſtituta inviolata perdurant: ubi cum fuiſſet exceptus humilitatis cauſa ſui reticuit propoſiti dignitatem.

Iſthic agnitus.

6. Cumque ibidem anno & ſex fere menſibus deliteſcens per univerſam patriam quæreretur, a quodam tandem viſus eſt qui de Galliæ partibus commearat: a quo tamen vix potuit pro ſui habitus humilitate cognoſci. Cumque eum intuens ſuper agnitione ejus diutiſſima fuiſſet hæſitatione detentus, propius tandem accedens, & non ſolum vultum, ſed etiam vocis ſonum diligenter explorans, & ad pedes concitus proruens, Nonne, inquit, hic eſt venerabilis Joannes, qui prælationem honorum fugiens ad hæc loca pervenit? Primum quidem ſuper hoc ſtuporem videntibus ſummum incuſſit, poſt vero miraculo ſunt majore perculſi, cum ejus nomen, quod apud eos magna fuerat opinione compertum, prodidiſſet: a quo univerſi Fratres prioris ignorantiæ veniam poſtulant, quod videlicet eum inter juniores tanto tempore deputaſſent. Denique jam ut decebat, in honore maximo cœpit haberi, quia verax eſt ille qui dixit civitatem ſupra montem ſtatutam non poſſe abſcondi, neque debere poni lucernam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut qui ingrediuntur domum Dei, lumen videant.

Matt. 5. 15.

ad ſuos revocatur.

7. Interea agnitor B. Joannis ad propria regreſſus, ineffabile gaudium de inventione ejus patriæ reportavit, qua Pontifex noſter GREGORIUS *a* relatione comperta, qui tunc temporis Lingonicæ Eccleſiæ gubernacula retinebat, electis duobus Fratribus duo paria epiſtolarum ſcripſit, unam ad Patrem ejuſdem Monaſterii nomine HONORATUM *b*, alteram quoque ejus proprio nomini editam tranſmiſit deprecans ut rediret. Quod ſi differret, ſciret ſe ante tribunal Chriſti & pro deſolatione loci prædicti & pro Fratrum diſperſione ſecum cauſas eſſe dicturum. Quarum exemplaria litterarum dignum fuerat huic libello inſeri, ſi potuiſſent aliquatenus reperiri. Igitur invitum eum ac flentem quod non meruerit vitam ſuam in illa quam arripuerat ſubjectione finire, ad ſolum patrium reducere, aggreſſuſque, patriam ac cives omnes adventus ſui gratia reddidit lætiores.

Monaſterium ſuum reformat.

8. Ingreſſus itaque Monaſterium comperit diſtrictionem Regulæ quam docuerat minime ſervari. Tum vero quaſi rudis & adhuc novelli Monaſterii inſtituta demum reformans, tandem aliquando ad ſtatum priſtinum rei ordinem revocavit, reminiſcens illud Apoſtoli: *Filioli*, inquit, *mei quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis*. Studuit denuo ipſe ſalubria dogmata ſub regolari tenore quam B. MACARIUS Ægyptiorum tradidit, Monachis miniſtrare, atque educatam in melius plebem ad cœleſtia gaudia provocare annitente ſibi Monacho, FILOMARO nomine, omni ſanctitati & religioni dedito, cujus fultus auxilio cœleſte præconium tam Monachis, quam populo annuens abſque dilatione conferebat. Et quia totius bonitatis erat avidus, ſuus laudabilis in cunctis teſtabatur affectus. Omnibus etenim juxta Apoſtolum omnia factus erat ut omnes lucrifaceret.

Gal. 4. 19.

1. Cor. 9.

Suos labore manuum exercet.

9. Regulari proinde cenſura vigente cum Monachi Sanctorum Patrum Ægyptiorum inſtituta ſequi cupientes quæ ſanciunt Monachorum jugi manuum operatione & contritione non modo corporis, ſed etiam cordis adhibita perfectæ caſtimoniæ puritate exerceri, hoc Monachi mandatum quaſi cœlitus delatum ſervabant. Itaque loci uſus & neceſſitas exigebat ut ſilvam quæ illi Monaſterio adjacet, infeſta ſtirpatione purgare deberent. Quod laboris opus ſummo conamine & maxima cum intentione agentes, quadam die ignoro quiſnam contigit caſus ad Monaſterium regreſſi, ſecures ſuas omnes in operis cœpti loco reliquerunt. Veniens interea quidam ex loci ipſius incolis abſentibus Fratribus omnium ſecures furti ſcelere deportavit. Fratres autem regreſſi damni deceptionem Patri nuntiant. Tum ille: Orationi, inquit, lectionique vacate, donec ego Domino adjuvante damnum commune ubicumque requiram. Egreſſus autem ad locum pergit: cum oratione illo ſuo more completa, dum animo volveret cur hoc Deus famulis fieri ſuis permiſiſſet, vidit eminus rapidiſſimo curſu hominem ad ſe venientem, qui hoc ſcelus admiſerat. Dumque hic accelerat, ille paullulum remoratur, brevi adjunctus, continuo ad pedes ejus advolvitur, & crimen quod commiſerat confitetur, & nullam ſe arripere potuiſſe retulit copiam evadendi, niſi damnum ſervorum Dei omnimodis reformaret, pariterque veniam precabatur ſceleris recens admiſſi. Tum B. Joannes miſeratione commotus non ſolum veniam, verumetiam eulogias cum benedi-

Orando recuperat ſecures furto ablatas.

a Si hic eſt Gregorius qui Sedem Lingonenſem iniit anno 506. Joannes jam valde grandævus Lerinum petiiſſe dicendus eſt.

b Non extat in Catalogo Abbatum Lerinenſium Honoratus aliquis, qui ad tempus præfati Gregorii Lingonenſis Epiſcopi revocari queat. Nam S. Honoratus ad Sedem Arelatenſem anno 426. evectus, longe ante illa tempora ad ſuperos tranſierat. Jonas ſcribit, Joanni Lerino revertenti matrem obviaſſe, eumque matris intuitum declinaſſe. At hæc interpolatio pugnat contra hiſtoriam; jam enim *graves ſenectute* parentes erant, dum filius viginti eſſet annorum.

AN. CHR. 539
28. Januar.

benedictione largitus eſt. Revera quia anchoram ſpei ſuæ in Domino locaverat; nil aliud quam miſericordiam in ſuis actibus oſtendebat, ſecundum quod Evangelium intonare novimus: *Eſtote*, inquiens, *miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.*

Luc. 6. 36.
* Mayment, V. Vitam S. Sequani.
Sæculares viros ſacris ſuit intereſſe non patitur.

10. Agrestius quidam Magnimontenſium * partium civis, vir bonis moribus cum ad Monaſterium S. Joannis flagitandæ benedictionis obtentu die Dominico adveniſſet, expectans atque ambiens ut ab ore Joannis corpus conſecratum Chriſti mereretur accipere, & ille ut ſibi moris erat ſecretius Miſſarum voluiſſet ſolemnia celebrare: Egredere, inquit Joannes, Agreſti, foras, dummodo ſecretius, ut Monaſterii utilitas poſcit, ſacra Myſteria peragamus. Illo rogante ne reſpueretur, quippe qui hujus rei gratia maxime adveniſſet: Non ideo, inquit Joannes, hæc facimus quod exſecrari velimus tuæ charitatis præſentiam, ſed ne videamur Sanctorum Patrum irrita præcepta facere *a*, neve præſumamus regularem laxare cenſuram. Tandem egreſſus eſt victus vel ratione, vel precibus: tum indignatione commotus blaſphemare auſus eſt, cur ei non licuerit intereſſe, dum a Sancto viro ſunt ſancta Myſteria celebrata. Inſecuta igitur nocte, cum ſe ſopori dediſſet, ante locum ſtrati conſpicit per viſum ſtare Joannem læta facie, vultu ſereno, & gemmam Euchariſtiæ dextra ferentem, Certe, inquit Joannes, Agreſti, quia ſi heſterno blaſphemare diſtuliſſes die, licet corporaliter non accepiſſes, tibi tamen ſpiritaliter largiretur. At vero nunc quia blaſphemare præſumpſiſti, ſpiritaliter tibi denegabitur. Et viſio ab oculis ejus elapſa eſt. Evigilans autem culpam reatus ſui cognoſcit: cumque mundo fuiſſet redditus dies, regreſſus corde compuncto, conſternatuſque divino metu veniam precabatur. Quam Sanctus vir minime, ut credimus, denegavit, ſed inſuper cum benedictione in pace dimiſit. Et ne quis hoc fabuloſum putet eſſe quod dicimus, referente viro venerabili Agripino Diacono ipſius Agreſtii filio cognovimus.

Agreſtii blaſphemiam corripit.
Ætas auctoris.

11. Multigena itaque Sanctitate hunc præditum virum ſine diffidentia prædicamus, qui tantam apud Deum promeruit gratiam, ut ſuam contemptori exhiberet ſpiraliter præſentiam. Quod nullo modo agere valuiſſet, niſi ſacrificium laudis in ara cordis Deo ſolemniter immolans, ſanctæ & individuæ Trinitati quotidie devotam in mente ſua præparaſſet manſionem, ut mereretur cæleſtem excipere benedictionem, implente Deo ſuam jamdudum pollicitam promiſſionem: *Si quis*, inquit, *diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.*

Joannes energumenum liberat.

12. Summi Sacerdotis Dei B. Joannis Patris noſtri miracula cudere optimum duximus, ſed quia præ magnitudine ſui humanam excedunt memoriam, ſingula tangere nequimus. Cui inter cetera virtutum inſignia tantam Dominus gratiam contulit, ut uſque ad terminum vitæ in effugandis dæmonibus potentiſſimus appareret. Quapropter ſilentio non eſt tegendum, de clariſſimo viro Nicasio ferocis ingenii, cui etiam Avalenſis *b* oppidi regendæ Reipublicæ fuerat cura commiſſa, cujus ſervus cum a dæmone obſeſſus dolendo cruciaretur exitu, ad Monaſterium S. Joannis captus, catenatuſque adducitur ſpe recuperandæ ſalutis. Qui cum fuiſſet S. Joannis obtutibus præſentatus, deprecantibus cunctis ut ſolitam erga inſanum purgationis curam impenderet, ſævire miſer ac fremere dentibus cœpit, ac tabidiores inſonare ſermones, flammarum quoque inviſibilium undique incumbentibus globis exuritur, & huc illuc rotari miſerum cerneres & cum ingenti vociferatione clamare ſe diutius non poſſe tolerare, ſi Joannes propius acceſſiſſet. Interea dæmoniacum ad ſe ſecretius jubet exhiberi, & celeri purgatione curatum ſecum paucis poſt diebus juſſit habitare. Quo facto & obſeſſus recepit ſoſpitatem, & ſervus Domino reformatur.

Summa ejus in omnibus moderatio.

13. Ceterum quantis, quibuſque conſpicuus extiterit virtutibus, tranſcendit poſſibilitatem noſtram infinitus numerus. Nam illud in eo mirabile fuit, quod numquam obitu cujuſquam afflictus eſt, nec funere lætatus. Nihil in eo malivolæ voluntatis fuit, nec bene poſſe defuit tranquilla poteſtas. Mens modulo contenta ſuo, nec unquam turpi dedita lucro, illecebras vicit corporeas, jocos, obſcœnaque dicta vitavit. Invidus cuiquam fuit numquam, non ignarus ſed multis experimentis edoctus, quod hi ſibi mores perpetuam ſpondent venturam in ſæcula vitam. Inerat in eo omnium virtutum fragrantia, corporis caſtigatio: jejunia & orationes æque ut juvenili ætate tulerat, eo modo & ſenili portabat, exemplo ſubditos edocens ut gaſtrimargiæ, id eſt gulæ, cœnodoxiæ, id eſt elationis, arrogantiæ, id eſt ſuperbiæ, vitia maxima, per quæ compererat Adam in paradiſo

Virtutes.

a Ruverius putat hoc referri ad S. Pachomii Regulam, in qua num. 50. ſtatuitur, ut *ſi Clerici aut Monachi voluerint orationis tempore atque collecta venire ad conventum Fratrum, janitor vel miniſter Xenodochii nuntiabit Patri Monaſterii, & ſic deducentur ad orandum. Si homines ſæculares aut debiles aut vaſa infirmiora, id eſt, mulierculæ venerint ad oſtium ad orandum, ſuſcipient ſingulos in diverſis locis juxta ordinem propoſiti & ſexus ſui.* At certe hoc ſtatutum non infregiſſet Joannes admittendo Agreſtium. In Regula Aureliani Arelatenſis Epiſcopi nu. 14. explicatior hac de re ſeſe offert inhibitio. *Nullus laicus*, inquit, *ſive nobilis ſive ignobilis in Baſilicam ſive Monaſterium introire permittatur, ſed ſi quis pro devotione aut parentela occurrere voluerit, in ſalutatorium Monaſterii occurrat.* Verum Aurelianus ſuam Regulam ſcripſit poſt obitum S. Joannis. Nihil tamen occurrit antiquius ad hunc locum illuſtrandum. Mirum eſt tamen S. Sequanum qui Joannis inſtitutum ſuſceperat, hoc exemplum non tenuiſſe, dum paralyticum ad Miſſam & communionem die S. Paſchæ admiſit, Vitæ n. 11.

b Avalo, vernacule *Avalon*, opidum eſt Æduorum Mandubiorum ſive Aleſienſium (*de l'Auſſois*) antiqua & valida arce munitum. In Vita S. Germani Pariſ. Epiſc. num. 30. mentio fit de Nicaſio Comite Avallonenſi.

AN.CHR. 539 28. Januar. radiſo decerptum, omnimodis caverent. Semperque habens profundæ humilitatis inconcuſſa fundamina ab omni lubricæ impulſionis incurſu animum inhibuit, & ita paullatim ex contemplatione divina ac ſpiritali intuitu meruit ſublimari. Sollicitudinem rerum carnalium præter certas neceſſitates generaliter abſcidit, & nullius negotii cauſæve non ſolum curam, ſed nec memoriam quidem penitus admiſit. Detractionem, vaniloquia, ſeu multiloquia & ſcurrilitates pariter amputavit, ſummoque conamine ſatagebat ut his imbuerentur diſciplinis, in quibus ipſe ab ineunte ætate exercitatus ad culmen perfectionis evaſerat. Nec vero quamquam ſatiſcentibus artubus, a prædicationis ceſſabat officio, quin ea quibus diſcipuli erudirentur infatigabiliter ac ſalubriter prædicaret.

Prædicationis aſſiduitas.

Ætas ac mors S. Joannis.

14. Denique imminente tempore quo largitor omnium bonorum invitaret eum ad regna cœlorum, res Monaſterii optime diſponens & cuncta ſapienter ac charitative ordinans, migravit ad Dominum circiter centum viginti annorum *a* 5. Kalendas Februarii plenus ætate corporis & decore religionis. Non oculis caligavit, non damna dentium ſenſit, memoriæ vigorem tenaciter retinens, & ut in pleriſque fieri ſolet, nequaquam ætas decrepita omiſſo largitatis uſu avaritiæ unquam ſuccubuit: ſed omnibus rebus bonis quibus ætas juvenilis ſuccubuerat, æque & ſenectus pollebat: ſepultuſque eſt haud procul a Cœnobio infra terminos Monaſterii loco quem ipſe prædixerat, ubi ad oſtenſionem præcellentiſſimi meriti ſui corporalibus ac ſpiritalibus quotidie coruſcat miraculis præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

LIBER MIRACULORUM
S. JOANNIS REOMAENSIS

Poſt Vitam ab anonymo deſcriptam additus a Jona per Dialogum.

1. REVOLVENTI iterum mihi ac ſæpius prioris libelli corpuſculum, ſupervenit chariſſimus noſter LAETUS Diaconus: ad cujus ingreſſum valde gaviſus, conſalutatiſque nobis officioſiſſime paullulum conſedimus. Tum percunctari a me cœpit quaſi ignarus, quidnam a me operis in cellula ageretur. At ubi ex reſponſione noſtra hoc nobis repertt laboris quod ſuperius dixi, multo lætior redditus, atque exoſculans mihi caput; Cum te, inquit, legentem dudum, Frater, audiſſem, ſenſim ad conſcientiam meam tacitis cogitationibus meis recurrebam, utrumnam quæ de Joannis virtutibus noveram, in præſenti volumine teneres inſerta. Sed quia tibi forſitan minime nota ſunt, me quæſo explicante conſcribas. In hunc ſermonem uterque paullulum conticuimus, me tamen poſcente, tandem ita exorſus eſt.

2. Quadam die exſtitit cauſa, qua ad SECUNDINUM Patricium epiſtolam S. Joannis pro quodam pauperculo deferebam: quam epiſtolam Secundinus Patricius manibus comprehenſam, ut cognovit cujus cauſæ obtentu delata fuerat, pedibus conculcandam projecit, mihique minas conabatur intentare, ac tumenti cervice rabidos intonare ſermones, ſcabellum pede ferire, palmaque collidere femur. Vere tibi fateor quia vidi hominem inſanire. At ego nec in totum Evangelici immemor præcepti, excuſſo pulvere de pedibus meis abſceſſi. Continuoque pavore nimio Secundinus concutitur, ac tenebroſa quodammodo noctis caligine circumdatur: & velut undique præacutis eſſet ſudibus circumactus, ita totum in diverſis modis partibuſque corpus illius cerneres contorqueri. Obſtupeſco rei miraculum. Quam cito commutati artus in uſum alium tranſierunt! itaut qui dudum nimio jactantiæ furore ſuccenſus ſcabellum pede feriebat, femurque palma illiſerat, jam, ut credo confidoque, Angelo ingruente exterritus, immo nimio tremore contortus, intellexit ſe ob S. Joannis epiſtolæ contemptum iſta perferre. Itaque per internuntios fidos veniam precabatur, omnimodis ſe Joannis juſſionibus præbiturum aſſerens famulatum; univerſa quoque quæ juſſerat, ſtatim decrevit eſſe complenda ut pro ſe Dominum precaretur. Quo facto & ille recepit ſoſpitatem, & hic quod rogaverat impetravit.

Peſte quidam laborans ſanatur.

*inguinaria

3. At ego, inquam, Læte, licet a te iſta audiam libenterque ſuſcipiam, illius tamen virtutis magnitudinem ut referas quæſo, quam ipſe ut aſſerunt perſenſiſti. Ita, inquit Lætus, plane faciam. Lue illa * quam utinam neſciretis, noſtros irato Deo populos patriamque vaſtante, dum de Pariſius ubi tunc temporis dominabatur reverterer, hujus me morbi ſenſi contagione comprehenſum. At cum ulceris ipſius gravamine oppreſſus via ad domum propriam perveniſſem, ibique prævaleſcente incommodo pene jacerem exanimis, ac triſti mœrentis familiæ frequentarer officio, materque mea propriis ſibi unguibus faciem genaſque diſcerperet miſeram ſe clamans, nulla ſibi poſt obitum meum ſpem vitæ dicebat reman-

a Veteres membranæ Reomaenſes teſte Roverio Joannis obitum conſignant *Anno Domini quingenteſimo duodecimo juxta quod in Cyclo B. Victurii Epiſcopi numeratur*. Victurius ſeu Victorius Aquitanus periodum ſuam exorſus eſt ab Kalendis Januarii anni Chriſti vulgaris 28. ut recte probat Ægidius Bucherius in Victorii Canonem cap. 12. Annus proinde 512. periodi Victorianæ quo Joannes obiit, Æræ Chriſtianæ vulgaris anno 539. reſpondet. Cum ergo Joannes centum viginti annos vixerit, anno circa 420. natus eſt, annis quinque ante Valentiniani III Imperatoris principatum, a quo uſque ad Theodeberti Francorum Regis Joannem perduraſſe auctor num.2. aſſerit.

remanſuram eſſe, vel exiguam portionem. At ego cupiens eam conſolari, evaſurum me eſſe dicebam, tantum ſi mihi de puteo Monaſterii S. Joannis aqua fuiſſet bibiturn exhibita. Cumque advecta fuiſſet aqua, quæ erat S. Joannis benedictione condita, ubi ebibi, tamquam ſi in me celerrima ſanitas fuiſſet ingreſſa, ita, quod mihi antea raro contingebat, in ſomno quievi. Cumque evigilaſſem, ulcus illud cujus tabo diuturno gravamine laborabam, crepuiſſe perſenſi. Ita ſenſim paullatimque eum officiis ſuis cœperunt membra vireſcere, donec confirmatis greſſibus tam orationibus B. Joannis quam Domino auxiliante ſurrexi. AN.CHR. 539 28. Januar.

4. Nec diſſimile huic fuit illud quod ſum referre paratus. Nam tempore quo Franci poſtpoſita Republica ſublatoque Imperii jure propria dominabantur poteſtate, THEODEBERTUS filius THEODERICI CHLODOVEI quondam filii Italiæ clauſtris diſruptis bellum Auſoniis intulit. Qui celerrime reverſus dimiſſo duce cui ſummam bellorum commiſerat, nomine BUCCELLANO, alium etiam nomine MUMMOLENUM in auxilium ei dirigit, & ſic ad propria repedavit. Latere neminem ſuſpicor qualis quantuſque peſtifer morbus illis diebus longe lateque populos patriamve depopulatus ſit. Hujus morbi infeſtatione germanus meus FIDAMIOLUS quem tu, Frater, optime noſti, longo jam tempore quartano tabeſcebat incommodo. At eum mihi compertum eſſet eum abſque ulla ſpe vitæ jacere præmortuum, continuo ad notum recurrens præſidium, non aliter ad Joannem quam ad cœleſtia præſidia pro re peritura jam jamque feſtinavi devotus. Statimque eulogiarum munus acceptum ſane lautiſſimum, unum paximacium, & quinque pomula noctu tranſcurrens languido deportabam. Cumque adhuc procul abeſſem, non tam meum quam ſanitatis ſuæ adventum ſenſit ægrotus, ac percontari a circumſtantibus cœpit ubi eſſem, meoque nomine me vocans, paximacium illud quod deferebam quaſi præſentem aſpiceret, depoſcebat. Paullo poſt ego veniens plangentis turbæ ſum exceptus officio, atque ita ingreſſus domum in qua æger jacebat, ut vidi germanum meum jamjamque præcipitanter rapi in mortem, in apertos ſingultus lacrymaſque prorumpens, munus illud quod exhibueram protuli. Igitur tres particulas benedicti panis vini infuſione madefactas in os illius ipſe inſerui, ſtatimque corroboratis artubus in ſtratum reſedit ac reſpiravit. Dein paullatim hujus edulii perceptione corroborari, atque ad uſum ſuum cœperunt membra reverti, donec incolumitati priſtinæ redditus turba omni inſpectante ſurrexit. Fidamiolus a quartana liberatur per eulogias a Joanna miſſas.

5. Nam nec hoc prætereundum videtur, quod amico ſuo, immo parenti periclitanti valitudine hujus morbi cujus ſe noverat ægritudine laboraſſe, partem illius muneris per quod ſanus effectus fuerat, ſimilem ſibi efficere cupiens petulit. Quo & ipſe accepto, proſperitati nuper amiſſæ reſtituitur. Nam & harum eulogiarum munuſcula S. Joannis benedictione ſanctificata crebras ſuper infirmantes egere ſanitates. Item alius.

6. Cumque ſolito per ſaltum morem athletarum antiquorum orationes & jejuniis exerceretur, reperit quemdam pauperem ſeminudum neceſſaria alimenta fructuſque quos ſaltus gignere ſolet, omni ſtudio inveſtigare, ut carnis famem potuiſſet cibo ſuperare. Illo inquirente quid quæreret, illatam miſeriam oris confeſſionem depromſit. At ille: Utinam te, inquit, ſola carnis fames urgeret, & non fames vel ſitis animæ quæ omni ſine dape manet, cruciaret. Aut certe ſi ea te pauperies de qua Dominus præcinens dixit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum; & Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*, poſſideret, nulla dapum copia indigeres. Sed dabo quodcumque potero modo conſilium, ut ſpem non perdas: Multi enim ex inſperato temporis uſu evaſerunt. Pone in Domino ſpem tuam, & ipſe enutiret te, & arripe laboris ſtudium juxta Apoſtolum quod bonum eſt, ut habeas unde tuo uſui & egentum præbeas neceſſaria. Factoque in pectore ejus crucis ſigno, ire ad propria imperat. Ille imperio viri Dei obtemperans, tantam copiam laboris ſuſcepit, ut nequaquam deinceps quæ ei neceſſaria erant, defuiſſent. Matt. 5. 3. & 6. Epheſ. 4. 28. Mendicum ad laborem impellit.

7. Quodam etiam tempore loca circumadjacentia valida fames torquebat ita vehemens, ut nec ſpes vivendi pleriſque foret. Cum ergo ad virum Dei ob alimonias quærendas properarent, ille Prophetici præconii dictum ante oculos ferens quo ait: *Frange eſurienti panem & omni petenti te tribue*, quoſcumque advenire cerneret, neceſſaria miniſtrabat. Cumque jam egentum plebs crebrius adveniret, ille aſſuetum opus impendens, omnibus miniſtrabat. Tum unus e ſubditis ad Patrem accedens ait, ſe tantam farris copiam non habere, quantam egentum poſcebant cohortes. Ille gemens popoſcit vas ſegregari ad ſublevandum pauperum petentium indigentiam: moxque ad imperium pii Patris vas farcitur, capiens plus fere modios quam quinquies quinos; cetera vero ad uſus Fratrum proficerent. Cum ergo turba egentum per aliquod temporis ſpatium ex eo vaſe aleretur, evenit ut quidam juxta morem ſibi dari neceſſaria poſceret. Ille menſuram conſuetam dari jubet egenti. Tum miniſter: Nequaquam, inquit, vel parum in vaſe remanſit, ſed totum imperiis tuis pauperibus eſt erogatum. Quo audito oculos ad cœlum attollit, genuque flexo largitorem omnium Deum implorat, peractaque oratione miniſtro jubet: Vade, inquit, cum fidei adminiculo, defer alimenta egeno. Pergens miniſter reperit vas plenum, ſumptaque menſura pauperi tribuit, deinde Patri nuncianda credit: Sed ille ſilendum eſſe imperat, ne elationis macula cumulum gratiæ tollat. Iſa. 58. 7. Fame laborantibus ſubvenit. Multiplicata divinitus annona.

8. Vir quidam nobili intentione præventus SEQUANUS nomine, comperta famuli Dei JOANNIS fama in obſervatione priorum Patrum, quam & ipſe flagranti ſitiebat amore, quadam nocte a partibus MAGNIMONTENSIUM inter denſa tenebrarum adveniens, Baſilicam latenter introiit, communem Dominum orationibus pulſans. Quod divinitus Sequanum admittit.

AN.CHR. 539 23. Janu.

Viro Dei revelatum eſt: citoque miniſtro imperat, ut concito gradu pergat, tactoque ſigno ſodales excitet, quia frater communis Sequanus abſconditas fores Eccleſiæ penetrans Dominum orationibus pulſat. Quod ita eſſe citiſſima eſt inventione compertum, & venerando famulo Dei perplurimum ardentiſſima Fratrum charitas officium debitum hoſpitalitatis perſolvit.

Monachum cœlica viſione ovantem reprimit.

9. Quanta quamque ſublimia miraculorum Domini in Sanctis ſuis redoleant exempla, finibus Eccleſiæ in orbe terrarum diffuſæ perſonuit, atque elucubrata luce veritatis fidelibus notum eſt. Dum eo in tempore ſegetes annua maturitate confectæ, ad præcidendum in ſupradicto Cœnobio fuiſſent paratæ, concio Fratrum ad ſegetem præcidendam catervatim properavit, opuſque per totius diei metas peractum adventus terræ noctis prohibuit. Cum omnes ad Cœnobium remeaſſent, imperio ſeniorum unus e Fratribus CLAUDIUS nomine ad frugem cuſtodiendam remanſit: qui cum ſomnum caperet atque intempeſta nocte evigilans mentis ardorem ad cœlum tolleret juxta illud: *Ego enim dormio & cor meum vigilat*, cœpit cogitare ne feſſi artus ſodalium nimio indulgerent ſopori, neglectoque orationis uſu in auroræ adventum conſuetum officii uſum differrent. Cumque hæc anxio animo volveret, vidit ſubito cœlos apertos, & micantem globum totum luſtrare mundum. Moxque dum mirandi facti mente pavefacta pulſaretur eventu, aliter gallus ſolitam vocem attollens, mundo venturam lucem nunciavit: ſignoque tacto omnis concio Fratrum ad orationem cantuſque peragendos Eccleſiam penetravit. Ovans ille poſtquam lux dedita mundo fuit, Patris de induſtria quid viderit, nunciavit. Ille ne forte ſtimulo elationis frater corruptus mentem pollueret, increpans ait: Nequaquam talia te corde tumido vidiſſe præſumas narrare. Quid enim? Num fas eſt ut homo ſub fragilitate poſitus & contagione peccatorum maculatus audeat de contemplatione cœleſti gloriari.

Cant.5. 2.

10. Quanto jam honore ac veneratione Regum Francorum atque nobilium fulciretur virorum, ambigit nemo, qui beneficia a prædictis Regibus præſtita per Præcepta chartarum [a] quæ uſque nunc in publicis archivis prædicti condita ſunt Monaſterii, relegere cupit. Inerat in eo, ut opinor jure dicam, omnium virtutum fragrantia, corporis caſtigatio, jejunia & orationes æque ut juvenili ætate tulerat, eo modo & ſenili portabat: exemplo ſubditos edocens ut gaſtrimargiæ id eſt gulæ, cœnodoxiæ, id eſt elationis, *& cætera fere ut ſupra numero 12. uſque ad illa verba:* loco quem ipſe prædixerat.

S. Silveſter Joanni ſuccedit.

11. Poſt obitum glorioſiſſimi viri Joannis ſuffectus eſt in locum ejus Abbas SILVESTER nomine, quem ipſe antea vivens Fratrum cœtui præceperat præeſſe: qui & religionis forma & Regulæ tenore per veſtigia Magiſtri gradiens longævo floruit tempore. Diligebatur autem a CHLOTARIO atque CHILDEBERTO Chriſtianiſſimis Regibus Francorum ob meritum ejus ſanctitatis. Miracula autem ab illo acta non amplius legimus, niſi in uno tantummodo Clerico, quem contractio nervorum & debilitas manuum totum reddiderat inofficioſum. Qui ad venerabilem Silveſtrum adminiculo vehiculi eſt delatus, & ab ipſo ſancti olei liquore perunctus, mox omnis contractio nervorum atque incurvatio poplitum extenta, & plantæ pedum ejus ſolidatæ ſunt, ſanitatique eſt reſtitutus: a debilitate vero manuum per B. GERMANUM Pariſiacæ civitatis Epiſcopum poſtea meruit curari. Scriptum in geſtis habetur præfati B. Germani. Quievit igitur venerabiliter Silveſter 17. Kalendas Maji [b], & ſepultus eſt in Eccleſia S. Joannis regnante de eo Domino JESU-CHRISTO, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Contractum partim ſanat.

Partim S. Germanus.

TRANSLATIONES ET MIRACULA S. JOANNIS.

In cod. MS. Vitæ anonymi continenter ſubjecta, quæ tamen ab alio Auctore ſcripta ſunt.

Quid acciderit in prima ejus Translatione.

1. POST primariam Joannis beatiſſimi ſepulturam factum corpus ejus a LEOPARDINO [c], qui quartus poſt ipſum Abbas locis ejus ſuffectus eſt, venerabiliter noſcitur tranſmutatum, ubi quid Divinę evidentię fuerit demonſtratum, ad auctoris laudem fideli putatur relatione condignum. Nam cum ſepulchrum illud a loco in quo poſitum erat avellere ac commutare voluiſſent, & ſublata humo undique nequaquam tamen Sarcoſagum movere poſſent; triduani jejunii ſubire laborem conſilium fuit. Cumque jam tertius dies jejunii illuxiſſet, (erat enim decimo Kalendas Octobris, quo die veneranda feſtivitas B. Mauritii Martyris cum ſociis ſuis mundo clara niteſcit) & feſſa jam jejunio membra poſt Matutinorum cantus rurſum in ſopore quieſcerent; quidam ſenex Eccleſiam introiens, cernens beatos ſenes ut ſibi videbatur, JOANNEM, & SILVESTRUM ad ſepulchrum ſtare, (qui ei in regimine loci ſucceſſerat) atque his qui cum eis erant

[a] De præcepto Chlodovei Monaſterio Reomaenſi conceſſo videndi Petrus Roverius in Hiſtoria Reomaenſi, & Carolus le Cointe To. 1 Annal. Franc. an. 496. n. 111.

[b] De eo in Martyrologio Bened. ipſo die agitur, de prædicto autem miraculo in Vita S. Germani Pariſienſis Epiſc. num. 35.

[c] Poſt S. Joannis obitum Monaſterio Reomaenſi præfuerunt Silveſter Abbas, deinde Mummolus cognomento Bonus, tum Leopardinus circa annum 580. ut Roverius adnotavit.

erant albis veſtitis ſtolis imperare, ut ſepulchrum moventes in locum perducerent deſtinatum. Cumque ille audaci animo cerneret quid ageretur, a Joanne ut ipſe arbitrabatur increpatus eſt: Cur, inquam, auſus es Eccleſiam introire? Sed quia ſimplici corde tuum cognovi introitum, vade, inquit, & concito gradu tam Leopardinum quam Sodales excitato, ut cœptum opus cito peragant. Feſtinus ille ad Leopardinum Abbatem cucurrit, ac rei geſtæ cauſam deprompſit. Ille cum ſuis ovans ſurrexit, ac agnita voluntate ſancti viri, atque permiſſu propriæ devotionis, ſurgentes & ſepulchrum amoventes, in locum deſtinatum illud commutarunt: ubi & ſanctum altarium cum conſilio Epiſcoporum ſtruxerunt, quo Chriſti hoſtiæ litantur, atque orationum officia perſolvuntur, ubi & remedia ægris & quorumque votis ſolamina beneficiorum attribuuntur.

2. Poſt annos aliquot ab Epiſcopo urbis Lingonicæ cui BETTO a nomen erat, præfatum venerandi Joannis ſepulchrum ab eo loco in alium cognoſcitur denuo eſſe translatum non abſque Divinitatis in loco manifeſtata præſentia. Nam quidam Archidiaconus nomine GARARDUS cum juxta illud ſepulchrum videndi cauſa incautius forte accelleraret, genuque flexo manum ſuper ora Sarcofagi irreverenter teneret, cooperculum Sarcofagi ſe paullulum erigens, quia pronum in terra jacebat, validiſſime corruit, digitoſque ipſius maxima confractione contrivit, ita ut omnia oſſa digitorum ejus minutatim confringeret. Qui graviſſima fracturæ ipſius cœpit moleſtia fatigari, ita ut ne ad os quidem adducere non ſolum digitos, verumetiam brachium ullatenus dolore arcente valeret. Qui cum tota die ad ſepulchrum S. Joannis mœſtus & anxius reſideret, ſubito virtute omnipotentis Dei ſanus effectus eſt, atque in propriam naturam manus reparata. Reverſus ad veſperam ſedentibus Fratribus jam ad menſam ſubito cœpit miniſtrare & cunctis poculum vini porrigere. Gaviſi omnes qui aderant, ita ſanum brachium digitoſque repererunt, acſi nihil unquam tanti languoris habuiſſet.

Translatio ſecunda.

Miraculum

3. Ad Sancti memoriam Confeſſoris innumera patrata miracula præcipuum beati corporis meritum atteſtantur, operante Domino mira per mortuum qui poteſtatis ſuæ dederat documenta per vivum, & plurimis pauca perſtringimus ut miraculorum multitudini electa paucitas atteſtatur.

4. Leproſo cuidam ex territorio Turonico * in ſomnis revelatum eſt, ut ſi ſoſpitatis recuperandæ teneretur deſiderio, famoſiſſimi Confeſſoris Joannis ſepulchrum inſtanter exquireret: quo ille multis licet difficultatibus niſu quo potuit poſt temporis aliquantum pervenit. Receptus hoſpitalitatis ritu, humanitatiſque recreatus officio, in partem Eccleſiæ remotius collocatur, deformitati ſuæ remedium uti fuerat præmonitus obnixis excubiis precaturus. Et ne Divini beneficii diu dilatione torqueretur, id tantum moratum fuit, dum Fratres ad veſpertinæ officium laudis peragendum ex more confluerent. Quod dum ſolemniter impleretur, miſeri membra uſquequaque ſudore collapſa cœperunt Divinam quæ jam e veſtigio inſtabat prætendere medicinam. Univerſi gaudio ſtupefacti elatis in excelſum vocibus cœptum in infelicis curatione miraculum a Divinitate inſtantius fieri poſtulabant. Adhibitis primo balneis ſqualidiſſimæ cutis ſordes (horrendum viſu!) totam aquæ ſuperficiem infecerunt. Secundo lymphis immerſus, omni ſqualore depoſito ita toto corpore immaculatus apparuit, ut cunctis eſſet evidentiſſimum, hunc ſupra humanam diligentiam per venerandi Joannis merita ſuperna fuiſſe virtute curatum. Is ipſe poſtmodum loco aliquandiu remoratus, dehinc ad ſolum proprium decorem receptæ ſecum retulit ſoſpitatis.

* Touraine

Leproſus ad S. Viri tumulum curatur.

5. Illud certe oblivione obſoleſcere profaniſſimum judicatur, quod ad Patris noſtri ſingulare meritum declarandum mirabili Divinitatis efficacia ipſi vidimus perpetrari. Paſtorales quidam pueri alendis pecoribus occupati, diu latentem pecuniam in abditis terræ partibus repererunt: veritique proditionem, uni e collegis, Deutberto nomine pariter crudeles pari convenientia linguam ferro impiiſſimo, dictante avaritia abſciderunt. Is quod eſſet ætate puerulus negotium poſſe prodere putabatur. Erat ſane Magnimuntenſium partibus oriundus. Gravi calamitate confectus, dum quæritandæ ſtipis gratia loca ſingula peragraret, ad Cœnobium ſe tandem venerandi contulit Confeſſoris. Ibi victitandi facultate captata aliquamdiu moras duxit. Accidit autem vigilia feſtivitatis ejuſdem Sanctiſſimi Confeſſoris, dum Signa veſpertini conventus prænuntia a ſacrorum cuſtodibus more Eccleſiaſtico quaterentur, ipſum quoque intereſſe, atque unius ſonum ſuæ manus officio temperare. Id dum ſedule ageretur, vidit ut ipſe poſtmodum referebat, igniculum quemdam inſtar ardentis ſtellæ tamquam a ſepulchro Domini Patris noſtri Joannis prodeuntem, clauſtrum ſui oris ictu validiſſimo perculiſſe. Quare immodice affectus, jamque exanimi ſimillimus in terram collapſus eſt. Aſtantes menſtruo caducæ paſſionis acceſſu eum eliſum argumentati, elatum manibus lecto componunt: ille per noctem quiete ſoporifera reparatus, ita poſt gallicinium loquelæ reſumpſit officium, ut univerſos nocturnæ ſtationis vigilias exparentes (quod eſt dictu mirabile) acutiſſime affaretur. Denique intimas oris partes diligentius explorantes linguæ calamum integerrime repererunt reformatum, magnificantes Di-

Puero exciſa lingua reſtituitur.

 vinam

a Betto ſedem Lingonenſem occupabat Carolo Magno imperante. Celebratur & alia Translatio tertia S. Joannis Sinemurum Burgundiæ caſtrum facta ob Normannorum infeſtationes: quo in loco vir ſanctus pluribus miraculis claruit, ac in relatione ad Monaſterium ſuum Reomaenſe ubi hactenus colitur, Avalendem Lemavicenſem feminam a dæmonio liberavit.

AN. CHR. 539

vinam in S. Joanne potentiam, cujus præcellentiſſimis meritis & elinguem conſtat neceſſario officio redditum, & populum cœleſtia opera intuentem in fidei robore ſolidatum.

28. Januar.

Contractus ex parte ſanatur.

6. Pro meriti perfectione jugiter prædicanda de multis pauca quædam ſubjicimus, ne poſteris profutura ſubtrahere videamur. Quemdam Aquitanicum genere ita a puero membrorum detrimenta damnaverant, ut poplites genibus & calcanei natibus cohærentes melioribus privatum officiis & invalidum effecerint & deformem. Is dum obtentu poſtulandæ alimoniæ uſuali vehiculo circumquaque ferretur, ad reverendiſſimi Joannis Cœnobium forte devectus, miſeratione religioſorum Fratrum per tempus non modicum deſtinato ſibi quotidiani victus diario alebatur. Erat illis ſpei ſanctæ non improbanda fiducia, quod ſæpe experti erant, præcellentiſſimum Dei Confeſſorem ex animo flagitatum eveſtigio curationis talibus conferre remedium. Factum eſt in una feſtivitatum ejus, dum Fratres vigiliis ſacris ex more inſiſterent, cœperunt infelicis catenus nervi, ut diximus, imbecilles magna reſolvi violentia, atque diu negatam gradiendi copiam quibus erat poſſibile niſibus moliri. Magnus diu aſtantium clamor inſonuit, Chriſti laudes & B. Joannis merita paribus animis, iiſdem vocibus conclamantum. Sed quia plenam fidem cumulata ſemper remuneratio comitatur, (nam & ex fide Juſtum vivere, & abſque ea quemque mortuum eſſe veriſſimum eſt) colligimus hunc non integræ fuiſſe fidei, qui medicinis initiatus cœleſtibus parte revaluit, iners parte remanſit, id vigoris ſolummodo conſecutus eſt, ut qui arte tantum catenus externa vehebatur, hinc proprii niſu corporis debilis adhuc licet abſcederet.

Catenatus ſolvitur.

7. Ob admiſſum facinus, quidam ferri pondere utriſque brachiis acerrime coarctatus *a*, dum diverſa Sanctorum perluſtrat domicilia, unius vinculo prometuit relevari. Cumque alterius acri diutiſſime dolore torqueretur, jamque infelicis ærumnam pietas Divina miſerari decerneret, ſomnio monitus eſt id quod reſtabat levaminis ad venerandi Joannis ſacroſanctum corpus eſſe perquirendum, ejus meritis plenitudinem hujus reſervatam eſſe ſalutis. Eo comperto ad Sancti Cœnobium anxius tetendit: quo cum perventum eſſet, orationem lacrymæ, lacrymas remedia mox proſecuta ſunt. Ita namque nexus vinculorum catenus inſolubiles ab hominis corpore quamceleriime reciderunt, ut Divinum id fuiſſe opus nemini dubitare licuerit, quemque ut nexibus exemptum corporeis perinde quoque beati viri obtentu noxiis animæ reatibus abſolutum palam fuit advertere, ſuperna utrumque operante providentia, cui familiariſſimum eſt, tum corporum, tum quoque animarum propenſius curare ſalutem.

Cæca lumen recuperat.

8. Ferebatur interea per populos opinio virtutum ejus rumore percelebri, quod ad ſacri lectum corporis fide digna ſe nemo contulerat, qui non votorum ſummam ſe fuerit reportaſſe gaviſus. Fiebat languentium magnus ad Templum viri Dei concurſus, interque remeantes ſanos & ægrotantium multitudinem confluentem ampla viarum capacitas interdum artiſſima cernebatur. Factum eſt ut irruentibus multis, mulier quoque luminibus ex longo privata pariter introiret. Nam quia tranſlatio pretioſi corporis nuper celebrata fuerat, ipſa rei novitate ſexus uterque promiſcue ingredi permittebatur Eccleſiam. Ingreſſa mulier, totaque ſtrage corporis in terram proſtrata, mox ut orationem explevit Dominicam, depulſis cæcitatis tenebris, clariſſimum luminis recepit diem, oculorum munus in reliquum vitæ ſuæ tempus B. Joannis gratia perfunctura.

Eccleſiæ aditus feminis a Monachis interdictus. V. Vitam S. Carileſi, n. 28. infra

Alia cæca curatur.

9. Proceſſu temporis ejus loci Fratres religioſo ſancivere conſilio, atrium Cœnobii a frequentia feminarum perpetuo coercere, regulari profeſſioni non integrum fore arbitrantes muliebri frequenter vel aſpectu inſueſcere, vel alloquio implicari. Quædam itaque ejuſdem pagi mulier, & ipſa oculorum officiis deſtituta cum per dies quamplures limina venerandi Joannis inexplebiliter optaret contingere, idque eſſe poſſibile a multis interdiceretur, moras non ferens ulterius, ductore uſa puerulo iter ad Monaſterium obnixe contendit: cumque ſilvam Cœnobio circumjacentem peragrans, eo uſque progreſſa fuiſſet, unde in tutum locum intuenti facilis proſpectus patet, mirum in modum mox cedentibus tenebris lumen adepta ſplendidiſſimum, plenum ſuæ fidei commercium læta revexit, experta Joannem beatiſſimum abſentum quoque vota, ſi rata fuerint, beneficiorum impenſa placidiſſime proſequi.

Energumenus liberatur.

10. Pervaſum quemdam a dæmone ferreis toto corpore arctatum loris parentes cum amicis ad Sancti memoriam perduxerunt. Ibi per triduum non ſine violentia vix retentus; diros a ſpiritu maligno compellebatur clamores effundere, qui ſe beati viri meritis domicilii ſui poteſtate eveſtigio privari ferebat ægerrime. Triduo expleto dum Fratres ex more publicis Sacramentorum functionibus intereſſent, extemplo ita Divina virtute curatur, curatuſque in reliquum perſeverat, acſi numquam aut hoſtis antiqui violentia impetitus, aut ſenſus intimi fuerit detrimenta perpeſſus. Reparationis ſuæ ſane gaudia in Templo ſublimiſſimi Confeſſoris per dies multos votivis frequentans excubiis, deinceps cum gratiarum actione validus corpore, animo integer ad propria remeavit. Ineffabile certe apud Deum præcellentiſſimi Patris noſtri B. JOANNIS meritum, cui inter reliquas virtutum dotes

a Id genus pœnitentiæ ab Epiſcopis ac Presbyteris pœnitentiariis non raro imponebatur ob crimina graviora. Caroli Magni tempore ſtatutum eſt, ut potius uno loco laborantes & ſervientes pœnitentiam agerent, quam ſic nudi ac palabundi intuentium oculos offenderent Capitular. lib. 1. c. 79. Non continuo tamen ea ceſſavit conſuetudo, ut conſtat ex Aimoino lib. 2. Mirac. S. Germani cap. 14.

Digitized by Google

dotes id privilegii ſpecialis cernitur eſſe collatum, ut numquam quiſquam dæmonica obſeſſus peſte ad eum ſe conferens ſederit non curatus. AN.CHR. 539 28. Januar.

SERMO IN FESTO S. JOANNIS.

SAnctorum mortem ſemper in conſpectu Domini pretioſam beatiſſimi Joannis tum Patris præcipui, tum etiam Confeſſoris egregii natalitia feſta commendant. Jure etenim diem ſacri ejus de ſæculo tranſitus natalitium dixerim, quo mundani ſqualores emergens ergaſtuli, cœleſtis conſcendere meruit palatia regni: deque ſiniſtra tranſlatus, in dexteram, jura mortis atrocia perenni immortalitate mutavit. Vere beatus, vere omnifaria laude digniſſimus, cui propoſitum fuit ita militare in ſæculo, ut poſſet in perpetuum regnare cum Chriſto. Denique æterni Imperatoris victricia ſigna ſecutus, atque inter athletas robuſtiſſimos dato nomine ſacramentis militaribus obligatus, non ſegnis in Divina militia torpuit, non ſibi notam paſſus eſt deſertoris inuri, non denique turpem meditatus fugam adverſariis terga præbuit: quin potius viriliter cum hoſte congreſſus, diſciplinabili ratione certaminis non modo contrarios ictus clypeo fidei circumſpectus eluſit, verumetiam infeſtos inimici impetus ingenti pondere virtutis inclytus prælіator oppreſſit. Ita Deo ſe in omnibus protegente victor emergens, curru invictus æthereo, ad cœleſte capitolium nobilem evexit triumphum, palmaque immortalitatis pariter donatus & laurea ſidereos cœtus meritorum privilegio cumulavit. Ibi feliciter perpetuus ac perpetuo felix ipſi conregnans Chriſto cohabitat Angelis, conſpatiatur Archangelis, univerſis poſtremo Sanctorum omnium millibus conlætatur. Inde hodiernæ feſtivitatis manavere tripudia, inde Chriſtianæ plebis tanta, tamque ſolemnia gaudia profluxerunt. Hinc Clerus concinit, inde populus plaudit, pauper tripudiat, dives exultat, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus laudant nomen Domini, cujus munere Joannes hic tantus, tam celebris tam denique præcelſus emicuit, ut & ſanctitatis apice nulli ſecundus, & miraculorum copia maximis quibuſque Sanctorum prædicetur merito comparandus. Cujus enim continentiam ſingularis parcimoniæ ſtudiis non æquavit? cui virtutu patientiæ impar fuit? quo fide inferior, ſpe minor extitit? quem denique ſummæ charitatis provectibus non tranſcendit? Quantæ vero principalium fulſerit ſplendore ſignorum, replicare ſuperfluum judico: quæ tanta ſunt, ut ſui magnitudine multorum, immo omnium notitiam facile vendicarint. Qui ergo tanta potuit moribundus, credimus equidem, nec vana fides, multo potiora obtinere poterit immortalis. Si pugnans talia præſtitit, regnans cum Domino incomparabiliter meliora præſtabit. Hunc itaque votis, , hunc debitæ ſervitutis frequentemus obſequiis, nec torpeat animus in officio, ſi non vult eſſe fruſtratus in voto. Rogatus aderit, interpellatus favebit, cuncta incommoda ſubmovens, commoda omnia providebit. Flectet precibus Judicem, pro reis & fragilibus interpellabit Auctorem. Obtinebit apud Deum veniam criminum, atque impetrato immortalitatis munere conſortia præmiorum, præſtante eodem Domino noſtro, cui laus perennis, gloria indeficiens, victoria immortalis nunc & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

S. Joannes in liberandis energumenis potens.

Epilogus elogiorum S. Joannis.

VITA S. CARILEFI ABBATIS ANISOLENSIS PRIMI,

CIRCA AN. 540 1. Julii.

Scripta a B. SIVIARDO Abbate Aniſolenſi quinto, ineunte ſæculo 8. diverſa a Suriana.

Ex MSS. codd. Ciſtercienſi & Aniſolenſi.

PROLOGUS AUCTORIS.

1. CONSTAT veterum fuiſſe morem, ut ſui temporis viros, per ſcripturarum ſuarum monimenta poſteritati commendarent: eorumque dicta memoratu digna vel facta, aut litteris traderent, aut picturæ committerent: vel certe, ære ſeu marmore, laborioſo atque ſpectabili opere effigiarent: id ſtudii habentes, ut quæque ad ſui notitiam utilia, vel cognitu digna, vel æſtimarentur imitanda, eorum induſtria ad ſucceſſorum ſuorum perducerentur notitiam; quatenus nec ſuo tempore Indevoti, nec poſteritati apparerent inofficioſi. Hæc cum ita ſint, nobis quoque verendum eſt, ne militum Chriſti fortia facta atque imitanda trophæa, quibus in noſtro ſæculo emicuerunt, ſilentii carcere premamus: ſed ſuccedenti profutura ætati, vel mediocri ſtilo mandemus. Unum enim a pluribus Chriſti fortiſſimis præliatoribus Dominus noſtro attribuit ævo CARILEFUM * nomine, cujus inclytam vitam, multorum utilitati profuturam, ipſo opem ferente, ſuſcepimus chartulæ contradendam. Et quamquam tanto operi exiſtimus impares, utpote quibus & tenuis adeſt facundia, & ingenii peranguſta copia: ſatius

* MSS. Kariléffum, S.Calais.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

ſatius tamen rati ſumus vel exiliter dicere quæ novimus vel paucula, quam cum ſervo pigro & negligenti pro retenta Domini pecunia ſubire taciturnitatis diſpendia. Dat etiam Dominus loquendi incitamentum, qui præcipit ora aperire: & ea ne elinguia remaneant, Spiritus-Sancti gratia promittit adimplere.

Finis Auctoris in hac vita deſcribenda.

2. Ipſe ergo nobis orandus eſt, ut qui ſervi ſui adjutor extitit ad bona peragenda quæ præcepit, ſit & nobis adjutor ad narranda quæ in eo peregit: quo ſcilicet tenerior ætas cognoſcens veteranorum Chriſti militum laborioſa pro Chriſto certamina, ſeu quæ propriis laboribus adepti ſunt præmia, veluti paleſtrici agoniſtæ certaminis fortiſſimi, oleo imitationis paternæ peruncti, fortiores reddantur ad toleranda contra ſpiritales nequitias acerba diſcrimina. Quæ ſingula ad Divinitatis gloriam referuntur, quæ tantam meritorum famulis ſuis tribuit prærogativam. Corda etiam torpentia manu commonitionis ſuæ ut evigilent, pulſat, ut pudeat eos non imitari, quos ſimiles ſui aliquando noverint; utpote quibus & caro ex eadem materia conſtiterit, & anima æque a Deo cunctis bona inſerta ſit.

Quibus impellentibus hæc vita ſcripta ſit.

3. Sed quia invalidi reddimur noſtris exigentibus deſidiis, ad eorum ſequenda veſtigia; vel narremus utcumque quæ de eis miranda cognovimus: ut vel per hoc nos in ſui conſortium adſciſcant, ſi operum quorum illi extitere factores, nos inveniamur vel qualeſcumque narratores. Quod opus non agredimur noſtra præſumptione, ſed ſacrorum Eccleſiæ præſideotium Epiſcoporum juſſione. Injungitur namque nobis, ut jam dicti beatiſſimi Carileſi vitam quoquomodo deſcribamus, qui tempore CHILDEBERTI præeminentiſſimi Regis floruit: atque in caſtris Sanctæ Eccleſiæ tamquam ſtrenuus miles contra poteſtates aereas, clypeo Fidei protectus, ſpicula doctrinæ contorſit, fulmina miraculorum emiſit.

V I T A I N C I P I T.

S. Carileſi ætas.

4. Principe itaque ſupradicto & germano ejus CHLOTARIO Rempublicam Regni Francorum gubernantibus, ut ſe habet talium uſus rerum, Monarchiam Regni ſui in duo diviſerunt: ita tamen ut in amore germanitatis manente unitate unuſquiſque eorum potiretur Regni ſui ab alterutro tradita portione. Movente etiam ſucceſſionis amore, connubia ſtuduerunt inire. Quorum CHLOTARIUS RADEGUNDEM natione Toringam, pietatis inſignitam moribus, ſibi adſcivit Reginam. Quæ poſtea exactis in ejus copula aliquot annorum curriculis Pictavum petiit, atque in ſuburbio ejuſdem civitatis, animabus Chriſtum deſiderantibus ſemet ſpectabilem reddidit. Ibique quantum ſibi poſſe fuit, ſuperorum converſationi propinquans, vocante hora mortalibus præfinita, terræ quod ſuum erat reliquit; animam autem conſortio Angelorum ſociandam, quibus & diutinis laboribus ſe ſociam præbuerat, miſit. Iis quidem qui adhuc domibus luteis præſident, excubias ſui corporis eam ſudore relinquens æmulationis; Angelicis vero cœtibus admiſceri feſtinans, mortalia liquit: & immortali Sponſo, cui jamdudum conjungi ardebat, ſeſe conjunxit. Inclytus vero Rex CHILDEBERTUS ULTROGODAM meritis venerandam Reginam ſibi matrimonio copulavit. Quo tempore, prædictus Chriſti famulus CARILEFUS in Arvernenſi territorio, parentibus ſecundum ſæculi eſt dignitatem clariſſimis ortus. Qui quamquam nobilitatis clarerent titulis, acceſſit tamen huic nobilitati animus clientelæ devotiſſimus Dominicæ: quæ eos obumbrata ſæculi dignitate, potiore donavit claritudine.

Patria ejus & parentes.

In Monaſterio informatur.

5. Susceperunt itaque ſibi donatum Dei famulum; & tenerioribus quidem adhuc morantem in annis ſtudioſe nutrierunt. At vero appellente eo tempora, quæ ſtudiis ſunt habilia diſcendis, doctrinæ gratia in Monaſterium, cui Menate *a* vocabulum eſt, mittitur, ubi Domino commiuiſtratore & litterarum facundiam & ſanctæ converſationis ſuſcepit normam. Videns namque ejuſdem loci devotos Chriſti famulos, alterutrum in ejus charitate ſeſe præcedere feſtinantes, & ut eum alius verbo, alius inſtrueret exemplo laborantes: ipſum vero tamquam bonam terram ſuſcepto divini verbi fœnore, quo centuplicatam redderet ſemantem. Nempe quamquam immaturitas temporis, juveniles repromitteret annos: gravitas tamen interior laſcivos compreſſerat motus. Et quamquam calleret Intelligentiæ ſapientiæque acrimonia, veluti ad omnia invalidus humilitate magiſtra, a ſenioribus ſtudebat expetere conſulta; & quæque ex eorum ore audiebat, veluti oracula ſibi divinitus emiſſa, ſummopere ſtudebat ſervanda.

Qualis erga magiſtros.

6. Interea cum iis diu operam daret exercitiis, veluti in gymnaſio exercitatus cœleſti, cupiebat tandem aperto ſe ſe credere campo, & ſingulari contra diabolum dimicare certamine, eremiticam ſcilicet appetens vitam, in qua ſolus cum ſolo dextram conſereret: & fautrice Divinitate hoſtem protervum humilitatis proterreret armis. Hæc eo intra ſe diutius volvente, & debita cum cautela qualiter ſibi agendum eſſet deliberante, quadam die vir ſpectabilis vitæ & per cuncta laudabilis, ejuſdem Cœnobii Monachus AVITUS nomine, ei collocutionis gratia affuit. Erat namque iſdem de quo ſermo agitur vir, quamquam minus clarus ſecundum perituram ſæculi dignitatem proſapia, meritorum tamen præditus ſummorum prærogativa. Dum ergo inter ſe opportuna colloquia ſerunt & divini epulas verbi palato menti deguſtant: codicem ſancti Evangelii textum geſtantem aperiunt, oblatamque oculis lineam, quæ prima fronte occurrit, lingua recitant, mente pertractant. Erat namque hujuſmodi: *Qui plus diligit patrem aut matrem aut fratres aut ſorores quam me, non poteſt meus eſſe diſcipulus, & non eſt me dignus.* Cœpere itaque velut animalia munda ei-

VitamEremiticam cum Avito eligit.

Luc.10.26.

a Menate Monaſterium diœceſis Claromontenſis etiamnum extat, vernacule *Menat*. Ord. S. Bened.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

da cibum hunc dente diſcretionis terere: & quia ſe plus ad arduam converſationem hæc verba ſectandam admonerent, commentari: Ubi ſcilicet vacui parentum ſollicitudine, alieni a cognatorum notitia, ſolo brachio intentionis cœleſtis ſanctique deſiderii vitia carnis libere poſſent conterere.

7. Itaque eveſtigio Petrum ſecuti Apoſtolum, qui voce jubentis audita protinus retibus navique relictis, Domini ſecutus eſt itinera: beatus Avitus claves Cellarii cum cingulo revinctas, clanculo Abbatis ſui ſuppoſuit cervicali. Erat namque tunc temporis rei frumentariæ apothecisque præpoſitus Monaſterialibus. Sicque tandem ruptis deliberationum morulis pedem a Monaſterio extulere, & deſtinatum iter corpore cœpere. Emenſo itaque non multo a Monaſterio itinere, Ligeris * adiere fretum. Quod navi conſcenſa Chriſtoque propitio facile tranſmeatunt, & in ſuburbium Aurelianenſe devenerunt. Audita autem præſtantiſſimi viri & Deo amabilis Maximini fama, qui in iiſdem locis cohortibus Monachorum in Cœnobio Miciacenſi degentium præerat, citiſſime ad eum viſendum convolaverunt. Iſdem namque præclarus meritis vir Maximinus a Chlodovei Regis, & Reginæ ejus Chlothildis liberalitate fundum acceperat, in quo ſibi ſuiſque Cœnobium conſtruxerat, & in eo ſpiritali philoſophiæ tunc temporis operam dabat. Qui ut Sanctorum cognovit adventum virorum, & ardentem circa Dei culturam affectum; protinus eis & ſecum habitandi facultatem, & Fratrum attribuit ſocietatem.

* la Loire

Ambo petunt Monaſterium, de quo in Vita S. Maximini, ſupra,

8. Ipſi vero nequaquam obliti ſuæ propoſitum intentionis, haud retro aciem mentis retorſerunt, vel tepiditati aut ignaviæ manus dederunt: ſed tamquam evangelico manum imponentes aratro, mentis obtutibus ad bravium ſupernæ vocationis intendebant, caſtigabantque corporis ſenſus a ſiniſtris affectibus, ac ſtudebant eos venuſtare ſacrorum actuum exhibitionibus, ſtudioque illis erat & opere ſe ſe reddere conſpicuos & ſermonibus ſalſos. Erat in eorum operibus videntium admiratio & in ſermonibus gratiæ oblectatio. Reddebat namque eos caſtitas floridos, fides invictos: mentis duritas ſimplices, ſplendor vitæ laudabiles. Præponebatur ab eis cunctis quæ diligi poſſunt in dilectione Dominus & propriæ dilectioni nullo modo ſupponebatur proximus. Erat illis humilitas non modo verborum vel habitus, ſed totus ipſorum veritate conditus erat actus: ita ut quicumque eos viderent, in eorum ſtudiis velut pictura ſpirituali verba Domini picta putarent, quibus ait: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.*

Eorum converſatio in hoc Monaſterio.

Luc. 9. 23.

9. Interea vir piæ recordationis Maximinus, ubi comperit eorum ſtudia, circa Theoricæ * anhelare appetitum; vitamque per orationum inſtantiam, vigiliarum aſſiduitatem, precum pernoctationem, ad ſuperorum aſpirare conventum, ſtuduit ambos Sacerdotali inſignire dignitate, cujus voluntati divina proviſione proſper ceſſit eventus. At * devotiſſimi Chriſti famuli, nimio flagrantes amore, nec ſatisfieri ſuo in his deſiderio cernentes, remotius ſibi habitaculum judicatunt perquirendum. Ad quam rem non illos fluctivaga incitabat levitas; ſed Domini excitabat voluntas, Chriſtoque placendi inexplebilis cupiditas. Erat namque illud ſtudii, ut quia annoſum jam tranſegerant in Cœnobitali converſatione curſum, attingere Anachoritale * certamen mererentur: ne qua illis deeſſet perfectio, quam eis demonſtrabat Patrum recitata lectio. Itaque ab eodem quoque loco pedem referentes, vaſtas expetunt Perthesi * ſaltus ſolitudines. Quas peragrantes, inter opaca quæque nemorum & luſtra abdiniſſima ferarum obvium ſe tulit eorum conſpectibus fertilis locus; qui tunc *Piciacus* dictus, at nunc vocabulo Cellæ Sancti Aviti * cognoſcitur inſignitus. Sane ut amœna Divinitatis potentia in eorum cordibus uberrimum monſtraret fluere ſancti Spiritus rivum, eis fontem aperuit aquæ viventis ne qua illi qui gratia ſancti Spiritus potabantur interius, neceſſitate gravarentur exterius. Quem fontem beatiſſimus Carileſus manu ſua, ut aquæ retentor eſſet, terreſtri circumdedit ædificio, & hactenus ob amorem illius a devotis non ignobili tegitur opereulo. Quem locum tamquam Domini proviſione ſibi delectum complexi in eo ſtationem collocant: dieſque complures in Sanctæ Trinitatis devotione continuant.

Sacerdotio initiati eremum inquirunt.

* al. Theoriæ

* al. Interea

* al. ſingulare

* le Perche

* S. Avy

10. Cum vero & tempora eis divinis ſtudiis mancipata in eodem loco protelarentur, & odor eorum notitiæ atque operum circumquaque divulgaretur: fama beatiſſimi Aviti aures ſupradicti Regis * occupavit, probata veridica Salvatoris ſententia dicentis: *Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio; ſed ſupra candelabrum; ut qui ingrediuntur lumen videant.* Juſſu itaque ipſius inclyti Regis & Baſilica in eodem loco fabricatur, opibuſque regiis ditatur, necnon Cœnobium præparatur; quatenus Lychnus ſanctæ Eccleſiæ nequaquam fulvis occuleretur in tenebris, ſed cunctis ſanctæ Eccleſiæ filiis, ſui radios ſpargeret luminis.

Rex in Aviti gratiam Monaſterium condit.

* ſcil. Childeberti

Luc. 11. 33.

11. Beatus autem Carileſus (prout moris eſt ſanctis viris proſpera vitare, ſiniſtra ob cuſtodiam ſui appetere) in iis charisſimum ſibi relinquens locis Avitum, carne ab ejus præſentia in interiora ſeceſſit eremi, cum tamen ei inextricabilibus eſſet devinctus nexibus animi. Neque enim Divinitas probabat duos ſui exercitus inclytos duces uni debere præeſſe caulæ: cum pluribus uter eorum ſufficere poſſet. Itaque aſſumpto ſecum ſuo commilitone Daumero, conſervoque itidem Gallo pedem vertit in partes Cenomanicæ urbis. Tandemque divertit in locum, veterum vocabulo Caſa-Gajani * nuncupatum, ſitum

Carileſus eo relicto ſecedit in eremum cum duobus ſociis.

a Ita ſcribendum, non *Jagani*, ut habet Surius & ex eo alii: qui locus extat in diœceſi Cenomannica ad fluvium Aniſole, vulgo *Anille*, unde Monaſteria nomen Aniſolenſi, quod nunc S. Carilefi, vernacule *S. Calais* dicitur, Ord. S. Bened.

CIRCA AN. 540 2. Julii.

tum in parochia Labrocinenſi: prope quem locum defluit Aniſolæ amnis, qui hactenus nomen ipſius fluvii mutuans, eodem quo ille nuncupatur nomine: in quo multis admodum delituit diebus. Erat namque locus a cujuslibet acceſſu ſecretus, in altitudine eremi a viventium converſatione remotus: ſed tamen terræ fertilitate jucundus. Reperit etiam inibi fontem vivaci vena fluvium evomentem, parieteſque vetuſti ædificii ſeuiu labentes, dignitatem tamen peiſtinam ipſius operis veſtigiis proteſtantes. Obtulit ſe etiam ejus conſpectibus paeva vitia. Cumque hæc ſingula lumine curioſo perluſtraret, inæſtimabili ſuffuſus gaudio, in terram ſe ſe protinus dedit, & miſericordiæ Domini, tamquam qui hæc ſibi præparaverat, gratias reddebat innumeras; totis ſupplicans viribus, ut qui ei præparaverat locum, fructus quoque operarii cœleſtis ſibi ibidem peragere præciperet. Comque noctis ſpatia oationibus occupaſſet, in craſtinum cellulam habitationis ſibi & Fratribus ſuis intea parietioas ſupradicti ædificii vimine lento conteait, & hinc inde agriculturæ operam dare inchoavie.

Cellam conſtruit.

12. Itaque die quadam cum operi inſtaret cœpto, vitemque eepertam tamquam voti ſui adjutricem circumfodiendo, & ſuperflua quæque reſecaodo excoleret: ſudore laboris coactus, veſtimento quod Cucullam vocant exutus, quercui appendit. Intee hæc autem avicula pereaigua, cujus vocabulum eſt bitriſcus *, dum ſingula quaquaverſum (ue ei mox aſt) vaga pererrae, & juata familiarem ſibi conſueeudinem intima quæque quadam curioſitate dictante perluſtrat, veſtimento ſe abdit, atque recedens ovum enixum reliquit. Carileſus autem devotus Chriſti famulus, opere diurno explicito, cum jam ſol verticem axis declivior linqueret, & occaſum tepeſcentibus radiis vicinum promitteret, veſtimentum reſumptueus, aeborem adiit, ovumque alitis reperit. Quo viſo, inæſtimabile gaudium cum admiratione mixtum eum occupavit, totumque ſpatium illud, quo lucis abſceſſu umbræ teeras teoueruot, in laudibus divinis capendit.

* al. bitericus.

13. Cum vero jubare ſuo Phœbea lampas jam mundum venuſtaree, & ſuppreſſis cæcæ noctia tenebris, umbrarum denſitate occultata manifeſta redderentur, ſumpto ſecum geemano ſuo DAUMERU, beatum AVSTUM petit, de his quæ corde illius tegebaotue conſulturus, ſimulque & de loci inventi opportunitate perlaturus. Interea dum, ut moris eſt, Sanctis viris, multa multorum utilitati profutura intee eos vertuntur, venerandus vir inter cetera & illud, quod ei evenerat, venerabili Avito retulit, explorare volens utrum ab eo quaſi novum aliquod accidens audiretué, vel ſi quid hac re portendi poſſe videretur. Vie autem Domini Avitus ſe iis moveri confeſſus eſt, & quia non fruſtra nec caſu id accidarit adjungens ait: O mi amantiſſime, & nulli poſtponande mortalium Carileſa, inſiſte labori; Noo hæc quidem qualiacumque promittunt, ſed editus alitis fetus, magnos loci illius futuros porcedie proventus. Scito enim multo majorem ejuſdem loci futurum Dominicum gregem quam quem hic cernis nobiſcum conſiſtentem. Qui tamquam optimi milires in exercitiis Domini vitam teanſigentes poſt laborioſos carnis triumphos, a Domino immarceſcibiles laborum ſuorum conſequentur fructus. Noctem itaque illam inſomnem duceutes, tutam eam Domini ſervitio dedicavere. Et nunc ſermo erat eis de præſentis vitæ inſtitutione, ounc ad futuram remunerationem locutio percurrebat, modo immortalium ſpiricuum conſortio intereeat, nunc autem Sanctorum virorum documenta atque exempla, nunc item ad pſalrerii modulamen dulci plectro mens docta, & ad ſuavem Domino ſonum reddendum pulſabat. Iis itaque actibos, totius noctis opacæ ſolati funr eenebras. At fatiſceutibus umbris Chriſti miles Carileſus repedans quo venerat, tugurio ſe ſe recepit dilecto.

Conſulit S. Avitum de nonnullis rebus.

14. Erae nempe, ut jam dictum eſt, iſdem locos ſecurus totius externi tumultus, & taotummodo feris eremique familiariſſimis animantibus pervius. Namque earum adventu ſæpe viſitabatur, ita ut quommodo de eo proprie dictum videretur: *Et beſtia terra pacifica erunt tibi*. Erat namque ſpectabile videre bubalum, qui in ea provincia difficilis eſt inveneu, inter cetera animantia veoientem ad aum. Et qui anta ſpiſſioribus ſeſe locis tantum occulendum crediderat, tunc videres eum omnis ſævitiæ oblitum & depoſitis rictibus & feralis aoimi pervicacia, ſervo Domini mitem ſe & tractabilem præbere, atque im morem adoraotis toroſam cervicem inclinare, virumque venerabilem, ſobmoto omnis timoris angore belluam adeuntem, leoto ungue ſetas inter coroua ſulcantem, uecnun colli toros atque palearia tractantem & illam veluti familiariter mulcentem. At ſerus ille hoc contrectatu veluei benedictiune donatus, præpeti curſu (uti ei natura dictanta moris eſt) vaſtas repetebat ſolitudines.

Bubalum habet familiarem. Job. 5. 32.

15. Iotee hæc autem CHILDAAERTUS Auguſtus cum ſibi juncta conjuge ULTAUGODA omniſque comitatus frequentia, partes Cenomannicæ urbis adiit, & in villam Madualis * nuncupatam devenit. Nuntiaturque ei ibi conſiſtenti bubalum iu iis locis iuuſitatam beſtiam, haod longe in ſolitudine deliteſcere. Rex autem gaudio exhilaratos, jobet venatores ſuos præparare quæque erant neceſſaria beſtiæ capiendæ, canum ſcilicet vim exacui, arcuum ſagittarumque copiam ſufficientem exhiberi, volens eum in craſtinum venari; quæ cum celeritate omnia peracta ſunt. In craſtinum vero necdum cæca nocte aufugiente, interiora ſaltus petunt: & ſicubi animantis veſtigium perſpiciant, mox ue ſeſe lux repræſentavit, terram oculo curioſo pererrant. Tandem itaque ſigna ejus itinetis dis eimata ceperiunt, & acres poſt eum moloſſos ad eum inſequendum funibus abſolvune. Miſer autem jam jamque capiendus ad Sanctom Carileſum accorrit bubalus, & quaſi cui quaquaverſum ſuga negaretur, Domini vieum quaſi ſingulare adiit reſugium. Sane venatores indicia ejus itinerum ſequentes, canum etiam latratui credeutes, tandem devenere

Bubalus Regis venatores fugiens ad Sanctum declinat.

* de ea infra

AN.CHR. 540
1. Julii.

nere ad locum ubi Sanctus cellula propria manu ædificata habitabat. Ibi itaque Sanctum virum, & poſt tergum illius prædictum adſtantem bubalum, veluti querulum ac trementem videre. Tunc vero inſolita rei novitate turbati nec beſtiam attingere, nec Sancto viro aliquam moleſtiam ingerere auſi ſunt: ſed venienti Regi & ſciſcitanti cauſam morarum atque ignaviam ſocordiamque illis objicienti; ita reſpondent: En, inquiunt, uti peritia & induſtria dictatore conſuevimus, cuncta peregimus, bubalum ipſum repetimus, ſed quadam eventus novitate perculſi ſumus. Invenimus namque in quodam tugurio hominem nobis incognitum, propterque illius habitaculum beſtiam conſiſtentem, manſuefactam immanem. Enim vero quia viſum eſt nobis eumdem hominem Domini eſſe ſervum, utpote cui feralia ſubduntur animalia, nec ejus quietem auſi ſumus perturbare, nec bubalum impetere. At Rex ira permotus, Eamus, inquit, ad locum, de quo ſermo agitur. Euntes itaque pervenerunt ad locum, in quo Domini ſervus, beſtia ſibi famulante, Dominum exorabat.

Rex iratus male excipit Carileſum.

16. Tunc Rex viſo hoc miraculo, nequaquam Dei potentiam ſtuduit in talibus venerari: ſed permotus indignatione, has increpando voces cœpit emittere: Unde, inquit, vobis, o incognitæ perſonæ, tanta præſumptionis audacia, ut mei juris ſaltum nullo concedente auſi ſatis irrumpere, aut noſtræ venationis dignitatem veſtra importunitate vel in aliquo mutilare? At vero vir ſanctus nequaquam oblitus vocis Domini qui ait: *Dum ſteteritis ante Reges & Præſides nolite præmeditari quemadmodum reſpondeatis, ego enim dabo vobis os & ſapientiam*, cum ſumma conſtantia & humilitatis reverentia ait ad Regem: O Rex bone, nos, quos hic vides, nequaquam deſpectus tui gratia aut conturbandæ venationis luſtra ferarum irrupimus & inhabitabilia loca occupavimus, ſed ut familiarius atque enixius Domini occuparemur ſervitio, inacceſſibilia hominibus loca petivimus, ſi quo modo placeat Divinitati, ut quia hic conſortus hominum ſecernimur, poſt lapſum mortalis vitæ, in cœlo conſortiis Angelorum perfrui mereamur. Rex autem nimio felle ſuffuſus, Præcipio, ait, auctoritate noſtra & te & ſocios tuos hinc ſecedere, & ut deinceps nullus ex vobis hic inveniatur cavete. Tunc venerandus Carileſus nec in minimo minis conturbatus Regalibus ad implenda præcepta ſeſe vertit, & Regi dixit: Eſt nobis, inclyte Rex, ſervis tuis aliquid vini quod parva vitis hic inventa atque exculta elicuit, petimuſque ſerenitatem culminis veſtri, ut aliquantiſper ejus poculo indulgeatis, quatenus alacrius tam tua nobilitas, quam & comitum tuorum ad Palatium redeundi habeat facultatem. Egit enim hoc ut Scripturæ obſecundaret dicenti: *Si inimicus tuus ſitierit, da ei potum; hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus*. Porro Princeps iſdem nimio parendo furori, non ſolum carbones charitatis frigore teſtinavit malitiæ; ſed equum ſuum calcaribus verberans, ut ad Palatium rediret, iter arripuit.

Marc.13 9.

Eum S.Carileſus officio placare nititur, ſed fruſtra.

Rom.12.20

Rex ob eam rem divinitus corripitur.

17. Sed Domini larga miſericordia, & inexhauſta potentia, quæ humiles ſuos fracta ſuperborum potentia exaltare conſuevit, latiſſime quanti apud eum valeret, qui deſpectus fuerat, apparuit. Nam cum Rex iſdem tumore inordinato diſtentus, iter in redeundo accelerare vellet, equus illius ſtupore repentino captus ſubito conſtitit, & licet hinc inde cruentatus, proceſſum Regi denegavit. Inter hæc admiratio timori ſociata, omnes occupat, & quid facto opus eſſet, cunctos cogitare compellit. Sed cum diu in iis hæſitarent, unus illorum, qui prudentia ceteris præſtabat, ita ad Regem loquitur: Optime Rex, ſi non me ſuſpicio fallit, homo ille qui a nobis contumelioſe tractatus, atque ignobiliter eſt compellatus, Domini eſt ſervituti devotus; cujus virtuti hoc præſtitit Dominus, ut quia a te, non ut decuit, eſt tractatus, tibi quoque ad ea quæ vis, peragenda denegetur effectus. Itaque celer ad virum Dei dirigitur nuntius, qui & de præteritis veniam impetraret, & juſſionem illius de iis, quæ agenda forent, Regi deferret. Qui citiſſime ad locum, ubi vir Dei erat, devenit; orantem eum invenit, & Regis neceſſitatem expoſuit. Devotiſſimus autem Chriſti famulus hæc audiens, Domini miſericordiam ſe honorantem glorificavit, & Regi ut ad ſe reverteretur, humiliter præcepit dicens: Vade fili & dic Regi ut revertatur. Et quia ſine benedictione receſſerat ira permotus, accipiat a Domino per famulum ejus, benedictionem, & ita revertatur ad Palatium ſubmota omni læſione.

18. Itaque ipſe orationi devotiſſime incubuit, apparitor vero mandata ſuſcipiens quamcelerrime ad Regem revertitur, quem uti dimiſerat immobilem, & ſpiritalibus vinctum reperit nexibus, & coram eo legationis ſuæ verba depoſuit dicens: Optime Principum, vir Domini, ad quem me tua cenſura ire decrevit, te ad ſe redire præcipit, & benedictionem ejus qua te ipſe iraſcendo fraudaſti, ut accipias magnopere cupit. Mirum in modum, mox ut verba ſervi Domini audivit Rex armis terribilis, potentia ſingularis, comitatus frequentia pene inacceſſibilis, ex quibus vinctus erat, ſolutus eſt nexibus. Et qui voluntati Dei, quæ in ſancto Dei viro habitabat, contrarierat & contraeundo ſemet vinciri advertit, iterum ejus nutibus parendo, ab illis, quibus artabatur, inſtitis ſolutus, quod jubebatur implebat feſtinus. Itaque abſoluto equo feſtine ad hominem Dei devenit Rex dudum tremendus, modo tremebundus: & oculos, quos dudum præ iræ magnitudine, cruenta obſederat nubes; nunc abluebat cor contritum lacrymas eliciens. Cervicem quam dudum ſuperbia reddiderat rigidam, nunc humilitas reddebat curvam. Plantis itaque Sancti advolvitur, dextera pectus frequenter quatitur, reum ſe iterum iterumque fatetur, & ut a ſancto viro indulgentiam pro his, quæ ſuperbiendo commiſerat, conſequeretur, mœſtus implorat.

Rex admiſſi veniam a Carileſo petit.

S.Carileſus Regem & comites pauco vino reficit.

19. Beatus autem Carileſus amica ſibimet humilitate commonitus, Regem proſtra-

tum

Digitized by Google

CIRCA AN. 540 1. Julii.

tum adiit humiliter & benigne erexit, devotiſſime verbis prædicationis inſtruxit, & ut deinceps talem levitatem temperaret, commonuit. At vero Princeps iterum ſe veſtigiis ejus ſubmittens, loco magni beneficii habiturum ſe dicebat, ſi beati viri munificentia vino, quod dudum nihil habuerat, nunc potaretur. Ipſe autem, qui animoſitati funditus renuntiaverat, & ſaluti Regiæ ſolummodo ſibi providendum perſuaſerat, celerrime, quod precabatur, fieri juſſit, dicens uni ſuorum commilitonum: Ocius, Frater mi, vinum huc deferatur, ſimulque calix, quo Regis voluntati a nobis obſecundetur. Quo extemplo allato, Sanctus CARILEFUS manu propria calicem implevit, & Regi poculum porrexit. Rex vero alacri animo, quod offerebatur, pro dantis dignitate potius, quam pro ſui ſapore ſuſcepit, & oſculata manu ejus ori admovit, atque eo exhauſto Divinitati gratias retulit; quod etiam omnium ejus quiſque fecit. Mirumque erat videre, vas perparvulum in tantam exuberaſſe copiæ magnitudinem, ut liquor ille viteus ubertim ſingulis propinaretur, nec tamen detrimentum inopiæ, quouſque omnes ſufficienter biberent, pateretur. Sed patet, non minoris fuiſſe meriti beatum CARILEFUM, noſtri temporis eremitam, olim Elia atque Eliſæo itidem eremiticis Prophetis, quorum unus ex hydriæ parvula farina, tam ſibi quam hoſpitæ ſuæ juſſit exuberari abundanter cibaria: alter vero ex pauculis hordei panibus centum virorum excluſit eſuriem.

Rex ei Madvallem concedit ad condendum Cœnobium.

20. Igitur Rege & comitibus ejus, quantum voluntas dictabat, vino ſatiatis, vaſculo ſupradicto nequaquam aliqua ſuſtinente diminutionis diſpendia, iterum pedibus ſancti viri advolvitur, & deprecationem in hæc verba profundit. Certum habeo, virorum optime, te Domini inhærere culturæ, & Domini ſervum, Divinitatem vero tuarum in omnibus fautricem eſſe precum. Ideoque peto, uti voto meo tuum præbeas nutum: quo ſcilicet fundi hujus Madvallenſis *a*, quanta animo tuo ſederit, accepta portione, Cœnobium Chriſto adjutore fabricare debeas. Quam petitionem, licet vir Dei diutiſſime effugerit, tamen Regii petitio prævaluit, & ut id fieret obtinuit. Nec tamen vir Domini ampliora ſpatia ſe ſuſcepturum ullo modo conſenſit, quam diurno itinere ſedens aſino poſſet obambire.

21. Hoc Rex impetrato, veluti magno donatus præmio, benedictione poſtulata & accepta reverſus eſt ad propria. Cumque illi regreſſo, & penetrale domus petenti jamdicta Deo devota occurriſſet Regina, per ordinem ei ſuorum eventum texit hiſtoriam. Ipſa vero ad hæc ita reſpondit: Frater, magnam cordi meo hæc quæ auditu addiſco, cum timore pepererunt lætitiam: Timeo enim tibi, Domine Rex, ne quid hujus rei cauſa offenſæ apud Deum famulumve ejus incurreris. Congratulor tamen tuæ ſaluti, quod præ multa benignitate ſua Deus noluit in præſenti ſuas, ſuique famuli injurias ulciſci. Oportet te operam dare ita quæ ab eo didiciſti; ne forſitan diſſimulans, inobedientiæ atque indevotionis arguaris, & leviora evitans, deterioribus plectaris tormentis.

22. Inter hæc vero devotus Chriſti famulus, non uti moris eſt terrenis commodis inhiantibus, in eo exultabat, quod ei ruralium ſuppetebat copia fundorum; ſed omnipotentiſſimæ collaudabat munificentiam pietatis, quæ unde pauperes aleret exulibuſque ac peregrinis ſolamen conferret, ſibi attribuerat. Volens etiam divina clementia ſervi ſui devotionem magis magiſque in ſui augmentare mulcendo clientelam; cum quadam die coactis Fratribus qui ſecum morabantur, agriculturæ in prædio jamdicto inſiſteret, atque raſtro terram verteret, (deerat namque illis arandi copia) beatus CARILEFUS terræ glebam ſarculo detrahens, theſaurum latentem detexit, eatenus mortalibus incognitum. Quo viſo Fratres ſuos accerſere ſtuduit, & qualiter eos Domini miſericordia conſolaretur indicavit; pariterque oſtendit, dicens: En optimi commilitones, attendite, qualiter noſtri miſericordia Creatoris, donis ſuis noſtram exiguitatem nobilitat, cui parum eſt hominum nos beneficiis ditare; niſi & opes terræ ſinibus hactenus abditas jam incipiat contradere. Referamus itaque illi gratias, eumque tota pectoris devotione ſtudeamus laudare, ut pote qui ea quæ majora ſunt, atque illi, ut ſibi competit, ſervientium munera nobis contradidit, qui ſumus membrorum ejus infima & contemptibilia. Solo itaque proſtrati, & diutiſſime ſanctam Trinitatem in hymnis & laudum decantatione venerati, tandem adſurgunt, & ſuſceptum quem repererant theſaurum, in Oratorium quod dudum fabricarant tranſvehunt. Filius namque ſummi Patris Dominus JESUS-CHRISTUS, cui moris eſt in luteis habitaculis degentibus ſuis famulis quæ ſecutura eos maneant bona demonſtrare, quo ſcilicet uberius in amorem ejus ſatagant ignice: & qui juſſerat eis, per Evangelii oraculum in cœlis theſaurum manentem condere dicendo: *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, ubi neque ærugo exterminat, neque tinea demolitur, neque fures effodiunt & furantur*, etiam terra conſiſtentes, terreno voluit invitare theſauro, ut perpenderent cujus pretii eſſet cœleſtis, ſi tanti eſſe poterat humanus theſaurus.

S. Carileſus ſarculo terram excolens theſaurum effodit.

Matt. 6.20.

S. Carileſus Adami privilegia quodammodo recuperavit

23. Itemque & hoc quiſquam forſitan nec minus digne miretur, quia dignitatem quam in protoplaſti perdidimus transgreſſione, iſte divinæ obtemperando voluntati recuperare valuit, non quidem adhuc donatus Paradiſi habitatione, ſed adhuc oneratus terrea gravedine. Scimus namque eumdem parentem noſtrum tantæ fuiſſe ſapientiæ, ut omnia terris pontique atque

---

a In Vita S. Medardi Epiſcopi apud Surium 8. Junii Madvallis fit mentio ſub finem his verbis. *Erat in pago Cenomannico quoddam prædium, quod Rex Sigebertus ejuſdem ædificator Eccleſiæ, ad ejus quam ibi Domino aggregaverat Congregationis firmaverat dominium. Prædium illud Madvallis dicebatur ex Britannica videlicet & Latina lingua nomine compoſito, quod Bonavallis noſtra ſcilicet Romana lingua vulgari poteſt interpretari eloquio.*

CIRCA AN. 540 1. Julii.

atque aeris animantia ejus crederentur nutibus, & vocata illa obedientiam non detrectarent; & congrua ſibi ſuſciperent, eo imponente, nomina. Nonne reddita videtur hæc ſancto viro prudentia, cui didicit ſæva obſecundare beſtia? & cujus rictus ſolent bene cordati viri fugere, nunc cernere erat, etiam famuli more, ejus adhærere liminibus; & veluti diſcipulum aſſiduae magiſtri limina terrentem; moxque ut præcepta illius audiſſet, avia quæque curſu petentem. Eſt etiam illud conſiderandum, quod imperioſa quæ illi attributa eſt peritura poteſtas, iſti etiam miſericorditer contribuerit divina majeſtas. Dictum eſt enim illis primis in origine creatis: *Dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli & beſtiis*. Ideoque præcellentiſſimus CARILEFUS, quia eum, qui Regalia videbatur regere ſceptra, viderat ab humana diſceſſiſſe dignitate, & potius cordi humano inſeruiſſe beſtialem feritatem; non oblitus ſuæ poteſtatem dominationis, freno orationum docuit eum iræ limitem imponere, & decetero ſe humane civiliterque tractare, ne de illo poſſet dici: *Homo, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis*. Gen. 1. 28. Pſal 48. 13.

Ejus virtutes

24. Inter hæc vero, nec dignitatem iſti video defuiſſe priſcam: quia ſicut colonis paradiſi, omni ſuppreſſo laboris ſudore, juſſa eſt tellus proventum fructuum ſponte miniſtrare; haud aliter beato viro parum quod habuit vini exiguitate oblata, didicit ſeſe extendere ad multorum ſatietatem virorum. Nec mirum eſt Sanctos viros ea quæ alterius perdidere ignavia, propria recuperare etiam in præſenti laboris inſtantia, cum ſtatuerit rerum Conditor ad eas ſedes revocare illos carne ſolutos: in quibus ſine aliquo ſui ſtatus permanerent detrimento, niſi obicem ſe præbuiſſet præcepti transgreſſio. Et quia illi humiliando ſeſe ardent divinas exequi juſſiones; æquum eſt non eos multari ea, quæ in transgreſſores lata eſt, ſeveritatis ſententia: ſed potius etiam in præſenti honorari divina munificentia.

25. Igitur vir Domini, quia tantis ac talibus ſe honoratum videbat beneficiis, magis ac magis creſcebat in variarum virtutum exercitiis. Namque in eleemoſynarum largitionibus ſemet liberaliſſimum exhibebat; in jejuniis promptum, in vigiliis ſtrenuum, necnon in omni plenitudine virtutum operatorem ſe comprobabat eximium: ita ut quodammodo ſingulariter ſententiam Davidico ore prolatam impleſſe videretur dicentis: *Ibunt*, haud dubium Sancti, *de virtute in virtutem*, quouſque hominem exuant, & Deum Deorum in Jeruſalem cœleſti videant. Pſal. 83. 4.

26. Interea circa illius eremi quæ Sanctus vir tenuerat loca quidam hominum ruſticali opere tenuem ſuſtentantes vitam habitabant, numero ſeptem. Qui divino timore & amore inſpirati, ſimulque rei novitate allecti, Dei famulum ſæpius inviſere curabant; & neceſſitatem ejus, quantum ſibi poſſe erat, ſublevabant. Sed a viro Dei theſauri ex terræ viſceribus ſibi traditi aliqua portione fuerant donati, quo ſcilicet & propriam indigentiam ejus juti ſolatio temperarent, & ædificandi Monaſterii adjutores forent. Qui & promiſſionis ſuæ memores, & ipſi quamdiu mortalibus interfuere rebus, ea quæ profeſſi ſunt, opere impleverunt. Sed & nepotes eorum hactenus devotiſſime prædeceſſorum ſuorum exempla ſectati, itidem actitare noſcuntur. Quidam incolæ ei cooperantur.

27. Inter hæc vero cum Regina ULTRUGODA Domini devotione nobiliſſima; certis nuntiis ſibi deferentibus, viri Domini vitæ qualitatem addidiciſſet, cibi ſcilicet parſimoniam, ſed & noctium inſomnietatem, necnon & veſtium vilitatem, ſed & ſuper omnia clarum in Chriſti famulatu ac perſeverantem fervorem, (erat namque ei etiam conſuetudo, cinere & cilicio corpus obvolvere, & quando ſumma exigebat laſſitudo quieti indulgere, nudæ humo corpus ſuperſternere) miſit ad eum aliquos apparitorum ſuorum, ut ſuam voluntatem Domini viro ſignificarent, loquens in hæc verba; Rumor, dilectiſſimi mihi, noſtras occupavit aures, virum hunc venerabilem qui vicinam incolit eremum, Domini eſſe familiariſſimum, & ejus ori divinum patere aditum; unde peto ut ad eum cum ſumma celeritate properetis, meique deſiderium animi pateſaciatis, &, ut ei ſatisfaciat, inſtantia precum veſtrarum obtineatis. Magnopere enim, ſi voluntati effectus detur, exopto, ut vultus ejus perfrui merear præſentia, & animam meam divinæ cupio commendabilem reddere clementiæ per ipſius interventionem. Quod ſi precibus meis annuerit, omnia fiſci illius, in cujus parte reſident, prædia ei attribuam: ut facultatem habeat, quidquid de his voluerit, agendi. Ejus conſpectum Regina cupit.

28. At miniſtri nequaquam ſegniores Dominæ ſuæ juſſionis executores ocius ad venerandum Chriſti famulum, voluntatem Dominæ ſuæ aperturi, pervenerunt. Ipſe autem parumper deliberans, tacite ſecum volvebat in hunc modum cogitationem. Unde, inquit, talia Reginæ, ut tantopere me videre exoptet diutinis * chamæleontis coloribus incultum, jejuniorum ſqualore horridum; rurali exercitio nihil aliud quam ruſticum, pannorum vilitate deformem, prudentiæ tenuitate degenerem? Novi certe, novi virulentam veterni hoſtis calliditatem, qua in Paradiſi amœnitate per femineam imbecillitatem fregit viri vigorem. Ideoque æquum eſt mihi cavere muliebrem aſpectum; ne capiar ego laqueis inimici, incolens ſqualida eremi loca, ſi irretitus eſt ſuaſionibus ejus ille qui Paradiſo fruebatur cum vitæ jucunditate etiam collocutione divina. Itaque deliberationi cito finem imponens, nuntiis Reginæ ita refert: Ite, inquit, optimi juvenum, & Dominæ veſtræ hæc mea verba referte. Si quid prævaleo pro ea exorabo: certum tamen habeat quamdiu in corpore fuero, faciem me mulieris nequaquam viſurum: neque hoc Cœnobium, quod Domino præcipiente conſtruai, ingreſſus mulieris unquam patebit. Neque enim

Ille negat. * al. diutius ſudoribus incultum. Mulieres a ſui Cœnobii ingreſſu arcet.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

decet nos, qui de Chriſti cenſemor familia, vendere noſtrom mulieribus aſpectum, aut pro capeſſenda terra inimico generis humani noſtram proſtituere animam. Ideoque animum ſuum ab hac inteotione ſubmoveat, & fiſci ſui partem cui libuerit attribuat. Quæ conſuetudo in eodem Monaſterio, Deo ſavente, hactenus manet inconvulſa a.

Regina a deſiderio deflectit.

29. Præpropere autem ad Dominam reverſi famuli, reſponſa ſibi tradita retexunt: Regina namque triſtitia magna afficiunr. Nec tamen illa ultra rogare appoſuit, ut faciem viri Dei cerneret: eo quod & Sanctum virum inquietare pertimeſceret, & per rationem ſatisfactum ſibi judicaſſet. Ipſe vero devotus Dei famulus adeo a cunctis judicabatur reverendus, ut operum ſuorum clareſcentibus meritis, nullus ejus voluntari conaretur reluctari. Cernebatur namque vultus ejus Angelico veloti utens aſpectu; & ſecundum ſcriptoram, voltus indicabat mentem. Aderat illi morum temperantia æqua lance trutinata; circa exercitia Dominici cultoa animus devotiſſimus amorque inexhauſtus: jam vero verba, quæ diceret, ſale ſapientiæ condita cerneres divinæ omnibuſque communicare ſui fragrantiam odoris. Hæc omnia ſuper fuodamentum fidei Chriſtianæ in corde ſuo collocaverat; Chriſtum adhibens ſtructuræ ſuæ perpetuum ſundamentum, qui eſt vera petra, ſuper quem omuis ſtructura ſtabilita, creſcit io templum ſanctum iu Domino.

Carileſi virtutes.

30. Erat ei interea circa peregrinos & eaſules magnus dilectionis ſavor, itaut uon ſecus quam ſibi hærentibus, alimoniam ſubminiſtraret, tegumentaque præberet. Hujus pede cœleſtis deſiderii compreſſus ſuccubuit amor mundi: huuc tremuit hoſtis antiqui peoc invincibilis aſtutia: decipulaſque ſuarum ſero gemuit tranſilitas nugarum. Quia ſcilicet agonis certamen non propriæ virtuti aliquid tribuens aſſumpſit, ſed Chriſti ſultus auxilio, & inſtructus exemplo, contra hoſtes ejus ipſo duce militavit. Roborabatur namque iu eo naturalis infirmitas carnis ardore intimo charitatis, imbecillitatemque corporearum vitium ſolabatur copia ſpiritalium charismatum, ſimulque illud Apoſtolicum hortamentum: quia

Rom. 8. 18. *non ſunt condigna paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis*; item-

Act. 14. 21. que, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*. Hae atque alia ſacræ Scripturæ documenta, tamquam ſal ſpiritale, fluxa mundi gaudia atque ſæculi pituitas ab eo exſiccabant, & ad ſemper manſura cor illius ignibant. Hæc illius exercitatio, hæc continuata contra diabolum extitit decertatio, donec tandem optata quiete poſt laboris excurſum a Domino ei frui conceſſum eſt, & operis ſui recompenſata remuneratio.

* al. his atque hujuſmodi agonibus inſudaret.

31. Dum igitur beatus Carileſus multis * modis agoni inſudaret & pene infatigabili intentione ſe ſe avidus præliator hoſti protervo ad ſingulare quotidie certamen objiceret, agminibuſque monaſticis undequaque ad ſe confluentibus æmulamina ſuarum virtutum invictiſſima relinqueret; finis inevitabilis cunctis mortalibus oſtium corpuſculi ejus cœpit pulſare: ut anima Deo dilecta diutiſſimis revincta catenis carceralibus, tandem libera ſervitutis rumperet vincula, & Regi ſuo occurreret in gaudium ejus ſuſcipienda. Acri igitur febre corpore prærepto, medullæ ejus igne gemino perurebantur, & ſanguinis unda per membra ſingula ſiccabatur: Spiritus tamen, carnis infirmante vigore fortior reddebatur, & ad Domini faciem deprecandam, quo celerrime ſoluto carnis vinculo liberaretur, magis ac magis accendebatur,

S. Carileſi morbus extremus & obitus.

Philip. 1. 23 *cupiens* ſecundum Apoſtolum, *diſſolvi, & cum Chriſto eſſe*. Divinitas autem fautrix bonarum precum & rationabilium ſuſceptrix vocum, ipſius preces benigne ad ſe admiſit, & quod anxie petebat pie implevit. Denique reſolutione jam vicina, cohortibus Monachorum circum ſe adſtantibus, & quæ ventura erat ei præſtolantibus, paulo poſt futuram ſuam eis prædixit reſolutionem: & prout poſſibilitas permiſit, ut ſui memores eſſent, his verbis admonuit: Filioli, adeſt mei finis irrevocabilis hora: ideoque peto ut veſtri memores, memores quoque Chriſti, fidem rectam ipſi ſervetis, neque ulla commixtione adulterina eam commaculetis. Obedientiam item charitati connexam veſtro in corde & opere tamquam ſingulare Chriſti imitamen conſtituatis; ut non tantummodo pœnas poſſitis evadere gehennales, ſed etiam Domino tribuente percipere mereamini veluti devotiſſimi milites coronas triumphales. His & his ſimilibus documentis, tamquam ultimum vale Fratribus dixit, & cœlicum cœlo collocandum reddidit ſpiritum.

Diſcipulorum dolor de ejus obitu.

32. Jam vero eo migrante, quæ lingua explicet, quiſve ſtilus percurrat, qui fuerit circumadſtantium dolor, qui pectoris anxii ſingultus, & crebris pulſati pulmonum ſuſpiriis? qualiter loqui volentibus, atque orare nitentibus, media interrumpens verba, locutionem interdixerit doloris magnitudo? Etſi enim gaudebant ſe ad cœlos tantum præmittere Patronum; nequaquam tamen ab eo ſine dolore poterant divelli, cujus verbis conſueverant adhortari, & imitamine in Domini amorem ſubinde augmentari. Corpori autem fune-

Ejus ſepultura & miracula.

bria impendentes obſequia, cum magna diligentia loculum præparaverunt, & in Baſilica, quam ante obitum ſuum ipſe ædificavit, terræ mandaverunt. Quem locum Dominus JESUS-CHRISTUS ſapiſſime ad demonſtrandum, quem circa famulum ſuum habuerit, favorem, mirandorum operum oſtenſionibus conſuevit nobilitare. Neque enim vel ejus operis finit brevitas, vel ſtilo ſappetit facultas enarrandi, quot cæci poſt illius exceſſum ad illius ſepulchrum receperint viſum, vel debiles ſanitati ſint redditi, ſed & dæmo-

a Iſtud interdictum etiam de Eccleſia intelligendum eſt, ut patet ex libro Mirac num. 12. Eadem diſciplina in pleriſque Cœnobiis Gallicanis viguit, ut in Præfatione noſtra obſervavimus. Lege Mirac. S. Joannis Reomaenſis num. 9.

dæmones ea obſeſſis corporibus propulſi, necnon plurima ſine mortalibus per interceſſionem ejus a Domino collata beneficia. Sepultus itaque eſt vir totius boni ſpeculum, Kalendis Julii terra plorante, cœlo lætante: regnante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & gloriatur Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

MIRACULA S. CARILEFI

AD IPSIUS SEPULCHRUM FACTA.

Scriptore anonymo, qui ante S. Carilefi Tranſlationem, Normannorum tempeſtate peractam vixiſſe videtur.

Ex MS. cod. Aniſolenſ.

1. ARDOR ineſt animo paginæ hoc nihilominus committere opus dictu mirabile, quod cuidam Curiali contigiſſe, veterum relatione dicitur. Poſſeſſio eſt Monaſterii longius ſita, cui vicinus aſſidebat vir, inter ſuos primus, mente tumidus, ſuperbia elatus, in rebus tranſitoriis acquirendis avidiſſimus, cœlicarum nil curans: ob idque multa inferebat eidem beati Carilefi fundo incommoda; variis afficiens injuriis incolas villæ ſibi contiguæ. Inſuper & damno rei familiaris contumeliarum addebat diſcrimina, ſi quid muſſitare præſumeret ipſorum quilibet. Amaritudinis ergo tandem affecti dolore nimiæ juris viri Dei Carilefi ſervuli, nullum jam ſibi reputantes poſſe aliquid provenire ſubſidium, poſt diutinæ calamitatis incongruens dominium, ſumptis viæ longioris neceſſariis, munera ſecum vehentes competentia, quibus placidum ſibi proprium facerent Dominum, ſi offenſæ alicujus tenerentur rei, immo & Salvatorem noſtrum Redemptorem omnium, Cœnobium almi CARILEFI ſupplices adeunt. Tardius ſed Baſilicam ingreſſi, longiori feſſi jejunio, altera die qua pedes domibus extulerant, cum Fratres veſpertina expleta ſynaxi remearent ad propria diverticula, petiere cuſtodem ſacri ſepulchri, uti indulgeret eis deplorare vocibus querulis proprium Dominum: præferentes manibus munera quæ ſecum devexerant. Et ipſe exterioribus commorans diutius in exitibus, juſſit uni condiſcipulorum ſuorum altius ingemiſcens, cuncta ad quæ vellent acceſſum adhibere, reſerare ſecretorum intima; & hoc, poſtquam reſcivit eorum cauſas neceſſitudinum, ac calamitoſa pericula, condolens perhorruit.

Villici Cœnobii S. Carilefi adverſus vexatores eum vindicem habent.

2. Verum illi cum orationibus diutius incubuiſſent, lacrymoſos addentes gemitus; ſurgunt altari nudato a duobus, qui geminis foret conſtiterant lateribus, faſces virgarum manibus tenentes, altare ſacrum verberare cœperunt ſimul clamantes: Cur nos, Domine, non defendis piiſſime? cur hic obdormiſcens noſtri obliviſceris; cur famulos tui juris ab hoſte non liberas immaniſſimo? tu qui liberabit, ut poſcimus. Utquid cum procul a te habitemus, non præſentem quoque illic te potentia, ſi digneris, eſſe credimus? cur quod humana nequit manus, Deo conſors, & Angelorum atque Archangelorum ſocius, divinitus non operaris? Talibus attoniti vocibus accurrunt cuſtodes, ſimul & rei novitate permoti, non ſine indignatione, eos ſacris expellunt locis. His itaque peractis citius ad propria cum metu reverſi, hoſte ſe caruiſſe lætari ſunt ſæviſſimo. Contigit enim Vicarium, qui eis crebras ingeſſerat poſt damna contumelias, equitantem eadem hora, ut veriſſime notatum eſt, leporem venandi obtentu inſequi. Exitiali ergo quadam cogente manu, equo dejectus, fractis expiravit cervicibus, timoremque metus & reverentiam cunctis, cognoſcere qui poterant, intulit, ne quis temerare unquam poſſeſſiones viri auderet venerabilis CARILEFI, aut ſui Cœnobii.

3. Nec prætereundum cenſeo admirandum in quodam patratum miraculum, qui ita contractus nervis obſtupentibus obvenerat, ut calcanea ipſius hærerent natibus. Devectus ſiquidem ea poſſeſſione Monaſterio contigua, ex qua & oriundus extiterat, propinquorum manibus ponitur in Baſilica quam vivens vir Dei Carileſus ſenio labantem ſudore reædificavit proprio. Ibi igitur commorans, poſtquam pro eo aliquantis diebus oratum a Dei Servis eſt, vidit matutinali peracto officio, corporali, ut ſæpiuſcule referebat, intuitu, aſtare prope Sequendam in habitu Sacerdotali canitie venerabilem; manum ſibi dantem, & ut ſurgeret bis ac ter imperantem. Ruptis ſedenim ad vocem jubentis nervorum nodis duriſſimis, cruoris aſpergine commaculatus, tentat quod neſcit trepidus iter. Genibus atque plantis inſuetum appetens opus, pergit imitabundus ediſcere progrediendo, quod ea multo obliviſcendo perdiderat tempore. Tantam itaque conſecutus eſt in eundo valentiam: ut equeſtri diuturnitati auderet ſe ſe in viando committere; & non tantum committere, ſed etiam hanc ſuperare ut veriſſimis approbatum eſt indiciis, jactitaret. Cujus & perſonam nomine tenus deſignatam, ſi aliquid commodi noſtræ chartulæ contraderet.

Homo pedum officio deſtitutus ſanatur.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

Energumenus liberatur.

* le Dunois

4. Auribus terrigenarum ad excellentiæ prærogativam Carileſi venerabilis efferendam commodum inſimulare duxi: quod divinæ virtus potentiæ ſæculis præmonſtrara decrevit. Arvigena pagi Dunenſis *, cum die Dominica plauſtri, boumque agitator abſque arbitris, in ſaltum pergere diſponeret, comitatus puero, ante matutinam proficiens, ultori ſpiritui traditus, hac ultione eſt divinitus coercitus. Depoſita igitur Patroni proprii potentia, quu ſibi cœlitus nequam imperare ſpiritibus poteſtatem fore conceſſam credimus; ſupra nominatorum Martyrum ac Confeſſorum antiquiora tentavit adire ſuffragia. Quorum memorias multis peragrando diebus, Martini videlicet, Hilarii, Martialis, Dionyſii, ceterorumque, quos meritorum excellentia mundo clariſſimos reddidit; dum ulterius progredi tentaret, accepit in ſomnis mandatum, ut propriam ſupplici voto expoſceret Dominum, cujus juris ſibi meminiſſe deberet: ocius igitur properaret, quia beati meritis CARILEFI ſalus ereptionis illi eſſet eventura: & quod alii præſtare ſuperſederant, indulgentiſſime ipſe largiretur. Quapropter ultro æger accurrens almi depoſcit Carileſi merita, flebilis orat, vincula ſibi laxare poſtulat, quibus retinetur, inimici. Exactis autem aliquot diebus, (nam & lapidum motibus ſe concidebat, & ictibus collidebat ſuſtium) propenſius tamen eum in oratione ſe Dei Servi proſtraviſſent, Domini jam jamque miſerentis clementia, per Sancti cujus adierat limina, & petebat interceſſionis munia, præclara merita reſipiſceos, ſolvitur vinculis atrocis hoſtis, cui horribiliter enecandus traditus fuerat. Sed huic liberatori proprio non ingratus, uſquedum hominem exuit, in ejus deſervivit, nuſquam longius progrediens, excubiis.

Cæcus curatur.

5. Prurit etiam mentem illius ſigni addere magnitudinem, quod utilitati mortalium olim proveniſſe, nulli venit in dubium. Cum rotans anni vertigo feſtivum reduxiſſet diem, quo convenit mortalibus ejus ſacrum ad memoriam reducere tranſitum; undequaque multi confluxere nobilium ſimulque & ignobile vulgus. Verum affuit interque infirmorum diverſo remedio egentium turbas convenit cæcus præterea ſeptuagenos ætatis excedens annos, ſpe deductus medendi inter plures ex longinquis oris affuit, implorator pietatis exiſtens Dominicæ, ſimulque & viri venerabilis poſcens ſedulus elementiam. Nec fiducia devotionis fruſtratus, fuſis humilitee precibus, dum Miſſarum ſolemnibus intereſſet muniis, & Evangelicæ, Levita pronuntiante, depromerentur lectionis oracula, ſenſit divinæ animadverſionis ſubitum proveniſſe auxilium. Et quodam ignoti vultus ac venerandi habitus Sacerdote, ſibi dextræ manus protenſione tergente oculos, reſpexit illico faciem legentis, nitoremque intuens veſtium, ſecum quod factum fuerat, mirabatur. Itaque Miſſarum completa ſolemnitate, dum cunctis egrediendi pateret aditus, domum egreſſus eſt Eccleſiæ, negavit manum ductoris propriam, ſeque ſciſcitanti puero, cur baculi renueret obſequium, reſpondit meritis Domini Carileſi, tantæ claritudinis ſe viſionem adeptum, ut numquam lucidius fuiſſet fruitus, dum ætatis eſſet juvenilis floridus in annis, gratias omnipotenti Domino referens ſimul & ejus famulo, rediit dum a Servis Dei ſextæ horæ compleretur officium, coram quoque cunctis adſtantibus, quæ circa ſe acta erant retulit, omneſque ad laudes Divinitati referendas excitavit protinus.

Item mutus

6. Operoſum eſſe forte cenſeo, illius munificentiam ſigni huic addere operi, quantam aſſecutus eſt quidam elinguis, accola pagi Senonici. Is cum ſtipis poſcens alimoniam, quaquaverſum voluntas dictaſſet, figeret greſſum, mendicitatis obtentu ſemet atque recreari geſtiens Cœnobium beati Carileſi adiit. Et quod vocis carens officio linguu nequibat edicere, manus protenſione ac tabellarum colliſione lignearum miſericordiæ poſcebat opem. Inter hæc convenere Servi Dei hora congrua in Eccleſiam Miſſarum celebraturi ſolemnia, accurrit inter plures & mutus, aſſequi ſacram cupiens audientiam. Devotiſſimis igitur poſtulationibus, viri Sancti poſcens indulgentiſſimam pietatem, admiſſorum ſcelerum veniam precabatur attentius. Cum autem ad Apoſtolicam, ac ſubinde ad Evangelicam ventum eſſet ſacram recitationem, ſubita fibrarum diſruptione linguæ contiguarum ſanguis cœpit effluere. Illico æger priſtini ſermonis recepit officium; ac gratulabundus ad propria remeare contendit, redditis pro gratiarum actione continuo laudibus.

Item contractus & cæcus curantur.

* vas vimineum

7. Fervidus mentis calor admodum inſidet ſupremæ committere magnitudinis paginæ opus mirabile, quod unius temporis momento duobus debilibus haud diſſimile præſtitum eſt beneficium, quorum alter qualo * devectus puer ad limina beatiſſimi Carileſi projectus eſt a parentibus, omnimodis pedum carens officio, & ab utero nodoſæ congelationis tempore compliciti nervi, poſteriores progreſſi petierant partes. Proque manibus terra tenus gerula nutrix, reptare potiſſimum docuerat, quam corporeis ſuperpoſitum baſibus viando poſſe ire. Alter vero adultus jam ætate, dum viriles attigiſſet annos, in diutinæ infirmitatis fatigatus labore, miniſterio pedum amiſſo contractus ambulare reptando manibus, non pedibus noverat. In qua lectuli quoque detentione oculorum amiſſo lumine cæcus factus erat. At pene jam viginti labentibus in infirmitate annis, ſpe recuperandæ ſanitatis actus, virum venerabilem Carileſum adierat. Nam juvenis famulus ejuſdem fuerat Cœnobii, verum in infirmitate deſtitutus, ad propria remeaverat ſoli. Paſchali igitur ſolemnitate ingruente veſpera venerabili, in qua jejunium a devotis Chriſti cunctis celebratur Fidelibus, uterque eorum delatus in Eccleſiam, cum cetera turba ſacrum audire cœpit officium. Et ecce ſubito, dum ſacræ perſolvuntur devotionis munia, exortus impar ab utroque clamor, Sanctum Carileſum invocantium, in eos omnium permovit intuitum: cunctorum oculi præ gaudio exundavere lacrymis, & unanimes precaban-

CIACA AN. 540 5. Julii.

cabantur dicentes: Miſerere eorum, Domine, ſuccurre vir beate Carileſe, ſolve ſatanæ vincula, quibus retinentur aſtricti. Id etiam Devotus aſtans ejuſdem Cœnobii Abbas cum turba Monaſtica, refertos oculos lacrymis addens; etiam plura concinebat ea animo. Igitur ante Miſſarum initia, alter eorum greſſum, alter quoque cum greſſu recepit & viſum. Cuncti qui ora pro eis in oratione ſolverant, in gratiarum actionem Domino famulove ejus Carileſo convertuntur, *Deo gratias*, Deo laudes omnes dicunt: & nullus invenitur, qui laudis non ſolvat debita Chriſto.

Debilis pedibus erigitur.

8. Huc accedit gloriæ Juſti congruens illud miraculum. Nam quidam invalidus pedibus, manibus propinquorum ad Cœnobium jam dicti CARILEFI adductus in Eccleſia ponitur. Preces ſupplicationeſque funduntur pro incolumitate adjacentis ægroti; is enim ſecundum peritura ſæculi dignitatem clarus proſapia ortus nobiliter fuerat, FALIA nomine, ſed aliquanta actus atteſtatione, hoc carens vocabulo, per opem viri Dei recipere meruit felicius quod amiſerat ſanitatis commodum. Igitur adveniente ſolemnitate, qua beatus Carileſus ſæculo abſcedens, felicius victurus cum Chriſto migraverat, ejus ad tumbam diutius excubans ægrotus decubuit. Pro ſcelerum abolitione ſupplicans Dominum famulumve ejus, interceſſorem ſuorum quærens peccaminum, nec minus ſpe recuperandæ ſanitatis illectus, ſuffragium Sancti poſcebat ea animo. Tandem deſatigato ſomnus irrepſit, genamque genæ imprimens, illico ut obdormivit, adſtantem ſibi cernit virum in habitu ſacerdotali conſpicuum ac venerabilem. Is ſibi manum protendens, imperat, ut ocius ſurgat. Illico evigilans ruptis fibrarum nodis, & nervorum complicationibus, effluente abundantiſſimo eruore, uti aſtare cœpit tremulus. Et quid erga ſe actum ſit adſtantibus retulit alacriter ſuffuſus gaudio.

9. Retexam, ſed enim parum prolixius, hujus infelicitatis hiſtoriam, quatenus quid in eum divina geſſerit clementia mortalibus pateſcat. Verum ea ipſa referemus, quæ ipſo intimante cognovimus. Ab ineunte ætate atque pueritia mutus, mancus & contractus fuerat. Verum orbatus utroque parente, in hereditate locupleti relictus ab avunculo proprio Romæ perlatus eſt. Ibi aliquandiu demoratus, linguæ officium recipere meruit, ac manuum miniſterium aſſecutus eſt. Cui & hoc intimatum eſſe dicitur; quia in oris Galliarum pedum redditio ſibi maneret fore ventura. Quam juvenis indeptus, juxta quod ſupra relatum eſt, magnas mandatori ſuo referens gratias, diu manſit in Monaſterio, ſtipe paſtus Eccleſiæ, uſque dum ejus veſicæ turgentes, & vulnerum ſanarentur loca, quæ evenerant pro extenſione venarum atque nervorum reſolutione. Et quid divinitus aſſecutus ſit plurimis referebat percunctantibus.

Quidam a calculi morbo fit immunis.

10. Tradam & illud mirabile quod beati CARILEFI meritorum prærogativa noſtro ævo attribuere dignata eſt. Quidam puer calculi morbo vexatus, atrociter laborabat, mœſtiſſimos reddebat parentes, patrem dico ac matrem qui quotidiano affectu quaſi quædam funebria obſequia filio videbantur impendere. Tandem carnalia meditantes captant conſilium, ut natum eumdem medico dirigerent nominatiſſimo & exercitatiſſimo; qui eodem degebat beati CARILEFI Cœnobio. Itaque equo invectus, ſtipatus hinc inde ſatellitum cuneis (nobiliter enimvero fuerat natus) ad Monaſterium viri Dei pervehitur. Sed accidit ut ea ipſa die annua ejus ac venerabilis celebraretur ſolemnitas, qua puer Monaſterium jam dicti venerandi adierat. Poſt orationem dum vacaret audientiæ Miſſæ, affuit voluntas digerendi liquoris acrius eliai officio veſicæ. Progreſſus illico, applicuitque cuidam contiguo parieti lapidum calciſque levigato compage, ternos minxit lapillos. Quorum intercluſione meatuum depoſita ſaniſſimus redditus, non ingratus, tam ipſe quam ſui ductores beneficii largitori, ſepoſita externa medendi cura, ſpretaque pigmentorum pulverulentorum contuſione, ad propria alacres rediere, narrando vulgantes Chriſti miracula, qui in ſervis ſuis operatur abundantiſſima munia. Exuberant talium operum Sancti mirabilia, quæ ad laudem individuæ Trinitatis paginæ commiſſa cernuntur, ut cujus ſit in cœlo meriti clareſcat in terris, cujus pulviſculus affluit beneficium abundantia.

Mulier punitur ob tentatum Monaſterii ingreſſum.

11. Cum in aula celebraretur Regali, & per ora curreret vulgi, Beato Carileſo numquam cordi fuiſſe, in vita ſua mulierem videndi; ſed & petitionem fudiſſe ad Dominum, ut a Cœnobio ejus muliebris arceretur conventus, quod & impetraſſe a Domino prædocuimus: Cujuſdam inhoneſtæ mulieris cor ſatanas adeo face incredulitatis ignivit, ut utrum necne verum eſſet, quod fama volitante jactabatur, experiri conaretur. Erat autem nomen mulieris GUNDA. Quæ perſuaſioni lubrici anguis, Evæ ſequendo veſtigia, obſecundans, comam incidit capitis, ut præciſo capillorum mentiretur ſexum virilem; inſuper & contra Dei jura, virilia ſumſit indumenta, quatenus, ſicut prædictum eſt, quæ contra Dei voluntatem erat factura, contra conditionem primævam, & legem divinam, moremque mortalium ſemet immutans, iret quaſi aſpectui Divinitatis & ſervorum ejus illuſura. Itaque armis accincta, baculoqua quaſi pro potentia & decore innixa, veluti portentum, ſicut ſe res habebat, diabolicum, tandem pervenit ad Monaſterium. Invidus enim diabolus, idcirco vas ſibi amiciſſimum intravit, ut an vera eſſent quæ ſervo Dei conceſſa fuerant exploraret: quatenus mentes mortalium ab amore illius loci tepeſaceret; & lucrum, quod inibi per dies ſingulos Domino acquiritur, adnullaret. Sed moris eſt ſapientiæ Divinæ, ut Scriptura dicit, draconi illudere, & ejus calliditates deceptioni humani generis præparatas ad utilitatem viventium convertere: quatenus unde ſibi cogitaverat lucra conquiri, inde cum contingat graviora detrimenta pati.

CIRCA AN. 540 1. Julii.

12. Nam cum prædicta Gunda Oratorium, quo Sancti viri corpus humatum fuerat, & hactenus veneratur, adiſſet, & Fratres laudes Domino debitas conſueto more decantaturi convenirent, apertis oſtiis ipſa domum cum magna audacia temeritati mixta irrupit, & urnam, qua ſancti tegebantur oſſa viri, impudice adire voluit. At vero ea domus interiora petente, & curioſe perſcrutari volente; gemina capitis ejus lumina crepitu repentino mulctata ſunt, & quæ irreverenter inconceſſa contemplari voluit, ad ea quæ conſueverat videnda jus viſionis amiſit. Nam ſimul & a dæmone pervaſa, undam cruoris teterrimi per os arca ejus pectoris repente emiſit. Quæ ubertim defluens, terram cruentando madefecit. Quæ cum eliſa in terram, immenſis torqueretur cruciatibus, novitate tormentorum ora in ſe convertit circumadſtantium, & quidnam illi accidiſſet penitus ignorantium. Et primitus quidam arbitrati ſunt eam maſculini eſſe ſexus, & cauſa deflendorum reatuum Sancti viri adiiſſe limina. Viſa autem lymphatica ejus jactatione, ſimul & dentium horribili ſtridore, ſcrupuloſiſſime ab ea cauſam rei perſcrutari ſtuduerunt: illa autem actuum ſuorum, infelicitatiſque propriæ retexuit hiſtoriam; omnibuſque palam claruit præſumptionem in ea tali flagello fuiſſe plexam; & ne unquam fragilitas humana in talibus auderet laceſſere divinam potentiam, hujuſmodi caſtigatione commonitam eſſe.

13. At vero Servi Dei, qui ad laudes recitandas Domino venerant, operi cœpto inſtiterunt, uberrimas Sanctæ Trinitati gratias referentes, quod promiſſa quæ Sancto Carileſo ſtatuerat, inconvulſa perſeverare decreverit, ſimul & ſi dubietas de hac re in aliquorum remanſerat cordibus, tantis jam propulſabat miraculorum indiciis. Unde & eamdem mulierem in ſua voluit permanere percuſſionis ſententia, quatenus manifeſta daret indicia incredulis divinorum verborum, qua feriendi eſſent ſeveritatis jactura. Qui mos hactenus circa eumdem locum a mulieribus quidem religioſis amore & veneratione obſervatur religionis: quas autem non arcet amor devotionis, coercet ſententia talis divinæ animadverſionis. Operæ pretium eſt illud intimare miraculum quod ad magnificentiam atque amplitudinem gloriæ ſervi ſui Dominus oſtendere dignatus eſt.

Energumenus a B. Petro ad S. Carileſum liberandus remittitur.

14. Quidam Galliarum nobiliſſimus, opibus refertus opimis, locuplete familia diverſæ ætatis undique ſeptus, cuneis obſequentium fultus: ſpiritui immundo traditus, horrendam frendens, vexabatur atrociter, rationiſque inops cum ſenſu vocem quoque humani ſermonis peſtilens inimicus ademerat, & frangens potius verba quam eloquens, more canis rabidi, ore hianti, ſonum emittens bacchando huc illucque vertebatur. Fit interea diſcurſus affinium, ac omnis familiæ multis accurrentibus nec ſuccurrentibus, mente captus, quos attingere poterat, laniare tentabat. Loris ſed cum duris a ſuis aſtrictus eſſet, loca Sanctorum diutino abſque ſanitatis efficacia perluſtrans labore, tandem perducitur, & ut verius fatear, trahitur ad beati Romæ Apoſtolorum Principis limina Petri. Ibique eventum rei præſtolantes diebus noctibuſque ſui excubabant Domini flagitantes clementiam, ut famuli ſui pœnis exhauſti jam jamque miſertus, per orationem Apoſtolicam opem ferre ſanitatis dignaretur. Igitur cum poſt multam energumenus debacchationem, feſſus ſopore membra laxaſſet, capiti viſus eſt aſtare ſenex admodum venerandus, canitie compius, trabea circumamictus candida, lacerna decoratus nivea, talique mente captum voce compellans: quid incaſſum his homo miſerationis degens demoraris in oris? ſurge & nativum revertens ad ſolum, beati noſtri Fratris Carileſi poſce ſuffragia; illius enim meritis Dominus te ſanitati reſtituet. Hac admonitione certificatus æger, relicto ſtratu, cuncta quoquomodo potuit, pandit ſibi adhærentibus, movetque uti actu peragant ocius juſſum quod didicerat. Et unus eorum ætate & dignitate provectior, eadem ſibi a Domino imperata bino juſſu fatetur. Tandem ergo reverſi, beati adeunt ſupplices limina CARILEFI, ibique intra paucos dies, valentiam æger captivus plenæ adeptus ſanitatis munificam, grates retulit omnipotenti Deo, famuloque ejus eximias, ac ſubinde locus ejuſdem Cœnobii augmentari creſcendo cœpit in majus, fama virtutum beati viri ubique diffuſa.

Mutuæ SS. Carileſi & Dionyſii in ſuis ſubditis curandis vices.

15. Hic quoque illud juvat adnectere factum mirabile quod cuidam cæco contigiſſe narratur. Nam dum unus famulorum beati DIONYSII, lumine orbatus gemino, ejuſdem beati præfati CARILEFI poſceret medelam, interceſſionis juvamine ocius aſſecutus eſt quam ſperaverat ſanitatem. Nam ſanguinis unda facie perfuſus dum ante tumbam corporis beati viri ſolo decubuiſſet, hauſtu cœli lumen amiſſum, cum admiratione cunctorum adſtantium, ac Domino famuloque ejus gratias referentium recepit. Paucis vero interjectis diebus, dum alter ex familia beati Carileſi, Sancti adiiſſet limina Dionyſii [a] cauſa deflendorum reatuum, & ejus ſimiliter precaretur opis clementiam, quia & ipſe cæcitate plenus erat, ut fertur, diutina; inter preces prolixius ſoſas obdormivit, viditque beatum Dionyſium in habitu Pontificali ſe vocantem citatum proprio vocabulo, ac ſibi dicentem: Cur mea, o homo, queris ſuffragia, dum Frater noſter Carileſus abunde tibi impartiri valeat ſanitatis commoda? ab ipſo quoque hæc te ſperare decuerat. Cui reſpondit æger non ſe diffidere de meritis proprii Domini. Illum tamen ſibi ſore teſtatur contiguum, proque me ab ipſo opem poſcere debes. Et vir ſanctus: Quia ille cuidam virorum meorum hominum nuper ſimi-

---

[a] *Auctor Vitæ qua uſus eſt Surius ſic ſcribit:* Ad Oraculum beatiſſimi Dionyſii Confeſſoris & Martyris, quod eſt ultra Leido flumine in loco qui dicitur Noviento, in ſolemnitate ipſius Martyris cauſa orationis perrexit, &c.

ſimillima dona illuminationis contulit, ſcias te protinus Domino miſerante illuminandum. CIRCA AN. 540
Et tactis oculis evigilans continuo æger, cruore ſuffuſus ora, in laudibus attollitur gaudii. 1. Julii.
Hauſit cœlum, & lumine recepto, nullo egens ductore, ad propria rediit.

MONITUM.

Sancti Carileſi Reliquiæ graſſante Normannorum ſtrage in Caſtrum Bleſas, vulgo BLOIS, *diœceſis Carnotenſis ad Ligerim ſitum translatæ ſunt, aſſervanturque hodie in Oratorio S. Carileſi dicto intra Caſtri ambitum, præter ſincipus quod cum duabus vertebris in ipſius Sancti Monaſterio Aniſolenſi habetur. Reverendus P. Damnus Joſephus Deſormes tum Prior ejuſdem Monaſterii ad nos tranſmiſit litteras Illuſt. Jacobi Leſcot nuper Carnotenſis Epiſcopi, quas hoc loco referre juvat.* Nos Jacobus Leſcot Dei gratia & auctoritate Apoſtolica Carnotenſis Epiſc. in præſentia Sereniſſimi Principis Domini Gaſtonis Ducis Aurelianenſis & Carnotenſis, Comitis Bleſenſis ac Ludovici XIV. Franc. & Navarræ Regis Chriſt. Patrui, Sereniſſimæ Principis ejus uxoris .... anno Inc. Dominicæ 1653, Dominica 21. Menſis Septemb. tranſtulimus partem oſſium S. Carileſi Conf. membra S. Beſorii, Corpus S. Barachii Mart. &c. Et in capſa ubi erant recondita prædicta oſſa S. Carileſi, Nos Epiſcopus Carnot. reperimus breviatum quoddam in pergameno deſcriptum, ſanum & integrum ſub hujuſmodi tenore: Ego VVILLALMUS Dei gratia Senonenſis Archiep. & Apoſt. Sedis Legatus tranſtuli partem oſſium B. Carileſi 8. Kal. Septemb. regnante LUDOVICO filio LUDOVICI Senioris, anno ætatis Domini PHILIPPI filii ejus ſexto, præſidente caſtro Bleſi THEOBAUDO Comite filio THEOBAUDI viri bonæ memoriæ Comitis Senioris. Factum eſt hoc anno Inc. Dominicæ 1171. *&c. Prædicta S. Carileſi Eccleſia Bleſenſis olim Benedictinis Monachis addicta, titulus eſt Prioratus, qui Abbatiæ Burgi medii Canonic. Regul. Ord. S. Aug. ſubditur.*

VITA S. ÆQUITII ABBATIS

CIRCA AN. 540
11. Auguſti

Ex Gregorio Magno *lib.* 1. *Dial. c.* 4.

1. FORTUNATI viri venerabilis Abbatis Monaſterii, quod appellatur Balneum Ciceronis, aliorumque etiam virorum venerabilium didici relatione quod narro. Vir ſanctiſſimus ÆQUITIUS nomine in Valeriæ partibus vitæ ſuæ merito apud omnes illic magnis admirationis habebatur, cui FORTUNATUS iſdem familiariter notus fuit. Qui nimirum ÆQUITIUS pro ſuæ magnitudine ſanctitatis multorum in eadem provincia Monaſteriorum Pater exſtitit. Hunc cum in juventutis ſuæ tempore acri certamine carnis incentiva fatigarent, ipſæ ſuæ tentationis anguſtiæ ad orationis ſtudium ſollertiorem fecerunt. Cumque hac in re ab omnipotente Deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam adſiſtente Angelo eunuchizari ſe vidit, ejuſque viſioni apparuit, quod omnem motum ex genitalibus membris ejus abſcinderet: atque ex eo tempore ita alienus exstitit a tentatione, ac ſi ſexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio, ut viris ante præerat, ita cœpit poſtmodum etiam feminis præeſſe. Nec tamen diſcipulos ſuos admonere ceſſabat, ne ſe exemplo ejus facile crederent, & caſuri tentarent donum quod non accepiſſent.

Æquitius in Valeria Abbas. — *A carnis ſtimulis oratione liberatur.* — *Monialibus præfectus, monet ſuos ne ſe immiſceant.*

2. Eo autem tempore quo malefici in hac ſunt Romana urbe deprehenſi, BASILIUS *a* qui in magicis operibus primus fuit, in Monachico habitu Valeriam fugiens petiit. Qui ad virum Reverendiſſimum CASTORIUM *b* Amiterninæ civitatis Epiſcopum pergens, ſperavit ab eo, ut eum Æquitio Abbati committeret, ac ſanandum Monaſterio illius commendaret. Tunc ad Monaſterium venit Epiſcopus, ſecumque Baſilium Monachum adduxit, & Æquitium Dei famulum ut eumdem Monachum in Congregatione ſuſciperet, rogavit. Quem vir ſanctus intuens ait: Hunc quem mihi commendas, Pater, ego non video Monachum eſſe, ſed diabolum. Cui ille reſpondit: Occaſionem quæris ne debeas præſtare quod peto. Ad quem mox Dei famulus dixit: Ego quidem hoc eum denuncio eſſe quod video. Ne tamen nolle me obedire æſtimes, facio quod jubes.

Baſilium magum agnoſcit.

3. Suſceptus itaque in Monaſterio eſt: cum non poſt multos dies iſdem Dei famulus pro exhortandis ad deſideria ſuperna fidelibus paulo longius a Cella digreſſus eſt. Quo diſcedente contigit, ut in Monaſterio Virginum, in quo ejuſdem Patris cura vigilabat, una earum

Hoc ex morbo Moniali a Baſilio illato probat.

a Baſilii atque Prætextati magorum meminit Caſſiodorus in lib. 4. Variar. Epiſt. 22. & 23. in quos Theodericus animadvertere jubet. In dicta Epiſt. 23 ad Arigernum Comitem ſcripta de Baſilii fuga agit his verbis. *Præfectus Urbis* (Argolicus ad quem Epiſt. 22 *ſua nobis relatione declaravit, Baſilium atque Prætextatum magicis artibus involutos impeti accuſatione multorum, quos elapſos intimat mentis alienatione cuſtodum.* Quæ anno 511. Indict. 4. geſta eſſe Carolus Sigonius in lib 16. de Occidentali Imperio commemorat.

b Hinc editi libri corrigendi, in quibus hoc loco legitur, *caſtrorum*, uti apud Baronium ad annum 504. qui Valentinum Epiſcopum Amiternenſem pro Caſtorio ſubſtituit.

CIRCA AN. 540 11. Auguſti

tarum quæ juxta carnis hujus putredinem ſpecioſa videbatur, febrire inciperet & vehementer anxiari, magiſque non jam vocibus, ſed ſtridoribus clamare: Modo moritura ſum, niſi Basilius Monachus veniat, & ipſe mihi per ſuæ curationis ſtudium ſalutem reddat. Sed in tanti Patris abſentia accedere quiſpiam Monachorum in Congregationem Virginum minime audebat, quanto minus ille qui nuper advenerat, ejuſque adhuc vitam Fratrum Congregatio neſciebat?

4. Miſſum repente eſt, & Dei famulo Æquitio nunciatum, quod Sanctimonialis *illa* immenſis febribus æſtuaret, & Baſilii Monachi viſitationem anxie quæreret. Quo audito vir ſanctus dedignando ſubriſit, atque ait: Numquid non dixi quod diabolus eſſet iſte, non Monachus? Ite, & eum de Cella expellite. De ancilla autem Dei quæ anxietate febrium urgetur, nolite eſſe ſolliciti: quia ea hac hora neque febribus laboratura eſt, neque Baſilium quæſitura. Regreſſus eſt Monachus, & ea hora ſaluti reſtitutam Dei Virginem agnovit, qua eamdem ſalutem illius Dei famulus Æquitius longe poſitus dixit. In virtute ſcilicet miraculi exemplum tenens Magiſtri, qui invitatus ad filium Reguli, eum ſolo verbo reſtituit ſaluti, ut revertens Pater ea hora filium reſtitutum vitæ cognoſceret, qua vitam illius ex ore Veritatis audiſſet. Omnes autem Monachi juſſionem ſui Patris implentes, eumdem Baſilium ex Monaſterii habitatione repulerunt. Qui repulſus dixit, frequenter ſe cellulam Æquitii magicis artibus in aera ſuſpendiſſe, nec tamen ejus quempiam lædere potuiſſe. Qui non poſt longum tempus in hac Romana urbe exardeſcente zelo Chriſtiani populi igni crematus eſt.

Baſilius ejicitur & Romæ crematur.

5. Quadam vero die una Dei famula ex eodem Monaſterio Virginum hortum *ingreſſa* eſt: quæ lactucam conſpiciens concupivit, eamque ſigno Crucis benedicere oblita avide momordit, ſed arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur, eidem Patri Æquitio ſub celeritate nunciatum eſt ut veniret concitus, & orando concurreret. Moxque portam Monaſterii iſdem Pater ingreſſus eſt, cœpit ex ejus ore quaſi ſatisfaciens ipſe qui hanc arripuerat diabolus clamare dicens: Ego quid feci? Ego quid feci? Sedebam mihi ſuper lactucam, venit illa & momordit me. Cui cum gravi indignatione vir Dei præcepit, ut abſcederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet. Qui protinus abſceſſit, nec eam contingere ultra prævaluit.

Monialem a dæmone liberat Æquitius.

6. Quidam vero, Felix nomine, Nurſiæ Provinciæ nobilis pater hujus Castorii, qui nunc nobiſcum in Romana urbe demoratur, cum eumdem venerabilem virum ſacrum Ordinem non habere conſpiceret, & per ſingula loca diſcurrere atque ſtudioſe prædicare; eum quadam die familiaritatis auſu adiit, dicens: Qui ſacrum Ordinem non habes, atque a Romano Pontifice, ſub quo degis, prædicationis licentiam non accepiſti, prædicare quomodo præſumis. Qua ejus inquiſitione compulſus vir Sanctus indicavit prædicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea quæ mihi loqueris, ego quoque mecum ipſe pertracto. Sed nocte quadam ſpecioſus mihi per viſionem juvenis adſtitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, id eſt phlebotomum poſuit, dicens: Ecce poſui verba mea *in* ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die etiam cum voluero, de Deo tacere *non poſſum*.

Prædicandi curam cœlitus accipit.

Petrus. Velim Patris hujus etiam opus agnoſcere, qui fertur talia dona percepiſſe.

7. Gregorius. Opus, Petre, ex dono eſt, non donum ex opere: alioquin gratia non eſt gratia. Omne quippe opus dona præveniunt, quamvis ex ſubſequenti opere etiam dona ſuccreſcunt. Ne tamen vitæ ejus cognitione frauderis, bene hanc Reverendiſſimus vir Albinus [a] Reatinæ Antiſtes Eccleſiæ agnovit, & adhuc ſuperſunt multi qui ſcire potuerunt. Sed quid plus quæris operis, quando concordabat vitæ munditia cum ſtudio prædicationis? Tantus quippe illum ad colligendas Deo animas fervor accenderat, ut ſic Monaſteriis præeſſet, quatenus per Eccleſias, per caſtra, per vicos, per ſingulorum quoque fidelium domos circumquaque diſcurreret, & corda audientium ad amorem cœleſtis patriæ excitaret. Erat vero valde vilis in veſtibus, atque ita deſpectus, ut ſi quis illum fortaſſe neſciret, ſalutatus etiam reſalutare deſpiceret. Et quoties ad alia tendebat loca, jumentum ſedere conſueverat, quod eſſe deſpicabilius jumentis omnibus in Cella potuiſſet reperiri. In quo etiam capiſtro pro fræno utebatur, & vervecum pellibus pro ſella utebatur. Super ſemetipſum ſacros codices in pelliceis ſacculis miſſos dextro lævoque latere portabat, & quocumque pervenisset, ſcripturarum aperiebat fontem & rigabat prata mentium.

Gratia non ex opere.

Æquitius vilibus delectabatur.

Sacros libros in via portat.

8. Hujus quoque opinio prædicationis ad Romanæ urbis notitiam pervenit, atque ut eſt lingua adulantium auditoris ſui animum amplectendo necans; eo tempore Clerici hujus Apoſtolicæ ſedis Antiſtiti adulando queſti ſunt, dicentes: Quis eſt iſte vir ruſticus, qui auctoritatem ſibi prædicationis arripuit, & officium Apoſtolici noſtri Domini ſibimet uſurpare indoctus præſumit? Mittatur igitur, ſi placet, qui huc eum exhibeat, ut quis ſit Eccleſiaſticus vigor agnoſcat. Sicut autem moris eſt, ut occupato in multis animo adulatio valde ſubripiat, ſi ab ipſo cordis oſtio nequaquam fuerit citius repulſa; ſuadentibus ſe Clericis conſenſum Pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem deduci debuiſ-

Accuſatur quod ſine Romani Pontif. licentia verbum Dei prædicet.

[a] Albinum anno 550. in Reatina cathedra ſediſſe ſcribit Ughellus Italiæ ſacræ To. 1. & tamen Gregorius eum adhuc vivum ſupponit, cum Petrum Diaconum ad ipſum remittat.

buiſſet, & quænam ſua eſſet menſura cognoſceret. JULIANUM tamen tunc Defenſorem mittens, qui Sabinenſi Eccleſiæ poſtmodum in Epiſcopatu præfuit, hoc præcepit, ut cum magno cum honore deduceret, nec quidquam Dei famulus ex convenctione eadem injuriæ ſentiret. CIRCA AN. 540 12. Auguſti

9. Qui parere de eo Clericorum votis concitus volens, feſtine ad ejus Monaſterium cucurrit, ibique abſente illo antiquarios ſcribentes reperit, ubi Abbas eſſet inquiſivit. Qui dixerunt: In valle hac quæ Monaſterio ſubjacet, fœnum ſecat. Idem vero JULIANUS ſuperbum valde atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat vel ipſe dominari. Hunc ergo miſit, ut eum ad ſe ſub celeritate perduceret. Perrexit puer, & protervo ſpiritu pratum velociter ingreſſus, omneſque illic intuens fœnum ſecantes, requiſivit quiſnam eſſet ÆQUITIUS. Moxque ut audivit quis eſſet, cum adhuc longe poſitus aſpexit, & immenſo timore correptus eſt. Cœpit timere, laſſeſcere, ſeque ipſum nutanti greſſu vix poſſe portare. Qui tremens ad Dei hominem pervenit, atque ulnis ejus humiliter genua deoſculatis aſtrinxit, ſuumque dominum ei occurriſſe nunciavit. Cui reſalutato Dei famulus præcipit, dicens: Leva fœnum viride, porta pabulum jumentis in quibus veniſtis. Ecce ego quia parum ſupereſt, opere expleto te ſubſequor.

Romam accerſitur.

Fœnum ſecans invenitur.

10. Is autem qui miſſus fuerat Julianus Defenſor, mirabatur valde quidnam eſſet quod redire moraretur puer: cum ecce revertentem puerum conſpicit, atque in collo fœnum ex prato deferentem. Qui vehementer iratus, cœpit clamare, dicens: Quid eſt hoc? Ego te miſi hominem deducere, non fœnum portare. Cui reſpondit puer: Quem quæris, ecce ſubſequitur. Tum ecce vir Dei clavatis *a* calceatus caligis, falcem fœnariam in collo deferens veniebat, quem adhuc longe poſitum puer ſuo domino quia ipſe eſſet quem quæreret, indicavit. Iſdem vero JULIANUS repente ut vidit Dei famulum, ex ipſo habitu deſpexit, eumque qualiter deberet alloqui, proterva mente præparabat. Mox vero ut ſervus Dei cominus adſuit, ejuſdem Juliani animum intolerabilis pavor invaſit, ita ut tremeret, atque ad inſinuandum hoc ipſum ad quod venerat, vix ſufficere lingua potuiſſet. Qui humiliato mox ſpiritu ad ejus genua cucurrit, orationem pro ſe fieri petiit, & quia Pater ejus Apoſtolicus Pontifex eum videre vellet, indicavit.

Julianum a Pontifice miſſum mitigat.

11. Vir autem venerandus Æquitius cœpit immenſas gratias omnipotenti Deo agere, aſſerens quod ſe per ſummum Pontificem gratia ſuperna viſitaſſet. Illico vocavit Fratres, præcepit hora eadem jumenta præparari, atque executorem ſuum cœpit vehementiſſime urgere, ut ſtatim exire debuiſſent. Cui Julianus ait: Hoc fieri nullatenus poteſt, quia laſſatus ex itinere hodie non valeo exire. Tum ille reſpondit: Contriſtas me fili, quia ſi hodierna die non egrediamur, jam craſtina non eximus. Dei itaque famulus executoris ſui laſſitudine coactus, in Monaſterio ſuo eadem nocte demoratus eſt: cum ecce ſequenti die ſub ipſo lucis crepuſculo vehementer equo in curſu fatigato ad Julianum cum epiſtola puer venit, in qua ei præceptum eſt, ne ſervum Dei contingere vel movere de Monaſterio deberet. Quem cum ille requireret, cur ſententia eſſet mutata, agnovit quia nocte eadem qua ipſe illuc executor miſſus eſt, per viſum Pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei hominem mittere præſumpſiſſet. Qui protinus ſurrexit, ſeque venerandi viri orationibus commendans, ait: Rogat Pater veſter, ne fatigari debeatis. Cumque hoc Dei famulus audiſſet, contriſtatus ait: Numquid non die heſterno dixi, quia ſi non ſtatim pergimus, jam pergere minime liceret? Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem ſuum in Cella retinuit, eique laboris ſui commodum coacto renitentique dedit.

Obedire paratus, manere cogitur.

12. Cognoſce igitur, Petre, in quanta Dei cuſtodia ſunt, qui in hac vita ſeipſos deſpicere noverunt, cum quibus intus civibus in bonore numerantur, qui deſpecti foris hominibus eſſe non erubeſcunt. Quia e contra in Dei oculis jacent, qui apud ſuos & proximorum oculos per inanis gloriæ appetitum tument. Unde & quibuſdam Veritas dicit: *Vos eſtis qui juſtificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda veſtra.* Quia quod ab hominibus altum eſt, abominabile eſt ante Deum.

Quinam Deo accepti.

Luc. 16.

PETRUS. Miror valde quod de tali viro ſubripi Pontifici tanto potuerit.

13. GREGORIUS. Quid miraris, Petre, quia fallimur qui homines ſumus? An mente excedit, quod David qui prophetiæ ſpiritum habere conſueverat, contra innocentem Jonathæ filium ſententiam dedit, cum verba pueri mentientis audivit; Quod tamen quia per David factum eſt, & occulto Dei judicio juſtum credimus, & tamen humana ratione qualiter juſtum fuerit, non videmus. Quid ergo mirum, ſi ore mentientium aliquando in aliud ducimur, qui Prophetæ non ſumus? Multum vero eſt, quod uniuſcujuſque Præſulis mentem curarum denſitas devaſtat. Cumque animus dividitur ad multa, fit minor ad ſingula: tantoque ei in unaqualibet re ſubripitur, quanto latius in multis occupatur.

Falli homines facile queunt.

Prælati maxime.

PETRUS. Mira ſunt valde quæ dicis.

14. GREGORIUS. Silere non debeo quod de hoc viro, Abbate quondam meo reverendiſſimo VALENTIO narrante cognovi. Ajebat namque quia corpus ejus dum in

Area ruſtici ab ejus ſepulchro propulſa.

Rr iiiij B. Lau-

a Caligæ clavatæ, clavis affixæ, de quibus lege Menardum in Concord. Regul. cap. 62. pag. 921. Huc ſpectare videntur Vitæ S. Eugendi Abbatis ſuperius relatæ hæc verba: *Habebat Eugendus beatiſſimus calciamenta fortia in modum priſcorum Patrum conſtrictus ocreis crura, faſciolisque plantas.*

CIRCA AN. 540 21. Auguſti.

B. Laurentii Martyris Oratorio eſſet humatum *a*, ſuper ſepulchrum illius ruſticus quidam arcam cum frumento poſuit, nec quantus qualiſque vir illic jaceret, perpendere ac vereri curavit. Cum repente turbo cœlitus factus rebus illic omnibus in ſua ſtabilitate manentibus, arcam quæ ſuperpoſita ſepulchro ejus fuerat extulit, longeque projecit: ut palam cuncti cognoſcerent, quanti eſſet meriti, cujus illic corpus jaceret.

Langobardi ad ejus tumulum repreſſi.

15. Ea etiam quæ ſubjungo, prædicti venerabilis viri FORTUNATI, qui valde mihi ætate, opere & ſimplicitate placet relatione cognovi. Eamdem Valeriæ provinciam Langobardis intrantibus, ex Monaſterio reverendiſſimi viri ÆQUITII in prædicto Oratorio ad ſepulchrum ejus Monachi fugerunt. Cumque Langobardi ſævientes Oratorium intraſſent, cœperunt eoſdem Monachos foras trahere, ut eos aut per tormenta diſcuterent, aut gladiis necarent. Quorum unus ingemuit, atque acri dolore commotus clamavit: O ſancte Æquiti, placet tibi quod trahamur, & nos defendis? Ad cujus vocem protinus ſævientes Langobardos immundus ſpiritus invaſit: qui corruentes in terram tamdiu vexati ſunt, quouſque hoc cuncti etiam qui foris erant Langobardi cognoſcerent, quatenus locum ſacrum temeraſe ulterius non auderent. Sicque vir Sanctus dum diſcipulos defendit, etiam multis poſt remedium illuc fugientibus præſtitit.

AN.CHR. 542 27. Auguſti.

VITA S. CÆSARII EPISCOPI ARELATENSIS.

Duobus libris deſcripta.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. *Sancti Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi Vitam, quæ multis in locis interpolata hactenus prodierat, ſinceram & integram hic exhibemus ex codd. MSS. S. Germani Pratenſis, & Montismajoris Arelatenſis, in duos libros diſtinctam. Priorem ſcripſit* CYPRIANUS, *ut conſtat ex num. 30. poſteriorem vero* MESSIANUS *Presbyter &* STEPHANUS *Diaconus, quod ex fine libri 1. & ex libri 2. initio liquet. Cyprianus ille diverſus non eſt a Cypriano Tolonenſi Epiſcopo, S. Cæſarii diſcipulo, cui mantum Cæſarius Teſtamento reliquit.*

2. *Nec refert, quod prioris libri Scriptor de ſeipſo modeſte ac humiliter nu. 30. & 32. magnifice vero de Cypriano Tolonenſi Antiſtite num. 33. loquitur. Id enim de ſe non ſcripſit Cyprianus, ſed illi qui cum eo priorem iſtius Vitæ partem condiderunt. Quippe licet Cyprianus auctor ſit præcipuus, non tamen ſolus fuit in ea deſcribenda: ſed cum eo* FIRMINUS *&* VIVANTIUS *operam ſuam contulerunt. Quod quidem ex libri 2. exordio manifeſtum eſt, ubi Cyprianus diſerte Epiſcopus appellatur his Meſſiani & Stephani verbis:* Illa dicturi, quæ de eo cognovimus, vel cum ſanctiſſimis Coepiſcopis, id eſt, Domno CYPRIANO & Domno FIRMINO atque ſancto VIVENTIO pariter vidimus, qui & ea quæ de ipſo ſuperius ſcripta ſunt, ab initio referentes, uſque ad finem articuli (*id eſt prioris libri*) concluſerunt. *Iſtud etiam apparet ex inſcriptione huic vitæ præfixa in cod. MS. Montis majoris:* Incipit Prologus & vita Cæſarii quam Domnus CYPRIANUS & beatiſſimus FIRMINUS & Sanctus VIVENTIUS Epiſcopus (*legendum Epiſcopi*) & Presbyter MESSIANUS & Diaconus STEPHANUS ſcripſerunt. *Hoc etiam innuit ipſe Cyprianus nu. 29.* Unus, *inquit*, ex noſtris qui hæc ſcripſimus. *Illud igitur elogium quod de Cypriano Tolonenſi legis num. 33. Firmino & Viventio auctoribus adſcribe: ſicut dum in libri 2. num. 40. Meſſianus* vir venerabilis *dicitur, id a Stephano Diacono, non ab ipſo Meſſiano ſcriptum nemo non concedet. Firminus fuit Epiſcopus Ucetienſis, Viventius autem quis fuerit, nondum conſtat.*

3. *Vitam S. Cæſarii Cyprianus dedicavit Cæſariæ, non quidem ſeniori, quæ ipſius Cæſarii ſoror fuit, eoque ſuperſtite deceſſit; ſed Cæſariæ juniori, quæ alteri in Monaſterii Arelatenſis regimen ſucceſſit. Quod probat Vitæ liber prior n. 32. & Fortunatus in lib. 8. carm. 4. aperte declarat. Fuit & alia eodem tempore Cæſaria Virgo Avenionenſis, quæ in noſtro S. Andreæ Monaſterio Andaonenſi prope Avenionem ſepulta colitur. Cæſariæ juniori ſucceſſit Liliola a Fortunato eodem loci memorata, Liliola deinde S. Ruſticula, cujus Vitam Sæculo proximo referemus.*

Li-

a Quo anno obierit S. Æquitius, non liquido conſtat. Jam Abbas erat ad ann. 526. ut ſupra ad n. 2. probavimus: quamdiu vero ſuperſtes fuerit, ex Fortunati Abbatis ætate conjicere utcumque poſſumus. Siquidem Fortunatus Æquitio *familiariter notus fuit*, ex num. 1. & in vivis adhuc erat Gregorio hæc ſcribente, ut ex num. 15. colligitur. Æquitius igitur ad annum circiter 540. pertingere debuit. Ejus obitus in Martyrol. Romano ad diem 11. Aug. notatur, Tranſlatio vero in Catalogo SS. Italiæ ad diem 7. Martii, quando in urbem Aquilanam, in qua unus ex Urbis Protectoribus colitur, ejus corpus delatum eſt, ut Ferrarius cenſet.

AN.CHR. 542
27. Aug.

LIBER PRIMUS
A CYPRIANO, FIRMINO, & VIVENTIO dictatus.

PRÆFATIO.

1. QUIA, Reverenda nobis Virgo CAESARIA cum choro ſodalium Monacharum tibi commiſſo, petis a nobis ut vitam & converſationem beatæ memoriæ ſancti CAESARIS inſtitutoris veſtri ab exordio repetentes comprehendere litteris debeamus; aggredi curabo prout potero, etſi ejus beatitudo ſermone mortalium non poteſt explicari. Quamvis enim olim per totum mundum ipſo etiam hic vigente fuerit venerabiliter divolgata: nefas tamen eſſe credimus, ſi tam ſancto deſiderio minime pareamus: præſertim cum hoc Monaſterio veſtro, ac magis ipſius, ad vicem poſſit ejus eſſe præſentiæ: & nos dum de ipſo loquimur, ipſum nos etiam videre quodammodo gratulemur. Deo igitur juvante aggrediemur implere quod poſtulatis. Et multa quidem ipſius beatiſſimi Domni CAESARII nobis ratione comperta, multa a nobis ipſis viſa, nonnulla etiam venerabilium Presbyterorum ſive Diaconorum diſcipulorum ſuorum relatione prolata didicimus, præcipue tamen venerabilis MESSIANI Presbyteri & fideliſſimi viri STEPHANI Diaconi, qui ab adoleſcentia illi ſervierunt, ea dumtaxat quæ minus onerent & ſint a prolixitate ſubmota.

Auctorum fides.

2. Unum tamen hoc in præſentis Opuſculi devotione a lectoribus poſtulamus, ut ſi caſu ſcholaſticorum aures atque judicia nos ſimplices contigerit relatores attingere, non arguant quod ſtilus noſter videtur pompa verborum & cautela artis Grammaticæ deſtitutus: quia actus nobis & verba vel merita tanti viri cum veritate narrantibus lux ſufficit ejus operum & ornamenta virtutum. Etenim memoratus Domnus CAESARIUS, quem habemus „ in opere, ſolitus erat dicere: Nonnulli ruſticitatem ſermonum vitant, & a vitæ vitiis „ non declinant. Meretur ſiquidem hoc & Chriſti Virginum pura ſinceritas ut nihil fucatum, nihil mundana arte compoſitum aut oculis earum offeratur, aut auribus placiturum: ſed de fonte ſimplicis veritatis manantia puriſſimæ relationis verba ſuſcipiant. Atque ideo noſter iſte ſermo integritatis religione contentus renuit mundanam pompam, reſpuitque cum ſuis operibus gloriæ mundanæ jactantiam; & potius delectatur eloquio Piſcatorum concordare quam Rhetorum. Nunc igitur unuſquiſque vivendo ſequi appetat, quod legendo ſcire feſtinat.

Simplicitas

Contra vanam eloquentiam S. Cæſarii effatum.

VITA INCIPIT.

3. Sanctus ac beatiſſimus CAESARIUS Arelatenſis Epiſcopus, territorii Cabilonenſis * fertur Indigena: cujus parentes æque proſapies (quod eſt magnum & præcipuum honoris ac nobilitatis exemplum) ſupra omnes concives ſuos, fide potius & moribus floruerunt. Qui venerabilis ac Sanctus cum ſeptimum ſeu amplius gereret ætatis annum, ex veſtimentis quæ circa ſe habuiſſet abſque ulla dubitatione pauperibus tribuebat. Sæpe domi ſeminudus revertens vir Beatus, cum viſus a parentibus ſuis fuiſſet, cum diſtrictione diſcuſſus, quid de veſtimentis ſuis fecerit: ipſe hoc tantummodo reſpondebat, a tranſeuntibus ſibi fuiſſe ſublata.

* Chalon ſur Saone.

Cæſarii patria & parentes.

Miſericordia in pauperes.

4. Igitur ſicut arbuſculæ quædam ſtirpibus nobilibus fructificare ſolent antequam creſcere, in quibus utique quanto eſt ætas minor, tanto ubertas eſt gratioſior: ita in illo viro ſancto inter ipſa infantiæ rudimenta lætum vernantis ſpei germen adeo erupit, ut priuſquam ſpatium præteriret unius anni *a*, ignorante familia vel parentibus incolatum cupiens Regni cœleſtis adipiſci, ſe illius temporis Pontificis Sancti SILVESTRI veſtigiis præmiſſa ſupplicatione proſtraret, petens ut ablatis ſibi capillis, mutatoque habitu, Divino eum Pontifex ſervitio manciparet, nec pateretur ultra ſe a parentibus ad prædium affectuſque priſtinos revocari. Agente ergo Pontifice gratias Chriſto nulla extitit votis optimis mora. Cumque ibi biennio ſeu amplius ſub hac inchoatione ſerviſſet, Divinæ gratiæ inſtigatione ſuccenſus, deliberat artius ſemetipſum expeditiuſque juxta Evangelium Divino mancipare ſervitio, ut pro amore Regni cœleſtis non ſolum parentibus, ſed & patriæ redderetur extraneus.

Relictis parentibus tondetur.

5. Arrepta itaque ſalubriter fugiendi de ſæculi compedibus libertate, Lirinenſe Monaſterium tiro ſanctus expetiit. Cumque iter cum uno tantum famulo ſocius ageret, coram inquiſitoribus miſſis matris ſuæ, flumen tranſiens viſus ab eis non eſt. Diabolus vero in quemdam ingreſſus miſerum inſequens iter ejus poſt tergum inceſſanter clamabat: Cæſari, non vadas. Quem ille bibendi poculo benedicto porrectoque ſtatim curavit: Quod a memorato ejus comite referente compertum, ipſamque conſtitit eum primam feciſſe virtutem. Suſceptus ergo a ſancto PORCARIO Abbate *b* vel ab omnibus ſenioribus, cœpit eſſe in vigiliis promptus, in obſervatione ſollicitus, in obauditione feſtinus, in labore devotus, in humilitate præcipuus, in manſuetudine ſingularis, ita ut quem inſtituendum ſuſceperant in diſciplinæ regu-

Lirinum ſe recipit.

Energumenum liberat.

Virtutes ejus.

a MS. Arelat. ſic habet: *ut priuſquam ſpatio floreret ætatis, fructum exuberaret ingenii. Cum ergo octavumdecimum gereret ætatis annum, ignorante familia* &c.

b Hic Porcarius Abbas diverſus eſt ab alio cognomine, qui octavo ſæculo martyrium paſſus eſt.

CIRCA AN. 542 27. Auguſti.

regularis initiis, perſectum ſe inveniſſe gauderenr in totius inſtitutionis augmentis. Poſt parvum igitur tempus in Cellario congregationis eligitur. Atrente & ſtudioſe ergo cœpit his tribuere velle quibus neceſſarium erat, etiam ſi abſtinentiæ amore nihil peterene; illis vero, quibus probaverat neceſſe non eſſe, nibil rribuebat quamvis vellent accipere. Unde factum

Fit Cellerarius.

eſt, ut quibus adverſa erat ſancta diſcretio, ſupplicarenr Abbati ut deberet a Cellario removeri: quod & præſtitum eſt. Moa cura poſtpoſita, ita deſiderata ſe tandem legendi,

Remotus ab hoc officio quibus exercitiis vacaverit.

pſallendi, orandique, & vigilandl aſſiduitate mactavit; ut adoleſceotiæ corpus invalidum, quod palpare potius quam debilitare decuerat, eff:cerit erueis nimietate curvatum pariter & confractum: itaut de exigua oleris ſeu pulticulæ coctione, quam ſibi Domioico die parabat, uſque in alteram Dominicam victum traheret.

6. Hæc igitur in exordiis meritorum ejus bona ſulſerunt: quæ ſequenri vita multiplicibus ſuor augmentata virtutibus. Robur namque carnis attrivit, ut virtutem ſpiritus, ſpei ac

Ob ſoſteritates contrahit valetudinem. 1. Cor. 9. * id eſt, quodammodo

fidei ſoliditate firmaret. Et, ur ait Apoſtolus, triumphans de ſe ſibi, ut corooari mereretur evincens, interioris hominis exteriora trauſcripſit, ac præclaræ meotis imperiis rebellis corporis incitamenta abjecit. Poſt hæc tamen ſtomacho ſatiſcente typum quartanæ febris incurrie. Cumque de infirmitate ipſius Abbas ſanctus graviter turbaretur; & inter magiſtrum atque diſcipulum quemadmodum * eſſer ægritudo diviſa ut ille animo laboraret, hic corpore; reſpiceretque ſanctus Pater in Cœnobio nullum eidem remedium poſſe præſtari: obi etiamſi Medicus adeſſet, ſervens ad ſpiritalia pueri conſuetudo nibil ſibi pateretur de abſtinentiæ frenis & vigiliarum rigore laxari; juber cum, Imo cogit beatiſſimus Abbas ad civitatem Arelatenſem cauſa recuperandæ ſalutis adduci.

A Firmino & Gregoria curandos excipitur.

7. Erat igitur tempore illo FIRMINUS illuſtris & timens Deum, & proxima ipſius illuſtriſſima materſamilias GREGORIA illuſtriſſima ſeminarum in prædicta urbe Arelatenſi, quorum ſtudio & vigilantia curaque circa Clerum & Monachos, circaque cives & pauperes civitatis prædicta reddebatur illuſtrior. Uterque enim proprias opes non conſumebanr mundana luxuria, ſed ad paradiſum ſibi eas deportatione pauperum traoſmittebanr. Qui prædictum S. CAESARIUM ad ſe cauſa miſericordiæ receperunr. Erat autem ipſis perſonis familiariſſimus quidam POMARIUS nomine, ſcientia Rbetor, Afer genere, quem ibi ſingularem & clarum Grammaticæ artis doctrina reddebat. Concipiunt igitur animo perſonæ generoſæ, quatenus tanta Dei gratia S. CAESARIUS referrus, tantaque memoria dono Chriſti videretur eſſe ſulcitus, ut ſæcolaris ſcientiæ diſciplinis Monaſterialis in eo ſimplicitas polleret. Sed eruditionis bumanæ figmenta non recepit, quem inſtruendum per ſe ſibi Divina gra-

A ſæcularibus ſtudiis divinitus deterretur.

tia præparavit. Librum itaque, quem ei legendum doctor tradiderar, caſu vigilia laſſatus in lectulo ſub ſcapula ſua poſuit: ſupra quem cum nihilominus obdormiſſet, mox divinitus terribili viſione percellitur; & in ſoporem aliquantulum reſolutus videt quaſi ſcapulam in qua jacebar, brachiumque quo iomaus ſuerat codici, draeooe colliganre corrodi. Excuſſus ergo e ſomno, terrius ipſo viſu, terribilius ſe ex eodem facto cœpit argoere, eoquod lumen regulæ ſalutaris ſtultæ Mundi ſapientiæ voluerit copulare. Igitur cootempſit hæc protinus, ſciens quia non eſſet illis perfectæ locutionis ornatus, quibus ſpiritalis eminuiſſet iotellectus.

Ab Eonio Epiſcopo Arelatenſi Presbyter ordinatur.

8. Poſt aliquos autem dies ſupsaſcriptæ perſonæ ſuggeſſerunt ſancto EONIO Epiſcopo civitatis, dicentes eſſe quemdam penes ſe venerabilem Monachum & omni laude præcipuum, cujus perſonam deberet familiari & privata interrogatione cognoſcere. Jubet igitur eum ad ſe perdoci. Præſentatum ergo ſibi S. CAESARIUM venrrabilis Eonius Epiſcopus diligeotius percunctatur quis civis eſſer, quibusve parentibus fuerit procreatus. Cumque incolatum civitatis & parentum publicaſſet origiuem, cougaudens ſaocta alacritate Epiſcopus dixit: Meus es, fili, concivis pariter & propinquus: nam & parentes tuos reminiſcor optime, & per conſanguinitatem parentali recordatione complector. Cœpir ergo juvenem noo ut peregrioum ſive extraneum, ſed reſpecto atrentiori intimis cordis oculis contemplari. Mox ergo ab Abbate ſuo ſancto PORCARIO eum expetiit. Rogante igitur beato viro Eouio Epiſcopo, licet ab invito conceditur. Illico Diaconus, dehine Presbyter ordinatur: Numquam tameo eanonicam modularionem Monacbi, oumquam Inſtituta Lirinenſium vel modicum ſubrelinquens. Ordine

Nihil de Monaſterii Regula remittit.

& officio Clericus, humilitate, charitate, obſequio, eruce Monachus permanebar. Ad Eccleſiam vero matutinis aliisque conciliis primus de intrantibus, ultimus de egredientibus aderar. Non viſus, non auditus animum beati viri a cœleſtium bonorum nectare ſequeſtrabar, ita ut vultus ejus qualitas neſcio quid ſemper videretur renitere cœleſte. Poſt bæc autem defun-

Fit Abbas.

cto Abbati in ſuburbana Inſula *a* civitatis, dirigitur a ſancto Eonio beatus Cæſarius Pater, ut Monaſterium quod recentius ſuerat deſtitutum obitu Rectoris, ipſe in eadem reverentiæ auctoritate ſuccedens ad diſciplinam ſormarer Abbatis. Suſcepit ergo vitam in ſuburbano Cœnobio libens, quam etiam intra orbem quotidianis ſemper excolebat actibus & votis ſemper optabat, Monaſteriumque prædictum talirer qootidiana inſtantia & divinis iuſormavit officiis, ur iuibi hodieque Deo propitiante ſerverur.

9. Dum ergo antelata inſula patum ultra trieonium io Abbatis officio converſatue, S. EONIUS Clerum vel eives alloquitur, & ipſos dominos rerum pee Internuntios, ut cum ipſe Deo volente migraſſet ad Chriſtum, oullum ſibi alterum quam S. CAESARIUM eligerent

fieri

a Hujus Monaſterii (quod ab Honorato conditum cenſet Saxius in Pontif. Arelat.) nullum amplius extat veſtigium. Ex eo prodiit S. Ailbeus ſive Alveus Hiberniæ alter Patricius, de quo Colganus in Actis SS. Hiberniæ 12. Septemb.

AN.CHR. 542

27. Aug.

ſitti ſucceſſorem: quatinus Eccleſiaſticum vigorem, quem querebatur in multis regulis æ gritudine ſua fuiſſe mollitum, per ſervum Chriſti Cæſarium ad ſtatum ſuum & vigorem gratularetur revocari fraternitas; eſſetque ſubſequentis labor, emolumentum aliquatenus deceſſoris; ut cum talem poſterum relinquebat, augmentum æternæ hereditatis etiam in ſanctiſſimi viri electione perciperet; & non deeſſet poſt tranſitum ſocius electionis voto, qui etiam ſuperſtes auctor exſtitit in decreto. Itaque his omnibus Divina providentia fideliter ordinatis, ſecurus de ſucceſſore beatus Eonius migravit ad Dominum. Cum ergo perveniſſet ad notitiam, de quo loquimur, Patris noſtri, vera opinio quod eſſet ordinandus Epiſcopus, inter quaſdam ſepulturas latibulum requiſivit. Sed abſconſus eſſe non potuit, quem detexit non culpa ſed gratia. Itaque de quadam ſepultura trahitur vivus, quem non mortuum, ſed abſconſum vitæ claritas oſtendebat.

Deſignatur Arelatenſis Epiſcopus.

E latibulo extrahitur.

10. Igitur Epiſcopatus ſarcinam coactus ſuſcepit, manſuetoque jumento Chriſti impoſitum onus modeſtiæ temperamento portavit. De profectibus itaque cunctorum ſollicitus & providus paſtor, ſtatim inſtituit, ut quotidie Tertiæ, *a* Sextæque, & Nonæ opus in Sancti Stephani Baſilica Clerici cum hymnis cantarent, ut ſiquis forte ſæcularium vel pœnitentium ſanctum opus exſequi ambiret, abſque excuſatione aliqua quotidiano intereſſe poſſit officio. Ipſe vero ſpreta omni ſollicitudine curaque terreſtri, ad inſtar Apoſtolorum ſollertiam culturæ in diſpenſatione Ordinatoribus & Diaconibus credidit ſub Dei obteſtatione committendam, & totum ſe verbo Dei & lectioni, inquietis etiam prædicationibus mancipavit. Revera ut ſpiritalis medicus qui morborum vitia curaret inſerta, & prohiberet malis cogitationibus naſcitura: tantamque ei Deus gratiam de ſe dicendi dedit, ut quidquid oculis videre potuiſſet, ad ædificationem audientium pro ſimilitudinis conſolatione proponeret. Tantum voluminum ſacrorum ſeriem commendavit: ſic ſemper recentia congregavit, ut de veteribus nihil amitteret, ſimilis Templo Dei quod & novos quotidie hoſpites ſuſcipit, & fovet antiquos; & ita ſemper creſcit advenientium introitu, ut numquam veterum diſceſſione minuatur. Ita quantalibet, ſi res popoſcit, divinorum voluminum exempla ſeriemque narravit quaſi de libro cognita recenſeret, non quaſi de memoriæ theſauro olim lecta proferret, implens illud Evangelii dictum de homine qui de theſauro ſuo profert nova & vetera. Advenientes vero Pontifices ſive Presbyteros cunctoſque ordinis divini miniſtros, ſive loci cives, ſive etiam extraneos, ut ſalutavit atque oravit, paullulum de concivium vel ſuorum affectu ſaluteque conſuluit. Mox vero armis ſanctæ prædicationis arreptis, de umbra præſentium diſputans, de perennitate beatitudinis perſuadens, alios dulci invitavit alloquio, alios acriori deterruit, alios minando, alios blandiendo correxit, alios per ebaritatem, alios per diſtrictionem revocavit a vitiis, alios quaſi in proverbiis generaliter monens, alios aſperius & ſub conteſtatione divina increpans, ut monita ſequerentur, æterna cum lacrymis ſupplicia minabatur, prout ſingulorum noverat aut virtutes, aut mores, aut vitia. Ita prædicationem proferebat, ut & bonos incitaret ad gloriam, & malos revocaret a pœna. Sicut bonus medicus diverſis vulneribus diverſa medicamina providebat, offerens non quod unumquemque delectaret, ſed potius quod curaret: non inſpiciens voluntatem ægroti, ſed ſanitatem deſiderans competentem infirmis, ipſoſque Pontifices ſanctos & reliquos Rectores Eccleſiæ granditer increpabat, ut plebi ſibi commiſſæ indeſinenter ſpiritale „ pabulum miniſtrarent, dicens: Uteris in Chriſti nomine ordinis primi ſpiritalis militiæ „ locum, Frater; attende paſtorali ſollertia talenta tibi commiſſa, quatenus feneratori ea„ dem dupla reſtituas. Audi Prophetam: *Væ mihi, quia tacui*. Audi Apoſtolum enim me„ tu dicentem: *Væ mihi erit ſi non evangelizavero:* vide ne te occupante cathedræ locum „ alius forſitan ſecludatur & dicatur illud de te: *Tulerunt clavem ſcientiæ, nec ipſi intrant* „ *nec ſinunt alios intrare*, qui forte melius Dominicis profectibus reſpondere potuerant. Hoc tamen inſpirante Deo habuit proprium, ut dum ſingulis ſingula proferebat, unicuique vitæ ſuæ curſum ante oculos præſentaret, ut qui eum audiebat, non ſolum ſcrutatorem cordis eum crederet, ſed quemadmodum teſtem ſuæ conſcientiæ fateretur. Et ſicut erat circa ſe ſeveriſſimus, ita apparebat circa alios pro emendatione diſtrictus.

Ordinatus divina officia diſponit.

Lectioni & prædicationi vacat.

Matth. 13.

Prædicationem audientibus accommodat.

Iſa. 6.

1. Cor. 9.

Luc. 11.

11. Adjecit etiam atque compulit, ut laicorum popularitas Pſalmos & Hymnos pararet, altaque & modulata voce inſtar Clericorum, alii Græce *b* alii Latine Proſas Antiphonaſque cantarent, ut non haberent ſpatium in Eccleſia fabulis occupari. Prædicationes quoque compunctiſſimas tempori vel feſtivitatibus congruentes inſtituit pariter & invexit. Infirmis vero adprime conſuluit, ſubvenitque eis, & ſpatioſiſſimam deputavit domum, in qua ſine ſtre-

Sacra cantica laicis præſcribit.

Domos & alia neceſſaria infirmis providet & captivis.

---

a Omittit Primæ officium, quod die Dominica, Sabbato & feſtis ſolemnibus dumtaxat dici voluit, ut conſtat ex Appendice quam Regulæ Monialium ſubjecit. Nam divinum officium pro diebus feſtis præſcribens; *Deinde*, inquit, *dicenda eſt Prima cum Pſalmis ſex, & Hymnus* (*Fulgentis auctor ætheris*) *lectiones duæ una de veteri, alia de novo Teſtamento, & Capitellum. Hoc modo Dominica vel Sabbato & majoribus feſtivitatibus fieri debet.*

b S. Hieronymus in Proœmio libri ſecundi in Epiſtolam ad Galatas refert ex Varrone, Maſſilienſes, Arelatenſium comprovinciales, *trilingues fuiſſe, ac Græce, Latine, Gallicèque locutos*. Quem linguarum uſum per Gallias ex celebri Maſſilienſium Academia diffuſum ſuſpicari licet ex libro ſexto Julii Cæſaris de bello Gallico, quo auctore diſcimus, Gallos *in omnibus fere rebus, publicis privatiſque rationibus, Græcis litteris uſos eſſe*. At vero ex hoc loco vitæ S. Cæſarii colligimus, linguæ Græcæ uſum ad ſextum uſque ſæculum apud Arelatenſes, etiam penes laicos & plebeios, remanſiſſe, ac in ſacris fuiſſe officiis uſurpatum.

AN.CHR. 542

27. Aug.

ſtrepita aliquo Baſilicæ opus ſanctum poſſint audire: lector, lectuaria, ſumptos * cum perſona quæ obſequi & mederi poſſit, inſtituit; locum libertatemque ſuggerendi captivis & pauperibus non negavit. Præcipiebat miniſtro ſuo ſemper dicens: Vide ſi aliqui pauperum pro „ foribus adſtant, ne pro quiete noſtra forſitan trepida & verecunda poteſtas ad pec„ catum noſtrum præſtolans patiatur injuriam. Trahenſque longa de profundo cordis ſu„ ſpiria, dicebat: Vere factus eſt Chriſtus protelator, & garrulus & ſurdus, & tamen co„ gat omnes, ſuadet, admonet, conteſtatur. Addebat etiam noſtris proculdubio profectibus in præſenti ſæculo pauperes impetitos, quibus nunc fidejuſſore Chriſto commendaremus in terris, quod poſtea reciperemus in cœlis.

* pro ſumptus.

Egregia ſententia.

12. Sed tranquillitatem hujus ſancti viri poſt paucos dies æmula diaboli perturbavit adverſitas: & cui non habebat quæ opponeret vitia corporis, crimen objicit traditoris. Etenim poſt aliquod tempus perditus quidam de Notariis beati viri, LICINIANUS nomine, adſumpſit gerere in virum Apoſtolicum quod diſcipulus Judas non timuit adverſus Salvatorem noſtrum Dei filium perpetrare. Veneno enim ſævæ accuſationis armatus, ſuggeſſit per auricularios ALARICO Regi quod beatiſſimus CAESARIUS qui de Gallus habebat originem, totis viribus affectaret territorium & civitatem Arelatenſem Burgundionum ditionibus ſubjugare: cum utique præſtantiſſimus ille Paſtor fleais genibus pacem gentium, quietem urbium diebus ac noctibus a Domino generaliter poſtularet. Qua magis cauſa credendum eſt inſtinctu diaboli ad exilium ſancti viri ferocitatem ſuiſſe barbaram concitatam. Non enim acceptus aut gratus eſt inimico is qui orat, ut ejus contradicatur operibus. Igitur inſtigatione præſentium, nec innocentiæ fides attenditur, nec accuſationis veritas flagitatur: ſed falſis & illicitis accuſationibus condemnatus cum ab Arelato fuiſſet abſtractus, in Burdegalenſem civitatem eſt quaſi in exſilio relegatus. Sed ut in eo Dei gratia non lateret, caſu accidit, ut nocte quadam civitas ſævo flagraret incendio, populique velociter concurrentes ad Dei hominem proclamarunt: Sancte Cæſari orationibus tuis extingue ignem ſævientem. Quod cum vir Dei audiſſet, dolore ac pietate commotus venienti flammæ obvius in oratione proſternitur, & ſtatim flammarum globos fiait & repulit. Quo viſo omnium concurrentium vocibus Divinæ per eum laus eſt celebrata potentiæ. Poſt hanc virtutem tanta admiratione ab omnibus habitus eſt, ut in eadem urbe non ſolum ut Sacerdos, ſed ut Apoſtolus haberetur, & auctor perſecutionis, id eſt diabolus, confunderetur, qui eum quem niſus fuerat reum aſſerere, videbat divini operis miraculis eminere. Quod ita factum fideli relatione comperimus. Inſtruait itaque & ibi & ubique ſemper Eccleſiam reddere quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo: Obedire quidem juxta Apoſtolum Regibus & Poteſtatibus quando juſta præcipiunt, & deſpectui habere in Principe Ariani dogmatis pravitatem. Sic Veritate teſtante non potuit lucerna abſcondi ſupra montem poſita, ſed quocumque acceſſit, cunctos illuminavit radians ſuper candelabrum Domini.

Proditionis accuſatur apud Alaricum.

Burdegalam relegatur.

Inibi incendium compeſcit.

Rom. 15.

13. Poſthæc comperta innocentia beati viri, poſcit nefarius Princeps quatenus ſanctus Antiſtes ad priſtinam reverteretur Eccleſiam, ſeque civitati pariter præſentaret & Clero; accuſatorem vero ejus Rex præcepit lapidari. Jamque cum lapidibus populi concurrerbant, ſubito ad aures ejus juſſio Regis pervenit; ſtatim feſtinus aſſurgens intercesſione ſua vir ſanctus non tam vindictæ ſuæ accuſatorem dari voluit, quam ſupplicatione propria maluit pœnitentiæ reſervari; ut animam ejus per pœnitentiam curaret Dominus, quam per falſam proditionem captivam fecerat inimicus: & domeſtico hoſti clementer indulgens, antiquum adverſarium in una cauſa conſcientia pura bis vinceret. Hoc etiam ſpecialius ſervus Dei ſtuduit cuſtodire, ut ſive de ſervis, ſeu de ingenuis obſequentibus ſibi numquam extra legitimam diſciplinam, id eſt, triginta novem [a] quiſquis peccans acciperet. Si vero in gravi fuiſſet culpa deprehenſus, permittebat ut poſt dies aliquot, paucis iterum cæderetur; Præpoſitoſque Eccleſiæ conteſtans, quod ſi quis amplius negligentem cædi præciperet, & pro ipſa diſciplina homo mortuus fuerit, reus eſſet homicidii, cujus imperio factum fuerit. Cumque nuntiatus fuiſſet homo Chriſti reverti atque imminere prope civitati, egreditur in occurſum ipſius tota fraternitas, totuſque ſexus cum cereis & crucibus pſallendo, ſancti viri opperiens ingreſſum. Et quia facit tripudiare ſuos virtutibus Chriſtus, & perfidos aperta mirabilium luce confundi: in adventu ſervi ſui Dominus terram arentem longiſſima ſiccitate, largiſſimo imbre perfudit, ut fructum fecunditas ſequeretur, quando revertebatur ſibi placitus diſpenſator.

In ſedem revocatur.

Delatorem ſuum ſervat a lapidatione.

Clemens erga peccantes.

Honorifice a ſuis exceptus pluviam obtinet.

14. Poſthæc quadam die proſpiciens de altario, vidit aliquos lectis Evangeliis de Eccleſia foras exire, qui verbum beati viri, id eſt prædicationem dedignabantur in primo cognoſcere. Illico occurrens clamavit ad populum: Quid agitis, o filii? quo ducimini foris mala ſua„ ſione ſubverſi? State pro animabus veſtris ad verbum admonitionis & audite ſolliciti. Hoc „ vobis in die judicii facere non licebit. Moneo & clamo conteſtorque: Non ergo eſtote fu„ gitivi vel ſurdi. Ecce oris mei buccina, quaſi anima cujuſque veſtrum fuerit diaboli mucrone „ perempta. Non tenebor de taciturnitate culpabilis. Ob hoc ſæpiſſime oſtia poſt Evangelia claudi fecit, donec Deo volente gratularentur coercitione & provectu qui fuerant ante fugitivi.

Populum in concione retinet.

15. Concepit igitur mente homo Dei ut ſemper regnante Domino, divino inſtinctu, non ſolum Clericorum catervis innumeris, ſed etiam Virginum choris Arelatenſium ornaretur Eccleſia, & civitas muniretur: quatenus plenariam ſegetem non infructuoſus agricola

Monaſterium Virginibus conſtruere incipit.

[a] Hic plagarum modus præſcribitur Deuteronomii cap. 25. v. 2.

AN.CHR. 542

27.Auguſti.

Sed a Barbarie deſtruitur. Cæſarius in cuſtodiam traditur.

cola cœleſtibus horreis & ſuperſtes conderet, & receptos ſequacitate ſua doceret inſerri: Sed diſpoſitionibus iſtis diabolicæ invidiæ obviavit aliquantiſper adverſitas. Etenim obſidentibus Francis ac Burgundionibus civitatem jam Alarsco Rege a Victorioſiſſimo Clodoveo in certamine perempto, Theudersecus Italiæ Rex Provinciam iſtam Ducibus miſſis intraverat. In hac ergo obſidione, Monaſterium quod ſorori ſeu reliquis virginibus inchoabat fabricari, multa ex parte deſtruitur, tabulis ac cœnaculis Barbarorum ferocitate direptis pariter & everſis. Dumque laborem quem feſtinus urgebat, manu propria & ſudore conſtruxerat, everti videret & deſtrui; geminato cœpit mœrore conſumi. Tunc quidam Clericus concivis & conſanguineus ipſius, captivitatis timore perterritus & juvenili levitate permotus, diaboli contra ſervum Dei armatus inſtinctu, funiculo per murum ſe ſe in nocte ſummittens, ultro offertur in craſtino ſceleratiſſimis obſidentibus inimicis. Quod ubi Gothi intrinſecus agnoverunt, irruunt in ſanctum virum, popularium ſeditione pariter & Judæorum turba immoderatius perſtrepente atque clamante, quod in traditionem civitatis, adverſariis perſonam compatrioticam noctu deſtinaſſet Antiſtes. Nihil ergo fidei, nihil probationi, nihilque puræ conſcientiæ reſervatur, Judæis præſertim & hæreticis idipſum abſque reverentia & moderatione clamantibus: Extrahatur a domo Eccleſiæ Antiſtes, atque in palatio artiſſimæ cuſtodiæ mancipetur: quatenus ſub nocte aut profundo Rodani * mergeretur, aut certe in caſtro Ugernenſi *a* teneretur detruſus, donec exſilio & tribulatione ipſius amplius baccaretur adverſitas. Domus igitur Eccleſiæ & cubiculum Antiſtitis Arianorum manſionibus conſtipatur. Unus tamen ex ipſis Gothis qui ſe in lectulo illius aliis contradicentibus collocavit, a Divinitate percuſſus, alia die mortuus eſt, ut ſervi Dei locum nullus de reliquo auderet polluta conſcientia violare. Cum ergo ex utraque ripa drumonem *b* quo injectus fuerat, obſidione hoſtium Gothi Dei nutu ſubrigere non valerent, revocantes ſub nocte in palatio ſanctum virum, perſonam ipſius tenere ſilentio, ut utrum viveret nullus Catholicorum poſſet agnoſcere.

* le Roſne.

Judæorum fraude detecta, e carcere educitur.

16. Dum ergo diabolo exſultante iſta geruntur in gaudio Judæorum, qui in noſtros ubique ſine ullo reſpectu perfidiæ probra ructabant; nocte quadam unus ex caterva Judaica de loco ubi in muro vigilandi curam ſorte ſuſceperant, ligatam ſaxo epiſtolam quaſi inimicos percuteret adverſariis jecit: in qua nomen ſectamque deſignans; ut in loco cuſtodiæ eorum ſcalas nocte mitterent, invitavit; dummodo ad vicem impertiti beneficii, nullus Judæorum intrinſecus captivitatem perferret aut prædam. Mane vero amotis aliquantulum a muro inimicis, egredientes quidam extra antemurale, inter parietinas ut ſolet, repertam epiſtolam deportant intro, & publicant cunctis in foro. Mox perſona producitur, convincitur & punitur. Tum vero ſæva Judæorum immanitas Deo & hominibus invidioſa tandem aperta luce confunditur. Mox Daniel quoque noſter ideſt ſanctus Caesarius de lacu leonum educitur, & ſatraparum accuſatio publicatur; & impletum eſt de auctore eorumdem, *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit*. Pſal.7.

Eccleſiæ opibus redimit captivos.

* al. ſacra ac vero.

NOTA. dictum.

17. In Arelato vero Gothis cum captivorum immenſitate reverſis, replentur Baſilicæ ſacræ, repletur etiam domus Eccleſiæ conſtipatione infidelium, eiſque in grandi penuria alimenta pariter & veſtitum homo Dei impertitur affatim, donec ſingulos redemptionis munere liberaret, expenſo argento quod venerabilis Eonius anteceſſor ſuus Eccleſiæ menſæ reliquerat, cuſtodiens illud quod Dominus in aramino *c* paropſide tinxit panem, non in argenteo vaſe; & diſcipulis præcepit non poſſidere aurum neque argentum. Opus vero ſanctum uſque ad Divini miniſterii diſpenſationem peragitur, & cum thuribulis, calicibus, pateniſque pro eorumdem redemptione datis ſacrataque * Templi redemptione venduntur. Videntur etiam hodieque ſecurium ictus in podiis & cancellis, dum inde columnarum ex argento excutiuntur ornamenta: hoc vir Dei faciebat dicens, ne rationabilis homo ſanguine Chriſti redemptus perdito libertatis ſtatu pro obnoxietate aut Arianus efficiatur, aut Judæus, aut ex ingenuo ſervus, aut ex ſervo ingenuus. Ornavit enim per hoc & tutavit non deformavit Eccleſiam: aperire fecit filiis matris viſcera non damnari; hoc ſæpiſſime dicens: Velim tamen dicerent darentque mihi rationem aliqui domini Sacerdotes, ſive reliquus „ Clerus, qui neſcio quo ſuperfluitatis amore nolunt dare inſenſibile argentum aut aurum de do- „ nariis Chriſti pro mancipiis Chriſti. Velim, inquam, dicerent, ſi ſibimet caſualiter iſta adverſa „ contingerent, utrum ſe cuperent inſenſibilibus liberari donariis: aut forſitan ſacrilegium compu- „ tarent, ſi his aliquis de divinis munuſculis ſubveniret. Non credo contrarium eſſe Deo de mi- „ niſterio ſuo redemptionem dari, qui ſe ipſum pro hominis redemptione tradidit. Videmus „ ex hoc aliquos laudare quidem factum Sancti viri, & tamen nullatenus æmulari. Nonne in vitro

a Caſtrum Ugernenſe ex Strabon. lib.4. conſtitui debet Nemauſum & Taraſconem, ea ſcilicet in loco, ubi nunc Urbs Belloquadra, vulgo *Beaucaire*, conſpicitur ex Samſonis Geographi Regii ſententia. Joannes Biclarenſis in Chron. ad ann. 3. Mauricii meminit Ugerni Caſtri, quod in ripa Rhodani fluminis locat.

b Drumo pro dromone nonnuſquam legitur, facili, o in u permutatione. Dromonum meminit Caſſiodorus in lib. 5. Variar. Epiſt. 17. & Procopius lib 3. de bello Goth. Iſidorus in lib.19. Etymolog. cap.1. Dromones, *longas naves* vocat, quæ quoniam ad celerem navigationem expeditæ ſunt, ἀπὸ τοῦ δρόμου dictæ ſunt, quaſi *curſuaria*. Has Latino nomine *Lembos* vocamus.

c Ignotum vocabulum a Surio prætermiſſum. Derivatum videtur ab ἀραιός, quod rem fragilem ſignificat, quale eſt vas figulinum, vel vitreum, forſaſſe ab auctore hic intellectum, ut ex ſequentibus colligitur.

ANN. CHR. 542 27. Aug.

vitro ſanguis Chriſti, & in ligno corpus pretioſiſſimum ejus pependit pro nobis & fulſit? Nos tamen credimus & confidimus in Domino Deo per miſericordiam & fidem ſeu orationem beati CAESARII, quia ſic in diebus ſuis ab hoſtibus Arelatenſis obſeſſa eſt civitas, ut nec captivitati meruerit nec prædæ ſuccumbere. Sic deinde a Vviſigothis ad Oſtrogothorum devoluta eſt regnum. Sic hodieque in Chriſti nomine glorioſiſſimi Regis CHILDEBERTI ſubditur ditioni, ut (ſicut legimus) tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, & non permiſit Deus ſub illo homine nocere Arelatenſibus ſuis.

Sororis cauſa Cœnobium Virginum perficit.

18. Inter iſta igitur Monaſterium præcipuum, quod ſorori ſuæ parare cœperat, inſtar prioris normæ & ſingularitate Clauſtri reædificavit. Ipſe vero (ſiquidem nihil obviat myſterio, quod congruit Chriſtiano) quaſi recentior temporis noſtri Noe propter turbines & procellas, ſodalibus vel ſororibus in latere Eccleſiæ Monaſterii fabricat arcam: evocat e Maſſilienſi Monaſterio *a* venerabilem germanam ſuam CAESARIAM, quam inibi ideo direxerat ut diſceret quod doceret, & prius eſſet diſcipula quam Magiſtra, & in præparatis habitaculis cum duabus aut tribus interim ſodalibus intromittit. Conveniunt inibi Virginum multitudines catervatim: facultatibus quoque & parentibus renuntiantes, reſpuunt mortalium flores fallaces pariter & caducas. Cæſarii patris, Cæſariæ matris expetunt gremium, quatinus cum eodem accenſis lampadibus cœleſtis regni januam præſtolentur, & competenter ingreſſæ Chriſti perpetuis mereantur amplexibus inhærere: ita retruſæ, ut uſque in diem tranſitus earum nulli liceat foris januam egredi de Monaſterio.

Monialium clauſura.

Cæſarius in Italiam ire cogitur.

Sap. 3. 6.

19. Pro iſta denique cauſa proque hoc ſtudio proculdubio contra ſervum Chriſti diabolus ut leo rabidus intumeſcens, iterum accuſatione confecta extrahi ab Arelate Antiſtitem fecit & in Italiam ſub cuſtodia, Ravennamque perduci: ut impleretur in eo, ſicut probatur aurum & argentum in fornace, ita corda electorum apud Deum. Adiit ergo palatium, Regem quoque THEUDERICUM Chriſto duce ſalutaturus aggreditur. Ut vero Rex Dei hominem intrepidum venerandumque conſpexit, ad ſalutandum reverenter aſſurgit, ac depoſito ornatu de capite clementer reſalutavit, primum interrogans de labore ipſius atque itineris, dehinc de Gothis ſuis, ac de Arelatenſibus affectuoſe requirens. Egreſſo igitur viro ſancto Pontifice a conſpectu Regis, ſuos alloquitur Rex, dicens: „ Non parcat illis Deus, qui „ hujus innocentiæ virum atque ſanctitatis fruſtra fecerunt itinere tam longo vexari. Qua„ lis ſit ille hinc probatur, quia ingreſſo eo ad ſalutandum me totus contremui. Video, in„ quit, Angelicum vultum, video Apoſtolicum virum: nefas arbitror mali quippiam „ de tam venerando viro cenſere. Poſt hæc recepto in diverſorio, mittit muneris loco, pranſuro argenteum diſcum, cujus penſa ad ſexaginta libras circiter jungebatur, adjectis ſolidis trecentis, rogante pariter, & dicente: „ Accipe, ſancte Epiſcope, rogat filius „ veſter Rex, ut vaſculum iſtud muneris loco dignanter Beatitudo veſtra percipiat, & „ in uſum pro memoria ſui habeat. Ille vero, qui in uſum menſæ ſuæ argentum numquam habuit abſque cochlearia, die tertia per miniſtros ſuos adpretiatum diſcum facit publice venumdari, ejusque pretio captivorum cœpit plurimos liberare. Mox, inquiunt, Regi nuntiaverunt famuli ſui: Ecce vidimus in propoſito venalium dominicum munus venale, cujus pretio S. CAESARIUS multitudines liberat captivorum. Etenim tanta enormitas pauperum in meditatu ipſius erat & domus atrio conſtipata, ut vix ad ſalutandum eum pro denſitate ſuggerentium miſerorum poſſit accedi. Nam & per plateas, innumeras catervas infelicium vidimus curſitantes, euntes ſcilicet ac redeuntes ad virum. Quod ubi factum hujuſmodi comperit THEUDERICUS, tanta laude & admiratione prætulit, ut obſervantes ejus palatio Senatores ac Proceres certatim omnes oblationis ſuæ mercedem per beati viri dexteram cuperent diſpenſari, divinitus ſemet proclamantes eſſe reſpectos, quod talem Pontificem fuiſſent digni conſpicere qui temporibus illis, dictis & factis, verus Apoſtolorum ſucceſſor & Apoſtolicus appareret. Et quia nihil velocius fama percurrit, opere ſanctiſſimo crebreſcente, ſtatim ſancti viri ſancta pervolavit Romam opinio, cœpitque inibi a Senatu & Proceribus, a Papa quoque & Clericis ſimulque & popularibus tanto charitatis deſiderati fervore, ut ante ſingulorum cordis inhæreret amplexu, quam corporalibus oculis videretur. Interea omnes captivos ultra Durentiam *, maximeque Arauſici * oppidi, qui * ex toto fuerat captivitati contraditus, cujus etiam partem Arelato liberaverat redimendo, non inventos in Italia redemit ut potuit. Et ut eis libertas plenior redderetur, impoſuit cum ſumptu * jumentis & plauſtris in via, ſuorumque ſolatio & ordinatione fecit ad propria revocare.

A Theoderico honorifice excipitur.

Regis munera in captivorum liberationem impendit.

Hoc facto a Rege ceterisque amplius colitur.

* la Durance fl.

* Oranges

* l. quod &c.

* pro, ſumpta

Mortuum ſuſcitat.

20. Inter hæc in prædicta Ravenna civitate quædam vidua habebat filium adoleſcentem præfectoriis Officiis militantem, qui indigentiam genitricis emolumentis ac propriis ſtipendiis ſuſtentabat. Hic puer ſubita infirmitate faciente jacebat exanimis. Cui cum humanæ curationis ſpes omnis & conſolatio defeciſſet, mox mater ejus relicto & amiſſo filio ad virum Dei feſtina percurrit: & proſtrato corpore oculisque rigantibus, dans inſuper ululatus, fide ſolummodo vigente, beati viri genua complexa clamavit dicens: Credo quia miſeratio Divina ideo huc te, Sancte Dei, deduxit, ut filium redderes matri. Flebiliter deprecanti mulieri paululum recuſavit: Et tamen durum credens ſi tales non audiret lacrymas, ſolita miſeratione commotus, volens ſcilicet ſic debitum impendere charitatis affectum, & ſic in Dei nomine virtutem exercere ut in omnibus refugeret vanitatem, ad tugurium ejus occulte latenterque perve-

a Nempe in Parthenone a Joanne Caſſiano Sanctimonialibus erecto in agro Maſſiliæ ſuburbano ad Yvelinum amnem, unde nomen Cœnobio, quod pridem everſum eſt, redditibus S. Paulæ Parthenoni urbano attributis.

AN. CHR. 542 27. Aug.

pervenit. Fuſa itaque prece more ſolito proſtratur, ubi Divinam virtutem vocationis ſuæ per Spiritum-ſanctum adeſſe ſenſit, abſceſſit: Notario vero ſuo illo tempore, nunc venerabili Presbytero MASSIANO, relicto, præcepit ut cum adoleſcens ad ſe reverteretur, ſibi protinus nuntiaret. Qui cum ante decumbentis lectulum excubaret, necdum hora completa puer de mortis eſt tenebris revocatus, & mox reſeratis orbibus oculorum matrem alloquitur dicens: Vade mater ad ſervum Dei feſtinanter & propera, cujus orationibus tibi vitæque ſum redditus, & age gratias quod meritis virtutibuſque ſuis Deus dedit effectum. Illa perniciter advolans accurrit, gratias non tantum verbis quantum lacrymis & vocibus gaudiiſque perſolvens, poſtulanſque ut quem Deus per illum iſti luci reddiderat, ad Gallias rediens de ſuo non pateretur diſcedere ſamulatu. Sed beatus ille vir altioris ingenii reſpondit eam illi potius debere referre gratias, cujus virtus & pietas omnibus mœrentibus & clamantibus adeſſe conſuevit. Hujus igitur miraculi magnitudo non ſolum civitatem illam, ſed provinciam cunctam fidelium devotionibus ac nunciis peragravit.

a1. Medicus *a* etiam Diaconus ELPIDIUS Regia poteſtate ac ſedulo ſamulatu intimus, diabolica infeſtatione non ſolum reliquis diverſis inſidiis fatigatus, ſed & ſaxorum quoque imbre in domo ſua crebius appetitus, Sanctum Dei exorat, ut a vexatione ipſa ejus mereretur orationibus liberari. Cujus domum ſanctificaturus ingrediens, benedictæ aquæ infuſionem reſperſit, atque ita conſuetæ vexationis diſcriminibus liberavit, ut ultra ibi nihil tale contigerit. *Aqua benedicta fugat dæmonem.*

a2. Poſthæc Romam veniens, beato SYMMACO tunc Papæ ac deinde Senatoribus & Senatricibus præſentatur. Omnes Deo gratias & Regi retulerunt quod meruiſſent corporeis oculis intueri, quem jamdudum oculis cordis aſpexerant. Igitur virum Apoſtolicum non tam fama vulgante, ſed corporali præſentia comprobantes, certatim diligere ac venerari cœperunt. Pro qua re etiam Papa Symmacus tanta meritorum ejus dignitate permotus, non ſolum veriſſime eum Metropolitanæ honore ſuſpexit, ſed & conceſſo ſpecialiter Pallii decoravit privilegio. Diaconos ipſius ad Romanæ inſtar Eccleſiæ Dalmaticarum *b* fecit habitu præeminere. *Romam petit.* *Pallii & Dalmaticarum uſum a Summo Pontifice obtinet.*

23. Dehinc ad propria reverſus Arelatenſem ingreditur civitatem, pſallendo ſuſcipitur, ſecumque expedita redemptione octo millia ſolidorum qui exſiliandus ierat, ab Italia defert. Etenim die qua civitatem ingreſſus eſt, Eccleſiam ad veſperam benedictionem daturus intravit: & ecce una ex feminis tremore correpta cum ſpumis ejulans & proclamans pavefactis in Eccleſia cunctis erupit: quæ adprehenſa hinc atque inde manibus beato viro ante altare illico præſentatur, exorantibus cunctis, ut depulſa peſte redintegrari mulierem faceret ſoſpitati. Tunc ſuo ille more pro eadem in oratione proſternitur, & imponens capiti manum omneſque ſenſus ac vultum tactu olei ſacri perunxit. Quo facto nequaquam deinceps repetiit mulierem depulſa in nomine Chriſti calamitas. Interea habebat præcipuam inter reliquas ſollicitudinem captivorum: tantuſque in hac adminiſtratione fuit, tamque præclarus ut nullius hoc poſſit explere relatio. Nam quodam die dum deeſſet ſanctis manibus auri vel argenti ſpecies quod daretur egenis, interpellatus a paupere ait: Quid tibi faciam miſelle meus? Quod habeo hoc do tibi. Ingrediens ergo cellam ſuam, Caſulamque quam proceſſoriam habebat, Albamque Paſchalem *c* exhibens, dedit et dicens: Vade, vendo cuicumque Clerico, & de pretio ipſius redime captivum tuum. Non ſolum enim qui eum expetierunt captivitatis ſunt vinculis abſoluti, ſed ipſe quoque pro redimendis captivis Carcaſſonam * profectus eſt civitatem. Nam & multis vicibus per loca diverſa Abbates, Diacones & Clericos pro redemptione miſerorum direxit. *Ad ſuos revertitur.* *Feminam ſanat.* *Totus eſt in captivis redimendis.* * *Carcaſſone*

24. Tot autem Divinæ gratiæ virtutes ſolus habere promeruit, quot vix in plurimis Deo ſervientibus floruerunt. Ipſe tamen ſic in ſe unamquamque perſonam ſemper excoluit, tamquam ſi ipſam ſolam prorſus haberet: tamdiu ejus præcedentia pulcherrima ac jocundiſſima videbatur, quamdiu a ſequentibus vinceretur. Quis enim ejus patientiam, quis puritatem, quis charitatem, quis fervorem ſpiritus, quis diſcretionem, quis benignitatem, quis zelum ſanctum, quis jugem meditationem die ac nocte in lege Domini poterit explicare? Aſſertor fidei, forma Sacerdotum, ornatus Eccleſiarum, prædicator gratiæ, exſtinctor jurgii, ſeminarium charitatis, norma diſciplinæ, morum ponderator, libra conſilii, defenſio pupillorum, captivorum redemptio. Numquam de ore illius detractio, numquam mendacium, numquam maledictum contra qualemcumque perſonam proceſſit. Et non ſolum non detraxit cuiquam, ſed nec detrahentem patienter audivit. Si quis ſuorum juravit ſubito, aut forſitan ma- *Virtutum ejus ſumma.* *Detractionis & odii expers fuit.*

a Clericos & Monachos Medicinæ vacare, aliquando uſus tulit, ad tempora uſque S. Bernardi Claræval- lenſis Abbatia progreſſus, ut patet ex ipſius S. Doctoris Epiſtolis 67. & 68. in quibus cauſam agit cujuſdam Monachi Flaviacenſis, qui Medicinæ officia a ſuo Abbate implicatus, ad Claravallenſes Cœnobitas ſe receperat. Sed hac arte Monachis æque ac Clericis canon nonus Concilii Romani ſub Innocentio II. anno 1139. celebrati penitus interdixit.

b Ergo Diaconi ex Privilegio dumtaxat tum Dalmaticis utebantur: immo Epiſcopi ipſi, ut patet ex Gregorio Mag. in lib. 7. Epiſt. 113. ubi Aregio Vapincenſi Epiſcopo & Valatonio ejus Archidiacono Dalmaticæ uſum concedit. Dalmaticæ amplas erant manicas, Tunicæ ſtrictas, quod Joannes Diac. in Vita S. Greg. lib. 3. c. 59 teſtatur. Legenda Epiſtola Gilberti Lunicenſis Epiſcopi de ſtatu Eccleſiæ in Collect. Hibern. Epiſt. Uſſeriana, cujus Epiſtolæ hæc verba obſervanda ſunt: *Diaconorum eſt .... indui Dalmatica in ſolemnibus, id eſt Tunica amplis manicis: in feſtivis autem Quadrageſimæ induuntur Diaconus & Subdiaconus caſulis in tota Miſſa, niſi cum legunt.* Conſule Walafridum Strabonem cap. 24. de reb. Eccleſ.

c Idem Cæſarius in ſuo Teſtamento: *Indumenta*, inquit, *Paſchalia quæ mihi data ſunt, omnia illi* (ſucceſſori) *ſerviant, ſimul cum caſula villoſa & tunica vel galnape quod melius dimiſero.* S. Remigius quoque Remorum Archiepiſcopus in ſuo: *Futuro Epiſcopo ſucceſſori meo Amphibalum album Paſchalem relinquo*: id eſt, Planetam albam quæ tunc temporis tota rotunda erat.

AN.CHR. maledixit, prout perſona fuit, ita in eo ſalubriter vindicavit. Illius tamen iſta fuit pro
542 maledictione benedictio, ſi contra aliquem aliquando motus eſt: Deleat Deus peccatum tuum,
27. Aug. „ auferat Deus peccata tua, caſtiget Dominus delictum tuum, ut illuc non ſeveter tibi:
„ corrigat hic Dominus errorem tuum. Interiorem ſuum prodebat exterior. Nam vultu ſem-
per placido & Angelico, ita ut ſecundum Scripturam, corde lætante vultus floreret. Sicut
Prov. 17. 22 numquam in riſu juſto remiſſior, ita numquam mœroris nimietate depreſſus, niſi forte
quando pro alienis peccatis lugebat. Numquam aliquem odio habuit, & non ſolum pro
amicis ſed etiam pro inimicis toto affectu cordis orabat. Nec docuit verbis, quod non adim-
pleret exemplis. Nulla eum hora diei ſine Divini eloquii meditatione tranſibat, ſed nec dor-
mientem præteribat. Nam frequenter & dormire viſus eſt & meditari. Et cum a meditatio-
ne Pſalmorum aut prædicatione ceſſare videretur, lector aut Notarius ante eum legere non
deſiſtebat: itaut recte & veraciter diceret: *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.*
Pſal. 18. 25. Quodam igitur tempore dum iter ageret circa Alpina loca, vir venerabilis Sanctus
Mulierem contractam ſanat. EUCHARIUS [a] Epiſcopus cum ipſo erat. Factum eſt autem, ut in media ſtrata, infelix
& infirma mulier occurreret manibus & pedibus contractis, & per terram repians. Quam
cum fuiſſet intuitus, interrogavit ipſum ſanctum Eucherium quid eſſet hoc quod ſic per ter-
S. Eucherii humilitas. ram ſe traheret. Ille mulierem interrogavit. Ipſa reſpondit, jam annis multis paralyticam
ſe & omnibus membris eſſe contractam. Tunc beatus CAESARIUS dixit ſancto Euche-
rio. Deſcende & Signa eam. Ille quaſi trepidare & excuſare cœpit: omnino ille non deſi-
ſtere niſi faceret. Deſcendit itaque & ſignavit eam & dixit: Ecce feci quod juſſiſti. Cui
curſus ait: Mitte manum tuam & apprehende manum illius & erige eam. Ille reſpondit:
Faciam aliud quidquid tu Eucherio juſſeris, hanc vero rem aggredi non præſumam. Sed
iſtud fac tu cui dedit Deus & animas & corpora ſanare languentium. Reſpondit ei ſanctus
Cæſarius: Interim tu fac quod dico. Cumque ille fortiter reniteretur & humiliter ac lacry-
mabiliter excuſaret, diutiuſque contenderet, dixit ad eum: In ignem tu propter obedien-
tiam ingreſſurus eras, qui nec propter miſericordiam es paratus facere quod charitas jubet?
Mitte ergo manum tuam in nomine Domini & erige eam. Tunc juſſis obediens, mulierem
porrecta manu levavit, pedibus ſuis atque omnibus membris recuperatis ad hoſpitiolum
ſuum incolumis ambulavit.
26. Nam quantis virtutibus emicuerit, quis enarrare valeat? Factum eſt ut in agro Mo-
Cæſarius apros exterminat. naſterii ſui ſuburbano apri frequentarent. Egrediebantur Comites civitatis vel reliqui mili-
tantes, & non permittebant homines in domibus habitare vel laborare, ſed nimia eos cæde
* ſcil. apros mactabant, quare eos * prohiberent. Illi vero diutius jam non ferentes injurias & inquietu-
dines, venerunt & interpellaverunt ipſum Dominum proclamantes & dicentes: Fac de nobis
quod jubes; nam nec ſervire vobis nec ibi ſtare poſſumus. Sollicite interrogat, quæ eſſent
querelæ eorum. Qui reſponderunt: Propter apros veniunt Comites & Gothi & diverſi vena-
tores, & interficiunt nos. At ille publica voce elevatis oculis & manibus aſpiciens in cœlum
dixit: Domine JESU-CHRISTE ne in loco ultra apri acceſſum habeant. Ex eadem ho-
ra uſque in præſentem diem numquam ibi nec truerunt [b] ſicut conſueverant, nec comparuit
quod venari poſſet. Merito imperavit beſtiis, qui a ſe repulit omne vitium. Potuit ille im-
petrare a Deo cujus præceptum numquam præterivit.
27. Evenit etiam ut inluſtriſſimi viri PARTHENII Patricii puer, qui prælatus ſervis ce-
Sacro oleo puerum ſanat. teris a domino ſuo præcipuus habebatur, per quamdam nequiſſimam tentationem ſæpius in
terram damnato ſenſu corruit. Et dum revera hoſtis ipſius vexatio magis animi quam cor-
poris infirmitas videretur, oleo beatiſſimi viri benedictione ſacrato perunctus eſt. Quo facto
ita ab eo tentatio maligni diſceſſit, ut quem ceſſante cura terreni Medici per ſervum ſuum
Chriſtus reddiderat ſanitati, domi etiam ſuæ dominus ipſe præponeret pro exemplo terroris.
Et quod ſub admiratione magis poteſt eſſe formidini; ad declarandum meritum viri ſanctiſ-
ſimi, memorabile factum ejus nefas eſt ſilentio præterire.
28. Dum Sanctus igitur diœceſes ſuas circumiens, in villam, quæ Launico dicitur, a do-
Pœna hominis petulantis. minis propriis fuiſſet exceptus, in cella in qua lectum habuit, poſt diſceſſum illius in ſtratum
* al. dolendus. ipſius peſtifer quidam, ANATOLIUS nomine, Medicus, pro tali crimine valde condolendus *,
ſcortum cepit meretricis: ubi mox ab incentore ſuo diabolo publica vexatione correptus, in
conſpectu hominum eſt eliſus in terram: & publica voce pro qua præſumptione correptus
fuerat, dum ſervi Dei virtutem confiteretur, ſceleris ſui publicavit admiſſionem.
Inſigne miraculum de ampulla olei benedicti. 29. Scimus etiam multas per interceſſionem ſervi Dei Dominum feciſſe virtutes, quas
longum eſt per ordinem proſequi. Nam cum unus e noſtris, qui hæc ſcripſimus, pro ſuffra-
gio ſuo benedictionis ab ipſo conſecratum oleum poſtulaſſet, ampullulam plenam ab ipſo ac-
ceptam diligenter ad domum referens tamquam maximas reliquias ſtuduit conſervare. Et
dum poſt aliquod tempus tertianæ febris urgeretur ardoribus, ampullulam in qua erat
oleum maxima veneratione grandique præſidio ad caput ſuum petiit debere ſuſpendi.
Quæ dum fuiſſet mundiſſimo linteo involuta, ut credimus negligentia faciente famulo-
rum, confracta eſt. Sed ita intra ipſam ſtetit oleum, ut nullus liquor in terra vel in lin-
teo

[a] Eucherius ſcilicet Junior: nam duos hujus nominis ſediſſe in Cathedra Lugdunenſi, ſupra in actis S. Conſortiæ demonſtratum eſt.

[b] Sic legendum videtur, non *nutrierunt*, ut aliis: *truo* olim dictum pro *deſtruo*, quod apris optime convenit.

AN.CHR. 542

teo deſcenderet. Quo viſo dum in vaſe alio cum ſumma velocitate mutaretur, cum perevacuata fuiſſet, ſtatim ſe ampulla confracta diſſolvit: & ab ipſo qui hæc veraciter memorat, adjuvante Domino febris ſine ulla dilatione diſceſſit.

27. Auguſti

S. Cæſarius in exponendis ſacris Scripturis ſingulariter eminuit.

30. Iu diſſcrendis autem Scripturis & in eluridandis obſcuritatibus quanta gratia in illo emicuerit quis poterit narrare? Itaut hæc & ſumma jocunditas fuerit ſi illum aliquis ut ob- „ ſcura differeret provocaret. Et ipſe frequcutiſſime incitabat dicens nobis: Srio quod non „ omnia intelligitis, quare non interrogatis, ut poſſitis coguoſcere? quia non ſemper vaccæ „ ad vitulos curruut, ſed nonnumquam vituli ad vaccas, ut de matrum uberibus poſſint „ ſuam eſuriem ſatiare. Hoc & vos omnino debetis ſacere, ut interrogando etiam nos exer- „ ceatis, ut drbramus perquirere unde vobis poſſimus ſpiritalia mrlla proferre. Reſplenduerunt in eum ſingulæ quæque virtutes, virginitas ſcilicet cum ſinceritate, modeſtia cum vereccundia, ſapientia cum ſimplicitate, ſinreritas cum manſuetudine, doctrina eum humilitate. Vita denique immaculata, vita irreprehenſibilis, vita ſemper æqualis. Væ mihi miſero CYPRIANO, qui tam tepidus in diſcendo exſtiti, ut modo cognoſcam & pœniteam! Quare de tanti fontis fluvio non tantum hauſi, quantum mea indigrbat ariditas! Charitatis autem ejus ardorem, qua omnes homines dilexit, quis poterit unquam imitari? Ille enim hoc maxime & corde & ore geſtabat, & ut inimicos diligere deberemus, hortatu blandiſſimo, ſermone & exemplo laudabiliter inſtruebat. Vix aliquis illo affectu pro charis, quo ille pro inimicis orabat; & licet non eſſent cauſæ quibus illi quiſquam inimicus eaſiſteret, niſi forte pro invidia aut diſciplina æmuli aliqui eſſe viderentur; ille tamen eos non ſolum paterno, ſed etiam materno diligebat affectu. Hoc ſæpius nobis inſinuans, quia cum dilectio uſque ad inimicos eatenditur, fieri non poteſt ut proximus non amrtur.

Aliæ ipſius virtutes.

Auctoris nomen.

Cæſarius hortabatur ad dilectionem inimicorum.

Infirmus prædicationis officium per miniſtros ſupplet.

31. Docuit præterea memoriter quamdiu potuit, altaque voce ſemper in Eccleſia prædicavit. In quo opere tam pia atque ſalubris ejus proviſio fuit, ut cum ipſe pro infirmitate jam non poſſet ad ipſum officium peragendum accedere, Presbyteros & Diacoues imbuerit atque ſtatuerit in Eccleſia prædicare; quo facilius uullus Epiſcoporum ab har neceſſaria cunctis „ exhortatione cujuſcumque impoſſibilitatis eacuſatione ſuſpenderet, hæc dicens: Si verba Do- „ mini & Prophetarum ſive Apoſtolorum a Presbyteris & a Diaconibus recitantur; AMARO- „ SII, AUGUSTINI ſeu parvitatis meæ, aut quorumcumque ſanctorum a Presbyteris & „ Diacooibus quare non reciteutur? Non eſt ſervus major Domino ſuo. Quibus data eſt au- „ ctoritas Evangelium legere, credo & licitum eſt homelias ſervorum Dei ſeu expoſitiones „ Canonicarum Scripturarum iu Eccleſia recitare. Ego me exuo hoc iuſtiruendo; ſancti Sa- „ cerdotes qui hoc implere contempſerint, cauſas ſe in die judicii noverint eſſe dicturos. „ Non quidem credo quod quiſquam tam obduratum ſenſum habeat ut cui Deus dicit: *Clama, ne ceſſes*, nec ipſe clamet, nec alios clamare permittat. Timeat illud: Væ tacenti- „ bus de te, quoniam loquaces muti ſunt. Et illud Apoſtoli *: *Canes muti, non valentes „ latrare*. Erenim quantæ oves tacente Sacerdote aberraverunt, de tantorum animabus red- „ diturus eſt rationem. Prædicationes quoque congruas feſtivitatibus & locis, ſed & contra ebrietatis & libidinis malum contraque diſcordiam & odium, contra iracundiam atque ſuperbiam atque ſacrilegos & aruſpices, contra Kalrndarum quoque paganiſſimos ritus, contraque augures, lignirolas, fontirolas *a*, diverſorumque vitia fecit, eaſque ita paravit, ut ſi quis advenientium peteret, non ſolum non abnuerit impertire, ſed & ſi minime ſuggereret ut deberet accipere, offerret tamen ei & importaret, ipſeque lrgeret. Longe tamen poſitis, in Francia, in Galliis, atque in Italia, & in Hiſpania, diverſiſque provinciis conſtitutis tranſmiſit per Sacerdotes quid in Eccleſiis ſuis prædicare facerent, ut projectis rebus frivolis & caducis, juxta Apoſtolum bonorum operum fierent ſectatores.

Ad prædicationem tenentur Epiſcopi.

Iſa. 58. 1.

* imma Iſa. 56. 10.

Concionum materiam aliis provinciis ſuppeditat.

ad Tit. 2. 14

A Diacono ordinando quid requirat.

32. Bonus ergo Chriſti odor per ipſum longr lateque diffuſus eſt, & flagravit ubique profectibus, quo non eſt conſpectibus præſentatus; tetigit pectora quorum membra non contigit. Adjecit etiam hoc ut numquam in Eccleſia ſua Diaconem ordinaret aote triceſimum ætatis ejus annum. Verum etiam & hoc addidit ut nec in qualibet majore ætate ordinaretur, niſi quatuor vicibus in ordine libros veteris Teſtamenti legerit ante, & quatuor novum *. Sanctæ conſcientiæ ſuæ teſtis ſum ego peccator, quia quidquid aut aliis prærepit aut ipſe fecit, & propter Deum ſemper implevit: Quidquid autem prohibuit fieri, aut ipſe vitavit facere, omnia in zelo Dei. Nihil carnaliter aut egit aut ſapuit: & numquam otioſus ab opere Dei voluit eſſe, ſed diſpoſuit fabricavitque triplicem in una concluſione Baſilicam, cujus membrum medium in honore Sanctæ MARTAE Virginis cultu eminentiore conſtruxit, ex uno latere Domni Joannis, ex alio ſancti Martini ſubjecit. Et ut auferret ſacris quas congregaverat Virginibus curam neceſſariæ ſepulturæ, monobiles * arcas corporibus humandis aptiſſimas de ſaxis ingentibus noviter fecit caridi, quas per omne pavimentum Baſilicæ conſtipatis ſterni fecit ordinibus: ut quæcumque congregationis illius de hac luce migraſſet, locum ſepulturæ paratiſſimum & ſanctiſſimum reperiret.

* l. novi.

Zelus ejus.

Monialibus Eccleſiam tripertitam ædificat & cœmeterium.

* forte immobiles.

S. Cæſariæ ſuccedit altera Cæſaria.

33. Non multo igitur poſt Monaſterii *b* matrem Germanam ſuam CAESARIAM ſan-

a Adverſus tales Paganorum reliquias editus eſt canon 22. Concilii II. Turonenſis anno 566. celebrati, cui anno 586. ſubſcripſit Concilium Autiſſiodorenſe in canone 3. his verbis: *Non licet ..... inter ſentes, aut ad arbores ſacrivos, vel ad fontes vota exſolvere.*

b Hoc Cœnobium a conditoris nomine nunc appellatur S. Cæſarii Monaſterium vulgo *le grand Monaſtier*, Ord. S. Bened. hodieque religione floreutiſſimum.

AN.CHR. 542 27. Auguſti

ctam ad præmia Chriſti migrantem, ioter has quas præmiſerat inibi ad medium throni juxta eam, quam ſibi pataveeat, condidit ſepulturam, ſuccedente eidem quæ nunc ſupereſt Caesarta matre, cujur opus cum ſodalibus ram præcipuum viget, ut inter pſalmos atque jejunia, vigilias quoque & lectiones, libros Divinos pulchre ſcriptitent Virgines Chriſti, ipſam magiſtram habenter.

Libros ſacros tranſcribunt Moniales.

34. Inſiſtebat itaque, ut ſolitus erat, orationi & lectioni & eleemoſynis beatus homo, prædicationibus inceſſanter omni Dominica omnibuſque diebus feſtis: frequenter etiam ad Matutinos, ad Lucernarium * propter advenienter homiliæ recitabantur, ut nullus eſſet qui ſe de ignorantia excuſaret. Obedientes invitabat, ſollicitos inſtruebat, renitentes vero acriter conteſtabatur, quia ſicut fidelibur in diem judicii digna eſſet retributio conferenda, ita & bot dignæ indignationis ultio ſequeretur. Statuit etiam regulariter, ut nubentes ob reverentiam benedictionir ante triduum conjunctionis eorum eis benedictio in Baſilica daretur. Tanta denique bona in ſe largiente Divina gratia habuit & de audientium profectibus, & de diſcipulorum ſequacitate, & de Virginum conſecratione, ut non uno tantum ſit merito coronatus, ſed inter tantar ac multiplices coronas de coruſcantibus meritis ſuis cinctur, totus in coronam Eccleſiæ demutetur.

Prædicatio Cæſarii qualis & quibus diebus.

* id eſt, Veſperas Statuit ut nubentes triduo ſe continneant.

35. Multi quidem æmuli ſurrexerunt, qui ejus reſiſterent doctrinæ de gratia. Sed o felicitas æmulanda! Etenim ſuſurris & mala interpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra prædicationem Dei hominis fruſtra ſiniſtra ſuſpicio. Ob hoc Antiſtites Chriſti ultra Iſeram * conſiſtentes charitatis amore collecti in Valentina civitate convenerunt: ubi etiam beatur Caesarius infirmitatir ſolitæ cauſa, ſicut diſpoſuerat properare non potuit. Miſit tamen præſtantiſſimos viros de Epiſcopis cum Presbyteris & Diaconibus, inter quos etiam ſanctus Cyprianus Telonenſis * magnus & clarus enituit. Omnia quæ dicebat de Divinis utique Scripturis affirmans, & de antiquiſſimis Patrum inſtitutionibus probans, nihil per ſe in Divinis profectibus quemquam arripere poſſe, niſi fuerit primitus Dei gratia perveniente vocatus. Sed dum ſuam juſtitiam quærebant ſtatuere, juſtitiæ Dei non erant ſubjecti, non reminiſcentes Deum dixiſſe: *Sine me nihil poteſtis facere*. Et, *Ego vos elegi, non vos me*. Et, *Nemo habet quidquam niſi illi datum fuerit deſuper*. Et per Apoſtolum Paulum: *Gratia Dei ſum id quod ſum*. Et per alium: *Omne datum optimum deſuper eſt*. Et Propheta: *Gratiam & gloriam dabit Dominus*. Et quod tunc vere liberum homo reſumat arbitrium, cum fuerit Chriſti liberatione redemptus, ſub qua abſolutione valeat conſequi perfectionis effectum. Quorum intentionibur homo Chriſti dedit veram & evidentem ex Traditione Apoſtolica rationem. Nam & beatæ memoriæ Bonifacius Romanæ Eccleſiæ Papa eamdem conluctationem compertam *, calcata intentione jurgantium, proſecutionem ſancti Caesarii Apoſtolica auctoritate firmavit: donante Chriſto paulatim Eccleſiarum Antiſtites receperunt, quod optaverat diabolus repentina animoſitate ceſſare.

Doctrina ejus de gratia in ſuſpicionem adducitur.

* Iſere fl. hinc ſynodus Valentina.

* de Toulon.

Joan. 26

Ibid. 19.

Joan. 19 11

1. Cor. 15. 10

Jac. 1. 17.

Pſal 83. 12.

Approbatur a ſummo Pontif. ejus doctrina.

* Caſus accuſandi pro ablativo abſoluto.

36. Hoc frequenter quibuſcumque prædicabat dicens: Si amas Dei verbum, impectoratum utique retinet quod ingeſſi. Amori namque divino congruebat Decalogi ſumma perfectio: ut quod in te ſibi charitat Chriſti devinxit, reddas etiam ipſe cum homine participata largitate commune. Sed ne parentum, amicorum, ſive clientum de hoc alloquio noſtro tantummodo credas animas eſſe paſcendar; teſtor te coram Deo ejuſque ſanctis Angelis, reus eris ſalutis mancipiorum tuorum quorumlibet infirmorum, ſi non æque illis ut amicis vel parentibus, cum reverſur fueris, quod prædicavimus ingeſſeris. Conditione namque tibi corporea in præſenti ſubditum noveris eſſe mancipium; non perennitatis vinculo mancipatum. Iterumque ad eos quos fuerat allocutus dicebat: Quid diximus, Fratres? quid diſſeruimus filioli? quæſo vos qui fuerint noſtri hactenus in collatione ſermones? Si diligitis, retinetis: Si retinetis, proculdubio dicta cordibus concluſiſtis. Taliter provocando etiam invitis ſtudium retinendi extorquebat.

Egregia S. Cæſarii monita ad dominos.

37. Ad prandium vero & ad cœnam menſæ ſuæ ſine ceſſatione quotidie legebatur, ut uterque interior exteriorque homo ſatiatur refectione duplici lætaretur. In hac ergo arta conſtrictaque concluſione audientes cum ſudore, fatetur, & verecundia grandi multi ante eum mox obliviosi ſunt agniti: dum pauci, quod pejus eſt, commiſſam narratiunculam potuerant ſaltuoſis compendiis replicare. In domo vero Eccleſiæ ſuæ, ſicut illo præſente, ita abſente convivium ſemper præparatum eſt Clericir ſive quibuſcumque advenientibus. Nullus illo ſuperſtite tamquam ad extraneam civitatem, ſed tamquam ad propriam domum Arelato venit.

Lectionem ad menſam adhibet & a ſuis exigit.

Ejus hoſpitalitas.

38. Et quia de innumerabilibur ejus hæc pauca præſumpſimus attingere: ſufficiant manifeſta, etiam ſi celantur occulta. Rogamus tamen vos, ſancti Fratres Messiane Presbyter & Stephane Diacone, quibus de illo multa comperta ſunt pro eo quod ab adoleſcentia in obſequio ipſius fuiſtis, ut huic opuſculo veſtram collationem jungatis.

AN CHR. 542 27. Auguſti

LIBER SECUNDUS

DICTATUS A MESSIANO PRESBYTERO, & STEPHANO Diacono.

1. MESSIANUS Presbyter & STEPHANUS dixerunt: De ſancti, beatiſſimique Patris, & Sacerdotis ac magiſtri noſtri Domni CÆSARII converſatione atque virtutibus illa dicturi quæ vel ſimul vel ſigillatim de eo cognovimus, vel cum ſanctiſſimis Coepiſcopis *a*, id eſt, Domno CYPRIANO & Domno FIRMINO atque ſancto VINCENTIO pariter vidimus; qui & ea quæ de ipſo ſuperius ſcripta ſunt ab initio referentes uſque ad finem articuli concluſerunt, & nobis permittere ac jubere dignati ſunt, ut unuſquiſque noſtrum quæ ſibi de geſtis ejus eſſent bene cognita fideliter enarraret. Non indigemus vel ſi nobis ſuppeteret eloquentia ſæcularis, quia omnem mundanæ facundiæ tranſcendit ornatum ſanctarum veritas actionum: ad quam pleniſſime demonſtrandam, illa nobis puritas ſimplicitaſque ſufficiat, qua ipſe quoque beatiſſimus Pater miracula quæ a nobis ſunt referenda perferit, maxime cum frequenter hoc & ipſe Domnus communi habuerit in ſermone, „ quia quod erudite diceretur, intelligentiam doctis tantummodo miniſtraret; Quod vero ſimpliciter, & doctos ſimul & ſimplices competenter inſtrueret. Ergo ea quæ veraciter ab eo facta dictave cognovimus aggrediemur Deo propitio verbis infucatis & integris, pro parte qua poſſumus, fidelibus auditoribus intimare, ut ex ipſis & infirmis compunctionem, & perfectis gaudium, & ad perfectionem tendentibus miniſtretur exemplum. Incipiemus igitur, quemadmodum recordamur, breviter opera ejus ſancta Deo adjuvante retexere.

Styli ſimplicitas commendatur.

2. PETRI Diaconi hujus Eccleſiæ filia, in qua omnis utilitas domus ipſius conſiſtere videbatur, languore gravi faciente triduo jam muta jacebat: pro qua re quodam die pedibus ſe beatiſſimi viri proſtravit dicens: Miſerere ſerve Chriſti ſenectuti meæ, ora pro filia mea, quia confido tibi a Domino nihil eſſe negandum. Pone manum ſuper eam & ſalva erit. Jam enim per triduum muta oculis clauſis jacet, horiſque & momentis ſingulis exitum ejus exſpecto. Quo audito motus & compulſus lacrymis ſenis ad domum ejus perrexit: ubi cum ingreſſus fuiſſet, & omnes in ipſa domo cum patre fortiter flentes videret, ad orationem proſternitur: ubi velut alter Helias ad caput ejus inter anguſtias areæ & lecti ſe attraxit. Poſt orationem quam cum lacrymis fudit, ſtatim reverti ad domum Eccleſiæ cœpit. Erat enim conſuetudinis ejus, ut cum ſpiritu ſibi inſinuante preces ſuas exaudiri pro infirmis agnoſceret, ſtatim cum celeritate exinde diſcederet; ne ſi illo præſente fieret quod ipſe a Domino precibus impetraſſet, aliqua arrogantiæ naſceretur occaſio. Quia & revera frequenter & dul„ citer quaſi in figura, ut nemo intelligere poſſet, dicebat: Cui animarum cura credita eſt, fortiter debet timere corporum voluptatem exercere. Denique ſimplicibus magis quam doctis „ iſtud divina gratia conceſſit. Vitam in his quæ nobis miſericors Dominus dedit, diſcretio„ nem nobis ſibi placitam concedat. Iſtud tamen a nobis indignis minime eſt præſumendum. Diſcedente ergo, cœpit iterum atque iterum clamare pater poſt euntem: Novi quia ſi Deum cum precatus eſſes, filiam meam mihi reddidiſſet. Tunc ille unum de cubiculariis ſuis reliquit dicens: Vade, obſerva ibi & poſt paullulum veni, & dic mihi quid agitur. Necdum hora completa, & ecce illi nuntiavit: Domne, inquit, reverſa ad ſe eſt puella, ſupra quam oraſtis. Quæ hoc dicit: Domnus Epiſcopus hic fuit, cujus orationibus reddita ſum & ſana facta. Pro qua re venit pater gratias agens, & ſibi jam per orationes veſtras revocatam a morte filiam proteſtatur. Nam Domino hodie denique annuente, vivens hujus rei ipſa per ſe teſtis exiſtit.

Cæſarius ſanat ægrotam. — S. Cæſarii humilitas. — Aurea ſententia.

3. Sed licet (ut mos ſervorum Dei eſt) ſemper virtutes faciendas excuſent; is præcipue ſervus Chriſti & quando ad præſens ſibi præſtari inſinuante Domino confidebat, nec tunc temere arripere ſed caute ſubterfugere volebat. Verum ſive ſtetiſſet, ſive ſugiſſet, numquam ſibi poſtulanti defuit Deus. Quem ille in corde ſuo non ſolum in oratione & obſecratione, ſed etiam in convivio, in itinere, in collocutione, in conſeſſu, in proſperis, in adverſis, etiam in ſomno ſemper ſecum habuit. Denique nos ipſi vel conſervi noſtri, qui in cella ipſius manſerunt, ſciunt quæ dicimus illum inter pauſas ſomni, quas jam ætas non ſolum exigebat, ſed etiam pro infirmitate aliquoties premebat, ſpiritu ſemper vigilante diceret tamquam admonens qui pſalmum diceret: Age, dic. Nulli dubium eſt quod aut ſpiritualiter cum ſanctis pſallebat, aut certe illud impleverit Propheticum: *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Frequenter etiam in ſopore poſitus de futuro judicio vel de æterno præmio prædicabat. Interea non eſt meorum meritorum ut indignus præclara de famulo Dei referam *.

Deum ſemper cogitat. — Etiam in ſomno. — Cant. 5. — *Hucuſque Meſſianus. — *nempe Stephanus.

4. Cum igitur in cella ipſius Diaconus * in ſervitio illius ad judicium meum delegatus eſſem, curam inter reliqua etiam de nocturnis horis me juſſerat habere. Itaque cum de cella inferiore ubi manebam, foris egreſſus fuiſſem, quia in omnibus ſanctus vir modum ſemper voluiſſet cuſtodire, præcipue ad Nocturnos * vigilantiſſime obſervabat, ut abſque eo quod ſibi

Curam ſignificandi Matutinum officium Stephano injungit. — * id eſt, nocturnas preces, vulgo Matutinas.

a Coepiſcopi nomen non ad Meſſianum qui ſolum Presbyter, nec ad Stephanum qui Diaconus tantum erat; ſed ad Cyprianum & alios referendum.

AN.CHR. 542 27. Aug.

ſibi peculiariter Deo ſolo ſibi atteſtante dicebat, nullus ſuorum qui ſecum manebant, ante „ horam legitimam excitaretur. Tunc per ſomnum lenta voce dicebat: Duo ſunt, nihil eſt „ medium: Duo ſunt; aut in cœlos aſcenditur, aut in infernum deſcenditur. Deforis ego revertens, ille evigilavit, & ait ad me: Quid, inquit? Jam hora eſt ad Nocturnos. Ego dixi: non eſt hora; adhuc ſub tempore eſt. Et ille: Vere hora eſt. Et reveta ſic erat. Tunc implevimus Nocturnos. Et ait ad me: Cuidam per ſomnum cum grandi intentione proclamabam: Duo ſunt, non eſt quidquam medium, aut in infernum, aut in cœlos itur. Ego reſpondi: Conſuetudinem tuam facis inceſſanter clamare. Tunc ego peccator arbitratus ſum quod ſemper ille de Deo & cum Deo loqueretur. Hic enim, ut ſupra dictum eſt, ſic omnium virtutum amator fuit, ut nullum bonum fuerit quod vel per ſe cum alacritate non exercuerit, vel cum fervore ſpiritus alios habere voluerit & docuerit.

Quæ vitia magis oderit.

5. Inter omnia igitur bona quæ generaliter ut fierent docebat, & mala quæ nulla omnino fieri pronuntiabat; præcipue (quod benigna & ſincera conſcientia veſtra novit) infidelitatis, mendacii, ſuperbiæ, atque luxuriæ vitia & ebrietatis impatientiſſime omnino abhorrebat. Jaſu bone! quibus gemitibus, quibus ſuſpiriis, quo fletu pro peccatoribus ſupplicabat! ut jam videres hominem Dei tamquam in præſenti conſpicere miſerum peccatorem ad gehennæ ſupplicia deſtinari. Denique, ſecundum Apoſtolum, numquam ſoli ſibi vixit, numquam pro ſe ſolo oravit.

6. Quodam igitur tempore cum velut ad cumulum meritorum ſuorum undique captivi Arelato redimendi non fruſtra exhiberentur: magna multitudo redemptorum ingenuorum & multorum nobilium Arelato ab ipſo viro ſancto quotidie paſcebantur. Tunc venit ordinator ipſius, & cœpit ipſum conteſtari & dicere: Captivi iſti vadant, Domne, per plateas, & petant unde comedant: quia ſi hodie conſuetudinarie ab Eccleſia paſti fuerint, craſtino ad menſam tuam unde panes fiant non habebis. Tunc ille fiducialiter in cellam ingrediens, ad orationis conſuetudinaria ſubſidia confugiens (ubi numquam teſtem hominem habere voluit) petiit a Domino ſubſtantiam miſeris dari. Nam ſi quis forte ubi ille ſolo ſtratus orabat, caſu ſuperveniſſet, fortiter abhorrebat. Itaque tam profuſe flevit, ut ſtatim impetraret quod poſtularet. Tunc ergo inde exiens cum alacritate & fiducia quodammodo infidelitatem Ordinatoris objurgans, venerabili viro Massiano Presbytero tunc temporis Notario „ dixit: Vade in horreum & ita ſcopa, ut nec quidquam granorum, ſi fieri poteſt, ibi re„ maneat, & fiant panes ſecundum conſuetudinem, & omnes ſimul manducemus; & ſi „ craſtina non fuerit quod manducetur, omnes jejunemus dummodo hodie bene nati homi„ nes ſeu reliqui captivi nobis ſedentibus & bibentibus non eant per plateas mendicare. „ Vocans tamen unum a nobis, in aure ejus dixit: Cras dabit Deus, quia qui dat pau-

NOTA.

„ peribus numquam egebit. Etenim adhuc ipſis captivis non licebat ad propria remeare.

Tres naves frumento onuſtas recipit.

7. Quid multa? Impletur quod juſſit. Murmurabatur ab omnibus Eccleſiæ convivantibus, unde eſſent abhodie comeſſuri. Sed qui Heliæ providerat mulierem viduam ad quam veniendo pauxillum ſuſtentaretur, & iſti ſine ambiguitate cum oraret inſinuaverat omnia captivis & peregrinis erogando, nihilque omnino ſibi reſervando, ſemper uberius ditaretur. Denique alia die qua pallentes luceſcere metuebant hi qui ope Eccleſiæ ſuſtentabantur, & cum non minimis ſuſpiriis expectarent quid ageretur: Gundabaldus & Sigismundus Reges Burgundiorum ſcientes quam alacer ſervus Domini ad opera miſericordiæ feſtinaret, antequam lux ipſa diei clareſceret, tres naves quas Latenas vocant majores, plenas cum tritico direxerunt. Et omnes qui pridie incredulitate famis periculo metuebant, videntes quod Dominus ſervo ſuo numquam deeſſet, gratias cum gaudio Deo in neceſſitate ſubvenienti maximas referebant.

Liberio lethaliter vulnerato ſubvenit.

8. Quodam igitur tempore Patricius Liberius inſidiantibus Gothis, quos Vviſigothos vocant, lanceæ vulnere uſque ad vitalia perforatus eſt. Et quia trans Durentiam * periculum ipſum geſtum fuerat, turbatis omnibus concurrentibuſque poſt percuſſorem ille ſolus remanſit. Periculo vulneris ipſius perterritus, & ſpe vitæ ſuæ deſperatus, quantum poteſt homo donec fiat exſanguis, prope non minus quingentos aut eo amplius paſſus in aliam ripam propriis pedibus transfugit. Sed cum ad locum Arnaginem *a*, ubi homines vici ipſius occurrere potuerunt, pervenit, omnino ſine ulla ſpe vel reſpiratione animæ cadens jacuit. Hæc enim pene omnis civitas novit. Tamen quæ dicimus, magnificentiſſimo viro ipſo referente cum lacrymis & grandi admiratione virtutes viri ſancti cognovimus. Tunc, inquiunt, vir ille referebat nobis: Nihil mihi in ſupremum meum halitum aliud in memoriam venit niſi cum lacrymis proclamarem: Omnia remedia ceſſaverunt, Domnum meum Caesarium rogate, ut mihi ſubveniat. Quod nos per eum qui miſſus fuerat cum velocitate verum eſſe cognovimus. Nam dum in agro ſancti Monaſterii ſui aliquantum & repauſare & ordinare aliqua voluiſſet, ibidem cœperat paullulum remorari; & ecce ſubito qui miſſus fuerat anhelans venit ſuppliciter depoſcens; Cito propera, inquit, Domne, filius tuus, ut ante obitum ſuum illum videas, rogat. Et cum nullum ſine medicamento pœnitentiæ de hoc mundo vir Dei voluiſſet recedere, illum præcipue ſine hoc remedio non optabat abire. Statim etenim ad vicum Arnaginenſem pervenimus. Ergo, ſicut ſupra dixi, ea quæ vir ipſe mihi ex plurimis retulit indicabo.

9. Nam dum ita exanimis jaceret, ut non ſolum omnes reliquos ſuos, ſed etiam nec conjugem nec filiam unicam agnoſceret; tunc ipſe cum ſacramento dicebat fuiſſe ſibi viſum huma-

* la Durance.

a In itinerario Antonini vocatur *Ernaginum*, duobus circiter milliaris ab Arelate diſtans Avenionem verſus. De loco nunc non conſtat.

AN.CHR. 542 27.Auguſti

* l. aure.

humanam vocem audiſſe quæ illi in aera * loquens dixerit: Ecce ſanctus Epiſcopus venit; ſtatim ad ipſam vocem oculos aperui, & ipſum famulum Dei venientem cognovi. Sed ubi ad me acceſſit, manus illius, quantum neceſſe erat mihi ſpem vitæ amiſeram, oſculari fortiter cœpi. Tunc ergo, ut credo, Deo mihi peccatori inſpirante, byrrum *a* ipſius Domini mei apprehendi, & vulneri meo impoſui. Sed cum ibidem paullulum partem veſtimenti ejus tenuiſſem, in eadem hora ſanguis qui penitus non deſiſtebat fluere, ita deinceps ceſſavit, ut non ſolum ſanitas ſed etiam virtus maxima mihi redderetur. Et ſi permiſſus fuiſſem, caballo ſedens ad civitatem nitebar properare, quod etiam apud nos, qui præſentes fuimus, veriſſimum eſſe conſtitit.

Mulierem a fluxu ſanguinis liberat.

10. Igitur inluſtriſſima femina AGRETIA matrona ejuſdem viri, cum mulieris illius quæ extremam fimbriam veſtimenti Domini tetigit, infirmitate laboraret, non diſſimilis fide & devotione liberata eſt. Cum ad occurſum ejus veniſſem, illa familiariter dignabatur meam parvitatem, infirmitatem ſuam acſi eum verecundia matronali prodens, cœpit ſub obteſtatione Domini multis precibus expoſcere a me ut unum pannum de teſſellis *b* illius, quem a nudo ſui corporis habuiſſet, feminæ deferrem. Cumque ego in cella beati viri dum eſſem, facile potuiſſem facere quod ſperabat, timere tamen cœpi, ne unde illa ſibi remedium petebat, ego peccatum ex furto incurrerem. Tunc Cubiculario, ad quem veſtimenta ſancta pertinebant, id indicavi quod aliquis pro fide teſſellum ſibi deportari poſtulaſſet. Pro qua re unum vetuſtum mihi ille dare non diſtulit. Domine JESU CHRISTE glorioſus es in Sanctis tuis, & qui ſimilis tibi? Tu tamen promiſiſti quod ſi quis in te crederet, opera quæ facis, & ipſe faceret. Nam dum apud me jam ſervatur pannus ipſe deportandus; cum ſero factum eſſet, ea conſuetudo erat, ut ei, antequam repauſaret, teſſelli adhiberentur calefacti ad focum, & aliis detractis adhiberentur. Exhibiti ſunt prout opus exiſtimavit qui ſerviebat. Cui ille: Non iſtos, inquit; ſed alios, atque illum & illum talem volo. Exhibiti ſunt alii veteres. Non eſt hic, inquit, quem quæro. Exquirens quod non conſueverat, ut innoteſceret quod in ſpiritu prævidebat. Tunc nutibus ego & ille qui mihi dederat, cœpimus recognoſcere quod ſervo Dei furtum noſtrum non potuiſſet latere: ut perſpicuum & evidens eſſet, quod famulus tuus, Domine, nobis indignis de donis illis, quæ ipſi tribueras, potuiſſet dicere: Tetigit me aliquis. Tunc ego velut pro illa, quam tu Domine JESU per orationes ſervi tui ſanaſti, ego, inquam, timens & tremens quod factum fuerat, cœpi ſervo tuo fateri dicens: Indulge Domne, egomet pannum quem quæris habeo: filia tua. Uſque hic me loqui permiſit: ille autem cum ſibilo ſilentii, Tace, inquit: & cum grandi pietate apprehendens adhuc etiam alium teſſellum dedit mihi & dixit: Vade, inquit, & porta ambos ad Baſilicam Domni Stephani, & mitte illos ſub altare, & ibi maneant, & unum quem volueris, porta mane ad eam quæ te rogavit, & alium mihi revoca. Sicut juſſit indigno ſervo ſuo, feci: & tamen cui portaverim numquam a me requiſivit, nec teſſellum repetiit.

S. Cæſarii humilitas.

11. Cumque illa femina aſſidue exactrix eſſe non deſineret, ut quod petierat deportarem, videnſque me eminus venientem, porrectis porro manibus antequam darem, jamque raptura quod exhibebam, impetu obviam venit. Quæ antequam de caſola ſub qua ipſum pannulum ferebam erigerem, rapere quod fidei alacritate popoſcerat, feſtinabat. Ego vero cum protuliſſem ipſum teſſellum dedi ei, illaque ſibi ſuper veſtimenta ſua circa ſe poſuit, prius tamen oculis admoveas cum & devotione deoſculans, ut dignum erat, honorabat. Nec mora, ſtatim adfuit Domino tribuente fidelis petitionis ſuæ effectus. Et jam per veſtimentum ſervi Domini habuerunt, quod & poſt tranſitum ipſius habere noſcuntur. Denique ut ſolebat ipſa fateri, cum ipſum pannum ad pectus ſuum poſuiſſet, ſtatim velut ſi qui ſolent aqua frigida reſpergi ita omnia membra vel venæ ejus etiam cum parvo dolore in obrepilationem ſuſpenſa ſunt, ut corpus ipſius aliquantum horrore ſimul & tremore quateretur. Sed illico Domini miſericordia adfuit, & fluxus qui erat diſceſſit, & numquam amplius ad ipſam rediit, impletumque eſt in ea: Vade filia, ſecundum fidem tuam fiat tibi.

Mulierem tremulam ſanat.

* id eſt, ad veſperas

12. Factum eſt ut quodam tempore quatuor ei Epiſcopi ad occurſum venirent, cum quibus ad Lucernarium * ad Baſilicam ſancti Stephani deſcendi. Cumque expleto Lucernario benedictionem populo dediſſet, egredientibus illis mulier quædam in Salutatorio *c* occurrit: quæ tam horribilem infirmitatem incurrerat, ut die noctuque inceſſanter manus ei ita inter ſe colliderentur, quaſi aliquid volventes. Quæ lacrymabiliter clamavit: Domne CAESARI miſerere infelicis, ora pro me ut mihi manus meæ reddantur. Illius ut erat conſuetudo, in orationem cum aliis Epiſcopis proſternitur. Cumque uterque ſurrexiſſet, inclinato capite uni de ſanctis Epiſcopis dixit: Jube Domne, rogo, ſigna manus mulieris iſtius. Qui obedientiſſime paruit, ſed nihilominus præfatæ manus mulieris ſolito volvebatur. Illa vehementius clamans dixit: Domne CAESARI, ad te clamo, te rogo, tu ſigna. Iterum in oratione procubuit, erigenſque ſe, crucem ſuper infirmas manus fecit. Quæ ſtatim ſteterunt. Mulier vero Deo, & viro ſancto gratias agens, incolumis reverſa eſt.

a Byrrus lacernæ ſeu pallii fimbriati genus, de quo Auguſtinus ſeu Auctor ſermonis diverſ. ad Clericos, *Offeratur mihi, verbi gratia, Byrrum pretioſum, forte decet Epiſcopum quamvis non deceat Chriſtianum.* Lege Vitam S. Cypriani Epiſc. & Mart.

b Teſſellos interpretamur quadratos panniculos fovendo ſtomacho appoſitos.

c Id eſt in Sacrario, ſic dicto, quod Epiſcopus ante Miſſarum ſolemnia ibi ſederet, & ſalutationes Fidelium exciperet, qui ſe ejus orationibus commendabant, aut ei aliquid negotii communicabant, inquit Menardus noſter in Conc. Regul. cap. 5. §. 25.

AN.CHR. 542 27.Auguſti

Vaſa olei ab ipſo benedicti non franguntur. Oleo benedicto ſanat energumenam.

13. Nam ad oleum benedicendum competentibus diebus in Baptiſterio annis ſingulis veniebat. Et ingrediens cucumula *a*, cum ad conſignandos infantes ſederet, parvuli illic pueri vel puellæ a parentibus miſſi certatim currebant exhibentes vaſcula cum aqua, alii cum oleo ut eis benediceret. Cumque hi qui deferebant contra ſe urceolos & ampullas præ multitudine populi complodèrent, ſonus audiebatur percutientium & videbatur: & tamen vitrum, in quo benedictio ſervi Chriſti effuſa fuerat, numquam confractum eſt.

14. Quodam alio tempore, dum diœceſes viſitaret, & ad caſtellum quod Luco *b* dicitur venimus. Erat ibi matrona quædam EUCHARTA nomine, quæ ancillam ſuam offerens ante pedes ejus proſtravit: pro qua ut Domino ſupplicaret, lacrymabiliter exorabat. Ille autem cauſam perſcrutans, ut erat Vir Deo plenus & in omnibus perſcrutantiſſimus, quid infirmitatis haberet interrogavit. Dixerunt: Dæmonium quod ruſtici DIANAM appellant: quæ ſic affligitur, ut pene omnibus noctibus aſſidue cædatur, & ſæpe etiam in Eccleſiam ducitur inter duos viros ut maneat: & ſic flagris diabolicis occulte fatigatur, ut vox continua ipſius audiatur, & eis qui ſibi adhærent reſpondere penitus non poſſit. Tunc omnibus qui cum ſervo Chriſti aderant poſcentibus ut rei veritas appareret videre petierunt. Permittente igitur ipſo Domno ſanctus LUCTUS Presbyter & DIDIMUS Diaconus, qui eo tempore per parochias ambulabant, ad eam ſecretius videndam properaverunt, in quorum etiam obſequio pergeam. Si mihi Fideles credunt, coram Deo dico, oculis meis vidi plagas, quas ante aliquos dies in dorſum & in ſcapulas acceperat, in ſanitatem venire; pridianas autem & in ipſa nocte impreſſas recentes inter illas integras, quas prius perpeſſa fuerat. Tunc iterum exhibita ante illum, ita turbatis oculis confuſa & averſa ab eo facie apparuit, ut omnibus appareret in faciem ſervi Dei minime eam poſſe reſpicere. Sed ille capiti ejus manum imponens, benedictionem dedit: deinde oleum benedixit, ex quo eam nocturnis horis perungi juſſit: ſtatimque ita ſana facta eſt, ut deinceps tentatio dœmonis ad illam non reverteretur.

** al. homo annor. circ. nonaginta novem, mendoſe.*

Prædicationi per totam diœceſim vacat.

Puerum a dæmonio liberat.

15. Alio vero tempore cum in diœceſes veniſſemus, * infans annorum circiter octo Clericali habitu degens in altario venit: ubi poſt prædicationem (quam non ſolum in civitate, ſed etiam in omnibus parochiis cum potuit per ſe memoriter facere minime diſtulit) cum ſe de cancello ad altare revocaſſet, Miſſam jam cœperat celebrare. Homo vero ipſe graviter a ſpiritu nequiſſimo cœpit vexari: nam tremore & ſpumis horribiliter quatiebatur. Tunc omnes terror non modicus invaſit. Ille vero oculos in cœlum elevans, preces ad Dominum pro recuperatione ejus dixit, & cœpit iterum omiſſo illo ad Miſſas faciendas ſe convertere. Tunc quidam Presbyter Cataroſcenſis Eccleſiæ, URSUS nomine, infantulum ipſum ante pedes ejus projecit. Quod ille ægre ſuſcipiens ait: Parcat tibi, inquit, Deus, benedicte: iſtud aliorum opus eſt non meum. Et licet ille propter humanam arrogantiam denegaret, non tamen ſervo ſuo defuit virtus Divina. Statim ergo ubi ante pedes ejus puer ipſe projectus eſt, ſanus ſurrexit; nec unquam ad eum ſpiritus nequam rediit, quem etiam Subdiaconem in ipſa Eccleſia vidi.

Item puellam.

16. Nam cum ad Cytariſtanam *c* parochiam veniſſet viſitandi gratia, cujuſdam Novati hominis filia tam nefandum & novi generis dæmonium videbatur incurriſſe, ut ſi quando pedem extra oſtium domus ſuæ miſiſſet, ſtatim multitudo corvorum in faciem ipſius lacerantes irruebant; & illam tremore quaſſatam vel cum ſpumis volutantes, omne illius nudum quod repeniſſent corpus, hoc eſt, faciem, cervicem, vel quidquid aliud inveniſſent, deturparent. Quæ dum ad ſanctum virum fuiſſet exhibita, uſque ad Baſilicam quam ingreſſa eſt ubi vir Dei erat, ſupervenientes corvos nos vidimus ſuper eam volitantes. Non tamen jam vel tunc auſi fuerunt importuni irruere. Nam cum ante ipſum veniſſet, videns faciem ipſius deformiter laceratam nobis ſecrete dixit: Numquam iſto genere diabolum inſidiatum alicui vel legi vel vidi vel audivi. Tunc ante ſanctum altare ſuper caput ejus manus imponens, oleum benedixit, eique oculos & aures perunxit, cunctiſque videntibus per plateam ad domum ſuam ſana reverſa eſt; & per biduum, quod ibi fuimus, ad Eccleſiam proceſſit, incurſuſque ille deinceps ad ipſam numquam reverſus eſt.

Baculo fugat dæmones.

** forte requiſitus.*

17. Devoluto hinc tempore venit ad agrum Eccleſiæ noſtræ, ubi & diœceſes ſunt, quod Succentriones vocatur. Balnearia ibidem grandibus faſtigiis conſtructa ſunt: ubi ſi quis momentis ſingulis caſu tranſiret, ſtatim per nomen clamabatur. Illico ſibi ingentia ſaxa aut ante pedes aut poſt ſe cadentia cum metu aſpiciebat, caventes univerſi ne inde unquam præterirent. Unde etiam monebantur omnes neſcientes, ne in illud periculum inciderent, unde prætergredi non audebant. Cum ecce vir Dei ibidem requiſita * ad aliam Eccleſiam pergeret, Clericus cui cura erat baculum illius portare (quod Notariorum officium erat) oblitus eſt, in quo miniſterio inutilis ego ſerviebam. Tunc loci illius incolæ, cum eum inveniſſent, gaudentes dicebant ſibi a Domino præſtitum, ut aliquid illius reperiſſent. Mirantur & agunt Deo gratias, virgamque ipſam de pariete ſuſpendunt; ſtatimque effugatæ ſunt inſidiæ diaboli, & ultra nulli in loco nequiſſimum malum facere uſque hodie adverſarius ipſe præſumpſit.

18. Ac-

---

a *Cucuma* cujus diminutivum eſt *Cucumula* deſignat vas vel etiam tugurium in formam cucumeris: hic explica de Baptiſterio camerato.

b Luco *le Luc* Caſtrum diœceſis Forojulienſis ad Caraunium fluviolum.

c Cytariſta, *Cyreſte*, in ora Provinciæ inter Tolonem & Maſſiliam.

AN.CHR. 542
27. Aug.

18. Accidit atiam eo tempora, ut unus ex Gallis quidam BANENATUS nomine, non opere, venerit, quique ſe deploraret cum nepotibus ſuis captivum eſſe. Habebat puellam parvulam quam virili habitu induens, ad ipſum demonſtrat dicens: Hic nepos meus eſt, & mecum cum ſorore ſua, quæ poſt nos huc properat, captivi detinentur. Tunc vir Dei dolens de captivitate eorum pro affectu quem ei Dominus ab infantia inſpiraverat, illum qui puellam ipſam exhibuerat, & ipſam velut puerum credens, blande oſculatur. Igitur accepta uterque redemptione ubi applicuerunt revertuntur. Poſt biduum iterum puellam ipſam velut in habitu proprio ut amplius ſolidos acciperet, revocat. Hoc vero agebatur per ſuggeſtionem ſancti viri JACOBI Presbyteri, qui ſancta ſimplicitate ſua omnia illum in veritate queri inſinuabat. Tunc & hujus puellæ accepit iterum redemptionem. Nam quorum tunc ſollicitudinis fuit, cognoverunt, quod ipſam poſtea exhibuerat, quam prius virili habitu oſtentaverat. Quod cum indignatione Sancto Dei non ſolum ego illi, ſed etiam ſupradictus Presbyter ſimul & cum verecundia ſuggerebant *. Tunc ille, ut erat circa peregrinos ſemper mitiſſimus & benignus, Presbytero dixit: Noli, inquit, tu ſanctæ iraſci: tu bene feciſti peregrinum commendare: tibi pro bona voluntate tua redditurus eſt Deus mercedem. Et illi miſello parcat Deus peccatum hoc, qui me fecit puellam oſculari; & hoc præmium puella ipſa percipiat, ut quia etſi indignum Sacerdotem oſculari præſumpſit, talem Sanctimonialem faciat, ut alium virum numquam oſculetur. Sed quia futurorum arbiter Deus ſcivit illam ſine dubio in virginitate perdurare non poſſe; ne ſervi Dei oratio irrita fieret, alia ſtatim die de hoc mundo diſceſſit. Hæc Arelato ad Baſilicam Apoſtolorum ubi ipſe metatum habuerat, celebre acta noſcuntur.

Illudenti ſe bene precatur.

** f. ſuggerebamus.*

19. Alio vero tempore matrona quædam in urbe Maſſilienſe caſu pedem ſibi luxavit, itaut per tempora multa pedem ipſum in terra ponere non poſſet, ſed manibus ſuſtentata ſervulorum ſuorum, vix ad Eccleſiam duci poterat, validiſſimum ſuſtinens dolorem. Sed quia multæ ſunt miſerationes Domini, quando ipſe voluit cauſas effecit ut vir Dei ad civitatem ipſam ambularet, Audito mulier adventu ipſius, fecit ſe ad eum ſalutandum adduci. Quæ accepta ab eo oratione & benedictione, nihil ipſi de cauſa ſua præſumpſit ſuggerere. Sed regreſſa ab eo ad ſellarem ipſius appropinquari ſe permitti rogavit. Quæ de ſuperſellio, qui ſellam tegebat, locum debilitatum fideliter tangens, ſtatim priſtinam ſanitatem recipiens tamquam ſi malum non fuiſſet perpeſſa, pedibus ſuis nullo ſuſtentante incolumis reverſa eſt, Domino uſque in diem præſentem gratias agens.

Mulieris pedem luxatum curat.

20. Quodam igitur die (quod multi noverunt) hac in civitate cujuſdam Joannis domum apprehendit ignis vicinam Virginum Monaſterio. Adpropinquare igitur cœpit ut nulli dubium eſſet omnia ibidem concremanda. Turbaræ igitur Ancillæ Dei quibus exire foris non licebat, libros vel res, cellas, & ſeipſas per ciſternas jactabant, ubi Deo diſpenſante tunc aqua deerat, ne illas deſperatio perturbaret. Currenteſque Præpoſiti Monaſterii, nuntiaverunt Patri ipſarum, eo quod jam in proximo eſſet cellæ ſuæ. Ille feſtinanter egreſſus media nocte per murum ad locum veniens, ubi flamma erat, orationi ſe proſternens, ipſiſque mandans & de muro clamans, Non timeatis, benedictæ. Mox ſæviens flamma virtutis ſuæ dimiſit incendium.

Moniales ab incendio liberat.

21. Nec hoc ſilebo. Quodam igitur ~~tempore in Alpinis~~ locis factum eſſe celeberrimum prædicatur, dum cujuſdam fines nobiliſſimi viri tempeſtas aſſidua pernicioſa infuſione contereret, cunctoſque fructus loci illius vis grandinis devoraret, itaut annis ſingulis nulla ibidem ſpes ſubſidii remaneret; ceſſitque iterum ut baculus ejus caſu ibidem remaneret; de qua virga poſſeſſor ipſe crucem fieri juſſit, quam aminentiori loco fide armatus infixit, ut veniente lapide contrairet virga diſcipuli, crux Magiſtri *. Tantam ibidem Deus ob honorem ſervi ſui dignatus eſt operari virtutem, ut ibi poſtmodum maximam ubertatem daret, unde repulerat tempeſtatem.

Tempeſtates ſuo baculo compeſcit.

** ſcil. Chriſti.*

Item quadam die domum Vincentii cujuſdam comprehendit ignis, cujus ſolarium ex ligno factum flammæ cedebat. Ille videns ſe nihil valere poſſe, quanta potuit velocitate ad ipſum Domnum perrexit, genibus advolutus rogat ut oraret. Egreſſuſque foras, crucem contra flammam fecit, quæ continuo rediens, ita ſopita eſt, ut nec ſignum paruiſſet in ſolarii tabulis.

Ignem ſigno crucis extinguit.

22. Retulit etiam nobis nuper quidam Presbyter, quod ante aliquot annos, dum adhuc laicus eſſet, filia ſua a dæmonio vexabatur. Qui mœrens & lugens uni ex amicis ſuis dixit: Quid faciam infelix, quod filia mea a dæmonio vexatur? Melius mihi fuerat ut nec nata, aut certe mortua fuiſſet. Cui ille reſpondit: Noli flere, ſed vade duc eam ad Domnum CAESARIUM, & offer eam illi ſecrete ut curet eam. Ille vero nihil dubitans venit Arelato, & vadens occurrit ei, & proſtravit ſe ad pedes ejus cum lacrymis dicens: Domne miſerere miſero mihi; cura filiam meam. Qui ſollicite interrogans quid haberet, reſpondit: Dæmonium. Dixit ei: Tace & revertere ad domum tuam. Mane cum Matutinæ dicuntur, revertere & adduc tecum puellam ipſam & matrem ejus, & obſerva dictis Matutinis in atrio ſancti Stephani: & cum ſecretum videris, veni ad cellam & appella. Ille vero fecit ſicut juſſerat. Ipſe autem ſecrete egrediens, & genua in terra figens, cum patre & matre puellæ oravit, erigenſque ſe ſignavit eam & dimiſit ſanam.

Poſſeſſos a dæmone liberat.

23. Iterum ambulans per plateam civitatis, vidit econtra in foro hominem qui a dæmonio

AN.CHR. 542 agebatur. Quem cum attendiſſet e contra, manum ſub caſula habens ut a ſuis non videretur, crucem contra eum fecit; qui ſtatim a tentatione inimici abſolutus eſt.

27. Auguſti 24. Nam illud quam ſanctum & dulce erat, cum per dies inceſſabiliter opportune volentibus, importune nolentibus, verbum Dei ingereret: cum jam ſero pauſare veniſſet, ut vel

Diſcipulis exigit lectionis rationem. ipſius horæ momento de Scripturis divinis & de inſtructione ſancta non vacaret, ajebat ad nos: Dicite mihi, inquit, quid cœnavimus hodie? qualia fercula habuimus? Nos tacentes ſuſpirabamus, quia illuc intellectus noſter ducebatur quo ille ſolitus erat nos provocare, quod de cibo ſpiritali loqui volebat; & ideo nos interrogares. Dicebat iterum: Scio, inquit, quod „ ſi ſollicitus fuero quid cœnaverimus, etiam & quid prandidiſtis retinetis. Si autem interrogemus quid ad menſam lectum ſit, non recordamur. Unde datur intelligi, quia illud

NOTA. „ nobis quod retinemus, dulciter ſapuit; illud vero, quod non retinemus, non ſolum ſaporem in palatio cordis noſtri nullum præſtitit, ſed etiam faſtidium forſitan fecit. Et inge-

* pro qua. „ miſcens dicebat: O infelix oblivio bonorum, cui * nihil infelicius! Et incipiens ab initio „ quod lectum fuerat vel expoſitum, repetebat; nobiſque miſellis voce Prophetica cum ge„ mitu dicebat: Colligite, colligite triticum Dominicum; quia dico vobis, non diu erit ut „ colligatis. Videte quod dico. Colligite quia quæſituri eſtis iſtud tempus; vere, vere quæſituri eſtis iſtos dies & valde deſideraturi.

25. Quod etſi tunc abuſive deſidia noſtra ſuſcipiebat, jam tamen nunc veniſſe probamus

Amos 8. quod dixit. Illud Propheticum in nobis impletum eſt: *Mittam vobis famem in terra*, famem inquit, non panis & aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Licet prædicationes quas inſtituit, recitentur, tamen ceſſavit illa inceſſabilis vox quæ implebat illud Propheticum: *Clama ne*

Iſa. 8. „ *ceſſes*, hoc ſæpius dicens: Palatus cujuſcumque eum verbum Dei faſtidit, anima ejus febricitatur, cum ad ſanitatem venerit, tunc eſurit & ſitit, quod dum infirmatur repudiat „ & negligit. Nam illud dulciſſimum, & ſanctiſſimum recinium quis verbis unquam valeat explicare! Sic, inquit, dicebat ad nos ſervus Chriſti: Cœnam, inquit, jam ut potuimus expedivimus. Ab aſtantibus vero vel a cubiculariis ſuggerebatur, propter laſſitudinem ſuam quia reſpirare vix fatigatus valebat) ut ſe pauſaret. Ille reſpondebat: Bene, inquit, dicitis. Sed expectate modicum. Tunc Cubicularii, Domne, quid dicis? Expectat diu menſa, multum dicendo laſſaſti, & hucuſque non tacuiſti, jam paullulum refice. Ille cum ſumma dulcedine iterum reſpondebat: Bene, inquit, dicitis: ſed quia cœnam expedivimus, recinium *a* nullum facturi ſumus.

Suis exhortationibus ad pœnitentiam audientes provocabat. 26. Incognitorum conſcius novit quod dico: quia Spiritus-ſanctus cum cœpiſſet per ipſum eructare, omnium vitia ita replicabat, & flagellis eruditionis ſuæ ita cædebat, & medicamentis divinis liniens ad ſanitatem ſine ulla mora revocabat, tamquam ſpiritualis & ſanctus organarius corda tangebat ſingulorum; itaut exeuntes ab ipſo nobiſmetipſis de eo quod dictum fuerat aliquantum reſonaremus dicentes: Hinc tibi Deus gratias unuſquiſque ex nobis referat, quia jam non retineo malefactum, nec furit animus meus contra illum fratrem meum: quia utique vera ſunt quæ ſervus tuus prædicat, & malo injuriam pati quam in die judicii mihi iſte Sanctus in teſtimonio exhibeatur. Ille alius de ſuperbia eadem dicebat, aliuſque de invidia, alius qui de quolibet vitio laboraverat ſimiliter dicebat; Omneſque ſani animo & relevati ad cubilia noſtra Deo gratias agentes revertebamur.

S. Cæſarii elogium. 27. Nam qualem vultum, Deus bone, plaſmator ſancte, qualem faciem, qualem perſonam quis poteſt unquam exponere? Nos vero deſideramus in te, ſancte Pater, doctrinam, formam, vultum, perſonam, ſcientiam, dulcedinem quam ſpecialem a Domino inter ceteros homines habuiſti. Quam ſancta fuit vita tua, quam purus & dulcis affectus! Domine Jesu quanta ei dederis quis poteſt vel cogitare, non dicam verbis exponere? Nam cum ad benedicendos fontes procederet, ſicut hi qui viderunt & quæ dico audiunt, teſtes ipſi ſibi idonei ſunt, quia ſibi credunt. Quis enim unquam terrenum hominem eum eſſe in proceſſione illa credidit? Domine Deus cœli fiducialiter pro veritate dico, quia per iſtos quadraginta annos quibus adminiſtravit, quicumque eum illa die viderunt procedentem, tamquam

Epiſcopus fuit 40. annos. ſi numquam ante vidiſſent, ſic ſemper in oculis omnium novus apparebat. Reſplendebat cum anima vultus ejus, quia revera vita ejus profectibus continuis ſic creſcebat, ut ſemper ſeipſo fieret melior. Non immerito extrinſecus apparebat quod intrinſecus gerebatur.

28. Huic vero viſitationes non ſolum quorumcumque Sanctorum multoties oſtenſæ, verumetiam (quod eſt ſuper omnia) Dominus Jesus cum omnibus diſcipulis ſuis ſe in viſione ei revelavit. Quod non paſſim ille jactavit, aut ſpiritu exaltatus eſt, ſed uni tantum

In viſione cernit præmium ſibi in cœlis reſervatum. ſatis fideli perſonæ ſub ſacramento ut taceret ita confeſſus eſt, qui coram Deo aſſerit factum fuiſſe. Verumetiam & ante biennium tranſitus ſui cuncta præparatio, quam percepturus erat pro omnibus operibus ſuis in cœlis, in ſpiritu ei oſtenſa eſt, & dictum eſt ei: Lætare in Domino quia ecce quæ percipies pro ſervitio tuo. Et quia multa ſunt adhuc ſatis & magna quæ propter prolixitatem prætetimus; plerique hi qui nobiſcum illa norunt, dolebunt nos proculdubio prætermiſiſſe tam plurima quæ utique nobiſcum ſciunt. Quos ne ignoſcant rogamus, quia ſatis indecorum & oneroſum aut barbarum eruditis auribus diutius loqui præ-

---

a Veſtem ſeu togam quadratam vocabant antiqui *Recinium*, quaſi rejicinium, quod mediam ejus partem in tergum rejicerent. Hic *Recinii* nomine intelige merendam, hodieque Gallis *le Recinee*, quod ſit dimidiata ſolum comeſtio, alia parte in cœnam rejecta.

Digitized by Google

AN.CHR. 542

præſumere; aut mutum, cum loqui non poſſit, velle amplius muſſitare. Det Deus ut prius finem habeamus quam de amore, de nutrimentis, de charitate, de prædicatione, de omnino ſancta recordatione Domni noſtri ſanctique Patris noſtri CAESARII finem in animis noſtris faciamus. * Tamen quæ etiam, antequam iſta ſcriberentur, poſt tranſitum ipſius de reliquiis ejus acta ſunt, pauca referam.

27. Auguſti

* Hic deſinit codex noſter Sangermanenſis.

29. Chartarius publicus, nomine DESIDERIUS, cum multo tempore quartanis febribus fortiter ita urgeretur, ut etiam prævalida juventute careret: aquam unde corpus illud ſanctum lotum eſt, paullulum hauſit, atque etiam ita ſanatus eſt, ut non ſolum febris ipſa juvenem non repeteret, ſed etiam virtus & robur priſtinum in ipſo Domino annuente rediret.

Miracula poſt mortem erga febricitantes.

30. Filius vero inluſtris viri SALVI, cum tertianis febribus ſatis graviter urgeretur, & ut eſt ſtudium talis viri crebris potionibus huic infirmitati competentibus illum ſtuderet mederi, nihil prorſus juvari potuit. Tunc ut Chriſtianus: Curre, inquit, fili, & quære aquam unde Domnus Epiſcopus lotus eſt, aut certe de veſtimento ſuo reliquias lava, & bibe, & Dominus dabit ſanitatem. Statim ut factum eſt, omnis febris, & quidquid incommodum fuit, ab eo diſceſſit.

31. Filius etiam inluſtris viri quondam MARTIANI graviter febribus incommodis ſic angebatur, ut etiam a Medicis deſperaretur. Ille vero (ut Deus inſpirat propitius quibus vult mederi) fide & alacritate cœpit petere, ut aliquid quod de veſtibus famuli Domini erat, ipſi lavatum bibendum daretur. Tunc ad me vel ad reliquos abſentes qui inde ſibi aliquid reſervarant, curritur: apud quempiam quæſitum inventum datumque eſt de veſtimento quod exhibitum eſt, aquam ipſam ſumpſit ſanuſque effectus eſt, hujuſque miraculi teſtis per ſeipſum exſiſtit.

32. Alias vero eunte me per plateam Francus quidam jam totus frigore quartanæ febris incurvus atque tremebundus ante me ambulabat. Et cum velociter ire diſponerem ego quo cœperam, cœpit poſt me clamare: Benedicte, ſi habes, da mihi de drapo * ſancti Cæſarii propter frigoras *a*, quia multis valet, volo bibere. Ego qui velociter properare volebam quo cœperam dixi: Si me, expectas, craſtino do tibi quod quæris. Ille vero ait: Ego hodie habeo diem, & jam totus tremo; quando te expectare habeo? Tunc ego non otioſe mihi illum in platea toties ante poſitum cogitans dixi ad eum: Veni juvenis: ego tibi dabo quod quæris. Statim ambo redivimus: & cum in cella mea ingreſſi manus uterque lavaſſemus, protuli linteum, ex quo ſanctum corpus dulcis Domni * terſum fuerat. Tuli ego parvulam partem ut darem ei; & ille Francus cum grandi furore * ait de me: Tolle homo quid mentiris? Ego audivi quod ille benedictus non linteum, ſed pannos in uſum habuerit, quod ego lavare volo, & de aqua deſidero bibere. Tunc ego cum lacrymis dixi: Bene dicis, verum audiſti. Sed hinc * corpus ipſius Sancti, quando tranſiit, deterſum eſt. Et ille: Da ergo inquit, ſi ſanus ſim. Acceptum * itaque ſtatim in eadem hora a Domino ſanitatem ſenſit.

* l. panno, Gel. drap.

* al. edd. boni

* al. timore

Cæſarius numquam uſus linteo.

* id eſt, hoc linteo.

* pro accepto

33. Sed quia beneficia orationum ſervi Domini quæ corporibus & animabus Chriſtus per illum præſtitit, omnino nulla lingua valet, ut dignum eſt, expedire; licet ruſticitas meæ eloquentiæ quaſi fatua reſonet, quia nec peritus ſermone exſiſto; tamen cum ſapientibus ſermo eſt, pauca etiam teſti~~monia magna ſunt rerum~~ emolumenta; ſenſus ſuos ~~pro~~ teſtimonio habent qui fideli mente vera ſuſcipiunt. Illud tamen non prætercam quod nuper in cella ſua ceſſit, ubi corpuſculum quievit, ex qua ad ſuperna migravit. Dicentibus ſanctis Fratribus inibi Capitella, ipſis præſtantibus *, unus de Cubiculariis quos in obſequio habuit, dum cicindelem concinnaret, de manibus ei ſuper lapidem lapſus eſt: qui nec verſit, nec fregit, nec extinctus eſt.

* al. præſentibus

34. Dum ergo hic Evangeliſta, ut legimus, eximium ſummumque verbi opus opportune importune agit, dumque ſacrum complet officium, adeſt Dei nutu, non tradente ipſo (ut criminabantur Ariani) ſed tamen jugiter exorante pro omnibus, cum tranquillitate & quiete in Arelatenſium civitate glorioſiſſimi CHILDEBERTI *b* catholiciſſimum in Chriſti nomine Regnum cum virtute manſuetum, cum ſeveritate commune, cum humilitate conſpicuum, Sacerdotes Domini non terrore concutiens, ſed veneratione conſtringens: In Galliis eminentius omnibus, in Eccleſiis cunctis æquale privilegio, celſitudine, civilitatem humanitus recognoſcens. De hoc ergo homo Dei refectus pariter & lætus deſpexit Arimanitidas minas & crebras accuſationes, falſiloquia, ſimulationes confictas. Vidit ergo & lætatus eſt, appoſituſque ad patres ſuos in ſenectute bona in Chriſti nomine plenus dierum.

Childeberti Regis elogium.

35. Cum ergo crebro ſemianimem redderet ipſum conſpectibus noſtris infirmitas; & inter hæc ſeptuageſimum tertium gereret totius vitæ tramitis annum, e quibus quadrageſimum in Pontificatu verteret circulus gyrum; animadvertit per Spiritum imminere ſibi tranſitus diem, & inter non modicos quos patiebatur dolores, ſciſcitatur eſt quam in proximo eſſet beatiſſimi AUGUSTINI depoſitionis dies. Et cum imminere commemorationem ipſius didiciſſet, Confido, ait, in Domino, quod meum tranſitum non longe diviſurus eſt ab ipſius;

Ætas Cæſarii.

Ss iiiiij quia,

a Febres, quæ faciunt homines frigere, vocantur *frigoret*, unde *frigoretici*.

b Arelate Childeberto ceſſit anno 538. quod petentibus Francis a Juſtiniano confirmatum eſt diplomate, inquit Saxius.

AN.CHR. 542 27. Aug.

quia, ut ipſi noſtis, quantum dilexi ejus catholiciſſimum ſenſum, tantum me etſi diſcrepantem meritis, minime tamen reor diſtantia longiore depoſitionis meæ diem ab ejus obitus tempore ſequeſtrari. Interea creſcit additurque exitus Iſrael de terra Ægypti, id eſt animæ ſanctæ de hoc mundo corporalis vitæ migratio.

Prævidet ſuum obitum prope feſtum S. Auguſtini. Moriturus ſe deferri ad Moniales poſtulat. Has conſolatur & hortatur. * Vide infra.

36. Jubet ergo ſe Monaſterio Virginum quod ipſe fundaverat, ſella famulantium manu geſtari quaſi conſolaturus anxias, quibus ſuſpicio tranſitus ſui abſtulerat ſomnum & cibum oblivio. Pſalmorum quoque ſono lacrymis intercluſo, mugitum pro cantico, & gemitum pro *Alleluja* reddebant. Conſolatis igitur compellatiſque Filiabus non alacritatem contulit, ſed mœrorem accumulavit. Etenim in promptu erat agnoſcere jam migraturum eſſe ad divinam patriam, pium Patrem. Alloquitur itaque primam, quaſi more & dulcedine ſua ultra ducentarum puellarum venerabilem CAESARIAM matrem, & conſolatur, atque ad palmam tendere ſupernæ vocationis hortatur; & ut teneant Regulam, quam ipſe ante aliquot annos inſtituerat, monet: ſicque etiam taliter eaſdem Teſtamento ſuo *, ſuccedentibus etiam ſibi Epiſcopis & reliquo Clero præfecturæ vel Comitibus ſeu civibus per epiſtolas ſuas commendat, quatenus minime perferrent tempore poſt futuro laborem. Erat conſtitutio ipſius Monaſterii eo tempore annis plenariis 30. *a*. Dat ergo eis orationem & benedictionem, vale ultimum dicens, illis rugientibus, ad Eccleſiam revertitur. Tertio namque die poſt ſancti Geneſii feſtum, ideſt 6. Kalendarum Septembrium ante diem depoſitionis ſancti Auguſtini Antiſtitis, & poſt diem dedicationis Monaſterii ſui, cum jam vale dixiſſet pridie cunctis, imminente hora prima, inter manus qui aderant Pontificum, & Presbyterorum, ac Diaconorum beatam animam lætus emiſit ad Chriſtum *b*.

Efflat animam.

Veſtes ejus a Fidelibus certatim rapiuntur.

37. Sancti etiam corporis veſtimenta ita a diverſis lamentantibus vel fidelibus populis pia violentia diripiebantur, ut adſiſtentibus nobis Presbyteris Miniſtriſque vix potuerit vel a ſuſcipiendarum reliquiarum patientia revocari. De quibus jugiter, Deo præſtante, ſicut ſuperius dixi, infirmorum curationes creberrime celebrantur. Admirabile quidem gaudium fecit in cœlis, in terris vero intolerabilem luctum reliquit; quem luctum non ſolum boni ſed & ſi qui mali viderunt ſimul participarunt. Nam quis in exſequiis illis ſanctus vel extraneus propter lacrymas pſalmum cecinit? Sed omnes omnino boni malive, juſti & injuſti, Chriſtiani vel Judæi antecedentes vel ſequentes voces dabant: Væ, Væ, & quotidie amplius Væ, quia non fuit dignus mundus diutius talem habere præconem ſeu interceſſorem. Sepultus itaque eſt in Baſilica ſanctæ MARIAE ſemper Virginis quam ipſe condidit, ubi ſacra Virginum corpora de Monaſterio ſuo conduntur. Nos quoque fideli devotione & ſedulitate debita veneremur in terris, cujus anima confidimus, gaudemus, & gloriamur, quod præfulget in cœlis, ad laudem & honorem JESU-CHRISTI Domini noſtri qui cum æterno Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Omnibus ſui deſiderium relinquit. Sepelitur in Eccleſia S. Mariæ.

S. CÆSARII EPITAPHIUM,

Quod poſt everſum a Saracenis ipſius ſepulchrum circa annum 738. Geminus Paulus Præſes renovavit & Saxius in Pontif. Arelat. edidit.

CErnitur hic pario renovatum marmore tegmen
Patri Cæſario, Pontificique ſacro:
Quod ſcelerata cohors rabie deſtruxit acerba.
Hanc virtute Dei ſorbuit unda maris.
Præſul & in ſtagno Arelatis ſede locato
GEMINUS id PAULUS ſtrenue compſit opus.
Cui Chriſtus tribuat cœleſtis præmia vitæ,
Cœtibus Angelicis conſocietur ovans.
Et nobis, venerande Pater, miſerere precando,
Diluat ut noſtra crimina cuncta Deus.

F I N I S.

---

a S. Cæſarii Teſtamentum refertur a Saxio in Pontif. Arelat. a Baronio in Annal. Eccl. ann. 508. n. 33. & a Carolo le Cointe in Annal. Franc. ann. 542. n. 23.

b Ad ſtatuendum S. Cæſarii obitum ſequentes characteres chronologici obſervandi ſunt. Anni triginta jam effluxerant a condito Monaſterio in Sanctimonialium gratiam, cum Cæſarius vita migravit, ut mox legimus. Iſtud Monaſterium ante Alarici Gothorum Regis necem inceptum, Theoderico Italiæ Rege Arelatem oppugnante (quod anno 508. contigiſſe V. C. Hadrianus Valeſius in lib. 6. Rer. Franc. probat) everſum eſt, ut in lib. 1. Vitæ n. 15. dicitur. Anno inſequente vel proximo Cæſarius Monaſterio reſtituendo manum admovet, quod ante duos vel tres annos perficere non potuit. Proinde annus mortis ipſius qui annis triginta poſt exædificatum Cœnobium accidit, anno 542. illigandus eſt. Certe aliquot annis poſt expugnatam anno 538. Arelatam ſuperſtes fuit Cæſarius, quemadmodum ex n. 33. libri 1. Vitæ liquet. Ejus corpus in Parthenone S. Cæſarii dicto, quod in lib. 1. a S. Cæſario conditum legimus, aſſervatur.

SUPPLEMENTUM SÆCULI PRIMI BENEDICTINI.

AN. CHR. 543 21. Martii.

DE S. BENEDICTO, & MULTIS EJUS MIRACULIS,

Carmen FRODOARDI Canonici Rem. poſtea Monachi, ex lib. 13. Carm. 8. Addenda pag. 26.

Ex MS. cod. RR. PP. Carmelit. Excal. Pariſ.

LAUDE poli dignum meritis ſuper æthera notum,
Syrmate GREGORII lepidoque volumine cultum,
Qua celebrem ſtolidi BENEDICTUM laude feremus?
Climata per mundi cuncto venerabilis orbi
Qui radians Chriſti cuneos * ad ſidera mittit. — * agmina Monachorum.
Qui puer alta legens, vicit probra corde ſenili,
Dum mundi flores ut pulveris arida calcans,
Splendorem generis tumidi cum luce leporis
Spernit, & incultus ſapienter culta relinquens,
Rebus cum ſtudiis cœli petit ardua miſſis.
Quoque animo, quam mente pia *, probat actio geſta, — * ſcil. petit. ardua Greg. lib. 2. Dial. cap. 1.
Ipſaque mox actus etiam præeuntia ſigna,
Et ſolidata capiſterii fractura ſoluti,
Ventoſi fuga rumoris, nutrixque relicta,
Seceſſus eremi, ſoloque habitata per annos
Tres ſpecus, impenſus ROMANI panis habena *; — * fune
Presbyter admonitus Paſchalia prandia ferre,
Paſtoreſque in oves mutati corda ferina. — Idem cap. 2
Nec tamen hac tentator abeſt, refugamque laceſſit
Flagitii, facibuſque libidinis urere membra
Mortificata parat, viſcum laqueoſque columbæ
Culmina tranſgreſſæ mundanaque arce relapſæ
Ales avem nigra candente * petit improba mitem, — * f. cauda
Petra venena animæ nigrantibus incutit alis:
Sed Crucis ad ſignum vacuas diſcedit in auras.
Pectus inexpertum flammarum jacta fatigant
Spicula, & obſeſſam vallat vis ignea mentem:
Irrepenſque adytis, patitur vix pectore claudi:
Increſcenſque altum, conſumpſerat intima gazæ *, — * divitias gratiæ,
Ni ſervator opum * cœli ſecreta petentum — * virtutum
Indens conſilium, dextram ſub agone tuliſſet.
Dum veprium ſtimulis cohibentur tela furoris,
Igne urticarum Veneris depellitur ignis,
Et cedit fugiens mutata dolore voluptas,
Hoſte triumphato, fraterni ductor agonis, — cap. 3.
Expulſis Rector vitiis tutorque dicatis
Egreditur vaſis *, altor doctorque ſalutis. — * hominibus
Fama volans nomen celebrando per ora ferebat,
Extollens opus & claram virtute palæſtram.
Agmina denſa pium lætantur adire Magiſtrum,
Linquere naufragium mundi, ſtatione potiri
Portus ſalvifici, tutis ſe tradere caſtris.
Quæ Dux egregius caſtis moderatur habenis,
Illicitos reſecans actus, & tramite ductans

AN.CHR. 543 21. Martii.

Directo cuneos dextra lævaque libratos.
Militiæ fortes coeunt perſtantque cohortes,
Recto calle ſequi præcepta ſalutis amantes,
Lubrica ſectari luxus flexoſque meandros
Exhorrent, æqui regimen trutinæque libramen
Certatim ſubeunt. Quidam atra venena coquentes
Inſontis Patris occaſum meditantur operta
Fraude, ſibi potius lethum opprobriumque parantes:
Quod * proprio ſubeunt vitio, amittuntque Patronum
Rupto vaſe Crucis ſigno ſuſoque veneno.
Dimiſſis Pater inſidis ſubit ardua nota,
Qua fructus gliſcens virtutibus edit opimos,
Dans duodena polo duodenis Caſtra * mereri
Singula militibus, præter * quos lacte rigabat,
Omnibus arta viæ cœleſtis limina pandens.
Illuſtres pariterque inopes ad culmina ductans,
Diſponens, ornanſque, regenſque pii agmina belli:
Irradians promptos, cogens ad ſtrenua tardos.
Certantes ſupero vallans munimine fulcit,
Inſidias abigit, deterret lumine fures.
Æthiopis pueri ductamina cæca ſecutus
Adſentit Monachus: Patris pia verbera paſſus,
Verbereque ereptus, cæſo latrone receptus.
Athletis Dux addit opes, dat commoda Caſtris
Alto monte ſitis, celſa de rupe profundit
Largifluas prece militibus ſitientibus undas,
Principis atque probi manant ad nota fluenta,
Perpetuoque rigant apicis declivia lapſu.
Nec meritis impar Heliſæo, dum docet actis
Tironem * exercens, multetque levamine triſtem,
Dat refluas ferri ſuperari pondere lymphas.
Conſcius & puerilis aqua rapiente pericli,
Dum jubet ereptum curſim properare miniſtro *
Tramite non ſolito, campiſque liquantibus illum
Sectari magni tribuit veſtigia Petri,
Crudeli revocans abſorptum fauce clientem *
Contuitum * Patris auxilium famulante ſodali.
Sic etiam hoſtiles Chriſto vincente furores
Aſſiduis ſuperans renitebat ſæpe triumphis,
Livorem tolerare ſciens, vitare dolorem,
Solum inimicorum noſcens mœrere ruina.
Serpentis callens a ſtupiditate * columbæ,
Obſequiis corvi nutantis ſelle veneni
Dimoto, bellatorum victricia victa
Tela puellarum, mitis diſceſſio Patris,
Interitus hoſtis, monitus gaudentis alumni,
Invictæ mentis tutiſſima pectora pandunt.
Robora belligeri celebres ex hoſte triumphi
Inſinuant, quis ſana ruunt, quis victus Apollo
Conqueritur patulo, raptis ad cœlica ſervis.
Seſe abigi, ſe expugnari, ſibi jura revelli.
Inde lapis preſſus Benedicti ad vota levatus.
Tellure egeſtum ſimulacrum in tecta culinæ,
Militibus fallens juſſis incendia fingit,
Quæ Ducis ad nutum vacuata fraude fatiſcunt.
Quoque magis pugnat pellas illudere Sanctum,

Vin-

* opprobrium.
* Monaſteria
* præter eos quos ſecum educabat.
cap. 4.
cap. 5.
* Zallam
cap. 7.
* Mauro
* Placidum
* qui viderat Benedicti melotem
cap. 8.
* ſimplicitate
cap. 9.
cap. 10.

Vincendi devictus eo mage thema miniſtrat. AN.CHR. 543
Nam quondam properans operantes viſere Fratres, 21. Martii.
Dum ſubvertit opus lapidum, pueri oſſa ruina
Comminuens triſteſque adigit de morte dolore cap. 11.
Præmonitos; datur ipſe pia mœrere medela,
Atque reformatum vitæ gaudentibus almis *, * alumnis
Moxque operi reſtauratum gemit improbus hoſtis.
Lumine cœleſti replentur pectora Patris. cap. 12.
Sollicituſque datis Divino munere gnatis,
Abſentum præſens actus & munia cernit.
Arguit errores, præſumpta cibaria pandit,
Pocula dinumerans, & diverſoria monſtrans.
Corrigit attonitos, parcenſque emendat alumnos.
Sic ſolito ſeſe jejuno viſere amico cap. 13.
Exprobrans votum comitis hortamine fractum,
Dum ſtupidat rubidum liquat in lamenta ſolutum.
Tentantis TOTILÆ cœleſtia dona miniſter
Sic confuſus abit, regalem ponere cultum cap. 14.
Juſſus. At ipſe Patrem pronus Rex barbarus orans, cap. 15.
Audit ut acta & agenda ſibi vel fata: recedit
Mitior, & preſſo ſit poſt minus improbus æſtu.
Tum pavidum ſolans Romam teſtantur amicum * * Sabinum Canuſinum Epiſc.
Gentibus haud verti marceſcere, quin ſibi tandem
Turbinibus motuque ſoli crebriſque coruſcis.
Clericus anguinis ereptus faucibus, almoſque cap. 16.
Inhibitus tentare gradus *; dum juſſa reſervat, * Ordines
Incolumis reſtat: monitus ubi deſerit, hoſti
Redditus inſanit, prædictaque tormina ſumit,
Quæ vir clauſa Dei rimans penetralia dixit.
Diripienda Monaſterii prædone feroci cap. 17.
Indice comperiens Domino, cuncta uſibus apta:
Tutatur lacrymis animas multa prece ſumptas,
Ut mœrore madens fido eſt confeſſus amico.
Infidum vini gerulum furta abdita pandens cap. 18.
Dum regit * angue necis, dat prava tremeſcere fraudis. * protegit ab
Sic quoque dona ſinu prave contruſa clientem cap. 19.
Increpitans captaſſe, probat ſe abſentibus eſſe
Præſentem famulis, actuſque libare ſuorum.
Atque etiam Domino jam ſpiritus unus inhærens, cap. 20.
Verba capit cordis, meditata arcana tuetur,
Elatique premi mandans Cruce corda miniſtri
Dum monet, officio puerum menſaque remotum
Inſtituens unum, reliquorum pectora ſervat.
Ore puſillanimes firmans, relevanſque paventes, cap. 21.
Panis & indignos, dum pollicitatur opima,
Promiſſam parat occulto ſolamine frugem,
Prædictumque refert numeroſa faſce levamen.
Condendis etiam quodam quaſi carcere liber cap. 22.
Spiritus advolitans Caſtris *, promiſſa rependit * Monaſterio Terracinenſi
Fratribus admonitis viſu loca commoda metans,
Depactæque viæ ſine corpore munia complens.
Quinetiam facili fontes ſermone ligare, cap. 23.
Solvere vel meritis animas acceperat altis.
Virginibus notat id querulis illata minarum
Pœna, ſacris quoque libandis oſtenſa repulſa,
Reddita defunctis pia participatio Patris,

Dote

AN.CHR. 543 21. Martii. Dote ſacramentis harum pro pace litata.
Haud ſecus & puerum caſtæ probitatis alumnum
Viſere carnales Sancti abſque favore parentes
cap. 24. Auſum, moxque neci addictum terræque locatum;
Poſt noctem ſuper inventum, rurſuſque repoſtum,
Rurſus & ejectum, dum Sacramenta petitus
Allegat tumulo, poſitum conſiſtere præſtat.
Invito quoque dimiſſus migrare Patrono,
cap. 25. Compellente dracone redit duce callis iniqui.
Et quem ductorem tenebris ſectatur opertum,
Exierat Patris obtentu, dum cernit apertum
Inſidiatorem, petit hoſte urgente ſalutem.
Labe elephantina puerum ſanieque fluentem
cap. 26. Advectum, celeri pulſa dat tabe ſaluti.
cap. 27. Fœnore devincti reddendoque ære carentis
Pauperis angori ſolatia ferre petitus,
Dum miſeretur opem, patria dare mente paratus
Pondera, nec præſto; ſuffragia nota frequentans
Obtinet aſſueto quæſita precamine dona.
Inſuper atque moram compenſat larga datoris
Dextera, pauperiem relevans, & debita pendens *.
* ſolvens. Attactu fugiunt morbi, depulſa recedit
Peſtis, & ipſe color maculis vacuatur ademptis,
Miratus celerem ſtupuit ſumpſiſſe medelam,
Inque ſuam rediiſſe cutem. Cui pota venena,
Pellere dum nequeunt animam, candore pudenti
Atque lepræ facie fœdarant lurida membra,
Quæ decus amiſſum Sancto tractante reſumunt.
Prompta manus largita peou conſumpſerat omne.
cap. 28. Vix olei parvum vitreo ſub vaſe relictum
Uſibus attribui mandans inſtantis amici,
Nil retinere parat, dum cœlis creſcere curat.
Compertoque puſillanimum mandata miniſtrum
Prodiga tranſgreſſum, præcelſa extre feneſtra
Præcipit ampullam in præceps tentore retentam.
Tuta ſed illa ruens in ſaxa jacentia, ſidit *,
* reſedit Nec lapidum ſentit fragilis natura rigorem,
Nec patitur vergens commiſſi damna liquoris.
Quæ ſimul effertur nullæſa * levata petenti,
* nullatenus læſa Arguiturque tenax, reliquos ſolamina placans.
Fœnora ſumuntur ſupera virtute profuſa,
cap. 29. Oratu vacuum Patris & pietate repletur
Dolium, & exundans cœleſtia munera fundit.
Nec tantum precibus ſolitis tam mira patrare,
cap. 30. Quin ſolo viſus nonnumquam promere nutu.
Id capitur Monacho ſimulati fraude ſubacto
Mul-medici *a*, plauſuque manus alapaque recepto.
Ruſticus ille etiam loris tortoris adactus
cap. 31. Indicat, intuitus ſola virtute ſolutus.
* Gothus Et Geta * manſueſcens, animoſque adſtratus omittens.
Exſtant & ſuplici prædara precamine geſta,
cap. 32. Ruricula ut nati quondam miſerabile funus
Advectans ulnis, effundere vota coegit
Improbus, ingeminans & raptum morte repoſcens:

Dum

a Hinc liquido confirmatur lectio, quam in Vitæ S. Benedicti caput 30. aſſeruimus, nempe *mulo-medici* vocem compoſitam eſſe, non in duas dictiones diſtinguendam.

Dum genibus flexis animam obtinet ille precatu, AN.CHR. 543
Ignea reſtaurans gelidis alimenta medullis. 21. Martii.
Vincitur at quondam nutu pietatis amicæ,
Excelluntque piæ renuenti vota ſororis *, cap. 33. * Scholaſticæ
Tendere nocte moras fratri ſitientis ab ore
Mellifluo ſuperæ ſatiari nectare vitæ.
Quæ precibus cœlum obnubens, liquat aera nimbis,
Murmure virgo tonat tacito, lacrymiſque coacta
Nubila condenſas, diffudit fletibus imbres.
Tempeſtate fugam ſiſtit famulante, moratur
Et tenet invitum cœlo SCHOLASTICA fratrem,
Atque triumphat ovans magnam ſibi cedere prædam.
Solatuque animæ vigilatæ nocte potita
Læta redit, gaudenſque polo terreſtria mutat,
Cœlos celſa petens: quam fixus in æthere frater
Siderei cernit dum culminis alta petentem, cap. 34.
Atque columbino ſuperantem ſidera niſu;
Congaudens apici *, grates dependere dignis * honori ſororis
Decertat modulis, Chriſto præconia pangens
Dirigit, & revocans recipit ſocialia membra,
Quæque ſepulchrali parto ſibi condit honore:
Jungeret ut tumulus, cœli quos junxerat æſtus *. * amor
Nec mirandum adeo ſubeuntem regna ſuperna
Germanam vidiſſe animam, cui fabrica mundi
Cuncta oculis ſubjecta patet, radiante coruſco cap. 35.
Æthereæ lucis, totus qua cernitur orbis,
Ignea GERMANUM comitatu cœlite fultum
Sphæra renitenti, qua viſa inferre decori *. * gloriæ
Currit ad intuitum accitus, partemque Diacon
SERVANDUS radii rapit ad miracula teſtis.
Cetera geſta Patris ſectanda ſilentia nobis
Suppreſſere Ducis *, reliquorum bella * petentis. * Gregorii * agones
Dogmate quo viguit, Monachorum Regula pangit. cap. 36.
Cui præſcripta dies obitus, hoc munere dignus.
Prodita diſcipulis ipſo retegente pateſcit
Strata decore via, ſplendoris honore coruſcat,
Scandere monſtratur qua cœlica culmina Juſtus.
Emicat elatis manibus, ſacriſque cibatus,
Tradens extremum per verba precantia flatum,
Inclytus æde precum tendens ad templa polorum.
Pignera delubro data quo depulſus Apollo, Translatio
Egregium celebri promunt victore triumphum.
Quæ monitus transfert AIGULFI MUMMOLUS actu
Hac de re miſſi, ſuperæ qui lucis honorem
Dum ſervare calet, per opaca ſilentia noctis.
Munera conſequitur longo quæſita labore.
Eripit, attollit, germanaque * pignera junctis * ſororis
Complicibus confert, ſimul hæc ad munia Divo
Legati juſſu properant, & ad extima tendunt
Auſoniæ ſola, dum Papæ revocare ſuaſi
Sectantur cunei Chriſto duce rapta talenta.
Quique tegit famulos, obcæcat amara frementes,
Ne coram poſitos valeant ſpectare petitos *. * appetitos
Raptim ferre jubet gazas ſeſe auſpice ſumptas,
Datque videre hoſtem, nec poſſe viderier hoſte.
Numine ſic tuti; tollunt data præmia læti,

Præ-

AN.CHR. 543 21.Martii. cap. 37.

Prædictis quæ rapta Deo cenſente ruinis
Prodita reſplendent Francis, ſimul oſſa ſororis,
Gallorum crebris urbes decorantia ſignis.
At loca culta Pater haud deſeruiſſe videtur,
Immo rogatus adeſt, ultro quoque præmia confert.
Quæ lymphata * .. ſaltuſque & devia luſtrans
Experta eſt mulier, ſpelæi ingreſſa cubile
Prima viro tirocinii quo exercita lucta:
Dum ſapit egrediens, animi & data robora ſervans,
Priſtina nec læſæ retegit diſcrimina mentis.

* f. din.

AN.CHR. 565 26.Aprilis.

VITA S. PATERNI EPISCOPI ABRINCATENSIS.

Auctore FORTUNATO Epiſcopo Pictavenſi.

Addenda pag. 143.

Ex ſchedis a V. C. D. d' Herouval communicatis.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Hæc Vita Venantii Fortunati ſtilum & gravitatem ſapit. In cod. Mſ. quem nobis D. Antonius Vionius Herovallius communicavit, hanc preferebat inſcriptionem: Incipit Prologus Domni FORTUNATI Epiſcopi in Vita S. PATERNI *&c. Nuncupata eſt* MARTIANO *Abbati, quem Abbatem Monaſterii Enſionenſis fuiſſe veri ſimile eſt, ac* PATERNO *in ſæculo degenti amicum exſtitiſſe ex Prologo ſubjecto conſtat. Hæc Vita loco alterius a nobis Sæculo* 1. *edita collocanda eſt.*

PROLOGUS AUCTORIS AD MARTIANUM ABBATEM.

1. D*OMINO ſancto & venerabili meritis totoque ſinu pectoris amplectendo in Chriſto Patri* MARTIANO *Abbati* FORTUNATUS *humilis.* Magnæ charitatis profert teſtimonium, cujus curam in amico nec mors ſubtrahit poſt ſepulchrum. Nam qui famam amatoris ſtudet poſt obitum, ipſam memoriam fortiter diligit in defuncto. Denique affectum viventis toto bibit in pectore, quem nec ſepultum abſtulit oblivio de ſermone. Quo voto ſollicitante, Pater venerandiſſime, de B. PATERNI opinione tam celebri injungere non diſtuliſti a nobis aliqua loquente pagina promulgari: qui certe vir Apoſtolicus nec apud vos oblivione, nec apud nos abſens eſt in virtute, cum magis ſacratis actibus nunc veram vitam poſſidet, in qua mors non invenit quod extinguat, nec vis habet ultra quod noceat: cum ſub pede Juſti potius ipſa ſuccumbat, & conteratur calce, quæ quondam fuerat in timore, confitens illa ſe ſupplicem, quia in gloriam plaudentis reſpicit quem invaſit; & magis ordine converſo, feliciſſimo triumpho didicit timere mors mortuum. Quod opus in re licet iſta dicturi * quam ante mihi commiſeris, tamen ad obediendum libenter me invadis: & in tua jura transſcribis, quoniam apud diligentem ſufficit ipſum velle, ſi deficit poſſe. Quippe ubi devota eſt charitas, voluntas major eſt quam facultas. Nam placere vult integre, qui cauſa obedientiæ etiam ſuas vires transſcendit: unde quia ultra ſe tendit, & pluſquam valet appetit, amor menſuram non habet. Itaque dilectione & in his quæ ſupra me ſunt debitorem profiteor: atque quantum valuero, affectui fenora ſolvere procurabo. Sed tamen & ſolvere plus debeo, quoniam charitati numquam totum redditur quod debetur.

* f. licet ita dictavi, antequam

INCIPIT VITA.

Virtus ſine ſcriptura fulget.

2. Religioſorum actuum geſta prædicabilia ſubcreſcente provectu virtutis adulta, ac venerandis operibus in cumulum ſacratæ benedictionis educta, miraculorum fidelium jam tranſmiſſi temporis teſtimonio declarata, a vivacibus meritis ſemper adſiſtunt fidei oculis, etſi non adfixa teneantur in paginis: quoniam extrinſecus advena teſte non indigent, qui domeſticæ gloriæ documentis excellunt. Et tamen corroboratur grex devotus de Paſtoris ſuffragio, quoties præmiſſarum virtutum ipſoque recreatur auditu.

Paterni patria, genus & educatio. Monachus fit & Cellerarius.

3. Sacratiſſimus igitur PATERNUS Epiſcopus, Pictavis civis Aquitanicæ regionis juxta ſæculi ordinem generoſis parentibus exortus, in adminiſtrationem publicam procreatus, generoſior moribus inſtitutus, a JULITTA matre fere 60. annorum vidua nobiliſſime enutritus, cœleſti inſpiratione ab ipſis annis infantiæ maturæ vitæ frena ſuſcepit, & in Monaſterium

Enſ-

Eneſſione *a* jugum Dominicæ culturæ Monachus geſtaturus expetivit. Qui mox ab Abbate AN. CHR.
ſuo ad diſpenſationem cellarii deputatus, in ipſo primo gradu dedit indicium, ſe ad guber- 565
nanda plurima diſtribuente Domino Pontificem mox futurum. Cujus mater jam converſo 16. Aprilis.
infantulo dum tunicam vellet facere, orditam telam caſu ſuper tectum impoſuit: quæ
ſubrepta ab ave quæ dicitur milvus & ad nidum ſuum perducta, poſt expleta unius anni ſpatia reperta eſt incorrupta: itaut ejus ſtamen nec hiemalis imber, nec fervor æſtivus filo putreſcente ſolveret, ſed integra perſtitit, acſi tunc fuſo torquente de manu pendula lanifice proceſſiſſet.

4. Dehinc ad majorem virtutem ſe adoleſcentibus adhuc annis extendens, terminum puerilis ætatis tranſiliens, conſilio inito cum SCUBILIONE ejuſdem Cellulæ Monacho, propter amorem Chriſti relictis parentibus in Conſtantino pago ſe libenter elegerunt fieri peregrinos pari contubernio, ſolum deportantes Pſalterium. Tunc S. Scubilio licet eſſet ſenior, videns B. Paternum meritis honorandum, ad Fratrem ſibi coæquandum ſuum dimiſit pallium *b*. Qui dum in quadam inſula propter ſolitudinem deſiderarent accedere, vir quidam nomine AMABILIS Deo timoratus, donec de ipſis civibus nuntiaret, detinuit eos dicens, ut in fano Seſciaco ſe dignanter reconderent, ac ſua interceſſione diabolica cultura quam gentili ſub errore mali venerabantur ceſſaret.

Scubilione comite in pagum Conſtantinum ſecedit.

5. Tunc circa ſinum montis in receptaculo cavernæ cum ſuo contubernali vir Eremita ingreſſus eſt. Ad quod fanum populus dum ea conſuetudine per ſacra execrabilia debaccharet, admonitus eſt a ſanctis viris ne vana colendo ſe crederet ſalvari, qui ſalvari poterat ſi non irritaret in injuria Creatorem; ſed juſtius ageret, ſi Conditori ſuo vivificatum plaſma ſerviret. Quæ plebs reverendos viros irreverenter deſpiciens, ritum quem peſſime cœperat, pertinaciter exercebat. Tunc Sanctus cum collega ſuo tam fervore fidei quam vexillo Crucis armati, accedentes ad vaſa ubi pulmentaria decoquebant, ſingula ſuis baculis everterunt: potum vero per cupellas diſpoſitum deorſum evellere * voluerunt, poſtponentes ſuum periculum, dummodo fortes milites pugnarent pro Chriſto, deſiderantes martyrium, ſi devotus ferire non reformidaſſet percuſſor. Sed magis nutu Divino ipſi in timore ſunt habiti qui poterant trucidari.

Gentiles ab idololatria compeſcit.

* effundere

6. Tunc revertentibus ipſis ad eorum injuriam quædam mulier veſtibus ſe denudat: quæ mox ad vindictam juſtorum totis membris morbo percuſſa contrahitur. Hinc per anni ſpatium vigore tabeſcente torquetur, ac nervis ægrotantibus, cædente ulcere flagellatur, donec venia petita ipſis exorantibus unde vindicta venerat, inde curreret medicina.

Contractam ſanat.

7. Quadam vice cum eis tantum dimidius panis ad refectionem legitimam remanſiſſet, advenienti iteranti * & ipſum B. Paternus ad humanitatem largitus eſt, cupiens homo Dei magis hoc in mercedem, quam in ventrem recondere. Tunc ſacer Scubilio hora competenti rogat, ut jam deberent reficere. Cui reſpondens ait: Chriſtus qui ſemper abundat, præparat ſuis cibaria. Quod Frater moleſte ferens *, eo quod poſt laborem non invenerat unde ſe fatigatum reficeret. Et tamen pro ſervi eſca, Domini cura pervigilat, nec famem pati permiſit, qui eſurienti victum impertiit. Nam ſine mora WITHEARIUS primus eorum diſcipulus inter jejunia invenit omnia copioſa, & multiplicavit cibaria refectione dilata. Sic intra horæ momentum quod indigenti dederant, cum magno fenore receperunt.

Egenum paſcens, divinitus paſcitur.

* itineranti.

* ferebat

8. Itaque refectione peracta aqualis liquor ſitientibus deerat, quia tanto magis caro deſiderat pocula, quanto plus ſaturitas exardeſcit poſt eſcam. Mox in oratione proſuſi Chriſtum æternum vitæ fontem precantur, ut ipſe ſuis famulis aquam tribuat in deſerto, qui tunc Iſraeliticis undam manavit in eremo. Hinc Divinitatis auribus e vicino exauditis precibus, ubi B. Paternus tetigit de baculo humum, fons erupit ab abyſſo, & ita replens exſilivit, acſi Moyſes alter virga perforante aquas traxiſſet de lapide.

Aquam oratione obtinet.

9. Cujus cauſæ fama creſcente vir venerabilis GENEROSUS *c* Abbas eorum, poſt triennium ad requirendos Monachos tam bene ad Chriſtum fugitivos perrexit. Quibus inventis agnoſcit S. Paternum ſe in valde vita ardua conſtrinxiſſe, qui præter panem & aquam vel olera ſale condita, nulla ſumebat cibaria. Adſpectum vero ſuum non ſolum a feminarum, ſed etiam a virorum removebat præſentia, ut ab omnibus ſummotus ſollicite exſpectaret adven-

Auſteriorem ejus vitam temperari jubet Generoſus Abbas.

a Alias Anſionenſe, nunc S. Jovini de Marnis, vulgo *S. Javin*, de quo in Vita S. Aicardi Abb. ad ann. 687. multa dicta ſunt. S. Jovinus Abbas qui Monaſterio cauſa nominis & incrementi fuit, ex illuſtri familia in territorio Lodunenſi (*Loudun*) diœceſis Pictavenſis ortus fuiſſe dicitur, ac Chlodovei Magni principatu floruiſſe.

b Cur vero Scubilio ſenior, non Paternus pallium geſtabat? An Monachi Anſionenſes ſeu Eneſſionenſes imitabantur Græcorum Monachorum morem, qui in tres diſtincti ordines, diverſis utuntur veſtibus? Nempe Noviciorum eſt tunica, cingulum & pileus: Perfectorum ſeu votis adſtrictorum pallium: Perfectiorum cuculla. Lege Notas Jacobi Goaris in Euchol. Græc. pag. 455.

c Hinc manifeſtum eſt, Generoſum Abbatem, non ad Sæculum 7. (ut alias diximus) ſed ad Sæculum 6. pertinere. Corrigendum proinde vetus Lectionarium Anſionenſe, in quo S. Generoſus floruiſſe dicitur *ad tempora quo Romanum Imperium Conſtantinus Auguſtus tertius ab Heraclio gubernabat, & Childebertus filius Theoderici Regis Dagoberti primi nepotis, Francorum Reip. præſidebat*. Generoſus Monaſticum habitum in Monaſterio Anſionenſi *ſub* S. LAUNEGISILO *ſuſcepiſſe* legitur. Anno 1159. textor quidam apud Toarcium oppidum ob violatum S. Generoſi feſtum diem membrorum ſtupore punitus, in Eccleſia S. Generoſi facta pœnitentia ſanatus eſt. Item Aimericus quidam cognomento de Villis, Toarcii Seneſcallus, ob rapta ejuſdem Eccleſiæ ornamenta pœnas dediſſe fertur. S. Generoſus 6. Idus Julii colitur in Monaſterio Anſionenſi, ſeu S. Jovini de Marnis, & in Eccleſia Prioratus S. Generoſi, vulgo *S. Generoux*, quæ una leuca diſtat ab ipſo Monaſterio, ejuſque Reliquias adſervat.

AN.CHR. 565 16. Aprilis.

adventus Angelicos, & creſceret in Divinitate quod deeſſet in homine. Lectulum numquam habens, lectaria neſciens, in pluma neque caput reclinans, niſi veſte tantummodo qua in die uſus eſt, ea per noctem contentus eſt. Pro molli lana hirſutum cilicium induens, ut inter horas ſoporis & per tempus quietis non eſſet requies corporis, & mutato ordine adhuc poſt actum diem nox ſuccederet in labore. Quod Abbas ſuus inſpiciens ultra propoſitum Regulæ velut impatientem equum acriter excurrentem, per impoſita freni pondera ad moderata eum revocavit jejunia, imperans ut nec recluſus eſſet tam ardue, neque virorum conſpectu vel colloquio defraudaret: inſuper & cellulas quas ipſe conſtruxerat, in carro vicibus viſitaret.

Leontio Epiſcopo commendatus Presbyter ordinatur.

10. De quo quia de bonis eſſet parentibus tam a Pontifice LEUNTIANO a, quam a civibus prompte teſtificatus eſt. Quem in loco commendans, B. Scubilionem ad Monaſterium revocans, parvo intervallo ad Fratrem redire permiſit. Dehinc vir Dei Paternus a S. Leontiano Diaconus ac Presbyter inſtitutus, quantum dignitas creverat, tantum ſe virtutibus honorabat. Quibus gemellis cultoribus tantus in Seſciaco adoleſcebat gratiæ fructus de verbi ſemine genitus, ut ſanum profani cultus ereptis hominibus deputaretur pecoribus, & inſenſatus locus fieret animalium clauſura. Spelunca vero quia & tales accolas excepit, etiam cœpit nobiles flores odore fragrare, ut velut de patris fundamine matriſque alveario cum totius religioſitatis nectare nata atque nutrita Monachorum plurima fundarentur examina. Denique per civitates, ſcilicet Bajocas, Cinumannis, Abrincas, Rhedones Britanniæ, multa Monaſteria per eum Domino ſunt fundata, cujus diverſis indiciis claruit fides per opera, & ſacrata vita per ſigna.

Gentiles ad Fidem, plurimos ad Monaſticam vitam adducit.

Muta linguam ſolvit.

11. Itaque in Seſciaco quadam die AROASTES Presbyter offert ei ancillam ſuam ſine officio linguæ mutam. Tunc ſanctus vir puellæ labiorum loca manu contrectans, nullatenus aperire poterat dentium ſtricturam: qui mox benedicens oleum, ubi ſignavit maxillarum compagem, reddunt ſonum quaſi catenarum fragmenta fuiſſent colliſa: & in ore ejus intinctum liquorem ponens interrogat quid haberet quod taceret. Mox unde muta tacuit, puella per verba reſpondet.

Columbas poſt ſe trahit.

12. Item cum de Seſciaco acceſſiſſet Abrincas, petit a Fratre Scubilione, ut duos pullos columbarum quos ipſe nutrierat, ſecum portare permitteret. Quid ille negavit dicens: Pro tua præſentia vel columbarum tuarum reliquias mihi teneam. Cui S. Paternus ait: Quem plus amant, apud ipſum permaneant. Qui cum ad Monaſterium fere decem & octo millia ſpatia * perveniſſet, altero die ibidem venerabili viro columbæ velociter occurrerunt, ut itineris ejus ubi ſigna non videbant, ſequerentur veſtigia. Sic poſt B. Paternum deſiderium ſuum & aves confeſſæ ſunt: ſiquidem ſatis digne quod ſpiritalem columbæ ſecutæ ſunt.

* paſſuum

Manccam curat.

13. Item apud Abrincas cujuſdam urſi poſſeſſoris ancillæ, morbo contrahente, ſe manus collegerant, nec poterant devolvere, nam fila erant digitorum glomerata. Mox tamen ut Beatus orationem explicuit, contractarum manuum ſe tela diſtendit, & reddita ſanitate cœperunt digiti nervorum licias temperare.

Childebertum adiens, multa miracola patrat.

14. Hinc fama percurrente, multa Regis CHILDEBERTI prece compulſus eſt, ut ipſi glorioſo Regi Childeberto Pariſius in carro cooperto recluſus occurreret. Mantela * vico quidam puer a ſerpente percuſſus eſt, & jamjamque exanimanti ſanctus vir acceſſit, ne puer morte interveniente recederet. Itaque facto Crucis ſigno & olei liquore perfuſo, penetratum venenum tali curavit antidoto. Quo etiam in loco ad rerum teſtimonium in ejus nomine Chriſti Baſilicam condiderunt. Cujus nomine ſpiritalem adventum Pariſius immundi ſpiritus agnoſcentes, de obſeſſis corporibus in fugam converſi ſunt. Pariter autem hi qui frigoribus torquebantur, incolumes effici meruerunt: nec morbus illi prævaluit, ubi talia Medicus unguenta produxit.

* Mante, opid. ad Sequanam NOTA.

15. Dehinc cum Sacerdos pro pauperum remediis Regi ſuggeſtionem proponeret, tunc glorioſus Childebertus CRESCENTIO imperat, ad quem cura publica pertinebat, ut quod B. Paternus ei injungeret expediret. Quod ipſe implere promittens, mentitus eſt: profectuſque ad partes Burgundiæ prædicto Sanctiſſimo neſciente, per biduum Creſcentius excæcatus erravit. Qui culpam reminiſcens unde illum tam repente tenebroſus error invaſerit, regreſſus velociter impetrata venia, ut culpa cordis exiit, oculis lux intravit: & doctior poſt cæcitatem, ſervi Dei juſſa complevit, ut ea hoc crederetur recepiſſe luminaria magis mentis quam corporis.

Septuagenarius ordinatur Epiſcopus.

16. Qui ſeptuagenarius cum Abbatis virtutibus * fungeretur, & in Cellula ſua quam primum ædificaverat Seſciaci quieſceret, quadam nocte viſus eſt ei ipſe locus mira claritate perfuſus, & ad eum venientes in viſione Sancti qui ad Dominum migraverant, MELANIUS, LEUNTIANUS & VIGOR Epiſcopi per revelationem eum ordinaverunt Antiſtitem. Tum ipſe ſtupefactus, ſed apud ſe retinens quamvis tunc tacuerit, poſt probavit. Nam non longo intervallo ad ſupplicationem tam plebis quam Principis, Abrincas Paſtore recedente ſucceſſit. Nec recuſare poterat, quod jam ſecreta Dei diſpenſatione portentatum erat. Mox effectus Pontifex ita ſe in Eccleſiarum inſtauratione vel nova ædificatione exercuit, domuum recupera-

* l. vicibus

---

a Leontianus Eccleſiæ Conſtantinæ in Neuſtria Epiſcopus, Concilio Aurelianenſi 5. anno 511. ſubſcripſit: quo ex calculo ætas S. Generoſi ac B. Paterni colligenda eſt.

peratione ſuccinxit, culturæ utilitatem diſpoſuit, pauperum adminiſtrationem profudit *, ut eſſet in ſingulis mirabilis & in omnibus ſingularis. AN.CHR. 545

17. Illud etiam merito memoriæ non fraudatur. Cum quadam vice in Teudeciaco villa Severo comite advenisset, quædam femina civis Rhedonica cum oratione * oblata eſt muta, quo a Sancto viro oratione completa, ſtatim mulier longa rupit ſilentia, nec potuit inimico ſervire diutius, pro qua libertatis auctor Chriſtus fuit invocatus. 16. Aprilis. * f. providie Mutæ reddit vocis facultatem.

18. Igitur cum tertium-decimum annum vir Dei ageret in Pontificatu, ſtatim altero die Paſchæ cum Fratres Seſciaco viſitare cuperet, in infirmitatem incidit. Pariter autem S. Scubilio in Maudanenſe Monaſterio in infirmitatem incidit. Dirigunt ad ſeinvicem, ut priuſquam de ſæculo diſcederent, ſe viderent. Tunc Miſſi ſeinvicem obviantes, B. Scubilionem in itinere commonent ut Fratri occurreret: ſed brachio maris oppoſito non valuit nocturno tempore tranſfretare. Attamen cum a ſe Sancti fere tria millia ſpatia intereſſent, eadem nocte pariter B. Paternus una cum ſancto Fratre ſuo glorioſo Præpoſito, nobili in triumpho, felici viatico, cum choro Angelico in cœleſti Senatu de terrenis pias animas emiſerunt ad Chriſtum. * f. ei in Oratorio. Ipſe & Scubilio ægrotant. Moriantur una nocte.

19. Quem Lauto Epiſcopus, qui ibidem ante dies octo ad viſitandum advenerat, cum ad Baſilicam Seſciaco B. Paternum deduceret impendens exſequias; item Lascivius Epiſcopus S. Scubilionem ad Baſilicam ipſam deduceret; utroque concinente choro pſallentium, in unum neſcientes Pontifices convenerunt, & ſanctiſſimi viri orationis locum quem ædificaverant, pariter eadem die occupaverunt felici ſub tranſitu, ut nec mortis caſus divideret quos ſemper una vita conjunxit: ac ſimul uno monumento cum altero alter ſepultus eſt *a*, cum & in peregrinatione alterum alter ſecutus eſt. Sic Redemptori noſtro, amatori unico electi de ſæculo meritis felicibus æqualiter occurrerunt, miracula facientes poſt obitum, qui beatis operibus vivunt integre poſt ſepulchrum. Sepeliuntur ſimul.

a Viſuntur uſque hodie cenotaphia SS. Paterni & Scubilionis in vico S. Paterni, vulgo *S. Pair* appellato, diœceſis Conſtantienſis ad oram maritimam Oceani, haud procul a Grandivilla oppido. Illic ſine dubio ſita erat Abbatia Seſciacenſis, poſtea S. Paterni dicta, quam Richardus II. Dux Nortmannorum Monaſterio S. Michaelis in Monte Tumba attribuiſſe legitur in Neuſtria pia. Nunc locus redactus eſt in vicum, inſignitum tamen nomine Baroniæ, quæ a prædicto S. Michaelis Cœnobio haſtenus dependet: ubi nuper, hoc eſt anno Domini 1664. die 2. Septemb. corpus S. Gaudi Ebroicenſis Epiſcopi inventum eſt.

Explicit Vita S. Paterni Epiſcopi.

CORRIGENDA IN SÆCULO PRIMO.

IN VITA S. LEOBINI.

Pag. 120. *in Nota l.2 poſt* firmavit. *adde*. Quo vero die obierit S. Leobinus, controverſa res eſt. Venerabilis Beda, Wandelbertus & Uſuardus in ſuis Martyrologiis, quæ ſequitur Romanum, S. Leobinum celebrant uno die, ſcilicet 17. Kalend. Octobris. At Eccleſia Carnotenſis feſtos dies S. Leobini duos conſecrat, unum Depoſitionis prid. Idus Martii, alterum Tranſlationis 17. Kalend. Octob. In Martyrologio ejuſdem Eccleſiæ ante annos 500. manu exarato hæc leguntur: *Prid. Idus Martii, In ſepulchro Patris noſtri* LEOBINI *ſcriptum eſt, pridie Idus primi menſis Martis ipſum S. Leobinum migraſſe a ſæculo*. Conſentiunt Eccleſiaſtici libri omnes ad uſum Eccleſiæ Carnotenſis tum manu deſcripti tum typis excuſi, ut demonſtrat eruditiſſimus Joannes Baptiſta *Thiers* in ſuo libro de Feſtorum dierum imminut. cap. 23.

S. SAMSONIS EPISC.

Pag. 160. *num.* 20. *lin.* 6. *poſt* ſancto Presbytero, *adhibe Notam in margine inferiori his verbis*. Legerat hanc Vitam Guibertus Abbas Novigenti, ſiquidem in lib. 2. de Pignerib. Sanct. cap. 2. ita ſcribit. *Legi, teſtor Deum & iis qui mihi præſto fuerant, cum animi deteſtatione relegi, ſcilicet in Vita Samſonis celeberrimi apud Francos & Britones ſancti, Abbatem quemdam quem ſanctum* PYRONEM *lectio illa cognominat. Cujus cum finem (ut Beatum putabam) rite legendo proſequerer, reperi cumulum ſanctitatis, hominem videlicet ebrietate madentem, puteum incidiſſe, ſicque enectum*. Qua de re Auctor infra nu. 36. Verum ita forſitan Pyro dictus eſt ob Sacerdotii gradum. Nam cum ejus mortis genus Auctor non reticeat, parum credibile eſt, Pyronem ab eo Sanctum fuiſſe exiſtimatum.

Pag. 273. *in fine Nota (a) adde*. Lege Tom. 3.

Cheſnii pag. 344. & 345. Willelmus Monachus Malmesburienſis in lib. 2. de Pont. Angl. ubi de Monaſt. Schireburn. hæc ſcribit. *Ibi* (nempe in Monaſterio Cernelienſi) *multas Sanctorum Reliquias ex Britannia tranſmarina emptas repoſuit* (Rex Ethelſtanus:) *inter quos eminent præcipue beatiſſimi Samſonis oſſa, Dolenſis quondam Archiepiſcopi ſanctiſſimi & plane Deo digni viri, cujus virtutes reliquas hic referrem, niſi quia nota ſunt, & indigenarum Sanctorum miraculis ſcribendis occupatas manus habeo.*

IN VITA S. GERMANI EPISC.

Pag. 222. *in fine Nota (e) poſt* poſitum. *adde*, Hugo Abbas Flaviniaci in Chron. parte 1. ad ann. 630. affirmat, quod *in vico Lauſia in manſo nativitatis S. Germani, non canis, non avis prædam rapere prævalet, quæ non ſtatim intereat: quod experimento probatum eſt. Qui locus uſque hodie Eccleſiolam retinet S. Germani nomine & virtute inſignem*.

Pag. 229. *in Nota (b) lege*, Pagus Oximenſis, Comitatus titulo quondam inſignis, ſic dictus ab Oximo Neuſtriæ oppido, vulgo *Hyeſme*, inter Divæ & Ornæ fluviorum initia continetur, pago Uticenſi ab Oriente conterminus. *cetera dele*.

Pag. 230. *num.* 60. *lin.* 2. *l.* veſtigio. *Ibidem in fine Nota (a) adde*, Et tamen Gregorius Turonicus Epiſc. de Gl. Mart. lib. 1. cap. 51. alio ſenſu eamdem phraſim uſurpare videtur, ubi de matre agens, eam cœlitus admonitam fuiſſe dicit, ut ad depellendum peſtis inguinariæ periculum in vigilia S. Benigni vigilias ageret ac Miſſas revocaret. *Vade & vigila totam noctem in honore, ac revoca Miſſas & liberaberis a plaga*. Nam & Gregorius *Miſſæ celebrationem* etiam laicis adaptat ejuſdem lib. cap. 75. *Si qui nunc frigoritici*, inquit, *in ejus honore Miſſas devote celebrent &c.*

Tt S. CON-

S. CONSORTIÆ VIRGINIS.

Pag. 236. *num.* 10. *lin.* 2. *ad verba*, præfatæ Eccleſiæ, *adbibe hanc Notam*. Meminit hujuſce ritus & facti ante annos octingentos Florus Eccleſiæ Lugdunenſis Subdiaconus in Collect. ex Sentent. antiq. PP. To. 9. Bibl. PP. in hunc modum: *In Eccleſia quoque Lugdunenſi fit religioſa olim & venerabilis conſuetudo fuit (ſicut antiqua narrat hiſtoria) ſcilicet ut defuncto Pontifice omnis in unum conveniret Eccleſia, & triduano jejunio communi voto ac ſupplicatione celebrato, quemcumque eis Dominus per revelationem, ſive ex eorum Clero, ſeu aliunde oſtenderet, ipſum ſine dubio Antiſtitem conſtituerent. Quod de* B. EUCHERIO *præfatæ urbis Epiſcopo & Doctore egregio, ſanctiſſima Vita ejus liber manifeſte teſtatur impletum.* Hinc intelligitur, quantæ ſit auctoritatis & antiquitatis liber de Actis S. Eucherii & S. Conſortiæ a nobis editus.

S. DROCTOVEI ABB.

Pag. 243. *in Nota lin. ult.* *l. Depoſitio S. Droctovei Abbatis diſcipuli B. Germani*. Ita veteſtimum Uſuardi apographum, in quo poſteriori & tamen antiqua manu 7 Kalend. Maji leguntur hæc verba: *Pariſius Tranſlatio corporis B. Droctovei Abbatis, diſcipuli beatiſſimi Germani Confeſſoris Chriſti atque Pontificis.*

S. AUGUSTINI EPISC.

Pag. 516. *in Nota*, *l* Catigera, Doctor, Rector, inquit Papias. Legendum videtur utrobique cathegeta. Nam καθηγητὴς Græce ſignificat magiſter, præceptor. Niſi forte legendum *caligera* a καλιγὰριος, quæ vox in Conciliis, in Vita S. Joannis Chryſoſtomi, & in Hiſt. Lauſiaca Palladii reperitur. Hanc obſervationem V.C. Emerici Bigotii humanitati debeo.

Pag. 560. *num.* 1. *lin.* 2. *l.* exſuperans natale.

F I N I S.

INDEX

INDEX HISTORICUS
PRIMI SÆCULI BENEDICTINI.

Litera a *initium paginæ uſque ad medium*, m *medium ad finem*, n *notulas marginis inferioris deſignat*.

A

AARON Abbas in Anglia, pag. 579. a
Abbo Epiſcopus Nivernenſis, 82. a
Abrincenſis Epiſcopus Paternus, 143. a
Adalardo Abbati Corbejenſi Paulus Diac. quaſdam Gregorii M. Epiſtolas mittit, 389. m
Adela Danorum Regina Duci Siculo nubit, 610
Æduenſes Epiſc. Agrippinus, 222. m. Nectarius, 223. a Syagrius, 231. a. Leiſaſtus, 316. m
Ælfnotus Abb. Cantuar. 524
Ælfſtanus Abb. Cantuar. 535. m n
S. Æmiliani Abb. cognomine Cucullati Vita, 197. Monaſterium in Hiſpania ſub ejus nomine, 200. m n. Abbas Citonatus ſeu Zitonatus, 197. n. Æmiliani duo, ibid. a
Æquitii Abb. Vita, 603
Æquitius Patricius Maurum filium S. Benedicto offert, 6. a. Caſſinenſi Monaſterio multa prædia largitur, 49. a
Æthelbertus Rex Anglorum excipit S. Auguſtinum, 496. 497. & ſeq. Chriſtianam Fidem ſuſcipit, 499
Æthelſtanus Rex Angliæ, 524. m n
Ætherius Epiſc. Carnot. 116. a Obit, 118. a
Agapitus Abb. Pictavenſis, 559. m
Agathenſis Epiſc. Beticus, 548. Abbas S. Severus, 547. Saluſtius Senator, 550. m
Agaunenſis Abbas Severinus, 552
Agilus Vicecomes Aurelianenſis an Monachus Miciacenſis, 564. m Eccleſiam B. Maximino ponit, 575. a. 578 581
Agnelli Abb. Neapolitani Vita, 334
Agricola Cabilonenſis Epiſc. 223. m
Agrippinus Æduenſis Epiſc. 223. m
Aidanus Rex in Angliæ ſacratur, 343. m. 348. a
Alanus Armoricæ Rex, 363. n
Alatrinæ Monaſt. S. Sebaſtiani, 32. m n
S. Albini Monaſt. Andeg. 105. m Robertus Abbas, ibid.
Albinus Reatinus Epiſc. 634. m n
Aletenſis Epiſc. Macluviae, 177. & ſeq.
Aletenſes a S. Maclovio Fidem ſuſcipiunt, 179. m
Alla Rex Deirorum, 492. n n
Amalaricus Hiſp. Rex occiditur, 95. a
Amatricus Abbas Miciacenſis, 580. 581
Amiternenſis Epiſc. Caſtorius, 633. m n
Anaſtaſii Abb. Suppentoniæ Vita, 534. m
Andecavenſes Epiſc. Albinus, 103. & ſeq. Eutropius, 105. m 276. m Domitianus, 105. n Ulgerius, ibid. m
Andecavorum Vicecomes Rainaldus, 363. a S. Auguſtinum rejiciunt, 494. a & ſeq.
Andelejum Monaſt. Rotomag. 95. m
S. Andreæ Reliquiæ in Gallia, 312. m 549. n 557. a. In Scotia, 540. a
Angadriſma Virgo Bellovacenſis, 350. m
Anglorum converſio curatur a Gregorio M. 383. & ſeq. 397. 418. & ſeq. 491. & ſeq. Angliæ Reges Æthelbertus, Æthelſtanus, Aidanus, Canutus, Oſvualdus, *vide propriis locis*.
Aniſolenſis Monaſterii Abbates, Carileſus, 621. & ſeq. Siviardus, ibid.
Anno Gemeticenſis Abb. Miciacenſis, 586. m Ejus pia mors, 579. 580 a Corpus incorruptum, ibid.
Anſegiſus Epiſc. Senonenſ. 81. m n 84. m
Anſelmus Epiſc. Aurelianenſis, 585. a
Apollinaris ad tumulum ſolita fieri juramenta, 448. a 450 m
Aquini Epiſc. Conſtantius, 12. m
Aredii Abb. Lemovicenſis Vita, 331
Arelatenſes Epiſcopi, Eonius, 638. m Cæſarius, *V.* Cæſarius
Armorica, *V.* Britannia.
Arnegiſilus Abb. Pictavenſis, 317. a
Arnulfus Epiſc. Aurelianenſis, 580. m
Arvernenſ. Epiſc. Gallus, 109. Quintianus, 110
Aſanenſis Monaſterii fundatio, 183. m Victorianus illic Abbas, 182. 183
Aſtedius Abbas Atanenſis, 331. a
Atanam Monaſt. 334. n S. Aredius Abbas, ibid. Aſtedius, ibid. a
Avallo Burgundiæ oppidum, 222. n Avallonenſis Comes Nicaſius, 227. m
Audegiſilus Majordomus Franciæ, 228. m
S. Audoenus transfert Reliquias S. Marculfi, 155. m
S. Audoeni Monaſt. Rotomag. 96. a n
Aventinus Abbas Trecenſis, 190. 191
Auguſtini Cantuarienſ. Epiſ. Vita, 485. Diſcipuli, 519 520
Auguſtini Monaſterium Cantuariæ, 486. m. Abbates Ælfſtanus, 535. m n. 536. Ælfnotus, Vulfricus, Scollandus, *vide ſuis locis*.
Avitus Abbas, 116. 117. *vide primum Ind.*
Aurelianenſ. Epiſc. Marcus, 110. m n. 145. m. Joannes, 146. m Euſebius, 516. m Sigobertus, 575. & 578. m Theodulfus, Jonas, *V. ſuis locis*. Trohannus, 584. Berno, Anſelmus, Theodericus, Ermenthæus, 585. 580. Arnulfus, 580. m Manaſſes, ibid. n
Auremundus Abb. Mariacenſis, 206. m 301. m
Antiſſioduri Epiſc. Romanus, 76. m Heribaldus, 81. m n

B

BAjocenſium Epiſc. Vigor, 143. m
Balnei Ciceronis Monaſterium, 603. a
Banchor Monaſt. duplex, 509. n
Baſilius magus flammis exuſtus, 603. 604
Baudonivia Monacha ſcripſit librum de Vita S. Radegundis, 309. n
S. P. Benedicti Vita, 1. & ſeq. Huic Caſſinum advenienti Martinus Eremita cedit, 174. n Idem ab eo admonetur de catena ferrea ſolvenda, 175. a
Benedictus Abbas Miciacenſis, 585. m
Benedictus Epiſc. & Abbas Miciacenſ. 585. 586
Beneventi Epiſc. Martianus, 55. a
Berno Epiſc. Aurelianenſis, 585
Bertiniani Monaſterii Monachus Gotcelinus, 486. a
Bertoldus Monachus Miciacenſis, Scriptor, 563 a
Bertulfus Abbas Glannafolienſis, 280. & ſeq.
Betto Lingonenſis Epiſc. 619. a n
Bibrate oppidum a Biſbio diſtinctum, 200. m n
Bituricenſis Epiſc. Gauſlinus, 139. 140
Bodanenſe Monaſt. 99. a n Marius Abbas, ibid. & ſeq.
Boetii & Symmachi mors, 48. m n
Bovo Abbas S. Remigii Senon. 83. m
Brajacum Monaſt. 117. a Leobinus Abbas, ibid.
Brendanus Abbas in Anglia, 182. a 178. m Ejus obitum S. Columba abſens diſcit, 343. m
Briccius Namnetenſ. Epiſc. 105. a
S. Brigitta Virgo in Hibernia, 133. a n
Britanniæ Majoris deſcriptio, 130. m Britonum errores, 506 507. Strages, 509. 510
Britannia Minor a Piratis vaſtatur, 123. m 124. a Armorica unde dicta, & Letavia, 134. n Comites Conomerus, ſeu Canoobes & Vverocus, 135. m n Haylocus, 180. a Redvvalus, 211. a Loyeſcon, ibid. m Britannia a Danis vaſtatur, 138. m n Duces Britanniæ, Alanus, Paſquetenus, Vverocus, Beppolenus, 139. & ſeq. Gaufredus, 140. a Rex Alanus, 363. m
Budocus Dolcoſ. Epiſc. 211. a
Burdegalæ Epiſc. Leontius, 180. 181. 313. m

C

CAbillonenſis Epiſc. Agricola, 223. a
Cæſaraugaſtæ Epiſc. Joannes, 198. a n
S. Cæſarius Arelat. Epiſc. a S. Albino & Leobino inviſitur, 104. & 117. m Vita, 636
Cæſarii Monaſterium feminarum, 645. m Theuderium excipit. *Lege Vitam S. Theuderii in Append.*
Caletricus Carnot. Epiſc. 119. m
Camellanus Epiſc. Trecenſ. 190. a
Campaniæ fames, 16. m n
Cantabriæ excidium S. Æmilianus prædicit, 205. m n
Cantuariæ Epiſc. Auguſtinus, 485. & ſeq. Laurentius, 517. 519. m

519. m 520. n Alii Sancti, pag. 520. 521
Canuſiæ Epiſc. Sabinus, 2. 55. m n
Capua Epiſc. Germanus, *V.* Germanus.
Carbonariæ Cellæ Abbas Leudeaus, 319 m n
Carileſi Abb. Aniſolenſis Vita, 621
Carnotenſ. Epiſc. Ætherius, 116. m Leobinus, 115. & ſeq. Caletricus, 119. m 120. a Betarius, Malardus, 326. n Ragnoſindos, 327. n
Carnotenſis Monaſteria, 318. n
Carnotenſis obſidio & clades, 316. m n
Carolus M. cantum Gregorianum reformari curat, 407
Caſſinum, ejus fundatio, 9. m Variæ donationes ei factæ, 48. 49. Everſio a S. Benedicto prædicta, 14. a n Abbates ante everſionem, SS. Benedictus, Conſtantinus, Simplicius, Vitalis, & Bonitus, 2. n Simplicii elogium, 189. & ſeq. Monachi Caſſinenſes, Maurus, Placidus, Gordianus, Donatus, Paullus, Paulus Diaconus, Joannes Diac. *V. ſuis locis.* Martinus Eremita, Caſſin. 174. 175
Caſtorius Amiternenſis Epiſc. 633. m n
Cathedræ S. Petri feſtum ea antiquum, 165. a n
Cenomanenſis Epiſcopus Guido, 105. a
Centulfus Dagoberti Conſiliarius miſere perit, 363 m
Cernelienſe Monaſt. in Anglia, 514 n
Childebertus I. Francorum Rex in nepotes ſævit, 95 m 137. m Bellum Amalarico infert, ibid. Quid ipſi cum S. Albino contigerit, 104. a Nantenſe Monaſt. dotat, 122. m Quid ipſi cum S. Samſone contigerit, 168. a Pentale Monaſt. condit, 167. m A S. Germano ſanatur, 224. m Ejus munificentia in pauperes, 223. m Cæſarauguſtam obſidet, Tunicam S. Vincentii obtinet, condit ipſi Monaſterium, 241. Moritur, 242. a Eccleſiæ B. Severini conditor, 553 a S. Carileſi Cœnobii locum dat, 626
Childebertus II. S. Ebrulfum inviſit, 341
S. Chlodoaldi vita, 125. & ſeq. Monaſterium, 129. a n
Chloduveus Rex Franc. 93. & ſeq. In ejus baptiſmo data ampulla, 94. m n Ejus filii Regnum partiuntur, 95. 127. Quo in loco baptizatus, 96. a n Sanatur a B. Severino, 552. & ſeq. Inviſit S. Maxentium, 562. Virdunenſes expugnat, 565. 566. Miciacenſe Monaſterium condit, 566. Occidit Alaricum, 641. a
Chlotharius Franc. Rex in nepotes ſævit, 95. m A S. Nicetio excommunicatur, 185. m B. Mauro favet, 270. m & ſeq. Radegundem ducit uxorem, 303. a Eam Monacham factam repetit, 310. m
Chramnulfus Comes, 253. m
Chriſtianus Abbas Miciacenſ. 244. a
Chrodobertus Pariſiorum Epiſc. 350 m
Chrodoſinda Chlotharii Regis filia, Regina appellata, 225. a
Chrothildis Regina Senioris Vita, 92. & ſeq. Ejus reſponſum de filiis Chlodomiri, 127. m
Chrothildis Junior, 95. a
Cincillacenſe Monaſt. 103. a S. Albinus inibi Monachus, ibid. & Abbas, non viginti quinque annis, ſed tantum quinque, 103. a n
Citonatus Abbas, 197. 198. 199
Claudius S. Gregorii Notarius, 471
Cnutus Angliæ Rex, 525. m n
Columannus Scotiæ Rex, 516. n
Columbæ Abb. Vita, 342. m
Concilia, Aurelianenſe, 110. a n Toletanum, 374. a Valentinum, 645. m
Condatiſcenenſis Monaſterii Abb. Romanus, Lupicinus, Eugendus, 553. m & ſeq.
Conſortiæ Virg. Vita, 235
Conſtantienſ. Epiſc. Poſſeſſor, 121. m Lauto, *al.* Magno, 125. m n Leontianus, 142. m
Conſtantinopolitanus Patr. Eutychius, 381. 398. m
Conſtantinus Abb. Caſſin. 2. a n
Conſtantius Aquini Epiſc. 12. m
Corbejenſis Monaſterii Abbas B. Adalardus, 389. m
Corbionenſis Monaſterii fundatio, 321. a n 324. n Abbas primus S. Laonomarus, 317. Alii Abbates, 320. n Heriricus Abbas, 573. 579. 583. Ragnobertus, 325. m 327. n Inter Miciacenſes & Corbionenſes Monachos, magna ſocietas, 580. n
S. Crucis Pictavenſis Parthenonis fundatio per S. Radegundem, 310 m Abbatiſſæ Agnes, 307. n Leubovera, 311. n Dedimia, 309. a Illuc ſanctæ Crucis portio Jeroſolymis advecta, 314. a
Cyprianus Tolonenſis Epiſc. 636. m

D

DAgobertus Monaſteria ſpoliat, pag. 363. m
Dani, *vide* Normanni.
Dardoniæ Cella, 304. m
Deiri Angliæ populi, 492 n Alla Rex eorum, ibid.
Didymus Epiſc. Tyraſſonenſis, 201. m
Dienſis Epiſc. Lucretius, 99. m
S. Dionyſii Pariſienſ. miracula, ibid. Tranſlatio Remos facta, 601. a n
S. Dionyſii Monaſt. Rotomag. 96. a n
Dolenſe Monaſt. a S. Samſone fondatum, 167. m
Dolenſes Epiſc. Samſon, 154. & ſeq. Leutherus, 173. a n Magiorius, 209. & ſeq. Budocus, 211. a
S. Domardus Monachus Nantenſ. 123. m
S. Donatus Eremita, 100. a n
Donatus Monachus Caſſin. 50. a
Droctovei Abbatis Vita, 239. a
Dubricius Epiſc. Legionenſ. in Anglia, 158. m n
Dumienſ. Epiſc. & Abbas Martinus, 244. & ſeq.
Duſivenſe Monaſterium duplex condit S. Martinus Abbas, 356. m

E

EBerardus Epiſc. Senonenſ. 81. a
Ebrulfi Abb. Bellovacenſis Vita, 349. m
Ebrulfi Abb. Uticenſis Vita, 335. a
Egelwinus Abb. Ethelingenſis, 526. m
Eleutherii Abb. Spoletini Vita, 289. a
Eleutus S. Germani Antiſſiod. diſcipulus, 131. a n 157. 158. 209. m
Emeritenſis Epiſc. Mauſona, 376. m
Engoliſmenſ. Epiſc. Gerardus, 105. a Aptonius, 253. m
Entraionenſe Monaſt. 143. n
SS. Paternus & Scubilio inibi Monachi, 143. a
Eonius Epiſc. Arelatenſis B. Cæſarium ſacris Ordinibus initiat, 639. Eumdem ſibi petit ſubſtitui, ibid.
Eparchii Abb. Engoliſmenſis Vita, 252. m
S. Eraſmi Monaſterium Romæ, 48. m
Ermenthæus Epiſc. Aurelianenſis, 585. Monaſtico habitu ſuſcepto, moritur. 590
Ethelingenſis Monaſterii Abbas Egelwinus, 527. n
Eucherius Epiſc. Lugdun. duplex, Senior & Junior, 235. n
Eucherius Junior recluditur, filiam habuit S. Conſortiam, ibid. m Epiſcopus Lugdun. eligitur, 236. m Ejus humilitas, 644. Contractam ſanat, ibid.
Eufronius Turon. Epiſc. 324. a
Eugendi Abb. Jurenſis Vita, 553 m
Euladius Epiſc. Nivernenſis, ibid. a
Europæ nomen Galliæ tributum, 166. m
Euſebius Aurelianenſis Epiſc. 566. m 571. m
Euſebius Santonenſis Epiſc. 313. m
Euſpicius Abbas Miciacenſis, 565. 566
Eutropius Epiſc. Andecavenſ. 105. a 276. m
Eutychius S. Placidi Frater, 44. a Fratrem inviſit, 63. n Pro Chriſto mortem oppetit, 68. 69
Eutychius Patriarcha Conſtantinopolit. a Gregorio Magno corrigitur, 381. a 398. m

F

FAaſenſe Monaſt. a S. Laurentio Epiſc. conditum, 220. m
Variis ejus prædia & ſtatus præſens, 222. a
Fauſtus comes S. Mauri, 261. *Vide primum Indicem.*
Fauſtus S. Severini Abb. Agaunenſis diſcipulus, 552. a 553. m
Feliciſſimus Comes apud Petragoricos, 253. a
Felix Abbas S. Gildaſii, 140. m
Felix Epiſc. Namnetenſis, 354. m
Felix Eremita S. Æmiliani Magiſter, 200. m
S. Ferreolus Epiſc. Lemovicenſis, 334. a
Fidoli Abb. Trecenſis Vita, 580. & ſeq.
Flandriæ Marchiſ. Rubertus, 538. m Comes Robertus, 610
Flavia S. Placidi Soror, 44. a Fratrem inviſit, 63. n Pro Chriſto torquetur, 66. m A ſtupro ſervatur, 69. n Martyrium ſubit, 70. a
Florentinus Matiſcon. Epiſc. 231. a
Floriacenſ. Monaſt. Abbo Abbas, 139. m n Gauzlinus, Abbas, 140. m Ricardus, 589. m Amalricus ex Monacho Floriac. Abbas Miciacenſis, 590
Felix Monachus, 139. 140. Hermenaldus Monachus, 590. m
Florianus Abbas Glannafolienſis, 282. a
Floridus Tifernas Epiſc. 96. m n

Fons-

Digitized by Google

Fons-Rogi Monaſt. Diœc. Autiſſiod. 80. a n B. Romanus Abbas, pag. 76 & ſeq.
Furcaltaria S. Marii corpus excipit, 100. m n Inibi Monaſterium Benedict. 101. m n
Fortunatus Abbas Balnei Cicemnis, 633. a
Fortunatus Pictav. Epiſc. emendatus, 182. m n 223. a n 230. m n Epiſcopus fuit Pictavenſis, 309. m n
Foſſarenſis Abbas Maynardus, 589. m
Franci dicti Germani, 406. m 511. m n Alemanni, 557. n
Francorum Rex dictus Auguſtus, 624. m
Fredericus Abbas Miciacenſis peſſimus, 584
S. Fuſciani Monaſterium Ambianenſe rexit S. Ebrulſus, 350. a

G

GAllis Europa appellatur, 166. m Romania, 492. n
S. Gaudioſi Monaſterium Neapoli rexit S. Aguellus, 334. m
Gaazlinus Abbas Floriacenſ. & Epiſc. Bituric. 139. 140
Gemeticenſis Abbas Anno, 586. 589. m
Genevenſis Eccleſia peregrinationibus inſignis, 148. a
Gerardus Engoliſm. Epiſc. 105. m
S. Germani Autiſſiodorenſis Monaſt. 81. m Hugo Abbas, 82. m n
S. Germanus Epiſc. Capuæ S. Placidum excipit, 50. a Ejus animam in cœlum tolli videt S. Bened. 83. m
S. Germani Pariſ. Epiſc. Vita, 222. & ſeq. Eccleſia ei ſacta Pariſiis, ante S. Crucis dicta, 228. a a
S. Germanus Epiſc. Pariſ. intereſt Tranſlationi S. Albini, 105. a m
Gildaſii plures, 129. Gildæ Sapientis vita, ibid. & ſeq.
S. Gildaſii de Nemore Monaſt. 137. m n
Gildaſii Rayenſ. Monaſt. 134. m n Dajocus Abbas, 139. a Felix, 140. Vitalis, 142. m SS. Gingurianus & Gulſtianus, 141. 142
Glannafolium Monaſt. conditur, 274. m Maurus Abbas, ibid. Bertulfus, 280. & ſeq. Florianus, 282. a Odo, 259. & ſeq. Florus Monachus & conditor, 274. & ſeq.
Godolenus Abbas Nobiliacenſis, 291. a
Gotcelinus Monachus Bertinianus, 485. Auctor Vitæ S. Auguſtini Epiſc. Cantuar. ibid.
Gordianus Monachus Caſſin. 42. 43. Cum S. Placido in Siciliam pergit, 49. m Saracenorum manus evadit, 63. a S. Placidum & Soc. ſepelit, 72. m Conſtantinopolim ſe recipit, 73. m Scribit Acta S. Placidi, 74. a Moritur Syracuſis, ibid. m
Gradulonis Monachi Herienſis lepidum factum, 585. 586
Gregorius Epiſc. Lingonicus, 614. a n
Gregorii Magni Vita, 378. a
Gregorius Turonenſis Epiſc. S. Radegundem ſepelit, 316. a
Gualterius Epiſc. Senonen. 83. m
Gauzo Pariſ. Epiſc. 147. m
Guido Epiſc. Cenoman. 105. m
Gundebaldus S. Chrothildis pater, 93
Gundiucbus Burgundiæ Rex, ibid. Ejus liberi, ibid.
Gundulfus Metenſis Epiſc. 302. m

H

HAmelinus Redonenſ. Epiſc. 105. a
Haylocus Britanniæ Comes, 180. a
S. Helibertus ſeu Helerius, 183. m n
Herbadillæ urbis caſus, 354. m n
Heribaldus Epiſc. Autiſſiod. 82. m n
Herricus Abbas Miciacenſis, 578. m 579. m 583. a Ejus miraculum, ibid.
S. Hilarius B. Joannis Reomaenſis pater, 613. a n
Hildebertus Turon. Epiſc. 105. a
Hiſpalenſes Epiſcopi, Stephanus, David, 372. m Leander, 371. a
Hiſpaniæ Reges Leuvigildus, 372. m Reccaredus, 373. Veſigothorum in Hiſpania converſio, ibid.
Honoratus Abbas Lerinenſis, 614. a n
Honoratus Abbas Specuenſis, 2. a
Hor, vide Mons Hor.
Hugo Abb. S. Germani Senon. 82. a
Hyenſis Monaſterii Abbas S. Columba, 242. a

I

JAcob Abbas Miciacenſis, 586. m
Inſula Barbara Monaſt. 116. n Lupus ibi Monachus, ibid. m n Franci Monaſterium diripiunt, 117. a
Joannis Abb. Reomaenſis Vita, 613
Joannis Bapt. Monaſterium Meſſanæ a S. Placido conditum, 58. m 61. m 62. m Deſtruitur, 70. a A Monachis Caſſin. inſtauratur, 72. m
Joannes Diaconus, 378. m Emendatur, 398. n 393. n 412. n 470. n 471. n
Joannes Epiſc. Aurelian. 147. m
Joannes Epiſc. Siſtaric. 99. a
Joannis Evang. Tunica Romæ, 443
Joannes Recluſus Cainonenſis, 310. m
Jonas Aurelian. Epiſc. 572. m 579. Succedit Theodulfo, ſcribit contra Claudium Taurinatem, 583. a Liber ejus in flammis illæſus, ibid. Ejus elogium, 573. 574
Iſembardus Epiſc. Pictavenſ. 142. m
Italiæ clades a S. Mario prædicta, 99. m
Judvvalus Armoricæ Dux, 167. m Commorum vincit, 169. a
Julianus Sabinenſis Epiſc. 634
S. Jumeris Cella, 304. m
Juniani Abbatis Mariacenſis Vita, 291. a
Juſtinianus Imp. an dicendus Æneades, 43. m n An Aniciis conjunctus, 43. n

L

LAſcivus Epiſc. 144. a n
Lateranenſis Eccleſia Caſſinatibus conceſſa, 14. n Abbates Valentinianus, 2. a
Launegiſilus Abbas Vertavenſis, 363. m
Lantmari Abbatis Corbionenſis Vita, 312. m
Laurentii Epiſc. Spoletini Vita, 217. & ſeq.
Laurentius Epiſc. Cantuarienſis, 512. m ibid. a
Lauto Epiſc. Conſtantienſ. 125. n 144. a
Leandri Epiſc. Hiſpalenſis elogium, 371. a
Legionum Epiſc. Dubricius, 158. m n
Leiſaſtus Ædamſis Epiſc. 316. m n
Lemovicenſis Epiſc. Ferreolus, 334. a
Leobini Epiſc. Carnotenſis Vita, 116
Leonenſis Epiſc. Tigerinomalus, 154. n
Leoniani Abb. Viennenſis elogium, 560. a
Leontianus Epiſc. Conſtantienſ. 143. m
Leontius Epiſc. S. Maclovium excipit, 180. 181. Intereſt Concilio, 313. m
Leopardinus Abbas Reomaenſis, 618. m n
Lerinenſes Abbates, Honoratus alius a Seniore, 614. a n Porcarius, Monachi Marinus, 559. m n Cæſarius.
Letaldus Abbas Miciacenſis, 584
Letaldus Monachus Miciacenſis, 563. a
Letardus Epiſc. Silvanectenſis, 497. n
Leucherus Epiſc. Dolenſis, 173. m n
Leuvigildus Veſigothorum Rex Catholicos vexat, 372. m
S. Liberatoris Monaſt. a S. Bened. fundatum, 48. m
Liberius Patric. Monaſt. S. Sebaſtiani fundator, 23. m n Abbas Servandus, ibid.
Libertinus Monachus, 98. a
S. Liſardi Vita, 144. & ſeq.
Lingonenſes Epiſc. Gregorius, 614. a Betto, 619. n
Livinus Epiſc. a S. Auguſtino Cantuar. baptizatur & inſtruitur, 515. & ſeq. Ejus Vitæ Scriptores, ibid.
Loyeſcun Britanniæ Comes, 212. m
Lucretius Dienſis Epiſc. 99. a
Lugdunenſes Epiſc. Eucherii duo, 235. 236. Lugdunenſes miraculo Epiſcopum olim eligebant, 236. a
Lundonia a Gregorio in Metropolitæ Sedem deſignata, 508. a n
S. Lupus Monachus Inſulæ Barbaræ, 116. a n

M

MAclovii Epiſc. Aletenſ. Vita, 177. & ſeq.
Magdanenſe Monaſt. 145. a & ſeq. Liſardus Abbas, ibid. Urbicius, 147. a
Maglorii Epiſc. Dolenſ. Vita, 209. & ſeq.
S. Mammetis Reliquiæ in Galliam translatæ, 313. a
Mamucha Saracen. Dux in S. Placidum ſævit, 66. a
Manaſſes Epiſc. Aurelian. 154. a
Mandanenſe Monaſt. 158. a n
Marcus Epiſc. Aurelianenſ. 146. a
Mariaci Monaſt. fundatio & ſtatus, 295. m Abbas Junianus, 291. a Auremundus, 301. m
Marinus Lerinenſis, 559. m n
Martianus Beneventi Epiſcop. 35. a

Martini Abb. Vertavenſis Vita, pag 354. a
Martini Dumienſis Epiſc. Vita, 344. b
Martinus Eremita Caſſin. 174. 175
Mauſconenſis Epiſc. Florentinus, 231. a
S. Medardi Reliquiæ in pago Turonenſi, 195. m An Sueſſionicus dicendus, ibid.
Melonius Epiſc. R[illegible]onenſ. 142. m
Mauritius Imp. a Gregorio M. corripitur, 440. a Flectitur ad pœnitentiam, 452. a
Mauri Abbatis Glannafolienſis Vita, 259. a
Maſona Epiſc. Emeritenſis, 376. a
Maxentii Abb. Pictavenſis Vita, 560. m
Maximi corpus de ſepulchro levatur, 350. m
Maximianus Syracuſanus Epiſc. 400. a n
Maynardus Abbas Foſſarenſis, 589. m
Medardus Noviomenſis Epiſcop. Radegundem velat, 304. m
Menalchius Epiſc. Scotus, 515. a
Menæ Eremitæ Vita, 255. m
Meutuniacum Monaſt. 107. a n. S. Leo ibi Abbas poſt S. Romanum, ibid.
Meſſanæ Monaſt. S. Joannis *Vide* Vit. S. Joannis.
Metenſis Epiſc. Gundulfus, 302. m
Miciacenſe Monaſt. conditur, 566. m Abbates Euſpicius, 566. Maximinus Senior, 567. Avitus, 581. m *V.* Avitus. Theodemirus, 582. a Maximinus Junior, ibid. a Heriſicus, *V.* Heriſicus. Fiedricus, 584. m Letaldus 585. a Benedictus, ibid. m Benedictus alter, ibid. Jacob, Anno, 586. Amalricus, 590. Chriſtianus, 147. m Sancti Miciacenſes, 563. m 580. 581. Viri illuſtres, 580. & ſeqq. 585. m Hiſtoria Miciacenſis, ibid. & ſeqq.
Mildreta Virgo, 519. 520. m Tranſlatio, 525. a 535. m
Moloch Idolum, 63. m
S. Monegundis Vita, 194. & ſeq.
Montis Hor Monaſterium conſtruitur indice Angelo, 597. a Nominis etymon, ibid. Abbates S. Theodericus, 328. m 595. Anonymus, 328. Theodulfus, ibid. Rambaldus, 609. m Rodulfus, 610. a Monachus Orbertus pie moritur, 601. m Bertricus ibid. Iſtud Monaſterium fonte celebratur, 602. & ſeqq. Flandriæ Comitem excipit, 610
Muriacenſ. Monaſt. Taneth Abbas, 139. n
Morvinum, tractus in Burgundia, 226. m n

N

NAmnetenſ. Epiſc. Briccius, 105. m Felix, 334. m
Nantus Monaſt. a Childeberto ... 121. m & ſeq. Abbas S. Marculfus, ibid. Bervuinus, 129. m Monachi SS. Domardus & Helibertus, 123. m n Carulfus, 125. m
Nectarius Epiſc. Ædnenſis, 223. a
Nicaſius Comes Avallonenſis, 226. m 615. m n
Nicetii Trevir. Epiſc. Vita, 184. & ſeq.
Nileſſi Diaconi monita, 226. a
Nivernenſ. Epiſc. Abbo, 82. a Euladius, 553. a
Nobiliacum Monaſt. 302. a Godoleuus Abbas, 301. a
Nunnoſi Præpoſiti Soractenſ. Vita, 433
Normanni Britanniam vaſtant, 138. m n Dorobermiam obſident, 581. m n Galliam vaſtant, 583. 584. Novigentum S. Chlodoaldi ſeceſſu & Monaſterio inſigne, 829. m n
Noviomenſis Epiſc. S. Medardus, 302. m

O

OFfa Legatus Auſtriæ, 329. m
Oratorii Abbas S. Ebrulfus, 349. m n Ibidem ſepelitur, 350. m S. Angadriſma ibidem vixit, ibid.
Oſvvaldus Rex in Anglia, 348. m

P

PAduini Abb. Cenomanenſis vita, 256
Palentiæ Epiſc. Turibius, 175. 176
Pariſinorum Epiſc. Guaen, 147. m S. Germanus, 222. & ſeq. Chrodobertus, 350. m
S. Paterni Epiſc. Abrinc. Vita, 143.
Paulus Diaconus, 378. a Ejus Epiſtola ad B. Adalardum Abb. Corbejæ, 389. m
Pentale Monaſt. a Childeberto in S. Samſonis gratiam extructum, 168. m n
Peſtis in Campania, 612. In Burgundia, 626 m
Petragoricenſium Epiſc. Sabaudis, 256. m
Comes Feliciſſimus, 253. a
Petri Diaconi S. Gregorii diſcipuli elogium, 484.
Philippus Epiſc. Viennenſis, 219 a
Pictavenſes Abbates, Ansegiſilus, 316. m Agapitus, 561. m S. Maxentius, ibid.
Pictavenſis Dux Auſtrapius, 310. m
Pictavenſ. Epiſc. Iſembardus, 143. m Wlfinus Boetius, 295. a Fortunatus, 309. m n Pientius, 310. m
Pientius Pictavorum Epiſc. ibid.
Pippini Regis bellum, 582. m
Piro Abbas Anglus, 160. 161. 163.
Pompejanus Abbas apud Sublacum, 6. m
Porcarius Abbas Lerinenſis, 637. m
Poſſeſſor Conſtantienſ. Epiſc. 121. m
Protarius ſeu Rhoterius Scriptor, 548. m n
Puellare Monaſt. Turon. 95. m n

Q

QUieta B. Joannis Reomaenſis mater, 613. a n
Quintianus Epiſc. Arvernenſis, 210. a

R

RAdegundis Reginæ Vita, 302
Radulfus Epiſc. Turon. 147. m
Raduvalus Armoricæ Comes, 281. a
Raimbaldus Abbas Montis Hor, 609. m
Rainaldus Andecavorum Vicecomes, 362. m
Rainardus Comes Senon. 92. m
Rannulfus Abb. S. Remigii Senon. ibid. m
Reatinus Epiſc. Albinus, 634. m n
Redonenſ. Epiſc. Hamelinus, 105. m Melanius, 143. m
Regii in Calabria Epiſc. Siſinius, 56. m
Remigius Remorum Epiſcopus Theodericum mittit ad conſtruendum Cœnobium, 596. Meretricum latibula purgat, 597. Invitatus ad ſanandam Regis filiam Theodericum mittit, 598.
S. Remigii Senon. Monaſt. Valliſias tranſlatum S. Romani Reliquias excipit, 82. m n Vaſtatur, 83. a In priori loco reſtituitur, 83. m Iterum a Calviniſtis dirutum Abbatiæ S. Petri Senon. unitur, 82. n
Abbates, Suavus, 83. m Bovo, ibid. Winemannus, 91. a n Rannulphus, ibid. m
Monachus Tedninus, 88. n
Remorum Epiſcopi, Remigius, 597. Romanus, 807. a n 603. n
Reomaenſe Monaſterium a B. Joanne ædificatur, 614. Laicos excludit ab Eccleſia, 615. a n Joannes Abbas primus, ibid. B. Silveſter ſecundus, 618. m Mummolus tertius, ibid. n Leopardinus quartus, ibid. m n
Ricardus Abbas Floriacenſis, 579. m
Robertus Flandriæ Comes, 610.
Rodulfus Abbas Montis Hor, 609. a
Romani Galli appellati, 155. n
Romanus Epiſc. Antiſſiod. 76. m
Romanus Abbas Pontis-Rogi, ibid. & ſeqq.
Romanus Epiſc. Remenſ. 807. a n 603. a
Rothertus Flandriæ Marchiſus, 538. m
Rotuialum, villa Regia, 118. a
Rotomagenſ. Epiſc. Audoenus, 835. m

S

SAbaudis Epiſc. Petragoricenſis, 252. m
Sabinenſis Epiſc. Julianus, 634. m
Sabinus Canuſiæ Epiſc. 22. & 55. m n
Sagienſis Epiſc. Rodobertus, 340. m
Saluſtius Senator Agathenſis, 552. m
Samſon Epiſc. Dolenſ. Vita, 154. & ſeqq. S. Maglorii conſobrinus, &c. 209
Santonenſis Epiſc. Euſebius, 323. m
Saraceni in Siciliam irrumpunt, 63. a n Mari merguntur, 70. m
Sargienſe Monaſt. a S. Maglorio fundatum, 214. & ſeqq.
Scolandus Abb. S. Auguſtini Cantuar. 528. n 529. a 530. a
S. Scopilio, 222. m
Scotus Rex, Colomannus, 515. m
S. Scubilio, 143. a m
S. Sebaſtiani Aletrinæ Monaſterium a Liberio Patric. conditum,

Digitized by Google

ditum, 23. a Servandus Abbas, ibid.
Senonum Epiſc. Auſegiſus, 81. m n 85. m Ebradus, 83. a Gualterius, 83. m
Sequani Abb. Vita, 249. Ejus Monaſterium, 251. n
Severini Abb. Agaunenſis Vita, 552.
S. Severinus B. Chlodoeldi Magiſter, 128. m
Severi Abb. Agathenſis Vita, 547
Sicaſtrenſe Monaſt. 252. n Sequanus Abbas, ibid.
Sigobertus Epiſc. Aurelian. Eccleſiam ædificat, 572. & 579. a 582. m
Siguinus Archidiac. Martini Abb. miracula ſcripſit, 363. m
Silvanecti Epiſc. Letardus, 497. n
S. Silveſter Abb. Tornodorenſis, 618. m n Ejus Monaſterium, 227. a Reddit greſſum debili, ibid.
Simplicii Abb. Caſſin. elogium, 187. & ſeq. Simplicii duo, ibid.
Sindulfi Confeſs. Vita, 351
Siſinius Regienſ. Epiſc. 56. m
Siſtaricenſ. Epiſc. Joannes, 99 a
Spes Epiſc. Spoletinus a Spe Abbate diverſus, 105. m n
Spoletini Epiſc. Spes, ibid. a Laurentius, 217. & ſeq.
Suavus Abbas S. Remigii Senon. 83. a m
Sublacus S. Benedicti Seceſſus, 2. m Ibi duodecim Monaſteria condita, 6. a n
Svevorum Rex Theodemirus, ſeu Chararicus cum tota gente convertitur, 245
Surani Abb. Vita, 209
Suſanna Abbatiſſa Remenſis, 596. m
Svvithunus Ventanæ Urbis Epiſc. 534. a n
Syegrius Ædoenſis Epiſc. 231. a
Symmachi & Boetii mors, 48. a n
Symmachus Papa Romæ S. Cæſarium excipit, 643. a
S. Symphoriani Æduenſe Monaſt. 224. a Abbas S. Germanus, ibid. & 240. a Droctoveus, ibid. Amandus Monachus, ibid. Sylveſter, 283. m
Syracuſanus Epiſc. Maximianus, 400. a n

T

TErracinenſe Monaſt. a S. Benedicto delineatum, 16. a n Monachi Specioſus & Germanus, 92
Tertullus Patricius Placidum S. Benedicto offert, 6. a Genus ipſius, 43. m n Filii, ibid. Donationes Caſſino factæ, 48. m
Theodebaldus Franc. Rex multa B. Mauro concedit prædia, 229
Theodebertus Rex S. Nicetium Treverenſem colit, 185. a Ejus mores, ibid. Ei mortem prædicit S. Germanus, 223. m B. Mauro favet, [illegible]
Theodemirus Abb. Miciacenſis pie moritur, 582
Theoderici Abb. Remenſis Vita, 505
Theodericus Aurelianenſis Epiſc. 585. a
Theodoricus Auſtraſiæ Rex S. Gallum ſibi eborum creat Epiſcopum, 180. a Nicetium etiam Treverenſem, 185. a Bellum Arvernenſibus infert, 180 m n Filiæ ſuſcitationem a B. Theoderico obtinet, 598. Item oculi ſui curationem, 599. Sancto prædia donet, ibid.
Theodericus Italiæ Rex benigne S. Cæſarium excipit, Muneribus eum proſequitur, 642. a
Theodulfi Abbatis Remenſis Vita, 328. m
Theodulfus Epiſc. Aurelianenſis Miciacum reformat, 572. & 582. m Exſulat, veneno necatur, ibid.
Thetgandus Trevirenſis Epiſc. 481. m
Theuderii Abb. Viennenſis Vita, 238. Ejus Monaſterium, ibid.
Thoringia ſubigitur a Theodorico & Chlothario, 302. m Reges Baſinus & Berterius, ibid. Radegondis inde captive abducta, ibid.
Tiferniatum Epiſcopus Floridus, 96. m n
Tolonenſis Epiſc. Cyprianus, 636. m
Totila S. Benedictum tentat, 12. a Supplex ad eum accedit, ibid. m Sortem ſuam ab eo diſcit, ibid. Peruſiam capit, & S. Herculanum occidit, 97. a
Translationes Reliquiarum, *vide* Reliquiæ.
Trecenſis Epiſc. Camelianus, 190. a
Trecenſes Abbates, Fidolus, 189. & ſeq. Aventinus, 190. 191
Treverorum Epiſc. Nicetius, 184. & ſeq. Thetgaudus, 481. m
Treverenſes Nicetius a peſte liberat, 188. a
Trohanus Epiſc. Aurelianenſis, 584
Turibii duo, Aſturicenſis & Palentinus, 276. a
Turonenſ. Epiſc. Hildebertus, 105. a Radulfus, 147. m Eufronius, 314. m Gregorius, 316. a
Tyraſſonæ Epiſc. Didymus, 202. m

V

VAlentinianus Abbas Lateran. 2. a 11. a
Ventanæ Urbis Epiſcopus Svvithunus, 534. a n
Vertavenſe Monaſterium conditur a B. Martino Abbate, 556. a n Abbas Launegiſilus, 364. m
Victorieni Abb. Aſanenſis elogium, 282. 283
Victorinus S. Placidi frater, 44. a Fratrem inviſit, 63. a Pro Chriſto martyrium ſubit, 68. 69
Viennæ deſcriptio, 219. Philippus Epiſcopus, ibid.
Viennæ Abbas S. Leonianus, 558. Theuderius, 219
Vigor Bajocaſſinum Epiſc. 143. m
Vincentii Abb. Legionenſis & Soc. paſſio, 287
Vincentii Mart. Baſilica Pariſiis, 233. a Fundatio per Childebertum & dedicatio, 240. 241. Monachis conceditur, 242. S. Germanus illic ſepultus, 232. & 242. a Abbates Droctoveus & Autharius, 241. a n Privilegium immunitatis &c. 242. Stolam S. Vincentii poſſidet, 241
Virduneuſes expugnantur a Chlodoveo, 564. 565. Epiſcopi Firminus, 565. n
Vitonus, ibid. n Euſpicius recuſat Epiſcopatum, ibid.
Ulgerius Andegavenſ. [illegible] 105. a
Vltrogothæ Reginæ in S. Samſonem facinus, 168. a Hæc S. Caſtleſum adire cupit, [illegible] a
Urbicius Abbas Magdonenſ. 147. a
Utirenſe Monaſterium conditur a S. Ebrulfo, 337. & 338. n Ebrolfi ſucceſſores ignorantur, 341. m
Waddo Francus illuſtris, 289. a
Winemannus Abb. S. Remigii Senon. 95. a n
Wlfarius Francus illuſtris, 224 a
Wlfinus Boetius Epiſc. Pictavenſis, 201. m
Wlfricus Abb. S. Auguſtini Cantuar. 527. m Succedit Ælfſtano, 526. m 527. a

I N-

INDEX MORALIS
PRIMI SÆCULI BENEDICTINI.

Litera a *initium paginæ uſque ad medium*, m *medium ad finem*, n *notulas marginis inferioris deſignat*.

A

Abbas Diaconus Servandus, pag. 23. a
Abſtinentia Gregorii Magni, 379. m 393. a
Accuſator falſus lapidibus obrutus, 640. a *vide* Teſtis.
Anniverſarium pro defunctis, 640. a
Antiphonarium a B. Gregorio reſtitutum, 406 m
Antiquariæ artis commendatio, *vide Præfat. noſt.* n. 113.
Monarchæ, huic exercitio olim vacavere, 645. m
Apoſtata Monachi divinitus revocantur, 28. a 394 m
Apoſtata arguitur, 437. m 438
Aquæ Benedictæ vis ad fugandos dæmones, 141. m 643. a
Avaritia notatur in Epiſcopo, 433. m In Monachis egregie luditur, 586. a

B

Balneorum uſus in Feſtis, 593. m
Baptiſmus. In Baptiſmo, idem Baptizans & pater Spiritualis, 297. a n An triplex merſio neceſſaria, 374. a
Baptiſmi tempora & diſpoſitiones, 418. Judæi ad Baptiſmum non cogendi, 462. m *vide Judæi*.
Benedicendæ menſæ ritus, 4. m
Blaſphemiæ pœna, 615. a
Bonorum Eccleſiæ diviſio in quatuor partes, 351. n

C

Calcei olim varii pro perſonarum ſtatu, 51. m n
Calix argenteus probatur, non ſtanneus, 537. m
Campanarum baptizandarum mos, 588. m
Candela, *vide* Cereus.
Cantus Gregorianus in Gallia reformatur, 407
Captivorum redemptio ex vaſis Eccleſiæ facta. 641 m
Cardinales olim in Eccleſia, quinam, 437. a
Carnis tentatio oratione compreſſa, 635. a
Cathedræ S. Petri feſtum, 165. a n
Cellerarii ſancti, Launomarus, 318. Avitus, 569. 577. Cæſarius, 637. m
Cerei ſanctis oblati, 307. m 314. m 581. m
Chriſti Nativitas feria quarta, 315. m n
Clericos ſacris Ordinibus S. Benedictus interdicit & carnis eſu, 12. m *vide* Ordines.
Clericis infirmis ſolita ſtipendia Gregorius perſolvi juſſit, 457. m Quartam partem bonorum Eccleſiæ dari voluit, 458. a n Clerici & Monachi olim Medicinæ vacabant, 643. a n
Communio Sacramentalis ac ſpiritualis, 615. a
Compaſſionis exempla in Gregorio Magno, 464. & ſeq.
Compunctio duplex, 290. a
Concilia Oecumenica veneratur Gregorius, 405. 406
Concionator, *vide* Prædicator.
Confeſſionis uſus, 261. m 271. a
Conjugatus citra uxoris voluntatem Clericus fieri non debet, 462. a Conjugatos poſt matrimonium triduo continere S. Cæſarius volebat, 646 a
Conſanguinitatis gradus quinam dirimant matrimonium, 423. m
Correptio cui facienda, 456 m
Crucis ſigno cæcam ſanat S. Germanus, 228. a m
Crucis ſignum omittens Monacha, a diabolo invaditur, 634. a

D

Dalmaticarum uſus quibus permiſſus, 643. a n
Dedicationis Eccleſiæ ritus, 148. 149
Defendere injuſte neminem Eccleſia debet, 466. a
Defenſores Eccleſiaſtici & politici, 15. n
Defuncti. Miſſa pro Defunctis, 178. m 395. m Preces, 339. m Anniverſarium, 580. m Cereorum uſus in exequiis, 316. m. *Alleluja* olim in exequiis cantatum, 316 n
Depoſitio Clericis non infligenda niſi ob manifeſta crimina, 455. m
Deus an & quomodo videri poſſit in hac vita, 23. 24
Diaconatus olim per ſaltum collatus, 250. a
Diaconos ante annum xxx. ordinari vetat Cæſarius, 645. a Sacræ Scripturæ lectionem quales ab eis exigat, ibid. Dalmaticarum uſus non quibusvis Diaconis olim competebat, 643. n
Diaconiſſæ quando deſierint, 304. n
Dignitatem Pontificiam fugit Gregorius Magnus, 382. & 402. 403. In dignitate propoſitum Monachi ſervat, 380. m. *vide* Epiſcopus. Ad dignitates Eccleſiaſticas digni ex omnibus ordinibus promovendi, 426. m 428
Dominicæ diei violatores puniuntur, 225. & 227. m 229. m 562. a 629. m
Dominicæ obſervatio incipiebat olim a veſpera Sabbati, 601. a n
Dominica die quid rei agebat Radegundis, 305. m Aliquid de jejunio in Dominicis Quadrageſimæ relaxabat, 306. m
Dominis egregia monita dat Cæſarius, 646. m
Duella pro diſſidiis, 854. m

E

Eccleſiæ bona in quatuor partes diſtributa, 458. a n Eccleſiæ bonorum invaſores puniti, 151. a 154. m 223 a 363. m
Eccleſiæ bona in captivorum redemptione effundenda, 641. m
Eccleſiæ jus refugii violans punitur, 572. 577. Irreverentia in Eccleſia patrata caſtigatur, 537. 541. 542. Fabulæ in ea vitandæ, 670. m
Eccleſiæ vaſa pro egenis & captivis vendenda, 641. m
Eleemoſynæ præclara exempla in Gregorio Magno, 409. 410. 420. 421. 422. In S. Cæſario, 641. 648. a
Eloquentia vana arguitur, 637. a 647. a
Energumeni appenſis in collo SS. Reliquiis liberantur, 556. a
Epiſcopi ex Monachis facti priorem vitæ formam retinuerunt, Leobinus, 118. a S. Germanus, 225. a Gregorius M. 380. a Cæſarius, 638. a Epiſcopi ad prædicationem tenentur, 641. a Epiſcopi Pſalterium memoria tenere olim tenebantur, &c. 428. m n Epiſcopos de ſede in ſedem migrare vetuit Gregorius, 431. m Variis monita ad Epiſcopos, 425. Sanctitatem, ſapientiam & liberalitatem ab Epiſcopis exigebat Gregorius, 453 m Avaritia notatur in Epiſcopo, ibid. Injuriæ propriæ vindicta, 434. a Librorum Gentilium Lectio, ibid. m Convivia, 435. a Tractatio rerum ſæcularium, ibid. m Abſentia a ſua diœceſi, ibid. Incontinentia, 437. a Vanitas, 647. a
Epiſcopo infirmo alius an ſubſtituendus, 462. a
Euchariſtia mortuo impoſita, 18. a n
Euchariſtia per dies xl. S. Ebrulfus ægrotans paſcitur, 340. a Panis & vini converſio in corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia, 385. m *vide* Communio.
Excommunicatio poſt mortem quomodo tollatur, 17. m n Pro privata injuria ab Epiſcopo non infligenda, 434. a

F

Falli homines facile poſſunt, 635. m
Feſtum SS. dictum aliquando Miſſa revocata, *V. Indicem Onomaſt.* In Feſtis ſolemnioribus balneorum uſus, 593. a
Filius parentibus injurius dæmoni traditur, 88 89

Fontes

Digitized by Google

Fontes curationibus miraculoſis celebres in Monaſterio Utienſi, 338. a In Coraclienſe, 514. In Cœnobio S. Theoderici, 602. & ſeq. Alii fontes miraculoſi, 6. m 95. m

G

GEntilium librorum lectio improbatur, 234. m 638. a
Gratiæ defenſor Cæſarius accuſatur, at purgatur, 645. 646.

H

HAbitare ſecum, quid, 4. m
Hæreticorum libri non legendi, 459. m
Horæ, V. Officium divinum.
Hoſpitalitatis egregium in Monachis exemplum, 586. m
In S. Cæſario, 646. m
Humilitatis exempla, in S. Benedicto, 7. m 21. m In S. Radegunde, 302. 303. 304. In S. Leandro, 376. a S. Leandri mens de humilitate, 376. m Humilitas Gregorii M. 405. a 435. m 436. a 443. 446. m 462. m & ſeq. 473. 474. In S. Joanne Reomaenſi, 613. m In S. Eucherio Epiſc. Lugd. 644. a In S. Cæſario, 642. m 647. a 649. a

I

IAnuariarum Kalend. profani ritus, 272. m
Jejunium in Sabbato Sancto etiam pro puerit, 289. m
Jejunandi virtutem Gregorius impetrat S. Eleutherii precibus, ibid. & 394. m Jejunium in Sanctorum Tranſlationibus præmiſſum, 609. m 618. m
Imagines Sanctorum quid conferant, 434. a
Imaginum SS. effractor arguitur, 433. m
Item illuſus, 542. m
Inceſtuoſi hominis oblatio rejicitur, 256. a
Inimici de interitu gaudens Maurus a B. Benedicto corripitur, 8. m Inimicorum amor, ibid. 645. a
Injuriæ propriæ vindicta damnatur, 434. m Injuria ab uno illata, in alium non vindicanda, 437. m 438.
Injuriæ veniam pro reo Cæſarius ſuſua poſtulavit, 640. a Injuriæ auctoribus quid apprecandum, 643. m
S. Joannis Evangeliſtæ Tunica Romæ aſſervata, 442.
Judæi non debent cogi ad Baptiſmum, 462. m Eis Chriſtiani ſubjici non debent, 463. a Eorum mancipia ſi ad Baptiſmum convolent, non reſtituenda, ibid. Non circumcidantur, 464. a A Judæis munera non accipienda, ibid. & ſeq.
Judices corrupti arguuntur, 438. m Quid in judiciis ſuis obſervare debeant Judices, 455. m 456. a
Judicium extremum ſemper cogitabat Gregorius, 468.
Juramenta fieri ſolita ad corpus S. Apollinaris, 448. a 450. m

L

LAbor manuum an extra Monaſterium fieri expediat, 234. a
Labores Monachorum antiquorum, 614. m Monacharum, 645. m Vide Præfat. noſt. num. 112. & ſeq. Vide Quadrageſima.
Lectionis ſtudium in S. Radegunde, 311. m In S. Eugendo, 558. m
Lectio ad menſam in S. Eugendo, ibid. In S. Radegunde, 314. a In S. Cæſario, 646. m
Lectio librorum Gentilium improbatur, 434. m
Letaniæ peſtis tempore a B. Gregorio inſtitutæ, 401. m a
Lineis nunquam uſus eſt B. Cæſarius, 653. a

M

MAgiſter ac dux Spiritualis incipientibus neceſſarius, 97. m
Quis idoneus, 3. a
Martyrii duo genera, 256. a
Matrimonium, V. Conſanguinitas, Conjugatus.
Medicinæ vacabant olim Clerici & Monachi, 643. a n
Menſa V. Lectio.
S. Michaelis Monaſterium in Tiracia, antiquum, 606. a n
Miracula an ſemper orationem præexigant, 20. a De miraculis non gloriandum, 503. Sed potius ea occultanda, 647. a 649. a Ad quid miracula, 605. m.
Miſſa integra audienda, 640. m
Miſſa pro defunctis, 571. m 395. m
Miſſale Gelaſianum reformat Gregorius, 408. m 409
Monachi proprietarii arguuntur & puniuntur, 85. 392. 394.
Item inobedientes, 19. a
Avari 586. a
Item vagi orationis tempore, 6. a
Item qui cibum contra Regulam ſumunt, 10. m
Non decet Monachos cum Sæcularibus cohabitare, 58. a
Nec Monachabus ſe immiſcere, 633. m
Monitis utilia, 116. a Charitas Monachorum, 580. m
Monacharum mos bibendi poſt Tertiam, 559. m
Monachos fieri ex militibus tuetur Gregorius, 440.
Monaſticus habitus ab Epiſcopis & aliis ſuſceptus in extremis, 480. 514. 580. m V. Labor.
Monaſteriorum ſitus & commoda providenda, 6. m Eorum quieti conſulit Gregorius, 420. m
Ingreſſus mulieribus interdictus, 33. m Etiam viris, 615. a n
Monaſterium vitæ privatæ præfertur, 375. & 380. a
Monaſteriorum direptores puniuntur, 363. 364. 481. 483. 501. a
Moniales loquaces & procaces excommunicantur, 57. a
Earum familiaritas viris cavenda, 204. 205. 638. a
Monialium reclusio, 316. a n 642. a Libris ſacris deſcribendis olim vacavere, 645. m
Mors in cinere & cilicio, 181. m
In Oratorio moritur S. Benedictus, 24.
S. Columba moribundus Pſalmos ſcribit, 347. m
Mulierum vitanda familiaritas, 204. 205.

N

NOvitii Benedictini olim veſtes ſæculares & capillos ſervabant, 7. a

O

OBedientiæ exempla, in S. Mauro, 7. m In S. Radegunde, 307. m
Officium divinum appellatum Curſus, 231. a Sanctus Germanus nudo capite illud recitat, ibid. Tertiam, Sextam, Nonam, quotidie cani Cæſarius jubet, Latine vel Græce, 639. a ibid. m n
Oleum benedictum pro infirmis a S. Monegunde, 196. m Ab Aredio Abbate, 228. m Paralyticum oleo ſanat S. Germanus, 228. m Item paralyticum, 227. m Contractum, ibid. Infirmum alium & mulierem cæcam &c. 229. S. Sequanus paralyticum, 251. a B. Theodericus Theoderici Regis oculum, 599. m
Oratio quanti facienda, 6. a In ſecreto agenda, 648. a
Orationem dæmon impedire ſolet, ibid.
Cur ſæpe non exaudiamur, 514. m
Quis legitime oret, 571. m
Oratione impletur prædeſtinatio, 234. m
Carnis tentatio vincitur, 633. a
Orationi ſoli Eparchius Monachos vacare jubet, 255. a
Ordinibus Sacris laicos initiari prohibuit Gregorius ante probationem, 408. m

P

PAnes ſigno Crucis ſignati, 540. m n
Papa legitimus librorum cenſor, 390. m Controverſiarum judex, 646. a Delinquentibus Epiſcopis Superior, recte viventibus æqualia, 456. m Quanta manſuetudine errantes revocare & recipere debeat, 460. a
In Paſchali feſto non licet jejunare, 3. a In Vigilia Paſchæ jejunium & Miſſa ad veſperam dilata, 630. m
Paſtor animarum curam an poſſit deponere, 5. m 221. Non facile gregem deſerere ad tempus debet, 117. m
Patientiæ exempla in Gregorio M. 469. & ſeq.
Paupertatis amor in S. Radegunde, 312. m
Pauperum eleemoſynas defraudans punitur, 479. a
Pauperes ſtipe Eccleſiaſtica alit, 410. 411. 420. 421. 422. 648. a
Peſtis tempore S. Ebrulfus ſuis intrepidus fert opem, 338. m

Letanias inſtituit B. Gregorius, 380. a n 401. m n Reliquiarum delatione peſtis ſedatur, 611. m
S. Petri Apoſt. Cathedra antiquitus feſtiva, quæ, 165. a n
Placere Deo ſine injuriis nemo poteſt, 466. a
Pœnitentiæ antiquæ rigiditas, 620. a n
Pœnitentia in extremis, V. Præfat. noſt.nu.203.
Prædeſtinatio precibus impletur, 234. m
Prædicationis officium an ſine Prælati licentia exercere liceat? 633. Prædicatori vitæ munditia neceſſaria, ibid.
Prædicatoris virtutes & conditiones, 639. m
Prælatus officia ſubditis accommodet, 556. m
Procuratores Sancti, Maurus, 266. Speciosus, 92. V. Cellerarius.
Proprietatis vitium in Monachis punitur, 35. 394. 395.
Pſalterium, &c. memoriter olim ſcire tenebantur Sacerdotes, 380. m n
Pulchritudo corporis ſpreta a S. Gallo, 100. a
Puritas cordis apud Deum plurimum valet, 114. a Inter ſæculares converſari, noxium puritati, ibid. m

Q

Quadrageſima; Mos ſeceſſum petendi in Quadrageſima, 99. a 183. a 163. m 172. m 202. a Quadrageſimæ auſteritates, juge cilicium a S. Mauro geſtatum, 264. m A S. Radegunde, 302. m Item catena ferrea, 306. m Labor S. Radegundis 300. S. Germani in Quadrageſima, qualis, 305. a Cibus ejus quis, 306. m Aliquid relaxabat die Dominico, & feria quinta, ibid.

R

Regula S. Bened. diſcretione præcipua, ſermone luculenta, 24. a
Regula Adeodati, a. m Regula SS. Antonii & Baſilii, 240.
Regula Arelatenſis ſeu S. Cæſarii a B. Radegunde ſervata, 306. m Regula SS. Patrum, 219. a
Reges olim calceis rubeis utebantur, 11. n
Reliquiæ Sanctorum in Eccleſiæ dedicatione deferendæ, 148. a Reliquiarum nomine quælibet res Sanctos attinentes intelliguntur, 230. a m 244. 245. Vela item Sanctarum Reliquiis impoſita, 385. m 415. m 442. 443. Reliquiæ Sanctorum olim non diſtrahebantur, 442. Appenſæ colla energumenorum dæmones fugant, 556. a Reliquiæ ad avertendas injurias delatæ, 588. a 591. m Item ad finiendas lites, 609. m Clamor ad SS. Reliquias contra vexatores, 151. a 649. m Jejunium triduanum in Sanctorum Tranſlationibus, 610. a 618. m Reliquiarum delatione peſtis ſedatur, 611. m Reliquiæ delatæ a privatis hominibus, 98. a In publicis ſupplicationibus, 184. m
Reliquias ſanctorum irreverenter habens punitur, 636. 652.

S

Sacerdotes memoria tenere Pſalterium olim tenebantur, &c. 423. m n
Sacerdotium recuſat S. Eugendus, 556. m
Sancti an & quomodo Dei ſecreta cognoſcunt, 13. a An ſemper oratione ad miracula utantur, 20. a Cur Deus eos ſinat defectibus obnoxios, 109. a In eorum geſtis quædam imitanda, quædam miranda, 200. a Sanctis illatæ injuriæ vindicantur, 512. m V. Cerei, Reliquiæ, Sepulchrum.
Schiſmatici quanta cum manſuetudine revocandi & recipiendi, 460. a
Scripta ſua quam parvipenderit Gregorius M. 473. 474.
Scripturarum intelligentiam S. Samſon Epiſcop. jejunio obtinet, 258. m
Sepulchri Sanctorum violatores puniuntur, 520. 521. 536.
Simoniam arguit Gregorius, 424. & ſeq. Simonia triplex, ab obſequio, a manu, a lingua, 426. a
Sors per ſacram Scripturam, 236. m n
Stuprator corruptam ducere tenetur, 462. a
Subdiaconatus olim non cenſebatur Ordo ſacer, 457. a
Symbolum S. Gregorii Papæ, 405.

T

Teſtes falſos talione puniebat Gregorius, 456. m V. Accuſator.
Tonſura, quadruplex, 250. a Quis tonſuræ miniſter, ibid.
Tonſura Laica, ibid. & 254. m S. Ebrulfus ter ſolum in anno Monachos tonderi volebat, 339. m
Traditioni Majorum quantum deferebat Gregorius M. 379. a 392. m
Tranſlatio Reliquiarum, Vide Reliquiæ.

V

Viatici ante mortem uſus, 96. a 161. a 339. a 400. a
Virginitas in Monaſterio ſecurior & laudabilior, 375. m
Virtutis Magiſter. V. Magiſter.
Unctio infirmorum ante mortem, 96. a 559. m Fit in quinque ſenſibus ad reconciliationem, 598. m

IN-

INDEX ONOMASTICUS
Vocum Barbararum, & Exoticarum
PRIMI SÆCULI BENEDICTINI
Alphabetico ordine diſpoſitus.

AMphiballum, ſeu amphimallum. 349. a 433. a
Aquamanila, pelvis. 307. m
Arantinus paropſis, quid. 641. m n
Axiomatici viri. 441. a n
Baccæ, annoli catenarum. 226. m n Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. S. Mart. cap. 23. *Omnes baccæ catenarum confractæ ceciderant.*
Beſſa, ligo, inſtrumentum foſſorium. 588. m
Birotum, 26. o
Blattea, veſtes purpureæ. 304. m n
Brandeum, velum ſacrum. 415. a n
Caligula, crepida, 98. n
Campagi, calceamenta. 448. n
Campiones, pugiles. 154. n
Capitlerium pro ventilabro. 2. n
Caracalla, veſtis genus, 294. n
Caſula, quid. 416. n
Carigera, Doctor, Rhetor. 516. n
Cecropia pro lingua Græca, 408 n
Chameuma, 78. o
Choraules. 308. o
Chriſmaria, Vaſa pro chriſmate. 229. n
Clavatæ caligæ. 635. o
Cortes pro villis ſeu prædiis. 48. 49
Cucumola, quid. 649. n
Drapus, pannus. 656 a
Dromones, naves curſoriæ. 641. o
Epitimium, mulcta Eccleſiaſtica. 416. n
Eulogiæ pro quibuslibet munuſculis. 310. n
Exenium. 227. m 310. m
Fenitegium. 178. o
Flado, placenta. 325. o
Flaſcones. 14. n
Follis, ſculrus 482
Formola, ſubſellium. 312. m. num. 14
Frigores pro febribus. 653. n
Indiculus pro Epiſtola. 165 a
Lanea, ditio. 133. n
Lapſus pro lacu piſcoſo. 186. m
Litanæ, naves majores. 648. a
Lucernarium pro Veſperis. 646. 649. m
Maforte, velum muliebre. 324. n
Mappula, Mappulatus. 415. m 446 m
Matricola, quid. 305. n
Matta, ſtorea ex junco, 196. a
Melotes pro cucolla. 7. o
Memoria pro altari vel Eccleſia. 262. n 607. a 609. a
Miſcera, potum dare. 303. num. 4.
Miſſa pro feſto die. 230. n
Adde Can. 17. Concil. Turon. II. *In Auguſto, quia quotidie Miſſa Sanctorum ſunt, prandium habeant.* Et Can. 18. *Tota Auguſta manicationes fiant, quia feſtivitates ſunt & Miſſa Sanctorum.* In vetuſto Pœnitentiali MS. *Tres Quadrageſimas jejunet, unam ante Natale Domini, 2. ante Paſcha, 3. ante Miſſam S. Joannis. Et ſi totam Quadrageſimam ante Miſſam S. Joannis implere non poſſit, poſt Miſſam impleat.*
Miſſorium pro concha. 305. n
Nimbus, Nimbata, quid. 476. o
Nymphium, Templum fœmineum. ibid. n
Obrepilatio. 649. n
Palmata quid. 438. n
Parens pro propinquo. 222. n
Paſtillaticum, pretium Simoniæ. 406. n
Paximatius panis. 549. n
Philacteria, quid. 472. n
Planeta, planetatus. 415. m n
Polyptychum, quid. 410. m n
Pontones, dolia, volgo *poinçons*. 312. a
Poſticium, Poſticiaria. 306. n
Potentia, fulcrum ſubalare. 154. m
Provitrix. 314. m
Pſyathium, ſtorea ex junco. 10. n
Pyrgibaſis. 471. n
Qualus, vas vimineum. 630. m
Rachana, quid. 228. m n
Recioium pro merenda. 652. n
Reſponſum pro negotio. 10. n
Sabanum lineum. 410. n
Salutatorium pro Sacrario. 649. n
Sammarii, equi Sarcinarii. 223. n
Scapio, an Stapio? 410. n
Siſtarcia, ſeu Sitarcia pro annona, & pro caniſtro. 54. n
Spatharius pro eo qui Principis enſem geſtat. 12. n
Sponda, latus lecti. 210. n
Superpoſitio pro jejunii additamento. 173. m
Synergium, arcerſitum. 410. n
Tabularius, Chartularius. 458. m
Teſſelli, panni quadrati. 649. n
Tina, doliolum. 305. m
Tonna, Tonnella. 312. o
Triogelum quid. 264. n
Treo pro deſtruo. 644. n
Typus pro febre periodica, 51. m 225. a. & *alibi paſſim.*
Venia pro genuflexione, 158. num. 13. 164. num. 41.

F I N I S.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google